singula signa petantur, deinde consequenter de manifestioribus sigillatim exponere. Physiognomonia ergo tractat, sicut et nomen ipsius docet, de naturalibus passionibus, quæ sunt in anima, et de signis adscitis ad indolem dignoscendam idoneis, quæcumque ubi superveniunt immutant (aliquid); qualia autem hæc sint, posterius declarabitur. Nunc autem dicam, ex quibus generibus signa petantur et sint omnia: ex motibus enim indolem dignoscunt, et ex figuris, et coloribus, et ex moribus apparentibus in facie, et ex pilis, et ex lævitate, et ex voce, et ex carne, et expartibus, et ex figura totius corporis. Universaliter itaque hujusmodi sunt, quæ dicunt physiognomones de universis generibus quibus signa insunt. Quodsi igitur obscura aut non dilucida foret talis expositio, sufficerent prædicta; nunc vero fortasse melius est, sigillatim de omnibus quæcumque manifesta e signis ad indolem dignoscendam idoneis petuntur, accuratius loqui, enumerantem signa, qualia sint singula, et quorsum referantur, quæcumque scilicet in prædictis exposita non fuere. Colores ergo significant acuti quidem calidum et sanguineum, albi vero cum rubore bonam indolem quando in lævi corpore accidit hic color; pili autem molles quidem ignavum, duri autem fortem. Hoc autem signum sumptum est ex omnibus animalibus: ignavissimum enim est cervus, lepus, ovis, et pilum mollissimum habent; fortissimum autem leo, aper, et pilum durissimum gestant. Est autem et in avibus hoc idem videre: universaliter enim quæcumque quidem habent duram pennam, fortes, quæcumque autem mollem, ignavi. Et particulariter hoc idem videre licet in coturnicibus et in gallis gallinaceis. Similiter autem et in generibus hominum hoc idem accidit: qui enim sub ursis habitant, fortes sunt et durorum pilorum, qui autem versus meridiem, ignavi et mollem pilum gestant. Hirsuti autem circa ventrem pili loquacitatem significant; hoc autem refertur ad genus avium: pertinent enim ad signa corporea avibus propria pili hirsuti circa ventrem, ad ea autem quæ sunt circa intellectum, loquacitas. Caro autem dura quidem et nitida stupidum significat, mollis autem et ingeniosum et inconstantem, nisi in valido corpore et validis artubus prædito hoc accidat. Motus autem tardi quidem mollem animam, acuti vero calidam. In voce autem gravis quidem et intensa fortem, acuta autem et remissa ignavum. Figuræ autem et passiones quæ apparent in facie, secundum similitudines accipiuntur cum passione: superveniunt enim, ubi patitur aliquid: verbi gratia, si talem præ se fert faciem qualem ubi quis irascitur, ad iracundiam pertinet signum ejusdem generis. Mas autem femina major est et robustior et artus corporis validiores habet pinguioresque ac nitidiores et potiores secundum omnes virtutes. Signis autem quæ partibus corporis innituntur,

1.

Digitized by Google

τῶν ἐπὶ τοῖς μέρεσι σημείων ἐστὶ τὰ ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς ἐν τοῖς ἐπιφαινομένοις λαμβανόμενα καὶ τὰ κατὰ τὰς κινήσεις καὶ τὰ σχήματα. Ὅλως δὲ τὸ ἑνὶ μὲν πιστεύειν τῶν σημείων εὔηθες· ὅταν δὲ πλείω συμφωνοῦντα καθ' ἑνὸς λάβῃ, μᾶλλον ἤδη κατὰ τὸ εἰκὸς ἄν τις ὑπολαμβάνοι ἀληθῆ εἶναι τὰ σημεῖα. Ἔστι δ' ἄλλος τρόπος καθ' ὃν ἄν τις φυσιογνωμονοίη· οὐδεὶς μέντοι ἐπιχειρήκεν· οἷον εἰ ἀνάγκη ἐστὶ τὸν ὀργίλον καὶ τὸν δυσάνιον καὶ μικρὸν τὸ ἦθος φθονερὸν εἶναι, εἰ καὶ μή ἐστι φθονεροῦ σημεῖα, ἐξ ἐκείνων δὲ τῶν προτέρων ἐνδέχοιτο ἂν τῷ φυσιογνώμονι καὶ τὸν φθονερὸν εὑρίσκειν. Μάλιστα μὲν ἂν ὁ τοιοῦτος ἴδιος τρόπος εἴη τοῦ πεφιλοσοφηκότος· τὸ γὰρ δύνασθαι τινῶν ὄντων ἀναγκαῖον εἶναι, ἴδιον ὑπολαμβάνομεν φιλοσοφίας· ὅπερ ἐστὶν ὅτ' ἐναντιοῦται, τούτῳ κατὰ τὰ πάθη φυσιογνωμονεῖν καὶ τὰ κακά.

Περὶ φωνῆς κατὰ μὲν τὸ πάθος ἐπισκοπῶν ὀξεῖαν οἰηθείη ἄν τις δυεῖν ἕνεκεν τιθέναι τοῦ θυμοειδοῦς· ὁ γὰρ ἀγανακτῶν καὶ ὀργιζόμενος ἐπιτείνειν εἴωθε τὸν φθόγγον καὶ ὀξὺ φθέγγεσθαι, ὁ δὲ ῥᾳθύμως διακείμενος τόν τε τόνον ἀνίησι καὶ βαρὺ φθέγγεται. Τῶν δ' αὖ ζῴων τὰ μὲν ἀνδρεῖα βαρύφωνά ἐστι, τὰ δὲ δειλὰ ὀξύφωνα, λέων μὲν καὶ ταῦρος καὶ κύων ὑλακτικός, καὶ τῶν ἀλεκτρυόνων οἱ εὔψυχοι βαρύφωνοι φθέγγονται· ἔλαφος δὲ καὶ λαγὼς ὀξύφωνά ἐστιν. Ἀλλ' ἴσως καὶ ἐν τούτοις κρεῖσσόν ἐστι μὴ ἐν τῷ βαρεῖαν ἢ ὀξεῖαν εἶναι τὴν φωνὴν αὐτῶν ἀνδρεῖον ἢ δειλὸν τιθέναι, ἀλλ' ἐν τῷ τὴν μὲν ἐρρωμένην ἀνδρείου, τὴν δ' ἀνειμένην καὶ ἀσθενῆ δειλοῦ ὑποληπτέον εἶναι. Ἔστι δὲ κράτιστον, ὅταν τὰ σημεῖα μὴ ὁμολογούμενα, ἀλλ' ὑπεναντιούμενα, μηδὲν τιθέναι, εἰ μή ἐστι τῶν διῃρημένων, ποῖα ποίων πιστότερα, καὶ μάλιστα μὲν εἰς εἴδη, ἀλλὰ μὴ εἰς ὅλα τὰ γένη ἀναφέρειν· ὁμοιότερα γάρ ἐστι τῷ ζητουμένῳ· οὐ γὰρ ὅλον τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων φυσιογνωμονοῦμεν, ἀλλά τινα τῶν ἐν τῷ γένει.

validiora sunt quæ petuntur e moribus supervenientibus, et quæ secundum motus et figuras determinantur. Omnino autem uni quidem signorum credere stultum est; ubi autem plura consentientia de una re deprehenduntur, magis verisimiliter jam autumabit quis vera esse signa. Est autem alius etiam modus, secundum quem aliquis indolem dignoscere possit; nullus tamen adgressus est: verbi gratia si necesse sit, iracundum et morosum et pusillanimem invidum esse, etiamsi non adsint invidi signa, ex illis certe prioribus licebit physiognomoni et invidum detegere. Maxime sane talis ratio propria fuerit philosopho: posse enim, ubi certa quædam signa adsunt, necessarium esse (aliud), proprium putare debemus philosophiæ; hoc autem fit quando, adversantibus inter se passionibus et vitiis, eo ipso passionum ope et vitia dignoscimus.

Secundum passionem autem de voce considerans quispiam acutam putarit duplicem ob causam iracundo tribuendam esse: qui enim ægre fert et irascitur, intendere consuevit vocem et acute loqui; qui autem placide degit, remittit intentionem et graviter loquitur. Rursus autem animalium fortia quidem gravis vocis sunt, ignava autem acutæ vocis, leo quidem et taurus, et canis ad latrandum proclivis, et gallorum qui sunt boni animi, graviter vociferantur; cervus autem et lepus acutæ vocis sunt. Sed forte et in his melius est, non eo quod ipsorum vox sit gravis aut acuta, fortem aut ignavum ponere, sed eo quod fortis quidem valida est vox, dum ignavi remissam et imbecillem habere debemus. Est autem optimum, quando signa non consentiunt, sed aliquatenus contraria sunt, nihil decernere, nisi pertineant ad ea de quibus determinavimus, quænam aliis credibiliora sint, et maxime quidem in species, sed non in tota genera referre: similiora enim sunt hæc ei quod quæritur, quippe non totius generis hominum indolem investigamus, sed alicujus eorum qui ad genus pertinent.

CAP. III.

Ἀνδρείου σημεῖα τρίχωμα σκληρόν, τὸ σχῆμα τοῦ σώματος ὀρθόν, ὀστᾶ καὶ πλευραὶ καὶ τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος ἰσχυρὰ καὶ μεγάλα, καὶ κοιλία πλατεῖα καὶ προσεσταλμένη, ὠμοπλάται πλατεῖαι καὶ διεστηκυῖαι, οὔτε λίαν συνδεδεμέναι, οὔτε παντάπασιν ἀπολελυμέναι, τράχηλος ἐρρωμένος, οὐ σφόδρα σαρκώδης, τὸ στῆθος σαρκῶδές τε καὶ πλατύ, ἰσχίον προσεσταλμένον, γαστροκνημίαι κάτω προσεσπασμέναι, ὄμμα χαροπόν, οὔτε λίαν ἀνεπτυγμένον, οὔτε παντάπασι συμμῦον, αὐχμηρότερον τὸ χρῶμα τὸ ἐπὶ τοῦ σώματος, ὀξὺ μέτωπον, εὐθύ, οὐ μέγα, ἰσχνόν, οὔτε λεῖον, οὔτε παντάπασι ῥυτιδῶδες. Δειλοῦ σημεῖα τριχωμάτιον μαλακόν, τὸ σῶμα συγκεκαθικός, οὐκ ἐπισπερχής· αἱ δὲ γαστροκνημίαι ἄνω ἀνεσπασμέναι· περὶ τὸ πρόσωπον ὑπωχρος, ὄμματα ἀσθενῆ καὶ σκαρδαμύττοντα, καὶ τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος ἀσθενῆ, καὶ μικρὰ σκέλη,

Signa fortis: pili duri, figura corporis erecta, ossa et costæ et artus corporis validi et magni, et venter latus et strictus, scutula operta lata et distantia, nec valde colligata, nec omnino soluta, collum robustum, non vehementer carnosum, pectus carnosum et latum, coxa stricta, suræ inferne adtractæ, oculus flavus, nec valde apertus, nec omnino connivens, squalidior color in corpore, acuta frons, recta, non magna, gracilis, neque lævis, neque omnino rugosa. Signa ignavi: pili molles; corpore considenti, non festinus; suræ sursum adtractæ; circa faciem subpallidus; oculi imbecilles et nictantes, et artus corpo-

Digitized by Google

καὶ χεῖρες λεπταὶ καὶ μακραί· ὀσφὺς δὲ μικρὰ καὶ ἀσθενής· τὸ σχῆμα σύντονον ἐν ταῖς κινήσεσιν· οὐκ ἰταμός, ἀλλ' ὕπτιος καὶ τεθαμβηκώς· τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου εὐμετάβολον, κατηφής. Εὐφυοῦς σημεῖα σὰρξ ὑγροτέρα καὶ ἁπαλωτέρα, οὐκ εὐεκτική, οὐδὲ πιμελώδης σφόδρα· τὰ περὶ τὰς ὠμοπλάτας καὶ τράχηλον ἰσχνότερα καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ σύνδετα τὰ περὶ τὰς ὠμοπλάτας καὶ τὰ κάτω ἀφειμένα, εὔλυτα τὰ περὶ τὰς πλευράς καὶ τὸν νῶτον ἀσαρκότερος· τὸ σῶμα λευκέρυθρον καὶ καθαρόν, τὸ δερμάτιον λεπτόν, τριχωμάτιον μὴ λίαν σκληρόν, μηδὲ λίαν μέλαν, ὄμμα χαροπόν, ὑγρόν. Ἀναισθήτου σημεῖα τὰ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰ σκέλη σαρκώδη καὶ συμπεπλεγμένα καὶ συνδεδεμένα, κοτύλη στρογγύλη, ὠμοπλάται ἄνω ἀνεσπασμέναι, μέτωπον μέγα, περιφερές, σαρκῶδες, ὄμμα χλωρόν, κωφόν, κνῆμαι περὶ σφυρὸν παχεῖαι, σαρκώδεις, στρογγύλαι, σιαγόνες μεγάλαι, σαρκώδεις, ὀσφὺς σαρκώδης, σκέλη μακρά, τράχηλος παχύς, πρόσωπον σαρκῶδες, ὑπόμακρον ἱκανῶς. Τὰς δὲ κινήσεις καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐπιφαινόμενον κατὰ τὰς ὁμοιότητας ἀναλαμβάνει. Ἀναιδοῦς σημεῖα ὄμμάτιον ἀνεπτυγμένον καὶ λαμπρόν, βλέφαρα ὕφαιμα καὶ παχέα· μικρὸν ἔγκυρτος· ὠμοπλάται ἄνω ἐπηρμέναι· τῷ σχήματι μὴ ὀρθός, ἀλλὰ μικρῷ προπετέστερος, ἐν ταῖς κινήσεσιν ὀξύς, ἐπίπυρρος τὸ σῶμα· τὸ χρῶμα ὕφαιμον· στρογγυλοπρόσωπος· τὸ στῆθος ἀνεσπασμένον. Κοσμίου σημεῖα· ἐν ταῖς κινήσεσι βραδύς, καὶ διάλεκτος βραδεῖα καὶ φωνὴ πνευματώδης καὶ ἀσμενής, ὀμμάτιον ἀλαμπές, μέλαν, καὶ μήτε λίαν ἀνεπτυγμένον, μήτε παντάπασι συμμεμυκός, σκαρδαμυκτικὸν βραδέως· τὰ μὲν γὰρ ταχέως σκαρδαμύττοντα τῶν ὀμμάτων τὰ μὲν δειλόν, τὰ δὲ θερμὸν σημαίνει. Εὐθύμου σημεῖα μέτωπον εὐμέγεθες καὶ σαρκῶδες καὶ λεῖον, τὰ περὶ τὰ ὄμματα ταπεινότερα, καὶ ὑπνωδέστερον τὸ πρόσωπον φαίνεται, μήτε δεδορκός, μήτε σύννουν· ἔν τε ταῖς κινήσεσι βραδὺς ἔστω καὶ ἀνειμένος· τῷ σχήματι καὶ τῷ ἤθει τῷ ἐπὶ τοῦ προσώπου μὴ ἐπισπερχής, ἀλλὰ ἀγαθὸς φαινέσθω. Ἀθύμου σημεῖα· τὰ ῥυτιδώδη τῶν προσώπων, καὶ ἰσχνὰ ὄμματα κατακεκλασμένα· ἅμα δὲ καὶ τὰ κεκλασμένα τῶν ὀμμάτων δύο σημαίνει, τὸ μὲν μαλακὸν καὶ θῆλυ, τὸ δὲ κατηφὲς καὶ ἄθυμον· ἐν τῷ σχήματι ταπεινὸς καὶ ταῖς κινήσεσιν ἀπηγορευκώς. Κιναίδου σημεῖα ὄμμα κατακεκλασμένον· γονύκροτος· ἐγκλίσεις τῆς κεφαλῆς εἰς τὰ δεξιά· αἱ φοραὶ τῶν χειρῶν ὕπτιαι καὶ ἔκλυτοι, καὶ βαδίσεις δίτταί, ἡ μὲν περινεύοντος, ἡ δὲ κρατοῦντος τὴν ὀσφύν· καὶ τῶν ὀμμάτων περιβλέψεις, οἷος ἂν εἴη Διονύσιος ὁ σοφιστής. Πικροῦ σημεῖα τὸ πρόσωπον σεσηρός· μελανόχρως, ἰσχνός· τὰ περὶ τὸ πρόσωπον διεξυσμένα, τὸ πρόσωπον ῥυτιδῶδες, ἄσαρκον· εὐθύθριξ καὶ μελάνθριξ. Θυμώδους σημεῖα· ὀρθὸς τὸ σῶμα, τῷ σχήματι εὔπλευρος, εὔθυμος, ἐπίπυρρος· ὠμοπλάται διεστηκυῖαι καὶ μεγάλαι καὶ πλατεῖς imbecilles, et crura parva, manus tenues et longæ; lumbi autem parvi et imbecilles; figura contensa in motibus; non alacer, sed supinus et stupidus; mos qui est in facie, mobilis, demissus. Ingeniosi signa: caro humidior et mollior, non nitida, neque valde pinguis; quæ sunt circa scutula operta et collum, macriora; item quæ circa faciem, atque quæ circa scutula operta, colligata et ab inferiori parte remissa; quæ sunt circa costas, bene soluta, et quæ secundum dorsum, pauciori carne vestita; corpus album misto rubore et purum; cutis tenuis; pili non valde duri, nec valde nigri; oculus fulvus, lubricus. Stolidi signa: quæ sunt circa collum et crura, carnosa, complexa et colligata; acetabulum rotundum; scutula operta sursum retracta; frons magna, rotunda, carnosa; oculus pallidus, hebes; crura circa malleolos crassa, carnosa, rotunda; mandibulæ magnæ, carnosæ; lumbi carnosi; crura longa; collum crassum; facies carnosa, sublonga satis. Motus autem et figuram et morem qui apparet in facie, secundum similitudines accipit. Impudentis signa: oculus apertus et splendidus, palpebræ sanguine suffusæ et crassæ; et paululum incurvus; scutula operta sursum elevata; figura non rectus, sed paulo pronior; in motibus autem acutus, corpore rubescens; color sanguine subfusus; facies rotunda; pectus sursum tractum. Modesti signa: in motibus tardus, et loquelatarda, ac vox plena spiritus, mitis; oculus non splendidus, niger, neque valde apertus, neque omnino clausus, tarde nictans: oculorum enim qui celeriter nictantur, partim quidem ignavum, partim vero calidum significant. Animosi signa: frons vasta et carnosa et lævis; quæ sunt circa oculos, humiliora; facies vero somnolentior videtur, neque spectabunda, neque cogitabunda; in motibus tardus esto et remissus; figura et more qui est in facie, non præceps, sed appareto bonus. Tristis signa: rugosa facies et macri oculi, confracti; simul autem et confracti oculorum duo significant, partim quidem molle et femininum, partim vero demissum et tristem; in figura humilis et motibus remissus. Signa cinædi: oculus confractus; genua complodens; inclinationes capitis ad dextram; gesticulationes manuum supinæ et dissolutæ, et incessus duplex, partim quidem quoquoversum nutantis, partim vero retinentis lumbos; et oculorum circumspectiones, qualis utique fuerit Dionysius sophista. Signa avari: facies ringens; nigri coloris, macer; quæ sunt circa faciem, quasi sulcata; facies rugosa, non carnosa; recti crinis et nigri. Signa iracundi. rectus corpore, figura bene costatus, animosus, subrufus; scu-

Digitized by Google

τεῖαι· ἀκρωτήρια μεγάλα καὶ ἐγκρατῆ· λεῖος καὶ περὶ τὰ στήθη καὶ περὶ βουβῶνας, εὐπώγων· εὐαυξὴς ὁ περίδρομος τῶν τριχῶν, κάτω κατεληλυθώς. Πραέος σημεῖα· ἰσχυρὸς τὸ εἶδος, εὔσαρκος· ὑγρὰ σὰρξ καὶ πολλή· εὐμεγέθης καὶ σύμμετρος· ὕπτιος τῷ σχήματι· ὁ περίδρομος τῶν τριχῶν ἀνεσπασμένος. Εἴρωνος σημεῖα· πίονα τὰ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ περὶ τὰ ὄμματα ρυτιδώδη· ὑπνῶδες τὸ πρόσωπον τῷ ἤθει φαίνεται. Μικροψύχου σημεῖα· μικρομελής, μικρογλάφυρος, ἰσχνός, μικρόμματος καὶ μικροπρόσωπος, οἷος ἂν εἴη Κορίνθιος, ἢ Λευκάδιος. Φιλόκυβοι γαλεαγκῶνες καὶ ὀρχησταί. Φιλολοίδοροι οἷς τὸ ἄνω χεῖλος μετέωρον, καὶ τὰ εἴδη προπετεῖς, ἐπίπυρροι. Ἐλεήμονες ὅσοι γλαφυροὶ καὶ λευκόχροοι καὶ λιπαρόμματοι καὶ τὰ ῥινία ἄνωθεν διεξυσμένοι, καὶ ἀεὶ δακρύουσιν. Οἱ αὐτοὶ οὗτοι καὶ φιλογύναιοι καὶ θηλυγόνοι καὶ περὶ τὰ ἤθη ἐρωτικοὶ καὶ ἀειμνήμονες καὶ εὐφυεῖς καὶ ἔνθερμοι. Τούτων δὲ σημεῖα εἴρηται· ἐλεήμων ὁ σοφὸς καὶ δειλὸς καὶ κόσμιος, ἀνελέητος ἀμαθὴς καὶ ἀναιδής. Ἀγαθοὶ φαγεῖν οἷς τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ πρὸς στῆθος μεῖζόν ἐστιν ἢ τὸ ἐντεῦθεν πρὸς τὸν αὐχένα. Ἀάγνου σημεῖα· λευκόχρως καὶ δασὺς εὐθείαις θριξὶ καὶ παχείαις καὶ μελαίναις· καὶ οἱ κρόταφοι δασεῖς εὐθείαις θριξίν· λιπαρὸν τὸ ὀμμάτιον καὶ μάργον. Φίλυπνοι οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες καὶ γυπώδεις καὶ θερμοί, εὐεκτικὴν σάρκα ἔχοντες, καὶ γλαφυροὶ τὰ εἴδη, καὶ δασεῖς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν. Μνήμονες οἱ τὰ ἄνω ἐλάττονα ἔχοντες καὶ γλαφυρὰ καὶ σαρκωδέστερα.

tula operta distantia et magna et lata; artus magni et validi; lævis, et circa pectus, et circa inguina, barbatus probe; capillorum ambitus floridus, deorsum tendens. Signa mansueti: specie validus, bene carnosus; caro humida, multa; bonæ magnitudinis, et commensuratus; figura supinus; ambitus capillorum sursum retractus. Cavillatoris signa: quæ circa faciem sunt, pinguia, quæ vero circa oculos, rugosa; somnolenta facies de more videtur. Pusillanimi signa: parvorum membrorum, exiguus et concinnus, macer, et parvorum oculorum et parvæ faciei, qualis fuerit Corinthius, aut Leucadius. Talorum amantes curtis cubitis, saltatores. Amatores contumeliarum, quibus superius labium fluitat; et specie proni sunt et subrufi. Misericordes sunt quicumque sunt sciti, albi coloris, et habent oculos pingues et nares superne sulcatas, et semper plorant. Iidem etiam amatores sunt mulierum et genitores feminarum, et moribus in amorem proclives, et semper memores, ingeniosi et calidi. Horum autem signa dicta sunt: misericors est sapiens et ignavus et modestus; immisericors et indoctus et impudens. Voraces sunt hi quibus id quod est ab umbilico ad pectus, majus est quam quod inde est usque ad collum. Signa libidinosi: qui est albi coloris et hirsutus rectis capillis et crassis et nigris; et tempora hirsuta capillis rectis; oculus pinguis et lascivus. Amatores autem somni sunt qui habent superiora majora, vulturi similes, habentes carnem nitidam, eleganti specie, hirsuti circa ventrem. Memores qui habent superiora majora, scita et carnosa potius.

CAP. IV.

Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις, καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιουμένη συναλλοιοῖ τὴν τοῦ σώματος μορφήν, πάλιν θ' ἡ τοῦ σώματος μορφὴ ἀλλοιουμένη συναλλοιοῖ τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν· ἐπειδὴ γάρ ἐστι ψυχῆς τὸ ἀνιᾶσθαί τε καὶ εὐφραίνεσθαι, καταφανὲς ὅτι οἱ ἀνιώμενοι σκυθρωπότεροί εἰσι καὶ οἱ εὐφραινόμενοι ἱλαροί. Εἰ μὲν οὖν ἦν τῆς ψυχῆς λελυμένης ἔτι τὴν ἐπὶ τοῦ σώματος μορφὴν μένειν, ἦν μὲν ἂν καὶ οὕτως ἡ ψυχή τε καὶ τὸ σῶμα συμπαθῆ, οὐ μέντοι συνδιατελοῦντα ἀλλήλοις· νῦν δὲ καταφανὲς ὅτι ἑκάτερον ἑκατέρῳ ἕπεται. Μάλιστα μέντοι ἐκ τοῦδε δῆλον γένοιτο· μανία γὰρ δοκεῖ εἶναι περὶ ψυχήν, καὶ οἱ ἰατροὶ φαρμάκοις καθαίροντες τὸ σῶμα καὶ διαίταις τισὶ πρὸς αὐτοῖς χρησάμενοι ἀπαλλάττουσι τὴν ψυχὴν τῆς μανίας. Ταῖς δὴ τοῦ σώματος θεραπείαις καὶ ἅμα ἥ τε τοῦ σώματος μορφὴ λέλυται καὶ ἡ ψυχὴ μανίας ἀπήλλακται. Ἐπειδὴ οὖν ἅμα ἀμφότερα λύονται, δῆλον ὅτι συνδιατελοῦσιν ἀλλήλοις. Συμφανὲς δὲ καὶ ὅτι ταῖς δυνάμεσι τῆς ψυχῆς ὅμοιαι αἱ μορφαὶ τοῖς σώμασιν ἐπιγίνονται, ὥστ' ἐστὶν ἅπαντα ἐν τοῖς ζῴοις τοῦ αὐτοῦ τινος δηλωτικά. Πολλὰ δὲ καὶ ὧν

Videntur autem mihi anima et corpus affectus secum invicem communicare, et animæ habitus immutatus simul immutat corporis formam, rursusque forma corporis immutata simul immutat animæ habitum: quando enim ad animam pertinent tristitia et gaudium, manifestum est mœstos tristiores esse, gaudentes autem hilares. Quodsi igitur fieri posset ut anima soluta, forma quæ est in corpore, adhuc persisteret, sane et ita anima et corpus inter sese consentirent; non tamen conjunctim perdurari possent; nunc autem manifestum alterum alterum consequi. Maxime tamen id ex hoc manifestum fiat: furor videtur esse circa animam, et medici medicinis purgantes corpus et victus ratione quadam insuper utentes liberant animam a furore. Curationibus itaque corporis simul et corporis forma solvitur, et anima a furore liberatur. Quoniam igitur utraque simul solvuntur, palam fit ea conjunctim perdurare. Manifestum insuper est, facultatibus animæ similes corporis formas supervenire: quare erunt omnia in animalibus ejusdem cujuspiam rei declarativa. Multa autem eorum quæ

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

διαπράττεται τὰ ζῷα, τὰ μὲν ἴδια ἑκάστου γένους πάθη τῶν ζώων ἐστί, τὰ δὲ κοινά. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς ἰδίοις ἔργοις τῆς ψυχῆς ἴδια τὰ πάθη κατὰ τὸ σῶμα, ἐπὶ δὲ τοῖς κοινοῖς τὰ κοινά. Κοινὰ μὲν οὖν ἐστιν ὕβρις τε καὶ ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἔκστασις. Τῶν μὲν οὖν λοφούρων κοινόν ἐστιν ὕβρις, τῶν δ' ὄνων τε καὶ συῶν ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἕξις. Ἴδιον δ' ἐστὶν ἐπὶ μὲν τῶν κυνῶν τὸ λοίδορον, ἐπὶ δὲ τῶν ὄνων τὸ ἄλυπον. Ὡς μὲν οὖν τὸ κοινόν τε καὶ τὸ ἴδιον χρὴ διελέσθαι, εἴρηται· δεῖ μέντοι πρὸς ἅπαντα πολλῆς συνηθείας, εἰ μέλλει τις αὐτὸς ἔσεσθαι ἱκανὸς περὶ τούτων ἕκαστα λέγειν· ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὁρώμενα ἐπὶ τῶν σωμάτων λέγεται ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὰς ὁμοιότητας τάς τ' ἀπὸ τῶν ζώων καὶ τὰς ἀπὸ τῶν πράξεων γινομένας, καὶ ἰδέαι τινὲς ἄλλαι ἀπὸ θερμοτήτων καὶ ἀπὸ ψυχροτήτων γίνονται, ἔστι τε τούτων ἕνια τῶν ἐπιφαινομένων ἐπί τε τοῖς σώμασι μικραῖς διαφοραῖς κεχρημένα καὶ τῷ αὐτῷ ὀνόματι προσαγορευόμενα, οἷον αἵ τ' ἀπὸ φόβων ὠχρότητες καὶ ἀπὸ πόνων (αὗται γὰρ ὀνόματί τε τῷ αὐτῷ κέχρηνται, καὶ διαφορὰν μικρὰν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας), μικρᾶς δ' οὔσης τῆς διαφορᾶς οὐ ῥᾴδιον γινώσκειν ἀλλὰ ἢ ἐκ τῆς συνηθείας τῆς μορφῆς τὴν ἐπιπρέπειαν εἰληφότα. Ἔστι μὲν οὖν καὶ τάχιστος καὶ ἄριστος ὁ ἀπὸ τῆς ἐπιπρεπείας, καὶ ἔστι γ' οὕτω τούτῳ χρώμενον πολλὰ διαγινώσκειν (καὶ οὐ μόνον καθόλου χρήσιμόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν σημείων ἐκλογήν· ἕκαστον γὰρ τῶν ἐκλεγομένων καὶ πρέπειν δεῖ τοιοῦτον οἷον τὸ ἐκλεγόμενον θέλει), ἔτι τε κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν σημείων καὶ τῷ συλλογισμῷ, ᾧ δεῖ χρῆσθαι ὅπου ἄν τι τύχῃ, προστιθέντας τοῖς προσοῦσι τὰ προσήκοντα, οἷον εἰ ἀναιδής τ' εἴη καὶ μικρολόγος, καὶ κλέπτης ἂν εἴη καὶ ἀνελεύθερος, καὶ κλέπτης μὲν ἑπομένως τῇ ἀναιδείᾳ, τῇ δὲ μικρολογίᾳ ἀνελεύθερος. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων ἑκάστου δεῖ τοῦτον τὸν τρόπον προσαρμόζοντα τὴν μέθοδον ποιεῖσθαι.

peragunt animalia, partim quidem unicuique generi animalium proprii sunt affectus, partim vero communes. Proprias igitur animæ actiones proprii consequuntur in corpore affectus communes autem communes. Communes itaque sunt insolentia, et qui est circa rem veneream, stupor. Jumentorum itaque communis est insolentia; asinorum vero et suum proclivitas in rem veneream. Proprium autem est in canibus quidem obtrectatio, in asinis autem innocentia. Quomodo igitur commune quidem et proprium conveniat distinguere, dictum est; ad hæc omnia tamen opus est multa consuetudine, si quis idoneus esse debeat qui de singulis his disserat: quoniam enim ea quæ videntur in corporibus, dicuntur referri ad similitudines, quæ petuntur ab animalibus, quæque ab actibus proveniunt, quumque differentiæ quædam aliæ a caliditate et frigiditate oriuntur, quumque eorum quædam quæ corporibus superveniunt, parvam ostendunt differentiam et eodem nomine adpellantur, ut pallores, qui fiunt a timoribus, et qui a laboribus (hi enim eodem nomine utuntur, et differentiam parvam habent inter se), parva, inquam, quum sit differentia, non facile est cognoscere, nisi ex consuetudine formam præcellentissimam desumamus. Est autem optimus et citissimus, (modus) qui ad hanc formam pertinet, atque ita certe hoc utenti multa licet dignoscere (nec solum universaliter utile est hoc, sed ad signorum quoque delectum: electorum enim quodque eadem ratione oportet excellere qua signum quod eligitur, vult), prætereaque in delectu signorum et syllogismo, quo uti opus est, ubicumque tandem fuerit, ea quæ jam adsunt adjungenti convenientia, ut si impudens sit et sordidus, et fur utique erit et illiberalis; et furacitas quidem consequentia erit impudentiæ, parsimoniæ vero illiberalitas. In talibus igitur quibusque oportet hoc modo adaptantem agendi rationem instituere.

CAP. V.

Νυνὶ δὲ πρῶτον πειράσομαι τῶν ζώων διελέσθαι, ὁποῖα αὐτῶν προσήκει διαλλάττειν πρὸς τὸ εἶναι ἀνδρεῖα καὶ δειλὰ καὶ δίκαια καὶ ἄδικα. Διαιρετέον δὲ τὸ τῶν ζώων γένος εἰς δύο μορφάς, εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ, προσάπτοντα τὸ πρέπον ἑκατέρᾳ μορφῇ, ἔστι δ' ὅμοια. Ἐπιχειροῦμεν οὖν τρέφειν τῶν θηρίων προσηνέστερα καὶ μαλακώτερα τὰς ψυχὰς τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων, ἧττόν τε ῥωμαλεούμενα, τάς τε τροφὰς καὶ τὰς χειροηθείας μᾶλλον προσδεχόμενα· ὥστε τοιαῦτα ὄντα εἴη που ἂν ἀθυμότερα τῶν ἀρρένων. Καταφανὲς δὲ τοῦτο ἐξ ἡμῶν πού ἐστιν, ὅτι ἐπὰν ὑπὸ θυμοῦ κρατηθῶμεν, δυσπαραπειστότεροί τε, καὶ μάλιστα ἐρρώμεθα πρὸς τὸ μηδαμῇ μηδὲν εἶξαι, ἐπὶ τὸ βιάζεσθαι δὲ καὶ πρᾶξαι φερόμεθα, πρὸς ὅ ἂν ὁ θυμὸς ὁρμήσῃ. Δοκεῖ δέ μοι καὶ κακουργότερα γίνεσθαι τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων καὶ προπετέστερά τε καὶ ἀναλκέστερα. Αἱ μὲν

Nunc autem primum tentabo inter animalia distinguere, quænam apud ipsa immutari debeant, ut sint fortia et ignava, justa et injusta. Distinguendum autem animalium genus in duas formas, in marem et feminam, adjungentem quod convenit unicuique formæ; sunt autem similia. Conamur itaque potius nutrire feras feminas quam mares, quippe quum animis mitiores et molliores sunt maribus, minusque robustæ sunt educationemque ac cicurationem facilius admittunt: quare tales quum sint, erunt aliquatenus minus iracundæ maribus. Manifestum autem id ex nobis quodammodo est, quoniam quum ira vincimur, difficilius nobis persuaderi sinimus, et maxime eo insistimus ut nequaquam ulla in re cedamus; ferimur autem ad violentiam inferendam, et patrandum ad quodcumque ira impulerit. Videntur autem mihi magis improbæ nasci feminæ maribus, et proterviores, et im-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

οὖν γυναῖκες καὶ τὰ περὶ ἡμᾶς τρεφόμενα καὶ πάνυ που φανερὰ ὄντα· τὰ δὲ περὶ τὴν ὕλην πάντες ὁμολογοῦσιν οἱ νομεῖς τε καὶ θηρευταὶ ὅτι τοιαῦτά ἐστιν οἷα προείρηται. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε δῆλον, ὅτι ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ γένει θῆλυ ἄρρενος μικροκεφαλώτερόν ἐστι καὶ στενοπροσωπότερον καὶ λεπτοτραχηλότερον, καὶ τὰ στήθη ἀσθενέστερα ἔχει, καὶ ἁπλευρότερά ἐστι, τά τε ἰσχία καὶ τοὺς μηροὺς περισαρκότερα τῶν ἀρρένων, γονύκροτα δὲ καὶ τὰς κνήμας λεπτὰς ἔχοντα, τούς τε πόδας κομψοτέρους, τήν τε τοῦ σώματος ὕλην μορφὴν ἡδίω μάλιστ' ἂν ἡ γενναιοτέραν, ἀνευρότερα δὲ καὶ μαλακώτερα, ὑγροτέραις σαρξὶ κεχρημένα· τὰ δ' ἄρρενα τούτοις ἅπασιν ἐναντία τὴν φύσιν ἀνδρειοτέραν καὶ δικαιοτέραν εἶναι γένει, τὴν δὲ τοῦ θήλεος δειλοτέραν καὶ ἀδικωτέραν. Τούτων οὕτως ἐχόντων, φαίνεται τῶν ζώων ἁπάντων λέων τελεώτατα μετειληφέναι τῆς τοῦ ἄρρενος ἰδέας· ἔστι γὰρ ἔχων στόμα εὐμέγεθες, τὸ δὲ πρόσωπον τετραγωνότερον, οὐκ ἄγαν ὀστῶδες, τὴν ἄνω τε γένυν οὐ προεξεστηκυῖαν, ἀλλὰ ἰσορροποῦσαν τῇ κάτω, ῥῖνα δὲ παχυτέραν ἢ λεπτοτέραν, χαροποὺς ὀφθαλμούς, ἐγκοίλους, οὐ σφόδρα περιφερεῖς, οὔτ' ἄγαν προμήκεις, μέγεθος δὲ μέτριον, ὀφρὺν εὐμεγέθη, μέτωπον τετράγωνον, ἐκ μέσου ὑποκοιλότερον, πρὸς δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν ῥῖνα ὑπὸ τοῦ μετώπου οἷον νέφος ἐπανεστηκός. Ἄνωθεν δὲ τοῦ μετώπου κατὰ τὴν ῥῖνα ἔχει τρίχας ἐκκλινεῖς οἷον ἀνάσιλον, κεφαλὴν μετρίαν, τράχηλον εὐμήκη, πάχει σύμμετρον, θριξὶ ξανθαῖς κεχρημένον, οὐ φριξαῖς, οὔτ' ἄγαν ἀπεστραμμέναις, τὰ περὶ τὰς κλεῖδας εὐλυτώτερα μᾶλλον ἢ συμπεφραγμένα, ὤμους ῥωμαλέους, καὶ στῆθος νεανικόν, καὶ τὸ μετάφρενον πλατὺ καὶ εὔπλευρον καὶ εὔνωτον ἐπιεικῶς· ζῷον ἀσαρκότερον τὰ ἰσχία καὶ τοὺς μηροὺς· σκέλη ἐρρωμένα καὶ νευρώδη, βάσιν τε νεανικήν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα ἀρθρῶδες καὶ νευρῶδες, οὔτε λίαν σκληρόν, οὔτε λίαν ὑγρόν· βαδίζον δὲ βραδέως, καὶ μεγάλα διαβαῖνον, καὶ διασαλεῦον ἐν τοῖς ὤμοις, ὅταν πορεύηται. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸ σῶμα τοιοῦτον· τὰ δὲ περὶ τὴν ψυχὴν δοτικὸν καὶ ἐλεύθερον, μεγαλόψυχον καὶ φιλόνικον, καὶ πρᾶϋ καὶ δίκαιον καὶ φιλόστοργον πρὸς ἃ ἂν ὁμιλήσῃ. Ἡ δὲ πάρδαλις τῶν ἀνδρείων εἶναι δοκούντων θηλυμορφότερόν ἐστιν, ὅτι μὴ κατὰ τὰ σκέλη· τούτοις δὲ συνεργεῖ καί τι ἔργον ῥώμης ἀπεργάζεται· ἔστι γὰρ ἔχον πρόσωπον μικρόν, στόμα μέγα, ὀφθαλμοὺς μικρούς, ἐκλεύκους, ἐγκοίλους, αὐτοὺς δὲ περιπολαιοτέρους· μέτωπον προμηκέστερον, πρὸς τὰ ὦτα περιφερέστερον ἢ ἐπιπεδώτερον· τράχηλον μακρὸν ἄγαν καὶ λεπτόν, στῆθος ἄπλευρον, καὶ μακρὸν νῶτον, ἰσχία σαρκώδη καὶ μηρούς, τὰ δὲ περὶ τὰς λαγόνας καὶ γαστέρα ὁμαλὰ μᾶλλον· τὸ δὲ χρῶμα ποικίλον, καὶ ὅλον ἀναρθρόν τε καί ἀσύμμετρον. Ἡ μὲν οὖν τοῦ σώματος ἰδέα τοιαύτη· τὰ δὲ περὶ τὴν ψυχὴν μικρὸν καὶ ἐπίκλοπον καί, ὅλως εἰπεῖν, δολερόν. Τὰ μὲν οὖν ἐκπρεπέστερα μετειληφότα ζῷα τῶν δοκούντων ἀνδρείων εἶναι τῆς τε τοῦ ἄρρενος ἰδέας καὶ

beciliores. Mulieres igitur, et quæ apud nos nutriuntur, vel omnino manifesta sunt quodammodo; quæ vero sunt circa silvam, omnes confitentur pastores et venatores talia esse qualia ante sunt dicta. At vero et hoc manifestum est, quod in unoquoque genere singulæ feminæ maribus minoris capitis et angustioris faciei et subtilioris colli sunt, et pectora imbeciliora habent et costas praviores, coxasque et femora magis carnosa habent maribus; genua vero complodunt, et crura tenuia habent, pedesque elegantiores et formam totius corporis jucundam magis quam generosam, enervesque sunt potius et molliores, quippe præditæ humidioribus carnibus; mares autem horum omnium e contrario natura sunt fortiores et justiores genere: feminæ autem ignavior est et injustior natura. His ita se habentibus, videtur leo omnium animalium perfectissime maris formam participare: leo enim habet os vastum, faciem autem quadratam potius, non valde osseam, superiorem mandibulam non prominentem, sed æquilibrem inferiori, nasum autem magis crassum quam tenuem, oculos fulvos, concavos, non valde rotundos, neque valde oblongos, magnitudinem vero moderatam, supercilium vastum, frontem quadratam, ex medio potius subcavam; ad supercilia autem et nasum sub fronte velut nubes superstat. Supra frontem juxta nasum habet pilos inclinatos quasi retro ad verticem flexos, caput moderatum, collum bonæ longitudinis, mediocri crassitudine, crinibus flavis vestitum, neque horridis, neque valde aversis, quæ sunt circa claviculas, soluta magis quam constricta, scapulas validas, et pectus juvenile, interscapilium latum, bene costatum dorsoque sat valido fultum; femora non carnosa, nec coxas, habet animal, crura robusta et nervosa, gressum juvenilem, et totum corpus articulatum et nervosum, neque valde durum, neque admodum humidum; ambulat autem tarde magnisque passibus incedit, et spatulas conquassat ambulans. Talis itaque est secundum ea quæ sunt circa corpus; iis vero quæ animam spectant, ad donandum promptus est et liberalis, magnanimus et amans victoriæ, et mansuetus, et justus, et in amorem proclivis eorum quibuscum versatur. Pardus autem inter animalia quæ fortia esse videntur, femineæ formæ magis est, nisi secundum crura: his autem sibi opitulatur et aliquod vigoris opus peragit: habet enim faciem parvam, os magnum, oculos parvos, albidissimos, concavos, ipsosque potius circumvagantes, frontem oblongiorem, versus aures rotundam magis quam planam, collum longum valde et tenue, pectus pravis costis instructum, et longum dorsum, femora carnosa et coxas, quæ vero sunt circa ilia et ventrem, glabra magis, colorem autem varium, et totum corpus non articulatum et absque mensura est. Forma itaque corporis talis est; in his autem quæ secundum animam, pusillus est et furax, et, ut uno verbo dicam, dolosus. Animalium igitur quæ videntur fortia, ea quæ eximie propriam maris atque feminæ

www.ibook.com.cn

Digitized by Google

τῆς τοῦ θήλεος εἴρηται· τὰ δ' ἄλλα οἷα τυγχάνει, ῥᾴδιον ἤδη μετιέναι· ὅσα δὲ πρὸς τὸ φυσιογνωμονῆσαι συνιδεῖν ἁρμόττει ἀπὸ τῶν ζώων, ἐν τῇ τῶν σημείων ἐκλογῇ ῥηθήσεται.

formam referunt, dicta sunt; reliqua autem qualia sint, facile jam adsequi licet; quæcumque autem ad indolem dignoscendam perspicere conveniat ab animalibus petita, in delectu signorum dicentur.

www.libtool.com.cn

CAP. VI.

Ἡ δ' ἐκλογὴ τῶν σημείων ἡ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους ὧδε λαμβάνεται. Ὅσοις οἱ πόδες εὐφυεῖς τε καὶ μεγάλοι, διηρθρωμένοι τε καὶ νευρώδεις, ἐρρωμένοι τὰ περὶ τὴν ψυχήν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν γένος. Ὅσοι δὲ τοὺς πόδας μικροὺς, στενοὺς, ἀνάρθρους ἔχουσιν, ἠδίους τε ἰδεῖν ἢ ῥωμαλεωτέρους, μαλακοὶ τὰ περὶ τὴν ψυχήν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ γένος. Οἷς τῶν ποδῶν οἱ δάκτυλοι καμπύλοι, ἀναιδεῖς, καὶ ὅσοις ὄνυχες καμπύλαι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς γαμψώνυχας. Οἷς τῶν ποδῶν τὰ δάκτυλα συμπεφραγμένα ἐστί, δειμαλέοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὀρτυγας τοὺς στενόποδας τῶν λιμναίων. Ὅσοις τὰ περὶ τὰ σφυρὰ νευρώδη τε καὶ διηρθρωμένα ἐστίν, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν γένος. Ὅσοι τὰ σφυρὰ σαρκώδεις καὶ ἄναρθροι, μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ γένος. Ὅσοι τὰς κνήμας ἔχουσιν ἠρθρωμένας τε καὶ νευρώδεις καὶ ἐρρωμένας, εὔρωστοι τὴν ψυχήν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δὲ τὰς κνήμας λεπτὰς, νευρώδεις ἔχουσι, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνιθας. Ὅσοι τὰς κνήμας περιπλέους σφόδρα ἔχουσιν, οἷον ὀλίγου διαρρηγνυμένας, βδελυροὶ καὶ ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Οἱ γονύκροτοι κίναιδοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Οἱ τοὺς μηροὺς ὀστώδεις καὶ νευρώδεις ἔχοντες εὔρωστοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Οἱ δὲ τοὺς μηροὺς ὀστώδεις καὶ περιπλέους ἔχοντες μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Ὅσοι δὲ πῦγα ὀξεῖαν ὀστώδη ἔχουσιν, εὔρωστοι, ὅσοι δὲ σαρκώδη, πίονα ἔχουσι, μαλακοί· ὅσοι δ' ἔχουσιν ὀλίγην σάρκα, οἷον ἀπωμοργμένα, κακοήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς πιθήκους. Οἱ ζωνοὶ φιλόθηροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας καὶ τοὺς κύνας· ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τῶν κυνῶν τοὺς φιλοθηροτάτους ζωνοὺς ὄντας. Οἷς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν λαπαρά, εὔρωστοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δὲ μὴ λαπαροί, μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Ὅσοις τὸ νῶτον εὐμέγεθές τε καὶ ἐρρωμένον, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δὲ τὸ νῶτον στενὸν καὶ ἀσθενὲς ἔχουσι, μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Οἱ εὔπλευροι εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Οἱ δ' ἄπλευροι μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Ὅσοι δ' ἐκ τῶν πλευρῶν περίογκοί εἰσιν, οἷον πεφυσημένοι, λάλοι καὶ μωρολόγοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς, ἢ ἐπὶ τοὺς βατράχους. Ὅσοι δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ πρὸς τὸ ἀκροστήθιον μεῖζον ἔχουσιν ἢ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀκροστηθίου πρὸς τὸν τράχηλον, βοροὶ καὶ ἀναίσθητοι, βοροὶ μὲν ὅτι τὸ τεῦχος μέγα ἔχουσιν ᾧ

Delectus autem signorum apud homines sic capitur. Quibuscumque pedes commodi, magni, articulati et nervosi, validi sunt iis quæ animam spectant; referuntur ad masculinum genus. Quicumque autem pedes parvos, angustos, male articulatos habent, aspectu potius gratiosi quam robusti sunt, molles sunt iis quæ animam spectant; referuntur ad femininum genus. Quibus pedum digiti curvi, impudentes, et quibus ungues curvi; referuntur ad aves uncis unguibus instructas. Quibus pedum digiti constricti sunt, timidi; referuntur ad coturnices lacustres angustis pedibus præditas. Quibuscumque ea quæ circa malleolos sunt, nervosa sunt et articulata, validi secundum animum; referuntur ad masculinum genus. Quicumque autem sunt malleolis carnosi et male articulati, molles secundum animam; referuntur ad femininum genus. Quicumque crura habent articulata et nervosa et robusta, validi secundum animam; referuntur ad masculinum genus. Quicumque crura tenuia nervosaque habent, libidinosi; referuntur ad aves. Quicumque crura admodum plena habent et quasi parum dirupta, turpes sunt ac impudentes; referuntur ad formam præcellentissimam. Qui genua complodunt, cinædi; referuntur ad formam præcellentissimam. Qui habent femora ossea et nervosa, robusti sunt; referuntur ad masculinum genus. Qui vero habent femora ossea ac plena, molles sunt; referuntur ad femininum genus. Quicumque nates osseas acutasque habent, validi sunt; qui vero carnosas et pingues, molles; qui autem habent modica carne vestitas, quasi detersas, improbi sunt; referuntur ad simias. Quicumque autem bene lumbosi sunt, venatum amant; referuntur ad leones et canes; videbit utique aliquis et canes venationis amantissimos lumbosos esse. Quibus ea quæ sunt circa ventrem, mollia sunt, robusti sunt; referuntur ad masculinum genus; quicumque autem non molles hac parte, molles sunt; referuntur ad formam præcellentissimam. Quicumque dorsum vastum ac robustum habent, anima sunt validi; referuntur ad masculinum genus. Qui autem dorsum angustum et imbecille habent, molles; referuntur ad femininum genus. Quicumque autem bene costati, validi sunt secundum animam; referuntur ad masculinum genus. Qui autem non bene costati, molles sunt secundum animam; referuntur ad femininum genus. Quicumque ex lateribus circumquaque tumidi sunt, sicut inflati, loquaces et stultiloqui; referuntur ad boves, vel ranas. Quicumque autem majus habent quod ab umbilico est usque ad extremum pectoris, eo quod est ab extremitate pectoris usque ad collum, voraces et stolidi, voraces quidem, quoniam conceptaculum magnum habent, quo

Digitized by Google

δέχονται τὴν τροφήν, ἀναίσθητοι δ' ὅτι στενώτερον τὸν τόπον ἔχουσιν αἱ αἰσθήσεις, συνηνωμένον τε τῷ τὴν τροφὴν δεχομένῳ, ὥστε τὰς αἰσθήσεις βεβαρύνθαι διὰ τὰς τῶν σιτίων πληρώσεις ἢ ἐνδείας. Ὅσοι δὲ τὰ στηθία ἔχουσι μεγάλα καὶ διηρθρωμένα, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δὲ τὸ μετάφρενον ἔχουσι μέγα καὶ εὔσαρκον καὶ ἀρθρώδες, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δ' ἀσθενὲς καὶ ἄσαρκον καὶ ἄναρθρον, μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Ὅσοις δὲ τὸ μετάφρενον κυρτόν ἐστι σφόδρα οἵ τ' ὦμοι πρὸς τὸ στῆθος συνηγμένοι, κακοήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν, ὅτι ἀφανίζεται τὰ ἔμπροσθεν προσήκοντα φαίνεσθαι. Ὅσοι δὲ τὸ μετάφρενον ὕπτιον ἔχουσι, χαῦνοι καὶ ἀνόητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἵππους. Ἐπεὶ δ' οὔτε κυρτὸν σφόδρα δεῖ εἶναι, οὔτε κοῖλον, τὸ μέσον ζητητέον τοῦ εὖ πεφυκότος. Ὅσοις αἱ ἐπωμίδες ἐξηρθρωμέναι καὶ οἱ ὦμοι, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοις δ' οἱ ὦμοι ἀσθενεῖς, ἄναρθροι, μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Ταὐτὰ λέγω ἅπερ περὶ ποδῶν καὶ μηρῶν. Ὅσοις ὦμοι εὔλυτοί εἰσιν, ἐλεύθεροι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται δ' ἀπὸ τοῦ φαινομένου, ὅτι πρέπει τῇ φαινομένῃ μορφῇ ἐλευθεριότης. Ὅσοις δ' οἱ ὦμοι δύσλυτοι, συνεσπασμένοι, ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Οἷς τὰ περὶ τὰς κλεῖδας εὔλυτα, αἰσθητικοί· εὐλύτων γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς κλεῖδας εὐκόλως τὴν κίνησιν τῶν αἰσθήσεων δέχονται. Οἷς δὲ τὰ περὶ τὰς κλεῖδας συμπεφραγμένα ἐστίν, ἀναίσθητοι· δυσλύτων γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς κλεῖδας ἐξαδυνατοῦσι τὴν κίνησιν παραδέχεσθαι τῶν αἰσθήσεων. Ὅσοι τὸν τράχηλον παχὺν ἔχουσιν, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν· ὅσοι δὲ λεπτόν, ἀσθενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Οἷς τράχηλος παχὺς καὶ πλέως, θυμοειδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς θυμοειδεῖς ταύρους. Οἷς δ' εὐμεγέθης μὴ ἄγαν παχύς, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἷς λεπτός, μακρός, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. Οἷς δὲ βραχὺς ἄγαν, ἐπίβουλοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λύκους. Οἷς τὰ χείλη λεπτὰ καὶ ἐπ' ἄκραις ταῖς συγχειλίαις χαλαρά, ὡς ἐπὶ τοῦ ἄνω χείλους πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλῆσθαι τὸ πρὸς τὰς συγχειλίας, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας· ἴδοι δ' ἄν τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ εὐρώστων κυνῶν. Οἷς τὰ χείλη λεπτά, σκληρά, κατὰ τοὺς κυνόδοντας τὸ ἐπανεστηκός, οἱ οὕτως ἔχοντες εὐγενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς. Οἱ δὲ τὰ χείλη ἔχοντες παχέα καὶ τὸ ἄνω τοῦ κάτω προκρεμώμενον, μωροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους τε καὶ πιθήκους. Ὅσοι δὲ τὸ ἄνω χεῖλος καὶ τὰ οὖλα προεστηκότα ἔχουσι, φιλολοίδοροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν παχεῖαν ἔχοντες ῥάθυμοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἀκρόθεν παχεῖαν ἔχοντες, ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς. Οἱ τὴν ῥῖνα ἄκραν ὀξεῖαν ἔχοντες, δυσόργητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ

alimenta recipiant; insensibiles autem, quia angustiorem locum habent sensus, atque unitum ei qui recipit cibum, ita ut sensus graventur propter repletiones ciborum, aut indigentiam. Quicumque autem pectus magnum habent et articulatum, validi sunt secundum animam; referuntur ad masculinum genus. Quicumque autem interscapilium habent magnum et bene carnosum et articulatum, validi sunt secundum animam; referuntur ad masculinum genus. Quicumque autem imbecille et non carnosum et male articulatum, molles sunt secundum animam; referuntur ad femininum genus. Quibuscumque autem interscapilium curvum est valde humerique ad pectus adducti, mali moris sunt; referuntur ad formam præcellentissimam, quia pereunt quæ ab anteriori parte in conspectum venire debebant. Quicumque autem interscapilium resupinatum habent, gloriosi et insipientes; referuntur ad equos. Quoniam autem neque convexum vehementer oportet esse, neque concavum interscapilium, medium quærendum bene nato. Quibuscumque summæ scapulæ humerique bene ex articulis prodeunt, validi sunt secundum animam; referuntur ad masculinum genus. Quibuscumque vero humeri imbecilles et male articulati, molles sunt secundum animam; referuntur ad femininum genus. Eadem dico quæ de pedibus et femoribus. Quibuscumque humeri bene soluti sunt, liberales sunt secundum animam; referuntur ad habitum apparentem, quia convenit apparenti formæ liberalitas. Quibuscumque vero difficulter solubiles sunt humeri ac contracti, illiberales; referuntur ad formam præcellentissimam. Quibuscumque autem ea quæ sunt circa clavicularum, bene solubilia sunt, sensibus præstant: nam quum bene solubilia sunt quæ sunt circa claviculam, facile motum sensuum recipiunt. Quibus vero quæ circa claviculas sunt, constricta sunt, stolidi sunt: difficulter enim quum solvuntur quæ circa claviculas sunt, recipere motum sensuum non valent. Qui collum crassum habent, validi sunt secundum animam; referuntur ad masculinum genus; qui autem tenue habent, imbecilles sunt; referuntur ad femininum genus. Quibuscumque collum crassum et plenum, iracundi; referuntur ad iracundos tauros. Quibuscumque autem est vastum, non valde crassum, magnanimi; referuntur ad leones. Quibus est tenue ac longum, ignavi sunt; referuntur ad cervos. Quibus autem breve valde, insidiatores; referuntur ad lupos. Quibus sunt labia tenuia et in extremis commissuris laxa, ita ut superiori labio, si cum inferiori conferatur, incumbant commissuræ labiorum, magnanimi sunt; referuntur ad leones; videbit utique aliquis hoc et in magnis et robustis canibus. Quibus labia tenuia, dura, ita ut dentibus caninis respondeat pars supereminens, qui ita habent, generosi (ignobiles *ant. vers.*); referuntur ad sues. Qui autem crassa labia habent et superius ante inferius propendens, fatui; referuntur ad asinos et simias. Quicumque autem superius labium et gingivas prominentes habent, obtrectatores sunt; referuntur ad canes. Quicumque autem nasum extremum crassum habent, segnes sunt; referuntur ad boves. Qui autem nasum ab apice crassum habent, stolidi sunt; referuntur ad sues. Qui nasum extremum acutum habent, difficili excandescere solent ira; referuntur ad canes.

www.hippol.com.cn

Digitized by Google

τοὺς κύνας. Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα περιφερῆ ἔχοντες ἄκραν, ἀμβλεῖαν δέ, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν λεπτὴν ἔχοντες ὀρνιθώδεις. Οἱ ἐπίγρυπον ἀπὸ τοῦ μετώπου εὐθὺς ἀγομένην, ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κόρακας. Οἱ δὲ γρυπὴν ἔχοντες καὶ τοῦ μετώπου διηρθρωμένην, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς. Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἔγκοιλον ἔχοντες τὰ πρὸ τοῦ μετώπου περιφερῆ, τὴν δὲ περιφέρειαν ἄνω ἀνεστηκυῖαν, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας. Οἱ δὲ σιμὴν ἔχοντες λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. Οἷς δ' οἱ μυκτῆρες ἀναπεπταμένοι, θυμώδεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος τὸ ἐν τῷ θυμῷ γινόμενον. Οἱ τὸ πρόσωπον σαρκώδες ἔχοντες ῥᾴθυμοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. Οἱ τὰ πρόσωπα ἰσχνὰ ἔχοντες ἐπιμελεῖς, οἱ δὲ σαρκώδη δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους καὶ τὰς ἐλάφους. Οἱ μικρὰ τὰ πρόσωπα ἔχοντες μικρόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπ' αἴλουρον καὶ πίθηκον. Οἷς τὰ πρόσωπα μεγάλα, νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους καὶ βόας. Ἐπεὶ δ' οὔτε μικρόν, οὔτε μέγα δεῖ εἶναι, ἡ μέση ἕξις εἴη ἂν τούτων ἐπιεικής. Οἷς δὲ τὸ πρόσωπον φαίνεται μικροπρεπές, ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Οἷς τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν οἷον κύστιδες προκρέμανται, οἰνόφλυγες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος· ἔστι γὰρ τοῖς σφόδρα ἐμπεπωκόσι τὰ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν οἷον κύστιδες· ἐφεστήκασι, φίλυπνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι τοῖς ἐξ ὕπνου ἀνεστηκόσιν ἐπικρέμαται τὰ ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς. Οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς μικρούς ἔχοντες μικρόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν καὶ ἐπὶ πίθηκον. Οἱ δὲ μεγαλόφθαλμοι νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. Τὸν ἄρα εὖ φύντα δεῖ μήτε μικρούς, μήτε μεγάλους ἔχειν τοὺς ὀφθαλμούς. Οἱ δὲ κοίλους ἔχοντες κακοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ πίθηκον. Ὅσοι ἐξόφθαλμοι, ἀβέλτεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειάν τε καὶ τοὺς ὄνους. Ἐπεὶ δ' οὔτ' ἐξόφθαλμον, οὔτε κοιλόφθαλμον δεῖ εἶναι, ἡ μέση ἕξις ἂν κρατοίη. Ὅσοις ὀφθαλμοὶ μικρὸν ἐγκοιλότεροι, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας· οἷς δ' ἐπὶ πλεῖον, πραεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. Οἱ τὸ μέτωπον μικρὸν ἔχοντες ἀμαθεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄς. Οἱ δὲ μέγα ἄγαν ἔχοντες νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. Οἱ δὲ περιφερὲς ἔχοντες ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. Οἱ μακρότερον ἐπίπεδον ἔχοντες ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. Οἱ δὲ τετράγωνον σύμμετρον τῷ μετώπῳ ἔχοντες μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἱ δὲ συννεφὲς ἔχοντες αὐθάδεις· ἀναφέρεται ἐπὶ ταῦρον καὶ λέοντα. Οἱ δ' ἀτενὲς ἔχοντες κόλακες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ γινόμενον πάθος· ἴδοι δ' ἄν τις ἐπὶ τῶν κυνῶν, ὅτι οἱ κύνες ἐπειδὰν θωπεύωσι, γαληνὲς τὸ μέτωπον ἔχουσιν. Ἐπειδὴ οὖν ἥ τε συννεφὴς ἕξις αὐθάδειαν ἐμφαίνει ἥ τε γαληνὴ κολακείαν, ἡ μέση ἂν τούτων ἕξις εὐαρμόστως ἔχοι. Οἱ σκυθρωπὰ μέτωπα ἔχοντες δυσάνιοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ἀνιώμενοι σκυθρωποί εἰσιν. Οἱ

Qui nasum extremum habent rotundum, sed obtusum, magnanimi; referuntur ad leones. Qui vero nasum extremum tenuem habent, avibus similes sunt. Qui nasum habent, mox ubi a fronte abducitur, aduncum, impudentes sunt; referuntur ad corvos. Quicumque autem aduncum habent atque a fronte articulo disjunctam, magnanimi; referuntur ad aquilas. Quicumque nasum concavum habent, ante frontem rotundum et convexitatem sursum consurgentem, libidinosi; referuntur ad gallos gallinaceos. Qui vero simum habent, libidinosi sunt; referuntur ad cervos. Quibuscumque nares sunt apertæ, iracundi sunt; referuntur ad passionem quæ fit in ira. Quicumque faciem carnosam habent, segnes sunt; referuntur ad boves. Qui faciem macilentam habent, solliciti; qui autem carnosam, ignavi; referuntur ad asinos et cervos. Qui parvam habent faciem, pusillanimi; referuntur ad felem et ad simiam. Quibus facies magna, torpidi; referuntur ad asinos et boves. Quum vero neque parvam, neque magnam oportet esse, habitus utique horum medius erit conveniens. Quibus autem facies videtur vilis, illiberales sunt; referuntur ad formam præcellentissimam. Quibus autem partes oculis subjectæ tamquam vesiculæ dependent, vinolenti sunt; referuntur ad passionem: qui enim affatim potant, iis partes oculis antepositæ ut vesiculæ sunt; quibuscumque vero hæ partes prominent, somnolenti sunt; referuntur ad passionem, quoniam ex somno surgentibus imminent quæ oculis imposita sunt. Quicumque oculos parvos habent, pusillanimi; referuntur ad formam præcellentissimam et ad simiam. Quicumque vero habent oculos magnos, torpidi sunt; referuntur ad boves. Igitur bene natum oportet neque parvos, neque magnos habere oculos. Qui vero concavos habent, improbi; referuntur ad simiam. Quicumque habent oculos prominentes, stulti; referuntur ad formam præcellentissimam et ad asinos. Quoniam autem neque prominentes oculos, neque concavos oportet habere, medius utique habitus præstabit. Quibuscumque autem oculi sunt paulo concaviores, magnanimi; referuntur ad leones; quibus vero plus, mansueti; referuntur ad boves. Quicumque frontem parvam habent, indociles sunt; referuntur ad sues. Qui autem magnam valde habent, torpidi; referuntur ad boves. Qui rotundam habent, stolidi; referuntur ad asinos. Quicumque longiorem (in fronte) planitiem habent, stolidi (sagaces *ant. vers.*); referuntur ad canes. Quicumque quadratam habent fronti accommodatam, magnanimi; referuntur ad leones. Quicumque autem nubilam habent, adrogantes sunt; referuntur ad taurum et leonem. Quicumque autem intentam habent, adulatores; referuntur ad passionem quæ fit; id in canibus utique videbit quispiam, quippe quum canes, ubi blandiuntur, placidam habeant frontem. Quando itaque nebulosus habitus adrogantiam significat, tranquilla autem frons adulationem, medius habitus utique horum bene quadrabit. Quicumque torvam habent frontem, morosi; referuntur ad passionem, quoniam mœsti torvi sunt; qui autem demissam,

Digitized by Google

δὲ κατηφεῖς ὀδόρται· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ὀδυρόμενοι κατηφεῖς. Οἱ τὴν κεφαλὴν μεγάλην ἔχοντες αἰσθητικοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας· οἱ δὲ μικρὰν ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. Οἱ τὰς κεφαλὰς φοξοὶ ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς γαμψώνυχας. Οἱ τὰ ὦτα μικρὰ ἔχοντες πιθηκώδεις· οἱ δὲ μεγάλα ὀνώδεις· ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τῶν κυνῶν τοὺς ἀρίστους μέτρια ἔχοντας ὦτα.

Οἱ ἄγαν μέλανες δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους, Αἰθίοπας. Οἱ δὲ λευκοὶ ἄγαν δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας. Τὸ δὲ πρὸς ἀνδρείαν συντελοῦν χρῶμα μέσον δεῖ τούτων εἶναι. Οἱ ξανθοὶ εὔψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἱ πυρροὶ ἄγαν πανοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς ἀλώπεκας. Οἱ δ' ἐνωχροι καὶ τεταραγμένοι τὸ χρῶμα δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος τὸ ἐκ τοῦ φόβου γινόμενον. Οἱ δὲ μελίχλωροι ἀπεψυγμένοι εἰσίν· τὰ δὲ ψυχρὰ δυσκίνητα· δυσκινήτων δ' ὄντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα εἶεν ἂν βραδεῖς. Οἷς τὸ χρῶμα ἐρυθρόν, ὀξεῖς, ὅτι πάντα τὰ κατὰ τὸ σῶμα ὑπὸ κινήσεως ἐκθερμαινόμενα ἐρυθραίνεται. Οἷς δὲ τὸ χρῶμα φλογοειδές, μανικοί, ὅτι τὰ κατὰ τὸ σῶμα σφόδρα ἐκθερμανθέντα φλογοειδῆ χροιὰν ἴσχει· οἱ δ' ἄκρως θερμανθέντες μανικοὶ ἂν εἶησαν. Οἷς δὲ περὶ τὰ στήθη ἐπιφλεγές ἐστι τὸ χρῶμα, δυσόργητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος· τοῖς γὰρ ὀργιζομένοις ἐπιφλέγεται τὰ περὶ τὰ στήθη. Οἷς τὰ περὶ τὸν τράχηλον καὶ τοὺς κροτάφους αἱ φλέβες κατατεταμέναι εἰσί, δυσόργητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι τοῖς ὀργιζομένοις ταῦτα συμβαίνει. Οἷς τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσσον ἐστίν, αἰσχυντηλοί εἰσιν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι τοῖς αἰσχυνομένοις ἐπιφοινίσσεται τὸ πρόσωπον. Οἷς αἱ γνάθοι ἐπιφοινίσσουσιν, οἰνόφλυγες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι τοῖς μεθύουσιν ἐπιφοινίσσουσιν αἱ γνάθοι. Οἷς δ' οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπιφοινίσσουσιν, ἐκστατικοὶ ὑπ' ὀργῆς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ὑπ' ὀργῆς ἐξεστηκότες ἐκφοινίσσονται τοὺς ὀφθαλμούς. Οἷς δ' οἱ ὀφθαλμοὶ ἄγαν μέλανες, δειλοί· ἡ γὰρ ἄγαν μελαίνη χρόα ἐφάνη δειλίαν σημαίνουσα. Οἱ δὲ μὴ ἄγαν μέλανες, ἀλλὰ κλίνοντες πρὸς τὸ ξανθὸν χρῶμα, εὔψυχοι. Οἷς δ' οἱ ὀφθαλμοὶ γλαυκοὶ ἢ λευκοί, δειλοί· ἐφάνη γὰρ τὸ λευκὸν χρῶμα δειλίαν σημαῖνον. Οἱ δὲ μὴ γλαυκοί, ἀλλὰ χαροποί, εὔψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ λέοντα καὶ ἀετόν. Οἷς δ' οἰνωποί, μάργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς αἶγας. Οἷς δὲ πυρώδεις, ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. Οἱ ὠχρόμματοι ἐντεταραγμένους ἔχοντες τοὺς ὀφθαλμούς, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ φοβηθέντες ἔνωχροι γίνονται χρώματι οὐχ ὁμαλῷ. Οἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς στιλπνοὺς ἔχοντες, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ κόρακας.

Οἱ δασείας ἔχοντες τὰς κνήμας λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς τράγους. Οἱ δὲ περὶ τὰ στήθη καὶ τὴν κοιλίαν ἄγαν δασέως ἔχοντες οὐδέποτε πρὸς τοῖς αὐτοῖς διατελοῦσιν· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνιθας, ὅτι ταῦτα

lamentabundi sunt; referuntur ad passionem, quia lamentantes demissi sunt. Quicumque autem habent magnum caput, sensibus præstant; referuntur ad canes; qui vero parvum, stolidi; referuntur ad asinos. Qui habent capita acuminata, impudentes; referuntur ad aves uncis unguibus præditas. Quicumque aures parvas habent, simile similes sunt; quicumque autem magnas, asinis; videbit utique aliquis et canum optimos mediocres aures habere.

Qui valde nigri sunt, ignavi; referuntur ad Ægyptios et Æthiopes. Albi autem valde ignavi sunt; referuntur ad mulieres. Color autem qui confert ad fortitudinem, medium horum oportet esse. Flavi æquo animo sunt; referuntur ad leones. Rufi vero admodum improbi; referuntur ad vulpes. Pallidi, colore turbati, timidi sunt; referuntur ad passionem quæ fit ex timore. Qui autem sunt mellei coloris, sunt frigidi: frigida enim difficulter moventur; quum vero difficulter moventur quæ ad corpus pertinent, erunt utique tardi. Quibus color ruber est, acuti sunt, quoniam omnia quæ ad corpus pertinent, a motu calefacta rubescunt. Quibus color flammeus est, in furorem proni, quia ea quæ sunt in corpore, vehementer calefacta flammeum colorem habent; qui autem sunt summe calefacti, in furorem utique proclives erunt. Quibus autem est flammeus color circa pectus, difficili excandescunt ira; referuntur ad passionem: iratis namque superaccenduntur ea quæ sunt circa pectus. Quibus autem circa collum et tempora venæ distensæ sunt, difficili excandescunt ira; referuntur ad passionem, quia iratis hæc accidunt. Quibus facies erubescens est, verecundi sunt; referuntur ad passionem, quia pudibundis erubescit facies. Quibus genæ erubescunt, vinolenti sunt; referuntur ad passionem, quia ebriis erubescunt genæ. Quibus autem oculi erubescunt, extra se feruntur ob iram; referuntur ad passionem, quia qui ab ira efferuntur, erubescunt oculis. Quibus autem oculi valde nigri, ignavi sunt: nam admodum niger color ignaviam significare compertus est. Qui autem non sunt valde nigri, sed declinant ad flavum colorem, æquo animo sunt. Quibus autem oculi cæsii, aut albi, ignavi sunt: compertus enim est albus color ignaviam significare. Qui autem non sunt cæsii, sed fulvi, æquo animo sunt; referuntur ad leonem et aquilam. Quibus autem vinosi sunt, lascivi sunt; referuntur ad capras. Quibus ignei sunt oculi, impudentes; referuntur ad canes. Qui autem oculos pallidos habent et turbatos, ignavi; referuntur ad passionem, quia qui timent, pallidi fiunt colore non æquali. Quicumque oculos splendidos habent, libidinosi; referuntur ad gallos gallinaceos et corvos.

Qui tibias hirsutas habent, lascivi sunt; referuntur ad hircos. Qui autem ea quæ sunt circa pectus et ventrem, valde hirsuta habent, numquam in eisdem perseverant; referuntur ad aves, quia ex pectus et ventrem

Digitized by Google

τὰ στήθη καὶ τὴν κοιλίαν δασυτάτην ἔχουσιν. Οἱ τὰ στήθη ψιλὰ ἄγαν ἔχοντες ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας. Ἐπειδὴ οὖν οὔτ' ἄγαν δασέα δεῖ εἶναι, οὔτε ψιλά, ἡ μέση ἕξις κρατίστη. Οἱ τοὺς ὤμους δασεῖς ἔχοντες οὐδέποτε πρὸς τοῖς αὐτοῖς διατελοῦσιν· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνιθας. Οἱ τὸν νῶτον δασὺν ἔχοντες ἄγαν ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰ θηρία. Οἱ δὲ τὸν αὐχένα ὄπισθεν δασὺν ἔχοντες ἐλευθέριοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἱ δ' ἀκρογένειοι εὔψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. Οἱ δὲ συνόφρυες δυσάνιοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν τοῦ πάθους ὁμοιότητα. Οἱ δὲ τὰς ὀφρῦς κατεσπασμένοι πρὸς τῆς ῥινός, ἀνεσπασμένοι δὲ πρὸς τὸν κρόταφον εὐήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς σῦς. Οἱ φριξὰς τὰς τρίχας ἔχοντες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι καὶ οἱ ἐκφοβοι γινόμενοι φρίσσουσιν. Οἱ τὰς τρίχας σφόδρα οὔλας ἔχοντες, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. Ἐπειδὴ οὖν αἵ τε φριξαὶ καὶ αἱ σφόδρα οὖλαι δειλίαν ἀναφέρουσιν, αἱ ἀκρουλοι ἂν εἶεν πρὸς εὐψυχίαν ἄγουσαι· ἀναφέρεται δὲ καὶ ἐπὶ τὸν λέοντα. Οἱ τοῦ μετώπου τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ ἀνάσιλον ἔχοντες ἐλευθέριοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἱ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς προσπεφυκυίας ἔχοντες τὰς τρίχας ἐπὶ τοῦ μετώπου κατὰ τὴν ῥῖνα ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν, ὅτι δουλοπρεπὲς τὸ φαινόμενον.

Μακροβάμων καὶ βραδυβάμων εἴη ἂν νωθρεπιθέτης, τελεστικός, ὅτι τὸ μακρὰ βαίνειν ἀνυστικόν, τὸ βραδέως δὲ μελλητικόν. Βραχυβάμων βραδυβάμων νωθρεπιθέτης, οὐ τελεστικός, ὅτι τὸ βραχέα βαίνειν καὶ βραδέως οὐκ ἀνυστικόν. Μακροβάμων ταχυβάμων οὐκ ἐπιθετικός, τελεστικός, ὅτι τὸ μὲν τάχος τελεστικόν, ἡ δὲ μακρότης οὐκ ἀνυστικόν. Βραχυβάμων ταχυβάμων ἐπιθετικός, οὐ τελεστικός. Περὶ δὲ χειρὸς καὶ πήχεος καὶ βραχίονος φορᾶς, αἱ αὐταὶ ἀναφέρονται. Οἱ δὲ τοῖς ὤμοις ἐπισαλεύοντες ὀρθοῖς ἐκτεταμένοις γαλεαγκῶνες· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἵππους. Οἱ τοῖς ὤμοις ἐπενσαλεύοντες ἐγκεκυφότες μεγαλόφρονες· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἱ δὲ τοῖς ποσὶν ἐξεστραμμένοις πορευόμενοι καὶ ταῖς κνήμαις θηλείαις· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας. Οἱ δὲ τοῖς σώμασι περικλώμενοι καὶ ἐντριβόμενοι κόλακες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. Οἱ ἐγκλινόμενοι εἰς τὰ δεξιὰ ἐν τῷ πορεύεσθαι κίναιδοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Οἱ εὐκινήτους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες ὀξεῖς, ἁρπαστικοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἱέρακας. Οἱ σκαρδαμύκται δειλοί, ὅτι ἐν τοῖς ὄμμασι πρῶτα τρέπονται. Οἱ κατιλλαντωρίαν τε, καὶ οἷς τὸ ἕτερον βλέφαρον ἐπιδέδηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς, κατὰ μέσον τῆς ὄψεως ἐστηκυίας, καὶ οἱ ὑπὸ βλέφαρα τὰ ἄνω τὰς ὄψιας ἀνάγοντες, μαλακόν τε βλέποντες, καὶ οἱ τὰ βλέφαρα ἐπιδεδληκότες, ὅλως τε πάντες οἱ μαλακόν τε καὶ διακεχυμένον βλέποντες· ἀναφέρονται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν καὶ τὰς γυναῖκας. Οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς διὰ συχνοῦ χρόνου κινοῦντες, ἔχοντές τε βάμμα λευκώματος ἐπὶ τῷ

valde hirsuta habent. Qui pectus habent valde nudum, impudentes sunt; referuntur ad mulieres. Quoniam igitur oportet nec valde hirsutum esse, neque valde nudum, medius habitus erit optimus. Quicumque humeros hirsutos habent, numquam in eisdem perseverant; referuntur ad aves. Qui dorsum habent hirsutum, valde impudentes sunt; referuntur ad feras. Quicumque autem collum retro hirsutum habent, liberales sunt; referuntur ad leones. Qui autem tenuem barbam habent, æquo animo sunt; referuntur ad canes. Quicumque habent supercilia conjuncta, morosi sunt; referuntur ad similitudinem passionis. Quorum supercilia a naso deorsum versus, ad tempora vero sursum trahuntur, fatui sunt; referuntur ad sues. Qui capillos horridos habent in capite, ignavi sunt; referuntur ad passionem, quia consternati etiam horrescunt. Qui capillos valde crispos habent, ignavi sunt; referuntur ad Æthiopas. Quoniam igitur et horridi et vehementer crispi ignaviam referunt, subcrispi ad animi præstantiam ducent; referuntur autem et ad leonem. Quibus id frontis quod est versus caput, capillis retro flexis instructum est, liberales sunt; referuntur ad leones. Qui in capite adnatos habent capillos ad frontem juxta nasum, sunt illiberales; referuntur ad formam præcellentissimam, quia servis congruit hicce habitus.

Qui longis et tardis passibus incedit, lente res adgredietur, sed activus erit, quia incessus qui magnis fit passibus, activum designat; qui vero tardis, cunctatorem. Qui parvis ac tardis passibus incedit, lente res aggreditur, neque activus est, quia incessus qui parvis ac tardis fit passibus, activitatem non indicat. Qui magnis ac celeribus passibus incedit, adgrediendo promptus non est, sed activus, quia celeritas activitatem denuntiat, magnitudo vero passuum perfectorem non indicat. Qui parvis ac celeribus passibus incedit, adgrediendo promptus est, sed non activus. De manus et brachii et lacerti motu eadem referuntur. Qui humeros conquassant rectos atque tensos, curtis sunt brachiis; referuntur ad equos. Qui humeros conquassant inclinati, magnanimi sunt; referuntur ad leones. Qui pedibus extro versis ambulant, et cruribus sunt femininis; referuntur ad mulieres. Qui vero corporibus confracti et attriti, adulatores sunt; referuntur ad passionem. Inclinati autem ad dextram in ambulando cinædi sunt; referuntur ad formam præcellentissimam. Quicumque oculos habent mobiles, acuti, rapaces sunt; referuntur ad accipitres. Qui nictantur, ignavi sunt, quia oculis primum in fugam vertuntur. Qui oculos contortos habent, delicatuli sunt; item quibus altera palpebra oculis incumbit, ipso oculo in medio stante, quique oculos sub palpebras superiores retrahunt molliterque spectant, quique palpebras oculis injectas habent, atque in universum omnes qui molliter dissoluteque spectant; referuntur ad formam præcellentissimam et ad mulieres. Qui oculos magnis intervallis moventes tincturam albuginis in oculo habent, ita ut offendere videan-

Digitized by Google

ὀφθαλμῷ, ὡς προσεστηκότας, ἐννοητικοί· ἂν γὰρ πρός τινι ἐννοίᾳ σφόδρα γένηται ἡ ψυχή, ἵσταται καὶ ἡ ὄψις.

Οἱ μέγα φωνοῦντες βαρύτονον ὑβρισταί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. Ὅσοι δὲ φωνοῦσιν ἀπὸ βαρέος ἀρξάμενοι, τελευτῶσι δ' εἰς ὀξύ, δυσθυμικοί, ὀδύρται· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς καὶ ἐπὶ τὸ πρέπον τῇ φωνῇ. Ὅσοι δὲ ταῖς φωναῖς ὀξείαις, μαλακαῖς, κεκλασμέναις διαλέγονται, κίναιδοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας καὶ ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Ὅσοι βαρύτονον φωνοῦσι μέγα, μὴ πεπλεγμένον, ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς εὐρώστους κύνας καὶ ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. Ὅσοι μαλακόν, ἄτονον φωνοῦσι, πραεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς ὄις. Ὅσοι δὲ φωνοῦσιν ὀξὺ καὶ ἐγκεκραγός, μάργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς αἶγας.

Οἱ μικροὶ ἄγαν ὀξεῖς· τῆς γὰρ τοῦ αἵματος φορᾶς μικρὸν τόπον κατεχούσης καὶ αἱ κινήσεις ταχὺ ἄγαν ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ φρονοῦν. Οἱ δ' ἄγαν μεγάλοι βραδεῖς· τῆς γὰρ τοῦ αἵματος φορᾶς μέγαν τόπον κατεχούσης αἱ κινήσεις βραδέως ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ φρονοῦν. Ὅσοι τῶν μικρῶν ξηραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσίν, ἢ καὶ χρώμασιν ἃ διὰ θερμότητα τοῖς σώμασιν ἐπιγίνονται, οὐδὲν ἀποτελοῦσιν· οὔσης γὰρ τῆς φορᾶς ἐν μικρῷ καὶ ταχείας διὰ τὸ πυρῶδες, οὐδέποτε κατὰ ταὐτόν ἐστι τὸ φρονεῖν, ἀλλ' ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλων, πρὶν τὸ ὑπερέχον περᾶναι. Ὅσοι δὲ τῶν μεγάλων ὑγραῖς σαρξὶ κεχρημένοι, ἢ καὶ χρώμασιν ἃ διὰ ψυχρότητα ἐγγίνονται, οὐδὲν ἐπιτελοῦσιν· οὔσης γὰρ τῆς φορᾶς ἐν μεγάλῳ τόπῳ καὶ βραδείας διὰ τὴν ψυχρότητα, οὐ συνανύει ἀφικνουμένην ἐπὶ τὸ φρονοῦν. Ὅσοι δὲ τῶν μικρῶν ὑγραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶ καὶ χρώμασι διὰ ψυχρότητα, γίνονται ἐπιτελεστικοί· οὔσης γὰρ τῆς κινήσεως ἐν μικρῷ, τὸ δυσκίνητον τῆς κράσεως συμμετρίαν παρέσχε τὸ πρῶτον ἐπιτελεῖν. Ὅσοι δὲ τῶν μεγάλων ξηραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶ καὶ χρώμασι διὰ θερμότητα, γίνονται ἐπιτελεστικοὶ καὶ αἰσθητικοί· τὴν γὰρ τοῦ μεγέθους ὑπερβολὴν σαρκῶν τε καὶ χρώματος ἡ θερμότης ἠκέσατο, ὥστε σύμμετρον εἶναι πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν. Τὰ μὲν οὖν μεγέθεσιν ὑπερβάλλοντα τῶν σωμάτων, ἢ σμικρότησιν ἐλλείποντα, ὡς τυχόντα ἐπιτελεστικά ἐστι καὶ ὡς ἀτελῆ, εἴρηται· ἡ δὲ τούτων μέση φύσις πρὸς τὰς αἰσθήσεις κρατίστη καὶ τελεστικωτάτη, οἷς ἂν ἐπιθῆται· αἱ γὰρ κινήσεις οὐ διὰ πολλοῦ οὖσαι ῥᾳδίως ἀφικνοῦνται πρὸς τὸν νοῦν· οὖσαί τ' οὐ κατὰ μικρὸν ὑπερχωροῦσιν· ὥστε τὸν τελεώτατον πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν θ' ἃ ἂν προθῆται καὶ αἰσθάνεσθαι μέλλοντα μέτριον δεῖ εἶναι τὸ μέγεθος. Οἱ ἀσύμμετροι πανοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος καὶ τὸ θῆλυ· εἰ γὰρ οἱ ἀσύμμετροι πανοῦργοι, οἱ σύμμετροι δίκαιοι ἂν εἶησαν καὶ ἀνδρεῖοι. Τὴν δὲ τῆς συμμετρίας ἀναφορὰν πρὸς τὴν τῶν σωμάτων εὐαγωγίαν καὶ εὐφυΐαν ἀνοιστέον, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν τοῦ ἄρρενος ἰδέαν, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ διῃρέθη. Καλῶς δ' ἔχοι καὶ πάντα τὰ σημεῖα, ὅσα προείρηται, ἀναφέρειν ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν καὶ

tur, intellectu præstant : si enim cuipiam rei intellectus vehementer incumbat, sistitur et oculus.

Qui voce magna vociferantur graviter, injuriosi sunt; referuntur ad asinos. Quicumque autem vociferantes a gravi voce incipiunt, sed in acutam desinunt, mœsti ac lamentatores sunt; referuntur ad boves et ad id quod voci convenit. Quicumque autem vocibus acutis, mollibus ac fractis colloquuntur, cinædi sunt; referuntur ad mulieres et ad formam præcellentissimam. Quicumque graviter vociferantur magna voce, non vero plexa, referuntur ad robustos canes et ad formam præcellentissimam. Quicumque molliter sine contentione vociferantur, mansueti sunt; referuntur ad oves. Quicumque vociferantur acute et clamose, lascivi sunt; referuntur ad capras.

Parvi valde acuti sunt : motu enim sanguinis parvum locum occupante, motiones quoque valde velociter deveniunt ad cogitationis sedem. Qui autem sunt valde magni, tardi : motu enim sanguinis magnum locum occupante, motus tarde accedunt ad cogitationis sedem. Quicumque autem parvorum siccis carnibus utuntur, aut et coloribus, qui per caliditatem corporibus superveniunt, nihil absolvunt : quum enim motus in parvo fiat loco et velox sit propter igneam qualitatem, numquam eodem loco manet cogitatio, sed modo hic, modo illic, priusquam quod maxime interest, perficiat. Quicumque magnorum humidis carnibus utentes, aut coloribus qui propter frigiditatem innascuntur, nihil præstant : quum enim motus in magno loco fiat, tardusque sit propter frigiditatem, nisi non conficit iter ad cogitationis sedem ducens. Quicumque autem parvorum humidis carnibus utuntur et coloribus a frigore pendentibus, strenui fiunt : quum enim motus in parvo fiat loco, difficultas movendi quam temperamento debent, moderationem præbere solet ad primum perficiendum. Quicumque magnorum siccis carnibus utuntur et coloribus a caliditate pendentibus, fiunt strenui et sensibus præstantes : nimiam enim magnitudinem compensat carnium et coloris caliditas, ita ut justam habeant proportionem ad agendum. Corpora igitur magnitudinibus modum excedentia, aut parvitudinibus deficientia quomodo se habere debeant, ut res vel ad finem perducant, vel imperfecte conficiant, dictum est; 'media' autem natura horum ad sensus præstantissima atque ad perficiendum aptissima quæcumque adgrediatur : motus enim quum non per magnum fiant spatium, facile ad mentem accedunt : quo ubi pervenerint, ne tantillum quidem supergrediuntur : quare perfectissimum ad perficiendum quæcumque sibi proposuerit, si simul sensurus sit, oportet modicam habere magnitudinem. Qui proportione carent, improbi sunt; referuntur ad passionem et ad femininum genus : si enim proportione carentes improbi sunt, commensurati utique erunt et justi et fortes. Relationem autem proportionis ad corporum bonam educationem et bonam naturam reducere oportet, sed non ad formam maris, sicut in principio dictum est. Bene se haberet quoque si omnia signa, quæcumque prædicta sunt, referremur

www.libook.com.cn

Digitized by Google

εἰς ἄρρεν καὶ θῆλυ· ταῦτα γὰρ τελεωτάτην διαίρεσιν διήρηται, καὶ ἐδείχθη ἄρρεν θήλεος δικαιότερον καὶ ἀνδρειότερον, καὶ ὅλως εἰπεῖν, ἄμεινον. Ἐν ἁπάσῃ δὲ τῇ τῶν σημείων ἐκλογῇ ἕτερα ἑτέρων σημεῖα μᾶλλον δηλοῦσιν ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον· ἐναργέστατα δὲ τὰ ἐν ἐπικαιροτάτοις τόποις ἐγγινόμενα· ἐπικαιρότατος δὲ τόπος ὁ περὶ τὰ ὄμματά τε καὶ τὸ μέτωπον καὶ κεφαλὴν καὶ πρόσωπον, δεύτερος δ' ὁ περὶ τὰ στήθη καὶ ὤμους, ἔπειτα περὶ τὰ σκέλη τε καὶ πόδας· τὰ δὲ περὶ τὴν κοιλίαν ἥκιστα. Ὅλως δ' εἰπεῖν, οὗτοι οἱ τόποι ἐναργέστατα σημεῖα παρέχονται, ἐφ' ὧν καὶ φρονήσεως πλείστης ἐπιπρέπεια γίνεται.

ad formam præcellentissimam et ad marem et feminam : hæc enim perfectissima divisione divisa sunt, et demonstratum est, marem femina esse justiorem et fortiorem et, ut uno verbo dicam, meliorem. In omni autem delectu signorum alia aliis signis magis declarant manifesto subjectum; manifestissima autem, quæ in principalibus locis fiunt; principalissimus autem locus est, qui est circa oculos et frontem et caput et faciem; secundus vero, qui est circa pectus et scapulas; deinde circa crura et pedes; quæ autem circa ventrem, minime. In universum autem ut dicam, ista loca manifestissima signa præbent, in quibus et cogitationis plurimæ decor apparet.

www.lotool.com.cn

Digitized by Google

ΠΡΟΛΟΓΟΣ

ΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΩΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

www.libtool.com.cn

Τῷ τῆς Ἀριστοτελικῆς ἀειθαλεῖ φιλοσοφίας λειμῶνι πολλαὶ μὲν καὶ ἄλλαι δέλτοι κατὰ τὰ εὐγενῆ παραπεφύκασι τῶν φυτῶν, παμφόρους μὲν οἷς θεωροῦμεν, πολυχόας δὲ καὶ οἷς διαπραττόμεθα προϊέμεναι τοὺς καρπούς. Ἦν δὲ πρὸς ταῖς ἄλλαις καὶ ἡ περὶ φυτῶν ὅσα καὶ φυτὸν εὐφυὲς βραχὺ μέν, ἀλλὰ συχναῖς ταῖς χάρισι βρύον καὶ καλλίστοις ἐκφορίοις τοὺς τῶν λόγων ἐραστὰς δεξιούμενον, οὐ μόνον λέγω τοὺς ἡμετέρους, τοὺς πάνυ, τοὺς περιφανεῖς τὰ ἐς λόγους καὶ τὴν σοφίαν ἀπαραμίλλους καὶ τὴν σύνεσιν Αὔσονας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ μοίρας Ἰταλικῆς, καὶ οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσους τοιούτους οἶδεν ἡ τῶν εὐδαιμόνων Ἀράβων τρέφειν καὶ τῶν Ἰνδῶν· συχνὸν γὰρ ἐνέβαλεν ἵμαρον τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων τοῖς ὁπουδήποτε φιλοσόφοις ὁ ἐκ Σταγείρων ἄκρος φιλόσοφος. Ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον φυτὸν οὐκ οἶδ' ὅπως οὐ μόνον αὔφνσιν πέπονθε παρ' ἡμῖν, ἀλλοίωσίν τινα τάχα περὶ τὸ χεῖρον, οἷα φιλεῖ χρόνος ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ προθλιμνον ἐκποκὴν καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀποστροφήν, ὡς οὐδ' ἂν ποτε φυτηκόμον εἶδεν, οὐδ' εἰ προῆλθεν εἰς φῶς. Ὑπέστη τὰ ἴσα καὶ Ἰταλὸς μακρὸν χρόνον σὺν ἡμῖν χηρεύων τοῦ χρήματος. Τοῖς Ἀραψιν ἐγνωρίζετο μόνοις, καὶ μόνοι τῶν τούτου καρπῶν ἀφθόνως ἀπέλαυον. Ἀλλά τις Κελτὸς μὲν τὸ γένος, ἐς τοσοῦτον δὲ τῆς τῶν Ἰταλῶν σοφίας ἐλάσας ὡς τῶν πρωτείων παραχωρεῖν μηδενί, εἶτα βραχὺ τοῦτο, καίπερ ὂν τοσοῦτον, καθ' ἑαυτὸν οἰηθείς, ἂν μὴ καὶ τὴν τῶν Ἀράβων μετὰ τῶν Λατίνων μεταλάβῃ γνῶσιν καὶ τὴν καλλίστην ἕξιν ἀσκήσειεν, ὅλος γίνεται τοῦ ἔργου, καὶ εἰς πέρας τὴν γνώμην ἀγαγεῖν θέλει καὶ τυχεῖν παντοίως τοῦ ἐφετοῦ. Στέλλεται λοιπὸν τὴν ἀλλοδαπήν, χρῆται τοῖς Ἀραψι παιδευταῖς, καὶ τῇ εὐφυΐᾳ συμμετρήσας σπουδὴν τοσοῦτον εὐμοιρῆσαι παιδείας φασὶν ὡς δύνασθαι καὶ τὰ τῶν Ἀράβων εἰς Ἰταλοὺς καὶ τὰ τῶν Ἰταλῶν μεταπορθμεύειν εἰς Ἄραβας. Οὗτος οὖν πρός τισιν ἄλλαις καὶ τὴν περὶ φυτῶν τήνδε βίβλον μεθερμηνεύει, κἄκ τῶν λογικῶν Ἀραβικῶν λειμώνων ὅσα καὶ φυτὸν εὐγενὲς εἰς τὰς Ἰταλικὰς μετακηπεύει φυταλιάς. Ἔχαιρε γοῦν Ἰταλὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ τὰ μεγάλα ἐκόμπαζεν· ταῖς Ἀριστοτελικαῖς γὰρ φιλοτιμεῖσθαι βίβλοις ὑπὲρ πάντας βρενθύεται· καὶ τοσοῦτον ἐνεκαυχᾶτο τῷ χρήματι, Ξέρξης οὐχ ἧττον ἐκεῖνος εἰς ἣν ὑπεσκιάσθη καὶ ἣν χρυσέαν ἔδειξε πλάτανον. Ἦλθον εἰς ἐπιθυμίαν (μακρὸς ἐξότου χρόνος) κἀγὼ τοῦ φυτοῦ· λόγοι γάρ μοι τῶν τοῦ κόσμου πάντων χρῆμα τὸ τιμιώτατον. Ἐπόθουν ἐμφορηθῆναι τῶν τούτου καρπῶν, τῶν νοημάτων εἰς ἕξιν ἐλθεῖν. Ἐψυχαγώγει μοι τὴν ἐπιθυμίαν ἐλπίς, καὶ τὴν ἐλπίδα πάλιν εὐχὴ διεδέχετο. Ἀλλὰ μέχρι πολλοῦ τὰ τῆς ἐπιθυμίας ἀτέλεστα, ἡ ἐλπὶς καὶ μόνον ἐλπίς· τὰ δὲ τῆς εὐχῆς ἐπετείνετο. Τί δ' ἡ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων παντελὴς αἰτία καὶ ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος; ἠρεμίαν τῇ ἐπιθυμίᾳ χορηγεῖ, τῇ ἐλπίδι πέρας, καὶ τὰ τῆς αἰτήσεως τῇ εὐχῇ. Ἰταλὸς γάρ τις ἔκποθεν ἡμῖν αἰφνιδίως ἀναφανείς, ἱκανῶς ἔχων λογικῆς παιδείας καὶ γνώσεως, πρόσεισιν ὡς ἡμᾶς, ἀσπάζεται χαριέντως, τὰ φιλικὰ προσλαλεῖ, εἶτα τὴν ποθουμένην βίβλον ἡμῖν ἐγχειρίζεται. Ἡδράνθην ἐγὼ ὡς ἐφ' ἑρμαίῳ τῷ χρήματι, ἐδεξάμην τὴν βίβλον ἐκθύμως, ὅλος αὐτῆς ἐγενόμην, τὸν ἐγκείμενον νοῦν ἀνελεξάμην ἐπιμελῶς, καὶ οἷον ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τῇδε ἐκ πρώτης αὐτῆς βαλβίδος τὸν Ἀριστοτέλην ἔγνων καὶ τοὺς Ἀριστελικοὺς κατὰ τῶν πάλαι φιλοσοφούντων ἀντιλογικοὺς ἐτασμούς. Ἀδικεῖν δ' ᾠήθην ἁ τοὺ-

PRÆFATIO

INTERPRETIS LIBRI DE PLANTIS ARISTOTELIS.

(814.)

Ad semper florens philosophiæ Aristotelicæ pratum instar nobilium plantarum multi putulasse codices, omnimodos quidem proferentes fructus quibus spectemus, uberes vero et quibus nobis comparemus (hanc philosophiam). Erat præter reliquos et de plantis tractatus, ceu nobilis planta, parvus quidem, sed multis scatens leporibus pulcherrimisque proventibus sermonum amatores salutans, non loquor de nostratibus solum quippe illustrissimis, rebusque doctrinam spectantibus eminentibus, sapientia nemini æquiparandis et intellectu Ausonibus, verum et de regionis Italicæ incolis, nec de his solum, sed etiam de omnibus quotcumque ejusmodi viros nutrire novit felicum Arabum et Indorum regio: frequens enim librorum suorum desiderium cujuscumque regionis philosophis injecit summus Stagirita philosophus. Verum hæc planta nescio quomodo, apud nos non solum perpessa est tabem, ad pejus forsan quamdam mutationem, qualem efficere solet ætas, sed radicitus factam exstirpationem atque ad nihilum demigrationem, perinde ac si numquam novisset hortulanum, neque in lucem prodisset. Eadem expertus est Italus, per longum temporis spatium nobiscum his opibus viduatus. Arabibus solis cognita erat solique affatim ejus fructibus perfruebantur. At vir quidam natione quidem Celta, sed ad tantum Italorum sapientiæ gradum pervectus, ut inter primates nemini cederet, deinde exiguum hoc, etiamsi tanta sit res, apud sese reputans, nisi Arabum quoque scientiæ una cum Latinis fieret particeps pulcherrimasque facultates excoleret, totus negotio incumbit, consiliumque ad finem usque persequi ac quovis modo voti compos fieri decernit. Peregre jam profectus est, Arabibus utitur præceptoribus ac studio ingenuam indolem æquiparans tantam doctrinam feliciter sibi comparasse dicitur ut cum Arabum scripta ad Italos, tum Italorum ad Arabes transvehere posset. Hic itaque præter quædam alia et hunc de plantis librum interpretatur atque e doctis Arabum pratis, utpote nobilem plantam, in Italicos transplantat hortos. Italus igitur de re gavisus est maximeque exsultabat: Aristotelicorum enim librorum æmulatione se omnes superare jactabat ac tantumdem de re gloriabatur, quantum Xerxes ille de platano qua obumbrabatur quamque auream esse ostendebat. Me quoque jamdiu abhinc plantæ incessit cupido; sermones enim omnium in mundo rerum apud me maximo habentur honore. Cupiebam fructibus ejus satiari sententiarumque in potestatem venire. Fovebat mihi cupidinem spes, atque spem rursus preces excipiebant. Verum diu cupido finem attingere nequivit atque spes tantummodo spes erat, precesque augebantur. Quid tandem omnium bonorum plenaria, modum excedens ac præcidanea fuit causa? quietem affert cupidini, spem voti compotem facit, precibus quæ expetebant, subministrat: Italus enim quidam undecumque nobis subito apparens, sufficienter rationali disciplina scientiaque instructus nos adit, comiter excipit, amice adloquitur, deinde librum concupitum nobis in manus tradit. Gavisus sum de re tamquam de lucro insperato librumque alacriter accepi, totus ei me tradidi, sententiam quam continebat, sedulo perlegi, et quasi in speculo hoc a primo inde limine Aristotelem cognovi Aristotelicasque adversus priscos philosophos controversiosas castigationes. Injuriam me intulisse, per libros, putassem cum ipsis libris,

Digitized by Google

λόγους, τοὺς λόγους αὐτοὺς καὶ τοὺς αὐτῶν ἐραστάς, καὶ γραφῆναι βασκάνου ψυχῆς ηὐλαβήθην, ἂν μὴ ταύτην ἱκανῶς ἔχων ὑπὸ τῆς ἀνωθεν χάριτος πρὸς τὴν Ἑλλάδα μεθερμηνεύσαιμι γλῶτταν καὶ ταῖς λοιπαῖς Ἀριστοτελικαῖς δέλτοις δείξαιμι συναρίθμιον. Τῷ τοι καὶ σὺν θεῷ τὸ ἔργον διήνυσα, καὶ εἰς κοινὴν προὐθέμην τὴν βίβλον τοῖς αἱρουμένοις ἀπόλαυσιν, πολλὴν εὑρὼν τὴν δυσχέρειαν καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων σύγχυσιν διὰ τὰς συχνὰς τῶν μεθερμηνεύσεων μεταβολὰς ἐκ τῆς ἡμετέρας εἰς τὴν τῶν Ἰταλῶν, εἰς τοὺς Ἀραβας ἐκεῖθεν, καὶ πάλιν ἐξ Ἀράβων εἰς Ἰταλούς, καὶ εἰς ἡμᾶς ἐκ τούτων ἐπ' ἔσχατον· οὐ γὰρ διπρόσωπος, ὅσον ἐπὶ ταύτῃ τῇ βίβλῳ, ὁ Σταγειρίτης ὤφθη κατὰ τὸν θρυλλούμενον Ἰάνον ἐκεῖνον, ὃν καὶ εἰς χρόνον ἄγει λόγος ἰσχνός, ἀλλὰ πολύμορφος κατὰ τὸν Πρωτέα τὸν Φάριον. Ἐπεὶ δὲ πᾶσα δέλτος ἐκ μιᾶς πρὸς ἑτέραν μεταφερομένη διάλεκτον ἢ κατὰ λέξιν, ἢ κατ' ἔννοιαν προχωρεῖ, καὶ ἡ μὲν ὑστέρα τὸ σαφὲς ἔχουσα τοῦ ἀκριβοῦς ἀπολείπεται, ἡ δ' ἑτέρα καὶ πρωτέρα προσόντος τοῦ ἀκριβοῦς εἰς ἀσάφειαν καταστρέφεται, ἡμεῖς ὡς ἀσφαλεστέρῳ τούτῳ τῷ μέρει καὶ ἀδιαβλήτῳ στοιχοῦντες, καθὼς καὶ ἐν ἑτέραις πεποιήκαμεν δέλτοις, τῆς ἀκριβείας ἐχόμεθα. Ἵνα δὲ μὴ φαινοίμεθα καὶ χώραν τῇ ἀσαφείᾳ διδόντες, ἣν κακίαν παντελῆ τοῖς λόγοις ἐγνώκαμεν, ἐπανερμηνείαις τισὶ καὶ σχολικαῖς παρασημειώσεσιν, εἴ τι που ἐκ τῆς ἀσαφείας ἄχαρι καὶ ἀτερπές, ἐψυχαγωγήσαμεν, κἀκ τῆς σκληρᾶς καὶ τραχείας τοὺς λογικοὺς ὁδίτας εἰς τὴν λείαν τε καὶ πλατεῖαν ἐχειρᾳγωγήσαμεν, καὶ τῷ ὑπὲρ ἡμᾶς τὴν εὐχαριστίαν καὶ τήν, ὡς εἰκός, ἀνθομολόγησιν ἀπενείμαμεν· τοῦτο γὰρ ἀφ' ἡμῶν ἀπαιτεῖ τῶν ὑπὸ χεῖρα ὁ μόνος σοφὸς καὶ δυνατὸς θεὸς κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· τίνος γὰρ ἄλλου δεῖται παρ' ἡμῶν, ὃς διά τινος τῶν προφητῶν περὶ ἑαυτοῦ λέγει « τὸν οὐρανὸν πληρῶ καὶ τὴν γῆν, » καὶ οὗ ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, κατὰ τὸν Δαβίδ, καὶ μεθ' οὗ πᾶς ἀγρὸς παντοίοις ὡραΐσμένος φυτοῖς;

tum eorum amatoribus, atque animi invidi accusari metuissem, nisi hunc librum, quo divinæ gratiæ beneficio ipse affatim fruerer, in Græcam linguam transtulissem atque ceteris codicibus Aristotelicis adnumerandum esse ostendissem. Idcirco igitur, nec non adjuvante deo, opus perfeci atque in publicum proposui librum omnibus eo perfrui cupientibus, multamque inveni difficultatem atque nominum confusionem propter frequentes translationum vices, e nostra lingua in Italicam, inde in Arabicam, ex Arabico rursus in Italam, ac postremo ex hac in nostram : neque enim duplicem tantummodo faciem, quantum ad hunc librum attinet, præ se ferre conspiciebatur Stagirita, Jani instar illius pervulgati, quem ad tempus quoque refert inepta traditio, sed multiformis esse ad modum Protei Pharii. Quum autem quivis codex, ubi ex una lingua ad alteram traducitur, vel ad verbum, vel ad sententiam procedit, atque hæc quidem ratio, etiamsi perspicuitate prædita accurationis respectu deficit, altera vero quam primam nominavi, quamvis accurationem habeat, ad obscuritatem deflectitur, nos ab hac parte tamquam tutiori ac criminis experta incedentes, quemadmodum et circa reliquos codices feceramus, accurationi studuimus. Ne autem locum dare videremur obscuritati, quam absolutum librorum esse vitium cognovimus, interpretationum quarumdam adnotationumque quales in scholis fieri solent, cumulo eam, si quid forsan ex obscuritate redundaret ingrati vel injucundi, demulsimus et manu doctos viatores ex aspera et salebrosa via in planam latamque traduximus, eique qui super nos est, grati animi documentum votique ratihabitionem, ut par est, retulimus : hoc enim a nobis ex iis quæ præsto sunt, petit solus sapiens ac potens deus secundum divinum apostolum : quo enim alio ei a nobis opus est, qui verbis prophetarum alicujus de se ipso dicit : cœlum impleo atque tellurem, atque ad quem pertinent orbis terrarum et quæ eum implent, secundum David, et quocum omnis ager cujusvis generis exornatur plantis.

ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

DE PLANTIS

LIBER I.

CAP. I.

Ἡ ζωὴ ἐν τοῖς ζῴοις καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς εὑρέθη, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ζῴοις φανερὰ καὶ πρόδηλος, ἐν τοῖς φυτοῖς δὲ κεκρυμμένη καὶ οὐκ ἐμφανής. Εἰς τὴν ταύτης γοῦν βεβαίωσιν πολλὴν ἀνάγκη ἐστὶ ζήτησιν προηγήσασθαι· συνίσταται γάρ, πότερον ἔχουσιν, ἢ οὐχί, τὰ φυτὰ ψυχὴν καὶ δύναμιν ἐπιθυμίας, ὀδύνης τε καὶ ἡδονῆς καὶ διακρίσεως. Ἀναξαγόρας μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐπιθυμίᾳ ταῦτα κινεῖσθαι λέγουσιν, αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι διαβεβαιοῦνται· ὧν ὁ μὲν Ἀναξαγόρας καὶ ζῷα εἶναι καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἶπε, τῇ τ' ἀπορροῇ τῶν φύλλων καὶ τῇ αὐξήσει τοῦτο ἐκλαμβάνων, ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς γένος ἐν τούτοις κεκραμένον εἶναι ἐδόξασεν. Ὡσαύτως καὶ ὁ Πλάτων ἐπιθυμεῖν μόνον αὐτὰ διὰ τὴν σφοδρὰν τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀνάγκην ἔφησεν· ὃ ἐὰν συσταίη, ἥδεσθαι ὄντως αὐτὰ καὶ λυπεῖσθαι αἰσθάνεσθαί τε σύμφωνον ἔσται. Ἂν δὲ συσταίη τοῦτο, τῷ ἐπιθυμεῖν, εἰ καὶ ἀεὶ τῷ ὕπνῳ ἀνακτῶνται καὶ ἐγείρονται ταῖς ἐγρηγόρσεσι, σύμφωνον ἔσται· ὡσαύτως καὶ ἐὰν ζητήσωμεν, εἰ πνοὴν καὶ γένος ἐκ συγκράσεως ἔχουσιν, ἢ τὸ ἐναν-

Vita in animalibus et plantis inventa est, in animalibus manifesta apparens, in plantis vero occulta, non evidens : ad hujus enim assertionem multam necesse est inquisitionem præcedere : constaret enim, utrum habeant, nec ne, plantæ animam et virtutem desiderii dolorisque et delectationis discretivam. Anaxagoras autem et Abrucalis desiderio eas moveri dicunt, sentire quoque et tristari delectarique asserunt : quorum Anaxagoras animalia esse has, lætarique et tristari dixit, fluxum foliorum argumentum assumens; Abrucalis autem sexum in his permixtum opinatus est. Plato siquidem desiderare tantum eas propter vehementem nutrimenti necessitatem ait : quod si constet, gaudere quoque et tristari, sentireque eas, consequens erit. Id quoque constare desiderem, an somno reficiantur excitenturque vigiliis, spiritum quoque et sexum permixtionem sexumque habeant, vel contra.

Digitized by Google

τίον, πολλὴν ἂν τὴν περὶ τούτου ἀμφιβολίαν καὶ μακρὰν ποιήσωμεν τὴν ζήτησιν. Τὸ δὲ τὰ τοιαῦτα παραλιμπάνειν καὶ μὴ εὐαναλώτοις περὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἐρεύναις ἐνδιατρίβειν πρέπον ἐστίν. Τινὲς δ' ἔχειν ψυχὰς τὰ φυτὰ εἶπον, ὅτι γεννᾶσθαι, τρέφεσθαι καὶ αὐξάνεσθαι, νεάζειν καὶ χλοάζειν γήρᾳ τε διαλύεσθαι τεθεωρήκασιν, ἐπείπερ οὐδὲν ἄψυχον ταῦτα μετὰ τῶν φυτῶν ἔχει κοινά· διότι δ' ἔχουσι ταῦτα τὰ φυτά, καὶ τὸ ἐπιθυμίᾳ ὡσαύτως κατέχεσθαι ἐπίστευον.

Multa autem circa hæc ambiguitas longam facit inquisitionem. Hæc siquidem prætermittere, nec dispendiosis circa singula perscrutationibus immorari opportunum. Quidam autem habere animas has dixerunt, quia generari, nutriri, augeri, virescere juventute, senioque dissolvi conspexerunt, quum nullum inanimatum hæc cum plantis habeat communia. Quæ si habuerint plantæ, desiderio quoque affici credebant.

CAP. II.

Ἀλλὰ πρῶτον τοῖς φανεροῖς, εἶτα καὶ τοῖς κεκρυμμένοις ἀκολουθήσωμεν. Λέγομεν τοίνυν ὡς ἐάν τι τρέφεται, ἥδη καὶ ἐπιθυμεῖ, καὶ ἡδύνεται μὲν τῷ κόρῳ, λυπεῖται δ' ὅτε πεινᾷ· καὶ οὐκ ἐμπίπτουσιν αὗται αἱ διαθέσεις εἰ μὴ μετὰ αἰσθήσεως. Τούτου ἆρα θαυμάσιος μέν, οὐ μὴν φαῦλος πλανᾶται σκοπός, ὃς καὶ τὰ φυτὰ αἰσθάνεσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν ἐδόξασεν· ὁ δ' Ἀναξαγόρας καὶ ὁ Δημόκριτος καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ νοῦν καὶ γνῶσιν εἶπον ἔχειν τὰ φυτά· ἡμεῖς δὲ τὰ τοιαῦτα ὡς φαῦλα ἀποτρεπόμενοι τῷ ὑγιεῖ ἐνστῶμεν λόγῳ. Λέγομεν οὖν ὅτι τὰ φυτὰ οὔτε ἐπιθυμίαν, οὔτ' αἴσθησιν ἔχουσιν· ἡ γὰρ ἐπιθυμία οὐκ ἔστιν εἰ μὴ ἐξ αἰσθήσεως, καὶ τὸ τοῦ ἡμετέρου δὲ θελήματος τέλος πρὸς τὴν αἴσθησιν ἀποστρέφεται. Οὐχ εὑρίσκομεν γοῦν ἐν τοῖς τοιούτοις αἴσθησιν, οὔτε μέλος αἰσθανόμενον, οὔθ' ὁμοιότητα αὐτοῦ, οὔτ' εἶδος διωρισμένον, οὔτε τι ἀκόλουθον τούτῳ, οὔτε τοπικὴν κίνησιν, οὔθ' ὁδὸν πρός τι αἰσθητόν, οὔτε σημεῖόν τι δι' οὗ ἂν κρίνωμεν ταῦτα αἴσθησιν ἔχειν, καθὼς σημεῖα δι' ὧν ἐπιστάμεθα ταῦτα καὶ τρέφεσθαι καὶ αὐξάνεσθαι εὑρίσκομεν. Οὐδὲ συνίσταται παρ' ἡμῶν τοῦτο εἰ μὴ διότι τὸ θρεπτικὸν καὶ αὐξητικὸν νοοῦμεν μέρη εἶναι τῆς ψυχῆς. Ὁπόταν γοῦν τὸ τοιοῦτον φυτὸν εὑρίσκωμεν, τι μέρος ψυχῆς τοιαύτης ἐν ἑαυτῷ ἔχον ἐξ ἀνάγκης νοοῦμεν καὶ ψυχὴν ἔχειν αὐτό· ὅτε δὲ στερεῖται αἰσθήσεως, τότε αἰσθητικὸν αὐτὸ μὴ εἶναι μὴ ἐγχωρεῖν οὐ δεῖ· ἡ γὰρ αἴσθησις αἰτία ἐστὶν ἐλλάμψεως ζωῆς, τὸ δὲ θρεπτικὸν αἰτία ἐστὶν αὐξήσεως πράγματός τινος ζῶντος.

Primo ergo manifesta, mox occulta prosequamur. Dico ergo : quicquid cibatur, desiderat et delectatur saturitate, tristaturque quum esurierit; et non accidunt hæ dispositiones nisi cum sensu. Hujus igitur mirabilis, non tamen fœda erat intentio, qui eas sentire et desiderare opinabatur. Anaxagoras autem et Democritus et Abrucalis illas intellectum intelligentiamque habere dicebant; nos vero, hæc ut fœda repudiantes, sano insistamus sermoni. Dico ergo, quod plantæ nec sensum habent, nec desiderium : desiderium enim non est nisi ex sensu, et nostræ voluntatis finis ad sensum convertitur. Nec invenimus in eis sensum, nec membrum sentiens, nec similitudinem ejus, nec formam terminatam, nec consecutionem rerum, nec motum, nec iter ad aliquid sensatum, nec signum aliquod, per quod judicemus illas sensum habere, sicut signa, per quæ scimus, eas nutriri et crescere. Nec constat hoc nobis, nisi quia nutrimentum et augmentum partes sunt animæ. Quumque plantam talem invenimus, aliquam partem animæ illi inesse necessario intelligimus sensu que careat; tunc sensatum esse, concedere non oportet, quia sensus est causa illustrationis vitæ, nutrimentum vero causa est augmenti rei vivæ.

CAP. III.

Αὗται δ' αἱ διαφοραὶ προβαίνουσιν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ὅτι δυσχερὲς ἐν ταὐτῷ μεταξὺ ζωῆς καὶ τῆς στερήσεως αὐτῆς μέσον τι καταλαβεῖν. Εἴποι δέ τις ἂν ὡς ἐπεὶ τὸ φυτὸν ζῶν ἐστιν, ἤδη τοῦτο καὶ ζῷον εἴποιμεν ἄν. Οὐδαμῶς· καὶ γὰρ δυσχερές ἐστι τὴν διοίκησιν τοῦ φυτοῦ ἀποδιδόναι τῇ διοικήσει τῆς ψυχῆς τοῦ ζῴου· τὸ γὰρ τὰ φυτὰ τοῦ ζῆν ἀποφάσκον οὕτως, τοῦτό ἐστιν ὅτι οὐκ αἰσθάνονται· καὶ γάρ εἰσι καί

Hæ autem diversitates proveniunt suo loco : difficile nimirum inter vitam et ejus privationem medium apprehendere. Dicet quoque aliquis, plantam, si sit vivens, esse animal : namque difficile est, vitæ plantarum regimen assignare præter regimen vitæ altricis. Qui autem plantas vivere negant, est, quod non sentiunt, quia sunt

Digitized by Google

τινα ζῶα γνώσεως ἐστερημένα. Ἐπεὶ δ' ἡ φύσις τὴν τοῦ ζῴου ζωὴν ἐν τῷ θανάτῳ φθείρουσα, πάλιν ἐν τῷ ἰδίῳ γένει ταύτην διὰ γενέσεως συντηρεῖ, πάντῃ ἀσύμφωνόν ἐστιν ἕνα μέσον ἔμψυχόν τε καὶ ἄψυχον ἄλλο τι μέσον τιθῶμεν. Ἐπιστάμεθα δ' ὅτι καὶ τὰ κογχύλιά εἰσι ζῶα, γνώσεως ἐστερημένα, διότι εἰσὶ φυτὰ ἐν ταὐτῷ καὶ ζῶα. Μόνη ἄρα ἡ αἴσθησίς ἐστιν αἰτία δι' ἣν ταῦτα λέγονται ζῶα· τὰ γὰρ γένη διδόασι τοῖς οἰκείοις εἴδεσιν ὀνόματα καὶ ὁρισμούς, τά τ' εἴδη τοῖς οἰκείοις ἀτόμοις ὀνόματα. Δεῖ τε τὸ γένος ἐκ μιᾶς καὶ κοινῆς αἰτίας εἶναι ἐν τοῖς πολλοῖς, καὶ οὐκ ἐκ πολλῶν, ὁ λόγος δὲ τῆς αἰτίας, δι' ἣν βεβαιοῦται τὸ γένος, οὐ τῷ τυχόντι ἐστὶ γνώριμος. Πάλιν εἰσὶ ζῷα ἅπερ στεροῦνται γένους θήλεος, ἕτερα ἅπερ οὐ γεννῶσιν, ἕτερα ἅπερ κίνησιν οὐκ ἔχουσιν, καί εἰσιν ἄλλα διαφόρων χρωμάτων, καί εἰσί τινα ἃ ποιοῦσι τόκον ἑαυτοῖς ἀνόμοιον, εἰσί τ' ἄλλα ἃ αὐξάνουσιν ἐκ τῆς γῆς ἢ ἐκ δένδρων.

quædam animalia sapientia et intellectu carentia. Natura tamen, animalis vitam in morte corrumpens, ipsam in genere suo per generationem conservat; estque inconveniens, ut inter animatum et inanimatum medium ponamus. Scimus autem, quod conchylia animalia sunt sapientia et intellectu carentia, suntque plantæ et animalia. Solus ergo sensus est causa, quare illa dicuntur animalia, quia genera dant suis speciebus nomina et definitiones, species vero suis individuis nomina. Debetque genus ex una causa esse in multis, et non ex multis; intentio autem causæ, per quam confirmatur genus, non cuilibet est pervia. Sunt autem animalia, quæ sexu carent femineo, et sunt quæ non generant, suntque quæ motum non habent, et sunt quædam diversorum colorum, et sunt quæ faciunt prolem sibi dissimilem, et sunt quæ ex terra vel arboribus crescunt.

CAP. IV.

Τίς οὖν ἐστιν ἡ ἀρχὴ ἡ ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ζῴου; τί ἄλλο εἰ μὴ τὸ εὐγενὲς ζῷον, ὃ τὸν οὐρανὸν περιοδεύει, τὸν ἥλιον, τὰ ἄστρα καὶ τοὺς πλάνητας, τὰ ἀπὸ τῆς ἐνειλιμένης ἐξωτερικὰ ἀμφιβολίας, ἃ δὴ καὶ ἀπαθῆ εἰσιν; ἡ γὰρ αἴσθησις τῶν αἰσθανομένων πάθος. Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἔχουσι τὰ φυτὰ κίνησιν ἐξ ἑαυτῶν· τῇ γὰρ γῇ εἰσι πεπηγότα, ἡ δὲ γῆ ἀκίνητός ἐστιν. Συλλογισόμεθα τοίνυν πόθεν ἂν ταύτῃ ζωήν, ἵνα ποιήσωμεν καὶ αὐτὰ αἰσθητικά; οὐ γὰρ περιέχει ταῦτα ἓν πρᾶγμα κοινόν. Λέγομεν δ' ὅτι τῆς ζωῆς τῶν ζῴων κοινή ἐστιν αἰτία ἡ αἴσθησις, αὕτη δὲ ποιεῖ διάκρισιν μέσον ζωῆς καὶ θανάτου. Ὁ οὐρανὸς δ' ἐπεὶ ἔχει διοίκησιν εὐγενεστέραν καὶ ἀξιολογωτέραν τῆς ἡμετέρας διοικήσεως, ἀπεμακρύνθη τούτων. Δεῖ τοίνυν, ἵνα τὸ ζῷον τὸ τέλειον καὶ τὸ ἠλαττωμένον ἔχῃ τι κοινόν, καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ σκοπὸς τῆς ζωῆς. Τῇ ταύτης γοῦν στερήσει δεῖ ἵνα πᾶς τις ἀποχωρῇ τῶν τοιούτων ὀνομάτων, ὅτι οὐκ ἔστι μέσον· ἡ δὲ ζωή ἐστι μέσον· τὸ γὰρ ἄψυχον οὐκ ἔχει ψυχήν, οὐδέ τι τῶν μερῶν αὐτῆς. Τὸ δὲ φυτὸν οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν στερουμένων ψυχῆς, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐστί τι μέρος ψυχῆς, ἀλλ' οὐκ ἔστι ζῷον, ὅτι οὐδ' αἴσθησις ἐν αὐτῷ· ἐξέρχεται δ' ἐκ ζωῆς εἰς μὴ ζωὴν κατὰ βραχύ, ὡς καὶ τὰ καθ' ἕκαστον. Δυνάμεθα δὲ καὶ ἄλλως λέγειν, ὅτι ἔστιν ἔμψυχον τὸ φυτόν, καὶ οὐ λέγομεν ὅτι ἄψυχον. Εἰ ἔχει δὲ ψυχήν, οὐ λέγομεν ὅτι καί τινα ἡδὴ ἔχει αἴσθησιν· πρᾶγμα γὰρ τὸ τρεφόμενον οὐκ ἔστιν ἄνευ ψυχῆς. Πᾶν δὲ ζῷον ἔχει ψυχήν· τὸ δὲ φυτὸν ἐστιν ἀτελὲς πρᾶγμα. Πάλιν τὸ ζῷον ἔχει μέλη διωρισμένα, τὸ φυτὸν ἀδιόριστα, ἔχει δ' ὕλην οἰκείαν κινήσεως, ἣν ἔχει ἐν ἑαυτῷ. Πάλιν δυνάμεθα λέγειν τὰ φυτὰ ψυχὴν ἔχειν, ὅτι ψυχή ἐστιν ἡ ποιοῦσα ἐν αὐτοῖς γεννᾶσθαι τὰς κινήσεις, ἐπιθυμία δὲ καὶ κίνησις ἡ ἐν τόποις οὐκ ἔστιν εἰ μὴ μετὰ αἰσθή-

Quid ergo est principium vitæ animalis, quidve animal nobile, ut quod circuit cœlum, solem et stellas planetas, ab intricata extrahet ambiguitate? Impassibilia enim sunt, sensus vero sentientis passio. Non autem habet planta motum ex se: terræ enim affixa est; hæc autem immobilis. Unde ergo syllogizabimus, ei vitam ut faciamus, aliquid verisimile? Non enim continet illas res una communis. Dicimus ergo, quod vitæ animalis commune est sensus, quia sensus facit discretionem inter vitam et mortem; sed cœlum, quum habeat regimen nobilius et dignius nostro regimine, elongatum est ab his. Oportet autem, ut animal perfectum et diminutum habeant aliquid commune, et hoc est intentio vitæ et ejus privatio. Nec oportet, ut quisquam recedat ab his nominibus, quia non est medium inter animatum et inanimatum, nec inter vitam et ejus privationem; sed inter inanimatum et vitam est medium, quia inanimatum est quod non habet animam, nec aliquam partem ipsius. Sed planta non est de his quæ carent anima, quia in illa est aliqua pars animæ; et non est animal, quia in illa non est sensus; et exit de vita ad non vitam paulatim ut singula. Possumus etiam alio modo dicere, quod est animatum, et non dico tamen, quod sit inanimatum: si habuerit animam, et aliquem sensum, quia res quæ cibatur, non est sine anima. Et omne animal habet animam, sed planta est res imperfecta, et animal habet membra determinata, et planta indeterminata, et habet planta naturam propriam ex motu quem habet in se. Potestque dicere aliquis, quod habet animam, quia anima est quod facit motus nasci in locis et desideria, et motus in locis non erunt nisi cum sensu,

Digitized by Google

σεως. Πάλιν τὸ ἕλκειν τροφὴν ἐστιν ἐξ ἀρχῆς φυσικῆς, καὶ τοῦτ' αὐτό ἐστι τὸ κοινὸν ζῴου καὶ φυτοῦ· οὐκ ἔσται δὲ φροντὶς ἐπὶ τῇ ἕλκύσει τῆς τροφῆς αἰσθήσεως τὸ παράπαν, ὅτι πᾶν τὸ τρεφόμενον χρῄζει ἐν τῇ οἰκείᾳ τροφῇ δύο ποιοτήτων τινῶν, θερμότητός φημι καὶ ψυχρότητος, καὶ διὰ τοῦτο δεῖται τροφῆς ὑγρᾶς ὁμοίως καὶ ξηρᾶς· ἡ δὲ θερμότης καὶ ἡ ψυχρότης εὑρίσκεται ἐν βρώμασι ξηροῖς καὶ ὑγροῖς· οὐδεμία δὲ τῶν τοιούτων φύσεων χωρίζεται τῆς συμμετόχου αὐτῆς· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πρώτως ἐγένετο ἡ τροφὴ τῷ τρέφοντι συνεχὴς ἕως καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ὥραν τῆς φθορᾶς, καὶ ὀφείλουσι χρῆσθαι ταύτῃ τὸ ζῷον καὶ τὸ φυτὸν τοιαύτῃ ὁποίόν ἐστιν ἑκάτερον αὐτῶν.

sed attrahere cibum erit ex principio naturali, et illud commune est animali et plantæ; et non erit cum attractione cibi sensus omnino, quia omne cibabile utitur in sua cibatione duabus rebus, scilicet calore et frigore. Et proprie eget animal cibo humido et cibo sicco, quia frigiditas inventa est in cibo sicco, quia nulla istarum duarum naturarum separatur a socio suo. Et ideo factus est cibus cibanti continuus usque ad horam corruptionis, et debent uti animal et planta tali, quale est illud.

CAP. V.

Διερευνήσωμεν οὖν καὶ τοῦτο, ὃ προηγήσατο ἐν τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ, περὶ ἐπιθυμίας φυτοῦ καὶ κινήσεως αὐτοῦ καὶ ψυχῆς ἰδίας, καὶ εἴ τι ἀναλύεται ἀπ' αὐτοῦ τοῦ φυτοῦ, ὅσον εἰς πνοήν· Ἀναξαγόρας γὰρ εἶπε ταῦτα ἔχειν καὶ πνοήν. Καὶ πῶς, εἴπερ εὑρίσκομεν πολλὰ ζῷα μὴ ἔχοντα πνοήν; Καὶ πάλιν εὑρίσκομεν ἀκριβῶς ὅτι τὰ φυτὰ οὔθ' ὑπνώττουσιν, οὔτε γρηγοροῦσιν· τὸ γὰρ γρηγορεῖν οὐδέν ἐστιν εἰ μὴ ἀπὸ διαθέσεως τῆς αἰσθήσεως, τὸ δ' ὑπνώττειν οὐδὲν εἰ μὴ ἀσθένεια αὐτῆς, καὶ οὐχ εὑρίσκεταί τι τούτων ἐν πράγματι τρεφομένῳ μὲν πάσαις ὥραις κατὰ διοίκησιν μίαν, ἐν τῇ οἰκείᾳ δὲ φύσει μὴ αἰσθανομένῳ. Τὸ γὰρ ζῷον ὅτε τρέφεται, τί συμβαίνει; τὸ ἀναβαίνειν ἀναθυμιάσιν ἀπὸ τῆς τροφῆς πρὸς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ὑπνώττειν ἐντεῦθεν πάντως, καὶ ὅταν καταναλωθῇ ἡ ἀναθυμίασις ἡ ἀναβαίνουσα πρὸς τὴν κεφαλήν, τότε γρηγορεῖ. Ἔν τισι δὲ τῶν ζῴων ἐστὶν αὕτη ἡ ἀναθυμίασις πολλή, καὶ τέως ὀλίγον ὑπνώττουσιν. Ὁ δὲ νυσταγμός ἐστι συνοχὴ τῆς κινήσεως, ἡ δὲ συνοχὴ πάλιν ἠρεμία πράγματος κινουμένου.

[II]. Perscrutemur ergo nunc id quod præcessit in sermone nostro, de desiderio plantæ et motu ejus et anima sua, et quod resolvitur ab ea. Et non habet planta spiritum, licet Anaxagoras dixerit, ipsam habere spiritum; et jam invenimus multa animalia quæ non habent spiramen. Et invenimus visibiliter, quod plantæ non dormiunt, nec vigilant, quia vigilare est de effectu sensus, et dormire est debilitas sensus, et non invenitur aliquod horum in re quæ vegetatur in omnibus horis secundum dispositionem unam et ipsa in natura sua est non sentiens. Et quando cibatur animal, ascendit vapor a cibo ejus ad caput, et dormit; et quando consumitur vapor ascendens ad caput, vigilat. Et in quibusdam animalibus est hic vapor multus, quæ tamen parum dormiunt. Et dormitatio est comprehensio motus, et compressio est quies rei motæ.

CAP. VI.

Ὃ δὲ μάλιστα καὶ κυρίως ἐστὶ ζητητέον ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ, τοῦτό ἐστιν ὅπερ εἶπεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἤγουν εἰ εὑρίσκεται ἐν τοῖς φυτοῖς γένος θῆλυ καὶ γένος ἄρρεν, καὶ εἰ ἔστιν εἶδος κεκραμένον ἐκ τούτων τῶν δύο γενῶν. Λέγομεν τοίνυν ὅτι τὸ ἄρρεν, ὅτε γεννᾷ, εἰς ἄλλο γεννᾷ, καί εἰσιν ἄμφω κεχωρισμένα ἀπ' ἀλλήλων. Ἐπεὶ γοῦν εὑρίσκεται ἐν τοῖς φυτοῖς ὅτι ἔχει τὰ φυτὰ γένος ἄρρεν καὶ θῆλυ, καὶ πάντως τὸ μὲν ἄρρεν ἐστὶ τραχύτερον καὶ σκληρότερον καὶ μᾶλλον φρίσσον, τὸ δὲ θῆλυ ἀσθενέστερον καὶ καρποφόρον πλέον, πάλιν ὀφείλομεν ζητεῖν, πότερον εὑρίσκονται ταῦτα τὰ δύο γένη κεκραμένα ἅμα ἐν τοῖς φυτοῖς, ὡς εἶπεν Ἐμπεδοκλῆς. Ἀλλ' ἐγὼ οὐχ ὑπολαμβάνω

Et quod maxime et proprie inquirendum in hac scientia, est quod dixit Abrucalis, videlicet si invenitur in plantis sexus femineus et sexus masculinus, sive species commixta ex his duobus sexubus? Sed dicimus, sicut diximus quia masculus, quando generat, in aliud generat, et femina, quando generat, ab alio generat, et sunt ambo separati ab invicem, et illud non invenitur in plantis, quia quælibet species plantæ masculinæ, quod erit ex ea, erit asperius, durius, rigidius, et femina erit debilis et fructifera. Et debemus inquirere, utrum inveniantur illæ duæ species simul conjunctæ in unum esse in plantis, sicut dixit Abrucalis. Sed ego non opinor, quod hoc ita sit, quia res

Digitized by Google

τοῦτο τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχειν· τὰ γὰρ κεκραμένα ὀφείλουσιν εἶναι πρῶτον ἁπλᾶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ εἶναι καθ' αὑτὸ μὲν τὸ ἄρρεν, καθ' αὑτὸ δὲ τὸ θῆλυ, κἀντεῦθεν κιρνᾶσθαι· ἡ δὲ κρᾶσις οὐκ ἔσται εἰ μὴ διὰ τὴν οἰκείαν γένεσιν. Εὑρέθη γοῦν ἐν τοῖς φυτοῖς πρὸ τῆς κράσεως κρᾶσις, ἣ καὶ ὀφείλει εἶναι αἰτία ποιητικὴ καὶ παθητικὴ ἐν μιᾷ ὥρᾳ, ἀλλ' οὐχ εὑρίσκεται ἀρρενότης καὶ θηλύτης ἡνωμέναι ἔν τινι τῶν φυτῶν. Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἦν, τάχα ἂν τὸ φυτὸν ἦν τελειότερον τοῦ ζῴου. Καὶ πῶς, εἴπερ τὸ ζῷον οὐ δεῖται ἐν τῇ οἰκείᾳ γενέσει πράγματός τινος ἐξωτερικοῦ, τὸ δὲ φυτὸν τοῦτο δεῖται ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ ἔτους; δεῖται γὰρ ἡλίου καὶ εὐκρασίας καὶ τοῦ ἔαρος πλέον, καὶ τούτων δεῖται μᾶλλον ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἐκφύσεως αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καὶ τις ἀρχὴ τῆς μὲν τροφῆς τῶν φυτῶν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πάλιν ἀρχὴ ἑτέρα τῆς γενέσεως ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Εἶπε δὲ καὶ Ἀναξαγόρας ὅτι ἡ ὑγρότης τούτων ἐστὶν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἔφη πρὸς Λεχίνεον ὅτι ἡ γῆ μήτηρ μέν ἐστι τῶν φυτῶν, ὁ δ' ἥλιος πατήρ. Ἀλλὰ τὴν κρᾶσιν τοῦ ἄρρενος τῶν φυτῶν καὶ τοῦ θήλεος ὀφείλομεν διατυπώσασθαι οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ, οἷον ὅτι τὸ σπέρμα τοῦ φυτοῦ ὅμοιόν ἐστιν ἐγκυμονήσει ζῴου, ἥτις ἐστὶ μίξις ἄρρενός τε καὶ θήλεος. Καὶ ὥσπερ ἐστὶν ἐν τοῖς ᾠοῖς ὅτε γίνεται νεοσσός, ἔστιν ἐντεῦθεν καὶ ἡ τροφὴ αὐτοῦ μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς ὥρας τῆς συμπληρώσεως καὶ τῆς οἰκείας ἐξόδου, καὶ τότε τὸ θῆλυ ἐκτίθησι τὸν νεοσσὸν ἐν μιᾷ ὥρᾳ· οὕτω καὶ τὸ σπέρμα τοῦ φυτοῦ. Εἶπε δὲ πάλιν Ἐμπεδοκλῆς ὅτι τὰ φυτά, εἰ καὶ νεοσσοὺς οὐ γεννῶσι, διότι τὸ γεννώμενον οὐ γεννᾶται εἰ μὴ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ σπέρματος, καὶ ὅτι ὅπερ μένει ἐξ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀρχῇ τροφὴ γίνεται τῆς ῥίζης, καὶ τὸ γεννώμενον κινεῖ αὐτὸ ἑαυτὸ παραυτίκα, ὅμως οὕτως ὀφείλομεν ὑπολαμβάνειν καὶ ἐν τῇ μίξει τῶν ἀρρένων καὶ τῶν θηλέων φυτῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ζῴων, ὅτι καὶ ἡ μίξις τῶν φυτῶν ἐστιν ἐν διοικήσει τινί, ἀλλ' ἐν τοῖς ζῴοις, ὅτε μίγνυνται τὰ γένη, μίγνυνται καὶ αἱ δυνάμεις τῶν γενῶν, αἳ ἦσαν πρότερον κεχωρισμέναι, καὶ προῆλθεν ἐκ τούτων ἀμφοτέρων πρᾶγμά τι ἕν· ὃ δὴ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς φυτοῖς· οὐ γὰρ ὅτε μίγνυνται τὰ γένη καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν, μετὰ ταῦτα γίνονται κεχωρισμέναι. Εἰ γοῦν ἡ φύσις ἔμιξε τὸ ἄρρεν μετὰ τοῦ θήλεος, καλῶς προέβη, ὅτι οὐχ εὑρίσκομεν ἐνέργειάν τινα ἐν τοῖς φυτοῖς παρὰ τὴν γένεσιν τῶν καρπῶν· οὐδὲ γάρ ἐστι ζῷον κεχωρισμένον τοῦ θήλεος εἰ μὴ ἐν ὥραις αἷς οὐ συνάπτεται· τοῦτο δ' ἐστὶ διὰ τὰς πολλὰς ἐνεργείας αὐτοῦ καὶ διὰ τὰς πολλὰς αὐτοῦ ἐπιστήμας.

quæ permiscentur, debent prius esse simplices in se, et erit per se masculus et per se femina; deinde commiscentur, et commixtio rei non erit nisi per suam generationem. Inventa ergo fuit planta ante suam commixtionem, et oportet ut sit efficiens et patiens in una hora, nec inveniuntur masculinitas et femininitas conjunctæ in aliqua herbarum. Et si hoc ita esset, esset planta perfectior animali, quia non indigeret in sua generatione re extrinseca, et ipsa indiget temporibus anni et sole et temperantia et vere plus omni re. His ergo indiget in hora pullulationis arborum, estque principium cibi plantarum a terra, et principium generationis fructuum a sole. Et ideo Anaxagoras dixit, quod earum fructus est ab aëre, et ideo dicit lechineon, quod terra mater est plantarum et sol pater. Sed mixtionem masculi vegetabilium et feminæ debemus imaginari alio modo, quia semen plantæ simile est imprægnationi, quæ est mixtio masculi et feminæ. Et sicut est in uno ovo vis generandi pullum et materia cibi ejus usque ad horam sui complementi et sui exitus ab eo, et femina ponit ovum in una hora : ita et planta. Dixitque bene Abrucalis, quod arbores altæ pullos non generant, quia res quæ nascitur, non nascitur nisi ex parte seminis, et fit quod remanet ex eo, in principio cibus radicis, et nascens movet se statim. Ergo sic debemus opinari in mixtione masculorum et feminarum plantarum, sicut et animalium, quæ (quia?) est causa plantarum in dispositione quadam, et quia in animali, quando commiscentur sexus, commiscentur vires sexuum, postquam erant separati, et provenit ex illis ambobus res una; et ita non est in plantis. Et si natura miscuit masculum cum femina, recte processit, et non invenimus aliquam operationem in plantis nisi generationem fructuum, et non est animal separatum nisi in horis, in quibus non coit, et hoc propter multa opera ejus et multas scientias ejus.

CAP. VII.

Εἰσὶ δ' οἵτινες τὰ φυτὰ πεπληρωμένα ὑπολαμβάνουσι, καὶ τὴν χάριν τῆς ζωῆς αὐτῶν εἶναι διὰ τὰς δύο δυνάμεις ἃς ἔχει, ἤγουν διὰ τὴν τροφὴν τὴν ἐπι-

Sunt autem qui putant, plantam completam et integram esse propter duas vires quas habet, et propter cibum qui adaptatus est ad cibandum illam, et longitudinem suæ

Digitized by Google

τηδείαν εἰς τὸ τρέφειν αὐτὰ καὶ διὰ τὴν μακρότητα τῆς οἰκείας ὑπάρξεως καὶ τοῦ καιροῦ. Ὁπόταν βλαστάνῃ καὶ καρποφορῇ ἡ ζωὴ αὐτῶν, καὶ στρέφηται πρὸς αὐτὰ ἡ νεότης αὐτῶν, καὶ οὐ γίνεται ἐν αὐτοῖς τι περιττόν. Οὐ δεῖται δὲ τὸ φυτὸν ὕπνου διὰ πολλὰς αἰτίας, ὅτι κεῖται τὸ φυτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ δεσμεῖται ὑπ' αὐτῆς, καὶ οὐκ ἔχει κίνησιν ἐν ἑαυτῷ, οὐδ' ὅρον διωρισμένον ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσιν, οὔτ' αἴσθησιν ἔχει, οὔτε κίνησιν αὐτοπροαίρετον, οὔτε ψυχὴν τελείαν· τοῦτο δ' ἔχει μᾶλλον μέρος μέρους ψυχῆς. Καὶ τὸ φυτὸν οὐκ ἐδημιουργήθη εἰ μὴ διὰ τὸ ζῷον, τὸ δὲ ζῷον οὐκ ἐδημιουργήθη διὰ τὸ φυτόν. Καὶ πάλιν ἐὰν εἴπῃ τις ὅτι τὸ φυτὸν δεῖται μὲν τροφῆς εὐτελοῦς καὶ μοχθηρᾶς, εἰ καὶ δεῖται δὲ τοιαύτης, ὅμως κατὰ πολὺ σταθηρᾶς καὶ συνεχοῦς καὶ μὴ ῥᾳδίως διαφθειρομένης, κἀντεῦθεν συνίσταται ἵνα τὸ φυτὸν ἔχῃ τι κρεῖττον παρὰ τὸ ζῷον, καὶ διὰ τοῦτο ἀνάγκη καὶ πράγματα ἄψυχα εἶναι εὐγενέστερα τῶν ἐμψύχων. Ἀλλ' ἔργον ἓν τοῦ ζῴου ἐστὶ κρεῖττον παρὰ πᾶν ἔργον τοῦ φυτοῦ. Ἄλλως τε εὑρίσκομεν καὶ ἐν τῷ ζῴῳ πάσας τὰς δυνάμεις τὰς ἐν τῷ φυτῷ, καὶ ἄλλας πολλάς, οὐ μὴν καὶ ἔμπαλιν. Εἶπε πάλιν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ὅτι τὰ φυτὰ ἔχουσι γένεσιν ἐν κόσμῳ ἠλαττωμένῳ καὶ οὐ τελείῳ κατὰ τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ, ταύτης δὲ συμπληρουμένης [οὐ] γεννᾶται ζῷον. Ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος ἀνάρμοστός ἐστι, διότι ὁ κόσμος ὁλοτελής ἐστι καὶ διηνεκής, καὶ οὐκ ἔπαυσε πώποτε γεννᾶν ζῷα καὶ φυτὰ καὶ πάντα ἀλλοῖα εἴδη. Ἐν ἑκάστῳ δ' εἴδει τῶν φυτῶν ἔστι θερμότης καὶ ὑγρότης φυσική, ἥ τις ὁπόταν ἀναλωθείη, ἀσθενοῦσι τὰ φυτὰ καὶ γηράσκουσι καὶ φθίνουσι καὶ ξηραίνονται. Καί τινες μὲν λέγουσι τοῦτο φθοράν, ἄλλοι δ' οὐχί.

existentiæ et temporis sui. Et quando fuerit et fructificaverit, durabit vita ejus, et convertetur ad illam juventus ejus, et non fiet in ea aliquid superfluum. Et planta non indiget dormitione propter multas causas, quia posita est et plantata in terra et alligata ei, et non habet motum in se, nec terminum terminatum in suis partibus, nec habet sensum, nec motum voluntarium, nec animam perfectam; imo non habet nisi partem partis animæ. Et planta non est creata nisi propter animal, et animal non est creatum propter plantam. Et si dixerit aliquis, quod planta eget cibo vili, malo, indiget eo multum stabili et continuo, non interrupto. Et si constaret, quod planta habeat meliorationem super animal, oporteret ut res inanimatæ sint meliores et nobiliores rebus animatis. Et opus unum animalis nobilius est et melius quam omne opus plantæ, et invenimus in animali omnes virtutes quæ sunt in planta, et multas alias. Dixitque Abrucalis, quod plantæ habent generationem, mundo tamen diminuto et non perfecto in complemento suo, et eo completo generabatur animal. Sed hic sermo est inconveniens, quia mundus totalis est, perpetuus, sempiternus, nec cessavit umquam generare animalia et plantas et omnes suas species. Et in qualibet specie plantarum est calor et humor naturalis, qui quando consumebantur, infirmabitur et veterascet et corrumpetur et arefiet. Et quidam dicunt hoc corruptionem, quidam non.

CAP. VIII.

Τινὰ τῶν φυτῶν ἔχουσί τι ὑγρὸν ὡς ῥητίνην, ὡς κόμμι, ὡς σμύρναν, ὡς θυμίαμα καὶ ὡς κόμμι Ἀραβικόν. Πάλιν τινὰ δένδρα ἔχουσι δεσμοὺς καὶ φλέβας καὶ κοιλίαν καὶ φιτροὺς καὶ φλοιὸν καὶ μυελὸν ἐντός, καί τινα ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστόν εἰσι φλοιός, καί τινων μὲν ὁ καρπὸς ὑπὸ τὸν φλοιόν, ἤγουν ἐντὸς τοῦ φλοιοῦ καὶ τοῦ φιτροῦ. Καί τινα μὲν μέρη τοῦ δένδρου εἰσὶν ἁπλᾶ, ὡς ὁ χυμὸς ὁ εὑρισκόμενος ἐν αὐτοῖς καὶ οἱ δεσμοὶ καὶ αἱ φλέβες· τινὰ δ' εἰσὶ σύνθετα ἐκ τούτων, ὡς κλάδοι καὶ λύγοι καὶ φύλλα. Ταῦτα δὲ πάντα οὐχ εὑρίσκομεν ἐν πᾶσι τοῖς φυτοῖς· τινὰ γὰρ τῶν φυτῶν ἔχουσι καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα μέρη, λύγους, φύλλα, κλάδους, ἄνθη καὶ βλαστοὺς καὶ φλοιὸν τὸν περικυκλοῦντα τὸν καρπόν.

[III] Quædam arbores habent gummi, ut resinam et gummi amigdali et myrrham et thus et gummi Arabicum. Quædam arbores nodos habent et venas et ventrem et lignum et corticem et medullam interius, et quædam secundum plurimum sunt cortex, et quarumdam fructus sub cortice est, scilicet inter corticem et lignum. Et partes arboris simplices sunt, ut humor inventus in ea et nodi et venæ, et quædam partes sunt compositæ ex his, ut rami et virgæ et similia. Et hæc omnia non inveniuntur in omnibus plantis, quia quædam habent has partes, quædam illas, quædam non. Habent quoque plantæ alias partes, ut radices, virgas, folia, ramos, flores, pullulationes, rotunditatem, et corticem, qui circumdat fructum.

CAP. IX

Καὶ καθὼς εἰσι καὶ ἐν τοῖς ζῴοις μέλη ὁμοιομερῆ, οὕτω καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς, καὶ ἕκαστα τῶν μερῶν τοῦ

Myrobalanorum vero arboris sunt in principio, quum apparuerint, fructus dulces, consequenter pontici, et in completione amari. Causa ejus, quia arbor ejus rara nimis, et in hora digestionis, quum sint meatus ampli, sequetur calor humorem, et maturabit fructum. Erit ergo in principio dulcis. Consequenter attrahit calor siccitatem sibi similem, et angustabit meatus, vincentque frigiditas et siccitas calorem et humorem. Alterabitur ergo fructus ad ponticitatem. Vincetque sol cum calore per attractionem superfluam siccitatis in semine illo, quod est in apparenti arborum, vincetque frigus siccitatem. Erit ergo fructus fortis ponticitatis. Deinceps vero ascendet calor naturalis sursum, et adjuvabit eum calor solis extrinsecus. Vincent ergo calor et siccitas, et erit fructus amarus.

Digitized by Google

ΑΝΕΜΩΝ ΘΕΣΕΙΣ

ΚΑΙ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΙ.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ.

www.libtool.com.cn

(973.)

Βορρᾶς· οὗτος ἐν μὲν Μαλλῷ Παγρεύς· πνεῖ γὰρ ἀπὸ κρημνῶν μεγάλων καὶ ὀρῶν διπλῶν παρ' ἄλληλα κειμένων, ἃ καλεῖται Παγρικά· ἐν δὲ Καύνῳ Μέσης· ἐν δὲ Ῥόδῳ Καυνίας· πνεῖ γὰρ ἀπὸ Καύνου, ἐνοχλῶν τὸν λιμένα αὐτῶν τὸν Ἀκανίαν· ἐν δ' Ὀλβίᾳ τῇ κατὰ Μύγαλον τῆς Παμφυλίας Γαυρεύς· πνεῖ γὰρ ἀπὸ νήσου ἡ καλεῖται Γαυρίς. Τινὲς δ' αὐτὸν Βορρᾶν οἴονται εἶναι, ἐν οἷς καὶ Λυρναντεῖς οἱ κατὰ Φασηλίδα. Καικίας· οὗτος ἐν μὲν Λέσβῳ καλεῖται Θηβάνας· πνεῖ γὰρ ἀπὸ Θήβης πεδίου τοῦ ὑπὲρ τὸν Ἐλαιατικὸν κόλπον τῆς Μυσίας· ἐνοχλεῖ δὲ τὸν Μιτυληναίων λιμένα, μάλιστα δὲ τὸν Μαλόεντα· παρὰ δὲ * αἰκαυνίαις, ὃν ἄλλοι Βορρᾶν οἴονται εἶναι. Ἀπηλιώτης· οὗτος ἐν μὲν Τριπόλει τῆς Φοινίκης Ποταμεὺς καλεῖται· πνεῖ δ' ἐκ πεδίου ὁμοίου ἅλωνι μεγάλῃ, περιεχομένου ὑπό τε τοῦ Λιβάνου καὶ τοῦ Βαπύρου ὄρους, παρὸ καὶ Ποταμεὺς καλεῖται· ἐνοχλεῖ δὲ τὸ Ποσειδώνειον· ἐν δὲ τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ καὶ περὶ Ῥωσσὸν Συριάνδος· πνεῖ δ' ἀπὸ τῶν Συρίων πυλῶν, ἃς διέστηκεν (σεν?) ὅ τε Ταῦρος καὶ Ταυρόσια * ὄρη· ἐν δὲ τῷ Τριπολιτικῷ κόλπῳ Μαρσεύς, ἀπὸ Μάρσου κώμης· ἐν δὲ Προκοννήσῳ καὶ ἐν Τέῳ καὶ ἐν Κρήτῃ καὶ Εὐβοίᾳ καὶ Κυρήνῃ Ἑλλησποντίας· μάλιστα δ' ἐνοχλεῖ τόν τε τῆς Εὐβοίας Καφηρέα καὶ τὸν Κυρηναῖον λιμένα, καλούμενον δ' Ἀπολλωνίαν· πνεῖ δ' ἀφ' Ἑλλησπόντου· ἐν δὲ Σινώπῃ Βερεκυντίας ἀπὸ τῶν κατὰ Φρυγίαν τόπων πνέων· ἐν δὲ Σικελίᾳ Καταπορθμίας, πνέων ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ. Τινὲς δ' αὐτὸν Καικίαν οἴονται εἶναι, Θηβάναν προσαγορεύοντες. Εὖρος· οὗτος ἐν μὲν Αἰγαῖς ταῖς κατὰ Συρίαν Σκοπελεὺς καλεῖται ἀπὸ τοῦ Ῥωσίων σκοπέλου· ἐν δὲ Κυρήνῃ Κάρβας ἀπὸ τῶν Καρβανῶν τῶν κατὰ Φοινίκην· διὸ καὶ τὸν αὐτὸν Φοινικίαν καλοῦσί τινες. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ Ἀπηλιώτην νομίζουσιν εἶναι. Ὀρθρόνοτος· τοῦτον οἱ μὲν Εὖρον, οἱ δ' Ἀμνέα προσαγορεύουσιν. Νότος δ' ὁμοίως παρὰ πᾶσι καλεῖται· τὸ δ' ὄνομα διὰ τὸ νοσώδη εἶναι· ἔξω δὲ κάτομβρον, κατ' ἀμφότερα δὲ νότον. Λευκόνοτος ὁμοίως· τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος· λευκαίνεται γὰρ... Λίψ· καὶ οὗτος τὸ ὄνομα ἀπὸ Λιβύης, ὅθεν πνεῖ. Ζέφυρος· καὶ οὗτος τόδε τὸ ὄνομα διὰ τὸ ἀφ' ἑσπέρας πνεῖν· ἡ δ' ἑσπέρα... Ἴαπυξ· οὗτος ἐν Τάραντι Σκυλητῖνος ἀπὸ χωρίου Σκυλαντίμου· κατὰ δὲ ὀραλεοντο * Φρυγίας· ὑπὸ δέ τινων Φαραγγίτης· πνεῖ γὰρ ἔκ τινος φάραγγος τῶν κατὰ τὸ Πηγαῖον· παρὰ πολλοῖς δ' Ἀργέστης. Θρᾳκίας κατὰ μὲν Θρᾴκην Στρυμονίας (πνεῖ γὰρ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ), κατὰ δὲ τὴν Με-

VENTORUM SITUS

ET ADPELLATIONES.

EX ARISTOTELIS LIBRO DE SIGNIS.

Boreas, aquilo; hic in Ciliciæ Mallo Pagreus dicitur: flat namque a magnis præcipitiis ac montibus duplicibus sibi invicem adjacentibus, qui Pagrici montes adpellantur. Cauni Meses nominatur; in Rhodo vero Caunias, quoniam a Cauno spirat, portum eorum Acaniam infestans. Olbiæ prope Mygalum Pamphyliæ Gaureus dicitur, quia flat ab insula cui nomen Gauris. Nonnulli, quorum e numero sunt Lyrnantes prope Phaselida, eum pro Aquilone habent. *Cæcias*; hic in Lesbo quidem Thebanas vocatur: flat namque a Thebes campo supra Mysiæ sinum Elæaticum sito, infestatque Mitylenæorum portum, maxime vero Maloentem; apud Ae..... Caunias dicitur, quem alii Boream esse putant. *Apeliotes*, Subsolanus; hic in Tripoli quidem Phœniciæ Potameus vocitatur, flatque a campo magnæ areæ simili, qui a Libano et Bapyro monte cingitur: quamobrem et Potameus vocitatur. Infestat autem Posidonium. In Issico vero sinu et circa Rhossum nominatur Syriandus: flat namque a Syriis portis, quas Taurus et Rhossii (?) montes dirimunt. In Tripolitico sinu Marseus nominatur, a Marso vico. In Proconneso, Teo, Creta, Eubœa et Cyrene dicitur Hellespontias, maximeque infestat Eubœæ Caphareum et Cyrenæum portum, nomine Apolloniam; flat autem ab Hellesponto. Apud Sinopenses vocatur Berecyntias, quoniam a Phrygiæ locis spirat; in Sicilia vero Cataporthmias, quoniam a freto spirat. Quidam eum Cæciam esse putant, ac Thebanam adpellitant. *Eurus*, Vulturnus; hic apud Ægas quidem Syriæ vocatur Scopeleus, a Rhossiorum scopulo; Cyrenis vero Carbas a Carbanis Phœniciæ: quamobrem et Phœnicias a quibusdam nuncupatur. Sunt qui et Apelioten eum esse arbitrantur. *Orthronotus*; hunc alii Eurum, alii Amneum adpellitant. *Notus*, Auster, eodem apud omnes vocatur nomine; nomen autem traxit ex eo quod morbosus sit, extra quidem pluviosus, utrobique vero notus. *Leuconotus*, albus Notus similiter; ex effectu nomen sortitus est: albescit enim.... *Libs*, Africus; et hic a Libya nomen sortitus est, quippe ab ea spirans. *Zephyrus*, Favonius: huic quoque id nomen ex eo impositum, quoniam ab occasu spirat; occasus autem... *Iapyx*: hic Tarenti Scyletinus dicitur, a loco; Scylacinus vero circa Dorylaium Phrygiæ (?). A quibusdam Pharangites adpellatur, quoniam e convalle quadam ad Pegæum sita spirat. Apud multos Argestes nominatur. *Thracias* in Thracia quidem Strymonias vocitatur, quippe qui a Strymone fluvio spirat; in Megarico

Digitized by Google

γαρικὴν Σκίρων ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν, ἐν δ' Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Κίρκας διὰ τὸ πνεῖν ἀπὸ τοῦ Κιρκαίου· ἐν δ' Εὐβοίᾳ καὶ Λέσβῳ Ὀλυμπίας· τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ τοῦ Πιερικοῦ Ὀλύμπου· ὀχλεῖ δὲ Πυρραίους. Ὑπογέγραφα δέ σοι καὶ τὰς θέσεις αὐτῶν, ὡς κεῖνται καὶ πνέουσιν, ὑπογράψας τὸν τῆς γῆς κύκλον, ἵνα καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν σοι τεθῶσιν.

vero tractu Sciron dicitur a Scironiis saxis; in Italia et Sicilia Circas, quoniam a Circaeo spirat; in Eubœa et Lesbo Olympias, a Pierico Olympo tracto vocabulo; infestat autem Pyrrhaeos. Delineavi porro tibi et situs eorum, prout siti sunt et spirant, descripto terrarum orbe, ut tibi ob oculos ponerentur.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΑΤΟΜΩΝ ΓΡΑΜΜΩΝ*.

(968.)

Ἆρά γ' εἰσὶν ἄτομοι γραμμαί, καὶ ὅλως ἐν ἅπασι τοῖς ποσοῖς ἔστι τι ἀμερές, ὥσπερ ἐνιοί φασιν; εἰ γὰρ ὁμοίως ὑπάρχει τό τε πολὺ καὶ τὸ μέγα, καὶ τὰ ἀντικείμενα τούτοις, τό τ' ὀλίγον καὶ τὸ μικρόν, τὸ δ' ἀπείρους σχεδὸν διαιρέσεις ἔχον οὐκ ἔστιν ὀλίγον, ἀλλὰ πολύ, φανερὸν ὅτι πεπερασμένας ἕξει τὰς διαιρέσεις τὸ ὀλίγον καὶ τὸ μικρόν· εἰ δὲ πεπερασμέναι αἱ διαιρέσεις, ἀνάγκη τι εἶναι ἀμερὲς μέγεθος, ὥστ' ἐν ἅπασιν ἐνυπάρξει τι ἀμερές, ἐπείπερ καὶ τὸ ὀλίγον καὶ τὸ μικρόν. Ἔτι εἰ ἔστιν ἰδέα γραμμῆς, ἡ δ' ἰδέα πρώτη τῶν συνωνύμων, τὰ δὲ μέρη πρότερα τοῦ ὅλου τὴν φύσιν, διαιρετὴ ἂν εἴη αὐτὴ ἡ γραμμή· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸ τετράγωνον καὶ τὸ τρίγωνον καὶ τὰ ἄλλα σχήματα, καὶ ὅλως ἐπίπεδον αὐτὸ καὶ σῶμα· συμβήσεται γὰρ πρότερ' ἄττα εἶναι τούτων. Ἔτι εἰ σώματός ἐστι στοιχεῖα, τῶν δὲ στοιχείων μηδὲν πρότερον, τὰ δὲ μέρη τοῦ ὅλου πρότερα, ἀδιαίρετον ἂν εἴη τὸ πῦρ, καὶ ὅλως τῶν τοῦ σώματος στοιχείων ἕκαστον, ὥστ' οὐ μόνον ἐν τοῖς νοητοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἔστι τι ἀμερές. Ἔτι δὲ κατὰ τὸν Ζήνωνος λόγον ἀνάγκη τι μέγεθος ἀμερὲς εἶναι, εἴπερ ἀδύνατον μὲν ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ ἀπείρων ἅψασθαι, καθ' ἕκαστον ἁπτόμενον, ἀνάγκη δ' ἐπὶ τὸ ἥμισυ πρότερον ἀφικνεῖσθαι τὸ κινούμενον, τοῦ δὲ μὴ ἀμεροῦς πάντως ἔστιν ἥμισυ. Εἰ δὲ καὶ ἅπτεται τῶν ἀπείρων ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ τὸ ἐπὶ τῆς γραμμῆς φερόμενον, τὸ δὲ θᾶττον ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ πλεῖον διανύει, ταχίστη δ' ἡ τῆς διανοίας κίνησις, κἂν ἡ διάνοια τῶν ἀπείρων ἐφάπτοιτο καθ' ἕκαστον ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ, ὥστ' εἰ τὸ καθ' ἕκαστον ἅπτεσθαι τὴν διάνοιαν ἀριθμεῖν ἐστιν, ἐνδέχεται ἀριθμεῖν τὰ ἄπειρα ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ. Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, εἴη ἄν τις ἄτομος γραμμή. Ἔτι καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ οἱ ἐν τοῖς μαθήμασι λέγουσιν, εἴη ἄν τις ἄτομος γραμμή, ὡς φασίν, εἰ σύμμετροί εἰσιν αἱ τῷ αὐτῷ μέτρῳ μετρούμεναι· ὅσαι δ' εἰσὶ μετρούμεναι πᾶσαί εἰσι σύμμετροι· εἴη γὰρ ἄν τι μῆκος ᾧ πᾶσαι μετρηθήσονται, τοῦτο δ' ἀνάγκη ἀδιαίρετον εἶναι· εἰ γὰρ διαιρετόν, καὶ τὰ μέρη μέτρου τινὸς ἔσται· σύμμετρα γὰρ τῷ ὅλῳ· ὥστε μέρους τινὸς εἶναι διπλασίαν τὴν ἡμίσειαν. Ἐπειδὴ τοῦτ' ἀδύνατον, [ἀδύνατον] ἂν εἴη μέτρον. Ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ μετρούμεναι ἅπαξ ὑπ' αὐτοῦ, ὥσπερ πᾶσαι αἱ ἐκ τοῦ μέτρου σύνθετοι γραμμαί, ἐξ ἀμερῶν σύγκεινται. Τὸ δ' αὐτὸ συμβήσεται κἂν τοῖς ἐπιπέδοις· πάντα γὰρ τὰ ἀπὸ τῶν ῥητῶν γραμμῶν σύμμετρα ἀλλήλοις, ὥστ' ἔσται τὸ μέτρον αὐτῶν ἀμερές. Ἀλλὰ μὴν εἴ τι τμηθήσεται μέτρον τινὰ τεταγμένην καὶ ὡρισμένην γραμμήν, οὐκ ἔσται οὔτε ῥητή, οὔτ' ἄλογος, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδεμία ὧν νῦν δὴ εἴρηται, οἷον ἀποτομὴν ἐκ δυοῖν ὀνομάτοιν· ἀλλὰ καθ' αὑτὰς μὲν οὐδέ τινας ἕξουσι φύσεις,

DE INSECABILIBUS LINEIS*

Numquid ullæ reperiuntur lineæ quæ secari nequeunt, et ut in universum res ista pertractetur, estne in omn. quantitate, sicut nonnulli statuunt, aliquid carens partibus? nam si ut multum et magnum, sic et his oppositæ, paucum nempe et parvum, exstent in rerum natura, quod autem infinitas fere sectiones sustinet, paucum non est, sed multum, manifestum evadit, paucum et parvum finitas habere divisiones; quodsi autem sint finitæ divisiones, necesse est magnitudinem insecabilem aliquam exstare: quare omni rei insecabile quiddam inerit, quandoquidem ei itidem inest paucum et parvum. Deinde si lineæ exstat idea, ideaque omnium de quibus aliquid prædicatur, prima est, partesque totum natura antecedunt, dividua erit ipsa linea, et eodem modo quadratum, triangulus, et ceteræ figuræ, ac denique superficies ipsa et corpus: eveniet enim ut quædam hæc antecedant. Amplius si elementa ad corpora pertinent, et elementis nihil est prius, suntque partes toto priores, individuum ignis erit, et universaliter quidquid corporis alicujus est elementum: quare non solum in rebus quas cognoscimus intellectu, verum etiam in his quas sensu percipimus, quidpiam erit quod partes non habeat. Præterea per Zenonis argumentationem necesse est aliquam exstare magnitudinem quæ partibus careat, quandoquidem fieri nequit ut res aliqua per singula quæque tangendo decurrens finito in tempore tangat infinita: nam oportet ut ad medium mobile prius veniat; atqui res quæ partibus non vacat, medium habet semper aliquod. Sin autem tangit infinita finito in tempore id quod super lineam fertur, atque id quod celerius fertur, æquali in tempore plus spatii transigit, cogitationisque nostræ velocissimus est motus, cogitatio quoque finito in tempore sigillatim tanget infinita: quare si cogitatione sigillatim tangere nihil aliud est quam numerare, licebit finito in tempore cogitationem infinita numerare. Quodsi autem hoc fieri nequit, individua sane dabitur aliqua linea. Præterea et ex iis quæ tradunt mathematicis imbuti disciplinis, quivis lineam aliquam insecabilem esse concedet: nam si, ut dicunt, illæ commensurabiles sunt lineæ quæ eadem mensura dimetiri queunt, et quascumque dimetiri licet, eæ commensurabiles sunt omnes, nimirum longitudo aliqua exstabit, qua mensurabuntur omnes; hanc autem necesse est individuam esse: nam si dividua statuatur, hujus quoque mensuræ partes mensuram aliquam habebunt (partes enim toti commensurabiles sunt), ita ut partis portio quæ dimidia sit, efficiatur dupla. Quoniam vero hoc fieri nequit, exstare non poterit mensura. Eodem modo et quæ semel ab ipsa mensura sunt mensuratæ, sicut omnes ex mensura compositæ lineæ, ex individuis compositæ sunt. Idem etiam continget in figuris planis: nam omnes a constitutis lineis procreatæ inter se sunt commensurabiles: quare ipsarum quoque mensura individua erit. Attamen si quis mensuram dividet secundum constitutam quamdam et determinatam lineam, exempli gratia sectionem lineæ e duobus nominibus compositæ, non erit hæc neque constituta, neque proportione carens linea, neque reliquarum ulla de quibus modo dictum est, verum neque per se aliquam definitam naturam habebunt, sed collatæ inter se et constitutæ

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

πρὸς ἀλλήλας δ' ἔσονται ῥηταὶ καὶ ἄλογοι. Ἡ πρῶτον μὲν οὐκ ἀνάγκη τὸ ἀπείρους ἔχον διαιρέσεις μὴ εἶναι μικρὸν καὶ ὀλίγον; καὶ γὰρ τόπον καὶ μέγεθος, καὶ ὅλως τὸ συνεχές, μικρὸν μὲν λέγομεν, καὶ ἐφ' ὧν μὲν ἁρμόττει τὸ ὀλίγον, οὐ μὴν ἀλλ' ἀπείρους διαιρέσεις φαμὲν ἔχειν. Ἔτι δ' εἰ ἐν τῷ συνθέτῳ γραμμαί, κατὰ τούτων τῶν ἀτόμων λέγεται τὸ μικρόν, καὶ ἄπειροι στιγμαὶ ἐνυπάρχουσιν. Ἡ δὲ γραμμή, διαίρεσις κατὰ στιγμήν, καὶ ὁμοίως καθ' ὁποιανοῦν ἀπείρους ἂν ἔχοι διαιρέσεις ἅπασα ὡς ἡ μὴ ἄτομος· εἶναι δὲ τούτων εἰς μικρά, καὶ ἄπειροι οἱ λόγοι· πᾶσαν δὲ τμηθῆναι τὸν ἐπιταχθέντα δυνατὸν τὴν μὴ ἄτομον. Ἔτι εἰ τὸ μέγα ἐκ μικρῶν τινων σύγκειται, ἢ οὐθὲν ἔσται τὸ μέγα, ἢ τὸ πεπερασμένας ἔχον διαιρέσεις οὐ μέγα ἔσται· τὸ γὰρ ὅλον τὰς τῶν μερῶν ἔχει διαιρέσεις ὁμοίως. Εὔλογον δ' ἐστὶ τό τε σμικρὸν πεπερασμένας ἔχειν διαιρέσεις καὶ τὸ μέγα ἀπείρους· οὕτως ἀξιοῦσιν· ὥστε φανερὸν ὅτι οὐκ ἐν τούτῳ λέγοιτο τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν, τῷ πεπερασμένας ἔχειν καὶ ἀπείρους διαιρέσεις. Εἰ δ' ὅτι καὶ ἐν ἀριθμοῖς τὸ ὀλίγον πεπερασμένας ἔχει διαιρέσεις, καὶ ἐν γραμμαῖς τις ἀξιοίη τὸ μικρόν, εὔηθες· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐξ ἀμερῶν θ' ἡ γένεσις, καὶ ἔστι τι ὃ τῶν ἀριθμῶν ἀρχή ἐστι, καὶ πᾶς ὁ μὴ ἄπειρος πεπερασμένας ἔχει διαιρέσεις· ἐπὶ δὲ τῶν μεγεθῶν οὐχ ὁμοίως. Οἱ δ' ἐν τοῖς εἴδεσι τὰς ἀτόμους κατασκευάζοντες τοὔλαττον ἴσως ἀξίωμα λαμβάνουσι τοῦ προκειμένου, τὸ τιθέναι τούτων ἰδέας, καὶ τρόπον τινὰ ταῦτ' ἀναιροῦσι δι' ὧν δεικνύουσιν· καὶ γὰρ διὰ τούτων τῶν λόγων ἀναιρεῖται τὰ εἴδη. Πάλιν δὲ τῶν σωματικῶν στοιχείων εὔηθες τὸ ἀμερῆ ἀξιοῦν· εἰ γὰρ αὖ καὶ ἀποφαίνονταί τινες οὕτως, ἀλλὰ πρός γε τὴν ὑποκειμένην σκέψιν αὐτὸ τὸ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνουσιν. Μᾶλλον δ' ὅσῳ μᾶλλον τὸ ἐξ ἀρχῆς δόξειαν ἀναλαμβάνεσθαι, τόσῳ μᾶλλον δοκεῖ διαιρετὸν εἶναι σῶμα καὶ μῆκος, καὶ τοῖς ὄγκοις καὶ τοῖς διαστήμασιν. Ὁ δὲ τοῦ Ζήνωνος λόγος οὐ συμβιβάζει οὐ συμπεπερασμένῳ χρόνῳ τῶν ἀπείρων ἅπτεσθαι τὸ φερόμενον ὠδὶ τὸν αὐτὸν τρόπον· ὁ γὰρ χρόνος καὶ τὸ μῆκος ἄπειρον καὶ πεπερασμένον λέγεται, καὶ τόσας ἔχει διαιρέσεις. Οὐδὲ δὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἅπτεσθαι τῶν ἀπείρων τὴν διάνοιαν οὐκ ἔστιν ἀριθμεῖν, εἰ ἄρα τις καὶ νοήσειεν οὕτως ἐφάπτεσθαι τῶν ἀπείρων τὴν διάνοιαν· ὃ περ ἴσως ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἐν συνεχέσι καὶ ὑποκειμένοις ἡ τῆς διανοίας κίνησις, ὥσπερ ἡ τῶν φερομένων. Εἰ δ' οὖν καὶ ἐγχωρεῖ κινεῖσθαι οὕτως, οὐκ ἔστι τοῦτο ἀριθμεῖν· τὸ γὰρ ἀριθμεῖν ἐστι τὸ μετ' ἐπιστάσεως. Ἀλλ' ἄτοπον ἴσως τὸ μὴ δυναμένους λύειν τὸν λόγον δουλεύειν τῇ ἀσθενείᾳ, καὶ προσεξαπατᾶν ἑαυτοὺς μείζους ἀπάτας, βοηθοῦντας τῇ ἀδυναμίᾳ. Τὸ δ' ἐπὶ τῶν συμμέτρων γραμμῶν, ὡς ὅτι αἱ πᾶσαι τῷ αὐτῷ τινι καὶ ἑνὶ μετροῦνται, κομιδῇ σοφιστικὸν καὶ ἥκιστα κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν ἐν τοῖς μαθήμασιν· οὔτε γὰρ ὑποτίθενται οὕτως, οὔτε χρήσιμον αὐτοῖς ἐστιν. Ἅμα δὲ καὶ ἐναντίον πᾶσαν μὲν γραμμὴν σύμμετρον γίνεσθαι, πασῶν δὲ τῶν συμμέτρων κοινὸν

erunt, et proportione carebunt. An primo quidem non oportet, id quod infinitas habet divisiones, non esse parvum, aut paucum? nam locum, magnitudinem, et summatim omne continuum, parvum dicimus, eaque in quibus convenit paucum etiam, nec ob id tamen infinitis divisionibus ipsa carere affirmamus. Deinde si lineæ ad composita pertinent, parvum dicitur de individuis hisce, etiamsi ipsis puncta insint infinita. Quatenus autem lineæ sunt, divisio fit secundum puncta, et in quibusvis punctis æqualiter poterit infinitas sectiones suscipere omnis linea æque ac ea quæ individua est, et quædam ipsarum in parva fient, eruntque infinitæ proportiones, atque fieri poterit ut omnis non individua linea secetur secundum proportionem quamcumque præscribere libuerit. Præterea si magnum ex parvis quibusdam componitur, aut magnum nihil erit, aut quod finitas habet divisiones, non erit magnum: nam totum eodem modo partium sectiones admittit. Est autem probabile, et parvum finitas, et magnum infinitas habere divisiones, sicque illi etiam arbitrantur: unde manifestum evadit, non hac ratione parvum aut magnum quidquam dici, quia finitas aut infinitas sectiones admittat. Quodsi quispiam propterea quod et in numeris paucum finitas sectiones habet, in lineis quoque putet finitas parvum habere, stolidum se prodit: illic enim e rebus partium expertibus fit procreatio estque quiddam unde numerus originem sumit, atque omnis numerus, modo infinitus non sit, finitas divisiones habet; magnitudines autem tali ratione non consistunt. Qui vero idearum ope lineas individuas adstruunt, fortasse adsumunt effatum proposito minus probabile, eo quod ideas ad has pertinere ponunt, atque quodammodo ea ipsa tollunt, quorum ope demonstrant: his enim sermonibus destruuntur ideæ. Rursus quoque stultum est arbitrari ad elementa corporea pertinere quæ partibus carent: nam etsi quidam rursus sic affirmant, tamen quantum ad præsentem quæstionem attinet, sumunt id quod inde a principio erat demonstrandum; vel potius quanto magis quod probandum est, adstruere videntur, tanto plus videtur dividuum esse corpus et longitudo, cum mole, tum spatio. Zenonis autem ratio non probat, rem quæ sic (semper) eodem modo movetur, finito tempore non tangere infinita: tempus enim et linea finita et infinita dicuntur, ac totidem utraque divisiones suscipiunt. Neque profecto si infinita sigillatim cogitatio tangat, id numeratio est, etiamsi quis ita cogitatione sigillatim infinita tangere in animum induceret: quod quidem fortasse fieri non potest: non enim in rebus continuis et substratis cogitationis motus consistit, sicut earum quæ feruntur, rerum. Vel si etiam sic moveri liceret, non erit is motus numeratio: numeratio enim nonnisi interposita quiete absolvitur. Verum absurdum est fortasse, eos qui oblatas argumentationes solvere nequeunt, ignaviæ subservire, atque sic se ipsos gravioribus insuper fallaciis decipere, ignaviæ suæ suppetias ferentes. Quod vero de commensurabilibus lineis dicunt, omnes una quadam et eadem mensura mensurari, captiosum est admodum et nequaquam cum sumptionibus in re mathematica receptis concordat: nec enim ita suæ disciplinæ fundamenta ponunt geometræ, neque utile ipsis istud est. Simul etiam sibi invicem contradicunt, lineas omnes commensurabiles esse, arbitrarique omnium commensurabilium linearum

Digitized by Google

μέτρον εἶναι ἀξιοῦν· ὥστε γελοῖον τὸ κατὰ τὰς ἐκείνων δόξας καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ λέγουσι φάσκοντες δείξειν, εἰς ἐριστικὸν ἅμα καὶ σοφιστικὸν ἐκκλίνειν λόγον, καὶ ταῦθ' οὕτως ἀσθενῆ· πολλαχῇ γὰρ ἀσθενής ἐστι, καὶ πάντα τρόπον διαφυγεῖν καὶ τὰ παράδοξα καὶ τοὺς ἐλέγχους. Ἔτι δ' ἄτοπον ἂν εἴη διὰ μὲν τὸν Ζήνωνος λόγον παραπεπεῖσθαί τινας ἀτόμους ποιεῖν γραμμάς, τῷ μὴ ἔχειν ἀντειπεῖν, διὰ δὲ τῆς εὐθείας εἰς τὴν ἡμιόλιον κίνησιν, ἣν ἀναγκαῖον εὐθὺ τέμνειν ἀπείρων μεταξὺ πιπτουσῶν περιφερειῶν καὶ διαστημάτων ὄντων, καὶ πάλιν διὰ τὴν τῶν ἴσων κύκλων εὔπειστον, ὅτι ἀνάγκη ἂν ὅ τι κινηθῇ, μεῖζον ἡμικύκλιον κινεῖσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα τεθεώρηται περὶ τὰς γραμμάς, μὴ οἷόν τ' ἐνδέχεσθαι τοιαύτην δή τινα γενέσθαι κίνησιν ὥστ' ἐφ' ἑκάστην τῶν μεταξὺ μὴ πίπτειν πρότερον· πολὺ γὰρ ταῦτα μᾶλλον ὁμολογούμενα ἐκείνων. Ὅτι μὲν οὖν ἔκ γε τῶν εἰρημένων λόγων οὔτ' ἀναγκαῖον ἄτομους εἶναι γραμμάς, οὔτε πιθανόν, φανερόν· ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε γένοιτ' ἂν φανερώτερον· πρῶτον μὲν ἐκ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι δεικνυμένων καὶ τιθεμένων, ἃ οὐ δίκαιον ἢ πιστοτέροις λόγοις κινεῖν· οὔτε γὰρ ὁ τῆς γραμμῆς, οὔθ' ὁ τῆς εὐθείας ὅρος ἁρμόσει τῇ ἀτόμῳ διὰ τὸ μήτε μεταξύ τινων εἶναι, μήτ' ἔχειν μέσον. Ἔπειτα πᾶσαι αἱ γραμμαὶ σύμμετροι ἔσονται· πᾶσαι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀτόμων μετρηθήσονται, αἵ τε μήκει σύμμετροι καὶ αἱ δυνάμει· αἱ δ' ἄτομοι σύμμετροι πᾶσαι μήκει· ἴσαι γάρ· ὥστε καὶ δυνάμει· εἰ δὲ τοῦτο, διαιρετὸν ἔσται τὸ τετράγωνον. Ἔτι εἰ ἡ παρὰ τὴν μείζω τὸ πλάτος ποιεῖ παραβαλλομένη, τὸ ἴσον τῶν ἀπὸ τῆς ἀτόμου καὶ τῆς ποδιαίας παραλαμβανομένων περὶ τὴν δίπουν ἔλαττον ποιήσει τὸ πλάτος τῆς ἀμεροῦς· ἔσται ἔλαττον τὸ παρὰ τῆς ἀτόμου. Ἔτι εἰ ἐκ τριῶν δοθεισῶν εὐθειῶν συνίσταται τρίγωνον, καὶ ἐκ τῶν ἀτόμων συσταθήσεται· ἐν ἅπαντι δ' ἰσοπλεύρῳ ἡ κάθετος ἐπὶ μέσην πίπτει, ὥστε καὶ ἐπὶ τὴν ἄτομον. Ἔτι εἰ τὸ τετράγωνον τῶν ἀμερῶν, διὰ μέσου ἐμπεσούσης καὶ καθέτου ἀχθείσης, ἡ τοῦ τετραγώνου πλευρὰ τὴν κάθετον δύναται καὶ τὴν ἡμίσειαν τῆς διαμέτρου· ὥστ' οὐκ ἐλαχίστη. Οὐδὲ διπλάσιον τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου χωρίον ἔσται τοῦ ἀπὸ τῆς ἀτόμου· ἀφαιρεθέντος γὰρ τοῦ ἴσου ἡ λοιπὴ ἔσται ἐλάσσων τῆς ἀμεροῦς· εἰ γὰρ ἴσως, τετραπλάσιον ἂν ἔγραψεν ἡ διάμετρος. Ἄλλα δ' ἄν τις καὶ ἕτερα τοιαῦτα συνάγοι· πᾶσι γάρ, ὡς εἰπεῖν, ἐναντιοῦται τοῖς ἐν τοῖς μαθήμασιν. Πάλιν τοῦ μὲν ἀμεροῦς μία ἡ σύναψις, γραμμῆς δὲ δύο· καὶ γὰρ ὅλη ὅλης ἅπτεται, καὶ κατὰ τὸ πέρας ἐξ ἐναντίας. Ἔτι γραμμὴ προστεθεῖσα οὐ ποιήσει μεῖζω τὴν ὅλην· τὰ γὰρ ἀμερῆ συντιθέμενα οὐ ποιήσει μεῖζον. Ἔτι ἐκ δυοῖν ἀμεροῖν μηδὲν γίνεσθαι συνεχὲς διὰ τὸ πλείους διαιρέσεις ἔχειν ἅπαν τὸ συνεχές· ἅπασα δὲ γραμμὴ παρὰ τὴν ἄτομον συνεχής· οὐκ ἂν εἴη γραμμὴ ἄτομος. Ἔτι εἰ ἅπασα γραμμὴ παρὰ τῆς ἀτόμου καὶ ἴσα καὶ ἄνισα διαιρεῖται, καὶ μὴ ἐκ τριῶν ἀτόμων, καὶ ὅλως περιττῶν, ὥστ' ἀδιαίρετος (διαιρετός?) ἡ ἄτομος.

communem mensuram exstare : quamobrem ridiculum est, id quod cum mathematicorum opinionibus concordat, eaque ipsa quorum ope se demonstraturos esse profitentur, in contentiosam pariter atque captiosam divertere argumentationem, præsertim tam invalidam : nam multis modis imbecillis est, et quovis modo evitare oportet, ut aut inusitata dicamus, aut refutemur. Præterea absonum foret, si quis a Zenonis oratione, mutata opinione, sibi persuaderi sineret ut lineas individuas reciperet, quia scilicet quod ipsi responderet, non haberet, dum tam ope rectæ lineæ ad sesquiplum motus, quam necesse est recta secare, ita ut infinitæ circumferentiæ quæ et ipsæ intervalla sint, interveniant, quam ope motus circulorum æqualium, quia videlicet quidquid movetur, necessario per majus semicirculum movetur, et quæcumque alia ejusmodi de lineis contemplari solent, facile probari potest, fieri non posse ut talis ullus motus peragatur, quin prius singulis intermediis incidat : nam hæc multo magis ab omnibus concessa sunt quam ista. Quod itaque ex supra dictis rationibus neque necessario sequitur, neque probabile est, lineas ullas individuas exstare, manifestum est; præterea tamen ex iis quæ subjungam, jam magis perspicuum evadet, et primo quidem ex iis quæ mathematici demonstrant atque ponunt, quæ mutare non decet, nisi probabiliores rationes habeamus : nam neque lineæ, neque rectæ lineæ definitio cum insecabili linea consentit, ut quæ nec aliquibus interposita sit, nec medium ullum habeat. Deinde omnes lineæ commensurabiles erunt : nam omnes ab individuis lineis dimetientur, quæque longitudine, quæque potentia sunt commensurabiles : individuæ namque lineæ omnes inter se commensurabiles sunt longitudine, quum inter se sint æquales : quare potentia quoque; quodsi vero hoc est, dividuum erit quadratum. Præterea, quum linea brevior grandiori copulata latitudinem faciat, æqualitas quadratorum quæ de individua et de pedali linea ad bipedalem adhibentur, minorem faciet latitudinem individuæ : minus (itaque) erit quod ab individua provenit. Præterea, si ex tribus datis rectis triangulus componitur, ex tribus quoque lineis individuis componi poterit; in omni autem æquilatero perpendicularis in mediam basim incidit : quare et in individuam. Præterea si quadratum ex quatuor insecabilibus lineis consistat, linea per medium incidente et perpendiculari ducta, quadrati costa perpendicularem diametrumque dimidiam æquat : quare non erit minima. Neque duplum erit spatium quod inde a diametro extenditur, illius quod inde ab individua : nam æquali spatio ablato, reliqua erit minor individua : sic forsitan exempli gratia diameter quadruplum describeret. Hujusmodi alia atque alia colligere quispiam posset : nam omnibus, ut ita dixerim, adversantur quæ in re mathematica traduntur. Denuo eorum quæ partibus carent, unus solummodo esse contactus potest; at linea duos habet : nam tota totam tangit et extremis finibus tractu opposito. Deinde hoc pacto una linea alteri copulata non efficiet ex utrisque conjunctam majorem : quæ enim partibus carent, sibi invicem adjuncta, majus non facient. Postea nihil continuum e duobus effici potest, quæ partes non habeant, propterea quod omne continuum plures intersectiones continet; omnis autem linea præter individuam est continua : (quamobrem) linea non erit quæ individua fuerit. Præterea si quævis linea ab individua in partes dividi potest, tum æquales, tum inæquales, etiam non ex tribus insecabilibus, et universaliter imparibus, constabit : dividua

Digitized by Google

Ὁμοίως δὲ κἂν εἰ δίχα τέμνεται· πᾶσα γὰρ ἡ ἐκ τῶν περιττῶν. Εἰ δὲ δίχα μὲν μὴ πᾶσα τέμνεται, ἀλλ' ἡ ἐκ τῶν ἀρτίων, τὴν δὲ δίχα διαιρουμένην καὶ ὅσα δυνατὸν τέμνειν, διαιρεθήσεται καὶ οὕτως ἡ ἄτομος, ὅταν ἡ ἐκ τῶν ἀρτίων εἰς ἄνισα διαιρῆται. Πάλιν εἰ τὸ κεκινημένον ἐν ᾧ χρόνῳ κινεῖται τὴν ὅλην, ἐν τῷ ἡμίσει τὴν ἡμίσειαν κινηθήσεται, καὶ ἐν τῷ ἐλάττονι ἔλαττον ἢ τὴν ἡμίσειαν, ὥστ' εἰ μὲν περιττῶν σύγκειται τῶν ἀτόμων τὸ μῆκος, ἀναιρεθήσεται ἡ μέση τομὴ τῶν ἀτόμων, εἴπερ ἐν τῷ ἡμίσει χρόνῳ τὸ ἥμισυ δίεισιν· ὁμοίως γὰρ ὅ τε χρόνος καὶ ἡ γραμμὴ τμηθήσεται· ὥστ' οὐδεμία τῶν συγκειμένων τμηθήσεται εἰς ἴσα καὶ ἄνισα, οὐδ' ὁμοίως τοῖς χρόνοις τμηθήσονται· οὐκ ἔσονται ἄτομοι γραμμαί. Τὰ δὲ τοῦ αὐτοῦ λόγου ἐστί, καθάπερ ἐλέχθη, τὸ πάντα ταῦτα ποιεῖν ἐξ ἀμερῶν. Ἔτι ἅπασα ἡ μὴ ἄπειρος δύο ἔχει πέρατα· γραμμὴ γὰρ ὥρισται τούτοις· ἡ δ' ἄτομος οὐκ ἄπειρος, ὥσθ' ἕξει πέρας. Διαιρετὴ ἄρα· τὸ γὰρ πέρας ἄλλο καὶ οὗ πέρας. Ἢ ἔσται τις οὔτ' ἄπειρος, οὔτε πεπερασμένη γραμμὴ παρὰ ταύτας. Ἔτι οὐκ ἐν ἁπάσῃ γραμμῇ στιγμὴ ἔσται· ἐν μὲν γὰρ τῇ ἀτόμῳ οὐκ ἔστιν· εἰ μὲν γὰρ μία μόνη, ὑπάρξει γραμμή, εἶτα στιγμή· εἰ δὲ πλείους, διαιρετὴ ἡ γραμμή. Εἰ μὲν οὖν ἐν τῇ ἀτόμῳ μὴ ἐνυπάρχει στιγμή, οὐδ' ὅλως ἐν γραμμῇ ἔσται· αἱ γὰρ ἄλλαι ἐκ τῶν ἀτόμων. Ἔτι ἢ μηθὲν τῶν στιγμῶν ἔσται μεταξύ, ἢ γραμμή· εἰ δὲ μεταξὺ γραμμή, ἐν ἁπάσαις δὲ πλείους στιγμαί, οὐκ ἔσται ἄτομος. Ἔτι οὐχ ἁπάσης ἔσται γραμμῆς τετράγωνον· ἕξει γὰρ μῆκος καὶ πλάτος, ὥστε διαιρετόν, ἐπεὶ τὸ μέν, τὸ δέ τι. Εἰ δὲ τὸ τετράγωνον, καὶ ἡ γραμμή. Ἔτι τὸ πέρας τῆς γραμμῆς στιγμὴ ἔσται, ἀλλ' οὐ γραμμή· πέρας μὲν γὰρ τὸ ἔσχατον, (ἔσχατον) δ' ἡ ἄτομος· εἰ γὰρ (δέ?) στιγμή, τὸ πέρας τῇ ἀτόμῳ ἔσται στιγμή, καὶ ἔσται γραμμὴ γραμμῆς στιγμῇ μείζων. Εἰ δ' ἐνυπάρχει τῇ ἀτόμῳ ἡ στιγμή, διὰ τὸ ταὐτὸ πέρας τῶν συνεχουσῶν γραμμῶν, ἔσται τι πέρας τῆς ἀμεροῦς. Ὅλως τε τί διοίσει στιγμὴ γραμμῆς; οὐδὲν γὰρ ἴδιον ἕξει ἡ ἄτομος γραμμὴ παρὰ τὴν στιγμὴν πλὴν τοὔνομα. Ἔτι ὁμοίως μὲν εἰ ἐπίπεδον, καὶ σῶμά ἐστιν ἄτομον· ἑνὸς γὰρ ὄντος ἀδιαιρέτου καὶ τἄλλα συνακολουθήσει διὰ τὸ θάτερον διῃρῆσθαι κατὰ θάτερον· σῶμα (δ') οὐκ ἔσται ἀδιαίρετον διὰ τὸ εἶναι ἐν αὐτῷ βάθος καὶ πλάτος· οὐδ' ἂν γραμμὴ εἴη ἀδιαίρετος· σῶμα μὲν γὰρ κατ' ἐπίπεδον, ἐπίπεδον δὲ κατὰ γραμμήν. Ἐπεὶ δ' οἵ τε λόγοι δι' ὧν ἐπιχειροῦσι πείθειν, ἀσθενεῖς εἰσι καὶ ψευδεῖς, ἐναντίαι (δὲ) δόξαι πᾶσαι τοῖς ἰσχύουσι πρὸς πίστιν, φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν εἴη γραμμὴ ἄτομος. Δῆλον δ' ἐκ τούτων ὅτι οὐδ' ἂν ἐκ στιγμῶν εἴη γραμμή· σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν λόγων οἱ αὐτοὶ ἁρμόσουσιν· ἀνάγκη γὰρ διαιρεῖσθαι τὴν στιγμήν, ὅταν ἡ ἐκ περιττῶν τέμνηται ἴσα, ἡ ἐξ ἀρτίων τὰ ἄνισα· καὶ τὸ τῆς γραμμῆς μέρος μὴ εἶναι γραμμήν, μηδὲ τὸ τοῦ ἐπιπέδου ἐπίπεδον, καὶ γραμμὴ δὲ γραμμῆς στιγμῇ εἶναι μείζων· ἐξ ὧν γὰρ σύγκειται, τούτοις καὶ ὑπερέξει· τοῦτο

itaque erit insecabilis linea. Similiter autem si in duo dividatur linea: tunc enim idem eveniet omni quæ ex imparibus consistit. Quodsi bifariam quidem non omnis linea finditur, sed solum quæ ex paribus coagmentata fuerit, si jam quæ in duas partes dividitur, in quæcumque dividi potest dividatur, sic quoque insectilis linea dividetur, quando nempe ex paribus composita per inæqualia sciadetur. Rursus si mobile per dimidiam lineam movetur dimidio temporis ejus quo totam percurrit, et in minori tempore minus spatium percurret quam sit dimidia linea, ita ut si ex imparibus individuis spatium illud compositum esset, reciperetur insectilium in medietates divisio, siquidem in dimidio tempore dimidium spatium pertransit: similiter enim tempus et linea secabuntur: quare nulla ex compositis lineis dividetur in æqualia et inæqualia, neque sicuti tempus scindetur: non erunt (ergo) individuæ lineæ. Hæc autem ad eamdem rationem pertinent, sicut dictum est, qua ex in dividuis omnia hæc componuntur. Ad hæc omnis linea, modo non sit infinita, duos fines habet, siquidem linea hisce terminatur; at individua linea non est infinita: finem igitur habebit. Dividua ergo erit: finis enim aliud est atque illud cujus est finis. Aut exstabit aliqua linea præter istas, quæ neque finita sit, neque infinita. Insuper non erit in quavis linea punctus: non enim in individua: nam si unus modo punctus insit, ipsa primum linea sola erit, et inde punctus: sin plures inerunt, dividua erit linea. Ergo si punctus individuæ lineæ nullus inest, neque prorsus inerit lineæ, quum reliquæ ex individuis coaluerunt. Postea vel nihil inter duo puncta erit intermedium, vel linea erit; quodsi autem linea intersit atque in omnibus lineis puncta insint complura, non erit insecabilis ulla linea. Amplius non erit cujusvis lineæ quadratum: habebit enim longitudinem et latitudinem, atque idcirco divisibile erit, quum illa quidem aliquid, hæc autem aliquid aliud. Quodsi autem quadratum dividuum est, et linea dividua erit. Præterea finis lineæ punctus erit, et non linea: finis enim extremum est, extremum vero est individua linea. Si vero punctus est finis, individuæ lineæ extremitas erit punctus, atque ita una linea major erit altera puncto. Sin individuæ lineæ punctus inest, quia finis idem est continentium linearum, dabitur finis lineæ carentis partibus. Et demum quid a linea punctus distabit, quum proprium nihil habitura sit individua linea a puncto præter nomen? Adhuc eodem modo, si superficies exstat individua, et corpus erit impartibile: uno quippe individuo exsistente, cetera quoque consequentur, quia alterum ad alterum dividitur; at corpus individuum non erit, quum in se latitudinem et altitudinem contineat: quare nec linea potest esse individua, corpus siquidem superficiem, superficies vero lineam sequitur. Quoniam vero rationes, quibus isti nituntur sententiam suam persuadere, debiles sunt ac falsæ, opinionesque omnes adversantur argumentis quibus fidem facere conantur, manifestum est, nullam exstare lineam quæ dividi non possit. Ex iisdem autem manifestum evadet, ne a punctis quidem componi lineam posse: maximam enim partem eadem pene quadrabunt argumenta: oportet namque punctum dividi, quando linea vel ex imparibus composita in æqualia secatur, vel ex paribus in non æqualia; item lineæ partem non esse lineam, nec superficiei superficiem, et rursus lineam puncto majorem esse linea: ex quibus enim unumquodque compositum est, his etiam quodvis aliud excedit;

www.libool.com.cn

Digitized by Google

δ' ὅτι ἀδύνατον, ἔκ τε τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι δῆλον. Καὶ ἔτι συμβήσεται τὴν στιγμὴν ἐν χρόνῳ δὴ εἶναι τὸ φερόμενον, εἴπερ τὴν μείζω μὲν ἐν πλείονι χρόνῳ, τὴν δ' ἴσην ἐν ἴσῳ, ἡ δὲ τοῦ χρόνου ὑπεροχὴ χρόνος. Ἀλλ' ἴσως καὶ ὁ χρόνος ἐστὶν ἐκ τῶν νῦν, καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου λέγειν ἀμφω. Εἰ δὴ τὸ νῦν ἀρχὴ καὶ πέρας τοῦ χρόνου καὶ ἡ στιγμὴ γραμμῆς, μή ἐστι δὲ συνεχὴς ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ πέρας, ἀλλ' ἔχουσί τι μεταξύ, οὐκ ἂν εἴη οὔτε τὰ νῦν, οὔτε στιγμαὶ ἀλλήλοις συνεχεῖς. Ἔτι ἡ μὲν γραμμὴ μέγεθός τι, ἡ δὲ τῶν στιγμῶν σύνεσις οὐδὲν ποιεῖ μέγεθος διὰ τὸ μηδ' ἐπὶ πλείω τόπον ἔχειν· ὅταν γὰρ ἐπὶ γραμμὴν γραμμὴ τεθῇ καὶ ἐφαρμόσῃ, οὐδὲν γίνεται μεῖζον τὸ πλάτος· ἐν δὲ τῇ γραμμῇ καὶ στιγμαὶ ἐνυπάρχουσιν, οὐδ' ἂν αἱ στιγμαὶ πλείω κατέχοιεν τόπον, ὥστ' οὐκ ἂν ποιοῖεν μέγεθος. Ἔτι εἰ ἅπαντα ἅπτεται παντὸς ἢ ὅλον ὅλου, ἢ τινί τινος, ἢ ὅλον τινός, ἡ δὲ στιγμὴ ἀμερὴς ὅλως ἅπτοιτο, τὸ δ' ὅλον ὅλου ἁπτόμενον ἀνάγκη ἓν εἶναι· εἰ γάρ τί ἐστιν, ἢ θάτερον μή ἐστιν, οὐκ ἂν ὅλον ὅλου ἅπτοιτο. Εἰ δ' ἅμα ἐστὶ τὰ ἀμερῆ, τὸν αὐτὸν κατέχει τόπον πλείω ὄν καὶ πρότερον τὸ ἕν· τῶν γὰρ ἅμα ὄντων καὶ μὴ ἐχόντων ἐπέκτασιν κατὰ ταὐτὰ ὁ αὐτὸς ἀμφοῖν τόπος· τὸ δ' ἀμερὲς οὐκ ἔχει διάστασιν, ὥστ' οὐκ ἂν εἴη μέγεθος συνεχὲς ἐξ ἀμερῶν. Οὐκ ἄρα οὐθ' ἡ γραμμὴ ἐκ στιγμῶν, οὔθ' ὁ χρόνος ἐκ τῶν νῦν. Ἔτι εἰ ἔστιν ἐκ στιγμῶν, ἅψεται στιγμὴ στιγμῆς· ἐὰν οὖν ἐκ τοῦ Κ ἐκβληθῇ ἡ Α Β καὶ Γ Δ, ἅψεται τοῦ Κ καὶ ἡ ἐν τῇ ΑΚ καὶ ἡ ἐν τῇ ΚΔ στιγμή· ὥστε καὶ ἄλλῳ τινί· τὸ γὰρ ἀμερὲς τοῦ ἀμεροῦς ὅλον ὅλου ἐφάπτεται, ὥστε τὸν αὐτὸν ἐφέξει τόπον τοῦ Κ, καὶ ἁπτόμεναι στιγμαὶ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἀλλήλαις. Εἰ δ' ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ ἅπτονται· τὰ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ὄντα πρῶτα ἅπτεσθαι ἀναγκαῖον. Εἶθ' οὕτως εὐθεῖα εὐθείας ἅψεται κατὰ δύο στιγμάς· ἡ γὰρ ἐν τῇ ΑΚ στιγμὴ καὶ τῇ ΚΓ καὶ τῆς ἑτέρας ἅπτεται στιγμῆς, ὥσθ' ἡ ἐκ τῆς ΓΔ κατὰ πλείους ἅπτεται στιγμάς. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ εἰ μὴ δι' ἀλλήλων, ἀλλ' ὁπωσοῦν ἥψατο γραμμῆς. Ἔτι καὶ ἡ τοῦ κύκλου τῆς εὐθείας ἅψεται κατὰ πλείω· τῆς γὰρ συναφῆς καὶ ἡ ἐν τῷ κύκλῳ καὶ ἡ ἐν τῇ εὐθείᾳ ἅπτεται καὶ ἀλλήλων. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατόν, οὐδὲ τὸ ἅπτεσθαι στιγμὴν στιγμῆς· εἰ δὲ μὴ ἅπτεσθαι, οὐδ' εἶναι τὴν γραμμὴν στιγμήν· οὐδὲ γὰρ ἅπτεσθαι ἀναγκαῖον. Ἔτι πῶς ποτ' ἔσται εὐθεῖα γραμμὴ καὶ περιφερής; οὐδὲν γὰρ διοίσει ἡ σύναψις τῶν στιγμῶν ἐν τῇ εὐθείᾳ καὶ τῇ περιφερεῖ· τὸ γὰρ ἀμερὲς τοῦ ἀμεροῦς ὅλον ὅλου ἅπτεται, καὶ οὐκ ἔστιν ὅλως ἅπτεσθαι. Εἰ οὖν αἱ μὲν γραμμαὶ διάφοροι, ἡ δὲ σύναψις ἀδιάφορος, οὐκ ἔσται δὴ γραμμὴ ἐκ τῆς συνάψεως, ὥστ' οὐδ' ἐκ στιγμῶν. Ἔτι ἀναγκαῖον ἢ ἅπτεσθαι, ἢ μὴ ἅπτεσθαι τὰς στιγμὰς ἀλλήλων. Εἰ μὲν οὖν τὸ ἐφεξῆς ἅπτεσθαι ἀνάγκη, ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος· εἰ δ' ἐνδέχεται ἐφεξῆς τι εἶναι μὴ ἁπτόμενον, τὸ δὲ συνεχὲς οὐδὲν ἄλλο λέγομεν ἢ τὸ ἐξ ὧν ἐστιν ἁπτομένων· ὥστε καὶ οὕτως ἀνάγκη τὰς στιγμὰς ἅπτεσθαι

illud autem fieri non posse, per ea quæ in re mathematica docent, constat. Insuper quoque continget, punctum esse illud quod in tempore fertur, quippe quod majorem quidem lineam in longiori, æqualem vero in æquali tempore percurrit, quum excessus temporis tempus sit. Sed fortasse tempus quoque res est ex momentis composita, atque ad eamdem pertinet argumentationem si utrumque hoc perhibeas. Quodsi igitur *nunc* est principium temporis et finis, itemque lineæ punctus, neque continua sunt principium et finis, sed semper aliquid habent intermedium, neque temporis momenta, neque puncta inter se continua esse poterunt. Præterea si linea quidem magnitudo aliqua est, punctorum autem conjunctio magnitudinem nullam efficit, idcirco quia majorem locum non occupant (nam et quando linea lineæ superimponitur eique adaptatur, nulla provenit inde major latitudo), sunt autem in linea puncta, hi quoque punctus majorem locum occupare nequibunt, indeque magnitudinem quoque facere non poterunt. Præterea si res omnis rem quamlibet aliam tangit, vel tota totam, vel parte partem, vel tota partem, tanget et punctus, utpote individuus, totus totum; at necesse est, quodcumque totum tangit totum, unum esse: nam si aliqua pars est, vel alterum non est, non tanget totum totum. Quodsi vero simul sunt individua, eumdem occupabunt locum plura quem antea unicum: duarum enim rerum quæ simul sunt, nec habent extensionem, ibidem idem erit locus; quod vero partibus caret, extensionem non habet: quocirca nec ex individuis ulla proveniet magnitudo continua: igitur neque e punctis linea, neque ex momentis tempus redundabit. Insuper si ex punctis componitur linea, punctus tanget punctum: igitur si ex *k* signo protracta fuerit *ab* et *gd*, signum *k* tanget cum punctus qui est in *ak*, tum punctus qui est in *kd*: quare et diversa parte tanget: nam res quæ partibus caret, tangit rem partibus carentem tota totam: ergo eumdem locum occupabunt quem *k* punctus obtinet, et puncta quæ se invicem tangunt, eumdem inter se occupabunt locum. Quodsi contra eumdem occupant locum, se mutuo etiam tangunt: quæ enim in eodem sunt loco, primo se tangant oportet. Deinde hoc pacto recta rectam duobus punctis tanget: punctus enim in *ak* et punctus in *kg*: alterum etiam tangit punctum: quare linea ex *gd* pluribus tangit punctis. Idem quoque dicendum erit, si non alterum alterius ope, sed quovis alio modo lineam tetigerit. Quin etiam orbis circumferentia rectam lineam pluribus tanget punctis: contactum enim tanget cum punctus qui est in circulo, tum qui in recta consistit, prætereaque sese mutuo tangunt. Quodsi hoc fieri non potest, neque punctus punctum tangere valet; quodsi vero se mutuo tangere nequeunt, neque linea punctus esse poterit: nam neque punctum tangere necessarium erit. Postea quonam tandem pacto recta erit linea et circularis? nihilo enim differet contactus punctorum in recta et circulari: nam res quæ partibus caret, rem quæ partes non habet, tota totam contingit, neque prorsus tangere licet. Si sunt ergo lineæ quidem differentes, contactus autem est indifferens, non fiet ex contactu linea: quare neque e punctis. Insuper necesse est, puncta vel sese mutuo tangant, vel non se invicem tangant. Si igitur id quod deinceps est, tangat oportet, eadem erunt dicenda; sin fieri possit, ut aliquid deinceps sit, etiamsi non tangat, (non erit linea continuum): nihil enim aliud continuum dicimus quam quod est ex se invicem tangentibus compositum: quare oportebit et hoc modo, vel puncta sese mutuo tangere, vel lineam con-

Digitized by Google

ἀλλήλων, ἢ εἶναι γραμμὴν συνεχῆ. Ἔτι εἰ ἄτοπον στιγμὴ ἐπὶ στιγμῆς, ἵν' ᾖ γραμμὴ καὶ ἐπὶ στιγμῇ, ἐπεὶ ἡ γραμμὴ ἐπίπεδον, ἀδύνατον τὰ εἰρημένα εἶναι· εἴτε γὰρ ἐφεξῆς αἱ στιγμαί εἰσι, τμηθήσεται ἡ γραμμὴ κατ' οὐδετέραν τῶν στιγμῶν, ἀλλ' ἀνὰ μέσον· εἴθ' ἅπτονται, γραμμὴ ἔσται τῆς μιᾶς στιγμῆς χώρα· τοῦτο δ' ἀδύνατον. Ἔτι διαιροῖτ' ἂν ἅπαντα καὶ ἀναλύοιτο εἰς στιγμάς, καὶ ἡ στιγμὴ μέρος σώματος, εἴπερ τὸ μὲν σῶμα ἐξ ἐπιπέδων, τὸ δ' ἐπίπεδον ἐκ γραμμῶν, αἱ δὲ γραμμαὶ ἐκ στιγμῶν. Εἰ δ' ἐξ ὧν πρώτων ἐνυπαρχόντων ἕκαστά ἐστι, στοιχεῖά ἐστι ταῦτα, αἱ στιγμαὶ ἂν εἶησαν στοιχεῖα σωμάτων· ὥστε συνώνυμα στοιχεῖα οὐδέτερα τῷ εἴδει. Φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι οὐκ ἔστι γραμμὴ ἐκ στιγμῶν· ἀλλ' οὐδ' ἀφαιρεθῆναι οἷόν τε στιγμὴν ἀπὸ γραμμῆς· εἰ γὰρ ἐνδέχεται ἀφαιρεθῆναι, καὶ προστεθῆναι δυνατόν· προστεθέντος δέ τινος τὸ προστεθὲν μεῖζον ἔσται τοῦ ἐξ ἀρχῆς, ἐὰν τοιοῦτον ᾖ τὸ προστιθέμενον ὥσθ' ἓν ὅλον ποιεῖν· ἔσται γραμμὴ γραμμῆς στιγμῇ μεῖζων· τοῦτο δ' ἀδύνατον. Ἀλλὰ καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐχ οἷόν τε, κατὰ συμβεβηκὸς δ' ἐνδέχεται στιγμὴν ἀπὸ γραμμῆς ἀφελεῖν, τῷ ἐνυπάρχειν ἐν τῇ ἀφαιρουμένῃ γραμμῇ, εἰ τοῦ ὅλου ἀφαιρουμένου καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ πέρας ἀφαιρεῖται, γραμμῆς δ' ἦν ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ πέρας στιγμή, καὶ εἰ γραμμῆς ἐγχωρεῖ ἀφαιρεῖν, καὶ στιγμὴν ἐνδέχοιτο· αὕτη δ' ἡ ἀφαίρεσις κατὰ συμβεβηκός. Εἰ δὲ τὸ πέρας ἅπτεται, οὔτε πέρας ἡ αὐτοῦ, ἢ τῶν ἐκείνου τινός, ἡ δὲ στιγμή, ἢ πέρας γραμμῆς, ἅπτεται. Ἡ μὲν οὖν γραμμὴ ἔσται στιγμῆς μεῖζων, ἡ δὲ στιγμὴ ἐκ στιγμῶν· τῶν γὰρ ἁπτομένων οὐδὲν ἀνὰ μέσον. Ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῆς τομῆς, εἰ ἡ τομὴ στιγμῆς καὶ ἡ τομὴ ἅπτεταί τινος καὶ ἐπὶ στερεοῦ καὶ ἐπιπέδου· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ στερεὸν ἐξ ἐπιπέδων καὶ γραμμῶν. Οὐκ ἀληθὲς δὲ κατὰ στιγμὴν εἰπεῖν, οὐδ' ὅτι ἐλάχιστον τῶν ἐκ γραμμῆς εἰς τὸ ἐλάχιστον τῶν ἐνυπαρχόντων εἴρηται· τὸ δ' ἐλάχιστον, ὧν ἔστιν ἐλάχιστον, καὶ ἔλαττόν ἐστιν. Ἐν δὲ τῇ γραμμῇ οὐδὲν ἄλλο ἢ στιγμαὶ καὶ γραμμαὶ ἐνυπάρχουσιν· ἡ δὲ γραμμὴ τῆς στιγμῆς οὐκ ἔστι μεῖζων· οὐδὲ γὰρ αὖ τὸ ἐπίπεδον τῆς γραμμῆς· ὥστ' οὐκ ἔσται στιγμὴ τὸ ἐν γραμμῇ ἐλάχιστον. Εἰ δὲ συμβλητὸν τῇ γραμμῇ ἡ στιγμή, τὸ δ' ἐλάχιστον ἐν τρισὶ προσώποις, οὐκ ἔσται ἡ στιγμὴ τῶν ἐν τῇ γραμμῇ ἐλάχιστον. Καὶ ἄλλ' ἄττα ἐνυπάρχει παρὰ τὰς στιγμὰς καὶ τὰς γραμμὰς ἐν τῷ μήκει· οὐ γὰρ ἐκ στιγμῶν. Εἰ δὲ τὸ ἐν τόπῳ ὂν ἡ στιγμή, μῆκος, ἢ ἐπίπεδον, ἢ στερεὸν ἐκ τούτων τι, ἐξ ὧν δ' ἐστὶν ἡ γραμμή, ἐκεῖνα ἐν τόπῳ (καὶ γὰρ ἡ γραμμή), καὶ μήτε σῶμα, μήτ' ἐπίπεδον, μήτ' ἐκ τούτων τι ἐνυπάρχει τῇ γραμμῇ· οὐκ ἔσται οὐθὲν ὅλως παρὰ τὰς στιγμὰς καὶ τὰς γραμμὰς ἐν τῷ μήκει. Ἔτι εἰ τοῦ ἐν τόπῳ ὄντος τὸ μεῖζον λεγόμενον μῆκος, ἡ ἐπιφάνεια στερεόν· ἡ δὲ στιγμὴ ἐν τόπῳ· τὸ δ' ἐν τῷ μήκει ὑπάρχον παρὰ τὰς στιγμὰς καὶ τὰς γραμμὰς οὐθὲν τῶν προειρημένων, ὥστ' οὐκ ἔσται ἡ στιγμὴ τῶν ἐνυπαρ-

tinuam esse. Præterea si absurdum est, puncto punctum superimponere, ut linea quoque puncto superimponi possit, quum ita linea fieret superficies, fieri non potest ut supra dicta eveniant: sive enim deinceps sint puncta, dividetur linea per neutrum ipsorum, sed per id quod intercedit; sive se mutuo tangant, linea erit unius puncti spatium; hoc autem esse non potest. Postremo omnia dividerentur et resolverentur in puncta, corporisque pars punctus esset, siquidem corpus e superficiebus, superficies e lineis, lineæ e punctis constant. Si vero illa ex quibus primis, si insint, singula constant, elementa sunt, puncta corporum elementa esse poterunt, ita ut neutra elementa eodem nomine designarentur ac specie. Constat itaque ex dictis, non esse lineam e punctis compositam, verum neque ab ea punctum auferri potest: nam si liceret punctum auferre, liceret et adponere; quopiam autem adposito, illud cui adjunctum est, majus evadit quam prius fuerat, si ejusmodi sit res cui adponitur, ut cum eo unum totum efficiat: erit (igitur) una linea major alia puncto: id quod fieri non potest. Verum per se quidem non potest a linea punctus avelli, per accidens autem potest, eo quod in ablata linea inest, quum, ubi totum aufertur, totius et principium et finis simul auferatur oportet; at lineæ principium et finis punctus erat, atque si de linea demere licet, licebit et punctum auferre; sed ea per accidens fit ablatio. Si vero finis tangit, nec rei quam tangit finis, est, neque alicujus partium ipsius; punctus autem, quatenus lineæ finis, eam tangit. Linea itaque puncto major erit, punctusque ex punctis constabit: inter res enim quæ se invicem tangunt nihil intermedium est. Eadem dicenda et de divisione, si divisio ad puncta pertinet et divisio tangit aliquid tam in solido quam superficie: eodem enim modo et solidum e superficiebus et lineis constat. Non est autem verum dicere, secundum puncta fieri divisionem, neque parvissimam aliquam lineæ partem in minimum, quod insit, dividi, minimum quippe etiam minus est iis quorum minimum est. Atqui lineæ nihil aliud inest quam puncta et lineæ; linea vero puncto major non est: nam neque rursus superficies est linea major: quare punctus non erit in linea minimum. Si vero linea cum puncto comparari potest, et minimum tribus respectibus consideratur, non erit punctus eorum quæ lineæ insunt, minimum. Alia quoque quædam insunt longitudini præter puncta et lineas: non enim ex punctis longitudo consistit. Si vero id quod est in loco, punctus est, longitudo et superficies et solidum ad res ex iis compositas pertinent; illa vero ex quibus constat linea, sunt in loco (etenim et linea est in loco), ac neque corpus, neque superficies, neque aliqua pars eorum in linea insunt: nihil igitur aliud omnino longitudini inest præter puncta et lineas. Præterea si res quæ major dicitur iis quæ in loco sunt, longitudo est, superficies corpus erit; est autem punctus in loco; id vero quod longitudini inest præter puncta et lineas, nullo modo pertinet ad res prædictas: ergo non erit pun-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

χόντων ἐλάχιστον. Ἔτι [εἰ] εἰς ὃ ἐλάχιστόν τι τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ, μήτε τῆς οἰκίας συμβαλλομένης πρὸς αὐτὸ λέγεται· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οὐδὲ τὸ ἐν γραμμῇ ἐλάχιστον πρὸς γραμμὴν συγκρινόμενον ἔσται· ὥστ' οὐχ ἁρμόσει τὸ ἐλάχιστον, ἐπεὶ τὸ μὴ ὂν ἐν τῇ οἰκίᾳ μή ἐστι τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐλάχιστον. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἐνδέχεται γὰρ στιγμὴν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι. Οὐκ ἔσται κατὰ ταύτης ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι τὸ ἐν γραμμῇ ἐλάχιστον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ στιγμὴ ἄρθρον ἀδιαίρετον· τὸ μὲν γὰρ ἄρθρον ἀεὶ δυοῖν ὅρος, ἡ δὲ στιγμὴ καὶ μιᾶς γραμμῆς ὅρος ἐστίν. Ἔτι ἡ μὲν πέρας, τὸ δὲ διαίρεσίς ἐστι μᾶλλον. Ἔτι ἡ γραμμὴ καὶ τὸ ἐπίπεδον ἄρθρα ἔσονται· ἀνάλογον γὰρ ἔχουσιν, ὅτι τὸ ἄρθρον διάφορόν πώς ἐστιν· διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν·

διὸ δεῖ ὀρθῶς.

Ἡ δὲ στιγμὴ καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀκινήτοις. Ἔτι οὐδεὶς ἔχει ἄπειρα ἄρθρα ἐν τῷ σώματι, ἢ τῇ χειρί, στιγμὰς δ' ἀπείρους. Ἔτι λίθου ἄρθρον οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔχει, στιγμὰς δ' ἔχει.

ctus rerum quæ insunt, minimum. Præterea si minimum in quod aliquid eorum quæ in domo sunt, dividitur, non domui comparatum ita vocatur, isque et in reliquis rebus loquendi modus servari solet, nec quod in linea minimum est, cum linea comparatione instituta, ejusmodi erit: quare puncto non conveniet minimi appellatio, quandoquidem quod non est in domo, minimum esse non potest eorum quæ in domo sunt. Ita et in ceteris est judicandum: fieri enim potest ut punctum per se ipsum exstet. Non licebit (itaque) de puncto vere dicere, quod minimum sit eorum quæ in linea sunt, quoniam non est punctus articulus individuus: nam articuli semper duorum termini sunt, punctus autem et unius lineæ terminus est. Insuper punctus finis; articulus vero divisio potius est. Adhuc linea et superficies quoque articuli erunt: eamdem enim rationem servant, quia articulus quodammodo discriminatus est: quamobrem et Empedocles cecinit:

Ideo oportet recte.

Punctus autem etiam ille est qui in immobilibus invenitur. Postea vero nemo habet infinitos articulos in corpore, vel in manu; at puncta habet infinita. Præterea lapidis articulus est nullus, neque articulos habet; puncta vero habet.

Digitized by Google

ΜΗΧΑΝΙΚΑ.

MECHANICA.

www.libtool.com.cn

CAP. I.

(847.)

Θαυμάζεται τῶν μὲν κατὰ φύσιν συμβαινόντων, ὅσων ἀγνοεῖται τὸ αἴτιον, τῶν δὲ παρὰ φύσιν, ὅσα γίνεται διὰ τέχνην πρὸς τὸ συμφέρον τοῖς ἀνθρώποις· ἐν πολλοῖς γὰρ ἡ φύσις ὑπεναντίον πρὸς τὸ χρήσιμον ἡμῖν ποιεῖ· ἡ μὲν γὰρ φύσις ἀεὶ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον καὶ ἁπλῶς, τὸ δὲ χρήσιμον μεταβάλλει πολλαχῶς. Ὅταν οὖν δέῃ τι παρὰ φύσιν πρᾶξαι, διὰ τὸ χαλεπὸν ἀπορίαν παρέχει καὶ δεῖται τέχνης· διὸ καὶ καλοῦμεν τῆς τέχνης τὸ πρὸς τὰς τοιαύτας ἀπορίας βοηθοῦν μέρος μηχανήν· καθάπερ γὰρ ἐποίησεν Ἀντιφῶν ὁ ποιητής, οὕτω καὶ ἔχει·

τέχνῃ (γὰρ) κρατοῦμεν, ὧν φύσει νικώμεθα.

Admirationem movent rerum quidem quæ secundum naturam fiunt, illæ omnes quarum causa ignoratur, earum vero quæ præter naturam fiunt, quæcumque ad utilitatem hominum artis causa efficiuntur : in multis enim rebus natura aliquatenus utilitati nostræ repugnat : natura scilicet unam semper eamdemque ac simplicem rationem obtinet, utilitatis vero nostræ varia maximopere et mutabilis ratio est. Quotiescumque igitur nos aliquid præter naturam facere oportuerit, quia arduum est, difficultatem movet, atque arte indiget res : quapropter etiam illam artis partem quæ difficultatibus hujusmodi succurrit, artificium appellamus : ut enim Antiphon poeta cecinit, ita etiam res sese habet :

Superamus (namque) arte, in quibus natura vincimur.

Τοιαῦτα δ' ἐστὶν ἐν οἷς τά τ' ἐλάττονα κρατεῖ τῶν μειζόνων, καὶ τὰ βοπὴν ἔχοντα μικρὰν κινεῖ βάρη μεγάλα, καὶ πάντα σχεδὸν ὅσα τῶν προβλημάτων μηχανικὰ προσαγορεύομεν. Ἔστι δὲ ταῦτα τοῖς φυσικοῖς προβλήμασιν οὔτε ταὐτὰ πάμπαν, οὔτε κεχωρισμένα λίαν, ἀλλὰ κοινὰ τῶν τε μαθηματικῶν θεωρημάτων καὶ τῶν φυσικῶν· τὸ μὲν γὰρ ὡς διὰ τῶν μαθηματικῶν ὅῆλον, τὸ δὲ περὶ ὃ διὰ τῶν φυσικῶν. Περιέχεται δὲ τῶν ἀπορουμένων ἐν τῷ γένει τούτῳ τὰ περὶ τὸν μοχλόν· ἄτοπον γὰρ εἶναι δοκεῖ τὸ κινεῖσθαι μέγα βάρος ὑπὸ μικρᾶς ἰσχύος, καὶ ταῦτα μετὰ βάρους πλείονος· ὃ γὰρ ἄνευ μοχλοῦ κινεῖν οὐ δύναταί τις, τοῦτ' αὐτὸ τὸ βάρος, προσλαβὼν ἔτι τὸ τοῦ μοχλοῦ βάρος, κινεῖ θᾶττον. Πάντων δὲ τῶν τοιούτων ἔχει τῆς αἰτίας τὴν ἀρχὴν ὁ κύκλος, καὶ τοῦτο εὐλόγως συμβέβηκεν· ἐκ μὲν γὰρ θαυμασιωτέρου συμβαίνειν τι θαυμαστὸν οὐδὲν ἄτοπον, θαυμασιώτατον δὲ τὸ τἀναντία γίνεσθαι μετ' ἀλλήλων· ὁ δὲ κύκλος συνέστηκεν ἐκ τοιούτων· εὐθὺς γὰρ ἐκ κινουμένου τε γεγένηται καὶ μένοντος, ὧν ἡ φύσις ἐστὶν ὑπεναντία ἀλλήλοις· ὥστ' ἐνταῦθα ἔστιν ἐπιβλέψασιν ἧττον θαυμάζειν τὰς συμβαινούσας ὑπεναντιώσεις περὶ αὐτόν· πρῶτον μὲν γὰρ τῇ περιεχούσῃ γραμμῇ τὸν κύκλον, πλάτος οὐθὲν ἐχούσῃ, τἀναντία πως προσεμφαίνεται, τὸ κοῖλον καὶ τὸ κυρτόν. Ταῦτα δὲ διεστήκατον ἀλλήλων ὃν τρόπον τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν· ἐκείνων τε γὰρ μέσον τὸ ἴσον, καὶ τούτων τὸ αὐθύ· διὸ μεταβάλλοντα εἰς ἄλληλα τὰ μὲν ἀναγκαῖον ἴσα γενέσθαι πρότερον ἢ τῶν ἄκρων ὁποτερονοῦν, τὴν δὲ γραμμὴν εὐθεῖαν, ὅταν ἐκ κυρτῆς εἰς κοίλην, ἢ πάλιν ἐκ ταύτης γίνηται κυρτὴ καὶ περιφερής. Ἐν μὲν οὖν τοῦτο τῶν ἀτόπων ὑπάρχει περὶ τὸν κύκλον· δεύτερον δ' ὅτι ἅμα κινεῖται τὰς ἐναντίας κινήσεις· ἅμα γὰρ εἰς τὸν ἔμπροσθεν κινεῖται τόπον καὶ τὸν ὄπισθεν. Ἥ τε γράφουσα γραμμὴ τὸν κύκλον ὡσαύτως ἔχει· ἐξ οὗ γὰρ ἄρχεται τόπου τὸ πέρας αὐτῆς, εἰς τὸν αὐτὸν

Hujus autem generis sunt ea, in quibus majora superantur a minoribus, et magna pondera moventur ab exigui momenti rebus, et omnia fere quæ mechanicarum quæstionum appellatione veneunt. Sunt autem hæ neque prorsus eædem ac naturales quæstiones, neque tamen admodum ab iis diversæ, sed communi ratione ad mathematicas speculationes atque naturales pertinent : illud scilicet, quomodo quid efficiatur, ope mathematicarum, id vero circa quod efficitur, ope naturalium quæstionum innotescit. Ad illa autem quæ in hoc genere difficultatem præbent, referuntur ea quæ ad vectem pertinent : absurdum enim videtur, exigua vi magnum pondus moveri, præsertim ipso pondere aucto : quod enim pondus aliquis sine vecte movere nequit, idem illud, addito etiam vectis pondere, citius movet. Omnium vero rerum hujusmodi causæ principium continet circulus, idque probabiliter evenit : nam admirabile quidpiam ex re exsistere quæ ipsa sit admirabilior, neutiquam absurdum est; atqui maxime mirandum est, si simul contraria fiant; circulus autem constat ex contrariis : statim enim factus est ex commoto et quiescente, quorum natura sibi invicem est contraria. Huc ergo si respiciamus, minus mirari licet contraria quæ circa ipsum eveniunt : primo enim in linea circulum ambiente omnique latitudine carente contraria quodammodo inesse apparet, concavum scilicet et convexum. Hæc autem eodem modo a se invicem differunt ac magnum et parvum : medium enim inter hæc æquale, inter illa vero rectum : quare, ubi in se invicem transeunt, hæc quidem prius æqualia fieri necesse est quam extremorum utrumvis, lineam vero rectam, ubi e convexa in concavam, aut rursus e concava mutetur in convexam et curvam. Atque hoc quidem unum est absurdorum quæ circulo competunt; alterum vero quod simul contrariis motionibus cietur : simul enim movetur in anteriorem et posteriorem partem. Linea quoque quæ circulum describit, eodem modo sese habet : ex quo enim loco principium ducit ejus extremum, in eumdem itorum

Digitized by Google

τοῦτον τόπον ἔρχεται πάλιν· συνεχῶς γὰρ κινουμένης αὐτῆς, τὸ ἔσχατον πάλιν ἀπῆλθε πρῶτον, ὥστε καὶ φανερὸν ὅτι μετέβαλεν, ἐντεῦθεν· διό, καθάπερ εἴρηται πρότερον, οὐδὲν ἄτοπον τὸ πάντων εἶναι τῶν μαθημάτων αὐτὸν ἀρχήν. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν ζυγὸν γινόμενα εἰς τὸν κύκλον ἀνάγεται, τὰ δὲ περὶ τὸν μοχλὸν εἰς τὸν ζυγόν, τὰ δ' ἄλλα πάντα σχεδὸν τὰ περὶ τὰς κινήσεις τὰς μηχανικὰς εἰς τὸν μοχλόν. Ἔτι δὲ διὰ τὸ μιᾶς οὔσης τῆς ἐκ τοῦ κέντρου γραμμῆς μηθὲν ἕτερον ἑτέρῳ φέρεσθαι τῶν σημείων τῶν ἐν αὐτῇ ἰσοταχῶς, ἀλλ' ἀεὶ τὸ τοῦ μένοντος πέρατος πορρώτερον ὂν θᾶττον, πολλὰ τῶν θαυμαζομένων συμβαίνει περὶ τὰς κινήσεις τῶν κύκλων· περὶ ὧν ἐν τοῖς ἑπομένοις προβλήμασιν ἔσται δῆλον. Διὰ δὲ τὸ τὰς ἐναντίας κινήσεις ἅμα κινεῖσθαι τὸν κύκλον, καὶ τὸ μὲν ἕτερον τῆς διαμέτρου τῶν ἄκρων, ἐφ' οὗ τὸ Α, εἰς τοὔμπροσθεν κινεῖσθαι, θάτερον δέ, ἐφ' οὗ τὸ Β, εἰς τοὔπισθεν, κατασκευάζουσί τινες ὥστ' ἀπὸ μιᾶς κινήσεως πολλοὺς ὑπεναντίως ἅμα κινεῖσθαι κύκλους, ὥσπερ οὓς ἀνατιθέασιν ἐν τοῖς ἱεροῖς ποιήσαντες τροχίσκους χαλκοῦς καὶ σιδηροῦς· εἰ γὰρ εἴη τοῦ ΑΒ κύκλου ἁπτόμενος ἕτερος κύκλος ἐφ' οὗ ΓΔ, τοῦ κύκλου τοῦ ἐφ' οὗ ΑΒ κινουμένης τῆς διαμέτρου εἰς τοὔμπροσθεν, κινηθήσεται ἡ ΓΔ εἰς τοὔπισθεν, τοῦ κύκλου τοῦ ἐφ' οὗ ΑΒ, κινουμένης τῆς διαμέτρου περὶ τὸ αὐτό. Εἰς τοὐναντίον ἄρα κινηθήσεται ὁ ἐφ' οὗ ΓΔ κύκλος τῷ ἐφ' οὗ τὸ ΑΒ, καὶ πάλιν αὐτὸς τὸν ἐφεξῆς, ἐφ' οὗ ΕΖ, εἰς τοὐναντίον αὐτῷ κινήσει διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον κἂν πλείους ὦσι, τοῦτο ποιήσουσιν ἑνὸς μόνου κινηθέντος. Ταύτην οὖν λαβόντες ὑπάρχουσαν ἐν τῷ κύκλῳ τὴν φύσιν οἱ δημιουργοὶ κατασκευάζουσιν ὄργανον κρύπτοντες τὴν ἀρχήν, ὅπως ᾖ τοῦ μηχανήματος φανερὸν μόνον τὸ θαυμαστόν, τὸ δ' αἴτιον ἄδηλον.

redit: perpetuo scilicet se movente ipsa, postremum rursus primum evadit: hinc ergo patet etiam, eam cursum mutasse: quapropter, ut supra jam diximus, minime absurdum est, ipsum circulum totius scientiæ mathematicæ (*vulgo* omnium miraculorum) principium esse. Quæ itaque circa bilancem fiunt, ad circulum referuntur, quæ vero circa vectem ad bilancem; reliqua tandem fere omnia quæ ad mechanicas motiones pertinent, ad vectem. Præterea vero quia, licet unica sit linea e centro ducta, nullum punctum eorum quæ in ea adsunt, eadem celeritate fertur ac alterum, sed semper, prouti longius ab extremo quiescente distat, celerius, multa eveniunt eorum quæ in circulorum motionibus admirationem movent: quæ in sequentibus quæstionibus manifesta fient. Quoniam autem circulus simul contrariis cietur motionibus, et alterum diametri extremum, cui A inscriptum est, anteriora versus movetur, alterum vero, cui B, retrorsum, inde efficiunt nonnulli, ab unica motione multos in contrarium sibi invicem simul moveri circulos, quemadmodum quos in templis dedicant ex ære vel ferro fabricatos orbiculos: etenim si AB circulum alter contigerit circulus, cui CD inscriptum est, si circuli, cui AB, diametros movetur anteriora versus, movebitur diametros circuli CD retrorsum, diametro circuli, cui AB, circum idem punctum sese movente. In contrarium igitur circulo cui AB inscriptum est, movebitur circulus cui CD, et ipse rursus proxime sequentem, cui EF, in contrarium sibi ipsi movebit, propter eamdem causam. Eodemque modo, si plures fuerint, idem efficient, ubi unus tantummodo movetur. Animadvertentes igitur hanc naturam circulo competere, artifices instrumentum fabricant, cujus principium celant, ut machinæ solum sit manifestum quod admirationem movet, causa vero lateat.

CAP. II.

Πρῶτον μὲν οὖν τὰ συμβαίνοντα περὶ τὸν ζυγὸν ἀπορεῖται, διὰ τίνα αἰτίαν ἀκριβέστερά ἐστι τὰ ζυγὰ τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων. Τούτου δ' ἀρχή, διὰ τί ποτε ἐν τῷ κύκλῳ ἡ πλεῖον ἀφεστηκυῖα γραμμὴ τοῦ κέντρου, τῆς ἐγγὺς τῇ αὐτῇ ἰσχύϊ κινουμένης, θᾶττον φέρεται τῆς ἐλάττονος; τὸ γὰρ θᾶττον λέγεται διχῶς· ἄν τε γὰρ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ ἴσον τόπον διεξέλθῃ, θᾶττον εἶναι λέγομεν, καὶ ἐὰν ἐν ἴσῳ, πλείω. Ἡ δὲ μείζων ἐν ἴσῳ χρόνῳ γράφει μείζονα κύκλον· ὁ γὰρ ἐκτὸς μείζων τοῦ ἐντός. Αἴτιον δὲ τούτων ὅτι φέρεται δύο φορὰς ἡ γράφουσα τὸν κύκλον. Ὅταν μὲν οὖν ἐν λόγῳ τινὶ φέρηται, ἐπ' εὐθείας ἀνάγκη φέρεσθαι τὸν φερόμενον, καὶ γίνεται διάμετρος αὐτὴ τοῦ σχήματος ὃ ποιοῦσιν αἱ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ συντεθεῖσαι γραμμαί. Ἔστω γὰρ ὁ λόγος ὃν φέρεται τὸ φερόμενον, ὃν ἔχει ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΑΓ· καὶ τὸ μὲν Α φερέσθω πρὸς τὸ Β, ἡ δὲ ΑΒ ὑποφερέσθω πρὸς τὴν ΗΓ. Ἐννενόησθω δὲ τὸ μὲν

Prima igitur de iis quæ circa bilancem eveniunt, quæstio est: quamobrem nempe majores bilances exactiores sint minoribus. Principium autem hujus quæstionis est, cur tandem illa in circulo linea, quæ longius a centro distat, citius moveatur quam minor, licet propior eadem vi moveatur: citius enim dicitur duplici modo: nam tum quod in minori tempore par spatium percurrit, tum quod in pari tempore majus, citius esse dicimus. Major autem linea in pari tempore majorem describit circulum: exterior scilicet interiore major est. Horum vero causa est quod linea quæ circulum describit, duplici impetu fertur. Quando igitur in ratione aliqua (virium ad se invicem) fertur, super recta linea ferri rem impulsam necesse est, eaque ipsa diametros efficitur figuræ quæ formatur lineis hac ratione inter se compositis. Sit enim ratio, secundum quam impulsa res movetur, illa quam habet AB ad AC, atque A moveatur ad B, AB vero subducatur ad GC. Ponamus jam A perve-

Digitized by Google

Α πρὸς τὸ Δ, ἡ δ' ἐφ' ἧ ΑΒ, πρὸς τὸ Ε. Εἰ οὖν ἐπὶ τῆς φορᾶς ὁ λόγος ἦν ὃν ἡ ΑΒ ἔχει πρὸς τὴν ΑΓ, ἀνάγκη καὶ τὴν ΑΔ πρὸς τὴν ΑΕ τοῦτον ἔχειν τὸν λόγον. Ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τῷ λόγῳ τὸ μικρὸν τετράπλευρον τῷ μείζονι, ὥστε καὶ ἡ αὐτὴ διάμετρος αὐτῶν, καὶ τὸ Α ἔσται πρὸς Ζ. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον δειχθήσεται κἂν ὁπουοῦν διαληφθῇ ἡ φορά· αἰεὶ γὰρ ἔσται ἐπὶ τῆς διαμέτρου. Φανερὸν οὖν ὅτι τὸ κατὰ τὴν διάμετρον φερόμενον ἐν δύο φοραῖς ἀνάγκη τὸν τῶν πλευρῶν φέρεσθαι λόγον· εἰ γὰρ ἄλλον τινά, οὐκ οἰσθήσεται κατὰ τὴν διάμετρον. Ἐὰν δ' ἐν μηδενὶ λόγῳ φέρηται δύο φορὰς κατὰ μηδένα χρόνον, ἀδύνατον εὐθεῖαν εἶναι τὴν φοράν. Ἔστω γὰρ εὐθεῖα. Τεθείσης οὖν ταύτης διαμέτρου καὶ παραπληρωθεισῶν τῶν πλευρῶν, ἀνάγκη τὸν τῶν πλευρῶν λόγον φέρεσθαι τὸ φερόμενον· τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον. Οὐκ ἄρα ποιήσει εὐθεῖαν τὸ ἐν μηδενὶ λόγῳ φερόμενον μηδένα χρόνον· ἐὰν γάρ τινα χρόνον ἐνεχθῇ ἐν λόγῳ τινί, τοῦτον ἀνάγκη τὸν χρόνον εὐθεῖαν εἶναι φορὰν διὰ τὰ προειρημένα· ὥστε περιφερὲς γίνεται, δύο φερόμενον φορὰς ἐν μηθενὶ λόγῳ μηθένα χρόνον. Ὅτι μὲν τοίνυν ἡ τὸν κύκλον γράφουσα φέρεται δύο φορὰς ἅμα, φανερὸν ἔκ τε τούτων, καὶ ὅτι τὸ φερόμενον κατ' εὐθεῖαν ἐπὶ τὴν κάθετον ἀχικνεῖται, ὥστ' εἶναι πάλιν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου κάθετον. Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓ, τὸ δ' ἄκρον τὸ ἐφ' οὗ Β, φερέσθω ἐπὶ τὸ Δ· ἀφικνεῖται δέ ποτε ἐπὶ τὸ Γ. Εἰ μὲν οὖν ἐν τῷ λόγῳ ἐφέρετο ὃν ἔχει ἡ ΒΔ πρὸς τὴν ΔΓ, ἐφέρετο ἂν τὴν διάμετρον τὴν ἐφ' ἧ ΒΓ. Νῦν δέ, ἐπείπερ ἐν οὐδενὶ λόγῳ, ἐπὶ τὴν περιφέρειαν φέρεται τὴν ἐφ' ἧ ΒΕΓ. Ἐὰν δὲ δυοῖν φερομένοιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἰσχύος τὸ μὲν ἐκκρούοιτο πλεῖον, τὸ δ' ἔλαττον, εὔλογον βραδύτερον κινηθῆναι τὸ πλεῖον ἐκκρουόμενον τοῦ ἔλαττον ἐκκρουομένου· ὃ δοκεῖ συμβαίνειν ἐπὶ τῆς μείζονος καὶ ἐλάττονος τῶν ἐκ τοῦ κέντρου γραφουσῶν τοὺς κύκλους· διὰ γὰρ τὸ ἐγγύτερον εἶναι τοῦ μένοντος τῆς ἐλάττονος τὸ ἄκρον ἢ τὸ τῆς μείζονος, ὥσπερ ἀντισπώμενον εἰς τοὐναντίον, ἐπὶ τὸ μέσον, βραδύτερον φέρεται τὸ τῆς ἐλάττονος ἄκρον. Πάσῃ μὲν οὖν κύκλον γραφούσῃ τοῦτο συμβαίνει, καὶ φέρεται τὴν μὲν κατὰ φύσιν κατὰ τὴν περιφέρειαν, τὴν δὲ παρὰ φύσιν εἰς τὸ πλάγιον καὶ τὸ κέντρον. Μείζω δ' ἀεὶ τὴν παρὰ φύσιν ἡ ἐλάττων φέρεται· διὰ γὰρ τὸ ἐγγύτερον εἶναι τοῦ κέντρου τοῦ ἀντισπῶντος κρατεῖται μᾶλλον. Ὅτι δὲ μεῖζον τὸ παρὰ φύσιν κινεῖται ἡ ἐλάττων τῆς μείζονος τῶν ἐκ τοῦ κέντρου γραφουσῶν τοὺς κύκλους, ἐκ τῶνδε δῆλον. Ἔστω κύκλος ἐφ' οὗ ΒΓΕΔ, καὶ ἄλλος ἐν τούτῳ ἐλάττων, ἐφ' οὗ ΧΝΜΞ, περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τὸ Α· καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ διάμετροι, ἐν μὲν τῷ μεγάλῳ, ἐφ' ὧν ΓΔ καὶ ΒΕ, ἐν δὲ τῷ ἐλάττονι αἱ ΜΧ, ΝΞ· καὶ τὸ ἑτερόμηκες παραπεπληρώσθω, τὸ ΔΨΡΓ. Εἰ δὴ ἡ ΑΒ γράφουσα κύκλον ἦξει ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὅθεν ὡρμήθη, ἐπὶ τὴν ΑΒ, δῆλον ὅτι φέρεται πρὸς αὐτήν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΑΧ πρὸς τὴν ΑΧ ἥξει. Βραδύτερον δὲ φέρεται ἡ ΑΧ τῆς ΑΒ,

nisse ad D, et AB ad E. Quodsi igitur motus ea fuerat ratio, quam habet AB ad AC, necesse est AD etiam eamdem rationem habere ad AE. Simile itaque ratione parvum quadrangulum est majori: quare et eadem erit diametros eorum, et A vergeat versus F. Atque hoc quidem eodem demonstrabitur modo, ubicumque intercipiatur motus: semper enim erit in diametro. Patet igitur rem quæ per diametrum fertur duplici impetu, necessario secundum laterum ferri rationem: quodsi enim alia ratione ferretur, non feretur per diametron. Sin vero duplici impetu feratur, verum ita ut nullo umquam tempore aliqua ratio inter utrumque intercedat, fieri nequit, ut recta sit motio. Sit enim recta. Hac igitur posita tamquam diametro, et utrinque lateribus completis, necesse est rem impulsam ferri in ratione laterum ad se invicem: hoc enim supra jam demonstratum est. Non igitur rectam lineam describet res quæ nullo umquam tempore in aliqua (virium inter se) ratione movetur: etenim si per aliquod tempus in ratione quadam feratur, per hoc tempus necessario propter supra dicta recta erit motio. Itaque curvum evadit (id est curvam lineam describit), quum ita duplici fertur impetu, ut nullo umquam tempore aliqua inter utrumque intercedat ratio. Constat igitur ex his, tum lineam quæ circulum describit, duplici ferri impetu, tum rem quæ super recta linea fertur, ad perpendiculum devenire, ita ut rursus ipsa inde a centro sit perpendiculum. Sit circulus ABC, apex vero cui B inscriptum est, moveatur ad D; pervenit sane aliquando ad C. Quodsi igitur ferebatur in ratione quam habet BD ad DC, ferretur per diametrum cui BC inscriptum est. Nunc vero, quoniam nulla intercedit ratio, fertur per circumferentiam, cui BEC inscriptum est. Quodsi vero duobus ab eadem vi impulsis, alterum quidem plus deflectitur, alterum vero minus, rationi congruum est, id quod magis deflectitur, tardius moveri quam id quod minus: id quod contingere videtur in majori et minori linea quæ e centro circulum describunt: quia enim minoris apex quiescenti propior est quam majoris, perinde ac si retraheretur in partem contrariam, ad centrum nimirum, tardius fertur minoris apex. Hoc igitur omni lineæ circulum describenti evenit, atque fertur motu quidem secundum naturam per circumferentiam, motu vero præter naturam ad latus et ad centrum. Majori igitur præter naturam motu fertur semper minor: quia enim retrahenti centro propior est, majorem hujus vim experitur. Quod vero linearum e centro circulos describentium majus spatium præter naturam percurrit minor quam major, ex his patet. Sit circulus cui BCED inscriptum est, et in hoc alter minor, cui QNMX, circum idem centrum A, atque ducantur diametri, in magno quidem quibus inscripta sunt CD et BE, in minori vero MQ et NX, et compleatur rectangulum DWRC. Quodsi igitur circulum describens AB eodem rursus perveniet, unde profecta est, nimirum ad AB, manifestum est, eam ad se ipsam moveri. Eodem modo et AQ ad AQ perveniet. Tardius tamen movetur AQ quam AB, uti supra

www.libool.com.cn

Digitized by Google

ὥσπερ εἴρηται, διὰ τὸ γίνεσθαι μείζονα τὴν ἐκκρουσιν καὶ ἀντισπᾶσθαι μᾶλλον τὴν AX. Ἤχθω δ' ἡ AΘH, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ κάθετος ἐπὶ τὴν AB ἡ ΘZ ἐν τῷ κύκλῳ, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Θ ἤχθω παρὰ τὴν AB ἡ ΘΩ, καὶ ἡ ΩΥ ἐπὶ τὴν AB κάθετος, καὶ ἡ HK. Αἱ δὴ ἐφ' ὧν ΩΥ καὶ ΘZ, ἴσαι. Ἡ ἄρα BΥ ἐλάττων τῆς XZ· αἱ γὰρ ἴσαι εὐθεῖαι ἐπ' ἀνίσους κύκλους ἐμβληθεῖσαι πρὸς ὀρθὰς τῇ διαμέτρῳ ἔλαττον τμῆμα ἀποτέμνουσι τῆς διαμέτρου ἐν τοῖς μείζοσι κύκλοις· ἔστι δ' ἡ ΩΥ ἴση τῇ ΘZ. Ἐν ὅσῳ δὴ χρόνῳ ἡ AΘ τὴν XΘ ἐνηνέχθη, ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἐν τῷ κύκλῳ τῷ μείζονι μείζονα τῆς BΩ ἐνήνεκται τὸ ἄκρον τῆς BA· ἡ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν φορὰ ἴση, ἡ δὲ παρὰ φύσιν ἐλάττων· ἡ δὲ BΥ τῆς ZX. Δεῖ δ' ἀνάλογον εἶναι, ὡς τὸ κατὰ φύσιν πρὸς τὸ κατὰ φύσιν, τὸ παρὰ φύσιν πρὸς τὸ παρὰ φύσιν. Μείζονα ἄρα περιφέρειαν διελήλυθε τὴν HB τῆς ΩB. Ἀνάγκη δὲ τὴν HB ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ διεληλυθέναι· ἐνταῦθα γὰρ ἔσται, ὅταν ἀνάλογον ἀμφοτέρως συμβαίνῃ τὸ παρὰ φύσιν πρὸς τὸ κατὰ φύσιν. Εἰ δὴ μεῖζόν ἐστι τὸ κατὰ φύσιν ἐν τῷ μείζονι, καὶ τὸ παρὰ φύσιν μεῖζον ἂν ἐνταῦθα συμπίπτοι μοναχῶς, ὥστε τὸ B ἐνηνέχθαι ἂν τὴν BH ἐν ᾧ τὸ ἐφ' οὗ X, σημεῖον [τὴν XΘ]· ἐνταῦθα γὰρ κατὰ φύσιν μὲν γίνεται τὸ B σημεῖον ἐς τὸ H, παρὰ φύσιν δ' ἐς τὸ K· ἔστι γὰρ ἡ HK ἀπὸ τοῦ H κάθετος. Ἔστι δ' ὡς ἡ HK πρὸς τὴν KB, ἡ ΘZ πρὸς τὴν ZX· φανερὸν δ' ἐὰν ἐπιζευχθῶσιν αἱ ἀπὸ τῶν B X ἐπὶ τὰ H Θ. Εἰ δ' ἐλάττων, ἢ μείζων τῆς HB ἔσται, ἣν ἠνέχθη τὸ B, οὐχ ὁμοίως ἔσται, οὐδ' ἀνάλογον ἐν ἀμφοῖν τὸ κατὰ φύσιν πρὸς τὸ παρὰ φύσιν. Δι' ἣν μὲν τοίνυν αἰτίαν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἰσχύος φέρεται θᾶττον τὸ πλέον ἀπέχον τοῦ κέντρου σημεῖον, καὶ μείζονα γράφει ἡ μείζων, δῆλον διὰ τῶν εἰρημένων· διότι δὲ τὰ μὲν μείζω ζυγὰ ἀκριβέστερά ἐστι τῶν ἐλαττόνων, φανερὸν ἐκ τούτων· γίνεται γὰρ τὸ μὲν σπάρτον κέντρον (μένει γὰρ τοῦτο), τὸ δ' ἐφ' ἑκάτερον μέρος τῆς πλάστιγγος αἱ ἐκ τοῦ κέντρου. Ἀπὸ οὖν τοῦ αὐτοῦ βάρους ἀνάγκη θᾶττον κινεῖσθαι τὸ ἄκρον τῆς πλάστιγγος, ὅσῳ ἂν πλεῖον ἀπέχῃ τοῦ σπάρτου, καὶ ἔνια μὲν μὴ δῆλα εἶναι ἐν τοῖς μικροῖς ζυγοῖς πρὸς τὴν αἴσθησιν ἐπιτιθέμενα βάρη, ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις δῆλα· οὐθὲν γὰρ κωλύει ἔλαττον κινηθῆναι μέγεθος ἢ ὥστε εἶναι τῇ ὄψει φανερόν· ἐπὶ δὲ τῆς μεγάλης πλάστιγγος ποιεῖ ὁρατὸν τὸ αὐτὸ βάρος μέγεθος. Ἔνια δὲ δῆλα μὲν ἐπ' ἀμφοῖν ἐστιν, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν μειζόνων διὰ τὸ πολλῷ μεῖζον γίνεσθαι τὸ μέγεθος τῆς ροπῆς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ βάρους ἐν τοῖς μείζοσιν. Καὶ διὰ τοῦτο τεχνάζουσιν οἱ ἁλουργοπῶλαι πρὸς τὸ παρακρούεσθαι ἱστάντες, τό τε σπάρτον οὐκ ἐν μέσῳ τιθέντες, καὶ μόλυβδον τῆς φάλαγγος εἰς θάτερον μέρος ἐγχέοντες, ἢ τοῦ ξύλου τὸ πρὸς τὴν ῥίζαν πρὸς ὃ βούλονται ῥέπειν ποιοῦντες, ἢ ἐὰν ἔχῃ ὄζον· βαρύτερον γὰρ ἐν ᾧ μέρος ἡ ῥίζα τοῦ ξύλου ἐστίν, ὁ δ' ὄζος ῥίζα τίς ἐστιν.

dictum est, quia magis a via deflectitur atque retrahitur AQ. Ducatur autem AHG, et a H perpendicularis ad AB HF intra circulum, et rursum ex H ducatur juxta AB linea HY, et YU perpendicularis in AB, itemque GK. Lineæ itaque quibus YU et HF inscripta sunt, æquales sunt. BU igitur minor est QF : æquales enim lineæ rectæ inæqualibus in circulis perpendiculariter ad diametrum ductæ minorem partem diametri abscindunt in majoribus circulis; est autem linea YU æqualis lineæ HF. In quanto igitur temporis spatio linea AH lineam QH percurrit, in tanto in majori circulo apex lineæ BA majorem quam BY percurrit circuitum : motus enim secundum naturam æqualis est, motus vero præter naturam minor, estque linea BU minor quam linea FQ. Oportet autem proportionem intercedere, uti inter utrumque motum secundum naturam, sic et inter utrumque motum præter naturam. Majorem igitur circuitum percucurrit quam YB, GB scilicet. Necesse autem est, radium in hoc tempore lineam GB absolvisse : ibi enim erit, ubi utrinque proportionales fuerint motus secundum naturam et contra naturam. Quodsi igitur motus secundum naturam major est in majori circulo, motus præter naturam etiam tunc unice major eveniet, ita ut B feratur per BG eodem tempore quo punctum cui Q inscriptum est, fertur [per QH] : tunc enim secundum naturam punctum B pervenit ad G, præter naturam vero ad K : est enim GK perpendicularis a G ducta. Est autem ut linea GK ad lineam KB, ita linea HF ad lineam QF : quod constat, si e punctis B et Q ducantur lineæ ad puncta G et H. Quodsi vero minor, vel major quam GB esset circuitus, quem percucurrit B, nec eodem modo se habebunt, nec proportione sibi mutuo respondebunt in ambobus circulis motus secundum naturam et præter naturam. Quam itaque ob causam ab eadem potentia citius moveatur punctum quod longius distat a centro, et majorem circulum describat major linea, e dictis constat; majores vero bilances minoribus exactiores esse, ex hisce patet : evadit namque funis centrum (quiescit enim), libræ autem partes quæ in utramque partem protenduntur, lineæ e centro ductæ. Ab eodem igitur pondere necesse est eo citius moveri extremum jugi, quo longius a fune distat, atque nonnulla pondera minoribus bilancibus imposita sensui non patere, in majoribus vero patere : nihil enim vetat quin minus spatium percurrat quam quod oculis percipi possit; in magna vero bilance idem pondus efficit spatium visui patens. Nonnulla autem in ambobus conspicua sunt, sed multo magis in majoribus, quia in majoribus multo major fit inclinationis magnitudo ab eodem pondere. Hinc etiam purpuræ venditores ad fraudem faciendam in pendendo ita machinantur, ut funem non in medio ponant, vel plumbum in alterutram libræ partem infundant, vel quam libræ partem inclinari volunt, e ligno conficiant ad radicem vergenti, aut si quid nodum contineat : gravior enim est ligni pars quæ radicem continet; nodus autem quasi radix est.

Digitized by Google

CAP. III.

Διὰ τί, ἐὰν μὲν ἄνωθεν ᾖ τὸ σπαρτίον, ὅταν κάτωθεν ῥέψαντος ἀφέλῃ τὸ βάρος, πάλιν ἀναφέρεται τὸ ζυγόν, ἐὰν δὲ κάτωθεν ὑποστῇ, οὐκ ἀναφέρεται, ἀλλὰ μένει; Ἢ διότι ἄνωθεν μὲν τοῦ σπαρτίου ὄντος, πλεῖον τοῦ ζυγοῦ γίνεται τὸ ἐπέκεινα τῆς καθέτου; τὸ γὰρ σπαρτίον ἐστὶ κάθετος· ὥστ' ἀνάγκη ἐστὶ κάτω ῥέπειν τὸ πλέον, ἕως ἂν ἔλθῃ ἡ δίχα διαιροῦσα τὸ ζυγὸν ἐπὶ τὴν κάθετον αὐτήν, ἐπικειμένου τοῦ βάρους ἐν τῷ ἀνεσπασμένῳ μορίῳ τοῦ ζυγοῦ. Ἔστω ζυγὸν ὀρθὸν ἐφ' οὗ ΒΓ, σπαρτίον δὲ τὸ ΑΔ. Ἐκβαλλόμενον δὴ τοῦτο κάτω κάθετος ἔσται ἐφ' ἧς ἡ ΑΔΜ. Ἐὰν οὖν ἐπὶ τὸ Β ἡ ῥοπὴ ἐπιτεθῇ, ἔσται τὸ μὲν Β οὗ τὸ Ε, τὸ δὲ Γ οὗ τὸ Ζ ἔσται, ὥσθ' ἡ δίχα διαιροῦσα τὸ ζυγὸν πρῶτον μὲν ἦν ἡ ΔΜ τῆς καθέτου αὐτῆς, ἐπικειμένης δὲ τῆς ῥοπῆς ἔσται ἡ ΔΘ· ὥστε τοῦ ζυγοῦ τοῦ ἐφ' ᾧ ΕΖ, τὸ ἔξω τῆς καθέτου τῆς ἐφ' ἧς ΑΜ, τοῦ ἐν ᾧ ΘΠ, μεῖζον τοῦ ἡμίσεος. Ἐὰν οὖν ἀφαιρεθῇ τὸ βάρος ἀπὸ τοῦ Ε, ἀνάγκη κάτω φέρεσθαι τὸ Ζ· ἔλαττον γάρ ἐστι τὸ Ε. Ἐὰν μὲν οὖν ἄνω τὸ σπαρτίον ἔχῃ, πάλιν διὰ τοῦτο ἀναφέρεται τὸ ζυγόν. Ἐὰν δὲ κάτωθεν ᾖ τὸ ὑποκείμενον, τοὐναντίον ποιεῖ· πλεῖον γὰρ γίνεται τοῦ ἡμίσεος τοῦ ζυγοῦ τὸ κάτω μέρος ἢ ὡς ἡ κάθετος διαιρεῖ, ὥστ' οὐκ ἀναφέρεται· κουφότερον γὰρ τὸ ἐπηρτημένον. Ἔστω ζυγὸν τὸ ἐφ' οὗ ΝΞ, τὸ ὀρθόν, κάθετος δ' ἡ ΚΛΜ. Δίχα δὴ διαιρεῖται τὸ ΝΞ. Ἐπιτεθέντος δὲ βάρους ἐπὶ τὸ Ν, ἔσται τὸ μὲν Ν οὗ τὸ Ο, τὸ δὲ Ξ οὗ τὸ Ρ, ἡ δὲ ΚΛ οὗ τὸ ΛΘ, ὥστε μεῖζόν ἐστι τὸ ΚΟ τοῦ ΛΡ τῷ ΘΚΛ. Καὶ ἀφαιρεθέντος οὖν τοῦ βάρους, ἀνάγκη μένειν· ἐπίκειται γὰρ ὥσπερ βάρος ἡ ὑπεροχὴ ἡ τοῦ ἡμίσεος τοῦ ἐν ᾧ τὸ Κ.

Quare, si superne quidem adsit funis, ubi a deorsum inclinata lance amovetur pondus, rursus adscendit jugum; sin vero inferne substiterit, non adscendit, sed loco manet? An quia superne quidem collocato funi, plurima jugi pars extra perpendiculum recedit? funis enim perpendiculum est: quare necesse est majus pondus deorsum vergere, donec linea quæ jugum in duas partes æquales dividit, ad perpendiculum ipsum pervenerit, imposito nimirum pondere in retracta jugi parte. Sit jugum rectum cui BC inscriptum est, funis vero AD. Quodsi igitur hic deorsum producatur, perpendiculum erit, linea nempe cui ADM inscriptum est. Quodsi ergo B imponatur pondus, perveniet B quidem ad locum cui E inscriptum est, C vero ad locum cui F: quare linea quæ jugum in duas partes dividit æquales, quæque primum erat ipsius perpendiculi pars DM, imposito pondere erit linea DH, ita ut jugi cui EF inscriptum est, pars extra perpendiculum, cui AM inscriptum est, sita linea, cui HP inscriptum est, major sit quam jugi dimidium. Dempto itaque ab E pondere, necesse est deorsum ferri F: minus enim est E. Quodsi ergo superne quidem habuerit funem, rursus hanc ob causam adscendit jugum. Sin vero inferne fulcrum subditum fuerit, contrarium facit: tunc enim dimidii jugi pars inferior major evadit parte quam ab eo resecuerat perpendiculum jugum dividens, ita ut non adscendat: levior enim est pars suspensa. Sit jugum rectum cui NX inscriptum est, perpendiculum vero KLM. Dividitur itaque NX in duas partes æquales. Imposito autem pondere in N, perveniet N ad locum cui O inscriptum est, X vero ad locum cui R, atque linea KL ad locum cui LH, ita ut HKL major sit KO quam LR. Dempto igitur pondere, necesse est jugum loco manere: incumbit enim tamquam pondus id quo jugi pars cui K inscriptum est, dimidium excedit.

CAP. IV.

Διὰ τί κινοῦσι μεγάλα βάρη μικραὶ δυνάμεις τῷ μοχλῷ, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ κατ' ἀρχήν, προσλαβόντι βάρος ἔτι τὸ τοῦ μοχλοῦ; ῥᾷον δὲ τὸ ἔλαττόν ἐστι κινῆσαι βάρος, ἔλαττον δ' ἐστὶν ἄνευ τοῦ μοχλοῦ. Ἢ ὅτι αἴτιόν ἐστιν ὁ μοχλός, ζυγὸν ὢν κάτωθεν ἔχον τὸ σπαρτίον καὶ εἰς ἄνισα διηρημένον; τὸ γὰρ ὑπομόχλιον ἀντὶ σπαρτίου γίνεται· μένει γὰρ ἄμφω ταῦτα, ὥσπερ τὸ κέντρον. Ἐπεὶ δὲ θᾶττον ὑπὸ τοῦ ἴσου βάρους κινεῖται ἡ μείζων τῶν ἐκ τοῦ κέντρου, ἔστι δὲ τρία τὰ περὶ τὸν μοχλόν, τὸ μὲν ὑπομόχλιον, σπάρτον καὶ κέντρον, δύο δὲ βάρη, ὅ τε κινῶν καὶ τὸ κινούμενον· ὃ οὖν τὸ κινούμενον βάρος πρὸς τὸ κινοῦν, τὸ μῆκος πρὸς τὸ μῆκος ἀντιπέπονθεν· αἰεὶ δ' ὅσῳ ἂν μεῖζον ἀφεστήκῃ τοῦ ὑπομοχλίου, ῥᾷον κινήσει. Αἰτία δ' ἐστὶν ἡ προλεχθεῖσα, ὅτι ἡ πλεῖον ἀπέχουσα ἐκ τοῦ κέντρου μείζονα κύκλον γράφει· ὥστ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἰσχύος πλέον μεταστήσεται τὸ κινοῦν τὸ πλεῖον τοῦ ὑπομοχλίου ἀπέχον. Ἔστω μοχλὸς ἐφ' οὗ ΑΒ, βάρος δ'

Quare exiguæ vires magna pondera movent ope vectis, ut initio jam dictum est, etiamsi addatur adhuc ipsius vectis pondus? Facilius autem est, minus pondus movere, atque pondus sine vecte minus est. An quia causa est vectis, quippe qui jugum est inferne habens funem inque partes divisum inæquales? hypomochlium enim funis locum obtinet: ambo namque hæc loco manent, sicut centrum. Quum autem ab æquali pondere citius movetur major earum linearum quæ e centro ducuntur, atque tres sunt res ad vectem pertinentes, hypomochlium sane, quod funem et centrum repræsentat, atque duo pondera, is nempe qui movet, et id quod movetur, pondus, inquam, quod movetur, eamdem habet proportionem, sed inversa ratione, ad id quod movet, ac altera longitudo ad alteram: semper enim quo longius ab hypomochlio distat, eo facilius movebit. Causa autem est quam supra adtulimus, quod scilicet linea longius a centro distans majorem describit circulum: ab eadem ergo vi majus spatium percurret pondus movens quod magis ab hypomochlio remotum est. Sit vectis cui AB inscriptum est, onus cui C, pondus vero movens cui

www.libpool.com.cn

Digitized by Google

ἐφ' ᾧ τὸ Γ, τὸ δὲ κινοῦν ἐφ' ᾧ τὸ Δ, ὑπομόχλιον ἐφ' ᾧ τὸ Ε. Τὸ δ' ἐφ' ᾧ τὸ Δ κινῆσαν ἐφ' ᾧ τὸ Η, κινούμενον δὲ τὸ ἐφ' οὗ Γ, βάρος ἐφ' οὗ Κ.

D, hypomochlliumque cui E. Pondus autem cui D inscriptum est, motu suo peracto perveniet ad locum cui G, pondus vero qui movetur cuique C inscriptum est, ad locum cui K.

www.libtool.com.cn

CAP. V.

Διὰ τί οἱ μεσόνεοι μάλιστα τὴν ναῦν κινοῦσιν; Ἢ διότι ἡ κώπη μοχλός ἐστιν; ὑπομόχλιον μὲν γὰρ ὁ σκαλμὸς γίνεται (μένει γὰρ δὴ τοῦτο), τὸ δὲ βάρος ἡ θάλαττα, ἣν ἀπωθεῖ ἡ κώπη· ὁ δὲ κινῶν τὸν μοχλὸν ὁ ναύτης ἐστίν. Ἀεὶ δὲ πλέον βάρος κινεῖ, ὅσῳ ἂν πλέον ἀφεστήκῃ τοῦ ὑπομοχλίου ὁ κινῶν τὸ βάρος· μείζων γὰρ οὕτω γίνεται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου, ὁ δὲ σκαλμὸς ὑπομόχλιον ὢν κέντρον ἐστίν. Ἐν μέσῃ δὲ τῇ νηῒ πλεῖστον τῆς κώπης ἐντός ἐστιν· καὶ γὰρ ἡ ναῦς ταύτῃ εὐρυτάτη ἐστίν, ὥστε πλεῖον ἐπ' ἀμφότερα ἐνδέχεσθαι μέρος τῆς κώπης ἑκατέρου τοίχου ἐντὸς εἶναι τῆς νεώς. Κινεῖται μὲν οὖν ἡ ναῦς διὰ τὸ ἀπερειδομένης τῆς κώπης εἰς τὴν θάλασσαν τὸ ἄκρον τῆς κώπης τὸ ἐντὸς προτείναι εἰς τὸ πρόσθεν, τὴν δὲ ναῦν προσδεδεμένην τῷ σκαλμῷ συμπροτείναι, ᾗ τὸ ἄκρον τῆς κώπης· ᾗ γὰρ πλείστην θάλασσαν διαιρεῖ ἡ κώπη, ταύτῃ ἀνάγκη μάλιστα προωθεῖσθαι· πλείστην δὲ διαιρεῖ ᾗ πλεῖστον μέρος ἀπὸ τοῦ σκαλμοῦ τῆς κώπης ἐστίν. Διὰ τοῦτο οἱ μεσόνεοι μάλιστα κινοῦσιν· μέγιστον γὰρ ἐν μέσῃ νηῒ τὸ ἀπὸ τοῦ σκαλμοῦ τῆς κώπης τὸ ἐντός ἐστιν.

Quare qui in media navi sunt, remiges maxime navem movent? An quia remus vectis est? hypomochlium enim fit scalmus (hoc namque loco manet); onus vero mare, quod remus propellit, nautaque is est qui vectem movet. Semper autem tanto plus ponderis movet, quanto majori spatio ab hypomochlio distat is qui onus movet: major enim hoc modo fit linea e centro ducta, scalmus autem, utpote hypomochlium, centrum est. In media autem navi plurima pars remi est intus: ibi enim navis latissima est: licet hinc majorem utrinque remi partem intra utrumque navis parietem esse. Movetur itaque navis, quoniam, remo mari innitente, extremum ejus internum prorsum versus pellit, navem vero, quippe scalmo adligatam, simul promovet eadem qua remi extremum. Ubi igitur remus plurimum maris findit, ibi navem maxime propelli necesse est; plurimum autem findit, ubi pars remi inde a scalmo longissima est. Hanc ob causam qui in media navi sunt, remiges maxime movent: in media enim navi pars interna remi inde a scalmo maxima est.

CAP. VI.

Διὰ τί τὸ πηδάλιον μικρὸν ὄν, καὶ ἐπ' ἐσχάτῳ τῷ πλοίῳ, τοσαύτην δύναμιν ἔχει ὥσθ' ὑπὸ μικροῦ οἴακος καὶ ἑνὸς ἀνθρώπου δυνάμεως, καὶ ταύτης ἠρεμαίας, μεγάλα κινεῖσθαι μεγέθη πλοίων; Ἢ διότι καὶ τὸ πηδάλιόν ἐστι μοχλός, καὶ μοχλεύει ὁ κυβερνήτης; Ἡ μὲν οὖν προσήρμοσται τῷ πλοίῳ, γίνεται ὑπομόχλιον, τὸ δ' ὅλον πηδάλιον ὁ μοχλός, τὸ δὲ βάρος ἡ θάλασσα, ὁ δὲ κυβερνήτης ὁ κινῶν. Οὐ κατὰ πλάτος δὲ λαμβάνει τὴν θάλασσαν, ὥσπερ ἡ κώπη, τὸ πηδάλιον· οὐ γὰρ εἰς τὸ πρόσθεν κινεῖ τὸ πλοῖον, ἀλλὰ κινούμενον κλίνει, πλαγίως τὴν θάλατταν δεχόμενον· ἐπεὶ γὰρ τὸ βάρος ἦν ἡ θάλασσα, τοὐναντίον ἀπερειδόμενον κλίνει τὸ πλοῖον· τὸ γὰρ ὑπομόχλιον εἰς τοὐναντίον στρέφεται, ἡ θάλασσα μὲν εἰς τὸ ἐντός, ἐκεῖνο δ' εἰς τὸ ἐκτός, τούτῳ δ' ἀκολουθεῖ τὸ πλοῖον διὰ τὸ συνδεδέσθαι. Ἡ μὲν οὖν κώπη κατὰ πλάτος τὸ βάρος ὠθοῦσα καὶ ὑπ' ἐκείνου ἀντωθουμένη εἰς τὸ εὐθὺ προάγει· τὸ δὲ πηδάλιον, ὥσπερ κάθηται πλάγιον, τὴν εἰς τὸ πλάγιον, ἢ δεῦρο, ἢ ἐκεῖ, ποιεῖ κίνησιν. Ἐπ' ἄκρου δέ, καὶ οὐκ ἐν μέσῳ κεῖται, ὅτι ῥᾷστον τὸ κινούμενον κινῆσαι ἀπ' ἄκρου κινοῦν· τάχιστα γὰρ φέρεται τὸ πρῶτον μέρος διὰ τὸ ὥσπερ ἐν τοῖς φερομένοις ἐπὶ τέλει λήγειν τὴν φοράν, οὕτω καὶ τοῦ συνεχοῦς ἐπὶ τέλους ἀσθενεστάτη ἐστὶν ἡ φορά· εἰ δ' ἀσθενεστάτη, ῥᾳστα κινεῖται.

Cur gubernaculum, parvum quum sit, et in extrema navis parte positum, tantam habet vim, ut ab exiguo clavo et ab unius hominis viribus, iisque placide adhibitis, magnæ moveantur navigiorum moles? An quia gubernaculum quoque vectis est atque vecte impellit gubernator? Locus itaque quo navigio adaptatum est, hypomochlium fit, totum vero gubernaculum vectis, onus autem mare, gubernatorque is qui onus movet. Non autem secundum latitudinem mare corripit, ut remus: non enim anteriora versus navem movet gubernaculum, sed ipsam motam deflectit, oblique mare capiens: nam quum mare esset onus, in contrarium innixum navem flectit: hypomochlium enim in contrariam partem vertitur, quippe quum mare quidem introrsum, hoc vero extrorsum, idque sequitur navigium, quia adligatum est. Remus itaque secundum latitudinem onus propellens, et ab ipso vicissim repulsus, navem recta promovet; gubernaculum vero, utpote oblique insidens, motum ad latera producit, vel huc, vel illuc. In extrema autem navi, non vero in media positum est, quia id quod ab extremitate pellit, facillime movet rem quæ jam movetur: celerrime enim fertur prima pars, quoniam, quemadmodum in iis quæ impetu feruntur, in fine deficit motus, sic quoque in re coutinua in extremitate imbecillimus est motus; quodsi vero imbecillimus est, deflexu facilis erit.

Digitized by Google

στάτη, ῥᾳδία ἐκκρούεσθαι. Διά τε δὴ ταῦτα ἐν τῇ πρύμνῃ τὸ πηδάλιόν ἐστι, καὶ ὅτι ἐνταῦθα μικρᾶς κινήσεως γενομένης πολλῷ μεῖζον τὸ διάστημα ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ γίνεται, διὰ τὸ τὴν ἴσην γωνίαν ἐπὶ μείζονα καθῆσθαι, καὶ ὅσῳ ἂν μείζους ὦσιν αἱ περιέχουσαι. Δῆλον δ' ἐκ τούτου καὶ δι' ἣν αἰτίαν μᾶλλον προέρχεται εἰς τοὐναντίον τὸ πλοῖον ἢ ἡ τῆς κώπης πλάτη· τὸ αὐτὸ γὰρ μέγεθος τῇ αὐτῇ ἰσχύϊ κινούμενον ἐν ἀέρι πλέον ἢ ἐν τῷ ὕδατι πρόεισιν. Ἔστω γὰρ ἡ ΑΒ κώπη, τὸ δὲ Γ ὁ σκαλμός, τὸ δὲ Α τὸ ἐν τῷ πλοίῳ, ἡ ἀρχὴ τῆς κώπης, τὸ δὲ Β τὸ ἐν τῇ θαλάττῃ. Εἰ δὴ τὸ Α οὗ τὸ Δ, μετακεκίνηται, τὸ Β οὐκ ἔσται οὗ τὸ Ε· ἴση γὰρ ἡ ΒΕ τῇ ΑΔ. Ἴσον οὖν μετακεχωρηκὸς ἔσται. Ἀλλ' ἦν ἔλαττον. Ἔσται δὴ οὗ τὸ Ζ. Ἡ τὸ Θ ἄρα τέμνει τὴν ΑΒ, καὶ οὐχ ἧ τὸ Γ, καὶ κάτωθεν· ἐλάττων γὰρ ἡ ΒΖ τῆς ΑΔ, ὥστε καὶ ἡ ΘΖ τῆς ΔΘ· ὅμοια γὰρ τὰ τρίγωνα. Μεθεστηκὸς δ' ἔσται καὶ τὸ μέσον, τὸ ἐφ' οὗ Γ· εἰς τοὐναντίον γὰρ τῷ ἐν τῇ θαλάττῃ ἄκρῳ τῷ Β μεταχωρεῖ, ἥπερ τὸ ἐν τῷ πλοίῳ ἄκρον τὸ Α, μετεχώρει δ' οὗ τὸ Δ· ὥστε μετακινηθήσεται τὸ πλοῖον καὶ ἐκεῖ, οὗ ἡ ἀρχὴ τῆς κώπης μεταφέρεται. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τὸ πηδάλιον ποιεῖ, πλὴν ὅτι εἰς τὸ πρόσθεν οὐδὲν συμβάλλεται τῷ πλοίῳ, ὥσπερ ἐλέχθη ἐπάνω, ἀλλὰ μόνον τὴν πρύμναν εἰς τὸ πλάγιον ἀπωθεῖ ἔνθα ἢ ἔνθα· εἰς τοὐναντίον γὰρ ἡ πρώρα οὕτω νεύει. Ἡ μὲν δὴ τὸ πηδάλιον προσέζευκται, δεῖ οἷόν τι τοῦ κινουμένου μέσον νοεῖν, καὶ ὥσπερ ὁ σκαλμὸς τῇ κώπῃ· τὸ δὲ μέσον ὑποχωρεῖ, ᾗ ὁ οἷαξ μετακινεῖται. Ἐὰν μὲν εἴσω ἄγῃ, καὶ ἡ πρύμνα δεῦρο μεθέστηκεν· ἡ δὲ πρώρα εἰς τοὐναντίον νεύει· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ οὔσης τῆς πρώρας, τὸ πλοῖον μεθέστηκεν ὅλον.

Cum igitur hanc ob causam in puppi collocatur gubernaculum, tum quia illic, parvo facto motu, multo majus fit spatium in extremitate, quum par angulus eo majori insidet basi, quo lineæ circumdantes majores sunt. Constat vero etiam ex hoc, quamnam ob causam magis in contrariam partem progrediatur navis quam remi palmula: eadem enim magnitudo eadem vi mota in aere magis quam in aqua progreditur. Sit enim AB remus, C vero scalmus, et A pars remi intra navigium, principium videlicet, B autem pars in mari posita. Quodsi ergo A translatum fuerit ad locum ubi D est, B non erit ubi E: æqualis enim est linea BE lineæ AD. Æquale igitur spatium percucurrisset. Atqui minus erat. Erit itaque ubi F inscriptum est. Secat ergo lineam AB ubi H inscriptum est, non vero ubi C, idque inferius: linea enim BF minor est linea AD, ideoque et linea HF linea DH: similes enim sunt trianguli. Medium autem cui C inscriptum est, itidem translatum fuerit: in contrariam enim partem commeat ac remi extremitas in mari posita cui B, eadem qua extremitas intra navigium, cui A inscriptum est; translatum autem erat A ad locum, cui D inscriptum est: quare et navigium promovebitur, idque illuc quo commeat remi principium. Idem facit quoque gubernaculum, præterquam quod nihil navi ad motionem anteriora versus confert, ut supra jam dictum est, sed tantummodo puppim ad latera depellit huc vel illuc: sic enim in contrariam partem inclinat prora. Locum igitur quo gubernaculum adnexum est, ceu quoddam rei motæ medium cogitare oportet, et perinde ac scalmus est remo; medium autem subducitur quatenus ansa transfertur. Si introrsum quidem agit, etiam puppis eo transfertur; prora vero in contrariam partem inclinat: etenim eodem in loco manente prora, totum transferturr navigium.

CAP. VII.

Διὰ τί, ὅσῳ ἂν ἡ κεραία ἀνωτέρα ᾖ, θᾶττον πλεῖ τὰ πλοῖα τῷ αὐτῷ ἱστίῳ καὶ τῷ αὐτῷ πνεύματι; Ἢ διότι γίνεται ὁ μὲν ἱστὸς μοχλός, ὑπομόχλιον δὲ τὸ ἑδώλιον ἐν ᾧ ἐμπέπηγεν, ὃ δὲ δεῖ κινεῖν βάρος τὸ πλοῖον, τὸ δὲ κινοῦν τὸ ἐν τῷ ἱστίῳ πνεῦμα; Εἰ δ' ὅσῳ ἂν πορρώτερον ᾖ τὸ ὑπομόχλιον, ῥᾷον κινεῖ καὶ θᾶττον ἡ αὐτὴ δύναμις τὸ αὐτὸ βάρος, ἡ οὖν κεραία ἀνώτερον ἀγομένη καὶ τὸ ἱστίον πορρώτερον ποιεῖ τοῦ ἑδωλίου ὑπομοχλίου ὄντος.

Cur, quanto magis evecta fuerit antenna, tanto citius eodem velo atque eodem vento navigant navigia? An quia malus quidem fit vectis, hypomochlium vero sedes cui impactus est, onus autem quod movere oportet, navigium, id tandem quod movet, ventus velo incumbens? Quodsi autem, quo longius remotum fuerit hypomochlium, eo facilius ac citius eadem vis movet idem onus antenna sane altius subducta velum quoque longius removet a mali sede quæ hypomochlium est.

CAP. VIII.

Διὰ τί, ὅταν ἐξ οὐρίας βούλωνται διαδραμεῖν μὴ οὐρίου τοῦ πνεύματος ὄντος, τὸ μὲν πρὸς τὸν κυβερνήτην τοῦ ἱστίου μέρος στέλλονται, τὸ δὲ πρὸς τὴν πρώραν ποδιαῖον (πόδα?) ποιησάμενοι ἐφιᾶσιν; Ἢ διότι ἀντισπᾷν τὸ πηδάλιον πολλῷ μὲν ὄντι τῷ πνεύματι οὐ δύναται, ὀλίγῳ δέ, δ (διό?) ὑποστέλλονται;

Cur si prospero vento navigare velint, etiamsi ventus secundus non sit, veli partem gubernatori quidem propiorem constringunt, quæ vero versus proram est, pede facto, relaxant? An quod gubernaculum copioso quidem vento retrahendo obsistere nequit, pauco vero potest, eam ob causam constringunt? Itaque ventus navem propellit, gu-

Digitized by Google

Προάγει μὲν οὖν τὸ πνεῦμα, εἰς οὔριον δὲ καθίστησι τὸ πηδάλιον, ἀντισπῶν καὶ μοχλεῦον τὴν θάλατταν. Ἅμα δὲ καὶ οἱ ναῦται μάχονται τῷ πνεύματι· ἀνακλίνουσι γὰρ ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἑαυτούς.

bernaculum vero eum quasi secundum facit, retrahens mare et vectis instar in id agens. Simul vero et nautæ cum vento contendunt: in contrarium enim ipsi sese inclinant.

www.libtool.com.cn

CAP. IX.

Διὰ τί τὰ στρογγύλα καὶ περιφερῆ τῶν σχημάτων εὐκινητότερα; Τριχῶς δ' ἐνδέχεται τὸν κύκλον κυλισθῆναι· ἢ γὰρ κατὰ τὴν ἁψῖδα, συμμεταβάλλοντος τοῦ κέντρου, ὥσπερ ὁ τροχὸς ὁ τῆς ἁμάξης κυλίεται· ἢ περὶ τὸ κέντρον μόνον, ὥσπερ αἱ τροχιλέαι, τοῦ κέντρου μένοντος· ἢ παρὰ τὸ ἐπίπεδον, τοῦ κέντρου μένοντος, ὥσπερ ὁ κεραμεικὸς τροχὸς κυλίνδεται. Ἡ μὲν δὴ τάχιστα τὰ τοιαῦτα, διά τε τὸ μικρῷ ἅπτεσθαι τοῦ ἐπιπέδου, ὥσπερ ὁ κύκλος κατὰ στιγμήν, καὶ διὰ τὸ μὴ προσκόπτειν; ἀφέστηκε γὰρ τῆς γῆς ἡ γωνία. Καὶ ἔτι ᾧ ἂν ἀπαντήσῃ σώματι, πάλιν τούτου κατὰ μικρὸν ἅπτεται. Εἰ δ' εὐθύγραμμον ἦν, τῇ εὐθείᾳ ἐπὶ πολὺ ἥπτετο ἂν τοῦ ἐπιπέδου. Ἔτι ᾗ ῥέπει ἐπὶ τὸ βάρος, ταύτῃ κινεῖ ὁ κινῶν· ὅταν μὲν γὰρ πρὸς ὀρθιον ἡ διάμετρος ᾖ τοῦ κύκλου τῷ ἐπιπέδῳ, ἁπτομένου τοῦ κύκλου κατὰ στιγμὴν τοῦ ἐπιπέδου, ἴσον τὸ βάρος ἐπ' ἀμφότερα διαλαμβάνει ἡ διάμετρος· ὅταν δὲ κινῆται, εὐθὺς πλέον ἐφ' ὃ κινεῖται, ὥσπερ ῥέπον. Ἐντεῦθεν εὐκινητότερον τῷ ὠθοῦντι εἰς τοὔμπροσθεν· ἐφ' ὃ γὰρ ῥέπει ἕκαστον, εὐκίνητόν ἐστιν, εἴπερ καὶ τὸ ἐπὶ τὸ ἐναντίον τῆς ροπῆς δυσκίνητον. Ἔτι λέγουσί τινες ὅτι καὶ ἡ γραμμὴ ἡ τοῦ κύκλου ἐν φορᾷ ἐστιν ἀεί, ὥσπερ τὰ μένοντα, διὰ τὸ ἀντερείδειν, οἷον καὶ τοῖς μείζοσι κύκλοις ὑπάρχει πρὸς τοὺς ἐλάττονας· θᾶττον γὰρ ὑπὸ τῆς ἴσης ἰσχύος κινοῦνται οἱ μείζους καὶ τὰ βάρη κινοῦσι, διὰ τὸ ροπήν τινα ἔχειν τὴν γωνίαν τὴν τοῦ μείζονος κύκλου πρὸς τὴν τοῦ ἐλάττονος, καὶ εἶναι ὅ περ ἡ διάμετρος πρὸς τὴν διάμετρον. Ἀλλὰ μὴν πᾶς κύκλος μείζων πρὸς ἐλάττονα· ἄπειροι γὰρ οἱ ἐλάττονες. Εἰ δὲ καὶ πρὸς ἕτερον ἔχει ροπὴν ὁ κύκλος, ὁμοίως δ' εὐκίνητος, καὶ ἄλλην ἂν ἔχοι ροπὴν ὁ κύκλος καὶ τὰ ὑπὸ κύκλου κινούμενα, κἂν μὴ τῇ ἁψῖδι ἅπτηται τοῦ ἐπιπέδου, ἀλλ' ἢ παρὰ τὸ ἐπίπεδον, ἢ ὡς αἱ τροχιλέαι· καὶ γὰρ οὕτως ἔχοντες ῥᾷστα κινοῦνται καὶ κινοῦσι τὸ βάρος. Ἢ οὐ τῷ κατὰ μικρὸν ἅπτεσθαι καὶ προσκρούειν, ἀλλὰ δι' ἄλλην αἰτίαν; αὕτη δ' ἐστὶν ἡ εἰρημένη πρότερον, ὅτι ἐκ δύο φορῶν γεγένηται ὁ κύκλος, ὥστε μίαν αὐτὸν αἰεὶ ἔχειν ροπήν, καὶ οἷον φερόμενον αὐτὸν αἰεὶ κινοῦσιν οἱ κινοῦντες, ὅταν κινῶσι κατὰ τὴν περιφέρειαν ὀπωσοῦν· φερομένην γὰρ αὐτὴν κινοῦσιν· τὴν μὲν γὰρ εἰς τὸ πλάγιον αὐτοῦ κίνησιν ὠθεῖ τὸ κινοῦν, τὴν δ' ἐπὶ τῆς διαμέτρου αὐτὸς κινεῖται.

Cur figuræ rotundæ et circulares facilius moventur? Triplici autem modo circulum volvi licet: vel enim secundum arcum, ita ut centrum simul locum mutet, quemadmodum rota currus volvitur; vel tantummodo circum centrum, ut trochleæ, ipso quiescente centro; vel ita ut pavimento sit parallelus, loco manente centro, sicut rota figuli volvitur. An itaque ideo celerrima sunt talia, quoniam parva sui parte planum contingunt, ut circulus uno tantum puncto, et quoniam non offendunt? remotus enim est angulus a terra. Præterea in quodcumque corpus inciderit, hoc rursus parva sui parte contingunt. Si vero rectilinea esset figura, rectitudine sua longo spatio planitiem contigisset. Deinde qua in pondus suum vergunt, ea impellit is qui movet: ubi enim rectos quidem angulos cum planitie facit circuli diametros, circulo puncto tantummodo planitiem contingente, par utrinque pondus diametros disterminat; ubi vero movetur, confestim plus ponderis est a parte in quam movetur, utpote inclinans. Hinc facilius movebitur ab eo qui prorsum impellit: omnia enim eo quo vergunt, facile pelluntur, siquidem motus in partem inclinationi oppositam difficulter cietur. Præterea sunt qui dicant, circuli lineam semper in motu esse, eodem quo manentia (manent), propter nisum contrarium, sicut etiam majoribus circulis evenit respectu minorum: citius enim ab eadem vi moventur majores, iidemque citius pondera movent, quia majoris circuli angulus nutum quemdam ad minoris habet: id quod etiam alteri evenit diametro respectu alterius. Atqui nullus non circulus major est respectu minoris: infiniti enim sunt minores. Quodsi vero respectu alius nutum habet circulus, eademque proportione facile movetur, alium quoque habebit nutum cum circulus ipse, tum quæ a circulo moventur, etiamsi arcu non contingat planitiem, sed vel pavimento parallelos, vel sicut trochleæ moveatur: nam et ubi sic sese habent, facillime et moventur ipsi, et onus movent. An non quia parva sui parte (planitiem) contingunt atque offendunt, sed alia de causa? Hæc vero est quam supra memoravimus, quod circulus e duabus exstitit motionibus, ita ut semper unum habeat nutum, et quasi semper ipsum per se jam motum impellant qui eum movent, ubi quocumque demum modo movent secundum circumferentiam: movent enim, dum ipse fertur: ejus motum namque qui ad latus fit, ei conciliat res movens, motu vero super diametro ipse movetur.

Digitized by Google

CAP. X.

Διὰ τί τὰ διὰ τῶν μειζόνων κύκλων αἰρόμενα καὶ ἑλκόμενα ῥᾷον καὶ θᾶττον κινοῦμεν; οἷον καὶ αἱ τροχιλέαι αἱ μείζους τῶν ἐλαττόνων, καὶ αἱ σκυτάλαι ὁμοίως. Ἢ διότι ὅσῳ ἂν μείζων ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ᾖ, ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ πλέον κινεῖται χωρίον, ὥστε καὶ τοῦ ἴσου βάρους ἐπόντος ποιήσει τὸ αὐτό, ὥσπερ εἴπομεν καὶ τὰ μείζω ζυγὰ τῶν ἐλαττόνων ἀκριβέστερα εἶναι; τὸ μὲν γὰρ σπαρτίον ἐστὶ κέντρον, τοῦ δὲ ζυγοῦ αἱ ἐπὶ τάδε τοῦ σπαρτίου αἱ ἐκ τοῦ κέντρου.

Cur quæ a majoribus circulis tolluntur ac trahuntur, facilius et citius movemus? exemplo sint majores trochleæ, si cum minoribus conferantur, atque eodem modo scutulæ. An quoniam, quo major fuerit linea e centro ducta, eo longius spatium in æquali tempore percurrit? quamobrem et, æquali incumbente pondere, idem præstabit, quemadmodum et majores libras minoribus exactiores esse diximus: funis enim centrum est, jugi vero partes ultra funem lineæ e centro ductæ.

CAP. XI.

Διὰ τί ῥᾷον, ὅταν ἄνευ βάρους ᾖ, κινεῖται τὸ ζυγὸν ἢ ἔχον βάρος; ὁμοίως δὲ καὶ τροχός, ἢ ἄλλο τοιοῦτο, τὸ βαρύτερον μὲν, μεῖζον δὲ τοῦ ἐλάττονος καὶ κουφοτέρου. Ἢ ὅτι οὐ μόνον εἰς τοὐναντίον τὸ βαρύ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ πλάγιον δυσκίνητόν ἐστιν; ἐναντίον γὰρ τῇ ῥοπῇ κινῆσαι χαλεπῶς, ἐφ' ὃ δὲ ῥέπει, ῥᾳδίως· εἰς δὲ τὸ πλάγιον οὐ ῥέπει. [Εἰ γὰρ σιδηροῦς τύχῃ καὶ ξύλινος ἄλλος ζυγός, ταχύτερον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ βάρους ὁ ξύλινος κινηθήσεται διὰ τὸ πρὸς τὰ ἄνω δυσκίνητα εἶναι τὰ βάρη, ἐναντίον (ου?) τοῦ ἄνω τόπου τοῖς βάρεσιν. Τὰ δὲ πλείονα βάρη δυσκινητότερα τῶν ἐλαττόνων πρὸς τὰ ἄνω εἰσίν· διὸ καὶ ὁ σιδηροῦς ζυγός, ἅτε τοῦ ξυλίνου βαρύτερος ὤν, βραδύτερον κινεῖται διὰ τὸ [εἶναι] τὸ ἕτερον ἄκρον αὐτοῦ, ἐν ᾧ τὸ βάρος οὐκ ἐπιτίθεται, βραδέως κάτω κινεῖσθαι, τὸ δὲ ξύλινον τοὐναντίον. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς τροχοῖς τὸ αὐτὸ συμβαίνει· τὸ γὰρ βάρος τοῦ σιδηροῦ τροχοῦ μᾶλλον ὠθεῖ τοῦτον κάτω, καί ἐστιν ὡς πρὸς τὸ πλάγιον δυσκίνητον· ὁ δὲ κουφότερος εὐκινητότερός ἐστι διὰ τὸ καὶ τὸ βάρος αὐτοῦ κουφότερον εἶναι, καὶ ἔλαττον ὠθεῖ[ν] τοῦτον κάτω.]

Cur facilius movetur jugum pondere carens quam pondere impositio? eodem modo et rota, vel aliud quid hujusmodi, gravius, sed majus, si cum minori atque leviori conferatur. An quia non solum in contrarium, sed etiam ad latus difficulter moventur res graves? difficulter enim in partem rerum nutui contrariam cietur motus, facile vero in eam quo vergunt; ad latera autem non vergunt: [si enim ferreum adesset jugum aliudque ligneum, citius ab eodem pondere ligneum moveretur, quoniam onera difficilius sursum moventur, quum locus superior oneribus adversatur. Majora vero pondera difficilius sursum moventur quam minora: quamobrem et jugum ferreum, quippe gravius ligneo, tardius movetur, quia alterum ipsius extremum, cui pondus impositum non est, tardius movetur deorsum; ligneum vero contrario modo sese habet. Verum idem quoque contingit in rotis: pondus enim ferreæ rotæ magis hanc deprimit, atque (idcirco) difficulter ad latus movetur; levior vero facilius movetur, quia pondus ejus item levius est eamque minus deprimit.]

CAP. XII.

Διὰ τί ἐπὶ τῶν σκυταλῶν ῥᾷον τὰ φορτία κομίζεται ἢ ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν, ἐχουσῶν τῶν μὲν μεγάλους τροχούς, τῶν δὲ μικρούς; Ἢ διότι ἐπὶ τῶν σκυταλῶν οὐδεμίαν ἔχει πρόσκαψιν, τὸ δ' ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν τὸν ἄξονα, καὶ προσκόπτει αὐτῷ; ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνωθεν πιέζει αὐτὸν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων. Τὸ δ' ἐπὶ τῶν σκυταλῶν ἐπὶ δύο τούτων κινεῖται, τῇ τε κάτω χώρᾳ ὑποκειμένῃ καὶ τῷ βάρει τῷ ἐπικειμένῳ· ἐπ' ἀμφοτέρων γὰρ τούτων κυλίεται τῶν τόπων ὁ κύκλος καὶ φερόμενος ὠθεῖται.

Cur super scutulis facilius vehuntur onera quam super curribus, quum tamen hi magnas habeant rotas, illæ vero pusillos circulos? An quia in scutulis nihil habent in quod offendere possint, in curribus vero axem, ad quem offendunt? desuper enim premit ipsum et a lateribus. Onus vero scutulis impositum hisce duobus movetur, spatio inferne substrato et onere superimposito: super ambobus enim his locis circulus volvitur et impellitur, dum ipse movetur.

Digitized by Google

CAP. XIII.

Διὰ τί πορρωτέρω τὰ βέλη φέρεται ἀπὸ τῆς σφενδόνης ἢ ἀπὸ τῆς χειρός, καίτοι κρατεῖ γ' ὁ βάλλων τῇ χειρὶ μᾶλλον ἢ ἀπαρτήσας τὸ καίριον; καὶ ἔτι οὕτω μὲν δύο βάρη κινεῖ, τό τε τῆς σφενδόνης καὶ τὸ βέλος, ἐκείνως δὲ τὸ βέλος μόνον. Πότερον ὅτι ἐν μὲν τῇ σφενδόνῃ κινούμενον τὸ βέλος ῥίπτει ὁ βάλλων (περιαγαγὼν γὰρ κύκλῳ πολλάκις ἀφίησιν), ἐκ δὲ τῆς χειρὸς ἀπὸ τῆς ἠρεμίας ἡ ἀρχή· πάντα δ' εὐκινητότερα κινούμενα ἢ ἠρεμοῦντα; Ἢ διά τε τοῦτο, καὶ διότι ἐν μὲν τῷ σφενδονᾶν ἡ μὲν χεὶρ γίνεται κέντρον, ἡ δὲ σφενδόνη ἡ ἐκ τοῦ κέντρου; ὅσῳ δ' ἂν ᾖ μείζων ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου, κινεῖται θᾶττον· ἡ δ' ἀπὸ τῆς χειρὸς βολὴ πρὸς τὴν σφενδόνην βραχεῖά ἐστιν.

Cur longius projiciuntur tela e funda quam e manu, quum tamen jaculator manu nuda plus valeat quam si inde sinum fundæ suspenderit? Præterea hoc modo duo pondera movet, fundæ nimirum ac telum, illo vero modo tantummodo telum. An quia in funda quidem ipsum jam telum movetur, ubi a jaculatore projicitur (sæpius enim in orbem circumvertit antequam projiciat), e manu vero ubi fit jaculatio, a quiete originem petit motus; omnia autem facilius moventur, quum jam in motu sunt, quam quiescentia? An cum ob hanc causam, tum quia funditoris quidem manus fit centrum, funda vero linea e centro ducta? quanto autem major fuerit linea e centro ducta, tanto citius movetur. Jactus autem qui sola manu fit, brevis est, si cum funda comparetur.

CAP. XIV.

Διὰ τί ῥᾷον κινοῦνται περὶ τὸ αὐτὸ ζυγὸν οἱ μείζους τῶν ἐλαττόνων κόλλοπες, καὶ οἱ αὐτοὶ ὄνοι οἱ λεπτότεροι ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἰσχύος τῶν παχυτέρων; Ἢ διότι ὁ μὲν ὄνος καὶ τὸ ζυγὸν κέντρον ἐστίν, τὰ δ' ἀπέχοντα μεγέθη αἱ ἐκ τοῦ κέντρου, θᾶττον δὲ κινοῦνται καὶ πλέον ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἰσχύος αἱ τῶν μειζόνων κύκλων ἢ αἱ τῶν ἐλαττόνων; ὑπὸ τῆς αὐτῆς γὰρ ἰσχύος θᾶττον μεθίσταται τὸ ἄκρον τὸ πορρώτερον τοῦ κέντρου· διὸ πρὸς μὲν τὸ ζυγὸν τοὺς κόλλοπας ὄργανα ποιοῦνται, οἷς ῥᾷον στρέφουσιν. Ἐν δὲ τοῖς λεπτοῖς ὄνοις πλεῖον γίνεται τὸ ἔξω τοῦ ξύλου, αὕτη δὲ γίνεται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου.

Cur circa eamdem ergatam majores vectes facilius moventur quam minores, eademque suculæ, si tenuiores sint, eadem vi facilius quam si crassiores? An quia sucula quidem et ergata centrum sunt, longitudines vero prominentes lineæ e centro ductæ, citius autem et validius eadem vi moventur lineæ e majorum circulorum centro ductæ quam e minorum? ab eadem enim vi citius transfertur extremum quod magis a centro distat: quamobrem ad ergatam quidem instrumenta adhibent vectes, quo facilius versent. In tenuibus autem suculis longius fit quod extra lignum prominet, hoc vero fit linea e centro ducta.

CAP. XV.

Διὰ τί τὸ αὐτὸ μέγεθος ξύλου ῥᾷον κατεάσσεται περὶ τὸ γόνυ, ἐὰν ἴσον ἀποστήσας τῶν ἄκρων ἐχόμενος καταγνύῃ, ἢ παρὰ τὸ γόνυ ἐγγὺς ὄντος· καὶ ἐὰν πρὸς τὴν γῆν ἐρείσας καὶ τῷ ποδὶ προσβὰς πόρρωθεν τῇ χειρὶ καταγνύῃ ἢ ἐγγύθεν; Ἢ διότι ἔνθα μὲν τὸ γόνυ κέντρον, ἔνθα δ' ὁ πούς; ὅσῳ δ' ἂν πορρώτερον ᾖ τοῦ κέντρου, ῥᾷον κινεῖται ἅπαν· κινηθῆναι δ' ἀνάγκη καταγνύμενον.

Cur ejusdem magnitudinis lignum circum genu facilius frangitur, si quis utramque extremitatem tenens easque eodem spatio ab ipso genu distare faciens frangat, quam si prope genu? itemque si illud in terram innisus fuerit, pedeque superimposito, manu longe a pede remota fregerit, quam si e propinquo? An quoniam illic quidem genu centrum est, hic vero pes? quanto autem longius a centro distat quidvis, tanto facilius movetur; moveri autem necessario debet, ut frangatur.

CAP. XVI.

Διὰ τί περὶ τοὺς αἰγιαλοὺς αἱ καλούμεναι κρόκαι στρογγύλαι εἰσίν, ἐκ μακρῶν τῶν λίθων καὶ ὀστράκων τὸ ἐξ ὑπαρχῆς ὄντων; Ἢ διότι τὰ πλεῖον ἀπέχοντα τοῦ μέσου ἐν ταῖς κινήσεσι θᾶττον φέρεται; τὸ μὲν γὰρ μέσον γίνεται κέντρον, τὸ δὲ διάστημα ἡ ἐκ τοῦ κέντρου· ἀεὶ δ' ἡ μείζων ἀπὸ τῆς ἴσης κινήσεως μείζω γράφει κύκλον· τὸ δ' ἐν ἴσῳ χρόνῳ μείζω διξιὸν θᾶττον φέρεται· τὰ δὲ φερόμενα θᾶττον ἐκ τοῦ ἴσου ἀποστήματος

Cur circa littora qui vocantur umbilici, rotundi sunt, quum tamen a principio e lapidibus et ostreis exsistant longis? An quia in motibus quæ longius a medio distant, celerius moventur? medium enim fit centrum, intervallum vero inde a centro linea e centro ducta; semper autem major linea eodem motu impulsa majorem circulum describit; quod vero in eodem tempore majus spatium percurrit, id citius movetur; quæ vero ab eadem distantia citius feruntur.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

σφοδρότερον τύπτει· τὰ δὲ τύπτοντα μᾶλλον καὶ αὐτὰ τύπτεται μᾶλλον· ὥστ' ἀνάγκη θραύεσθαι αἰεὶ τὰ πλέον ἀπέχοντα τοῦ μέσου· τοῦτο δὲ πάσχοντα ἀνάγκη γίνεσθαι περιφερῆ. Ταῖς δὲ κρόκαις διὰ τὴν τῆς θαλάττης κίνησιν, διὰ τὸ μετὰ τῆς θαλάττης κινεῖσθαι, συμβαίνει ἀεὶ ἐν κινήσει εἶναι καὶ κυλιομέναις προσκόπτειν· τοῦτο δ' ἀνάγκη μάλιστα συμβαίνειν αὐτοῖς τοῖς ἄκροις.

vehementius tundunt; quæ autem magis tundunt, magis etiam ipsa tunduntur : ita ut necesse sit, semper frangi ea quæ longius a medio remota sunt; ita vero ubi afficiuntur, necessario rotunda fiunt. Jam vero umbilicis, propter maris motum, quia simul cum mari moventur, evenit ut semper in motu sint atque, dum volvuntur, offendant; hoc autem maxime extremis earum partibus ipsis contingere necesse est.

CAP. XVII.

Διὰ τί, ὅσῳ ἂν ᾖ μακρότερα τὰ ξύλα, τοσούτῳ ἀσθενέστερα γίνεται, καὶ κάμπτεται αἰρόμενα μᾶλλον, κἂν ᾖ τὸ μὲν βραχύ, ὅσον δίπηχυ, λεπτόν, τὸ δ' ἑκατὸν πηχῶν παχύ; Ἢ διότι μοχλὸς γίνεται καὶ βάρος καὶ ὑπομόχλιον ἐν τῷ αἴρεσθαι τοῦ ξύλου τὸ μῆκος; τὸ μὲν γὰρ πρῶτον μέρος αὐτοῦ, ὃ ἡ χεὶρ αἴρει, οἷον ὑπομόχλιον γίνεται, τὸ δ' ἐπὶ τῷ ἄκρῳ βάρος, ὥσθ' ὅσῳ ἂν ᾖ μακρότερον τὸ ἀπὸ τοῦ ὑπομοχλίου, τοσούτῳ ἀνάγκη κάμπτεσθαι μᾶλλον· ὅσῳ γὰρ ἂν πλέον ἀπέχῃ τοῦ ὑπομοχλίου, τοσούτῳ ἀνάγκη κάμπτεσθαι μεῖζον. Ἀνάγκη οὖν α�ίρεσθαι τὰ ἄκρα τοῦ μοχλοῦ. Ἐὰν οὖν ᾖ καμπτόμενος ὁ μοχλός, ἀνάγκη αὐτὸν κάμπτεσθαι μᾶλλον αἰρόμενον· ὃ περ συμβαίνει ἐπὶ τῶν ξύλων τῶν μακρῶν· ἐν δὲ τοῖς βραχέσιν ἐγγὺς τὸ ἔσχατον τοῦ ὑπομοχλίου γίνεται τοῦ ἠρεμοῦντος.

Cur quo longiora sint ligna, eo imbecilliora fiunt et magis inflectuntur, si tollantur, etiamsi breve quidem lignum, e. g. duorum cubitorum, tenue sit, quod vero longitudinem habet centum cubitorum, crassum? An quia longitudo ligni, ubi attollitur, simul et vectis et onus et hypomochlium fit? prior enim ipsius pars quam manus adtollit, ceu hypomochlium fit, extrema vero pars onus, ita ut, quo longius sit intervallum inde ab hypomochlio, eo magis inflecti necesse sit : quanto enim longius ab hypomochlio distat, tanto majus necessario inflectitur spatium. Itaque necessario vectis extrema elevantur. Si igitur vectis inflexus fuerit, necesse est illum magis etiam inflecti, ubi adtollitur : quod ipsum in longis lignis contingit; in brevioribus vero extrema pars prope ad quiescens accedit hypomochlium.

CAP. XVIII.

Διὰ τί τῷ σφηνὶ ὄντι μικρῷ μεγάλα βάρη διίσταται καὶ μεγέθη σωμάτων, καὶ θλῖψις ἰσχυρὰ γίνεται; Ἢ διότι ὁ σφὴν δύο μοχλοί εἰσιν ἐναντίοι ἀλλήλοις, ἔχει δ' ἑκάτερος τὸ μὲν βάρος, τὸ δ' ὑπομόχλιον, ὃ καὶ ἀνασπᾷ, ἢ πιέζει; Ἔτι δ' ἡ τῆς πληγῆς φορὰ τὸ βάρος, ὃ τύπτει καὶ κινεῖ, ποιεῖ μέγα. Καὶ διὰ τὸ κινούμενον κινεῖν τῇ ταχυτῆτι ἰσχύει ἐπὶ πλέον· μικρῷ δ' ὄντι τῷ μοχλῷ μεγάλαι δυνάμεις ἀκολουθοῦσιν· διὸ λανθάνει κινῶν παρὰ τὴν ἀξίαν τοῦ μεγέθους. Ἔστω σφὴν ἐφ' ᾧ ΑΒΓ, τὸ δὲ σφηνούμενον ἐφ' ᾧ ΔΕΗΖ. Μοχλὸς δὴ γίνεται ἡ ΑΒ, βάρος δὲ τὸ τοῦ Β κάτωθεν, ὑπομόχλιον δὲ τὸ Ζ. Ἐναντίος δὲ τούτῳ μοχλὸς τὸ ΒΓ· ἡ δὲ ΑΓ κοπτομένη ἑκατέρᾳ τούτων χρῆται μοχλῷ· ἀνασπᾷ γὰρ τὸ Β.

Cur cuneo, etiamsi parvo, magna pondera magnæque corporum moles scinduntur, et vehemens fit pressio? An quia cuneus duos efficit vectes sibi invicem oppositos; uterque autem habet tum onus, tum hypomochlium quod etiam divellit, vel premit? Præterea percussionis impetus pondus quod percutit et movet, magnum reddit. Tum quia id quod movet, ipsum jam movetur, celeritate sua magis valet : parvum enim vectem magnæ vires consequuntur : quamobrem clam validius movet quam quis e magnitudine suspicetur. Sit cuneus cui ABC inscriptum est, id vero quod cuneus scindit, cui DEGF. Vectis itaque fit AB, onus vero quod infra B situm est, hypomochlium autem F. Huic vero oppositus vectis est BC. Jam vero AC si tunditur, utraque harum linearum tamquam vecte utitur : punctum enim B scindit.

CAP. XIX.

Διὰ τί, ἐάν τις δύο τροχαλίας ποιήσας ἐπὶ δυσὶ ξύλοις συμβάλλουσιν ἑαυτοῖς ἐναντίως αὐταῖς κύκλῳ περιβάλῃ καλώδιον, ἔχον τὸ ἄρτημα ἐκ θατέρου τῶν ξύλων, θάτερον δ' ᾖ προσερηρεισμένον, ἢ προστεθειμένον κατὰ τὰς τροχαλίας, ἐὰν ἕλκῃ τις τῇ ἀρχῇ τοῦ καλωδίου, μεγάλα βάρη προσάγει, κἂν ᾖ μικρὰ ἡ ἕλκουσα ἰσχύς; Ἢ διότι τὸ αὐτὸ βάρος ἀπὸ ἐλάττονος ἰσχύος, εἰ μοχλεύεται, ἐγείρεται ἢ ἀπὸ χειρός, ἡ δὲ

Cur, si quis sumptis duabus trochleis, eas duobus lignis ex adverso inter se congredientibus adaptaverit atque in orbem circumduxerit funem, ita ut ab altero ligno dependeat, dum altera extremitas trochleis adplicatur, vel imponitur, adtracto jam funis initio, magna pondera adducit aliquis, etiamsi parva sit vis trahens? An quia idem pondus minori vi excitatur, si vecte impellitur quam si manu,

Digitized by Google

In Pæoniæ monte Hesæno dicto, qui Pæonicam Mædicamque regionem disterminat, feram quamdam bolinthum, a Pæonibus vero monæpon vocatam, inveniri tradunt: quæ universo quidem habitu ad bovis similitudinem accedat, antecellat vero magnitudine et robore, ac juba insuper: est enim ea a cervice illi velut equo admodum densa, atque inde a vertice ad usque oculos dependens; cornua autem non quemadmodum bobus, sed deorsum flexa, mucronibus infra auribus adpositis, magnitudine tam ampla ut singula plus semicongio capiant, colore maxime atro, relucentia perinde ac decorticata. Tergus avulsum locum octo accubantium occupat. Percussa fugit, nec nisi cursu delassata subsistit. Carnem habet gustu gratam. Calcibus sese tuetur et alvi proluvie, quam ad passuum circiter quatuor spatium projicit (nam eo egerendi more facile ac frequenter utitur) ferventem adeo, ut canum pilos deradat. Verum concitatæ tantum belluæ stercora eam vim habere dicuntur, placidæ vero non adurere. Imminente autem partu, postquam simul plures convenerint atque congregatæ fuerint, enituntur maximæ omnes, inque circulum egerunt: largam enim quamdam ejus fimi copiam hoc genus animantis projicit.

CAP. II.

Τοὺς ἐν Ἀραβίᾳ φασὶ καμήλους μὴ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς μητέρας, ἀλλὰ κἂν βιάσηταί τις, οὐ θέλουσιν· καὶ γάρ ποτε λέγεται, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὀχεῖον, τὸν ἐπιμελητὴν καλύψαντα ἐφεῖναι τὸν πῶλον. Ὡς δ' ὀχεύοντος ἐπέβη, τότε μέν, ὡς ἔοικε, συνετέλεσε, μικρῷ δ' ὕστερον δάκνων τὸν καμηλίτην ἀπέκτεινεν.

In Arabia aiunt camelos non inire matres suas; sed etiamsi quis cogat, non patiuntur: namque curatorem admissario aliquando destitutum operto matrem submisisse ferunt pullo. Quum vero eo ineunte conscendisset, coitum tunc quidem, ut videtur, absolvit; paulo tamen post armentarium morsibus necavit.

CAP. III.

Τοὺς κόκκυγάς φασι τοὺς ἐν Ἑλίκῃ, ὅταν μέλλωσι τίκτειν, μὴ ποιεῖν νεοττιάν, ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν φαττῶν ἢ ταῖς τῶν τρυγόνων ἐντίκτειν, καὶ μήτ' ἐπωάζειν, μήτ' ἐκκολάπτειν, μήτε τρέφειν αὐτούς· ἀλλ' ὅταν γεννηθῇ ὁ νεοττὸς καὶ ἐκτραφῇ, μεθ' ὧν ἂν οὗτος συνῇ, τούτους ἐκ τῆς νεοττιᾶς ἐκβάλλειν. Γίνεται δ', ὡς ἔοικε, μέγας καὶ καλός, ὥστε ῥᾳδίως καταχρατεῖν τῶν λοιπῶν. Τούτῳ δὲ χαίρειν φασὶ καὶ τὰς φάττας οὕτως ὥστε καὶ αὐτὰς συνεκβάλλειν ἐκείνῳ τοὺς ἰδίους νεοττούς.

Cuculos in Helice inquiunt parituros non nidificare, sed in palumbium aut turturum nidis parere, nec itidem incubare, nec excludere, neque enutrire; verum natum jam pullum enutritumque consortes suos e nido deturbare. Magnus autem fit, ut videtur, ac pulcher, ut et reliquis facile superior evadat. Hoc autem tantopere lætari ferunt palumbes ut ipsi quoque in ejiciendis suis ei ferant opem.

Digitized by Google

CAP. IV.

Αἱ ἐν Κρήτῃ αἶγες ὅταν τοξευθῶσι, ζητοῦσιν, ὡς ἔοικε, τὸ δίκταμον τὸ ἰκαῖ φυόμενον· ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα.

Capræ Creticæ sagittis percussæ quærunt, ut videtur, dictamnum isthic proveniens : hac enim comesta, confestim tela e corpore ejiciunt.

CAP. V.

Φασί τινας ἐν ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τοιούτους τόπους ἔρχεσθαι ὥστε μὴ ῥᾳδίως εὑρεθῆναι· τοῦτο δὲ ποιεῖν διὰ τὸ μὴ ἔχειν ᾧ ἀμυνοῦνται, καὶ διὰ τὸ πονεῖν τοὺς τόπους ὅθεν τὰ κέρατα ἀπέβαλον· πολλαῖς δὲ καὶ κισσὸν ἐπιπεφυκότα ἐν τῷ τῶν κεράτων τόπῳ ὁρᾶσθαι.

Cervos nonnullos ea ætate qua tenera adhuc sunt cornua, his abjectis, ejusmodi loca adire ferunt ut vix inveniri queant; id vero facere propterea, quod nihil habeant quo tueri se queant, tum ob dolorem, quem locis unde cornua ejecerant, sentiunt; multis et enatam cornuorum in loco hederam conspici aiunt.

CAP. VI.

Ἐν Ἀρμενίᾳ φάρμακόν τί φασι φύεσθαι ὃ καλεῖται παρδάλειον. Τούτῳ οὖν, ὅταν ὀφθῇ πάρδαλις, χρίσαντες τὸ ἱερεῖον ἀφιᾶσιν. Ἡ δ' ὅταν ἅψηται αὐτοῦ, ζητεῖ, ὡς ἔοικε, τὴν τοῦ ἀνθρώπου κόπρον· διὸ καὶ οἱ κυνηγοὶ εἰς ἀγγεῖον αὐτὴν ἐμβαλόντες ἐκ τινος δένδρου κρεμῶσιν, ἵνα προσαλλομένη καὶ ὑπέρκοπος γενομένη ὑπ' αὐτοῦ παραλυθῇ καὶ ὑποχείριος γένηται.

In Armenia venenum quoddam nasci aiunt, quod pardalium vocant. Eo itaque, ubi conspectus fuerit pardus, victimam illitam dimittunt. Qui si eam gustaverit, humana excrementa, ut videtur, quærit : quocirca et venatores vasculo indita ex arbore suspendunt, ut assultans ac labore delassata veneni ope resolutionem patiatur bestia atque domari queat.

CAP. VII.

Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ τοὺς τροχίλους φασὶν εἰσπετομένους εἰς τὰ στόματα τῶν κροκοδείλων καθαίρειν αὐτῶν τοὺς ὀδόντας, τὰ σαρκία τὰ ἐνεχόμενα τοῖς ῥύγχεσιν ἐξέλκοντας· τοὺς δ' ἥδεσθαι καὶ μηδὲν βλάπτειν αὐτούς.

In Ægypto aiunt in crocodilorum ora trochilos involare eorumque dentes expurgare, carunculas quæ in rostris hærent, evellentes; hos vero id cum voluptate admittere, nec iis nocere.

CAP. VIII.

Τοὺς ἐν Βυζαντίῳ φασὶν ἐχίνους αἰσθάνεσθαι ὅτε βόρεια καὶ νότια πνεῖ πνεύματα, καὶ μεταβάλλειν εὐθὺς τὰς ὀπάς, καὶ ὅταν μὲν ᾖ νότια, ἐκ τοῦ ἐδάφους τὰς ὀπὰς ποιεῖσθαι, ὅταν δὲ βόρεια, ἐκ τῶν τοίχων.

Byzantios erinaceos dicunt sentire quando aquilo flet, et quando auster, et permutare statim ostia cavorum, ad pavimentum, si auster flet, ad parietes, si aquilo.

CAP. IX.

(8). Αἱ ἐν Κεφαλληνίᾳ αἶγες οὐ πίνουσιν, ὡς ἔοικεν, ὥσπερ καὶ τἆλλα τετράποδα, καθ' ἡμέραν δὲ πρὸς τὸ πέλαγος ἀντία τὰ πρόσωπα ποιήσασαι χάσκουσιν εἰσδεχόμεναι τὰ πνεύματα.

(8) In Cephalenia non bibunt capræ, ut videtur, pro reliquorum quadrupedum more, sed quotidie facie mari obversa, hiant auras intro recipientes.

CAP. X.

(9) Φασὶν ἐν Συρίᾳ τῶν ἀγρίων ὄνων ἕνα ἀφηγεῖσθαι τῆς ἀγέλης, ἐπειδὰν δέ τις νεώτερος ὢν τῶν πώλων ἐπί τινα θήλειαν ἀναβῇ, τὸν ἀφηγούμενον θυμοῦσθαι, καὶ διώκειν ἕως τούτου ἕως ἂν καταλάβῃ τὸν πῶλον, καὶ ὑποκύψας ἐπὶ τὰ ὀπίσθια σκέλη τῷ στόματι ἀποσπάσῃ τὰ αἰδοῖα.

(9). In Syria inquiunt inter sylvestres asinos unum præire armento, atque si junior aliquis pullus feminam conscenderit, ducem indignari, et hunc tantisper persequi, dum comprehendat ac in crura posteriora conquiniscens ore verenda evellat.

Digitized by Google

CAP. XI.

(10) Τὰς χελώνας λέγουσιν, ὅταν ἔχεως φάγωσιν, ἐπεσθίειν τὴν ὀρίγανον, ἐὰν δὲ μὴ θᾶττον εὕρῃ, ἀποθνήσκειν· πολλοὺς δ' ἀποπειράζοντας τῶν ἀγραυλούντων εἰ τοῦτ' ἀληθές ἐστιν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὴν τοῦτο πράττουσαν, ἐκτίλλειν τὴν ὀρίγανον· τοῦτο δ' ὅταν ποιήσωσι, μετὰ μικρὸν αὐτὴν ὁρᾶσθαι ἀποθνήσκουσαν.

(10.) Testudines aiunt, quando viperam deglutiverunt, origanum insuper vorare; id nisi promptum statim inveniant, interire; multosque ruri agentes, quum id experiri vellent, an verum esset, simulac eam hæc facere vidissent, origanum evulsisse: quo facto, animans in ipsorum conspectu paulo post interiisse.

CAP. XII.

(11) Τὸ τῆς ἰκτίδος λέγεται αἰδοῖον εἶναι οὐχ ὅμοιον τῇ φύσει τῶν λοιπῶν ζώων, ἀλλὰ στερεὸν διὰ παντὸς οἷον ὀστοῦν, ὅπως ἄν ποτε διακειμένη τύχῃ. Φασὶ δὲ στραγγουρίας αὐτὸ φάρμακον εἶναι ἐν τοῖς ἀρίστοις καὶ δίδοσθαι ἐπιξυόμενον.

(11.) Viverræ aiunt genitalia esse reliquorum animalium naturæ absimile, dum ipsis, quomodocumque demum affectis, semper sint instar ossium solida. Singulare urinæ stillicidio laborantibus remedium esse perhibent rasaque exhiberi.

CAP. XIII.

(12) Τὸν δρυοκολάπτην φασὶ τὸ ὄρνεον ἐπὶ τῶν δένδρων βαδίζειν ὥσπερ τοὺς ἀσκαλαβώτας, καὶ ὕπτιον καὶ ἐπὶ τὴν γαστέρα. Νέμεσθαι δὲ λέγεται καὶ τοὺς ἐκ τῶν δένδρων σκώληκας, καὶ οὕτω σφόδρα κατὰ βάθους ὀρύττειν τὰ δένδρα ζητοῦντα τοὺς σκώληκας ὥστε καὶ καταβάλλειν αὐτά.

(12) Picum martium avem arbores scandere ferunt, quemadmodum stellionem, tam resupinum quam pronum in ventrem, depascique ex arboribus vermiculos, atque ita penitus perfodere stirpes vermes quærentem, ut eas vel sternat.

CAP. XIV.

(13) Φασὶ τοὺς πελεκᾶνας τὰς ἐν τοῖς ποταμοῖς γινομένας κόγχας ὀρύττοντας καταπίνειν, ἔπειτα ὅταν πλῆθος εἰσφρήσωσιν αὐτῶν, ἐξεμεῖν, εἶθ' οὕτω τὰ μὲν κρέα ἐσθίειν τῶν κογχῶν, τῶν δ' ὀστράκων μὴ ἅπτεσθαι.

(13.) Pelecanos aiunt conchas fluviatiles effossas vorare, deinde, ubi magnam copiam earum intromiserint, evomere, tunc ita carnibus quidem concharum vesci, a testa vero abstinere.

CAP. XV.

(14) Ἐν Κυλλήνῃ φασὶ τῆς Ἀρκαδίας τοὺς κοσσύφους λευκοὺς γίνεσθαι, ἄλλοθι δ' οὐδαμῇ, καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι, ἐκπορεύεσθαί τε πρὸς τὴν σελήνην· τὴν δ' ἡμέραν εἴ τις ἐπιχειροίη, σφόδρα δυσθηράτους εἶναι.

(14.) Cyllenæ in Arcadia merulas candidas gigni tradunt, quod alibi nusquam contingat, vocesque varias edere ac luna lucente progredi; interdiu vero, si quis eas persequatur difficillime capi.

CAP. XVI.

(15) Λέγεται δ' ὑπό τινων μέλι τὸ καλούμενον ἄνθινον περὶ Μῆλον καὶ Κνίδον γίνεσθαι εὐῶδες μὲν τῇ ὀσμῇ, ὀλιγοχρόνιον δὲ κατὰ τὴν ἐριθάκην γίνεσθαι.

(15.) A quibusdam fertur mel anthinum, ut vocant, circa Melum Cnidumque fieri, odore quidem suavi, sed neutiquam durabile instar erithaceæ.

CAP. XVII.

(16) Περὶ Καππαδοκίαν ἔν τισι τόποις ἄνευ κηρίου φασὶν ἐργάζεσθαι τὸ μέλι, γίνεσθαι δὲ τὸ πάχος ὅμοιον ἐλαίῳ.

(16) Circa Cappadociam aiunt locis quibusdam mella citra favos confici, fierique olei instar crassa.

CAP. XVIII.

(17) Ἐν Τραπεζοῦντι τῇ ἐν τῷ Πόντῳ γίνεται τὸ ἀπὸ τῆς πύξου μέλι βαρύοσμον, καί φασι τοῦτο τοὺς

(17). In Pontica Trapezunte mel e buxo graveolens fieri aiunt, quod sanos quidem mentis loco moveat,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

μὲν ὑγιαίνοντας ἐξιστάναι, τοὺς δ' ἐπιλήπτους καὶ τελέως ἀπαλλάττειν.

morbo vero comitiali correptos vel penitus sanet.

CAP. XIX.

www.libtool.com.cn

(18) Φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι συλλέγεσθαι πολύ, καὶ ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας ἄνευ κηροῦ τροχίσκους, καὶ ἀποτέμνοντας χρῆσθαι διὰ τρίψεως σφοδροτέρας. Γίνεται μὲν οὖν καὶ ἐν Θράκῃ, οὐχ οὕτω δὲ στερεόν, ἀλλ' ὡσανεὶ ἀμμῶδες. Ἅπαν δὲ μέλι πηγνύμενον τὸν ἴσον ἔχειν ὄγκον φασίν, οὐχ ὥσπερ τὸ ὕδωρ καὶ τἆλλα ὑγρά.

(18.) In Lydia quoque aiunt ex arboribus mella copiosa colligi, unde pastillos absque cera indigenæ conficiunt, quos vehementiore adtritu scindentes in usum suum convertunt. Fit sane et in Thracia mel, non tamen perinde solidum, sed quasi arenosum. Ceterum mella omnia concreta eamdem molem servare dicuntur, non quemadmodum aqua et liquida reliqua.

CAP. XX.

(19) Ἡ Χαλκιδικὴ πόα καὶ τὰ ἀμύγδαλα χρησιμώτατα πρὸς τὸ μέλι ποιεῖν· πλεῖστον γὰρ γόνον φασὶν ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι.

(19). Chalcidica herba et amygdala ad mella conficienda usum præbent maximum : plurimum enim fœtum ex iis fieri dicunt.

CAP. XXI.

(20) Τὰς μελίττας λέγουσιν ὑπὸ μύρου καροῦσθαι καὶ οὐκ ἀνέχεσθαι τὴν ὀσμήν· ἔνιοι δὲ λέγουσι μάλιστα τοὺς μεμυρισμένους τύπτειν.

(20). Apes aiunt ex unguento consopiri, neque odorem ferre posse; nonnulli vero perhibent inprimis unguento delibutos ab iis feriri.

CAP. XXII.

(21) Ἐν Ἰλλυριοῖς φασι τοὺς Ταυλαντίους καλουμένους ἐκ τοῦ μέλιτος ποιεῖν οἶνον. Ὅταν δὲ τὰ κηρία ἐκθλίψωσιν, ὕδωρ ἐπιχέοντες ἕψουσιν ἐν λέβητι ἕως ἂν ἐκλίπῃ τὸ ἥμισυ, ἔπειτα εἰς κεράμια ἐκχέαντες καὶ ἡμίσεα ποιήσαντες τιθέασιν εἰς σανίδας· ἐν ταύταις δέ φασι ζεῖν πολὺν χρόνον, καὶ γίνεσθαι οἰνῶδες καὶ ἄλλως ἡδὺ καὶ εὔτονον. Ἤδη δέ τισι καὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι συμβεβηκέναι λέγουσι τοῦτο, ὥστε μηδὲν διαφέρειν οἴνου παλαιοῦ, καὶ ζητοῦντας ὕστερον τὴν κρᾶσιν μὴ δύνασθαι εὑρεῖν.

(21). Illyrios ferunt eos, quos Taulantios vocant, e melle vinum conficere : favos enim expressos, aqua superfusa, in aheno ad mediam usque partem decoquunt, deinde fictilibus infundunt, eaque semiplena linquentes in tabulata reponunt : in quibus diu fervere aiunt, vinosumque fieri, ceteroquin suave ac validum. Jam vero et nonnullis Græciæ incolis hoc evenisse ferunt, ita ut a vino vetere nihil differret; verum mistionem deinceps perquisitam explorari non potuisse.

CAP. XXIII.

(22) Περὶ Θετταλίαν μνημονεύουσιν ὄφεις ζωογονηθῆναι τοσούτους ὥστε, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πελαργῶν ἀνηροῦντο, ἐκχωρῆσαι ἂν αὐτούς· διὸ δὴ καὶ τιμῶσι τοὺς πελαργούς, καὶ κτείνειν οὐ νόμος, καὶ ἐάν τις κτείνῃ, ἔνοχος τοῖς αὐτοῖς γίνεται οἷς περ καὶ ὁ ἀνδροφόνος.

(22). Circa Thessaliam tantam serpentum copiam generatam fuisse memorant, ut a ciconiis nisi interemti essent, ipsi demigrassent : quocirca et has venerantur, easque occidere lex vetat, ac si quis occiderit, eidem pœnæ obnoxius est cui et homicida.

CAP. XXIV.

(23) Ὡσαύτως καὶ ἐν Λακεδαίμονι κατά τινας χρόνους μνημονεύεται γενέσθαι τοσοῦτον πλῆθος ὄφεων ὥστε διὰ σπανοσιτίαν καὶ τροφῆ τοὺς Λάκωνας χρῆσθαι αὐτοῖς· ὅθεν καὶ τὴν Πυθίαν φασὶ προσαγορεῦσαι αὐτοὺς ὀφιοδείρους.

(23). Eodem pacto et Lacedæmone memoriæ tradunt tantam serpentum copiam quondam natam fuisse, ut ob annonæ penuriam iis vel vice alimentorum uterentur Lacones : unde et a Pythia serpentum excoriatores vocatos fuisse aiunt.

Digitized by Google

CAP. XXV.

(24) Ἐν Κύπρῳ τῇ νήσῳ λέγεται τοὺς μῦς τὸν σίδηρον ἐσθίειν.

(24). In Cypro (Gyaro?) insula mures aiunt ferrum devorare.

www.libtool.com.cn

CAP. XXVI.

(25) Φασὶ δὲ καὶ [περὶ] τοὺς Χάλυβας ἔν τινι ὑπερκειμένῳ αὐτοῖς νησιδίῳ τὸ χρυσίον συμφορεῖσθαι παρὰ πλειόνων· διὸ δὴ καὶ τοὺς ἐν τοῖς μετάλλοις ἀνασχίζουσιν, ὡς ἔοικεν.

(25). Aiunt et apud Chalybas in parva quadam insula ultra eos sita aurum a pluribus comportari : quocirca et in metallis qui inveniuntur, ut videtur, rescindunt.

CAP. XXVII

(26) Λέγεται δ' ἐκ Σούσων εἰς Μηδίαν ἰοῦσιν ἐν τῷ δευτέρῳ σταθμῷ σκορπίων ἄπλετόν τι πλῆθος γίνεσθαι· διὸ καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν, ὅτε διοδεύοι, τρεῖς ἡμέρας ἔμενε, πᾶσι τοῖς αὐτοῦ συντάσσων ἐκθηρεύειν· τῷ δὲ πλείστους θηρεύσαντι ἆθλον ἐδίδου.

(26.) Fertur ex Susis in Mediam proficiscentibus statione altera immensa scorpionum multitudo occurrere : quocirca et quoties isthac iter facit Persarum rex, triduo ibidem subsistere solet, suisque omnibus scorpionum venationem imperat, præmiumque ei qui captorum numero excelleret, dabat.

CAP. XXVIII.

(27) Ἐν Κυρήνῃ δέ φασιν οὐχ ἓν εἶναι μυῶν γένος, ἀλλὰ πλείω καὶ διάφορα, καὶ ταῖς μορφαῖς καὶ ταῖς χρόαις· ἐνίους γὰρ πλατυπροσώπους, ὥσπερ αἱ γαλαῖ, γίνεσθαι, τινὰς δ' ἐχινώδεις, οὓς καλοῦσιν ἐχίνας.

(27.) Cyrenis aiunt non unum tantum murum genus reperiri, sed plura, cum formis, tum colore distincta : alios enim lata facie præditos velut mustelas, alios erinaceis similes nasci, quos echinas vocant.

CAP. XXIX.

(28) Περὶ Κιλικίαν δέ φασιν εἶναι ὕδατος συστρεμμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζῴων ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ.

(28). Circa Ciliciam ferunt aquæ vorticulum esse, in quem mersas aves reliquasque animantes suffocatas vitæ restitui.

CAP. XXX.

(29) Ἐν δὲ Σκύθαις τοῖς καλουμένοις Γελωνοῖς φασι θηρίον τι γίνεσθαι, σπάνιον μὲν ὑπερβολῇ, ὃ ὀνομάζεται τάρανδος. Λέγεται δὲ τοῦτο μεταβάλλειν τὰς χρόας τῆς τριχός, καθ' ὧν ἂν καὶ τόπον ᾖ· διὰ δὲ τοῦτο εἶναι δυσθήρατον, [καὶ διὰ τὴν μεταβολήν]· καὶ γὰρ δένδρεσι καὶ τόποις, καὶ ὅλως ἐν οἷς ἂν ᾖ, τοιοῦτον τῇ χροιᾷ γίνεσθαι. Θαυμασιώτατον δὲ τὸ τὴν τρίχα μεταβάλλειν· τὰ γὰρ λοιπὰ τὸν χρῶτα, οἷον ὅ τε χαμαιλέων καὶ ὁ πολύπους. Τὸ δὲ μέγεθος ὡσανεὶ βοῦς. Τοῦ δὲ προσώπου τὸν τύπον ὅμοιον ἔχει ἐλάφῳ.

(29). Apud Scythas eos, quos Gelonos vocant, feram quamdam reperiri aiunt admodum sane infrequentem, cui tarando nomen est. Hanc autem pilorum colorem mutare ferunt pro locorum, in quibus degerit, varietate, eamque hanc ob causam difficulter capi, [tum propter istam vicissitudinem] : nam et arboribus et locis, et in universum omnibus in quibus degerit, similis evadit colore. Quod vero admiratione cum primis dignum est, pilos mutat : reliqua enim pellem variant, ut chamæleon et polypus. Magnitudo ei quæ bovi; facie vero cervi speciem refert.

CAP. XXXI.

(30). Λέγεται δέ τινα ἐν Ἄβύδῳ παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὸ θέατρον ἐρχόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ἐπισημαίνεσθαι, καὶ ὡς κατέστη τῆς παραχοπῆς, ἔφησεν ἐκεῖνο αὑτῷ τὸν χρόνον ἥδιστα βεβιῶσθαι.

(30). Ferunt Abydi quemdam mente destitutum in theatrum progressum per multos dies, tamquam in eo essent histriones, spectavisse plausisseque. Ceterum mente recepta, dixit tempus illud suavissime se peregisse.

Digitized by Google

CAP. XXXII.

(31) Καὶ ἐν Τάραντι δέ φασιν οἰνοπώλην τινὰ τὴν μὲν νύκτα μαίνεσθαι, τὴν δ' ἡμέραν οἰνοπωλεῖν· καὶ γὰρ τὸ κλειδίον τοῦ οἰκήματος πρὸς τῷ ζωνίῳ διεφύλαττε, πολλῶν δ' ἐπιχειρούντων παρελέσθαι καὶ λαβεῖν, οὐδέποτε ἀπώλεσεν.

(31) Tarenti quoque aiunt cauponem quemdam noctu quidem insanire, interdiu vero vina vendere : nam et claviculam cellæ a zona suspensam servabat et, quamlibet multis subripere capereque conantibus, numquam tamen amisit.

CAP. XXXIII.

(193) Ἐν Τήνῳ τῇ νήσῳ φασὶν εἶναι φιάλιον σύγκραμα ἔχον, ἐξ οὗ πῦρ ἀνάπτουσι πάνυ ῥᾳδίως. (194) Καὶ ἐν Βιθυνίᾳ δὲ τῆς Θρᾴκης ἐν τοῖς μετάλλοις γίνεται ὁ καλούμενος σπίνος, ἐξ οὗ φασι πῦρ ἀνάπτεσθαι.

In Teno insula parvam esse phialam tradunt mixturam continentem, ex qua ignis admodum facile adcenditur. In Bithynia (Sithonia?) quoque Thraciæ parte nascitur in fodinis id cui spino nomen, ex quo ignis incendi fertur.

CAP. XXXIV.

(32) Ἐν δὲ Λιπάρᾳ τῇ νήσῳ λέγουσιν εἶναί τινες γῆν, εἰς ἣν ἐὰν κρύψωσι χύτραν, ἐμβαλόντες ὃ ἂν ἐθέλωσιν, ἕψουσιν.

(32) In Lipara insula aiunt quidam terram reperiri, qua si ollam obruas, quidquid injicere volueris, coquitur.

CAP. XXXV.

(33) Ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακηνῇ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα, τὸ μὲν ἐν Μηδίᾳ ὀλίγον, τὸ δ' ἐν Ψιττακηνῇ πολὺ καὶ καθαρὸν τῇ φλογί· διὸ καὶ μαγειρεῖα πρὸς αὐτῷ κατεσκεύασεν ὁ Περσῶν βασιλεύς. Ἀμφω δ' ἐν ὁμαλοῖς τόποις, καὶ οὐκ ἐν ὑψηλοῖς. Ταῦτα δὲ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν φανερά, τὰ δὲ περὶ Παμφυλίαν νύκτωρ μόνον.

(33) In Media quoque et in Psittacene regione Persidis ignes æstuant, in Media quidem exiguus, in Psittacene vero copiosus flamma pura : quamobrem et rex Persarum ad hunc coquinas exstruxit. Utrique autem in locis planis, non editis inveniuntur. Conspicui sunt hi quidem interdiu noctuque, qui vero circa Pamphyliam adsunt, noctu tantum.

CAP. XXXVI.

(34) Φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιντανίαν πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν, ἐπειδὰν δ' ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτήν, ἐκφλογοῦται.

(34) Aiunt et circa Atintaniam juxta fines Apolloniatidis petram esse, e qua emissus ignis non appareat quidem, sed superinfuso oleo exardescat.

CAP. XXXVII.

(35) Λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντός, τὰ δὲ νύκτωρ μόνον, ὡς ὁ Ἄννωνος περίπλους ἱστορεῖ. Καὶ τὸ ἐν Λιπάρᾳ δὲ φανερὸν καὶ φλογῶδες, οὐ μὴν ἡμέρας, ἀλλὰ νύκτωρ μόνον. (36) Εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσσαις φασὶ πυρῶδες μὲν καὶ θερμὸν ἐκτόπως, οὐ μὴν καιόμενον.

(35) Ferunt etiam loca extra columnas Herculis flagrare, alia quidem perpetuo, alia autem noctu tantum, ut Hannonis circumnavigatio enarrat. Liparæ quoque ignis conspicuus et flammeus est, non tamen interdiu, sed noctu tantum. (36) Aiunt et in Pithecussis insulis igneum quoddam ac calidum inveniri, non tamen ardere.

CAP. XXXVIII.

(37) Τὸ δ' ἐν τῇ Λιπάρᾳ ποτὲ καὶ ἐκλιπεῖν φησι Ξενοφάνης ἐπ' ἔτη ἑκκαίδεκα, τῷ δ' ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. (38) Τὸν δ' ἐν τῇ Αἴτνῃ ῥύακα οὔτε φλογώδη φασὶν, οὔτε συνεχῆ, ἀλλὰ διὰ πολλῶν ἐτῶν γίνεσθαι.

(37) Liparæ autem ignem inquit Xenophanes quondam et annis sedecim defecisse, decimo vero septimo rediisse. (38) Ætnæ quoque fluentum aiunt nec flammeum esse, nec continuum, sed post multos annos redire.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

CAP. XXXIX.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναζέσαι πῦρ πάμπληθες, καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά.

(37) Ferunt et circa Lydiam ignem quam plurimum effervuisse, diebusque septem ardere.

CAP. XL.

Θαυμαστὸν δὲ τὸ ἐν Σικελίᾳ περὶ τὸν ῥύακα γινόμενον· τὸ γὰρ πλάτος ἐστὶ τὸ τῆς τοῦ πυρὸς ἀναζέσεως τεσσαράκοντα σταδίων, τὸ δ' ὕψος δι' οὗ φέρεται, τριῶν.

(38) Admiratione vero dignum est quod in Sicilia circa fluentum evenit : latitudo enim fervoris ignei stadia quadraginta æquat, altitudo autem per quam fertur, tria.

CAP. XLI.

Φασὶ δὲ τὸν ἐν τῇ Θράκῃ λίθον τὸν καλούμενον σπίνον διακοπέντα καίεσθαι, καὶ συντεθέντα πρὸς ἑαυτόν, ὥσπερ τὴν σμαρίλην, οὕτως κἀκεῖνον εἰς ἑαυτὸν τεθέντα καὶ ἐπιρραινόμενον ὕδατι καίεσθαι· τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖν καὶ τὸν μαριέα.

(39) In Thracia quoque aiunt lapidem, quem spinum vocant, dissectum ardere, et secum ipsum compositum, quemadmodum favilla, sic illum quoque sibi ipsi adpositum aquaque conspersum ardere; idemque facere et marieum.

CAP. XLII.

Περὶ Φιλίππους τῆς Μακεδονίας εἶναι λέγουσι μέταλλα, ἐξ ὧν τὰ ἐκβαλλόμενα ἀποσύρματα αὐξάνεσθαί φασι καὶ φύειν χρυσίον, καὶ τοῦτ' εἶναι φανερόν.

(40) Circa Philippos in Macedonia ferunt metalla inveniri, quorum ramenta crescant ejecta, aurique aliquantulum producant, idque manifestum esse.

CAP. XLIII.

Φασὶ δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ περὶ τὸν καλούμενον Τυρρίαν χαλκὸν ὅμοιον γίνεσθαι· κατακόψαντες γάρ, ὡς ἔοικεν, εἰς μικρὰ σπείρουσιν αὐτόν, εἶθ' ὑδάτων ἐπιγενομένων, αὐξάνεται καὶ ἐξανίησι, καὶ οὕτω συνάγεται.

(41) Aiunt et in Cypro circa Tyrrhiam (Curiam?) quam vocant, æs ejusdem generis provenire : in minuta enim frusta concisum seritur, ut videtur; deinde, pluviis supervenientibus, augetur ac germinat, atque ita colligitur.

CAP. XLIV.

Φασὶ δὲ καὶ ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ ἐν τοῖς ἐξορυσσομένοις τόποις τῆς γῆς πάλιν ἀναπληρώματα γίνεσθαι.

(42) In Melo quoque insula ferunt effossas terræ cavernas alia subcrescente humo rursum compleri.

CAP. XLV.

Περὶ Παιονίαν λέγουσιν, ὅταν συνεχεῖς ὄμβροι γένωνται, εὑρίσκεσθαι περιτηκομένης τῆς γῆς, χρυσὸν τὸν καλούμενον ἄπυρον. (43) Λέγουσι δ' ἐν τῇ Παιονίᾳ οὕτω χρυσίζειν τὴν γῆν ὥστε πολλοὺς εὑρηκέναι καὶ ὑπὲρ μνᾶν χρυσίου ὁλκήν. Τῷ δὲ βασιλεῖ τινά φασιν εὑρόντα ἀνενεγκεῖν δύο βώλους, τὸν μὲν τρεῖς μνᾶς ἄγοντα, τὸν δὲ πέντε· οὓς φασιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτῷ παραχεῖσθαι, καὶ ἐπ' ἐκείνων πρῶτον, εἴ τι ἐσθίει, ἀπάρχεσθαι.

(43) Circa Pæoniam dicunt, adsiduis imbribus ingruentibus terra liquescente, aurum quod ignis expers vocant, inveniri. In Pæonia ferunt, adeo fertile auro solum esse, ut a multis vel pondus minam excedens repertum sit. Ex eo regi repertorem quemdam adtulisse ferunt glebas duas, quarum altera quidem tres, altera vero quinque libras adpenderet, atque eas aiunt regi in mensa adpositas esse, inque iis si quid edat, antea primitias offerre.

CAP. XLVI.

(44) Φασὶ δὲ καὶ ἐν Βάκτροις τὸν Ὦξον ποταμὸν καταφέρειν βωλία χρυσίου πλήθει πολλά, καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ δὲ τὸν καλούμενον Θεόδωρον ποταμὸν ἐκβράσσειν τε πολὺ περὶ τὰ χείλη χρυσίον, ὁμοίως δὲ καὶ καταφέρειν.

(44) Aiunt et apud Bactros Oxum fluvium glebulas auri numero multas deferre, itemque in Iberia fluvium Theodorum (Thermodontem?) dictum in littora multum ejicere aurum, similiterque et deferre.

Digitized by Google

CAP. XLVII.

(45) Λέγουσι δὲ καὶ ἐν Πιερίᾳ τῆς Μακεδονίας ἄσημόν τι χρυσίον κατορωρυγμένον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων βασιλέων, χασμάτων [τε] τεττάρων ὄντων, ἐξ ἑνὸς αὐτῶν ἀναφῦναι χρυσίον τὸ μέγεθος σπιθαμιαῖον.

(45) In Pieria Macedoniæ quoque fertur aurum quoddam non signatum defossum esse a regibus priscis, ac quum quatuor adessent hiatus, ex eorum uno aurum pullulasse magnitudine dodrantale.

CAP. XLVIII.

(46) Λέγεται δ' ἰδιαιτάτην εἶναι γένεσιν σιδήρου τοῦ Χαλυδικοῦ καὶ τοῦ Ἀμισηνοῦ· συμφύεται γάρ, ὥς γε λέγουσιν, ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης ἐκ τῶν ποταμῶν. Ταύτην δ' οἱ μὲν ἁπλῶς φασι πλύνοντας καμινεύειν, οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν τὴν γενομένην ἐκ τῆς πλύσεως πολλάκις πλυθεῖσαν συγκαίειν, παρεμβάλλειν δὲ τὸν πυρίμαχον καλούμενον λίθον· εἶναι δ' ἐν τῇ χώρᾳ πολύν. Οὗτος δ' ὁ σίδηρος πολὺ τῶν ἄλλων γίνεται καλλίων. Εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ καμίνῳ ἐκαίετο, οὐδὲν ἄν, ὡς ἔοικε, διέφερε τἀργυρίου. Μόνον δέ φασιν αὐτὸν ἀνίωτον εἶναι, οὐ πολὺν δὲ γίνεσθαι.

(46) Fertur autem peculiarissima generatio esse ferri Chalybici Amisenique, ut quod ex sabulo quod a fluviis defertur, ut perhibent certe, conflatur. Alii simpliciter lotum in fornace excoqui, alii vero, quod ex lotura subsedit, frequentius lotum comburi tradunt, adjecto simul et pyrimacho dicto lapide, qui in ista regione plurimus reperiri fertur. Hoc genus ferri reliquis est multo præstantius, et nisi una fornace ureretur, ab argento nullo pacto, ut videtur, differret. Solum hoc rubiginis expers esse fertur, ceterum non provenire copiosum.

CAP. XLIX.

(47) Φασὶ δὲ καὶ ἐν Ἰνδοῖς τὸν χαλκὸν οὕτως εἶναι λαμπρὸν καὶ καθαρὸν καὶ ἀνίωτον, ὥστε μὴ διαγινώσκεσθαι τῇ χρόᾳ πρὸς τὸν χρυσόν, ἀλλ' ἐν τοῖς Δαρείου ποτηρίοις βατιακὰς εἶναί τινας καὶ πλείους, ἃς εἰ μὴ τῇ ὀσμῇ, ἄλλως οὐκ ἦν διαγνῶναι, πότερόν εἰσι χαλκαῖ, ἢ χρυσαῖ.

(47) Aiunt et apud Indos æs adeo splendidum sincerumque ac rubiginis expers esse, ut colore ab auro discerni nequeat, verum inter Darii pocula batiacas quasdam esse sat multas, quas nisi olfactus judicio, discernere non liceret æneæne essent, an aureæ.

CAP. L.

(48) Τὸν κασσίτερον τὸν Κελτικὸν τήκεσθαί φασι πολὺ τάχιον μολύβδου. Σημεῖον δὲ τῆς εὐτηξίας ὅτι τήκεσθαι δοκεῖ καὶ ἐν τῷ ὕδατι. Χρώζει γοῦν, ὡς ἔοικε, ταχύ· τήκεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ψύχεσιν, ὅταν γένηται πάγη, ἐγκατακλειομένου ἐντός, ὡς φασι, καὶ συνωθουμένου τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ, διὰ τὴν ἀσθένειαν.

(48) Stannum ferunt Celticum multo quam plumbum citius liquefieri. Argumento cur facile liquescat, est quod etiam in aquis liquescere videtur. Hinc, ut videtur, cito tingit; sed et in frigoribus liquescit, gelu ingravescente, calore quæ ei inerat, intus, ut ferunt, concluso et compulso ob debilitatem.

CAP. LI.

(49) Ἐν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία, καλεῖται δὲ καλλιστέφανος· ταύτης πάντα τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις ἐναντία πέφυκεν. Ἔξω γάρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά, ἀφίησί τε τοὺς πτόρθους, ὥσπερ ἡ μύρτος, εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους. Ἀπὸ ταύτης φυτὸν λαβὼν ὁ Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν Ὀλυμπιάσιν, ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθληταῖς δίδονται. Ἔστι δ' αὕτη παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ποταμόν, σταδίους ἑξήκοντα τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα· περιφκοδόμηται δέ, καὶ ζημία μεγάλη τῷ θιγόντι αὐτῆς ἐστιν. Ἀπὸ ταύτης δὲ τὸ φυτὸν λαβόντες ἐφύτευσαν Ἠλεῖοι ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ τοὺς στεφάνους ἀπ' αὐτῆς ἔδωκαν.

(49) In Pantheo olea est, quam callistephanum vocant, omnia folia reliquis oleis contraria producendo, quippe quæ extra, non vero intus, partem habent pallidiorem. Ramos mittit, quemadmodum myrtus, ad coronas accommodatos. Inde sumptam plantam Hercules, in gratiam ludorum Olympicorum plantavit: hinc athletis coronæ dantur. Invenitur hæc prope Ilissum fluvium, stadiis sexaginta ab eo distans. Circumquaque domus exstructæ sunt, ac ne quis tangat, grandi mulcta cavetur. Hinc et Elei decerptum surculum Olympiæ plantarunt, et coronas inde donarunt.

Digitized by Google

CAP. LII.

(53) Ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν μετάλλοις τοῖς περὶ Πέργαμον, ἃ δὴ καὶ Κροῖσος εἰργάσατο, πολέμου τινὸς γενομένου, κατέφυγον οἱ ἐργαζομενοι ἐπ' αὐτά, τοῦ δὲ στομίου ἐποικοδομηθέντος ἀπεπνίγησαν, καὶ ὕστερον χρόνῳ πολλῷ τῶν μετάλλων ἀνακαθαρθέντων εὑρέθη οἷς ἐχρῶντο, ἀγγείοις πρὸς τὰς ὑπὸ χεῖρα χρείας ἀπολελιθωμένα, οἷον ἀμφορεῖς καὶ τὰ τοιουτότροπα. Ταῦτα δὴ πεπληρωμένα οὔ τινος ἔτυχον ὑγροῦ, ἐλελίθωτο, καὶ προσέτι τὰ ὀστᾶ τῶν ἀνθρώπων.

(50) *In* metallis Lydiæ circa Pergamum, quæ sane et Crœsus coluerat, bello quodam exorto, opifices in ea confugerunt; obstructo vero ostio, suffocati sunt, atque longo post temporum intervallo, repurgatis rursum metallis, in lapidem conversa invenerunt vasa, quæ ad manuarios usus adhibebant, ceu amphoras et alia hujusmodi. Hæc sane humore quem fors tulerat, repleta in lapides indurata erant, et juxta etiam ossa hominum.

CAP. LIII.

(54) Ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ οὕτω νιτρῶδές ἐστι τὸ ὕδωρ ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος προσδεῖσθαι, κἂν πλείω χρόνον ἐν τῷ ὕδατι ἐάσῃ τις, διαπίπτει.

(51) In lacu Ascanio aqua adeo nitrosa est, ut vestibus nihilo alio sit opus ad detergendum; diffluunt vero, si quis diutius in aqua reliquerit.

CAP. LIV.

(55) Περὶ τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Πυθόπολίς ἐστι κώμη ἀπέχουσα Κίου ὡς σταδίους ἑκατὸν εἴκοσιν, ἐν ᾗ τοῦ χειμῶνος ἀναξηραίνεται πάντα τὰ φρέατα, ὥστε μὴ ἐνδέχεσθαι βάψαι τὸ ἀγγεῖον, τοῦ δὲ θέρους πληροῦται ἕως τοῦ στόματος.

(52) Circa Ascanium lacum Pythopolis est, qui vicus Cio circiter centum et viginti stadia distat. Hic hyeme putei omnes ita exsiccantur, ut haustrum immergere non liceat; æstate vero ad ostium usque implentur.

CAP. LV.

(56) Ὁ πορθμὸς ὁ μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας αὔξεται καὶ φθίνει ἅμα τῷ σελήνῳ.

(53) Fretum inter Siciliam et Italiam una cum luna intumescit et subsidet.

CAP. LVI.

(57) Καὶ διότι ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι οὔτε μεγάλη, οὔθ' ὕδωρ ἔχουσα πολύ· συναπαντήσαντος δ' εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ, παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον.

(54) Porro in prato ad viam quæ Syracusas ducit, fontem esse [ferunt] neque amplum, nec aqua larga scaturientem : quem ad locum, quum turba ingens confluxisset, præbuit aquarum abundantem copiam.

CAP. LVII.

(58) Ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος· αὕτη δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἐξ πήχεις, ὥσθ' ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι καταικλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον, καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸ καθίστασθαι. Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος, ὃς ἅγιος αὐτόθι δοκεῖ εἶναι· ὅσα γὰρ ὀμνυσί τις, γράψας εἰς πινακίδιον ἐμβάλλει εἰς τὸ ὕδωρ. Ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει τὸ πινακίδιον· ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινακίδιον βαρὺ γενόμενον ἀφανίζεσθαί φασι, τὸν δ' ἄνθρωπον πίμπρασθαι· διὸ δὴ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύας ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερόν.

(55) Est et fons quidam in Palicis Siciliæ, ecto circiter accubantium spatium occupans, qui aquas ad sex cubitorum altitudinem ejicit, ita ut qui hoc viderint, putent fore ut campus submergatur, atque deinceps rursus ad pristinum statum redit. Exstat præterea jusjurandum quod hic sanctum esse videtur: quæ enim cumque quis juraverit, tabulæ inscripta in fontem conjicit. Quodsi igitur religiose juraverit, supernatat tabula; sin secus, tabellam quidem pondere depressam eripi ferunt ex oculis, hominem vero uri : quocirca et fidejussorem ab ipso capere sacerdotem de templo ab aliquo expiando.

www.ibtool.com.cn

Digitized by Google

CAP. LVIII.

(56) Δημόνησος ἡ Καλχηδονίων νῆσος ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν· ἔχει δ' ὁ τόπος κυάνου τὸ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλης. Ταύτης δ' ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν· καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν. Ἔστι δ' αὐτόθι χαλκὸς κολυμβητὴς ἐν δυοῖν ὀργυιαῖς τῆς θαλάσσης· ὅθεν ὁ ἐν Σικυῶνί ἐστιν ἀνδριὰς ἐν τῷ ἀρχαίῳ νεῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἐν Φενεῷ οἱ ὀρείχαλκοι καλούμενοι. Ἐπιγέγραπται δ' αὐτοῖς « Ἡρακλῆς Ἀμφιτρύωνος Ἤλιν ἑλὼν ἀνέθηκεν. » Αἱρεῖ δὲ τὴν Ἤλιν ἡγουμένης κατὰ χρησμὸν γυναικός, ἧς τὸν πατέρα Αὐγείαν ἀπέκτεινεν. Οἱ δὲ τὸν χαλκὸν ὀρύττοντες ὀξυδερκέστατοι γίνονται, καὶ οἱ βλεφαρίδας μὴ ἔχοντες φύουσιν· παρὸ καὶ οἱ ἰατροὶ τῷ ἄνθει τοῦ χαλκοῦ καὶ τῇ τέφρᾳ τῇ Φρυγίᾳ χρῶνται πρὸς τοὺς ὀφθαλμούς.

(56) Demonesus Chalcedoniorum insula a Demoneso primo cultore nomen traxit; continet vero hicce locus cyani chrysocollæque fodinam. Hujus autem pulcherrima species aurum contra venit: oculorum enim medicamentum est. Sed æs urinatorum ibidem est ad passus duos infra maris superficiem, unde conflata statua est quæ Sicyone in vetusto Apollinis templo exstat, (57) uti et Phenei quæ orichalci adpellantur, inscriptione ejusmodi insignitæ « Hercules Amphitryoniades Elide capta dedicavit. » Capit autem Elidem, secundum oraculum duce femina, cujus patrem necarat Augiam. Qui æs hoc effodiunt, visu redduntur acutissimo, et si ciliis forte careant, tum nascuntur: quapropter et medici florem æris cineremque Phrygium oculis medicandis adhibent.

CAP. LIX.

(57) Ἔστι δ' αὐτόθι σπήλαιον ὃ καλεῖται γλαφυρόν· ἐν δὲ τούτῳ κίονες πεπήγασιν ἀπό τινων σταλαγμῶν. Ἀποδηλοῖ δὲ τοῦτο ἐν τῇ συναγωγῇ τῇ πρὸς τὸ ἕδαφος· ἔστι γὰρ ταύτῃ στενώτατον.

(58) Eodem loco spelunca est, quam venustam vocant, in qua columnæ e stillicidiis quibusdam concreverunt: id quod inde apparet, quod solum versus contrahuntur: hac enim parte angustissimum est.

CAP. LX.

(61) Ἐκ τοῦ ζεύγους δὲ τῶν ἀετῶν θάτερον τῶν ἐγγόνων ἁλιαίετος γίνεται παραλλάξ, ἕως ἂν σύζυγα γένηται. Ἐκ δ' ἁλιαιέτων φήνη γίνεται, ἐκ δὲ τούτων περχνοὶ καὶ γῦπες· οὗτοι δ' οὐκέτι διορίζουσι περὶ τοὺς γῦπας, ἀλλὰ γεννῶσι τοὺς μεγάλους γῦπας· οὗτοι δ' εἰσὶν ἄγονοι. Σημεῖον δὲ τοῦτο, ὁιότι νεοττιὰν οὐδεὶς ἑώρακε γυπὸς μεγάλου.

(59) Ex aquilarum pari alter pullus aquila fit marina vicissim, donec conjuges adsint. Ex aquilis marinis vero nascitur ossifraga, atque ex his percni et vultures; hi vero vulturni generis limites non amplius excedunt, sed grandes vultures gignunt, atque hi steriles sunt. Indicio est quod vulturis magni nidus nemini mortalium visus sit.

CAP. LXI.

(62) Θαυμαστὸν δέ τί φασιν ἐν Ἰνδοῖς περὶ τὸν ἐκεῖ μόλυβδον συμβαίνειν· ὅταν γὰρ τακεὶς εἰς ὕδωρ καταχυθῇ ψυχρόν, ἐκπηδᾶν ἐκ τοῦ ὕδατος.

(60) Mirandum quid evenire narrant apud Indos circa plumbum quod ibi exstat: liquefactum enim si aquæ frigidæ infundatur, exsilire traditur ex ea.

CAP. LXII.

(63) Φασὶ τὸν Μοσσύνοικον χαλκὸν λαμπρότατον καὶ λευκότατον εἶναι, οὐ παραμιγνυμένου αὐτῷ κασσιτέρου, ἀλλὰ γῆς τινος αὐτοῦ γινομένης καὶ συνεψομένης αὐτῷ. Λέγουσι δὲ τὸν εὑρόντα τὴν κρᾶσιν μηδένα διδάξαι· διὸ τὰ προγεγονότα ἐν τοῖς τόποις χαλκώματα διάφορα, τὰ δ' ἐπιγινόμενα οὐκέτι.

(61) Æs Mossynœcum splendidissimum atque candidissimum esse ferunt, quum ei non admiscetur stannum, sed terra quædam isthic nascens quacum coquitur. Atque ejus temperaturæ primum inventorem narrant neminem docuisse, et proinde æramenta olim iis in locis facta præstantissima esse, quæ vero exinde fiunt, non item.

CAP. LXIII.

(61) Ἐν τῷ Πόντῳ λέγουσι τοῦ χειμῶνος τῶν ὀρνέων τινὰ εὑρίσκεσθαι φωλεύοντα, οὔτ' ἀφοδεύοντα, οὔτε δ' ὅταν τὰ πτερὰ αὐτῶν τίλλωσιν, αἰσθάνεσθαι, οὔθ' ὅταν ἐπὶ τὸν ὀβελίσκον ἀναπαρῇ, ἀλλ' ὅταν ὑπὸ

(62) Aiunt in Ponto aves quasdam reperiri, quæ hyeme lateant, neque stercus egerant, neque sensu afficiantur ullo, ubi alæ earum vellicantur, vel ipsæ veru transfi-

www.ertool.com.cn

Digitized by Google

τοῦ πυρὸς διακαυθῆ. Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἰχθύων λέγουσι περικοπέντας καὶ περιτμηθέντας μὴ αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ὅταν ὑπὸ τοῦ πυρὸς διαθερμανθῶσιν.

guntur, sed igne perustæ tantummodo. Piscium quoque multos mutilatos et circumsectos non sentire dicunt, nisi ubi igne percaluerint.

www.libtool.com.cn

CAP. LXIV.

(65) Ἡ μέλιττα δοκεῖ τὰς τροπὰς σημαίνειν τῷ ἐπὶ τὰ ἔργα βαδίζειν, ᾧ καὶ οἱ μελιττοπόλοι σημείῳ χρῶνται· ἠρεμία γὰρ αὐτῶν γίνεται. Δοκοῦσι δὲ καὶ οἱ τέττιγες ᾄδειν μετὰ τροπάς.

(63) Apis solstitia denuntiare videtur suo ad labores egressu, quo et apiarii utuntur signo, quippe qui tum quietem agunt. Videntur et cicadæ post solstitia canere.

CAP. LXV.

(66) Φασὶ δὲ καὶ τὸν ἐχῖνον ἄσιτον διαμένειν ἄχρι ἐνιαυτοῦ.

(64) Erinaceum ad anni usque spatium mediam tolerare tradunt.

CAP. LXVI.

(67) Τὸν δὲ γαλεώτην, ὅταν ἐκδύσηται τὸ δέρμα, καθάπερ οἱ ὄφεις, ἐπιστραφέντα καταπίνειν· τηρεῖσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν διὰ τὸ χρήσιμον εἶναι τοῖς ἐπιληπτικοῖς.

(65) Stellionem, quum exuvias more serpentum abjecerit, conversum devorare aiunt : observari enim medicis ob usum, quem comitialibus præstat.

CAP. LXVII.

(68) Αἴγουσι δὲ καὶ τὸ τῆς ἄρκτου στέαρ, ὅταν διαπεπηγὸς ᾖ διὰ τὸν χειμῶνα, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐκείνη φωλεύῃ, αὐξάνεσθαι καὶ ὑπεραίρειν τὰ ἀγγεῖα ἐν οἷς ἂν ᾖ.

(66) Ursæ quoque adipem aiunt hyeme congelatum, quocumque tempore illa latuerit, augeri atque vasa quibuscumque contineatur, supergredi.

CAP. LXVIII.

(69) Ἐν Κυρήνῃ φασὶ τοὺς ὄντας βατράχους ἀφώνους τὸ παράπαν εἶναι, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ ἐν τῇ τῶν Ἡμαθιωτῶν χώρᾳ τοὺς σῦς εἶναι μώνυχας.

(67) Cyrenis quæ inveniuntur ranæ, voce prorsus carere aiunt, et in Macedonia in Emathiotarum regione sues solidipedes esse.

CAP. LXIX.

(70) Ἐν Καππαδοκίᾳ φασὶν ἡμιόνους εἶναι γονίμους, καὶ ἐν Κρήτῃ αἰγείρους καρποφόρους.

(68) In Cappadocia ferunt mulas fœcundas esse, et in Creta populos nigras fructus proferentes.

CAP. LXX.

(71) Φασὶ δὲ καὶ ἐν Σερίφῳ τοὺς βατράχους οὐκ ᾄδειν· ἐὰν δ' εἰς ἄλλον τόπον μετενεχθῶσιν, ᾄδουσιν.

In Seripho quoque ranas canere negant; quodsi vero alio transferantur, canunt.

CAP. LXXI.

(72) Ἐν Ἰνδοῖς ἐν τῷ Κέρατι καλουμένῳ ἰχθύδιά φασι γίνεσθαι ἃ ἐν τῷ ξηρῷ πλανᾶται καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ποταμόν.

Pisciculos nasci ferunt in eo quod Cornu vocant, apud Indos, qui per siccos locos oberrent ac rursus in flumen se recipiant.

CAP. LXXII.

(73) Φασὶ δὲ καὶ περὶ Βαβυλῶνά τινες ἰχθύας τινὰς μένειν ἐν ταῖς τρώγλαις ταῖς ἐχούσαις ὑγρότητα, ξηραινομένου τοῦ ποταμοῦ· τούτους ἐξιόντας ἐπὶ τὰς ἄλως νέμεσθαι, καὶ βαδίζειν ἐπὶ τῶν πτερύγων, καὶ

(69) Circa Babylonem quoque aiunt quidam in cavernis humorem continentibus pisciculos aliquos remanere, ubi flumen desiccatur; hos ad areas pastum prodire pinnis in-

Digitized by Google

ἀνακινεῖν τὴν οὐράν, καὶ ὅταν διώκωνται, φεύγειν καὶ εἰσδύντας ἀντιπροσώπως ἵστασθαι· πολλάκις γὰρ προσιέναι τινὰς καὶ ἐρεθίζειν. Ἔχουσι δὲ τὴν κεφαλὴν ὁμοίαν βατράχῳ θαλαττίῳ, τὸ δ' ἄλλο σῶμα κωβιῷ, βραγχία δ' ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἰχθύες.

cedentes caudamque quassantes; ceterum fugere ubi persequuntur, latebrasque subeuntes ex adverso consistere: sæpe enim adire quosdam atque irritare. Caput habent ranæ marinæ simile, reliquum corpus vero gobio, et branchias uti et reliqui pisces.

CAP. LXXIII.

(74) Ἐν Ἡρακλείᾳ δὲ τῇ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ ἐν Ῥηγίῳ γίνεσθαί φασιν ὀρυκτοὺς ἰχθῦς, τούτους δὲ μάλιστα κατὰ τὰ ποτάμια καὶ τὰ ἔνυδρα χωρία· συμβαίνειν δέ ποτε, ἀναξηραινομένων τῶν χωρίων κατά τινας χρόνους, συστέλλεσθαι κατὰ γῆς, εἶτα μᾶλλον ἀναξηραινομένης, διώκοντας τὴν ὑγρότητα δύεσθαι εἰς τὴν ὕλην, εἶτα ξηραινομένης διαμένειν ἐν τῇ ἰκμάδι, ὥσπερ τὰ ἐν ταῖς φωλεαῖς διαρκοῦντα· ὅταν δὲ ἀνασκάπτωνται πρὶν ἢ τὰ ὕδατα ἐπιγενέσθαι, τότε κινεῖσθαι.

(70) Heraclem in Ponto et Rhegii pisces fieri fossiles dicuntur, maxime in locis humidis fluviisque propioribus; contingere autem interdum ferunt, ut arescentibus iis locis certis temporibus, sub terra sese contrahant, deinde invalescente siccitate, humorem sectantes, lutum subeant; posthac tandem, eo quoque siccescente, in humore permanere, sicut animalia quæ hyeme in latebris perdurant; ceterum si antequam supervenerint aquæ, effodiantur, tunc moveri.

CAP. LXXIV.

(75) Φασὶ δὲ καὶ περὶ Παφλαγονίαν τοὺς ὀρυκτοὺς γίνεσθαι ἰχθῦς κατὰ βάθους, τούτους δὲ τῇ ἀρετῇ ἀγαθούς, οὔθ' ὑδάτων φανερῶν πλησίον ὄντων, οὔτε ποταμῶν ἐπιρρεόντων, ἀλλ' αὐτῆς ζωογονούσης τῆς γῆς.

(71) In Paphlagonia quoque pisces alte ex terra effodi aiunt, eosque virtute præstantes, etiamsi nec aquæ in proximo appareant, neque illabantur flumina, sed ipsa terra animalia procreante.

CAP. LXXV.

(76) Τὰς ἐν Ἠπείρῳ ἐλάφους κατορύττειν φασὶ τὸ δεξιὸν κέρας, ὅταν ἀποβάλωσι, καὶ εἶναι πρὸς πολλὰ χρήσιμον.

(72) Cervos in Epiro dextrum cornu abjectum aiunt defodere, idque rebus multis utile esse.

CAP. LXXVI.

(78) Καὶ τὴν λύγκα δέ φασι τὸ οὖρον καταχαλύπτειν διὰ τὸ πρὸς ἄλλα τε χρήσιμον εἶναι, καὶ τὰς σφραγῖδας.

(74) Lyncem quoque ferunt urinam abscondere, quippe cum ad alios usus, tum sigillis conficiendis idoneam.

CAP. LXXVII.

Φασὶ δὲ καὶ τὴν φώκην ἐξεμεῖν τὴν πυτίαν, ὅταν ἁλίσκηται· εἶναι δὲ φαρμακώδες καὶ τοῖς ἐπιλήπτοις χρήσιμον.

(73) Phocam etiam aiunt coagulum vomere captam: esse enim medicamentosum et comitialibus utile.

CAP. LXXVIII.

(79) Λέγεται δὲ περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐν τῷ Κιρκαίῳ ὄρει φάρμακόν τι φύεσθαι θανάσιμον, ὃ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν ὥστε, ἂν προσρανθῇ τινι, παραχρῆμα πίπτειν ποιεῖ, καὶ τὰς τρίχας τὰς ἐν τῷ σώματι ἀπομαδᾶν, καὶ τὸ σύνολον τοῦ σώματος διαρρεῖν τὰ μέλη, ὥστε τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος εἶναι τῶν ἀπολλυμένων ἐλεεινήν. Τοῦτο δέ φασι μέλλοντας διδόναι Κλεωνύμῳ τῷ Σπαρτιάτῃ Αὔλον τὸν Πευκέτιον καὶ Γάϊον φωραθῆναι, καὶ ἐξετασθέντας ὑπὸ Ταραντίνων θανατωθῆναι.

(75) Fertur circa Italiam in Circæo monte letale venenum quoddam nasci, ejusmodi vi ut si quis eo conspergatur, confestim ipse concidat, pilis corpus nudetur, ac in universum membra corporis diffluant, ita ut miserabilis sit morientium corporis superficies. Hoc ferunt Aulum Peucetium Gaiumque Cleonymo Spartiatæ insidiatos esse, verum deprehensos atque in jus vocatos a Tarentinis supplicio adfectos.

www.libgol.com.cn

Digitized by Google

CAP. LXXIX.

(80) Ἐν τῇ Διομηδείᾳ νήσῳ, ἣ κεῖται ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, φασὶν ἱερόν τι εἶναι τοῦ Διομήδους θαυμαστόν τε καὶ ἅγιον, περὶ δὲ τὸ ἱερὸν κύκλῳ περικαθῆσθαι ὄρνιθας μεγάλους τοῖς μεγέθεσι, καὶ ῥύγχη ἔχοντας μεγάλα καὶ σκληρά. Τούτους λέγουσιν, ἐὰν μὲν Ἕλληνες ἀποβαίνωσιν εἰς τὸν τόπον, ἡσυχίαν ἔχειν, ἐὰν δὲ τῶν βαρβάρων τινὲς τῶν περιοίκων, ἀνίπτασθαι καὶ αἰωρουμένους καταράσσειν αὐτοὺς εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ τοῖς ῥύγχεσι τιτρώσκοντας ἀποκτείνειν. Μυθεύεται δὲ τούτους γενέσθαι ἐκ τῶν ἑταίρων τῶν τοῦ Διομήδους, ναυαγησάντων μὲν αὐτῶν περὶ τὴν νῆσον, τοῦ δὲ Διομήδους δολοφονηθέντος ὑπὸ τοῦ Αἰνέου τοῦ τότε βασιλέως τῶν τόπων ἐκείνων γενομένου.

(76) In Diomedea insula maris Adriatici ferunt Diomedis templum quoddam reperiri admirandum et religione sacrum, circum quod aves in circulum consident, magnitudine vastæ, rostris magnis et duris: quæ Græcis quidem accedentibus, quietem agant, barbaris vero aliquibus eorum qui accolunt, subvolent sublatæque in capita eorum sese conjiciant eosque rostris vulnerantes interimant. Fabulantur has quondam ex sociis Diomedis factas fuisse, quum circa eam insulam naufragium fecissent, Diomedesque ab Ænea, qui tunc temporis horum locorum rex erat, dolo necatus esset.

CAP. LXXX.

(81) Παρὰ τοῖς Ὀμβρικοῖς φασι τὰ βοσκήματα τίκτειν τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτοῖς τὴν γῆν πολλαπλασίους ἀνίεσθαι τῶν καταβαλλομένων· εἶναι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας πολυγόνους καὶ σπανίως ἓν τίκτειν, τὰς δὲ πλείστας δύο καὶ τρία.

(77) Apud Umbros aiunt pecora annis singulis ternos partus edere, terramque multiplicem serentibus frugem reddere, sed et mulieres fœcundas esse vehementer, ut quæ raro unum, sed pleræque geminos aut ternos enitantur.

CAP. LXXXI.

(82) Ἐν ταῖς Ἠλεκτρίσι νήσοις, αἳ κεῖνται ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου, φασὶν εἶναι δύο ἀνδριάντας ἀνακειμένους, τὸν μὲν κασσιτέρινον, τὸν δὲ χαλκοῦν, εἰργασμένους τὸν ἀρχαῖον τρόπον. Λέγεται δὲ τούτους Δαιδάλου εἶναι ἔργα, ὑπόμνημα τῶν πάλαι, ὅτε Μίνω φεύγων ἐκ Σικελίας καὶ Κρήτης εἰς τούτους τοὺς τόπους παρέβαλεν. Ταύτας δὲ τὰς νήσους φασὶ προκεχωκέναι τὸν Ἠριδανὸν ποταμόν. Ἔστι δὲ καὶ λίμνη, ὡς ἔοικε, πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα καὶ χαλεπὴ ἀποπνεῖ, καὶ οὔτε ζῷον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτ' ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. Ἔχει δὲ τὸν μὲν κύκλον σταδίων διακοσίων, τὸ δ' εὖρος ὡς δέκα. Μυθεύουσι δ' οἱ ἐγχώριοι Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην· εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους πολλάς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. Τοῦτο δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμει, ἀποσκληρύνεσθαι δ' ὡσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ἕλληνας. Εἰς ταύτας οὖν τὰς νήσους Δαίδαλόν φασιν ἐλθεῖν, καὶ κατασχόντα αὐτὰς ἀναθεῖναι ἐν μιᾷ αὐτῶν τὴν αὐτοῦ εἰκόνα, καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ Ἰκάρου ἐν τῇ ἑτέρᾳ· ὕστερον δ' ἐπιπλευσάντων ἐπ' αὐτοὺς Πελασγῶν τῶν ἐκπεσόντων ἐξ Ἄργους φυγεῖν τὸν Δαίδαλον, καὶ ἀφικέσθαι εἰς Ἴκαρον τὴν νῆσον.

(78) In Electridibus insulis in maris Adriatici recessu sitis duæ statuæ dedicatæ esse feruntur ad formam priscam elaboratæ, stannea altera, alteraænea, Dædali opus, ut ferunt, monumentumque rerum priscarum, quum ipse Minoa fugiens ex Sicilia Cretaque ad hæc loca adpulit. Eæ insulæ ab Eridano flumine exaggeratæ esse traduntur. (79) Præterea et juxta flumen, ut videtur, lacus est, aquam calidam continens. Odorem is exhalat gravem et molestum, neque animal ullum inde bibit, neque avis supervolat, quin decidat ac moriatur. Ambitus ejus est cc stadiorum, latitudo x circiter. In hunc lacum Phaëthonta fulmine ictum delapsum fabulantur adcolæ, esse vero populos nigras in ea frequentes, unde quod vocant electrum decidit. Id vero gummi simile esse ferunt lapidisque instar indurescere, collectumque ab incolis in Græciam deportari. In has ergo insulas devenisse Dædalum, illasque occupasse ferunt, et imaginem in una suam, in altera Icari filii dedicasse; postea vero adpellentibus Pelasgis Argo ejectis, fugisse Dædalum et venisse in Icarum insulam.

CAP. LXXXII.

(83) Ἐν τῇ Σικελίᾳ περὶ τὴν καλουμένην Ἔνναν σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι, περὶ ὃ κύκλῳ πεφυκέναι

(80) Circa Siciliæ urbem Ennam dictam est, ut inquiunt, spelunca, quam circa florum cum reliquorum

www.tinoof.com.cn

Digitized by Google

φασὶ τῶν τ' ἄλλων ἀνθέων πλῆθος ἀνὰ πᾶσαν ὥραν, πολὺ δὲ μάλιστα τῶν ἰων ἀπέραντόν τινα τόπον συμπεπληρῶσθαι, ἃ τὴν σύνεγγυς χώραν εὐωδίας πληροῖ, ὥστε τοὺς κυνηγοῦντας, τῶν κυνῶν κρατουμένων ὑπὸ τῆς ὀδμῆς, ἐξαδυνατεῖν τοὺς λαγὼς ἰχνεύειν. Διὰ δὲ τούτου τοῦ χάσματος ἀσυμφανής ἐστιν ὑπόνομος, καθ' ὃν φασι τὴν ἁρπαγὴν ποιήσασθαι τὸν Πλούτωνα τῆς Κόρης. Εὑρίσκεσθαι δὲ φασιν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ πυρούς, οὔτε τοῖς ἐγχωρίοις ὁμοίους οἷς χρῶνται, οὔτ' ἄλλοις ἐπεισάκτοις, ἀλλ' ἰδιότητά τινα μεγάλην ἔχοντας. Καὶ τούτῳ σημειοῦνται τὸ πρώτως παρ' αὐτοῖς φανῆναι πύρινον καρπόν· ὅθεν καὶ τῆς Δήμητρος ἀντιποιοῦνται, φάμενοι παρ' αὐτοῖς τὴν θεὸν γεγονέναι.

copia crescit omni anni tempore, tum inprimis ante omnia violis immensum quoddam spatium obtegitur, quæ finitima loca adeo fragrantia sua replent, ut venatores, quippe quum canes ab odore vincuntur, leporum vestigia sequi nequeant. Ac sub eodem hiatu imperspicuum quoddam antrum est, per quod Proserpinam rapuisse fertur Pluto. Triticumque eo loco reperiri traditur, nec indigenæ quo utuntur, neque alii advectitio simile, sed perquam singulari proprietate insigne : quo argumento probant apud ipsos primum triticeam frugem conspectam esse, ac proinde Cererem colunt, perhibentes deam apud ipsos natam esse.

CAP. LXXXIII.

(81) Ἐν Κρήτῃ λύκους καὶ ἄρκτους τούς τ' ἔχεις, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις θηρία οὐ φασι γίνεσθαι διὰ τὸ τὸν Δία γενέσθαι ἐν αὐτῇ.

(81) In Creta lupos, ursos, viperas, eodemque modo his similes feras nullas nasci dicunt, quoniam Jupiter isthic natus est.

CAP. LXXXIV.

(82) Ἐν τῇ θαλάσσῃ τῇ ἔξω Ἡρακλείων στηλῶν φασιν ὑπὸ Καρχηδονίων νῆσον εὑρεθῆναι ἐρήμην, ἔχουσαν ὕλην τε παντοδαπὴν καὶ ποταμοὺς πλωτούς, καὶ τοῖς λοιποῖς καρποῖς θαυμαστήν, ἀπέχουσαν δὲ πλειόνων ἡμερῶν πλοῦν· ἐν ᾗ ἐπιμισγομένων τῶν Καρχηδονίων πολλάκις διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, ἐνίων γε μὴν καὶ οἰκούντων, τοὺς προεστῶτας τῶν Καρχηδονίων ἀπείπασθαι θανάτῳ ζημιοῦν τοὺς εἰς αὐτὴν πλευσομένους, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας πάντας ἀφανίσαι, ἵνα μὴ διαγγέλλωσι, μηδὲ πλῆθος συστραφὲν ἐπ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν νῆσον κυρίας τύχῃ καὶ τὴν τῶν Καρχηδονίων εὐδαιμονίαν ἀφέληται.

(82) In mari extra columnas Herculis aiunt a Carthaginiensibus insulam desertam inventam esse, tam sylvarum multiplici copia quam fluminibus navigationi idoneis abundantem reliquisque fructibus admirandam, distantem plurium dierum itinere : in quam quum Carthaginienses ob fertilitatem sæpius commearent, imo nonnulli ibi sedem figerent, Carthaginiensium magistratus decrevisse ultimo supplicio mulctandos esse qui ad eam navigare contenderent, incolasque omnes peremisse, ne divulgarent, neve cœtus, dum ipsi rebus præessent, in insulam congregaretur imperioque potiretur, Carthaginiensesque prosperitate privaret.

CAP. LXXXV.

(83) Ἐκ τῆς Ἰταλίας φασὶν ἕως τῆς Κελτικῆς καὶ Κελτολιγύων καὶ Ἰβήρων εἶναί τινα ὁδὸν Ἡράκλειαν καλουμένην, δι' ἧς ἐάν θ' Ἕλλην, ἐάν τ' ἐγχώριός τις πορεύηται, τηρεῖσθαι ὑπὸ τῶν παροικούντων, ὅπως μηδὲν ἀδικηθῇ· τὴν γὰρ ζημίαν ἐκτίνειν καθ' οὓς ἂν γένηται τὸ ἀδίκημα.

(83) Ex Italia ferunt viam quamdam ad usque Celtas et Celtoligures et Iberos protendi, Herculeam vocant, per quam sive Græcus, sive indigena proficiscatur, ab adcolis cavetur, ne quid ils mali accidat : nam pœnas pendere eos ipsos, in quorum finibus illata fuerit injuria.

CAP. LXXXVI.

(84) Φασὶ δὲ παρὰ τοῖς Κελτοῖς φάρμακον ὑπάρχειν τὸ καλούμενον ὑπ' αὐτῶν τοξικόν· ἃ λέγουσιν οὕτω ταχείαν ποιεῖν τὴν φθορὰν ὥστε τῶν Κελτῶν τοὺς κυνηγοῦντας, ὅταν ἔλαφον ἢ ἄλλο τι ζῷον τοξεύσωσιν, ἐπιτρέχοντας ἐκ σπουδῆς ἐκτέμνειν τῆς σαρκὸς τὸ τετρωμένον πρὸ τοῦ τὸ φάρμακον διαδῦναι, ἅμα μὲν τῆς προσφορᾶς ἕνεκα, ἅμα δ' ὅπως μὴ σαπῇ τὸ ζῷον. Εὑρῆσθαι δὲ τούτῳ λέγουσιν ἀντιφάρμακον τὸν τῆς δρυὸς φλοιόν· οἱ δ' ἕτερόν τι φύλλον, ὃ καλοῦσι κορά-

(84) Apud Celtas venenum reperiri tradunt, quod toxicum ipsi adpellant; id tanta celeritate necare ferunt, ut venatores Celtæ, quum cervum aliudve quoddam animal sagitta percusserint, festinato adcurrant carnemque vulneratam exsecent, antequam venenum penetret, cum cibi causa, tum simul ne animal putrefiat. Verum inventum esse tradunt huic veneno remedium corticem quercinum, aut, ut volunt alii, folium quoddam aliud; κοράκιον ab

Digitized by Google

κιον διὰ τὸ κατανοηθῆναι ὑπ' αὐτῶν κόρακα γευσάμενον τοῦ φαρμάκου καὶ κακῶς διατιθέμενον ἐπὶ τὸ φύλλον ὁρμήσαντα τοῦτο καὶ καταπιόντα παύσασθαι τῆς ἀλγηδόνος.

ipsis adpellatur, quoniam animadverterant, corvum ex gustato veneno male adfectum folium illud adiisse, eoque devorato doloribus liberatum esse.

www.libtool.com.cn

CAP. LXXXVII.

(85) Ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ λέγουσι τῶν δρυμῶν ἐμπρησθέντων ὑπό τινων ποιμένων, καὶ τῆς γῆς διαθερμανθείσης ὑπὸ τῆς ὕλης, φανερῶς ἀργύρῳ ῥεῦσαι τὴν χώραν, καὶ μετὰ χρόνον σεισμῶν ἐπιγενομένων καὶ τῶν τόπων ῥαγέντων, πάμπληθες συναχθῆναι ἀργύριον, ὃ δὴ καὶ τοῖς Μασσαλιώταις πρόσοδον ἐποίησεν οὐ τὴν τυχοῦσαν.

(85) In Iberia aiunt, combustis a pastoribus quibusdam sylvis, calenteque materie terra, manifesto argenti rivo fluxisse solum, quumque, aliquo tempore interjecto, terræ motus supervenissent locique debiscerent, magnam copiam argenti collectam fuisse quod sane et Massiliensibus proventus non vulgares suppeditavit.

CAP. LXXXVIII.

(86) Ἐν ταῖς Γυμνησίαις ταῖς κειμέναις νήσοις κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἃς μετὰ τὰς λεγομένας ἑπτὰ μεγίστας λέγουσιν εἶναι, φασὶν ἔλαιον μὴ γίνεσθαι ἐξ ἐλαιῶν, ἐκ δὲ τῆς τερμίνθου κομιδῇ πολὺ καὶ εἰς πάντα ἁρμότττον. (90) Λέγουσι δ' οὗτω τοὺς οἰκοῦντας αὐτὰς Ἰβήρας καταγύνους εἶναι ὥστ' ἀνθ' ἑνὸς σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα καὶ πέντε σώματα ἄρρενα. Στρατευόμενοι δὲ παρὰ Καρχηδονίοις τοὺς μισθοὺς ὅταν λάβωσιν, ἄλλο μέν, ὡς ἔοικεν, οὐδὲν ἀγοράζουσι, γυναῖκας δέ· οὐ γὰρ χρυσίον, οὐδ' ἀργύριον ἔξεστι παρ' αὐτοῖς οὐδένα ἔχειν. Ἐπιλέγεται δέ τι τοιοῦτον ἐπὶ τῷ κωλύειν χρήματα εἰσάγειν αὐτούς, ὅτι τὴν στρατείαν Ἡρακλῆς ἐποιήσατο ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν διὰ τοὺς τῶν ἐνοικούντων πλούτους.

(86) In Gymnesiis insulis, quæ ad Iberiam sitæ sunt, quæque post septem ita dictas maximæ esse feruntur, aiunt oleum non ex olivis, sed e terebintho permagna copia reddi, idque ad usus omnes adcommodatum. Dicunt vero incolentes eas Iberes adeo esse mulierosos, ut pro uno femineo corpore quattuor aut quinque mascula cum mercatoribus commutent. Apud Carthaginienses vero militantes quum stipendia adceperint, nihil aliud, ut videtur, nisi feminas coemunt : aurum enim, aut argentum apud eos possidere non licet. Dictis additur hujusmodi quid, cur divitias importare vetent, quod Hercules nimirum bellum Hispaniæ intulit, divitiis incolarum invitatus.

CAP. LXXXIX.

(91) Ἐν τῇ τῶν Μασσαλιωτῶν χώρᾳ περὶ τὴν Λιγυστικὴν φασιν εἶναί τινα λίμνην, ταύτην δ' ἀναζεῖν καὶ ὑπερχεῖσθαι, καὶ τοσούτους ἰχθῦς ἐκβάλλειν τὸ πλῆθος ὥστε μὴ πιστεύειν. Ἐπειδὰν δ' οἱ ἐτησίαι πνεύσωσιν, ἐπιχώννυσθαι τὸ ἔδαφος ἐπ' αὐτήν, καὶ τοιοῦτον κονιορτὸν γίνεσθαι αὐτόθι, καὶ ἀποστερεοῦσθαι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς ὡσανεὶ ἔδαφος, τοῖς δὲ τριόδουσι διακόπτοντας τοὺς ἐγχωρίους ἑτοίμως ὅσους ἂν βούλωνται, ἰχθύας ἐξαίρειν ἐξ αὐτῆς.

(87) Intra fines Massiliensium circa Ligusiam lacus quidam esse fertur, qui ebulliens exundansque tantam piscium multitudinem ejicit, ut veri fidem superet. Ceterum flantibus Etesiis exaggerari fundum tradunt in eum, tantumque pulverem illic concitari, ut superficies ejus consolidetur quasi pavimentum, indigenasque tridentibus dirimentes quotquot voluerint pisces, prompte ex eo eximere.

CAP. XC.

(92) Λέγεται δέ τινας τῶν Λιγύων οὕτω σφενδονᾶν εὖ ὥστε, ὅταν πλείους ἴδωσιν ὄρνιθας, διερίζεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ποῖον ἕκαστος παρασκευάζεται βαλεῖν, ὡς ἑτοίμως ἁπάντων τευξομένων.

(88) Quidam Ligurum adeo fundæ jactu præstare feruntur, ut conspectis avibus pluribus, inter se concertent, quamnam unusquisque ferire contendat, tamquam omnes facile adsecuturi.

CAP. XCI.

(93) Ἴδιον δέ φασι καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἶναι· αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσιν, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι παραχρῆμα σκάπτουσι καὶ σκάλ-

Peculiare insuper et hoc apud eos esse ferunt, quod mulieres simul opus facientes pariunt, ablutoque aqua in-

Digitized by Google

λουσι καὶ τἆλλα οἰκονομοῦσιν ἃ καὶ μὴ τικτούσαις αὐταῖς ἦν πρακτέον.

fante, confestim fodiunt ac sarriunt, reliquaque obeunt munia quæ et ante partum iis erant facienda.

www.libtool.com.cn

CAP. XCII.

(94) Θαῦμα δὲ καὶ τοῦτο παρὰ τοῖς Λίγυσιν· φασὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς ποταμὸν εἶναι οὗ τὸ ῥεῦμα αἴρεται μετέωρον καὶ ῥεῖ, ὥστε τοὺς πέραν μὴ ὁρᾶσθαι.

Admiratione et hoc apud Ligures dignum est, quod fluvius quidam apud eos exstare fertur, cujus fluentum in sublime adtollitur ac fluit, adeo ut e regione stantes nequeant conspici.

CAP. XCIII.

(95) Ἐν δὲ τῇ Τυρρηνίᾳ λέγεταί τις νῆσος Αἰθάλεια ὀνομαζομένη, ἐν ᾗ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου πρότερον μὲν χαλκὸς ὠρύσσετο, ἐξ οὗ φασι πάντα κεχαλκευμένα παρ' αὐτοῖς εἶναι, ἔπειτα μηκέτι εὑρίσκεσθαι, χρόνου δὲ διελθόντος πολλοῦ φανῆναι ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου σίδηρον, ᾧ νῦν ἔτι χρῶνται Τυρρηνοὶ οἱ τὸ καλούμενον Ποπλώνιον οἰκοῦντες.

(89) In Etruria ferunt insulam quamdam esse, quam Æthaliam vocant, in qua ex eadem fodina olim quidem æs eruebatur, unde apud illos omnia ex ære conflata esse; exinde vero non amplius inveniri, sed longo temporis spatio interjecto, ex eadem fodina ferrum provenisse, quo etiamnum utuntur Tyrrheni Populoniam dictam incolentes.

CAP. XCIV.

(96) Ἔστι δέ τις ἐν Τυρρηνίᾳ πόλις Οἰναρία καλουμένη, ἣν ὑπερβολῇ φασιν ὀχυρὰν εἶναι· ἐν γὰρ μέσῃ αὐτῇ λόφος ἐστὶν ὑψηλός, τριάκοντα σταδίους ἀνέχων ἄνω, καὶ κάτω ὕλην παντοδαπὴν καὶ ὕδατα. Φοβουμένους οὖν τοὺς ἐνοικοῦντας λέγουσι μή τις τύραννος γένηται, προίστασθαι αὐτῶν τοὺς ἐκ τῶν οἰκετῶν ἠλευθερωμένους, καὶ οὗτοι ἄρχουσιν αὐτῶν, κατ' ἐνιαυτὸν δ' ἄλλους ἀντικαθιστάναι τοιούτους

(90) In Etruria exstat quædam urbs, quam Œnaream vocant, quamque supra modum munitam esse ferunt, quippe cujus medium tumulus occupat præaltus, ad xxx stadiorum altitudinem surgens, et ima sui parte omnigena materie et aquis abundans. Metuentes itaque incolæ, ne quis tyrannus redderetur, servos manumissos sibi præficere ferunt iique illis imperant; quotannis vero alios ejusdem sortis homines subrogare.

CAP. XCV.

(97) Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων Κυμαίαν, ὑπὸ δέ τινων Μελάγκραιραν καλουμένην. Τοῦτον δὲ τὸν τόπον λέγεται κυριεύεσθαι ὑπὸ Λευκανῶν. (98) Εἶναι δὲ λέγουσιν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις περὶ τὴν Κύμην ποταμόν τινα Κετὸν ὀνομαζόμενον, εἰς ὃν φασι τὸν πλείω χρόνον τὸ ἐμβληθὲν πρῶτον περιφύεσθαι καὶ τέλος ἀπολιθοῦσθαι.

(91) Cumis circa Italiam ostendunt thalamum quemdam, ut videtur, subterraneum Sibyllæ fatidicæ, quæ ætate quamlibet admodum provecta, virginitatem servasse impollutam traditur. Erythræa quidem fuit hæc, sed a quibusdam Italiæ incolis Cumana, a nonnullis vero Melancræra nuncupatur. Locum autem hunc Lucanis subditum esse aiunt. Porro illis in locis circa Cumas fluvium esse dicunt (Cetus ab ipsis adpellatur), in quem jacta quæcumque fuerint, plerumque primo concremento quodam obducantur, ac postremo in lapidem indurescant.

CAP. XCVI.

(99) Ἀλκιμένει τῷ Συβαρίτῃ φασὶ κατασκευασθῆναι ἱμάτιον τοιοῦτον τῇ πολυτελείᾳ, ὥστε προτίθεσθαι αὐτὸ ἐπὶ Λακινίῳ τῇ πανηγύρει τῆς Ἥρας, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται, τῶν τε δεικνυμένων μάλιστα πάντων ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι· οὗ φασι κυριεύσαντα Διονύσιον τὸν πρεσβύτερον ἀποδόσθαι Καρχηδονίοις ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ταλάντων. Ἦν δ' αὐτὸ μὲν ἀλουργές, τῷ δὲ μεγέθει πεντεκαιδεκάπηχυ, ἑκατέρωθεν δὲ διείληπτο ζῳδίοις ἐνυφασμένοις, ἄνωθεν μὲν Σούσοις, κάτωθεν δὲ Πέρσαις· ἀνὰ μέσον δ' ἦν Ζεύς, Ἥρα,

(92) Alcimeni Sybaritæ vestem tradunt tanta opulentia confectam esse, ut Lacinii per Junonis solemnia, ad quæ tota confluere solet Italia, spectanda proponeretur, eamque ante omnia alia quæ ibi monstrabantur, inprimis admiraretur: qua potitus Dionysius senior Carthaginiensibus talentis cxx vendidisse fertur. Purpurea autem erat, amplitudine xv cubitorum, imaginibus utrinque intextis distincta, superne quidem Susiis, inferne vero Persis. In medio autem Juppiter, Juno, Themis, Minerva, Apollo,

Digitized by Google

Θέμις, Ἀθηνᾶ, Ἀπόλλων, Ἀφροδίτη. Παρὰ δ' ἑκάτερον πέρας Ἀλκιμένης ἦν, ἑκατέρωθεν δὲ Σύβαρις.

Venus erant, versus utramque porro extremitatem Alcimenes, utrinque demum Sybaris.

www.libtool.com.cn

CAP. XCVII.

(100) Περὶ τὴν ἄκραν τὴν Ἰαπυγίαν φασὶν ἐκ τινος τόπου, ἐν ᾧ συνέβη γενέσθαι, ὡς μυθολογοῦσιν, Ἡρακλεῖ πρὸς γίγαντας μάχην, ῥεῖν ἰχῶρα πολὺν καὶ τοιοῦτον ὥστε διὰ τὸ βάρος τῆς ὀσμῆς ἄπλουν εἶναι τὴν κατὰ τὸν τόπον θάλασσαν. Λέγουσι δὲ πολλαχοῦ τῆς Ἰταλίας Ἡρακλέους εἶναι πολλὰ μνημόσυνα ἐν ταῖς ὁδοῖς ἃς ἐκεῖνος ἐπορεύθη. (101) Περὶ δὲ Πανδοσίαν τῆς Ἰαπυγίας ἴχνη τοῦ θεοῦ δείκνυται, ἐφ' ἃ οὐδενὶ ἐπιβατέον.

(93) E loco aliquo circa Iapygium promontorium, ubi inter Herculem Gigantesque depugnatum fabulæ testantur, sanies fluere tanta talisque dicitur ut ea parte mare innavigabile sit fœtoris gravitate. Ferunt et passim in Italia multa Herculis monumenta exstare juxta vias quas ille peragravit. Circa Iapygiæ Pandosiam vestigia dei monstrantur, quæ nemini fas est pedibus calcare.

CAP. XCVIII.

(102) Ἔστι καὶ περὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν λίθος ἁμαξιαῖος, ὃν ὑπ' ἐκείνου ἀρθέντα μετατεθῆναί φασιν, ἀφ' ἑνὸς δὲ δακτύλου κινεῖσθαι συμβέβηκεν.

Circa idem promontorium exstat etiam lapis plaustrali magnitudine, quem Hercules sublatum transtulisse fertur, evenitque ut digito uno moveretur.

CAP. XCIX.

(103) Ἐν τῇ τῶν Ὀρχομενίων πόλει τῇ ἐν Βοιωτοῖς φανῆναί φασιν ἀλώπεκα, ἣν κυνὸς διώκοντος εἰσδῦναι εἴς τινα ὑπόνομον, καὶ τὸν κύνα συνεισδῦναι αὐτῇ, καὶ ὑλακτοῦντα ἦχον μέγαν ποιεῖν ὡσανεὶ εὐρυχωρίας τινὸς ὑπαρχούσης αὐτῷ· τοὺς δὲ κυνηγέτας ἔννοιαν λαβόντας δαιμονίαν, ἀναρρήξαντας τὴν εἴσδυσιν συνῶσαι καὶ αὐτούς· ἰδόντας δὲ διά τινων ὀπῶν εἰσερχόμενον ἔσω τὸ φῶς, εὐσυνόπτως τὰ λοιπὰ θεάσασθαι, καὶ ἐλθόντας ἀπαγγεῖλαι τοῖς ἄρχουσιν.

(94) In Bœotia in Orchomeniorum urbe vulpem visam tradunt, quæ quum canem persequentem fugiens cuniculum quemdam subiisset, simul ingressus ille latransque sonitum edidit magnum, perinde ac si amplo spatio circumdaretur; venatores autem, numen aliquod residere isthic arbitratos, aditu patefacto, ipsos quoque compulisse, conspectaque per foramina quædam luce intro ingrediente, reliqua clare contemplatos esse, atque egressos magistratibus nuntiasse.

CAP. C.

(104) Ἐν τῇ Σαρδοῖ τῇ νήσῳ κατασκευάσματά φασιν εἶναι εἰς τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον διακείμενα τὸν ἀρχαῖον, ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ, καὶ θόλους περισσοῖς τοῖς ῥυθμοῖς κατεξεσμένους· τούτους δ' ὑπ' Ἰολάου τοῦ Ἰφικλέους κατασκευασθῆναι, ὅτε τοὺς Θεσπιάδας τοὺς ἐξ Ἡρακλέους παραλαβὼν ἔπλευσεν εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους ἐποικήσων, ὡς κατὰ συγγένειαν αὐτῷ τὴν Ἡρακλέους προσήκοντας διὰ τὸ πάσης τῆς πρὸς ἑσπέραν κύριον Ἡρακλέα γενέσθαι. Αὕτη δ' ἡ νῆσος, ὡς ἔοικεν, ἐκαλεῖτο μὲν πρότερον Ἰχνοῦσσα διὰ τὸ ἐσχηματίσθαι τῇ περιμέτρῳ ὁμοιότατα ἀνθρωπίνῳ ἴχνει. (105) Εὐδαίμων δὲ καὶ πάμφορος ἔμπροσθεν λέγεται εἶναι· τὸν γὰρ Ἀρισταῖον, ὃν φασι γεωργικώτατον εἶναι ἐπὶ τῶν ἀρχαίων, τοῦτον αὐτῶν ἄρξαι μυθολογοῦσιν, ὑπὸ μεγάλων ὀρνέων ἔμπροσθεν καὶ πολλῶν κατεχομένων. Νῦν μὲν οὖν οὐκέτι φέρει τοιοῦτον οὐδὲν διὰ τὸ κυριευθεῖσαν ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκκοπῆναι πάντας τοὺς χρησίμους εἰς προσφορὰν καρπούς, καὶ θάνατον τὴν ζημίαν τοῖς ἐγχωρίοις τετάχθαι, ἐάν τις τῶν τοιούτων τι ἀναφυτεύῃ.

(95) In Sardinia insula ædificia ferunt esse vetusto Græcorum more disposita, cum alia multa pulchraque, tum testudines eximia proportione exsculptas. Existimantur autem hæc ab Iolao Iphiclis filio exstructa esse, quo tempore Thespiadas Herculis filios secum ducens ad ea loca trajecit coloniam deducturus, quippe quæ ob cognationem Herculis, cui tota tellus versus occidentem sita parebat, ad se pertinere arbitrabatur. Insula autem hæc, ut videtur, Ichnussa olim adpellabatur, quia ambitu suo figuram refert vestigio humano simillimam. Felicem autem et rebus omnibus fertilem olim fuisse perhibent: Aristæum enim, quem priscorum hominum ætate agri colendi studiosissimum fuisse ferunt, his locis imperasse fabulantur; antea a multis magnisque avibus occupabantur. Verum hodie nihil amplius ejus generis profert: ex quo enim Carthaginiensibus subdita est, omnes fructus alimento idonei exstirpati sunt, capitisque pœna impendet incolis, si quis rursum ejusmodi quid plantaverit.

Digitized by Google

CAP. CI.

(106) Ἐν μιᾷ τῶν ἑπτὰ νήσων τῶν Αἰόλου καλουμένων, ἣ καλεῖται Λιπάρα, τάφον εἶναι μυθολογοῦσι, περὶ οὗ καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ καὶ τερατώδη λέγουσι, τοῦτο δ' ὅτι οὐκ ἀσφαλές ἐστι προσελθεῖν πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον τῆς νυκτός, συμφωνοῦσιν· ἐξακούεσθαι γὰρ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἦχον γέλωτά τε μετὰ θορύβου καὶ κροτάλων ἐναργῶς. (107) Λέγουσι δέ τι τερατωδέστερον γεγονέναι περὶ τὸ σπήλαιον· πρὸ ἡμέρας γὰρ ἐγκοιμηθῆναί τινα ἐν αὐτῷ οἰνωμένον, καὶ τοῦτον ὑπὸ τῶν οἰκετῶν ζητούμενον ἐφ' ἡμέρας τρεῖς διατελέσαι, τῇ δὲ τετάρτῃ εὑρεθέντα ὡς νεκρὸν ἀποκομισθῆναι ὑπὸ τῶν οἰκείων εἰς τὸν ἴδιον τάφον, καὶ τῶν νομιζομένων τυχόντα πάντων ἐξαίφνης ἀναστῆναι, καὶ διηγεῖσθαι τὰ καθ' ἑαυτὸν συμβεβηκότα. Τοῦτο μὲν οὖν ἡμῖν φαίνεται μυθωδέστερον· ὅμως μέντοι ἔδει μὴ παραλιπεῖν ἀμνημόνευτον αὐτὸ τῶν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον τὴν ἀναγραφὴν ποιούμενον.

(96) In una septem Æoli quæ vocantur, insularum, quam Liparam adpellant, sepulcrum exstare fabulantur, circa quod cum alia multa prodigiosa enarrant, tum noctu eum locum tuto adiri non posse omnes uno ore perhibent: sonitum enim tympanorum cymbalorumque, et risum cum strepitu crepitaculisque audiri manifesto. Ceterum etiam monstrosius quid circa antrum hoc dicunt accidisse: ebrium quemdam antelucano somno in eo oppressum esse ferunt, in quo quærendo per triduum perstitisse famulos, quartoque demum die quasi mortuum repertum a familiaribus ad proprium sepulcrum delatum esse, quumque justa præstitissent omnia, subito resurrexisse, quæque sibi obtigissent, exposuisse. Quæ etsi nimis fabulosa nobis videantur, nihilominus tamen absque mentione præterire non oportebat, quæ hunc locum spectant, memoriæ tradentem.

CAP. CII.

(108) Περὶ τὴν Κύμην τὴν ἐν Ἰταλίᾳ λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη ἄορνος, αὐτὴ μέν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν· περικεῖσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλῳ, τὸ ὕψος οὐκ ἐλάσσους τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν εἶναι τῷ σχήματι κυκλοτερῆ, τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνυπέρβλητον. Ἐκεῖνο δὲ θαυμάσιον φαίνεται· ὑπερκειμένων γὰρ αὐτῇ πυκνῶν δένδρων, καί τινων ἐν αὐτῇ κατακεκλιμένων, οὐδὲν ἔστιν ἰδεῖν φύλλον ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἐφεστηκός, ἀλλ' οὕτω καθαρώτατόν ἐστι τὸ ὕδωρ ὥστε τοὺς θεωμένους θαυμάζειν. (109) Περὶ δὲ τὴν ἀπέχουσαν ἤπειρον αὐτῆς οὐ πολὺ θερμὸν ὕδωρ πολλαχόθεν ἐκπίπτει, καὶ ὁ τόπος ἅπας καλεῖται Πυριφλεγέθων. Ὅτι δ' οὐδὲν διίπταται ὄρνεον αὐτήν, ψεῦδος· οἱ γὰρ παραγενόμενοι λέγουσι πλῆθός τι κύκνων ἐν αὐτῇ γίνεσθαι.

(97) Circa Cumas Italiæ lacus est, quem Avernum vocant, ipse quidem nihil mirabile habens, ut videtur: ei enim circumjacere ferunt tumulos undequaque, trium ad minus stadiorum altitudine, ipsumque figura esse circulari profunditateque immensa. Mirandum tamen hoc videtur, quod superincumbentibus ipsi densis arboribus, imo nonnullis in eum vergentibus, non cernas ullum in lacu natans folium, sed eo usque purissima est aqua ut admirationem moveat spectantibus. Circa continentem non procul distantem calidas aquas passim scaturire ferunt, atque locus universus Pyriphlegethon adpellatur. Ceterum avem nullam istum lacum transvolare mendacium est, quum cygnos in eo haud paucos inveniri testantur qui eum adiere.

CAP. CIII.

(110) Φασὶ τὰς Σειρηνούσας νήσους κεῖσθαι μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας, ὃς κεῖται πρὸ τοῦ προπεπτωκότος τόπου καὶ διαλαμβάνοντος τοῖς κόλποις τόν τε περιέχοντα τὴν Κύμην καὶ τὸν διειληφότα τὴν Ποσειδωνίαν καλουμένην· ἐν ᾧ καὶ νεὼς αὐτῶν ἵδρυται, καὶ τιμῶνται καθ' ὑπερβολὴν ὑπὸ τῶν περιοίκων θυσίαις ἐπιμελῶς· ὧν καὶ τὰ ὀνόματα μνημονεύοντες καλοῦσι τὴν μὲν Παρθενόπην, τὴν δὲ Λευκωσίαν, τὴν δὲ τρίτην Λίγειαν.

(98) In Italia Sirenusas insulas sitas esse ferunt in extremo promontorio circa fretum quod jacet ante locum prominentem qui utrumque sinum diruit, cum qui Cumas cingit, tum qui urbem Posidoniam dictam dividit: in quo etiam Sirenum templum exstructum est, easque admodum studiose sacrificiis venerantur adcolæ, earumque nomina recensentes Parthenopem unam, alteram Leucosiam, tertiam Ligeam vocant.

CAP. CIV.

(111) Λέγεται δὲ μεταξὺ τῆς Μεντορικῆς καὶ τῆς Ἰστριανῆς ὄρος τι εἶναι τὸ καλούμενον Δέλφιον, ἔχον λόφον ὑψηλόν. Ἐπὶ τοῦτον τὸν λόφον ὅταν ἀναβαί-

(99) Inter Mentoricam et Istrianam mons quidam fertur esse, quem Delphium vocant, alto fastigio præditus: quem conscendentes Mentores, qui ad Adriam habi-

Digitized by Google

νωσιν οἱ Μέντορες οἱ ἐπὶ τοῦ Ἀδρίου οἰκοῦντες, ἀποθεωροῦσιν, ὡς ἔοικε, τὰ εἰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντα πλοῖα· εἶναι δὲ καί τινα τόπον ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον διαστήμασιν, εἰς ὃν ἀγορᾶς κοινῆς γινομένης, πωλεῖσθαι παρὰ μὲν τῶν ἐκ τοῦ Πόντου ἐμπόρων ἀναβαινόντων τὰ Λέσβια καὶ Χῖα καὶ Θάσια, παρὰ δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ἀδρίου τοὺς Κερκυραϊκοὺς ἀμφορεῖς.

tant, naves in Pontum navigantes, ut videtur, prospiciunt; esse vero et locus quidam in mediis intervallis, quorsum, dum communes celebrantur nundinæ, a mercatoribus ex Ponto eo adscendentibus res Lesbiæ, Chiæ et Thasiæ, ab iis vero qui ab Adria veniunt, amphoræ Corcyreæ venduntur.

CAP. CV.

(112) Φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἴστρον ῥέοντα ἐκ τῶν Ἑρκυνίων καλουμένων δρυμῶν σχίζεσθαι, καὶ τῇ μὲν εἰς τὸν Πόντον ῥεῖν, τῇ δ' εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐκβάλλειν. Σημεῖον δ' οὐ μόνον ἐν τοῖς νῦν καιροῖς ἑωράκαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων μᾶλλον, οἷον τὰ ἐκεῖ ἄπλωτα εἶναι· καὶ γὰρ Ἰάσονα τὸν μὲν εἰσπλουν κατὰ Κυανέας, τὸν δ' ἐκ τοῦ Πόντου ἔκπλουν κατὰ τὸν Ἴστρον ποιήσασθαί φασι, καὶ φέρουσιν ἄλλα τε τεκμήρια οὐκ ὀλίγα, καὶ κατὰ μὲν τὴν χώραν βωμοὺς ὑπὸ τοῦ Ἰάσονος ἀνακειμένους δεικνύουσιν, ἐν δὲ μιᾷ τῶν νήσων τῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ὑπὸ Μηδείας ἱδρυμένον. Ἔτι δὲ λέγουσιν ὡς οὐκ ἂν παρέπλευσε τὰς Πλαγκτὰς καλουμένας, εἰ μὴ ἐκεῖθεν ἀπέπλει. (113) Καὶ ἐν τῇ Αἰθαλείᾳ δὲ νήσῳ, τῇ κειμένῃ ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, ἄλλα τε δεικνύουσι μνημεῖα τῶν ἀριστέων, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ψήφων δὲ λεγόμενον· παρὰ γὰρ τὸν αἰγιαλὸν ψήφους φασὶν εἶναι ποικίλας, ταύτας δ' οἱ Ἕλληνες οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες λέγουσι τὴν χροιὰν λαβεῖν ἀπὸ τῶν στλεγγισμάτων ὧν ἐποιοῦντο ἀλειφόμενοι· ἀπ' ἐκείνων γὰρ τῶν χρόνων οὔτε πρότερον ἑωρᾶσθαι μυθολογοῦσι τοιαύτας ψήφους, οὔθ' ὕστερον ἐπιγενομένας. Ἔτι δὲ τούτων φανερώτερα σημεῖα λέγουσιν, ὅτι οὐ διὰ τῶν Συμπληγάδων ἐγένετο ὁ ἔκπλους, αὐτῷ τῷ ποιητῇ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις μάρτυρι χρώμενοι· τὴν γὰρ δυσχέρειαν τοῦ κινδύνου ἐμφανίζοντα λέγειν ὅτι οὐκ ἔστι παραπλεῦσαι τὸν τόπον (Ὀδ. μ. 67)·

ἀλλά θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν
κύμαθ' ἁλὸς φορέουσι πυρός τ' ὀλοοῖο θύελλαι.

Περὶ μὲν οὖν τὰς Κυανέας οὐ λέγεται πῦρ ἀναπέμπειν, περὶ δὲ τὸν πορθμὸν τὸν διαλαμβάνοντα τὴν Σικελίαν ἐφ' ἑκάτερα κειμένων τῶν τοῦ πυρὸς ἀναφυσημάτων, καὶ τῆς τε νήσου συνεχῶς καιομένης, καὶ τοῦ περὶ τὴν Αἴτνην ῥεύματος πολλάκις τὴν χώραν ἐπιδεδραμηκότος.

(100) Ferunt et Istrum ex sylva Hercynia dicta profluentem dividi, partimque in Pontum fluere, partim vero in Adriam ejici: cujus rei argumentum non hoc tempore solum, sed magis etiam a priscis inde seculis vidimus, loca nempe illic sita navigiis esse impervia: nam et Iasonem juxta Cyaneas intrasse, ex Ponto vero per Istrum exiisse fama est, et cum alia indicia hujus rei afferunt non pauca, tum aras eo loco ab Iasone consecratas ostendunt, in una vero insularum maris Adriatici Dianæ templum a Medea excitatum. Porro negant, illum petras quæ Planctæ dicuntur, prætervehi potuisse, nisi isthinc enavigasset. (101) Ceterum et in Æthalia, maris Tyrrheni insula, cum alia monumenta principum (illius expeditionis) virorum, tum id quod de calculis memorant, monstratur: nam ad littus calculos inveniri perhibent coloris varii; hos autem Græci insulam incolentes memorant colorem debere strigmentis quæ strigilibus sibi detergebant, dum ungebantur: tales enim ab illis inde temporibus, nec ante visos esse fabulantur, nec post supervenisse. Verum et manifestiora hujus rei argumenta adlegant, non fuisse illis per Symplegadas exitum, ipsam poetam illis in locis testem citantes: docentem enim periculi gravitatem hunc locum præternavigari posse negare adstruunt:

Verum simul tabulataque navium et corpora virorum
Maris undæ rapiunt et ignis perniciosi procellæ.

Circa Cyaneas igitur non dicitur ignis emitti, sed juxta fretum quod Siciliam (ab Italia) distinguit, sito ab utraque parte ignis spiraculo, cum insula continue flagrante, tum fluento circa Ætnam sæpe regionem invadente.

CAP. CVI.

(114) Ἐν Τάραντι ἐναγίζειν κατά τινας χρόνους φασὶν Ἀτρείδαις καὶ Τυδείδαις καὶ Αἰακίδαις καὶ Λαερτιάδαις, καὶ Ἀγαμεμνονίδαις δὲ χωρὶς θυσίαν ἐπιτελεῖν ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ ἰδίᾳ, ἐν ᾗ νόμιμον εἶναι ταῖς γυναιξὶ μὴ γεύσασθαι τῶν ἐκείνοις θυομένων. Ἔστι δὲ καὶ Ἀχιλλέως νεὼς παρ' αὐτοῖς. Λέγεται δὲ μετὰ

(102) Tarenti feruntur certis temporibus parentare Atridis, Æacidis, Tydidisque et Laërtiadis, Agamemnoniadis autem seorsum facere sacrificia privatim alia die, qua mulieribus, quæ iis immolantur, gustare lege interdictum est. Est et templum apud ipsos Achillis. Ferunt

Digitized by Google

τὸ παραλαβεῖν (παραβαλεῖν?) τοὺς Ταραντίνους Ἡράκλειαν τὸν τόπον καλεῖσθαι ὃν νῦν κατοικοῦσιν, ἐν δὲ τοῖς ἄνω χρόνοις τῶν Ἰώνων κατεχόντων Πλεῖον (Πολίειον?), ἔτι δ' ἐκείνων ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν Τρώων τῶν κατασχόντων αὐτὴν Σίγειον ὠνομάσθαι.

Tarentinos locum quem nunc incolunt, postquam eo adpulissent, Heracleam vocasse, superioribus autem temporibus, quum ab Ionibus occuparetur, Polieum adpellatum esse, sed ante hos etiam a Trojanis, qui eum tunc tenebant, Sigeum.

CAP. CVII.

(115) Παρὰ δὲ τοῖς Συβαρίταις λέγεται Φιλοκτήτην τιμᾶσθαι· κατοικῆσαι γὰρ αὐτὸν ἐκ Τροίας ἀνακομισθέντα τὰ καλούμενα Μάκαλλα τῆς Κροτωνιάτιδος, ἃ φασιν ἀπέχειν ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων, καὶ ἀναθεῖναι ἱστοροῦσι τὰ τόξα τὰ Ἡράκλεια αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἀλίου (ἀλαίου?). Ἐκεῖθεν δέ φασι τοὺς Κροτωνιάτας κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ἀναθεῖναι αὐτὰ εἰς τὸ Ἀπολλώνιον τὸ παρ' αὐτοῖς. Λέγεται δὲ καὶ τελευτήσαντα ἐκεῖ κεῖσθαι αὐτὸν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Σύβαριν, βοηθήσαντα Ῥοδίοις τοῖς μετὰ Τληπολέμου εἰς τοὺς ἐκεῖ τόπους ἀπενεχθεῖσι καὶ μάχην συνάψασι πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας τῶν βαρβάρων ἐκείνην τὴν χώραν.

(103) Apud Sybaritas vero aiunt Philoctetem coli: hunc enim ex Troja reducem incolis donasse agri Crotoniensis partem quæ vocatur Macalla, distantem ab urbe, ut ferunt, cxx stadiorum spatio, eumque Herculis sagittas in Apollinis Alæi templo consecrasse narrant: quas inde ablatas a Crotoniatis, quo tempore imperio potiti erant, in Apollinis templo quod apud eos exstat, dedicatas esse ferunt. Aiunt ipsum quoque iis in locis mortuum jacuisse ad Sybarim fluvium, quum auxilia tulisset Rhodiis, qui cum Tlepolemo ad ea loca delati cum barbaris hujus regionis incolis manus conseruerant.

CAP. CVIII.

(116) Περὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν τὴν καλουμένην Γαργαρίαν ἐγγὺς Μεταποντίου Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν Εἰλενίας, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγουσιν ἀνακεῖσθαι ὄργανα, ἃ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐποίησεν, ἐκείνου τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιθέντος· φανταζομένην γὰρ αὐτῷ τὴν Ἀθηνᾶν κατὰ τὸν ὕπνον ἀξιοῦν ἀναθεῖναι τὰ ὄργανα, καὶ διὰ τοῦτο βραδυτέρας τυγχάνοντα τῆς ἀναγωγῆς εἰλεῖσθαι ἐν τῷ τόπῳ, μὴ δυνάμενον ἐκπλεῦσαι· ὅθεν Εἰλενίας Ἀθηνᾶς τὸ ἱερὸν προσαγορεύεσθαι.

(104) Circa Italiæ partem, quam Gargariam vocant, juxta Metapontium aiunt Minervæ Hileniæ templum exstare, inque eo Epei instrumenta dedicata esse, quæ ad equi lignei fabricam compararat, ipso deæ cognomen imponente: Minervam enim ei per somnum apparentem instrumenta ut consecraret, petiisse, quumque ideo tardiorem e portu exitum sortiretur, eum loco isto involutum esse enavigare nequientem: unde Minervæ Hileniæ fanum adpellari.

CAP. CIX.

(117) Λέγεται περὶ τὸν ὀνομαζόμενον τῆς Δαυνίας τόπον ἱερὸν εἶναι Ἀθηνᾶς Ἀχαΐας καλούμενον, ἐν ᾧ δὴ πελέκεις χαλκοῦς καὶ ὅπλα τῶν Διομήδους ἑταίρων καὶ αὐτοῦ ἀνακεῖσθαι. (118) Ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ φασὶν εἶναι κύνας οἳ τοὺς ἀφικνουμένους τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ σαίνουσιν ὥσπερ τοὺς συνηθεστάτους. (119) Πάντες δ' οἱ Δαύνιοι καὶ οἱ πλησιόχωροι αὐτοῖς μελανειμονοῦσι, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, διὰ ταύτην, ὡς ἔοικε, τὴν αἰτίαν· τὰς γὰρ Τρῳάδας τὰς ληφθείσας αἰχμαλώτους καὶ εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους ἀφικομένας, εὐλαβηθείσας μὴ πικρᾶς δουλείας τύχωσιν ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς πατρίσι προϋπαρχουσῶν τοῖς Ἀχαιοῖς γυναικῶν, λέγεται τὰς ναῦς αὐτῶν ἐμπρῆσαι, ἵν' ἅμα μὲν τὴν προσδοκωμένην δουλείαν ἐκφύγωσιν, ἅμα δ' ὅπως μετ' ἐκείνων μένειν ἀναγκασθέντων συναρμοσθεῖσαι κατάσχωσιν αὐτοὺς ἄνδρας. Πάνυ δὲ καὶ τῷ ποιητῇ καλῶς πέφρασται περὶ αὐτῶν· ἑλκεσιπέπλους γὰρ (Ἰλ. ζ, 442; η, 297; χ, 105) καὶ βαθυκόλπους (Ἰλ. ω, 215) κἀκείνας, ὡς ἔοικεν, ἰδεῖν ἔστιν.

(105) Ferunt et circa locum quem Dauniæ vocant, templum esse quod Minervæ Achaicæ adpellant, in quo secures æreæ armaque cum Diomedis, tum sociorum ejus dedicata sint. Aiunt isto in loco canes esse, qui Græcos advenientes injuria nulla impetant, sed iis tamquam familiarissimis blandiantur. Porro omnes Daunii eorumque adcolæ, tam viri quam mulieres, atratis tantum vestibus utuntur, ea, ut videtur, de causa, quod Trojanæ mulieres, quæ captivæ ad ea loca devenerant, metuentes ne gravem servitutem experirentur sub mulieribus, quas Achivi jam antehac in patria habuissent, naves eorum incendisse feruntur, tum ut jugum servile, quod timebant, effugerent, tum ut eos, secum manendi necessitate imposita, sibi conjungerent tamquam maritos ac detinerent. Rectissime quoque poeta de iis locutus est: pepla enim trahentes, profundisque sinibus illas quoque, ut videtur, spectare licet.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

CAP. CX.

(120) Ἐν δὲ τοῖς Πευκετίνοις εἶναί φασιν Ἀρτέμιδος ἱερόν, ἐν ᾧ τὴν διωνομασμένην ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις χαλκῆν ἕλικα ἀνακεῖσθαι λέγουσιν, ἔχουσαν ἐπίγραμμα « Διομήδης Ἀρτέμιδι ». Μυθολογεῖται δ' ἐκεῖνον ἐλάφῳ περὶ τὸν τράχηλον περιθεῖναι, τὴν δὲ περιφῦναι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εὑρισκομένην ὑπ' Ἀγαθοκλέους ὕστερον τοῦ βασιλέως Σικελιωτῶν εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν ἀνατεθῆναί φασιν.

(106) Apud Peucetios Dianæ templum esse dicitur, in quo dedicatam esse ferunt celebrem illam istis in locis æream torquem, inscriptione hac insignitam : Diomedes Dianæ. Eam fabulantur ab eo collo cervino circumdatam circumcirca coaluisse, eamque deinceps hoc pacto inventam ab Agathocle postea Siculorum rege in Jovis templo consecratam esse perhibent.

CAP. CXI.

(121) Ἐν τῇ ἄκρᾳ τῆς Σικελίας τῇ καλουμένῃ Πελωριάδι τοσοῦτον γίνεσθαι κρόκον, ὥστε παρά τισι μὲν τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις κατοικούντων μὴ γνωρίζεσθαι Ἑλλήνων, ποῖόν τί ἐστι τὸ ἄνθος, ἐπὶ δὲ τῆς Πελωριάδος ἁμάξας κατακομίζειν μεγάλας τοὺς βουλομένους, καὶ κατὰ τὴν ἐαρινὴν ὥραν τὰς στρωμνὰς καὶ τὰς σκηνὰς ἐκ κρόκου κατασκευάζειν.

(107) In Siciliæ promontorio Peloriade vocato tanta copia provenire ferunt crocum, ut a quibusdam Græcis hæc loca incolentibus, quanti pretii res sit hicce flos, haud internoscatur, inque Peloriade magna plaustra deportare cuicumque libitum fuerit, atque verno tempore strata scenasque croco instrui.

CAP. CXII.

(122). Φησὶν εἶναι ὁ Πολύκριτος ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν ἔν τινι τόπῳ τῆς μεσογείου λιμνίον τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον, τοῦτο δ' ἔχει ὕδωρ διαυγὲς μέν, μικρῷ δὲ θολερώτερον. Εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεται εἰς εὖρος, ἐὰν δὲ καὶ δεύτερον, μᾶλλον πλατύνεται· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γενόμενον διευρύνεται. Ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ὡς δ' ἂν τοῦτο γένηται, εἰς τὸ ἀρχαῖον πάλιν σχῆμα τῆς περιμέτρου καθίσταται. Οὐ μόνον δ' ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο περὶ αὐτὸ γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἐάν τι τετράπουν εἰσβῇ, τὸ αὐτὸ πάσχει.

(108) Polycritus, qui de rebus Siculis carmen heroicum conscripsit, in loco quodam regionis mediterraneæ stagnum exiguum esse ait ambitu suo scutum nihil excedens, idque aquam habere pellucidam quidem, sed turbulentiorem nonnihil. In hoc itaque si quis lavatu opus habens ingrediatur, in latum extenditur; quodsi iterum ingrediatur, amplius dilatatur; tandem eo usque amplificatur, ut spatium auctum quinquaginta etiam viros capiat. Verum ubi hunc numerum ceperit, ex imo rursus intumescens corpora lavantium sublimia foras in terram ejicere ferunt : quo facto, ad veteris ambitus figuram redire. Atque id non solum humanis corporibus, sed quadrupedibus etiam, ingressis huic stagno usu venit.

CAP. CXIII.

(123) Ἐν δὲ τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων φασὶν ὄρος εἶναι ὃ καλεῖται Οὐράνιον, παντοδαπῆς μὲν ὕλης γέμον, πολλοῖς δὲ διαπεποικιλμένον ἄνθεσιν, ὥστε τοὺς συνεχεῖς τόπους ἐπὶ πολὺ μεταλαμβάνοντας τῆς εὐωδίας αὐτοῦ ἡδίστην τινὰ τοῖς ὁδοιποροῦσι προσβάλλειν τὴν ἀναπνοήν. Πρὸς δὴ τοῦτον τὸν τόπον κρήνην ἐλαίου φασὶν εἶναι, τὴν δ' ὀσμὴν ἔχειν τῆς κέδρου τοῖς ἀποπτίσμασιν ὁμοίαν. Δεῖν δέ φασι τὸν προσιόντα πρὸς αὐτὴν ἁγνὸν εἶναι, καὶ τούτου γινομένου πλεῖον ἀναβλύζειν αὐτὴν τὸ ἔλαιον, ὥστ' ἀσφαλῶς ἀρύεσθαι.

(109) In Carthaginiensium ditione ferunt montem Uranium vocatum exstare, cum omnis generis materia refertum, tum multis floribus variegatum, ita ut contigua loca, quibus ille fragrantiam suam liberaliter impertitur, viatoribus halitum quemdam objiciant gratissimum. Juxta hunc sane locum fontem oleo fluentem esse perhibent, odore cedri scobi non absimili. Verum, ut inquiunt, castum oportet esse qui ad eum accedit : quod si fiat, majori copia projicere oleum, ita ut hauriri tuto queat.

Digitized by Google

CAP. CXIV.

(124) Φασὶ καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν αὐτοφυῆ, μεγάλην τῷ μεγέθει. Ταύτην οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ἡ θέρος, φλόγα ἀναπέμπειν πυρός, χειμῶνος δὲ γενομένου ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναρραίνειν οὕτω ψυχροῦ ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον μηδὲν διαφέρειν. Καὶ τοῦτό φασιν οὐκ ἀπόκρυφον, οὐδὲ μικρὸν χρόνον φαίνεσθαι, ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ ἀνιέναι τὴν θερείαν ὅλην, τὸ δ' ὕδωρ πάντα τὸν χειμῶνα.

Juxta eum fontem sponte natam petram quamdam exstare ferunt ampla magnitudine. Hanc itaque ferunt caloribus quidem æstivis ignis flammam emittere; hyems autem ubi supervenerit, ex eodem loco aquæ scatebram emicare adeo frigidæ, ut cum nive comparata nihil ab ea differat. Et hoc affirmant non occulte, neque brevi tempore conspici, sed ignem quidem per totam æstatem, aquam vero hyeme tota emittere.

CAP. CXV.

(125). Λέγεται δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν Σιντῶν καὶ Μαιδῶν χώραν καλουμένην τῆς Θρᾴκης ποταμόν τινα εἶναι Πόντον προσαγορευόμενον, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους οἳ καίονται καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξιν· ῥιπιζόμενοι γὰρ σβέννυνται ταχέως, ὕδατι δὲ ῥαινόμενοι ἀνακλάμπουσι καὶ ἀνάπτουσι κάλλιον. Παραπλησίαν δ' ἀσφάλτῳ, ὅταν καίωνται, καὶ πονηρὰν οὕτως ὀσμὴν καὶ δριμεῖαν ἔχουσιν ὥστε μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν ἐν τῷ τόπῳ καιομένων αὐτῶν.

(110) Ferunt et circa Thraciæ partem quæ Sintorum Mædorumque regio adpellatur, fluvium quemdam exstare Pontum vocatum, in eoque lapides quosdam deferri qui comburi possunt, quibusque contrarium evenit ac prunis e ligno provenientibus, quippe qui subflando cito restinguuntur, aquis autem respersi resplendent impensiusque exardescunt. Ceterum quum ardent, similem bitumini et gravem emittunt odorem, adeoque acrem ut nullum reptile eo loco perdurare possit, dum comburuntur.

CAP. CXVI.

(126) Εἶναι δέ φασι καὶ τόπον τινὰ παρ' αὐτοῖς οὐ λίαν μικρόν, ἀλλ' ὡς ἂν εἰκοσί που σταδίων, ὃς φέρει κριθὰς αἷς οἱ μὲν ἄνθρωποι χρῶνται, οἱ δ' ἵπποι καὶ βόες οὐκ ἐθέλουσιν αὐτὰς ἐσθίειν, οὐδ' ἄλλο οὐδέν. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὑῶν, οὐδὲ τῶν κυνῶν οὐδεμία τολμᾷ γεύσασθαι τῆς κόπρου τῶν ἀνθρώπων, οἵ τινες ἂν ἐκ τῶν κριθῶν τούτων μᾶζαν φαγόντες ἢ ἄρτον ἀφοδεύωσι, τῷ θνήσκειν.

(111) Esse præterea aiunt apud illos locum quemdam non perexiguum, sed stadiorum circiter xx amplitudine, ubi hordeum provenit, quo homines quidem utuntur, equi vero bovesque vesci nolunt, nec ullum aliud animal. Verum nec sus ulla, neque canis excrementa gustare audet hominum, quicumque, comesta maza vel pane hoc hordeo paratis, alvum exonerarint, quoniam moriuntur.

CAP. CXVII.

(127). Ἐν δὲ Σκοτούσσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρόν, ἐξ οὗ ῥεῖ τοιοῦτον ὕδωρ ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ, καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων· ἐὰν δέ τις ξύλον μὴ παντάπασι συντρίψας, ἀλλὰ σχίσας ἐμβάλῃ, συμφύεται καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ καθίσταται.

(112) Scotussis in Thessalia fonticulum quemdam exiguum esse aiunt, unde aqua defluit hujusmodi ut vulnera contusionesque, cum hominum, tum jumentorum, sanet, lignumque si quis injecerit, non penitus contritum, sed fissum, coalescit atque rursus ad pristinum statum redit.

CAP. CXVIII.

(128) Περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην τὴν ὑπὲρ Ἀμφίπολιν φασὶ γίνεσθαί τι τερατῶδες καὶ ἄπιστον τοῖς μὴ τεθεαμένοις· ἐξιόντες γὰρ οἱ παῖδες ἐκ τῶν κωμῶν καὶ τῶν ἐγγὺς χωρίων ἐπὶ θήραν τῶν ὀρνιθαρίων συνθηρεύειν παραλαμβάνουσι τοὺς ἱέρακας, καὶ τοῦτο ποιοῦσιν οὕτως. Ἐπειδὰν προέλθωσιν εἰς τόπον ἐπιτήδειον, καλοῦσι τοὺς ἱέρακας ὀνομαστὶ κεκραγότες· οἱ δ' ὅταν ἀκούωσι τῶν παίδων τὴν φωνήν, παραγινόμενοι κατασοβοῦσι τοὺς ὄρνιθας· οἱ δὲ δεδιότες ἐκείνους

(113) Circa eam Thraciæ partem quæ supra Amphipolin sita est, rem quamdam monstrosam ac non conspicatis incredibilem fieri tradunt: egredientes enim pueri ex pagis agrisque finitimis ad aviculas capiendas accipitres sibi adsciscunt venationis socios idque hoc modo peragunt: ubi ad locum opportunum pervenerint, accipitres nominatim cum clamore advocant: qui puerorum voce audita, accedentes aves loco exturbant; hæ vero metu accipitrum ad

Digitized by Google

καταφεύγουσιν εἰς τοὺς θάμνους, ὅπου αὐτοὺς οἱ παῖδες ξύλοις τύπτοντες λαμβάνουσιν. Ὁ δὲ πάντων ἂν τις μάλιστα θαυμάσειεν· οἱ μὲν γὰρ ἱέρακες ὅταν αὐτοί τινα λάβωσι τῶν ὀρνίθων, καταβάλλουσι τοῖς θηρεύουσιν, οἱ δὲ παῖδες ἁπάντων τῶν ἁλόντων μέρος τι τοῖς ἱέραξιν ἀποδόντες ἀπέρχονται.

frutices confugiunt, ubi illas pueri fustibus percutientes capiunt. Quin etiam, quod omnium maxime mirere, accipitres si quam avem ipsi ceperint, aucupibus reportant, pueri vero, totius prædæ parte aliqua accipitribus impertita, decedunt.

CAP. CXIX.

(129). Θαυμαστὸν δέ τι καὶ παρὰ τοῖς Ἐνετοῖς φασι γίνεσθαι· ἐπὶ γὰρ τὴν χώραν αὐτῶν πολλάκις κολοιῶν ἀναριθμήτους μυριάδας ἐπιφέρεσθαι καὶ τὸν σῖτον αὐτῶν σπειράντων καταναλίσκειν· οἷς τοὺς Ἐνετοὺς πρὸ τοῦ ἐφίπτασθαι μέλλειν ἐπὶ τὰ μεθόρια τῆς γῆς προτιθέναι δῶρα, παντοδαπῶν καρπῶν καταβάλλοντας σπέρματα, ὧν ἐὰν μὲν γεύσωνται οἱ κολοιοί, οὐχ ὑπερβαίνουσιν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτῶν, ἀλλ' οἴδασιν οἱ Ἐνετοὶ ὅτι ἔσονται ἐν εἰρήνῃ· ἐὰν δὲ μὴ γεύσωνται, ὡσεὶ πολεμίων ἔφοδον αὐτοῖς γινομένην οὕτω προσδοκῶσιν.

(114). Porro mirandum quid etiam apud Venetos evenire narrant: regionem enim eorum innumerabiles monedularum greges frequenter infestare, frumentum consitum eorum depascentes: quibus Venetos, antequam advolaturi sint ad confinia agri sui, munera proponere, omnisque generis frugum semina offerentes: quæ si gustaverint monedulæ, fines eorum non supervolant, sed Veneti de pace certi sunt; si vero ista non adtigerint, hi eas perinde exspectant ac si hostium incursus iis immineret.

CAP. CXX.

(130). Ἐν δὲ τῇ Χαλκιδικῇ τῇ ἐπὶ Θράκης πλησίον Ὀλύνθου φασὶν εἶναι Κανθαρώλεθρον ὀνομαζόμενον τόπον, μικρῷ μείζονα τὸ μέγεθος ἅλω, εἰς ὃν τῶν μὲν ἄλλων ζώων ὅταν τι ἀφίκηται, πάλιν ἀπέρχεται, τῶν δὲ κανθάρων τῶν ἐλθόντων οὐδείς, ἀλλὰ κύκλῳ περιιόντες τὸ χωρίον λιμῷ τελευτῶσιν.

(115). In Chalcidica Thraciæ juxta Olynthum aiunt locum quemdam esse, quem Cantharolethron vocant, amplitudine aream paulo majorem: quem si aliud quoddam animans ingrediatur, rursus inde discedit, scarabæorum vero qui eo intraverint, nullus, sed locum in orbem pervagantes fame exanimantur.

CAP. CXXI.

(131). Ἐν δὲ Κύκλωψι τοῖς Θρᾳξὶ κρηνίδιόν ἐστιν ὕδωρ ἔχον ὃ τῇ μὲν ὄψει καθαρὸν καὶ διαφανὲς καὶ τοῖς ἄλλοις ὅμοιον, ὅταν δὲ πίῃ τι ζῷον ἐξ αὐτοῦ, παραχρῆμα διαφθείρεται.

(116). Apud Cyclopas Thraces fonticulus est aquam continens conspectu quidem puram ac limpidam ceterisque similem, verum hausta ab animante confestim necat.

CAP. CXXII.

(132) Φασὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κραστωνίᾳ παρὰ τὴν Βισαλτῶν χώραν τοὺς ἁλισκομένους λαγὼς δύο ἤπατα ἔχειν, καὶ τόπον τινὰ εἶναι ὅσον πλεθριαῖον, εἰς ὃν ὅ τι ἂν εἰσέλθῃ ζῷον, ἀποθνήσκει. (133) Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο αὐτόθι ἱερὸν Διονύσου μέγα καὶ καλόν, ἐν ᾧ τῆς ἑορτῆς καὶ τῆς θυσίας οὔσης λέγεται, ὅταν μὲν ὁ θεὸς εὐετηρίαν μέλλῃ ποιεῖν, ἐπιφαίνεσθαι μέγα σέλας πυρός, καὶ τοῦτο πάντας ὁρᾶν τοὺς περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας, ὅταν δ' ἀκαρπίαν, μὴ φαίνεσθαι τοῦτο τὸ φῶς, ἀλλὰ σκότος ἐπέχειν τὸν τόπον, ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας νύκτας.

(117). Aiunt et in Crastonia prope Bisaltarum regionem lepores qui capiuntur, bina jocinora habere, locumque quemdam circiter jugeri magnitudine esse, in quem quodcumque animal ingressum fuerit, perit. Est et aliud templum isthic Bacchi magnum pulchrumque, in quo dum festa solemnia sacrificiaque celebrantur, si fertilitatem quidem ejus anni polliceatur deus, fulgorem ignis adparere aiunt ingentem, ac omnibus circa templum agentibus conspicuum fieri; si vero sterilitatem, lumen hoc non adparere, sed tenebras, quemadmodum et reliquis noctibus, locum occupare.

CAP. CXXIII.

(134) Ἐν Ἤλιδι λέγουσιν εἶναί τι οἴκημα σταδίους ἀπέχον ὀκτὼ μάλιστα τῆς πόλεως, εἰς ὃ τιθέασι τοῖς Διονυσίοις λέβητας χαλκοῦς τρεῖς κενούς. Τοῦτο δὲ ποιήσαντες παρακαλοῦσι τῶν Ἑλλήνων τῶν ἐπιδημούντων τὸν βουλόμενον ἐξετάσαι τὰ ἀγγεῖα καὶ τοῦ

(118). In Elide ædificium est, ut ferunt, quoddam stadiis distans circiter octo ab urbe, in quod Dionysiis tres lebetes æneos collocant vacuos: quo facto, quicumque voluerit Græcorum aliunde huc advectorum, hortantur ut vasa

Digitized by Google

οἶκου κατασφραγίζεσθαι τὰς θύρας. Καὶ ἐπειδὰν μέλλωσιν ἀνοίγειν, ἐπιδείξαντες τοῖς πολίταις καὶ τοῖς ξένοις τὰς σφραγῖδας, οὕτως ἀνοίγουσιν. Οἱ δ' εἰσελθόντες εὑρίσκουσι τοὺς μὲν λέβητας οἴνου πλήρεις, τὸ δ' ἔδαφος καὶ τοὺς τοίχους ὑγιεῖς, ὥστε μηδεμίαν εἶναι ὑποψίαν λαβεῖν ὡς τέχνῃ τινὶ κατασκευάζουσιν. (135) Εἶναι δέ φασι παρ' αὐτοῖς καὶ ἰκτίνους, οἳ παρὰ μὲν τῶν διὰ τῆς ἀγορᾶς τὰ κρέα φερόντων ἁρπάζουσι, τῶν δ' ἱεροθύτων οὐχ ἅπτονται.

scrutetur domusque januas sigillis obsignet. Deinde quum eam reseraturi sunt, ostendunt sigilla et civibus et peregrinis, et sic denique aperiunt. Ingressi lebetes quidem vino plenos inveniunt, pavimentum vero et parietes integros, ita ut nulla suspicio obrepere possit quasi id arte quadam molirentur. (119) Aiunt apud eosdem quoque milvos esse, qui carnes per macellum quidem ferentibus eripiant, quæ immolantur vero, non tangant.

CAP. CXXIV.

(136) Ἐν Κορωνείᾳ δὲ τῆς Βοιωτίας λέγεται τοὺς ἀσπάλακας τὰ ζῷα μὴ δύνασθαι ζῆν, μηδ' ὀρύσσειν τὴν γῆν, τῆς λοιπῆς Βοιωτίας πολὺ πλῆθος ἐχούσης.

(120). Coronææ Bœotiæ oppido talpæ dicuntur nec vivere, nec terram fodere posse, magna alioqui copia per reliquam Bœotiam redundante.

CAP. CXXV.

(137) Ἐν Λουσοῖς δὲ τῆς Ἀρκαδίας κρήνην εἶναί τινά φασιν, ἐν ᾗ χερσαῖοι μύες γίνονται καὶ κολυμβῶσι, τὴν δίαιταν ἐν ἐκείνῃ ποιούμενοι. Λέγεται δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν Λαμψάκῳ εἶναι.

(121). Lusis in Arcadia ferunt fontem quemdam esse, in quo mures terrestres nascantur et natent vitamque degant. Atque idem etiam Lampsaci contingere fertur.

CAP. CXXVI.

(138) Ἐν δὲ Κράννωνι τῆς Θετταλίας φασὶ δύο κόρακας εἶναι μόνους ἐν τῇ πόλει. Οὗτοι ὅταν ἐκνεοττεύσωσιν, ἑαυτοὺς μέν, ὡς ἔοικεν, ἐκτοπίζουσιν, ἑτέρους δὲ τοσούτους τῶν ἐξ αὑτῶν γενομένων ἀπολείπουσιν.

(122). Crannone Thessaliæ urbe duos esse tantum corvos ferunt: qui ubi pullos suos e nido deturbarint, se ipsos quidem, ut videtur, alio transferunt, ceterum alios totidem ex se natos relinquunt.

CAP. CXXVII.

(139) Ἐν δ' Ἀπολλωνίᾳ τῇ πλησίον κειμένῃ τῆς τῶν Ἀτλαντίνων χώρας φασὶ γίνεσθαι ἄσφαλτον ὀρυκτὴν καὶ πίσσαν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τῆς γῆς ἀναπηδῶσαν τοῖς ὕδασιν, οὐδὲν διαφέρουσαν τῆς Μακεδονικῆς, μελαντέραν δὲ καὶ παχυτέραν πεφυκέναι ἐκείνης. Οὐ πόρρω δὲ τούτου τοῦ χωρίου πῦρ ἐστι καιόμενον πάντα τὸν χρόνον, ὡς φασιν οἱ κατοικοῦντες περὶ τὴν χώραν ἐκείνην. Ὁ δὲ καιόμενος τόπος ἐστὶν οὐ πολύς, ὡς ἔοικεν, ἀλλ' ὅσον μάλιστα πεντακλίνου τὸ μέγεθος. Ὄζει δὲ θείου καὶ στυπτηρίας, καὶ πέφυκε περὶ αὐτὸν πόα τε βαθεῖα, ὃ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις μάλιστα, καὶ δένδρα μεγάλα, οὐκ ἀπέχοντα τοῦ πυρὸς πήχεις τέσσαρας. Καίεται δὲ συνεχῶς περὶ Λυκίαν καὶ Μεγάλην πόλιν τὴν ἐν Πελοποννήσῳ.

(123). Apolloniæ, quæ juxta regionem Taulantiorum (?) sita est, nasci aiunt bitumen fossile picemque instar aquarum e terra subsilientem, nihil a Macedonica differentem, nisi quod atra magis densiorque proveniat. Nec procul isthinc ferunt adcolæ hujus regionis ignem exstare qui perpetuo ardeat. Locus autem ardens minime amplus est, ut videtur, sed quantus decem fere hominibus ad adcumbendum sufficeret. Ceterum sulfur alumenque redolet, crescitque et circa hunc gramen densissimum, et quod maxime mirere, arbores excelsæ vix quattuor cubitis ab igne distantes. Flagrat autem perpetuo circa Lyciam et Megalopolim Peloponnesi urbem.

CAP. CXXVIII.

(140) Λέγεται δὲ καὶ ἐν Ἰλλυριοῖς τίκτειν τὰ βοσκήματα δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰ πλεῖστα διδυμοτοκεῖν, καὶ πολλὰ δὲ τρεῖς, ἢ τέσσαρας ἑρίφους τίκτειν, ἔνια δὲ καὶ πέντε καὶ πλείους, ἔτι δὲ γάλακτος ἀφιέναι ῥᾳδίως τρία ἡμίχοα. Λέγουσι δὲ καὶ τὰς ἀλεκτορίδας οὐχ ὥσπερ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπαξ τίκτειν, ἀλλὰ δίς, ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας.

(124). Ferunt etiam apud Illyrios pecudes bis quotannis parere, et plerasque geminos, multas quoque ternos, vel quaternos hordos, nonnullas etiam quinos aut plures, lactisque facile sesquicongium præbere. Tum gallinas narrant non semel, sicut apud reliquas gentes, sed bis terve in dies singulos ova edere.

www.ibtool.com.cn

Digitized by Google

GENERAL LIBRARY University of MICHIGAN

CAP. CXXIX.

(141) Λέγεται δὲ καὶ ἐν Παιονίᾳ τοὺς βοῦς τοὺς ἀγρίους πολὺ μεγίστους ἁπάντων τῶν ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γίνεσθαι, καὶ τὰ κέρατα αὐτῶν χωρεῖν τέσσαρας χόας, ἐνίων δὲ καὶ πλεῖον.

(125) In Paeonia quoque gigni aiunt feros boves longe omnium maximos qui apud ceteras gentes exstent, cornuaque eorum quatuor congios capere, imo nonnullorum et plus.

CAP. CXXX.

(142) Περὶ δὲ τοῦ πορθμοῦ τῆς Σικελίας καὶ ἄλλοι μὲν πλείους γεγράφασι, καὶ οὗτος δέ φησι συμβαίνειν τερατῶδες· ἐκ γὰρ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους πολλῷ ῥοίζῳ φερόμενον τὸν κλύδωνα προσβάλλειν πρὸς ἀμφότερα τὰ ἀκρωτήρια, τὸ μὲν τῆς Σικελίας, τὸ δὲ τῆς Ἰταλίας, τὸ προσαγορευόμενον Ῥήγιον, καὶ φερόμενον ἐκ μεγάλου πελάγους εἰς στενὸν συγκλείεσθαι, τούτου δὲ γινομένου κῦμα μετέωρον αἴρειν σὺν πολλῷ βρόμῳ ἐπὶ πάνυ πολὺν τόπον τῆς ἄνω φορᾶς, ὥστε τοῖς μακρὰν ἀπέχουσι σύνοπτον εἶναι τὸν μετεωρισμόν, οὐχ ὅμοιον φαινόμενον θαλάσσης ἀναφορᾷ, λευκὸν δὲ καὶ ἀφρῶδες, παραπλήσιον δὲ τοῖς συρμοῖς τοῖς γινομένοις ἐν τοῖς ἀνυπερβλήτοις χειμῶσιν. Καί ποτε μὲν ἀλλήλοις συμπίπτειν ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ἀκρωτηρίων τοὺς κλύδωνας, καὶ ποιεῖν συγκλυσμὸν ἄπιστον μὲν διηγεῖσθαι, ἀνυπομόνητον δὲ τῇ ὄψει θεάσασθαι· ποτὲ δὲ διισταμένους ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους συρράξεως οὕτω βαθεῖαν καὶ φρικώδη τὴν ἄποψιν ποιεῖν τοῖς ἐξ ἀνάγκης θεωμένοις, ὥστε πολλοὺς μὲν μὴ κρατεῖν ἑαυτῶν, ἀλλὰ πίπτειν σκοτουμένους ὑπὸ δέους. Ἐπειδὰν δὲ προσπεσὸν τὸ κῦμα πρὸς ὁποτερονοῦν τῶν τόπων καὶ μετεωρισθὲν ἕως τῶν ἄκρων πάλιν εἰς τὴν ὑπορρέουσαν θάλασσαν κατενεχθῇ, τότε δὴ πάλιν σὺν πολλῷ μὲν βρυχηθμῷ, μεγάλαις δὲ καὶ ταχείαις δίναις, τὴν θάλασσαν ἀναζεῖν καὶ μετεωρίζεσθαι κυκωμένην ἐκ βυθῶν, παντοδαπὰς δὲ χρόας μεταλλάσσειν· ποτὲ μὲν γὰρ ζοφεράν, ποτὲ δὲ κυανῆν, πολλάκις δὲ πορφυρίζουσαν διαφαίνεσθαι. Τὸν δὲ δρόμον καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τὴν ἀνάρροιαν, οὐδ' ἀκούειν οὐδὲν ἑρπετόν, οὔθ' ὁρᾶν ὑπομένειν, φεύγειν δὲ πάντα πρὸς τὰς ὑποκειμένας ὑπωρείας. Λήγοντος δὲ τοῦ κλύδωνος τὰς δίνας μετεώρους φέρεσθαι ποικίλας οὕτω τὰς ἀναστροφὰς ποιουμένας, ὥστε δοκεῖν πρηστήρων ἤ τινων ἄλλων μεγάλων ὄφεων σπειράματι παρομοίους τὰς κινήσεις ἀποτελεῖν.

(126). De Siculo freto cum alii complures scripserunt, tum hic portentosam rem evenire inquit : æstum enim e Tyrrheno mari delatum strepitu ingenti utrumque promontorium, cum Siciliæ, tum Italiæ quod Rhegium vocant, ferire, delatumque ex mari vasto in angustias concludi : quo facto, fluctus sublimes adtollere fremitu magno ad spatium usque perlonginquum inde ab ipsa elatione, ita ut procul abstantibus conspicuus sit ebullicns æstus, maris exæstuantis fluctibus adspectu haudquaquam similem, sed album et spumosum similemque turbinibus quos immanissimæ excitare solent procellæ. Atque interdum quidem adversos fluctus ad utrumque promontorium concurrere undarumque efficere collisionem incredibilem quidem narratu, sed quam contueri oculis nemo sustineret; interdum vero dehiscentes ex mutuo conflictu adeo profundum ac horribilem voraginem necessario intuentibus ostendere, ut multi semet ipsos continere nequeant, sed metu obfuscati concidant. Postquam vero ad alterutrum locum fluctus adlisi sublatique ad summa usque promontoria, denuo in subtus defluens mare devoluti sunt, tum rursus magno cum rugitu vorticibusque magnis ac rapidis effervescere mare inque sublime efferri a fundo inde turbatum et omni modo colores variare : interdum enim tenebricosum, nonnumquam cæruleum, frequenter purpurascens interlucere. Ceterum cursum ejus et immensitatem refluxumque præterea nullum animal nec audire, nec videre sustinere, sed ad radices montium subjacentium confugere omnia. Cessante vero æstu, in sublime efferri vortices, adeo varias facientes reciprocationes, ut motus spiris presterum, aut aliorum quorumdam magnorum serpentum, similes edere videantur.

CAP. CXXXI.

(143) Φασὶν οἰκοδομούντων Ἀθηναίων τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς ἐν Ἐλευσῖνι περιεχομένην στήλην πέτραις εὑρεθῆναι χαλκῆν, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο « Δηϊόπης τόδε σῆμα », ἣν οἱ μὲν λέγουσι Μουσαίου εἶναι γυναῖκα, τινὲς δὲ Τριπτολέμου μητέρα γενέσθαι.

(127). Aiunt Atheniensibus templum Cereris Eleusiniæ exstruentibus, columnam saxis circumdatam inventam fuisse æream, cui inscriptum erat. « Deïopes hoc sepulcrum : » quam alii quidem Musæi uxorem, alii vero Triptolemi matrem fuisse perhibent.

Digitized by Google

CAP. CXXXII.

(144) Ἐν μιᾷ τῶν Αἰόλου προσαγορευομένων νήσων πλῆθός τί φασι γενέσθαι φοινίκων, ὅθεν καὶ Φοινικώδη καλεῖσθαι. Οὐκ ἂν οὖν εἴη τὸ λεγόμενον ὑπὸ Καλλισθένους ἀληθές, ὅτι ἀπὸ Φοινίκων τῆς Συρίας τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων τὸ φυτὸν ἔλαβε τὴν προσηγορίαν. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς Φοίνικας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων φασί τινες [φοίνικας] προσαγορευθῆναι διὰ τὸ πρώτους πλέοντας τὴν θάλασσαν, ἢ ἂν ἀποβαίησαν, πάντας ἀποκτείνειν καὶ φονεύειν. Καὶ κατὰ γλῶσσαν δ' ἐστὶ τὴν Περραιβῶν τὸ αἱμάξαι φοινίξαι.

(128) Æoli vero quas vocant, insularum unam ferunt palmis arboribus abundare, indeque et Phœnicussam adpellari : itaque fore ut falso a Callisthene adseratur, Phœnices Syriam littoralem incolentes arbori nomen indidisse. Verum a Græcis aiunt quidam ipsos quoque Phœnices nomen adcepisse, quod primi maria navigantes, quocumque adpellerent, omnes necarent ac trucidarent. Præterea Perrhæborum lingua φοινίξαι cruentare significat.

CAP. CXXXIII.

(145) Τῆς καλουμένης Αἰνιακῆς χώρας περὶ τὴν ὀνομαζομένην Ὑπάτην λέγεται παλαιά τις στήλη εὑρεθῆναι, ἣν οἱ Αἰνιᾶνες τίνος ἦν εἰδέναι βουλόμενοι, ἔχουσαν ἐπιγραφὴν ἀρχαίοις γράμμασιν, ἀπέστειλαν εἰς Ἀθήνας τινὰς κομίζοντας αὐτήν. Πορευομένων δὲ διὰ τῆς Βοιωτίας, καί τισι τῶν ξένων ὑπὲρ τῆς ἀποδημίας ἀνακοινουμένων, λέγεται αὐτοὺς εἰσαχθῆναι εἰς τὸ καλούμενον Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις· ἐκεῖθεν γὰρ μάλιστα ἂν εὑρεθῆναι τὴν τῶν γραμμάτων ἐπιγραφήν, λέγοντες εἶναί τινα ἀναθήματα δμοίους ἔχοντα τοὺς ῥυθμοὺς τῶν γραμμάτων ἀρχαῖα· ὅθεν αὐτούς φασιν ἀπὸ τῶν γνωριζομένων τὴν εὕρεσιν ποιησαμένους τῶν ἐπιζητουμένων, ἀναγράψαι τούσδε τοὺς στίχους·

Ἡρακλέης τεμένισσε (τέμενος τόδε) Κυθήρᾳ (κυδρᾷ) Φερσε-
[φαάσσῃ,
Γηρυονείας (τᾇδ') ἀγέλας ἕλάων, ἠδ' Ἐρύθειαν ἄγων.
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασιφάεσσα θεά.
Τᾇδε δέ μοι (δ' ἐμῷ) τέκνῳ, τῷ δ' (τᾇδ') Ἐρύθου τε (Εὐ-
[ρυτίωνι) δάμαρ (δαμέντι)
Νυμφογενὴς Ἐρύθη δὴ τόδ' ἔδωκε πέδον
Μναμόσυνον φιλίας, φηγῷ ὕπο σκιερᾷ.

Τούτῳ τῷ ἐπιγράμματι ἐπεχώρησε καὶ ὁ τόπος ἐκεῖνος Ἔρυθος καλούμενος, καὶ ὅτι ἐκεῖθεν τὰς βοῦς, καὶ οὐκ ἐξ Ἐρυθείας ἤγαγεν· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς κατὰ Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν τόποις οὐδαμοῦ τὸ ὄνομά φασι λέγεσθαι τῆς Ἐρυθείας.

(129) Circa urbem Hypatam dictam in regione Æniaca adpellata dicitur columna quædam vetus reperta esse insignita inscriptione literis vetustis exarata : quam Æniianes cujus esset, quum explorare cuperent, Athenas miserunt quosdam adlaturos. Hi vero per Bœotiam iter facientes ac de peregrinatione sua cum hospitibus quibusdam verba conserentes Thebas ad Ismenium quod vocant, deducti esse feruntur : inde enim literarum inscriptionem maxime enodari posse perhibebatur, istis nempe adfirmantibus, donaria quædam antiqua inibi exstare formis literarum similibus inscripta : unde illos dicunt, inventa ex notis explicatione eorum quæ quærerentur, hos literis mandasse versus :

Abducta bove Geryonis pulchraque Erythia,
Hunc lucum Alcides Persephonæ posuit.
Armenta hæc desiderio dea candida vicit.
Nympharum vero de genere una Erythe
Campum istum puero monumentum præbet amoris
Tegmine sub fagi Eurytioni suo.

Cum hac inscriptione consentit tum quod locus iste Erythus adpellatur, tum quod isthinc boves, non ex Erythia egit : neque enim usquam vel in Libya, vel in Hispania nomen Erythiæ exstare ferunt.

CAP. CXXXIV

(146) Τῆς δὲ Λιβύης ἐν Ἰτύκῃ τῇ καλουμένῃ, ἣ κεῖται μέν, ὡς λέγουσιν, ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ἑρμαίας καὶ τῆς Ἵππου ἄκρας, ἐπέκεινα δὲ Καρχηδόνος ὡς σταδίους διακοσίους (ἣ καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται ὑπὸ Φοινίκων αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἔτεσι διακοσίοις ὀγδοήκοντα ἑπτά, ὡς ἀναγέγραπται ἐν ταῖς Φοινικικαῖς ἱστορίαις), γίνεσθαί φασιν ἅλας ὀρυκτούς, ἐπὶ τρεῖς ὀργυιὰς τὸ βάθος, τῇ ὄψει λευκοὺς καὶ οὐ στερεούς, ἀλλ' ὁμοίους τῷ γλισχροτάτῳ γλοίῳ, καὶ ὅταν ἀνεγερθῶσιν εἰς τὸν ἥλιον, ἀποστερεοῦσθαι καὶ

(130) In Libyæ urbe, cui nomen Utica, sita, ut ferunt, in sinu inter Mercurii et Hippi promontoria, cc circiter stadiis ultra Carthaginem, quæque vel ipsa Carthagine annis CCLXXXVII, ut Phœniciæ historiæ tradunt, prius a Phœniciis condita esse dicitur, salem nasci fossilem aiunt trium passuum profunditate, adspectu album et minime solidum, sed similem viscosissimo strigmento : qui in solem

Digitized by Google

γίνεσθαι ὁμοίους τῷ Παρίῳ λίθῳ. Γλύφεσθαι δ' ἐξ αὐτῶν λέγουσι ζῴδια καὶ ἄλλα σκεύη.

prolatus adeo consolidetur, ut nihil a Pario lapide differat. Sculpi vero ex illo imagines aliaque utensilia ferunt.

CAP. CXXXV.

www.libtool.com.cn

(131) Τοὺς πρώτους τῶν Φοινίκων ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας λέγεται τοσοῦτον ἀργύριον ἀντιφορτίσασθαι, ἔλαιον καὶ ἄλλον ναυτικὸν ῥῶπον εἰσαγαγόντας, ὥστε μηκέτι ἔχειν δύνασθαι μήτ' ἐπιδέξασθαι τὸν ἄργυρον, ἀλλ' ἀναγκασθῆναι ἀποπλέοντας ἐκ τῶν τόπων τά τ' ἄλλα πάντα ἀργυρᾶ οἷς ἐχρῶντο, κατασκευάσασθαι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἀγκύρας πάσας.

(131) Primos Phœnices ferunt, quum Tartessum navigassent, tantam argenti vim oleo aliisque nauticis quisquiliis commutasse, ut nec amplius capere, nec recipere possent argentum, sed coactos fuisse his ex locis vela dantes cum cetera omnia, quibus utebantur, tum ancoras quoque cunctas ex argento conflare.

CAP. CXXXVI.

(132) Λέγουσι τοὺς Φοίνικας τοὺς κατοικοῦντας τὰ Γάδειρα καλούμενα, ἔξω πλέοντας Ἡρακλείων στηλῶν ἀπηλιώτῃ ἀνέμῳ ἡμέρας τέτταρας, παραγίνεσθαι εἴς τινας τόπους ἐρήμους, θρύου καὶ φύκους πλήρεις, οὓς ὅταν μὲν ἄμπωτις ᾖ, μὴ βαπτίζεσθαι, ὅταν δὲ πλημμύρα, κατακλύζεσθαι, ἐφ' ὧν εὑρίσκεσθαι ὑπερβάλλον θύννων πλῆθος, καὶ τοῖς μεγέθεσιν ἄπιστον καὶ τοῖς πάχεσιν, ὅταν ἐποκείλωσιν· οὓς ταριχεύοντες καὶ συντιθέντες εἰς ἀγγεῖα διακομίζουσιν εἰς Καρχηδόνα· ὧν Καρχηδόνιοι μόνων οὐ ποιοῦνται τὴν ἐξαγωγήν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχουσι κατὰ τὴν βρῶσιν, αὐτοὶ καταναλίσκουσιν.

(132) Phœnices aiunt, qui Gades inhabitant, quum ultra columnas Herculis navigant, vento subsolano per quatriduum impulsos ad loca quædam deserta adplicare alga fucoque plena, istaque recessus quidem aquarum tempore non humectari, per reciprocationem vero mergi, thunnorumque copiam innumerabilem inveniri in illis, qui ubi huc impegerint, magnitudine et obesitate sunt incredibili: quos salsos vasis reconditos Carthaginem deportant, eosque solos Carthaginienses non exportant, sed ob singularem ad rem cibariam bonitatem ipsi absumunt.

CAP. CXXXVII.

(133) Ἐν τῇ Πηδασίᾳ τῆς Καρίας θυσία τῷ Διὶ συντελεῖται, ἐν ᾗ πέμπουσιν αἶγά τινα, περὶ ἣν θαυμαστόν τί φασι γίνεσθαι· βαδίζουσα γὰρ ἐκ Πηδάσων σταδίους ἑβδομήκοντα δι' ὄχλου πολλοῦ τοῦ θεωροῦντος οὔτε διαταράττεται κατὰ τὴν πορείαν, οὔτ' ἐκτρέπεται τῆς ὁδοῦ, δεδεμένη δὲ σχοινίῳ προπορεύεται τοῦ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντος. Θαυμαστὸν δ' ἐστὶ καὶ τὸ δύο κόρακας εἶναι διὰ τέλους περὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν, ἄλλον δὲ μηδένα προσιέναι πρὸς τὸν τόπον, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν ἔχειν τὸ πρόσθεν τοῦ τραχήλου λευκόν.

(133) Pedasis Cariæ urbe Jovi sacrificium peragitur, per quod capra quædam sacra pompa deducitur, circa quam rem admiratione dignam advenire narrant: stadiis nempe LXX ex Pedasis per turbam frequentem, quæ spectare solet, progrediens non interturbatur in itinere, aut a via declinatur, sed funiculo adligata sacerdotem præcedit. Mirum etiam, duos corvos circa templum Jovis esse perpetuo, neque alium ullum eo accedere, eorumque alterum colli partem anteriorem habere candidam.

CAP. CXXXVIII.

(134) Ἐν Ἰλλυριοῖς δὲ τοῖς Ἀρδιαίοις καλουμένοις, παρὰ τὰ μεθόρια τῶν Αὐταριατῶν κἀκείνων, φασὶν ὄρος εἶναι μέγα, τούτου δὲ πλησίον ἄγκος, ὅθεν ὕδωρ ἀναπηδᾶν, οὐ πᾶσαν ὥραν, ἀλλὰ τοῦ ἦρος, πολὺ τῷ πλήθει, ὃ λαμβάνοντες τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τῷ στεγνῷ φυλάττουσι, τὰς δὲ νύκτας εἰς τὴν αἰθρίαν τιθέασιν. Καὶ πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας τοῦτο ποιησάντων αὐτῶν πήγνυται τὸ ὕδωρ, καὶ γίνεται κάλλιστον ἅλας, ὃ ἕνεκεν τῶν βοσκημάτων μάλιστα διατηροῦσιν· οὐ γὰρ εἰσάγονται πρὸς αὐτοὺς ἅλες διὰ τὸ κατοικεῖν πόρρω αὐτοὺς θαλάσσης καὶ εἶναι αὐτοὺς ἀμίκτους. Πρὸς οὖν τὰ βοσκήματα πλείστην αὐτοῦ χρείαν ἔχουσιν· ἁλίζουσι γὰρ αὐτὰ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἐὰν δὲ μὴ ποιήσωσι

(134) Apud Illyrios eos qui Ardiæi vocantur, juxta confinia quibus ipsi ab Autariatibus dirimuntur, montem magnum et in propinquo vallem esse dicunt, unde aqua prosiliat copiosa, non omni quidem tempore, sed vere tantum, quam haustam interdiu quidem sub tecto adservant, noctu vero sub dio collocant. Quod ubi ita fecerint V aut VI diebus, aqua congelatur, ac sal præstantissimum efficitur. Hunc morem autem pecoris potissimum causa servant: neque enim ad eos sal importatur, quia a mari longius habitant et a commercio sunt alieni. Ob pecora itaque maxime eo opus habent: bis enim quotannis salem iis dant: quod nisi fece-

Digitized by Google

τοῦτο, συμβαίνει αὐτοῖς ἀπόλλυσθαι τὰ πλεῖστα τῶν βοσκημάτων.

rint, evenit ut plurima pars iis intereat.

CAP. CXXXIX.

www.libtool.com.cn

(135) Ἐν Ἄργει δέ φασι γίνεσθαι ἀκρίδος τι γένος ὃ καλεῖται σκορπιομάχον· ὅταν γὰρ ἴδῃ τάχιστα σκορπίον, ἀνθίσταται αὐτῷ· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ σκορπίος ἐκείνῃ. Καὶ κύκλῳ περιιοῦσα τρίζει περὶ αὐτόν· τὸν δὲ τὸ κέντρον ἐπαίροντα ἀντιπεριάγειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀνιέναι τὸ κέντρον, καὶ τέλος ὅλον ἐκτείνεσθαι, τῆς ἀκρίδος κύκλῳ τρεχούσης. Τὰ τελευταῖα δὲ προσελθοῦσα κατεσθίει αὐτὸν ἡ ἀκρίς. Ἀγαθὸν δέ φασιν εἶναι καὶ πρὸς τὰς πληγὰς τοῦ σκορπίου ἐπιφαγεῖν αὐτήν.

(135) Argis genus locustæ ferunt nasci (scorpiomachum vocant), quod scorpionem quam primum conspexerit, adoritur, atque hic vicissim illam. Itaque undique circumcurrens stridet circum illum; contra ille stimulum adtollens eodem loco circumagit, tum illum paullatim laxat, ac postremo totus extentus jacet, locusta in orbem currente. Denique adcedens eum devorat locusta. Scorpionum ictibus hæc quoque postmodum comesta bonum medicamentum esse dicitur.

CAP. CXL.

(136) Τοὺς ἐν Νάξῳ σφῆκάς φασιν, ὅταν φάγωσι τοῦ ἔχεως (προσφιλὴς δ' αὐτοῖς ἡ σάρξ, ὡς ἔοικεν, ἐστίν), ἐπειδάν τινα κεντήσωσι, περιωδύνους οὕτω ποιεῖν ὥστε χαλεπωτέραν φαίνεσθαι τῆς πληγῆς τῶν ἐχέων.

(136) Vespas ferunt in Naxo, si, vipera gustata, cujus caro, ut videtur, grata est illis, aculeum infixerint alicui, tantos dolores excitare ut molestiora vulnera infligere videantur ictibus viperarum.

CAP. CXLI.

(137) Φασὶ τὸ Σκυθικὸν φάρμακον, ᾧ ἀποβάπτουσι τοὺς ὀϊστούς, συντίθεσθαι ἐξ ἐχίδνης. Τηροῦσι δέ, ὡς ἔοικεν, οἱ Σκύθαι τὰς ἤδη ζωοτοκούσας, καὶ λαβόντες αὐτὰς τήκουσιν ἡμέρας τινάς. Ὅταν δ' ἱκανῶς αὐτοῖς δοκῇ σεσῆφθαι πᾶν, τὸ τοῦ ἀνθρώπου αἷμα εἰς χυτρίδιον ἐγχέοντες εἰς τὰς κοπρίας κατορύττουσι πωμάσαντες. Ὅταν δὲ καὶ τοῦτο σαπῇ, τὸ ὑφιστάμενον ἐπάνω τοῦ αἵματος, ὃ δή ἐστιν ὑδατῶδες, μιγνύουσι τῷ τῆς ἐχίδνης ἰχῶρι, καὶ οὕτω ποιοῦσι θανάσιμον.

(137) Scythicum venenum, quo sagittæ inficiuntur, ex vipera parari aiunt: observant enim Scythæ, ut videtur, jamjam fœtum vivum edituras et captas diebus aliquot liquescere sinunt. Quumque illis satis computruisse videtur tota mixtura, infundunt ollulæ humanum sanguinem, quam in sterquilinio obturatam defodiunt. Ac ubi is quoque putruerit, liquorem sanguini supernatantem aquosum miscent saniei viperæ, et letale hoc pacto venenum reddunt.

CAP. CXLII.

(138) Ἐν Κουρίῳ τῆς Κύπρου ὄφεών τι γένος εἶναί φασιν, ὃ τὴν δύναμιν ὁμοίαν ἔχει τῇ ἐν Αἰγύπτῳ ἀσπίδι, πλὴν ὅτι τοῦ χειμῶνος ἐὰν δάκῃ, οὐδὲν ἐργάζεται, εἴτε δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, εἴτε διότι τὸ ζῷον δυσκίνητον γίνεται ὑπὸ τοῦ ψύχους ἀποπηγνύμενον, καὶ τελέως ἀδύνατον, ἐὰν μὴ θερμανθῇ.

(138) Curii quod Cypri est oppidum, serpentum quoddam genus esse ferunt vim habens aspidi Ægyptiæ non absimilem, nisi quod hyeme morsus hujus sunt inefficaces, sive ob aliam quampiam causam, sive quod frigore congelatum ad motum languidum redditur animal et penitus imbecillum, nisi calore reficiatur.

CAP. CXLIII.

(139) Ἐν Κέῳ φασὶν εἶναί τι γένος ἀχέρδου, ὑφ' ἧς ἐάν τις πληγῇ τῇ ἀκάνθῃ, ἀποθνήσκει.

(139) In Ceo aiunt genus quoddam esse piri sylvestris, cujus spina qui vulnerantur, intereunt.

CAP. CXLIV.

(140) Ἐν Μυσίᾳ φασὶν ἄρκτων τι γένος εἶναι λευκόν, αἳ ὅταν κυνηγῶνται, ἀφιᾶσι τοιαύτην πνοὴν ὥστε τῶν κυνῶν τὰς σάρκας σήπειν, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν λοιπῶν θηρίων, ἀδρώτους τε ποιεῖν. Ἐὰν δέ τις καὶ βιάσηται καὶ ἐγγίσῃ, ἀφιᾶσιν ἐκ τοῦ στόματος φλέγμα

(140) In Mysia vero ursorum quoddam genus album esse aiunt, qui ubi a venatoribus impetuntur, ejusmodi halitum emittunt, ut canum carnes putrefaciat, eodemque modo et reliquarum ferarum, easque ad rem cibariam inutiles reddat. Verum et si quis vim sibi inferat atque ad-

Digitized by Google

πάμπολύ τι, ὡς ἔοικεν, ὃ προσφυσᾷ πρὸς τὰ πρόσωπα τῶν κυνῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἀποπνίγειν καὶ ἀποτυφλοῦν.

propinquet, permagnam quamdam, ut videtur, pituitæ copiam ex ore emittunt, eamque canum faciei adflant, itemque et hominum, ita ut et subfocent et excoecent.

www.libtool.com.cn

CAP. CXLV.

(157) Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ ὑαινῶν τι γένος φασὶν εἶναι, ὃ ἐπειδὰν προΐδῃ τι θηρίον, ἢ ἀνθρώπου ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν σκιάν, ἀφωνίαν ἐργάζεται καὶ πῆξιν τοιαύτην ὥστε μὴ δύνασθαι κινεῖν τὸ σῶμα· τοῦτο δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τῶν κυνῶν.

(141) Aiunt in Arabia hyænarum genus esse quoddam, quod ubi feram aliquam primum viderit, aut super hominis umbram ingressum fuerit, vocem illis auferat, eosque ita defigat ut corpus movere nequeant. Eodem modo aiunt et canes afficere.

CAP. CXLVI.

(158) Κατὰ δὲ Συρίαν εἶναί τί φασι ζῷον ὃ καλεῖται λεοντοφόνον· ἀποθνήσκει γὰρ ὁ λέων, ὡς ἔοικεν, ὅταν αὐτοῦ φάγῃ. Ἐκὼν μὲν οὖν τοῦτο οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φεύγει τὸ ζῷον· ὅταν δὲ συλλαβόντες αὐτὸ οἱ κυνηγέται καὶ ὀπτήσαντες ὥσπερ ἕλφιτα λευκὰ περιπάσσωσιν ἄλλῳ ζῴῳ, γευσάμενον ἀπόλλυσθαί φασι παραχρῆμα. Κακοῖ καὶ προσουροῦν τὸν λέοντα τοῦτο τὸ ζῷον.

(142) In Syria animal esse aiunt, quod leonicidam vocant: eo enim ingesto leones exanimantur, ut videtur. Ultro itaque hoc non faciunt, sed animal fugiunt; verum venatores captam atque assatam hanc feram, quasi polentam candidam, alii animali aspergunt: quo gustato confestim perire fertur leo. Hoc animal leonem etiam commingens infestat.

CAP. CXLVII.

(159) Λέγεται καὶ τοὺς γῦπας ὑπὸ τῆς τῶν μύρων ὀσμῆς ἀποθνήσκειν, ἐάν τις αὐτοὺς χρίσῃ, ἢ δῷ τι μεμυρισμένον φαγεῖν· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς κανθάρους ὑπὸ τῆς τῶν ῥόδων ὀσμῆς.

(143) Feruntur et vultures ex unguentorum odore exanimari, si quis eos ungat, remve quamdam unguentis delibutam iis propinet. Eodem modo et scarabæos rosarum odore perire aiunt.

CAP. CXLVIII.

(160) Καὶ ἐν Σικελίᾳ δέ φασι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ τοὺς γαλεώτας θανάσιμον ἔχειν τὸ δῆγμα, καὶ οὐχ ὥσπερ τοὺς παρ' ἡμῖν ἀσθενὲς καὶ μαλακόν· εἶναι δὲ καὶ μυῶν γένος ἐφιπτάμενον, ὃ ὅταν δάκῃ, ἀποθνήσκειν ποιεῖ.

(144) Et in Sicilia et in Italia aiunt stellionum morsum letalem, nec ut nostratum, levem et imbecillem esse. Et murium genus exstare ferunt advolantium quod ubi momorderit, necem infert.

CAP. CXLIX.

(161) Ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας φασὶ καὶ ἐν Ἰστροῦντι ὀφείδιά τινα γίνεσθαι, ἃ τοὺς ἐγχωρίους οὐ δάκνει, τοὺς ξένους δ' ἀδικεῖ σφόδρα.

(145) In Mesopotamia Syriæ et Istrunto dicunt serpentes quosdam exiguos nasci, qui indigenas non mordeant, advenas vero vehementer infestent.

CAP. CL.

Περὶ δὲ τὸν Εὐφράτην καὶ τελείως φασὶ τοῦτο γίνεσθαι· πολλοὺς γὰρ φαίνεσθαι περὶ τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ καὶ διανέοντας ἐφ' ἑκάτερα, ὥστε τῆς δείλης ἐνταῦθα θεωρουμένους ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἐπὶ θατέρου μέρους φαίνεσθαι, καὶ τοὺς ἀναπαυομένους τῶν μὲν Σύρων μὴ δάκνειν, τῶν δ' Ἑλλήνων μὴ ἀπέχεσθαι.

(146) Circa Euphratem vero maxime id accidere dicunt: multos enim circa fluminis littora conspici atque in partem utramque tranare, ita ut si vespere hac parte visi fuerint, illucescente luce ab altera conspiciantur, ac Syros quidem dormientes non mordere, Græcis vero non parcere.

CAP. CLI.

(162) Ἐν Θεσσαλίᾳ φασὶ τὸν ἱερὸν καλούμενον ὄφιν πάντας ἀπολλύειν, οὐ μόνον ἐὰν δάκῃ, ἀλλὰ καὶ ἐὰν θίγῃ· διὸ καὶ ὅταν φανῇ καὶ τὴν φωνὴν

(147) In Thessalia ferunt serpentem sacrum vocatum non solum morsu, sed etiam contactu, omnes perdere: quocirca quum apparet, aut vox ejus auditur (apparet autem

Digitized by Google

ἀκούσωσι (φαίνεται δὲ σπανίως), φεύγουσι καὶ οἱ ὄφεις καὶ οἱ ἔχεις καὶ τἆλλα πάντα θηρία. Τῷ δὲ μεγέθει οὐκ ἔστι μέγας, ἀλλὰ μέτριος. Ἐν Τήνῳ δέ ποτέ φασιν αὐτὸν τῇ πόλει κατὰ Θετταλίαν ἀναιρεθῆναι ὑπὸ γυναικός, γενέσθαι δὲ τὸν θάνατον τοιόνδε· γυναῖκα κύκλον γράψασαν καὶ τὰ φάρμακα θεῖσαν εἰσβῆναι εἰς τὸν κύκλον, αὐτὴν καὶ τὸν υἱόν, εἶτα μιμεῖσθαι τὴν φωνὴν τοῦ θηρίου· τὸ δ' ἀντᾴδειν καὶ προσιέναι· ᾄδοντος δὲ καταδαρθεῖν τὴν γυναῖκα, καὶ ἐγγυτέρω προσιόντος μᾶλλον, ὥστε μὴ δύνασθαι κρατεῖν τοῦ ὕπνου. Τὸν δ' υἱὸν παρακαθήμενον ἐγείρειν τύπτοντα, κελευούσης ἐκείνης, καὶ λέγειν ὅτι ἐὰν μὲν καθυπνώσῃ, ἀπολεῖται καὶ αὐτὴ καὶ ἐκεῖνος, ἐὰν δὲ βιάσηται καὶ προσαγάγηται τὸ θηρίον, σωθήσονται. Ὡς δὲ προσῆλθεν ὁ ὄφις εἰς τὸν κύκλον, αὖον εὐθὺς γενέσθαι αὐτόν.

raro), serpentes ac viperæ et reliquæ etiam feræ omnes diffugiunt. Magnitudine est non vasta, sed moderata. Aiunt Teni quæ Thessaliæ est urbe, ipsum aliquando a muliere e medio sublatum esse, ejusque mortem in hunc modum evenisse: primum circulum descripsit femina, et veneficia in eo posuit; tum in illum una cum filio ingressa ac vocem bestiæ imitata est; hanc vero vicissim obcinuit et adcessit, eaque recinente, obdormivit femina, eoque magis quo propius adcederet serpens, ita ut somno superior manere non posset; filius vero adsidens matrem pulsando (ita præcipiente ipsa) excitabat dicebatque, si obdormiret, cum sibi, tum ipsi imminere interitum, verum si sibi vim inferret et adliceret bestiam, salvos fore. Quam primum circulum ingressus est serpens, statim exaruit.

CAP. CLII.

(163) Λέγεται περὶ τὰ Τύανα ὕδωρ εἶναι ὁρκίου Διός (καλοῦσι δ' αὐτὸ Ἀσβαμαῖον), οὗ πηγὴ ἀναδίδοται πάνυ ψυχρά, παφλάζει δ' ὥσπερ οἱ λέβητες. Τοῦτο εὐόρκοις μὲν ἡδύ τε καὶ ἵλεων· ἐπιόρκοις δὲ παρὰ πόδας ἡ δίκη· ἐποσκήπτει γὰρ εἰς ὀφθαλμοὺς καὶ εἰς χεῖρας καὶ εἰς πόδας, ἁλίσκονταί θ' ὑδέροις καὶ φθόαις· καὶ οὐδὲ πρόσθεν ἀπελθεῖν δυνατόν, ἀλλ' αὐτόθι ἔχονται καὶ ὀλοφύρονται πρὸς τῷ ὕδατι, ὁμολογοῦντες ἃ ἐπιώρκησαν.

Prope Tyana aqua Jovi jurisjurandi vindici sacra esse dicitur, quam Asbamæam vocant, fonte valde frigido scaturiens; ebullit vero instar lebetum. Sancte quidem jurantibus hæc suavis est et propitia; perjuri vero pœnas dant e vestigio: in oculos enim et manus et pedes incumbit, aquaque intercute et tabe corripiuntur. Neque discedere ante possunt, sed ibi tenentur, lamentanturque ad aquam, perjuria confitentes.

CAP. CLIII.

(164) Ἀθήνησί φασι τὸν ἱερὸν τῆς ἐλαίας θαλλὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βλαστῆσαι καὶ πλείονα γενέσθαι, ταχὺ δ' αὖ πάλιν συστέλλεσθαι.

Athenis dicunt sacrum oleæ ramum uno die germinare et crescere, mox vero etiam rursus decrescere.

CAP. CLIV.

(165) Τῶν ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναρραγέντων καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων ἔνθα καὶ ἔνθα χειμάρρου δίκην, τὸ τῶν εὐσεβῶν γένος ἐτίμησε τὸ δαιμόνιον· περιχαταληφθέντων γὰρ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων γονεῖς καὶ σώζειν, πλησίον αὐτῶν γενόμενον τὸ τοῦ πυρὸς ῥεῦμα ἔξεσχίσθη, παρέτρεψέ τε τοῦ φλογμοῦ τὸ μὲν ἔνθα, τὸ δ' ἔνθα, καὶ ἐτήρησεν ἀβλαβεῖς ἅμα τοῖς γονεῦσι τοὺς νεανίσκους.

Ætnæ crateribus ruptis terramque velut torrens hic illic inundantibus, numen piorum genus honoravit: deprehensis enim a flumine, quia senes humeris suis parentes portarent, eos servaturi, igneum flumen, quum iis jam adpropinquasset, scissum est, atque flammam in utramque partem declinavit, juvenesque una cum parentibus intactos servavit.

CAP. CLV.

(166) Λέγεται τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευάζοντα τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν ἐν μεσότητι ταύτης τῆς ἀσπίδος τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας, ὥσθ' ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν.

Phidiam statuarium narrant, quum Minervam quæ in arce est, faceret, in medio ejus scuto faciem suam insculpsisse, illamque occulto quodam artificio cum statua ita conjunxisse, ut si quis eam vellet inde eximere, necessario totam statuam dissolveret ac conturbaret.

Digitized by Google

CAP. CLVI.

(167) Φασὶν ὡς ἀνδριὰς ὁ τοῦ Βίτυος ἐν Ἄργει ἀπέκτεινε [τὸν αἴτιον] τοῦ θανάτου τῷ Βίτυϊ, θεωροῦντι ἐμπεσών. Ἔοικεν οὖν οὐκ εἰκῇ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι.

Argis ferunt Bityis statuam eum qui Bityis causa mortis fuerat, occidisse, quum spectaculum contueretur illapsam. Hujusmodi itaque non temere fieri videntur.

CAP. CLVII.

(168) Φασὶ τοὺς κύνας μόνον διώκειν τὰ θηρία πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν Μελάνων καλουμένων ὀρῶν, ἀλλ' ἀναστρέφειν, ὅταν ἄχρι τούτων διώκωσιν.

Canes dicunt feras tantum ad cacumina usque montium, qui Nigri adpellantur, persequi, reverti vero, si eo usque illas persecuti sint.

CAP. CLVIII.

(169) Ἐν τῷ Φάσιδι ποταμῷ γεννᾶσθαι ῥάβδον ὀνομαζομένην λευκόφυλλον, ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν δρεπόμενοι ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀνόθευτον τηροῦσι τὸν γάμον.

In Phaside fluvio virgam nasci tradunt, leucophyllum dictam, quam zelotypi mariti decerpentes circa genialem lectum conjiciunt, et nuptias servant inviolatas.

CAP. CLIX.

(170) Ἐν δὲ τῷ Τίγριδι γίνεσθαί φασι λίθον μωδῶν κεκλημένον βαρβαρικῶς, τῇ χρόᾳ πάνυ λευκόν, ὃν ἐάν κατέχῃ τις, ὑπὸ θηρίων οὐδὲν ἀδικεῖται.

In Tigride vero lapidem ferunt inveniri, quem barbari Modon nominant, colore admodum albo, quem si quis secum gerat, haudquaquam a feris læditur.

CAP. CLX.

(171) Ἐν δὲ τῷ Σκαμάνδρῳ γίνεσθαί φασι βοτάνην σίστρον καλουμένην, παραπλησίαν ἐρεβίνθῳ, κόκκους δ' ἔχει σειομένους, ὅθεν τὴν προσηγορίαν ἔλαβεν· ταύτην τοὺς κατέχοντας μήτε δαιμόνιον, μήτε φαντασίαν ἠντιναοῦν φοβεῖσθαι.

In Scamandro vero plantam nasci ferunt, cui nomen sistrum, ciceri haud absimilem, cujus grana quassantur, unde nomen traxit. Hanc qui gestent, neque numen ullum, nec spectrum timere.

CAP. CLXI.

(172) Περὶ Λιβύην ἄμπελός ἐστιν ἣν καλοῦσι μαινομένην τινές, ἣ τῶν καρπῶν τοὺς μὲν πεπαίνει, τοὺς δ' ὁμφακώδεις ἔχει, τοὺς δ' ἀνθοῦντας καὶ βραχύ τινα χρόνον.

Circa Libyam vitis est, quam insanam quidam adpellant, quæ fructuum alios maturat, alios immaturis similes habet, alios florentes, idque intra breve temporis spatium.

CAP. CLXII.

(173) Περὶ τὸ Σίπυλον ὄρος γίνεσθαί φασι λίθον παρόμοιον κυλίνδρῳ, ὃν οἱ εὐσεβεῖς υἱοὶ ὅταν εὕρωσιν, ἐν τῷ τεμένει τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τιθέασι, καὶ οὐδέποτε χάριν ἀσεβείας ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ' ἀεί εἰσι φιλοπάτορες.

Circa Sipylum montem lapidem nasci perhibent cylindri forma, quem pii filii ubi invenerint, in fano matris deûm ponunt, neque umquam impietatis ratione delinquunt, sed semper parentum sunt amantes.

CAP. CLXIII.

(174) Ἐν ὄρει Ταϋγέτῳ γίνεσθαι βοτάνην καλουμένην χαρισίαν, ἣν γυναῖκες ἔαρος ἀρχομένου τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἐρῶνται.

In monte Taygeto herbam nasci Charisiam dictam, quam mulierculæ primo vere a collo suspendunt, et a viris amantur impensius.

Digitized by Google

CAP. CLXIV.

(178) Ὄθρυς ὄρος ἐστὶ Θετταλίας, ὃ φέρει ὄφεις τοὺς λεγομένους σῆπας, οἳ οὐκ ἔχουσι μίαν χροιάν, ἀλλ' ἀεὶ ὁμοιοῦνται τῷ χώρῳ ἐν ᾧ οἰκοῦσιν. Τινὲς δ' αὐτῶν ὅμοιον ἔχουσι τὸ χρῶμα τοῖς κόχλοις τῆς γῆς· ἄλλοις δὲ χλοάζουσά ἐστιν ἡ φολίς· ὅσοι δ' αὐτῶν ἐν ψαμάθοις διατρίβουσι, ταύταις ἐξομοιοῦνται κατὰ τὸ χρῶμα. Δάκνοντες δ' ἐμποιοῦσι δίψος. Ἔστι δ' αὐτῶν τὸ δῆγμα οὐ τραχὺ καὶ ἔμπυρον, ἀλλὰ κακόηθες.

Othrys mons est Thessaliæ, qui serpentes profert sepes dictos, quibus non unus est color, sed semper loco similes redduntur ubi degunt. Quidam eorum colorem habent cochleis terrestribus similem; aliorum vero squamæ sunt horridæ; in arenis tandem qui agunt, colores illarum referunt. Mordentes vero sitim infligunt. Morsus autem eorum non asper est ac igneus, sed malignus.

CAP. CLXV.

(179) Τοῦ περκνοῦ ἔχεως τῇ ἐχίδνῃ συγγινομένου, ἡ ἔχιδνα ἐν τῇ συνουσίᾳ τὴν κεφαλὴν ἀποκόπτει· διὰ τοῦτο καὶ τὰ τέκνα, ὥσπερ τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς μετερχόμενα, τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς διαρρήγνυσιν.

Nigra vipera mascula cum femella coeunte, hæc illi in coitu caput detruncat: quapropter et partus, tamquam patris necem ulciscens, matris ventrem perrumpit.

CAP. CLXVI.

(180) Ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ γεννᾶσθαι λίθον φασὶ κυάμῳ παρόμοιον, ὃν ἂν κύνες ἴδωσιν, οὐχ ὑλακτοῦσιν. Συντελεῖ δὲ καὶ τοῖς δαίμονί τινι γενομένοις κατόχοις· ἅμα γὰρ τῷ προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον.

In Nilo flumine lapidem nasci aiunt fabæ similem, quem canes si viderint, non latrant. Iis quoque salutaris est qui a dæmone quodam vexantur: nam simul ac naso appositus est, fugit dæmon.

CAP. CLXVII.

(181) Ἐν δὲ τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ τῆς Ἀσίας λίθον φασὶ σώφρονα καλούμενον κατ' ἀντίφρασιν· ὃν ἐάν τις εἰς τινος ἐμβάλῃ κόλπον, ἐμμανὴς γίνεται καὶ φονεύει τινὰ τῶν συγγενῶν.

In Mæandro Asiæ flumine lapidem reperiri aiunt, qui a contrario sophron nuncupatur: quem si quis in sinum cujusdam miserit, furore percietur et cognatorum aliquem occidit.

CAP. CLXVIII.

(182) Ῥῆνος καὶ Ἴστρος οἱ ποταμοὶ ὑπ' ἄρκτον ῥέουσιν, ὁ μὲν Γερμανούς, ὁ δὲ Παίονας παραμείβων· καὶ θέρους μὲν ναυσίπορον ἔχουσι τὸ ῥεῖθρον, τοῦ δὲ χειμῶνος παγέντες ὑπὸ κρύους ἐν πεδίου σχήματι καθιππεύονται.

Rhenus et Ister fluvii sub septemtriones fluunt; alter quidem Germanos, alter vero Pannonios transit, ac æstate alveum habent navigabilem, hyeme vero frigore concreti, velut campi, equitibus calcantur.

CAP. CLXIX.

(183) Περὶ τὴν Θούριον πόλιν δύο ποταμούς φασιν εἶναι, Σύβαριν καὶ Κρᾶθιν. Ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἀπ' αὐτοῦ πτυρτικοὺς εἶναι ποιεῖ, ὁ δὲ Κρᾶθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθότριχας λουομένους.

Circa Thurium oppidum duo flumina esse ferunt, Sybarin et Crathin. Sybaris itaque ex eo bibentes (equos) in consternationem proclives reddit; Crathis vero hominum in eo lavantium capillos flavos efficit.

CAP. CLXX

(184) Ἐν δ' Εὐβοίᾳ δύο ποταμοὺς εἶναι, ὧν ἀφ' οὗ μὲν τὰ πίνοντα πρόβατα λευκὰ γίνονται· ὃς ὀνομάζεται Κέρβης· ὁ δὲ Νηλεύς, ὃς μέλανα ποιεῖ.

In Eubœa autem duo esse flumina, ex quorum altero bibentes oves albæ fiunt: huic nomen est Cerbes; alteri vero Neleus, qui easdem denigrat.

www.lutoo.com.cn

Digitized by Google

CAP. CLXXI.

(185) Παρὰ Λυκόρμᾳ ποταμῷ γεννᾶσθαι βοτάνην λόγχῃ παρόμοιον συντελοῦσαν πρὸς ἀμβλυωπίαν ἄριστα.

Circa Lycormam fluvium herbam nasci lanceæ similem, ad hebetes oculos præsens remedium.

CAP. CLXXII.

(186) Τὴν ἐν Συρακούσαις τῆς Σικελίας πηγὴν Ἀρέθουσαν διὰ πενταετηρίδος κινεῖσθαι λέγουσιν.

Syracusis Arethusam Siciliæ fontem quinto quoque anno moveri affirmant.

CAP. CLXXIII.

(187) Ἐν ὄρει Βερεκυνθίῳ γεννᾶσθαι λίθον καλούμενον μάχαιραν, ὃν ἐὰν εὕρῃ τις, τῶν μυστηρίων τῆς Ἑκάτης ἐπιτελουμένων ἐμμανὴς γίνεται, ὡς Εὔδοξός φησιν.

In monte Berecynthio lapidem innasci gladium nomine, quem si quis invenerit, is, ut Eudoxus scribit, quum Hecates mysteria celebrantur, in furorem vertitur.

CAP. CLXXIV.

(188) Ἐν ὄρει δὲ Τμώλῳ γεννᾶσθαι λίθον παρόμοιον κισσήρει, ὃς τετράκις τῆς ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν· βλέπεσθαι δ' ὑπὸ παρθένων τῶν μὴ τῷ χρόνῳ φρονήσεως μετεχουσῶν.

In Tmolo monte lapidem nasci pumici similem, qui colorem quater mutat quotidie; cerni vero a virginibus quæ ætatis ergo nondum prudentiæ participes sunt.

CAP. CLXXV.

(189) Ἐν Ἀρτέμιδος Ὀρθωσίας βωμῷ ταῦρον ἱστασθαι χρύσειον, ὃς κυνηγῶν εἰσελθόντων φωνὴν ἐπαφίησιν.

In Orthosiæ Dianæ ara taurum stare aureum, qui venatoribus ingressis vocem emittat.

CAP. CLXXV.

(190) Ἐν Αἰτωλοῖς φασιν ὁρᾶν τοὺς ἀσπάλακας ἀμυδρῶς, καὶ οὐδὲ σιτεῖσθαι γῆν, ἀλλ' ἀκρίδας.

In Ætolia talpas tradunt visu præditas esse hebeti; neque terra vesci, sed locustis.

CAP. CLXXVII.

(191) Τοὺς ἐλέφαντάς φασι κύειν ἔτη δύο, οἱ δὲ μῆνας ἀκτωκαίδεκα· ἐν δὲ τῇ ἐκτέξει δυστοκεῖν.

Elephantos dicunt ventrem biennio perferre, secundum alios mensibus duodeviginti; sub ipso vero partu molestia affici.

CAP. CLXXVIII.

(192) Δημάρατον Τιμαίου τοῦ Λοκροῦ ἀκουστὴν νοσήσαντα ἄφωνόν φασιν ἐπὶ δέκα γενέσθαι ἡμέρας· ἐν δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἀνανήψας βραδέως ἐκ τῆς παρακοπῆς ἔφησεν ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἥδιστα αὐτῷ βεβιῶσθαι.

Demaratus Timæi Locrensis auditor ægrotans decem dies mutus fuisse dicitur; undecimo vero, quum sero tandem ex delirio se recollegisset, illo se tempore suavissime vixisse affirmavit.

Digitized by Google

ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ.

ΤΜΗΜΑ Α.

ΟΣΑ ΙΑΤΡΙΚΑ.

www.libtool.com.cn

PROBLEMATA.

SECTIO I.

QUÆ AD MEDICINAM PERTINENT.

(859.)

1. Διὰ τί αἱ μεγάλαι ὑπερβολαὶ νοσώδεις; Ἢ ὅτι ὑπερβολὴν ἢ ἔλλειψιν ποιοῦσιν, τοῦτο δ' ἦν ἡ νόσος;

1. Cur exsuperantiæ magnæ morbidæ sunt? An quia vel excessum, vel defectum efficiunt : qua quidem re morbus consistit?

2. Διὰ τί δὲ τὰς νόσους ὑγιάζουσι πολλάκις, ὅταν πολὺ ἐκστῇ τις, καὶ ἐνίων ἰατρῶν τοιαύτη ἡ τέχνη; ὑπερβολαῖς γὰρ ἰῶνται οἴνου, ἢ ὕδατος, ἢ ἅλμης, ἢ σίτου, ἢ λιμοῦ. Ἢ ὅτι ἐναντία ἀλλήλοις τὰ τὴν νόσον ποιοῦντα; Εἰς τὸ μέσον οὖν ἄγει θάτερον ἑκάτερα.

2. Cur vero morbos sæpe sanant, ubi quis abunde excessit, atque nonnulli medici eo modo artem exercent? per excessum enim sanant vel vini, vel, aquæ, vel salsuginis, vel cibi, vel inediæ. An quoniam causæ, quæ morbos adferunt, adversæ inter se sunt? Utraque ergo alterum ad medium statum deducunt.

3. Διὰ τί αἱ τῶν ὡρῶν μεταβολαὶ καὶ πνεύματα ἐπιτείνουσιν, ἢ παύουσι καὶ κρίνουσι τὰς νόσους, καὶ ποιοῦσιν; Ἢ ὅτι θερμαὶ καὶ ψυχραί εἰσι καὶ ὑγραὶ καὶ ξηραί, αἱ δὲ νόσοι τούτων εἰσὶν ὑπερβολαί, ἡ δ' ὑγεία ἰσότης; Ἐὰν οὖν δι' ὑγρότητα καὶ ψύξιν, ἡ ἐναντία ὥρα παύει· ἐὰν δ' ἐναντία ὥρα ἔχηται, ἡ ὁμοία κρᾶσις ἐπιγενομένη ἐπέτεινε καὶ ἀνεῖλεν. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ νοσίζουσι τοὺς ὑγιαίνοντας, ὅτι μεταβάλλουσαι λύουσι τὴν κρᾶσιν· ἅμα γὰρ ταῖς οἰκείαις ὥραις καὶ ἡλικίαις καὶ τόποις αὐξάνεται· διὸ δεῖ ἐν ταῖς μεταβολαῖς μάλιστα διακυβερνᾶν. Ὃ δὲ καθόλου περὶ τῶν ὡρῶν εἴρηται, καὶ κατὰ μέρος τὸ αὐτὸ αἴτιον· αἱ γὰρ τῶν πνευμάτων μεταβολαὶ καὶ τῶν ἡλικιῶν καὶ τόπων ὥρας τινός εἰσι μεταβολαί· διὸ καὶ ταῦτα ἐπιτείνει καὶ παύει καὶ κρίνει καὶ ποιεῖ, ὥσπερ αἱ ὧραι, καὶ ἐπιτολαὶ τῶν ἄστρων, ὥσπερ Ὠρίων καὶ Ἀρκτοῦρος καὶ Πλειὰς καὶ Κύων, ὥσπερ πνευμάτων καὶ ὑδάτων καὶ εὐδιῶν καὶ χειμώνων καὶ ἁλέας.

3. Cur tempestatum mutationes ac flatus morbos intendunt tolluntve, ac tum judicant, tum adferunt? An quod aut calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut siccæ sunt, morbique harum qualitatum excessus sunt, secunda vero valetudo æqualitas? Quodsi igitur per humiditatem frigusque morbus constiterit, contraria tempestas tollit; si vero contraria tempestas subsecuta sit, quod simile temperamentum supervenerit, intendet atque interimet. Quo etiam fit ut bene valentibus morbos infligant : corporis enim temperamentum immutando solvunt, quippe quod una cum tempestatibus, ætatibus locisque familiaribus augetur : quamobrem quum tempestates variant, ratio tunc valetudinis habenda diligentius est. Idem autem illud pro causa particulatim etiam adest, quod in universum proposui de temporibus : mutationes etenim flatuum, ætatum atque locorum tempestatis cujusdam mutationes sunt : quapropter hæc etiam intendendi, vel tollendi, vel judicandi, vel contrahendi morbum vim habent, quemadmodum tempestates, itemque siderum ortus, e. g. Orionis, Arcturi, Vergiliarum, Caniculæ, eodem modo quo flatuum imbriumque mutationes, quo serenitatum, procellarumque ac teporum.

4. Διὰ τί ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν ὡρῶν ἐμέτοις οὐ δεῖ χρῆσθαι; Ἢ ἵνα μὴ γένηται συντάραξις, διαφόρων γινομένων τῶν περιττωμάτων διὰ τὰς μεταβολάς;

4. Cur vomitus, quum tempestates immutantur, adhiberi non debent? An ne conturbatio fiat, quum varia excrementa proveniant propter mutationes?

5. Διὰ τί καὶ οἱ κιδδηλιῶντες, καὶ οἱ ὑπὸ λιμοῦ τοὺς πόδας οἰδοῦσιν; Ἢ διὰ τὴν σύντηξιν ἀμφότεροι; Συντήκονται δ' οἱ μὲν διὰ λιμὸν διὰ τὸ ὅλως μὴ λαμβάνειν τροφήν, οἱ δὲ κιδδηλιῶντες διὰ τὸ μηδὲν ἀπολαύειν ἧς λαμβάνουσι τροφῆς.

5. Quamobrem cum pallentes, tum qui fame laborant, pedibus intumescere solent? An utrisque per colliquationem illud accidit? colliquantur enim qui esuriunt quidem, quia nullum penitus capiunt alimentum; pallentes vero, quia quod adsumpserint, eo perfrui haudquaquam possunt.

6. Διὰ τί τῶν ἀπὸ χολῆς νοσημάτων ἐν τῷ θέρει (πυρέττουσι γὰρ μάλιστα ἐν τῷ θέρει), τὰ ὀξέα ἀπὸ χολῆς ὄντα ἐν τῷ χειμῶνι γίνεται μᾶλλον; Ἢ ὅτι μετὰ πυρετοῦ ὄντα ὀξέα ἐστὶ διὰ τὸ βίαια εἶναι· ἡ δὲ βία παρὰ φύσιν; ὑγραινομένων γάρ τινων τόπων θερμὴ φλεγμασία γίνεται· ἡ δὲ φλεγμασία ὑπερβολὴ θερμότητος οὖσα ποιεῖ τοὺς πυρετούς. Ἐν μὲν οὖν τῷ θέ-

6. Quamobrem, quum morbi a bili oriundi per æstatem contrahi soleant (febriunt enim inprimis æstate), morbi acuti, qui certe e bile consistunt, per hyemem potius urgent? An quia morbi illi febribus comitati, acuti propterea sunt, quia violenti; violentia vero contra naturam est? locis enim quibusdam in corpore humescentibus calida oritur inflammatio, quæ quum caloris exsuperantia sit, febres adcendit. Æstivo igitur tempore sicci calidique

Digitized by Google

ρει ξηραὶ καὶ θερμαί εἰσιν αἱ νόσοι, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι ὑγραὶ καὶ θερμαί· διὸ ὀξεῖαι· ταχέως γὰρ ἀναιροῦσιν· οὐ γὰρ θέλει πέττεσθαι διὰ τὸ πλῆθος τοῦ περιττώματος.

morbi sunt, hiberno autem humidi calidique, ac proinde acuti : celeriter namque interimunt, quum propter copiosas redundantias concoqui nequeant.

www.libtool.com.cn

7. Διὰ τί ποτε ὁ λοιμὸς μόνη τῶν νόσων μάλιστα τοὺς πλησιάζοντας τοῖς θεραπευομένοις προσαναπίμπλησιν; Ἢ ὅτι μόνη τῶν νόσων κοινή ἐστιν ἅπασιν, ὥστε διὰ τοῦτο πᾶσιν ἐπιφέρει τὸν λοιμόν, ὅσοι φαύλως ἔχοντες προϋπάρχουσιν; καὶ γὰρ διὰ τὸ ὑπέκκαυμα τῆς νόσου τῆς παρὰ τῶν θεραπευομένων γινομένης ταχέως ὑπὸ τοῦ πράγματος ἁλίσκονται.

7. Cur tandem pestilentia sola ex omnibus morbis præcipue obruit eos qui ad ægrotos prope adcesserint? An quod is solus omnium morborum communis omnibus est, ita ut hanc ob causam pestem omnibus inferat, qui antea jam male haberent? propter fomitem enim morbi ab ægrotis venientem hac re adfliguntur.

8. Διὰ τί τοῦ χειμῶνος βορείου γενομένου, ἐὰν τὸ ἔαρ ἔπομβρον γένηται καὶ νότιον, τὸ θέρος νοσῶδες γίνεται πυρετοῖς καὶ ὀφθαλμίαις; Ἢ ὅτι τά τε σώματα ἐκδέχεται τὸ θέρος πολλὴν ἔχοντα ἀλλοτρίαν ὑγρότητα, καὶ ἡ γῆ καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἂν οἰκῶσι, γίνεται ἔφυδρος καὶ τοιοῦτος οἷοι λέγονται οἱ ἀεὶ νοσώδεις τόποι; Πρῶτον μὲν οὖν ὀφθαλμίαι γίνονται τηκομένης τῆς περὶ τὴν κεφαλὴν περιττώσεως, ἔπειτα πυρετοί· δεῖ γὰρ νοῆσαι ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ θερμότατον γίνεται καὶ ψυχρότατον, οἷον ὕδωρ καὶ λίθος ὁ μὲν ζεῖ, τὸ δὲ κάει μᾶλλον. Ἔν τ' οὖν ἀέρι πνίγη γίνεται θερμαινομένου τοῦ ἀέρος διὰ πάχος, καὶ ἐν τοῖς σώμασιν ὡσαύτως πνίγη καὶ καύματα, τὸ δ' ἐν σώματι καῦμα πυρετός ἐστιν, ἐν δ' ὀφθαλμοῖς ὀφθαλμίαι. Ὅλως δὲ καὶ ἡ μεταβολὴ ἰσχυρὰ οὖσα τὰ σώματα φθείρει, ὅταν τοῦ ἔαρος ὑγροῦ ὄντος εὐθὺς ἐπιλαμβάνῃ τὸ θέρος θερμὸν ὂν καὶ ξηρόν. Ἔτι δὲ χαλεπώτερον, ἐὰν καὶ τὸ θέρος ἔπομβρον γένηται· ἔχει γὰρ ὁ ἥλιος ὕλην ἣν ποιήσει ζεῖν, καὶ ἐν τοῖς σώμασι, καὶ ἐν τῇ γῇ καὶ ἀέρι· διὸ γίνονται πυρετοὶ καὶ ὀφθαλμίαι.

8. Cur, si venti septemtrionales hyemem occuparunt, ver autem austros pluviasque exhibuit, æstas gravis tam febribus quam lippitudinibus fit? An quod æstas corpora nostra multum humoris alieni continentia adcipit, et terra habitandique locus madescunt, talesque redduntur quales loci perpetuo morbidi sese habere dicuntur? Primum itaque lippitudines fiunt, colliquescentibus redundantiis in capite obviis, dein febres : ita enim intelligendum est, ut res eadem et calidissima et frigidissima reddi possit, ceu aqua et lapis ; fervet enim illa, urit vero hic gravius. In aere igitur suæ crassitudinis causa incalescente æstus supervenit, et corpora pari ratione æstu ac ardore vexantur, ardor autem in corpore quidem febris, in oculis vero lippitudo est. Denique mutatio quoque vigore suo corpora pervertit, quum præcedente vere humido æstas protinus calida et sicca occupavit. Molestius etiam erit si æstas quoque pluvia fuerit : ita enim sol materiam obtinet, quam fervescere tum in corporibus, tum in terra, tum etiam in aere faciat : qua de causa febres oriuntur et lippitudines.

9. Διὰ τί, ἐὰν ὁ χειμὼν νότιος γένηται καὶ ἔπομβρος, τὸ δ' ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, νοσῶδες γίνεται καὶ τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος; Ἢ ὅτι ἐν μὲν τῷ χειμῶνι διὰ τὴν ἁλέαν καὶ ὑγρότητα ὁμοίως τὰ σώματα διάκειται τῇ ὥρᾳ; ὑγρὰ γὰρ ἀνάγκη εἶναι καὶ οὐ συνεστηκότα· οὕτω δ' ἐχόντων, τὸ ἔαρ ψυχρὸν ὂν ἔπηξε καὶ ἐσκλήρυνεν αὐτὰ διὰ τὸν αὐχμόν, ὥστε ταῖς μὲν κυούσαις ὁ τόκος ὁ ἐαρινὸς εἰς ἐκτρώσεις γίνεται διὰ τὴν θερμασίαν καὶ τὸν σφακελισμὸν τὸν γινόμενον ὑπὸ τῆς ξηρᾶς ψυχρότητος, ἅτε οὐκ ἐκκρινομένης τῆς ὑγρότητος, τὰ δὲ κυόμενα παιδία ἀσθενῆ γίνεται καὶ πηρὰ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους· συμβέβηκε γὰρ τότε γεννώμενα, ἐν εὐδίᾳ καὶ συστῆναι καὶ τραφῆναι ἐν τῇ τεκούσῃ. Τοῖς δ' ἄλλοις, ἅτε ἐν τῷ ἔαρι οὐκ ἀποκαθαρθέντος τοῦ φλέγματος τὴν ὑπερβολήν, ὃ συμβαίνει ὅταν ἀλεεινὸν γένηται, ἀλλὰ διὰ ψῦχος συστάντος, ὅταν ἐπιλάβῃ τὸ θέρος καὶ ἡ ἁλέα τήκουσα βίᾳ, τοῖς μὲν χολώδεσι καὶ ξηροῖς, διὰ τὸ μὴ διερὰ εἶναι τὰ σώματα αὐτοῖς, ἀλλὰ τὴν φύσιν αἶον ἔχειν, γίνονται μὲν ὑγρότητες, αὗται δὲ λεπταί, ὥστ' ὀφθαλμίαις ξηραῖς ἁλίσκονται, οἱ δὲ φλεγματώδεις βράγχοις καὶ εἰς τὸν

9. Cur, si hyems austrina et pluvia fuit, ver autem siccum et aquilonium est, morbidum fit tum ver, tum æstas? An quod hyemis quidem tepor et humor faciunt ut corpora eodem modo se habeant quo tempestas? humida enim necessario sunt, non vero solida : quæ quum ita se habeant, ver, quippe frigidum, propter siccitatem concrescere ea facit atque indurat, ita ut gravidis quidem partus vernus in abortum abeat propter calorem et siderationem a frigore sicco oriundum, quia nempe non excernitur humor ; infantes vero quos gerunt, imbecilles mutilique immodicum ob frigus redduntur : accidit enim ut qui tunc nascuntur, per teporem et constiterint et nutriti fuerint intra parentem. Ceteris vero, quum pituitæ redundantia vere purgata non est (quod fit, ubi tepidum se exhibuit), sed coacta propter frigus constitit, ubi æstas occupavit teporque vi liquans, biliosis quidem siccisque, quod eorum corpora humida non sunt, sed squalidam sortiuntur naturam, excitantur quidem humores, sed tenues, ita ut lippitudinibus aridis capiantur, pituitosi vero raucitatibus destillationibusque

Digitized by Google

πνεύμονα κατάρροις. Ταῖς γυναιξὶ δὲ δυσεντερίαι γίνονται διὰ τὴν ὑγρότητα καὶ ψυχρότητα τῆς φύσεως, τοῖς δὲ γεραιτέροις ἀποπληξίαι, ὅταν ἀθρόον λυθὲν ὑγρὸν ἐπιπέσῃ καὶ δι' ἀσθένειαν τοῦ συμφύτου θερμοῦ παγῇ.

quæ in pulmonem fiunt. Mulieres autem adfligunt difficultates intestinorum, quia natura sunt humida frigidaque; seniores tandem stupor adtonitos reddit, ubi universus resolutus humor ingruit exque imbecillitate caloris nativi concrevit.

10. Διὰ τί, ἐὰν μὲν τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται καὶ βόρειον, τὸ δὲ μετόπωρον ἐναντίον ὑγρὸν καὶ νότιον, ἐν τῷ χειμῶνι κεφαλαλγίαι τε γίνονται καὶ βράγχοι καὶ βῆχες, καὶ τελευτῶσιν εἰς φθίσεις; Ἢ ὅτι λαμβάνει ὕλην πολλὴν ὁ χειμών, ὥστ' αὐτῷ ἔργον ἐστὶ πῆξαι τὴν ὑγρότητα καὶ φλέγμα ποιῆσαι; Ἐν μὲν οὖν ταῖς κεφαλαῖς ὅταν ὑγρασία γένηται, βάρη ποιεῖ, ἐὰν δ' ᾖ πολλὴ καὶ ψυχρά, σφακελισμούς· ἐὰν δὲ διὰ πλῆθος μὴ πήξῃ, ῥεῖ εἰς τὸν ἐχόμενον τόπον, ὅθεν αἱ βῆχες καὶ οἱ βράγχοι καὶ αἱ φθόαι γίνονται.

10. Cur, si æstas quidem sicca et aquilonia fuit, autumnus vero ex adverso humidus atque australis, hyeme dolores capitis raucitatesque et tusses oriuntur, atque in tabes evadunt? An quia hyems multum materiæ adcipit, ita ut humorem cogere atque pituitam inde conficere magnum ei negotium sit? Quodsi igitur in capite humor constiterit, gravedines adfert, et si multus frigidusque fuerit, sideraciones; nec non si ob nimiam copiam eum non coegit hyems, in locum defluit proximum: unde tusses raucitatesque et tabes fiunt.

11. Διὰ τί, ἐὰν βόρειον γένηται τὸ θέρος καὶ αὐχμῶδες, καὶ τὸ μετόπωρον, συμφέρει τοῖς φλεγματώδεσι καὶ ταῖς γυναιξίν; Ἢ ὅτι ἡ φύσις ἐπὶ θάτερα ἀμφοῖν ὑπερβάλλει, ὥστ' εἰς τοὐναντίον ἡ ὥρα ἑλκύσασα καθίστησιν εἰς τὴν εὐκρασίαν; Καὶ παραχρῆμά θ' ὑγιαίνουσιν, ἐὰν μή τι δι' ἑαυτοὺς ἁμαρτάνωσι, καὶ εἰς τὸν χειμῶνα οὐχ ὑγροὶ ἀφικνοῦνται, ἔχοντες ὑπεκκαύματα τῷ ψύχει.

11. Cur, si aquilonia ac sicca fuit æstas itemque autumnus, pituitosis et mulieribus confert? An quia natura utrorumque in alteram exuberat partem, ita ut tempestas in partem trahendo contrariam ad medium perducat temperamentum? Confestim quoque optime valent, nisi quid ultro ipsi perperam agant, nec humidi ad hyemem deveniunt, (sed) ita ut fomitem frigori subministrent.

12. Διὰ τί τοῖς χολώδεσι νοσώδες ἐστι τὸ βόρειον καὶ αὐχμῶδες θέρος καὶ μετόπωρον; Ἢ ὅτι ἐπὶ ταὐτὸ βέπει αὐτοῖς τὸ σῶμα καὶ αἱ ὧραι, ὥσθ' ὥσπερ πῦρ ἐπὶ πυρὶ γίνεται; ξηραινομένων γὰρ τῶν σωμάτων, καὶ τοῦ γλυκυτάτου μὲν ἐξικμαζομένου ἐξ αὐτῶν, ὑπερθερμαινομένων δὲ λίαν, ἀνάγκη διὰ μὲν τὰς συντήξεις ὀφθαλμίας ξηρὰς γίνεσθαι, διὰ δὲ τὸ χολῶδες τοὺς ὑπολειπομένους εἶναι χυμούς, ὑπερθερμαινομένων δὲ καὶ τούτων πυρετοὺς ὀξεῖς γίνεσθαι, ἄθ' ὑπ' ἀκράτου τῆς χολῆς, ἐνίοις δὲ μανίας, οἷς ἂν μέλαινα χολὴ φύσει ἐνῇ· αὕτη γὰρ ἐπιπολάζει ἀναξηραινομένων τῶν ἐναντίων χυμῶν.

12. Cur æstas aquilonia et sicca itemque autumnus morbo biliosos infestant? An quoniam ad idem cum corpus eorum, tum tempestates vergunt, ita ut veluti ignis igni adjiciatur? quum enim corpora exsiccentur, quodque in iis dulcissimum erat, eliciatur, vehementer illis ultra modum incalescentibus, necesse est ut propter colliquamenta quidem aridæ lippitudines oriantur, propter biliosam vero eorum naturam humores restent: quibus impense calescentibus, febres acutæ, utpote ex bili sincera, necessario fiunt; nonnullis vero insaniæ, quibuscumque scilicet naturaliter atra bilis inerat: hæc enim redundat, ubi humores contrarii siccescunt.

13. Διὰ τί τὸ τὰ ὕδατα μεταβάλλειν νοσώδες φασιν εἶναι, τὸ δὲ τὸν ἀέρα οὔ; Ἢ ὅτι τοῦτο γίνεται τροφή, καὶ ἔχοντες καὶ ἀπολελαυκότες τοῦ ὕδατος ἀπέρχονται, τοῦ δ' ἀέρος οὐδέν; Ἔτι ὕδατος μὲν πολλὰ εἴδη ἐστὶ καὶ διάφορα καθ' αὑτά, ἀέρος δ' οὔ, ὥστε καὶ τοῦτο αἴτιον· ἐν μὲν γὰρ τῷ ἀέρι σχεδὸν τῷ αὐτῷ συμβαίνει διατελεῖν καὶ ἀποδημοῦντας, ἐν δ' ὕδασιν ἄλλοις· διὸ καλῶς δοκεῖ νοσώδης ἡ τοῦ ὕδατος μεταβολὴ εἶναι.

13. Cur mutationem aquarum morbidam, aeris vero non morbidam esse adfirmant? An quod aqua quidem alimentum fit, aquaque absumpta et in rem nostram conversa abimus, aere autem nequaquam hac ratione utimur? Aquæ item genera multa et varia per se sunt, non vero aeris: itaque hoc etiam causa erit, quippe quum vel peregre profectis eveniat, ut in aere quidem prope eodem, in aquis autem aliis versentur eveniat: quapropter aquæ mutationem morbidam esse recte opinantur.

14. Διὰ τί μᾶλλον ἡ τοῦ ὕδατος ἢ ἡ τῶν σιτίων μεταβολὴ νοσώδης; Ἢ ὅτι πλεῖστον ἀναλίσκομεν τὸ ὕδωρ; ἔν τε γὰρ τοῖς σιτίοις ὑπάρχει καὶ ὄψοις, καὶ ἐν τῷ πόματι τὸ πλεῖστον ὕδωρ.

14. Cur aquæ mutatio magis quam ciborum morbida est? An quia plurimum aquæ consumimus? nam et in cibis, et in obsoniis, imo in potu plurima aqua inest.

15. Διὰ τί ἡ μεταβολὴ νοσώδης; Ἢ ὅτι πᾶσα μὲν ἡ μεταβολὴ καὶ ὥρας καὶ ἡλικίας εὐκίνητον; εὐκίνητα γὰρ τὰ ἄκρα, οἷον καὶ αἱ ἀρχαὶ καὶ αἱ τελευταί· ὥστε καὶ αἱ τροφαὶ ἕτεραι οὖσαι ἀλλήλας φθείρουσιν· αἱ μὲν

15. Cur mutatio morbida est? an quod omnis mutatio etiam tempestatis et ætatis motu facilis est? extrema namque moveri facile possunt, cujusmodi sunt et principia et fines: ergo et cibi qui inter se distant, se invicem corrum-

Digitized by Google

γὰρ ἄρτι, αἱ δ' οὔπω προσπεφύκασιν. Ἔτι δ' ὥσπερ ἡ ποικίλη τροφὴ νοσώδης (ταραχώδης γὰρ, καὶ οὐ μία πέψις), οὕτω συμβαίνει μεταβάλλουσι τὸ ὕδωρ ποικίλῃ πόματος χρῆσθαι τῇ τροφῇ, καὶ ἡ τοιαύτη τροφὴ κυριωτέρα τῆς ξηρᾶς ἐστι, τῷ πλεῖστον εἶναι καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν σιτίων τὸ ὑγρὸν γίνεσθαι τροφήν.

punt, quippe quum alii nuper, alii nondum adhæserint. Ad hæc, ut varius cibus morbidus est (turbidus enim est, nec unica ejus concoctio), sic in iis adcidit qui aquam mutant ut vario utantur alimento potulento, estque id alimenti genus quam siccum majoris momenti, quoniam plurimum est, exque cibis ipsis quantum humidum est, (tantummodo) fit alimentum.

16. Διὰ τί ἡ τῶν ὑδάτων μεταβολὴ τοῖς ἔχουσι φθεῖρας ποιεῖ πολλοὺς ἔχειν; Ἢ ὅτι ἀπεψία γινομένη τοῦ ὑγροῦ διὰ τὴν ταραχήν, ἣ γίνεται διὰ τὴν ποικιλίαν τοῦ ὕδατος πυκνὰ μεταβάλλουσιν, ὑγρότητα ἐμποιεῖ, καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἐπιτηδείῳ ὑπάρχοντι τόπῳ, ὁ δ' ἐγκέφαλος ὑγρός; διὸ καὶ ἡ κεφαλὴ ἀεὶ μάλιστα. Δηλοῖ δέ, ὅτι αἱ τρίχες ἔνεισι μάλιστα ἐν αὐτῇ. Ἡ δὲ τοῦ τόπου τούτου ὑγρότης φθειρῶν ποιητική. Δηλοῖ δ' ἐπὶ τῶν παίδων· ὑγροκέφαλοί τε γάρ εἰσι, καὶ πολλάκις ἢ κορυζῶσιν, ἢ αἷμα ποιεῖ ῥεῖν, καὶ φθεῖρας πλείους οἱ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ ἔχουσιν.

16. Cur mutationes aquarum faciunt ut pediculi, in quibus adsunt, multi habeantur? An quod humoris cruditas, a perturbatione oriunda, quæ ex aquæ vario usu in crebro commutantibus redundat, humiditatem adfert, præsertim in loco opportuniori, cerebrum autem humidum est? quare et caput maxime perpetuo humet. Cujus rei indicium est, quod pili in hoc potissimum adsunt. Hujus autem loci humiditas ad progenerandos pediculos apta est. Patet hoc in puerili ætate: caput enim puerorum humidum est, et sæpe aut gravedine conflictantur, aut sanguinis profusioni ansam dat humiditas; quin etiam pediculos plures illa ætate habere solent.

17. Διὰ τί ἀπὸ Πλειάδος μέχρι ζεφύρου οἱ τὰς μακρὰς νόσους κάμνοντες μάλιστα ἀναιροῦνται, καὶ οἱ γέροντες μᾶλλον τῶν νέων; Πότερον ὅτι δύο ἐστὶ τὰ φθαρτικώτατα, ὑπερβολή τε καὶ ψῦχος (τὸ γὰρ ζῆν θερμόν), ἡ δ' ὥρα αὕτη ἄμφω ταῦτ' ἔχει; ψυχρά τε γάρ ἐστι, καὶ ἀκμαιότατος ὁ χειμών· τὸ λοιπὸν γὰρ ἔαρ ἐστίν. Ἢ ὅτι ὁμοίως μὲν διάκεινται τοῖς γέρουσι τῶν κεμνόντων οἱ τὰς μακρὰς κάμνοντες ἀσθενείας; οἷον γὰρ ἤδη γῆρας ἡ μακρὰ ἀσθένεια συμβαίνει· τὸ γὰρ σῶμα ἄμφοιν ξηρὸν καὶ ψυχρόν ἐστι, τῶν μὲν δι' ἡλικίαν, τῶν δὲ διὰ νόσον· ὁ δὲ χειμὼν καὶ οἱ πάγοι ὑπερβολή ἐστι ψυχρότητος καὶ ξηρότητος. Μικρᾶς οὖν δεομένοις αὐτοῖς ῥοπῆς γίνεται οἷον πῦρ ἐπὶ πυρὶ ὁ χειμών, καὶ φθείρει διὰ ταῦτα.

17. Cur a Vergiliarum obcasu ad favonii usque flatus hi potissimum pereunt, qui morbo longo laborant, et senes quam juvenes potius? Utrum quia summæ intereundi causæ duæ exstant, excessus atque frigus (vita enim calida est res), tempestas autem hæc ambo illa sortitur? frigida enim est, et hyems tum acerrime viget: subsequens enim tempus ver est. An quod ægroti qui morbis laborant diuturnis, non secus ac senes adfecti sunt? longus etenim morbus quasi senecta jam advenire videtur: utrorumque enim corpora sicca et frigida sunt, altera ob ætatem, altera ob languorem; hyems vero et gelu frigoris atque siccitatis excessus sunt. Hinc parvo quum egeant momento, hyems iis quasi ignis igni cumulatus supervenit, atque ea propter interimit.

18. Διὰ τί ἐν τοῖς ἑλώδεσι τὰ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ ἕλκη ταχὺ ὑγιάζεται, τὰ δ' ἐν ταῖς κνήμαις μόλις; Ἢ ὅτι βαρεῖα ἡ ὑγρότης διὰ τὸ γεώδης εἶναι, τὰ δὲ βαρέα εἰς τὸ κάτω ἀποχωρεῖ; Τὰ μὲν οὖν ἄνω ἔκκριτα διὰ τὸ ἀποκεχωρηκέναι εἰς τὰ κάτω, τὰ δὲ κάτω πολλῆς γέμει περιττώσεως καὶ εὐσήπτου.

18. Cur in locis paludosis capitis quidem ulcera cito sanantur, crurum autem ægre? An quia humor, quippe terrenus, gravis est, grave autem omne deorsum tendit? Ergo superiora pura sunt, quoniam deorsum humor decessit; inferiora vero excrementis referta sunt abundantibus putredini obnoxiis.

19. Διὰ τί, ἐὰν τοῦ χειμῶνος γενομένου βορείου καὶ τοῦ ἔαρος νοτίου καὶ ἐπόμβρου, τὸ θέρος λίαν αὐχμηρὸν γένηται, θανατώδες γίνεται τὸ μετόπωρον πᾶσι, μάλιστα δὲ τοῖς παιδίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ δυσεντερίαι καὶ τεταρταῖοι χρόνιοι γίνονται ἐν αὐτῷ; Ἢ ὅτι μετρίου μὲν ἐπιγενομένου ὕδατος θερινοῦ, καταψυχθὲν τὸ ζέον ὑγρὸν ἐν ἡμῖν λωφᾷ, ὅσον ἠθροίσθη ἐν τῷ ἦρι γενομένῳ τῷ ὑγρῷ; Εἰ δὲ μή, τὰ μὲν παιδία διὰ τὸ ὑγρὰ εἶναι φύσει καὶ θερμὰ ὑπερζεῖ τῷ πάθει, διὰ τὸ μὴ καταψυχθῆναι. Ὅσα δὲ μὴ τοῦ θέρους, τοῦ μετοπώρου ὅσον ἐκζεῖ. Αἱ δὲ περιττώσεις ἐὰν μὴ εὐθὺς ἀνέλωσι, περὶ πνεύμονα καὶ ἀρτηρίαν γινόμεναι (ἄνω γὰρ πρῶται συνίστανται διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἀέρος ἡμᾶς θερμαίνεσθαι· διὰ γὰρ ταῦτα καὶ ὀφθαλμίαι πυρετῶν πρότερον γίνονται ἐν τῷ νοσερῷ θέρει), ἐὰν οὖν μὴ ἐν τοῖς ἄνω,

19. Cur, si post hyemem aquiloniam et ver austrinum ac pluvium æstas sicca admodum fuit, perniciosus omnibus autumnus fit, et infantibus præsertim, ceterisque difficultates intestinorum febresque quartanæ longæ eo tempore eveniunt? An quod, si aqua mediocris per æstatem incessit, quantum humoris collectum est per ver humidum, in nostris corporibus refrigeratum fervere cessat? Sed si non ita contingit, infantes, quippe natura humidi et calidi, vehementer eo nimis fervescunt adfectu, quoniam refrigerati non fuerunt. Quicumque vero per æstatem non corripiuntur, autumno certe, quantum ad exhauriendum fervorem sufficit. Redundantiæ vero, nisi confestim peremerint, ad pulmonem atque arteriam venientes (supra enim primum consistunt, quoniam aere calefimus: hinc enim et lippitudines febres præcedunt in æstate morbida): ergo si non in locis

Digitized by Google

καθάπερ εἴρηται, τὰ περιττώματα εὐθὺς ἀνέλῃ, καταβαίνουσιν εἰς τὰς κοιλίας ἄπεπτα ὄντα, τοῦτο δ' ἐστὶ δυσεντερία, διὰ τὸ μὴ ἐκκρίνεσθαι ὑπὸ πλήθους τὸ ὑγρόν. Καὶ ἐὰν παύσωνται, τεταρταῖοι γίνονται τοῖς σωζομένοις· ἡ γὰρ τοῦ ἀπέπτου ὑπόστασις μονιμωτάτη ἐστὶ καὶ σύντονος γίνεται τῷ σώματι, καθάπερ ἡ μέλαινα χολή.

superioribus redundantiæ, ut dictum est, protinus interemerint, descendunt crudæ ad ventres, atque id ipsum difficultas est intestinorum, quia nempe præ nimia sui copia humor non excernitur. Quodsi vero ab hoc morbo liberantur, quartanæ iis fiunt qui evadere mortem potuerunt: crudi enim humoris sedimentum pertinacissimum est firmiterque corpori adhærescit modo atræ bilis.

20. Διὰ τί, ἐὰν τὸ θέρος ἐπόμβρον γένηται καὶ νότιον, καὶ τὸ μετόπωρον, ὁ χειμὼν νοσερὸς γίνεται; Ἢ ὅτι σφόδρα ὑγρὰ τὰ σώματα ὁ χειμὼν λαμβάνει, καὶ ἡ μεταβολὴ ἔτι μεγάλη γίνεται ἐξ ἀλέας πολλῆς, καὶ οὐκ ἐκ προσαγωγῆς, διὰ τὸ καὶ τὸ μετόπωρον γίνεσθαι ἀλεεινόν, ὥστε τοῖς μὲν γίνεσθαι ἀνάγκη τὰ ὀξέα νοσήματα, μὴ ἀραιοῖς οὖσιν; τοῖς γὰρ τοιούτοις ἄνω μᾶλλον τὰ ὑγρὰ περιττώματα ἀθροίζεται, διὰ τὸ τούτους μὲν τόπους ἔχειν χώραν, τοὺς δὲ κάτω ἑτέρους εἶναι. Οἱ οὖν ὄντες πυκνόσαρκοι οὐ πολλὰ περιττώματα δέχονται. Ψυχομένης οὖν τῆς περιττώσεως τῆς ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος, ὥσπερ τοῖς οἰνωμένοις ὅταν ῥιγῶσι, τὰ εἰρημένα νοσήματα συμβαίνει γίνεσθαι. Τοῖς δὲ ἀραιοτέροις πυρετῶν γινομένων, τοὺς ἀπὸ πλείστης ἀπεψίας γινομένους πυρετοὺς καύσους συμβαίνει γίνεσθαι, διὰ τὸ τοῖς τοιούτοις ἐσκεδάσθαι μὲν μᾶλλον κατὰ πᾶν τὸ σῶμα τὰ ὑγρὰ ἢ τοῖς πυκνοσάρκοις, συνισταμένης δὲ τῆς σαρκὸς αὐτῶν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος θερμαινόμενα τὰ ὑγρὰ πυρετοὺς ποιεῖν· ἡ γὰρ παντὸς τοῦ σώματος ὑπερβάλλουσα θερμότης ἐστὶ πυρετός· ἐπιτεινομένη δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτοῖς ὑγρότητος καῦσος γίνεται.

20. Cur, si æstas et autumnus imbres austrosque habuerunt, hyems morbida consequitur? An quod hyems corpora præhumida adcipit, mutatio etiam ingens occurrit ex calore immodico, neque pedetentim fit, quando autumnus quoque tepidus existit, ita ut alios quidem morbi necessario extorqueant acuti, qui nempe raro corpore non sunt? his enim humidæ redundantiæ supra potius conliguntur, quum hæc loca spatia opportuna contineant, dum inferiora alio modo sese habent. Ideoque qui densam habent carnem, non multas redundantias admittunt. Quum igitur quæ locis superioribus corporis exstant, redundantiæ friguerint, quemadmodum ebriis evenit, ubi riguerint, fit ut prædicti morbi oriantur. At quibus laxius corpus est, iis, febribus ortis, evenit, ut quæ summa de cruditate febres proveniunt, transeant in ardentes, quoniam his magis per totum corpus humores dispersi sunt quam densa qui sunt carne, exque vi frigoris coacta eorum carne humores incalescunt, atque hac ratione febres adcendunt: superans enim calor totius corporis febris est; et si idem intendatur copia jam obvii humoris, ardens efficitur.

21. Διὰ τί, ὅταν ἐκ γῆς ἀτμὸς ἀνίῃ πολὺς ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸ ἔτος λοιμῶδες γίνεται; Ἢ ὅτι ὑγρὸν ἀνάγκη καὶ ἐπόμβρον τὸ ἔτος σημαίνειν, καὶ τὴν γῆν ὑγρὰν ἀνάγκη εἶναι; Οἷον οὖν ἐν ἑλώδει τόπῳ ἡ οἴκησις γίνεται, νοσώδης δ' ἡ τοιαύτη ἐστίν. Καὶ τὰ σώματα δὴ τότε ἀνάγκη περίττωμα πολὺ ἔχειν, ὥστ' ἐν τῷ θέρει ἕξειν ὕλην νοσώδη.

21. Cur annus pestilens tunc evadit, quum sol multum vaporis de terra excitat? An quia annum humidum pluviumque significet necesse est, terramque madere necessarium est? Fit igitur quasi locis palustribus, gravibusque proinde, inhabitetur. Corpora itaque multis tunc quoque excrementis redundare necessarium est, ita ut morbosam materiam habeant in æstate.

22. Διὰ τί γίνεται τὰ ἔτη νοσώδη, ὅταν γένηται φορὰ τῶν μικρῶν βατράχων τῶν φρυνοειδῶν; Ἢ ὅτι ἕκαστον εὐθενεῖ ἐν τῇ οἰκείᾳ χώρᾳ τῆς φύσεως; Καὶ ταῦτα δὴ φύσει ἐστὶν ὑγρά, ὥστ' ἐπόμβρον καὶ ὑγρὸν σημαίνει τὸν ἐνιαυτὸν γίνεσθαι, τὰ δὲ τοιαῦτα ἔτη νοσώδη ἐστίν· ὑγρὰ γὰρ τὰ σώματα ὄντα πολὺ ἔχει τὸ περίττωμα, ὅ ἐστι τῶν νόσων αἴτιον.

22. Cur tunc fiunt anni morbidi, quum copia est pusillarum ranarum, quæ rubetarum faciem repræsentant? An quia res unaquæque loco suæ naturæ idoneo vigere solita est? Itaque ejusmodi animantium genus, quum natura humidum sit, humidum pluviumque annum impendere indicat; anni ejusmodi vero morbidi sunt: quæ enim corpora humida fuerint, multis excrementis premuntur, idque causa est morborum.

23. Διὰ τί οἱ νότοι οἱ ξηροὶ καὶ μὴ ὑδατώδεις πυρετώδεις εἰσίν; Ἢ ὅτι ὑγρότητα καὶ θέρμην ἀλλοτρίαν ποιοῦσιν; εἰσὶ γὰρ ὑγροὶ καὶ θερμοὶ φύσει, τοῦτο δ' ἐστὶ πυρετῶδες· ὁ γὰρ πυρετὸς ἐξ ἀμφοτέρας τῆς τούτων ἐστὶν ὑπερβολῆς. Ὅταν μὲν οὖν ἄνευ ὕδατος πνέωσι, ταύτην ἐν ἡμῖν ποιοῦσι τὴν διάθεσιν, ὅταν δ' ἅμα ὕδατι, τὸ ὕδωρ καταψύχει ἡμᾶς. Οἱ δ' ἐκ θαλάττης νότοι καὶ συμφέρουσι τοῖς φυτοῖς· ἐψυγμένοι γὰρ ἀπὸ

23. Cur austri sicci et non aquosi febres creare solent? An quia humorem caloremque excitant alienum? sunt enim suapte natura humidi calidique, idque ipsum febriculosum est, quippe quum per excessum ambarum qualitatum illarum febris oriri soleat. Quum igitur imbre austri vacant, corpora nostra ita adficiunt; at quum flatibus imber adest, nos aqua refrigerat. Austri vero quos mare miserit, vel stirpibus prosunt: refrigerati namque beneficio maris

Digitized by Google

τῆς θαλάττης ἀφικνοῦνται πρὸς αὐτά· αἱ δ' ἐρυσίβαι γίνονται ὑφ' ὑγρότητος καὶ θέρμης ἀλλοτρίας.

ad eas deveniunt; rubigo autem ab humore caloreque alieno oritur.

24. Διὰ τί ἐν τοῖς νότοις βαρύτερον ἔχουσι καὶ ἀδυνατώτερον οἱ ἄνθρωποι; Ἢ ὅτι ἐξ ὀλίγου πολὺ ὑγρὸν γίνεται, διατηκόμενον διὰ τὴν ἀλέαν, καὶ ἐκ πνεύματος κούφου ὑγρὸν βαρύ; Ἔτι δ' ἡ δύναμις ἡμῶν ἐν τοῖς ἄρθροις ἐστί, ταῦτα δ' ἀνίεται ὑπὸ τῶν νοτίων. Δηλοῦσι δ' οἱ ψόφοι τῶν κεκολλημένων· τὸ γὰρ γλίσχρον ἐν τοῖς ἄρθροις πεπηγὸς μὲν κινεῖσθαι κωλύει ἡμᾶς, ὑγρὸν δὲ λίαν ὂν συντείνεσθαι.

24. Cur homines se graviores debilioresque sentiunt, quum austri adflant? An quia multum ex paulo tunc redundat humoris, quem deliquescere tepor cogit, exque levi flatu gravis humor citatur? Adde quod vires nostræ in articulis resident, qui austrinis laxari flatibus consueverunt. Constat id ex crepitu rerum conglutinatarum: tenax etenim humor, qui articulis inditus est, ut concretus nos moveri non patitur, sic nimis humefactus intendi non sinit.

25. Διὰ τί ἀρρωστοῦσι μὲν μᾶλλον τοῦ θέρους, ἀποθνήσκουσι δὲ μᾶλλον οἱ ἀρρωστοῦντες τοῦ χειμῶνος; Ἢ ὅτι τοῦ χειμῶνος διὰ τὴν πυκνότητα ἐντὸς τῶν σωμάτων συνεσταλμένου τοῦ θερμοῦ, καὶ πονοῦντες μᾶλλον εἰ μὴ πέττοιμεν, τῶν ἐν ἡμῖν συνισταμένων περιττωμάτων, ἰσχυρὰν ἀνάγκη τὴν ἀρχὴν εἶναι τῆς νόσου, τοιαύτην δ' οὖσαν φθαρτικὴν εἰκός ἐστιν αὐτὴν εἶναι; Ἐν δὲ τῷ θέρει, μανοῦ καὶ κατεψυγμένου παντὸς τοῦ σώματος καὶ ἐκλελυμένου πρὸς τοὺς πόνους ὄντος, ἀρχὰς νόσων ἀνάγκη πλείους μὲν γίνεσθαι διά τε κόπους καὶ ἀπεψίαν τῶν εἰσφερομένων (καὶ γὰρ οἱ νέοι καρποὶ τότε εἰσίν) ἀλλ' οὐχ οὕτως ἰσχυράς· διὸ εὐβοήθητοι.

25. Cur per æstatem quidem magis adversa valetudine laboratur, per hyemem vero magis qui laborant, emoriuntur? An quia calore per hyemem intro propter corporum densitatem coercito, consistentibusque intra nos excrementis, ubi validiora subeuntes exercitia nihilominus non concoquimus, validam esse morbi originem necesse est, eumque ita se habentem perniciosum esse consentaneum est? Contra in æstate, quoniam corpus universum rarum, refrigeratum atque ad labores subeundos languidum est, idcirco morborum quidem plures origines suboriri necesse est ob lassitudinem cruditatemque ciborum (novi etenim fructus tunc adsunt), non tamen ita validas: quamobrem facultas hisce subcurrendi datur facile.

26. Διὰ τί μετὰ τὰς τροπὰς ἀμφοτέρας μέχρι ἑκατὸν ἡμερῶν ἀποθνήσκουσι μάλιστα; Ἢ ὅτι ἄχρι τοσούτου ἑκατέρα ἡ ὑπερβολὴ διέχει, ἥ τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, ἡ δ' ὑπερβολὴ τοῖς ἀσθενέσι ποιεῖ τὰς νόσους καὶ τὰς φθοράς;

26. Cur post utrumlibet solstitium per centum dierum spatium moriuntur inprimis homines? An quia ad hoc usque tempus persistit uterque ultra modum excessus, cum caloris, tum frigoris, lique morbos perniciemque adferunt ægrotis?

27. Διὰ τί τὸ ἔαρ καὶ τὸ φθινόπωρον νοσώδη; Ἢ ὅτι αἱ μεταβολαὶ νοσώδεις; Τὸ δὲ μετόπωρον τοῦ ἔαρος νοσωδέστερον, ὅτι μᾶλλον τοῦ θερμοῦ ψυχομένου ἢ τοῦ ψυχροῦ θερμαινομένου νοσοῦμεν. Ἐν μὲν οὖν τῷ ἔαρι τὸ ψυχρὸν θερμαίνεται, ἐν δὲ τῷ μετοπώρῳ τὸ θερμὸν ψύχεται.

27. Cur ver atque autumnus morbidi? An quia mutationes morbidæ sunt? Sed autumnus vere morbidior, quia calido refrigescente quam frigido incalescente potius ægrotamus. Vere igitur frigidum recalescit, in autumno autem calidum refrigescit.

28. Διὰ τί ἐν τῷ χειμῶνι ἐλάττω μὲν τὰ ἀρρωστήματα ἢ ἐν τῷ θέρει, θανάσιμα δὲ μᾶλλον; Ἢ ὅτι ἐν μὲν τῷ θέρει ἀπὸ μικρᾶς προφάσεως τὰ ἀρρωστήματα, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι οὔ; πεπτικώτεροι γὰρ καὶ ὑγιεινότεροι ἡμῶν αὐτῶν, ὥστ' εἰκότως τὰ ἀπὸ μείζονος προφάσεως γινόμενα μείζω καὶ ἀναιρετικώτερα. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν, καὶ ὅλως ἐπὶ τῶν ὑγιεινῶς διακειμένων ὁρῶμεν· ἢ γὰρ οὐ λαμβάνονται νόσῳ, ἢ ταχὺ συναπίασιν· μεγάλης γὰρ αἰτίας δέονται.

28. Cur per hyemem minus quidem quam per æstatem, sed letalius ægrotatur? An quoniam in æstate morbi parva de causa exsistunt, in hyeme vero non? Sumus enim tunc et ad concoquendum et ad bene valendum solito aptiores, ita ut rationi congruat majora perniciosioraque mala esse, quæ majori de causa provenerint. Quod idem in athletis, et omnino in iis qui secunda utuntur valetudine, videmus: aut enim nullo morbo premuntur, aut celeriter una e vita decedunt, quippe qui magna indigent causa.

29. Διὰ τί τοῦ μὲν φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος οἱ καῦσοι μᾶλλον γίνονται ἐν ταῖς ψυχραῖς ὥραις, τοῦ δὲ θέρους τὰ ῥίγη ἐνοχλεῖ καυμάτων ὄντων; Ἢ ὅτι τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἡ χολὴ μέν ἐστι θερμόν, τὸ δὲ φλέγμα ψυχρόν; Ἐν μὲν οὖν τῷ θέρει τὸ ψυχρὸν ἀναλύεται, καὶ διαχυθὲν ῥίγη καὶ τρόμους παρασκευάζει· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τὸ θερμὸν ὑπὸ τῆς ὥρας κρατεῖται κατεψυγμένον. Οἱ δὲ καῦσοι μᾶλλον ἐνοχλοῦσι τοῦ

29. Cur per autumnum quidem ac hyemem febres ardentes potius oriuntur, quæ tempestates frigus præ se ferunt, per æstatem vero, quum æstus adsunt, rigores infestant? An quia inter corporis humani elementa bilis quidem calida, pituita vero frigida est? Itaque per æstatem quod frigidum est dissolvitur, diffusumque rigores tremoresque excitat; per hyemem autem calor tempestate retinetur ac refrigeratus est. Febres autem ardentes per hyemem autumnumque po-

Digitized by Google

χειμῶνος καὶ τοῦ φθινοπώρου, ὅτι διὰ τὸ ψῦχος τὸ θερμὸν εἴσω συστέλλεται, ὁ δὲ καῦσος ἔσωθέν ἐστι καὶ οὐκ ἐπιπολῆς· εἰκότως οὖν οἱ καῦσοι ταύτην τὴν ὥραν γίνονται. Καταμάθοι δ' ἄν τις τοῦτο ἀκριβέστερον ἐπὶ τῶν ψυχρολουτρούντων τοῦ χειμῶνος καὶ τῶν τοῦ χειμῶνος λουομένων τῷ θερμῷ, ὅτι οἱ μὲν τῷ ψυχρῷ λουόμενοι, ἀπορριγώσαντες ὀλίγον χρόνον ἕως λούονται, τὴν λοιπὴν ἡμέραν οὐδὲν πάσχουσιν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, οἱ δὲ τῷ θερμῷ ὕδατι χρησάμενοι δυσριγοτέρως διάγουσιν· τῶν μὲν γὰρ τῷ ψυχρῷ λουομένων πυκνοῦται ἡ σὰρξ καὶ συστέλλεται εἴσω τὸ θερμόν, τῶν δὲ θερμολουτρούντων ἡ σὰρξ ἀραιοῦται καὶ τὸ θερμὸν ἕως τοῦ ἔξω τόπου περισπᾶται.

tius conflictant, quoniam calor pulsus a frigore introrsus se contrahit : febris enim ardens non residet in summis, sed intrinsecus : rationi igitur congruit febres ardentes hiberno tempore oriri. Melius id in iis intelligi potest, qui aqua frigida quique calida se hiberno tempore laverint : qui enim frigida lavantur, postquam aliquantisper per ipsum balneum rigverint, reliquo toto die tuti a frigore sunt; at qui calida usi fuerint, aliosi potius sunt : caro enim eorum qui frigida lavarint, spissescit, calorque introrsus se colligit; contra iis qui calido usi sunt balneo, caro rarescit, calorque ad exterum usque locum evocatur.

30. Τίς καταπλάσματος ἀρετή; Ἢ διὰ τὸ χυτικὸν εἶναι; Κἂν ἱδρῶτα ποιοῖ καὶ ἀποπνοήν.

30. Quænam virtus est cataplasmatis? An quia fundendi vim habet? Possit et sudorem movere et perspirationem.

31. Τῷ ὄῆλον ὅταν ἔμπυον; Ἢ ἐὰν καταχεομένου τοῦ θερμοῦ ἀλλαγῇ, ἔμπυον· εἰ δὲ μή, οὔ;

31. Quonam argumento constat pus subesse? An si aqua superfusa calida, immutatio fiat, pus subest; sin vero minus, non?

32. Ποῖα δεῖ καίειν, ἢ ποῖα δεῖ τέμνειν; Ἢ ὅσα μὲν ἔχει στόμα μέγα καὶ οὐ ταχὺ συμφύεται, ταῦτα καίειν δεῖ, ὅπως ἡ ἐσχάρα ἐκεῖ πέσῃ; οὕτω γὰρ οὐκ ἔσται ὕπουλα.

32. Quænam urenda, quæve incidenda? An quæ ore sunt amplo, nec brevi coagmentantur, hæc urenda sunt, ut crusta illic incumbat? sic enim nullum pus cicatrice inducta occultabitur.

33. Τίς ἐναίμου ἀρετή; Ἢ τὸ ξηραντικὸν εἶναι καὶ τῆς ἐπιούσης περιττώσεως σταλτικὸν ἄνευ ἐσχαρώσεως καὶ σήψεως τῆς σαρκός; οὕτω γὰρ ἂν ἀφλέγμαντον εἴη καὶ συμφυτικόν· μὴ ἐπιρρέοντος μὲν γὰρ ἀφλέγμαντον ἔσται, ξηρὸν δ' ὂν συμφύσεται· ὕως δ' ἂν ὑγρορροῇ, οὐ συμφύσεται. Διὰ τοῦτο οὖν δριμέα τὰ πλεῖστα, ὥστ' ἀποστύφειν.

33. Quænam virtus medicamentorum quæ cruentis protinus vulneribus injiciuntur? An quod exsiccant, et materiæ superfluæ confluvium compescunt sine crusta, aut carnis putredine? ita enim inflammationem præpediet et coalescere faciet: ubi enim nulla est adfluentia, inflammatione carebit vulnus; quod vero siccum est, coalescet; quamdiu autem humorem projiciunt, non coalescent. Eam ob rem quæ cruentis injiciuntur vulneribus, acria magna ex parte sunt, quo adstringant.

34. Ποῖα τέμνειν δεῖ, καὶ ποῖα καίειν, καὶ ποῖα οὔ, ἀλλὰ φαρμάκοις; Ἢ τὰ μὲν ἐπὶ ταῖς μασχάλαις καὶ βουβῶσι φαρμάκῳ (μετὰ γὰρ διαίρεσιν τὰ μὲν ἐπίπονα, τὰ δὲ ἐπικίνδυνα)· καίειν δὲ τὰ πλατέα τῶν φυμάτων καὶ πολὺ πρόβλημα ἔχοντα, καὶ ἐν φλεβώδεσι καὶ μὴ εὐσάρκοις· τέμνειν δὲ τὰ εἰς ὀξὺ συνηγμένα καὶ τὰ μὴ ἐν στερεοῖς;

34. Quænam incidenda, quæve urenda, quæ contra non ita, sed medicamentis sananda? An quæ in ala, aut in inguine exstant, medicamentis sananda sunt (incisa enim partim dolorem adferunt, partim periculum); urenda vero sunt tubercula lata quibusque multa sunt objectamenta, quæque venosis, non carnosis resident locis; incidenda tandem quæ in acutum se colligunt, quæque non in parte solida exstant?

35. Διὰ τί, ἐὰν χαλκῷ τις τμηθῇ, ῥᾷον ὑγιάζεται ἢ σιδήρῳ; Πότερον ὅτι λειότερον, ὥσθ' ἧττον σπαράττει καὶ ποιεῖ πληγήν; Ἢ εἴπερ ἀκμὴν μᾶλλον ὁ σίδηρος λαμβάνει, ῥᾷον καὶ ἀπαθεστέρα ἡ διαίρεσις; Ἀλλὰ μὴν φαρμακώδες ὁ χαλκός, ἡ δ' ἀρχὴ ἰσχυρόν. Τὸ οὖν εὐθὺς ἅμα τῇ τομῇ θᾶττον τὸ φάρμακον ποιεῖ τὴν σύμφυσιν.

35. Cur si quis ære incisus sit, facilius quam si ferro, sanescit? Utrum quia æs lævius est, ita ut minus laceret ictumque faciat? An quod ferrum aciem exactiorem recipit, sectio facilior tolerabiliorque? At vero æs medicamenti vim obtinet, et principium validum quid. Quod igitur æs, simulac fuerit incisum, medicamento adest, facit ut vulnus celerius coeat.

36. Διὰ τί δὲ καὶ τὰ διὰ χαλκοῦ καύματα θᾶττον ὑγιάζεται; Ἢ ὅτι μανότερον καὶ ἧττον σωματικόν; ἐν δὲ τοῖς στερεωτέροις πλείων ἡ θερμότης.

36. Cur et ambusta ex ære sanantur celeriter? An quoniam rarius est minusque corpulentum? plus enim caloris corpori solidiori.

37. Πότερον ἡ πτισάνη κουφοτέρα ἡ κριθίνη καὶ βελτίων πρὸς τὰ ἀρρωστήματα ἢ ἡ πυρίνη; δοκεῖ γάρ τισιν αὕτη σημεῖον ποιουμένοις τοὺς μεταχειριζομέ-

37. Utrum ptisana hordeacea levior et ad morbos accommodatior, an triticea? hanc enim nonnulli anteponunt, argumentumque ex pistoribus capiunt, quod multo

Digitized by Google

νους, ὅτι πολὺ εὐχρούστεροι οἱ περὶ τὴν τῶν ἀλεύρων ἐργασίαν ἢ τὴν τῶν ἀλφίτων· εἶθ' ὅτι ὑγροτέρα ἡ κριθή, τὸ δ' ὑγρότερον πλέονος πέψεως. Ἢ οὐθὲν κωλύει ἔνια ἔχειν δυσπεπτότερα καὶ ἔνια πρὸς κουφότητα χρησιμώτερα; οὐ γὰρ μόνον ὑγροτέρα ἐστὶν ἡ κριθὴ τοῦ πυροῦ, ἀλλὰ καὶ ψυχροτέρα, δεῖ δὲ τὸ ῥόφημα καὶ τὸ προσφερόμενον τοιοῦτον εἶναι τῷ πυρέττοντι, ὃ τροφήν τε βραχεῖαν ποιήσει καὶ καταψύξει, ἡ δὲ πτισάνη τοῦτο ἔχει ἡ κριθίνη· διὰ γὰρ τὸ ὑγρότερον ἢ σωματωδέστερον εἶναι ὀλίγον δίδωσιν, καὶ τοῦτο ψυκτικόν.

coloratiores sunt qui triticeam farinam quam qui polentam tractant; addunt etiam quod hordeum humidius est; quod autem humidius est, concoctionem desiderat pleniorem. An nihil prohibet, quominus alia concoctu sint difficiliora, alia vero levitatis ergo utillora? hordeum enim non humidius tantum tritico est, sed frigidius etiam: qualis certe sorbitio cibusque competit febrienti, ut parum alat itemque refrigeret; id ipsum autem ptisana hordeacea obtinet: quia enim magis humida est quam corpulenta, hinc alimenti parum, idque refrigerans præstat.

38. Διὰ τί τὴν αἰμωδίαν παύει ἡ ἀνδράχνη καὶ ἅλες; Ἢ ὅτι ἡ μὲν ὑγρότητά τινα ἔχει (φανερὰ δ' αὕτη μασωμένοις τε καὶ ἐὰν συντεθῇ χρόνον τινά· ἕλκεται γὰρ ἡ ὑγρότης. Τὸ δὴ γλίσχρον εἰσδυόμενον ἐξάγει τὸ ὀξύ· καὶ γὰρ ὅτι συγγενής, ἡ ὀξύτης σημαίνει· ἔχει γάρ τινα ὀξύτητα ὁ χυμός)· ὁ δ' ἅλς συντήκων ἐξάγει καὶ τὴν ὀξύτητα; Διὰ τί οὖν ἡ κονία καὶ τὸ λίτρον οὔ; Ἢ ὅτι στύφει, καὶ οὐ τήκει;

38. Cur dentium stuporem portulaca tollit et sal? An quia portulaca quidem quemdam habet humorem (is cum manducanti patet, tum si aliquantisper reponatur: trahitur enim iste humor. Lentor igitur subiens educit acorem, quippe qui adfinitate quadam præditus est, argumento saporis, quem acidulum reddit); sal vero colliquefaciendo acorem itidem educit? Cur itaque lixivium nitrumque hoc idem non faciunt? An quod adstringunt, non vero liquefaciunt?

39. Διὰ τί τοὺς μὲν θερινοὺς κόπους λουτρῷ ἰᾶσθαι δεῖ, τοὺς δὲ χειμερινοὺς ἀλείμματι; Ἢ τοὺς μὲν ἀλείμματι διὰ τὰς φρίκας καὶ τὰς γινομένας μεταβολάς; θέρμῃ γὰρ λύειν δεῖ, ἣ ποιήσει ἀλεάζειν· τὸ δ' ἔλαιον θερμόν· ἐν δὲ τῷ θέρει καθυγραίνειν· ἡ γὰρ ὥρα ξηρά, καὶ οὐ φοβεραὶ αἱ φρῖκαι διὰ τὴν εἰς ἀλέαν ἔκκλισιν. Ὀλιγοσιτία δὲ καὶ κωθωνισμὸς θέρους, τὸ μὲν ὅλως, τὸ δὲ μᾶλλον, ὁ μὲν πότος θέρους ὅλως διὰ τὴν ξηρότητα, ἡ δ' ὀλιγοσιτία κοινὸν μέν, μᾶλλον δὲ θέρους· ἐκθερμαίνεται γὰρ διὰ τὴν ὥραν ὑπὸ τῶν σιτίων.

39. Cur æstivis quidem lassitudinibus balneo, hibernis autem unctione mederi convenit? An hibernis quidem unctio datur propter horrores mutationesque quæ fieri solent? Per calorem enim solvendæ sunt, utpote tepescere facientem; oleum vero calidum est; at in æstate humectandum est, quoniam tempestas hæc sicca, nec metus interpellit horroris, eo quod ad teporem vergit. Cibus autem parcus et comessatio per æstatem conveniunt, hæc quidem omnino, illa vero præsertim, et compotatio quidem per æstatem omnino propter siccitatem; parsimonia vero cibi communis tempestatum omnium est, sed magis æstati convenit, quum tempestatis ergo calor a cibis cietur.

40. Διὰ τί τῶν φαρμάκων τὰ μὲν τὴν κοιλίαν λύει, τὴν δὲ κύστιν οὔ, τὰ δὲ τὴν μὲν κύστιν λύει, τὴν κοιλίαν δ' οὔ; Ἢ ὅσα μέν ἐστιν ὑγρὰ τὴν φύσιν καὶ ὕδατος μεστά, ταῦτα ἂν ᾖ φαρμακώδη, λύει τὴν κύστιν; ἐκεῖ γὰρ ὑφίσταται τὰ ἄσηπτα τῶν ὑγρῶν· ὑποδοχὴ γάρ ἐστιν ἡ κύστις τοῦ μὴ πεττομένου ὑγροῦ ἐν τῇ κοιλίᾳ ὃ οὐ μένει, ἀλλὰ πρὶν ποιῆσαί τι ἢ παθεῖν ὑποχωρεῖ. Ὅσα δ' ἐκ γῆς τὴν φύσιν ἐστίν, ἂν ᾖ φαρμακώδη, ταῦτα δὲ τὴν κοιλίαν λύει· εἰς ταύτην γὰρ ἡ φορὰ τῶν γεωδῶν, ὥστ' ἂν ᾖ κινητικόν, ταράττει.

40. Cur ex medicamentis alia quidem alvum solvunt, vesicam autem non; alia vero vesicam solvunt, sed alvum non? An quod quæcumque natura quidem humida sunt atque aqua referta, si medendi obtinent facultatem, vesicam solvunt? subsident enim in ea humores putredine immunes, quippe vesica ejus humoris conceptaculum est, qui in ventre non concoquitur, isteque non manet, sed priusquam agat quidquam, aut patiatur, excernitur. At quæcumque terrenam sortiuntur naturam, si vires habeant medicas, alvum hæc solvunt: hanc enim terrena petunt: turbant ergo, si movendi obtinent facultatem.

41. Διὰ τί δὲ τὰ μὲν τὴν ἄνω κοιλίαν, τὰ δὲ τὴν κάτω κινεῖ, οἷον ἑλλέβορος μὲν τὴν ἄνω, σκαμμωνία δὲ τὴν κάτω, τὰ δ' ἅμφω, οἷον ἑλατήριον καὶ τῆς θαψίας ὁ ὀπός; Ἢ ὅτι τὰ μέν ἐστι θερμά, τὰ δὲ ψυχρὰ τῶν φαρμάκων τῶν τὴν κοιλίαν κινούντων, ὥστε τὰ μὲν διὰ τὴν θερμότητα εὐθὺς ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ ὄντα φέρεται ἐξ αὐτῆς πρὸς τὸν ἄνω τόπον, κἀκεῖθεν συντήξαντα μάλιστα μὲν τὰ ἀλλοτριώτατα καὶ ἥκιστα συμπεφυκότα, ἂν δ' ἰσχυρὸν ᾖ τὸ φάρμακον, ἢ πλέον δοθῇ τῆς φύσεως, κατάγει εἰς τὴν ἄνω κοιλίαν ταῦτά τε καὶ ἐάν τι περίττωμα ᾖ, καὶ διὰ τὴν θερμότητα ταράττον τὸ πνεῦμα πολὺ γινόμενον ὑπ' αὐτοῦ, προσιστὰν τοὺς ἐμέτους ποιεῖ· τὰ δὲ ψυχρὰ τὴν φύσιν αὐτῶν διὰ βάρος καὶ πρὶν παθεῖν τι, ἢ ποιῆσαι, κάτω φέρεται, κἀκεῖθεν

41. Cur vero alia quidem ventrem movent superiorem, alia autem inferiorem, ut veratrum quidem superiorem, scammonea autem inferiorem; alia tandem citant utrumque, ut elaterium et thapsiæ succus? An quod ex medicamentis quæ ventrem movent, alia frigida, alia calida sunt, ita ut hæc quidem propter calorem, protinus ut in superiori ventre fuerint, exinde loca petant superiora, indeque liquefaciendo, maxime quæcumque alienissima sint ac minime coaluerint, medicamento scilicet vehementiori epoto, aut copiosiori quam natura patiatur, tam ea ipsa quam redundantias, si quæ adsint, ad ventrem deducant superiorem, quodque flatus, cujus magnam copiam calore suo excitant, perturbans obsistensque vomitum movet; medicamenta vero quæ natura frigida sunt, deorsum versus pondere suo labuntur, etiam priusquam quadamtenus vel afficiantur, vel agant, ac inde proficiscentia idem actitant quod sursum purgan-

Digitized by Google

ὁρμῶντα τὸ αὐτὸ ὁρᾷ τοῖς ἄνω; κατὰ γὰρ τοὺς πόρους ἀνιόντα ἐκεῖθεν, καὶ κινήσαντα ὧν ἂν κρατήσῃ, περιττωμάτων καὶ συντηγμάτων, λαβόντα τὴν αὐτὴν ἄγει ὁδόν· Ὅσα δ' ἀμφοῖν μετέχει καί ἐστι μικτὰ τῶν φαρμακωδῶν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ταῦτα δὲ δι' ἑκατέραν τὴν δύναμιν ἀπεργάζεται ἄμφω, ὥσπερ καὶ νῦν σκευάζουσιν οἱ ἰατροὶ μιγνύντες ἀλλήλοις.

42. Διὰ τί τὰ φάρμακα καθαίρει, ἄλλα δὲ πικρότερα ὄντα καὶ στρυφνότερα καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ὑπερβάλλοντα οὐ καθαίρει; Ἢ διότι οὐ διὰ τὰς τοιαύτας δυνάμεις καθαίρει, ἀλλ' ὅτι ἄπεπτά ἐστιν; ὅσα γὰρ δι' ὑπερβολὴν θερμότητος, ἢ ψυχρότητος, μικρὰ ὄντα τοὺς ὄγκους, ἄπεπτά ἐστι καὶ οἷα κρατεῖν, ἀλλὰ μὴ κρατεῖσθαι ὑπὸ τῆς τῶν ζῴων θερμότητος, εὐδιάχυτα ὄντα ὑπὸ τῶν δύο κοιλιῶν, ταῦτα φάρμακά ἐστιν· ὅταν γὰρ εἰς τὴν κοιλίαν εἰσέλθωσι καὶ διαχυθῶσι, φέρονται καθ' οὕσπερ ἡ τροφὴ πόρους εἰς τὰς φλέβας, οὐ πεφθέντα δέ, ἀλλὰ κρατήσαντα, ἐκπίπτει φέροντα τὰ ἐμπόδια αὐτοῖς, καὶ καλεῖται τοῦτο κάθαρσις. Χαλκὸς δὲ καὶ ἄργυρος καὶ τὰ τοιαῦτα ἄπεπτα μέν ἐστιν ὑπὸ τῆς τῶν ζῴων θερμότητος, ἀλλ' οὐκ εὐδιάχυτα ταῖς κοιλίαις· ἔλαιον δὲ καὶ μέλι καὶ γάλα καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς τροφῆς καθαίρει, ἀλλ' οὐ τῷ ποιῷ, ἀλλὰ τῷ ποσῷ· ὅταν γὰρ διὰ πλῆθος ἄπεπτα γένηται, τότε καθαίρει, ἅνπερ καθαίρῃ· διὰ δύο γὰρ αἰτίας ἄπεπτά ἐστιν, διὰ τὸ ποιὰ αὐτὰ εἶναι, ἢ διὰ τὸ ποσά· διόπερ οὐ φάρμακόν ἐστιν οὐδὲν τῶν εἰρημένων· οὐδὲ γὰρ διὰ δύναμιν καθαίρει. Στρυφνότης δὲ καὶ πικρότης συμβέβηκε τοῖς φαρμάκοις καὶ δυσωδία, τῷ ἐναντίον εἶναι τῇ τροφῇ τὸ φάρμακον· τὸ μὲν γὰρ πεφθὲν ὑπὸ τῆς φύσεως, τοῦτο προσφύεται τοῖς σώμασι καὶ καλεῖται τροφή· τὸ δὲ μὴ πεφυκὸς κρατεῖσθαι, εἰσὶν δ' εἰς τὰς φλέβας καὶ δι' ὑπερβολὴν θερμότητος ἢ ψυχρότητος ταράττον, αὕτη δὲ φαρμάκου φύσις ἐστίν.

43. Διὰ τί τὸ μὲν πέπερι πολὺ μὲν ὂν τὴν κύστιν λύει, ὀλίγον δὲ τὴν κοιλίαν, ἡ δὲ σκαμμωνία πολλὴ οὖσα τὴν κοιλίαν λύει, ὀλίγη δὲ καὶ παλαιὰ τὴν κύστιν; Ἢ διότι ἑκάτερον ἑκατέρας ἐστὶ κινητικώτερα; τὸ μὲν γὰρ πέπερι οὐρητικόν ἐστιν, ἡ δὲ σκαμμωνία κατωτερικόν. Τὸ μὲν οὖν πέπερι, πολὺ μὲν ὄν, φέρεται εἰς τὴν κύστιν, καὶ οὐ διαχεῖται ἐν τῇ κοιλίᾳ, ὀλίγον δ' ὂν κρατηθὲν διαλύει καὶ γίνεται φάρμακον αὐτῆς· ἡ δὲ σκαμμωνία, πολλὴ μὲν οὖσα, εἰς τοῦτο κρατεῖται ὥστε διαχυθῆναι, διαχυθεῖσα δὲ γίνεται φάρμακον διὰ τὴν εἰρημένην ἐν τοῖς ἀνωτέρω αἰτίαν· ὀλίγη δ' οὖσα μετὰ τοῦ ποτοῦ ἀναπίνεται εἰς τοὺς πόρους, καὶ ταχὺ πρὶν ταράξαι καταφέρεται εἰς τὴν κύστιν, καὶ ἐκεῖ τῇ αὐτῆς δυνάμει ἀπάγει τὰ περιττώματα καὶ τὰ συντήγματα ὅσα ἐπιπολῆς ἐστιν· ἡ δὲ πολλή, ὥσπερ εἴρηται, διὰ τὴν ἰσχὺν πολὺν χρόνον ἐμμείνασα, κατάγει πολλὴν κάθαρσιν καὶ γεώδη.

tia? ubi enim per meatus illinc adscenderint aguarumque excrementa colliquamentaque quibus superiora evaserint, hæc ipsa adprehendunt ac eodem tramite deducunt. At quæcumque medicinæ utrorumque participes mistæque ex calido frigidoque sunt, hæc ob eam utramque facultatem rem utramque conficiunt: quomodo et nunc medici, commistis inter se utrisque, medicinas componunt.

42. Cur medicamenta purgant, dum alia, etiamsi amariora acerbioraque ceterisque ejusmodi qualitatibus præcellentia, non purgant? An quia non ob ejusmodi vires purgant, sed quia concoqui nequeunt? etenim quæ ob excessum caliditatis, aut frigiditatis, quamvis exigua mole prædita, concoctu difficilia sunt, quæque vincere possunt, non vinci ab animantium calore, hæc eadem, si facile a ventre utrolibet diffundantur, medicamenta sunt: ubi enim ventrem intraverint ac diffusa fuerint, ad venas per eosdem feruntur meatus per quos cibus; ubi vero concoqui non potuerint, sed victrice perstiterint potentia, excidunt, quæ sibi obsistunt, secum detrahentia: quæ res purgatio vocitatur. Æs vero, argentum ceteraque generis ejusdem concoqui quidem a calore animalium non possunt, sed haud facile a ventribus diffunduntur; oleum autem, mel, lac ceteraque ejusmodi ad cibi genus pertinentia purgant quidem, non tamen qualitatis, sed quantitatis ratione: ubi enim ob nimiam copiam concoqui non potuerunt, tum purgant, si quando id facere possunt: duabus namque de causis aliquid concoqui nequit, aut propter qualitatem qua præditum est, aut propter quantitatem: quamobrem nihil ex prædictis medicamentum est, quippe quum nec facultate sua purgant. Acerbitas autem, amaritudo malusque odor medicamenta comitantur, eo quod genus medicamentorum cibo contrarium est: quod enim concoctum a natura est, id corporibus adhærescit alimentumque adpellatur; quod autem suapte natura domari non potest, sed venas ingressum per excessum caliditatis frigiditatisve turbat, hoc naturam obtinet medicamenti.

43. Cur piper, si large quidem sumatur, vesicam solvit, si vero parce, alvum: e contrario scammonea si large sumatur, alvum solvit, si vero parce, itemque si vetus est, vesicam? An quia utrumlibet medicamentum magis alterutram movet? piper enim urinam ciet, scammonea vero deorsum purgat. Itaque si piper sumptum copiosius est, ad vesicam defertur, nec in ventre diffunditur; sed si exiguum ceperis, vincitur ac dissolvit, atque ita medicamentum ejus exsistit; scammonea vero, ubi data quidem copiosius est, eatenus vincitur, ut diffundi queat; diffusa vero medicamentum efficitur, ob causam quam superius proposuimus; at si exigua sit copia, una cum potu in meatus absorbetur, ac celerius, antequam turbet, in vesicam defertur, qua pro sua facultate quæcumque recrementa, vel colliquamenta in superficie adsunt, abducit; sed multa, ut dictum est, quum propter vigorem diu persistit, copiosa, eaque terrena deducit purgamenta.

www.ihbook.com.cn

Digitized by Google

44. Διὰ τί τὰς αὐτὰς φλεγμασίας οἱ μὲν ψύχοντες ὑγιάζουσιν, οἱ δὲ θερμαίνοντες πέττουσιν; Ἀλλ' οἱ μὲν ἀλλοτρίᾳ θερμότητι, οἱ δὲ καταψύχοντες τὴν οἰκείαν συνάγουσιν.

44. Cur inflammationes easdem alii quidem frigefaciendo sanant, alii vero calefaciendo concoquunt? Verum hi quidem alieno utuntur calore, illi vero refrigerando proprium calorem colligunt.

45. Διὰ τί μεταβάλλειν δεῖ τὰ καταπλάσματα; Ἢ ὅτι ὡς μᾶλλον αἰσθάνηται; τὰ γὰρ συνήθη ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων οὐκέτι φάρμακα, ἀλλὰ τροφὴ γίνεται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων.

45. Cur mutari cataplasmata debent? An ut plenius ea sentiat aegrotus? quemadmodum enim solita in cibis non amplius medicamenta sunt, sed alimenta fiunt, sic etiam in hisce obtinet.

46. Διὰ τί ὑγιεινὸν τὸ τῆς τροφῆς μὲν ὑποστέλλεσθαι, πονεῖν δὲ πλείω; Ἢ ὅτι τοῦ νοσεῖν αἴτιον περιττώματος πλῆθος, τοῦτο δὲ γίνεται, ἡνίκα τροφῆς ὑπερβολή, ἢ πόνων ἔνδεια;

46. Cur cibum quidem imminuere, laborem vero augere salubre est? An quia causa aegrotandi excrementorum copia est; haec autem supervenit, quum aut cibus superest, aut labor deest?

47. Διὰ τί τὰ φάρμακα καὶ τὰ πικρὰ, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ τὰ δυσώδη καθαίρει; Ἢ ὅτι ἅπαντα τὰ δυσώδη καὶ πικρὰ ἄπεπτά ἐστιν; διὸ καὶ τὰ φάρμακα πικρὰ καὶ δυσώδη· τῷ γὰρ ἀπέπτα εἶναι καὶ κινητικὰ μετὰ πικρότητος, φάρμακά ἐστι, καὶ ἐὰν δοθῇ πλείω, διαφθείρει· ὅσα δέ, κἂν μικρὰ δοθῇ, διαφθαρτικά, ταῦτα οὐ φάρμακα λέγεται εἶναι, ἀλλὰ θανατηφόρα. Οὐδ' ὅσα μὴ τῷ ποιῷ καθαίρει, οὐκ ἔστι φάρμακα· καὶ γὰρ τῆς τροφῆς πολλὰ μὲν ταὐτὸ ποιεῖ, ἐὰν ποσὰ δοθῇ, οἷον γάλα, ἔλαιον, γλεῦκος· ἅπαντα δὲ ταῦτα διὰ τὸ μὴ εἶναι εὔπεπτα καθαίρει, καὶ τούτοις οἷς μὴ εὔπεπτα, καθαίρει, καὶ τούτους· ἔστι γὰρ ἄλλα ἄλλοις εὔπεπτα καὶ δύσπεπτα· διὸ οὐ πᾶσι ταὐτὰ φαρμακώδη, ἀλλ' ἐνίοις ἴδια· ὅλως γὰρ τὸ φάρμακον δεῖ οὐ μόνον μὴ πέττεσθαι, ἀλλὰ καὶ κινητικὸν εἶναι, ὥσπερ καὶ τὸ γυμνάσιον ἔξωθεν ἧκον, ἢ ἔσωθεν, τῇ κινήσει ἐκκρίνει τὰ ἀλλότρια.

47. Cur medicamenta et res amarae, aut foedi odoris, magna ex parte purgant? An quoniam amara quaecumque maleque olentia difficulter concoquuntur? qua de causa medicamenta quoque amara sunt atque foetida: quia enim concoctionem nullam admittunt movereque cum amaritudine possunt, hinc medicamenti sortiuntur naturam, et si justo plus data sint, perimunt; quae autem necant, etiamsi exigua copia dentur, haec non medicamenta, sed letifera esse dicimus. Ne illa quidem medicamenta sunt, quae non qualitate sua purgant: sunt enim et in genere cibi multa, quae si certa quadam copia dentur, idem faciant, ceu lac, oleum, mustum; sed haec omnia, quod minus facile concoquuntur, idcirco purgant, purgantque iis tantummodo sui elementis quorum concoctio impeditur, istosque homines quibus concoctu sunt difficilia: sunt enim aliis alia concoctu facilia difficiliave: quamobrem non eadem medicamento omnibus sunt, sed propria nonnullis: in universum enim medicamentum non solum concoctionis immune, sed etiam motus efficiens esse debet, sicut et exercitatio, sive extrinsecus adesserit, seu intrinsecus, nonnisi per motum aliena excernit.

48. Διὰ τί τὰ μὲν εὐώδη οὐρητικά, καὶ σπέρματα καὶ φυτά; Ἢ ὅτι θερμὰ καὶ εὔπεπτα, τὰ δὲ τοιαῦτα οὐρητικά; ταχὺ γὰρ λεπτύνει ἡ ἐνοῦσα θερμότης, καὶ ἡ ὀσμὴ οὐ σωματώδης, ἐπεὶ καὶ τὰ ὀσμώδη, οἷον σκόροδα, διὰ τὴν θερμότητα οὐρητικά, μᾶλλον μέντοι συντηκτικά· θερμὰ δὲ τὰ εὐώδη σπέρματα.

48. Cur odorata, tam semina quam plantae, movere urinam possunt? An quia calida concoctuque facilia sunt, ejusmodi autem res citare urinam valent? calor enim qui his inest, brevi adtenuat, odorque eorum non est corpulentus: nam et quae odorifera, velut allia, caliditate sua movent urinam, potius tamen vim obtinent liquandi; semina vero odorata calida sunt.

49. Διὰ τί δεῖ πρὸς μὲν τὰ μὴ καθαρὰ καὶ φαῦλα τῶν ἑλκῶν ξηροῖς καὶ δριμέσι καὶ στρυφνοῖς χρῆσθαι φαρμάκοις, πρὸς δὲ τὰ καθαρὰ καὶ ὑγιαζόμενα ὑγροῖς καὶ μόνοις; Ἢ διότι ἀπὸ μὲν τῶν μὴ καθαρῶν δεῖ ἀφαιρεῖν τι, τοῦτο δ' ἐστὶν ὑγρότης ἀλλοτρία, ἣν ἀφαιρεῖν δεῖ, τὰ δηκτικὰ δὲ καὶ δριμέα καὶ στρυφνὰ τοιαῦτα, καὶ τὸ ξηρὸν μᾶλλον τοῦ ὑγροῦ· τὰ δὲ καθαρὰ συνεπουλώσεως δεῖται μόνον;

49. Cur impuris quidem tetrisque ulceribus sicca, acria acerbaque medicamenta adhibenda sunt, puris vero et sanescentibus humida, eaque sola? An quod impuris quidem detrahendum aliquid est, id autem humor est alienus, qui adimi debet; genus autem medicamenti, quod mordax, acre acerbumque est, hujusmodi est, et siccum magis quam humidum; at quae pura sunt, cicatricem tantum desiderant?

50. Διὰ τί συμφέρει πρὸς τὰ ἀπὸ φλέγματος νοσήματα λαγνεία; Ἢ ὅτι τὸ σπέρμα περιττώσεως ἀπόκρισις καὶ φύσει ὅμοιον φλέγματι, ὥστ' ἀφαιροῦσα πολὺ φλέγματῶδες ὠφελεῖ ἡ συνουσία; Πότερον δὲ τροφὴν προσφέρειν ἀρχομένῳ βέλτιον, ἢ ὕστερον; Ἢ ἀρχομένῳ, ὅπως μὴ προξηνσθενηκότι ἡ φλεγμασία ἐπιπίπτῃ; Ἢ οὖν ἀπισχναντέον εὐθύς, ἢ οὕτω προσοιστέον. Ἀναλαμ-

50. Cur morbis qui contrahuntur a pituita, res venerea prodest? An quod semen genitale excrementi cujusdam detractio est, naturamque prae se fert pituitae, ita ut, quoniam multum pituitosae detrahit materiei, juvet concubitus? Utrum initio cibum propinare melius est, an post? An initio, ne jam penitus debilitato inflammatio obcurset? Igitur vel extenuandum protinus est, vel ita

Digitized by Google

βάνειν χρὴ πρῶτον τοῖς ῥοφήμασιν· πραότερα γὰρ καὶ λειότερα καὶ εὐτηκτότερα, καὶ ἐκδέξασθαι τὴν τροφὴν ἐκ τούτου ῥᾴδιόν ἐστιν ἀσθενεῖ σώματι· οὐ (οὖ?) γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ δεῖ παθεῖν τὰ σῖτα πρῶτον, διαχυθῆναί τε καὶ θερμανθῆναι, μετὰ πόνου τῷ σώματι ταῦτα πέπονθεν.

alendum. Sorbitionibus primum recreandum: hæ namque mitiores ac læviores colliquabilioresque sunt, et alimentum hinc capere infirmum corpus facile potest: cujus enim in ventre adfici diffundique ac calefieri ante debet cibus, hæc nonnisi cum labore corpori infligendo subit.

51. Διὰ τί δεῖ σκοπεῖν τὰ περὶ τὸ οὖρον σημεῖα, ἀπολαμβάνοντα τὴν οὔρησιν, εἰ ἤδη πέπεπται, ἢ μή, μᾶλλον ἢ συνεχῶς οὐροῦντα; Ἢ διότι σημεῖον μὲν τοῦ πεπέφθαι, ἐὰν ᾖ πυρρόν, τοῦτο δὲ γίνεται μᾶλλον διαλαμβάνουσιν; Ἢ διότι ἔνοπτρον γίνεται ἅπαν μᾶλλον ὑγρὸν χρόας ὀλίγον ἢ πολὺ ὄν; ἐν μὲν γὰρ τῷ πολλῷ ὑγρῷ τὰ σχήματα ἐνορᾶται, ἐν δὲ τῷ ὀλίγῳ τὰ χρώματα, οἷον καὶ ἐπὶ τῆς δρόσου καὶ τῶν ῥανίδων καὶ ἐπὶ τῶν δακρύων τῶν ἐπὶ ταῖς βλεφαρίσιν. Συνεχῶς μὲν οὖν ἀφιέμενον γίνεται πλεῖον, διασπώμενον δὲ δέχεται μᾶλλον· ὥστε κἂν ᾖ αὐτὸ τοιοῦτον ἤδη διὰ τὴν πέψιν, καὶ φαίνεται μᾶλλον τῆς ἀνακλάσεως γινομένης καὶ ἐνόπτρου ἔνοπτον διὰ τὴν διαίρεσιν.

51. Cur intuendum urinæ signa, an concoctio jam facta sit, necne, profluvio intercepto mingendi potius quam perpetuo? An quod signum concoctionis urina exhibet, si rufa sit, idque potius intercepto profluvio evenit? an quia genus unumquodque humoris coloris potius fit speculum, ubi exigua adest copia quam ubi multa? nam in multo quidem humore figuræ, in exiguo vero colores conspiciuntur, quemadmodum et in rore, in adspergine, inque lacrymis ciliis incumbentibus evenit. Urina igitur si continue emittatur, copiosior fit; sin intercipiatur, (colorem), utpote disjecta, magis recipit, ita ut si jam ex concoctione colorem traxerit ejusmodi, repercussione facta ipsaque speculi partes obeunte, propter intermissionem profluvii magis etiam adpareat ac sub conspectum cadat.

52. Ὅτι οὐ δεῖ πυκνοῦν τὴν σάρκα πρὸς ὑγείαν, ἀλλ' ἀραιοῦν· ὥσπερ γὰρ πόλις ὑγιεινὴ καὶ τόπος εὔπνους (διὸ καὶ ἡ θάλασσα ὑγιεινή), οὕτω καὶ σῶμα τὸ εὔπνουν μᾶλλον ὑγιεινόν· δεῖ γὰρ ἢ μὴ ὑπάρχειν μηθὲν περίττωμα, ἢ τούτου ὡς τάχιστα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ ἀεὶ οὕτως ἔχειν τὸ σῶμα ὥστε λαμβάνον εὐθὺς ἐκκρίνειν τὴν περίττωσιν, καὶ εἶναι ἐν κινήσει καὶ μὴ ἠρεμεῖν· τὸ μὲν γὰρ μένον σήπει, ὥσπερ ὕδωρ τὸ μὴ κινούμενον, σηπόμενον δὲ νοσοποιεῖ· τὸ δ' ἐκκρινόμενον πρὸ τοῦ διαφθαρῆναι χωρίζεται. Τοῦτο οὖν πυκνουμένης μὲν τῆς σαρκὸς οὐ γίνεται (ὥσπερεὶ γὰρ ἐμφράττονται οἱ πόροι), ἀραιουμένης δὲ συμβαίνει· διὸ καὶ οὐ δεῖ ἐν τῷ ἡλίῳ γυμνὸν βαδίζειν· συνίσταται γὰρ ἡ σὰρξ καὶ κομιδῇ ἀποσαρκοῦται, καὶ ὑγρότερον τὸ σῶμα γίνεται· τὸ μὲν γὰρ ἐντὸς διαμένει, τὸ δ' ἐπιπολῆς ἀπαλλάττεται, ὥσπερ καὶ τὰ κρέα τὰ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν μᾶλλον. Οὐδὲ τὰ στήθη γυμνὰ ἔχοντα βαδίζειν· ἀπὸ γὰρ τῶν ἄριστα ᾠκοδομημένων τοῦ σώματός ὁ ἥλιος ἀφαιρεῖ ἃ ἥκιστα δεῖται ἀφαιρέσεως, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ ἐντός. Ἐκεῖθεν μὲν οὖν διὰ τὸ πόρρω εἶναι, ἐὰν μὴ μετὰ πόνου, οὐκ ἔστιν ἱδρῶτα ἀγαγεῖν, ἀπὸ τούτου δὲ διὰ τὸ πρόχειρον ῥᾴδιον.

52. Corporis, cui secundam conciliemus valetudinem, non densa, sed rara reddi debet caro: ut enim urbs locusque salubris est, prouti flatui pervius est (quapropter mare quoque salubre est), ita etiam corpus flatui perviam sanius est: aut enim nullum recrementum adesse, aut ab eo quam celerrime liberari debet corpus, idque semper ita regendum, ut simulatque recrementum admiserit, protinus illud excernat, sitque motui deditum, non quieti: quod enim manet, putredinem movet modo aquæ immotæ, putrescens vero morbum contrahit; at quod excernitur, antequam vitietur, decedit. Hoc igitur, si caro densatur quidem, non contingit (meatus enim quasi obstruuntur); sin vero rarefit, evenit: quamobrem et in sole nudo corpore ambulandum non est: spissatur etenim caro et valenter obcluditur, corpusque humidius redditur: quod enim intus adest, manet intactum; quod vero in superficie, abit: qua ratione quoque carnes assæ elixis humidiores sunt. Nec pectore nudo ambulandum est: sol enim corporis partibus optime conditis adimit quæ nullo modo egent ademptione; sed interna potius eam desiderant. Inde igitur, ut e remoto, nonnisi cum labore sudor educi licet; hinc vero facile, quia prope subest.

53. Διὰ τί ποτε τοῖς χιμέτλοις καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ συμφέρει, καὶ τὸ θερμόν; Ἢ ὅτι τὰ χίμετλα δι' ὑπερβολὴν γίνεται ὑγροῦ; Τὸ μὲν οὖν ψυχρὸν συνίστησι καὶ τραχύνει τὸ ὑγρόν, τὸ δὲ θερμὸν ἐκπνευματοῖ καὶ ἔξοδον ποιεῖ τῷ πνεύματι, ἀραιοῦν τὴν σάρκα.

53. Cur tandem pernionibus tam aqua frigida quam calida prodest? An quoniam perniones nimio humore consistunt? Frigida igitur humorem cogit atque exasperat, calida vero in spiritum vertit, carnemque rarefaciens spiritui exitum parat.

54. Διὰ τί τὸ ψυχρὸν καὶ ποιεῖ καὶ παύει τὰ χίμετλα, καὶ τὸ θερμὸν τὰ πυρίκαυτα; Ἢ διὰ τὸ αὐτό; Ποιεῖ μὲν συντήκοντα, παύει δὲ μᾶλλον ξηραίνοντα.

54. Cur tum frigus perniones, tum calor ambusta, et facit et tollit? An eadem de causa? Faciunt quidem colliquefaciendo, tollunt vero potius exsiccando.

www.libool.com.cn

Digitized by Google

55. Ἐν τοῖς πυρετοῖς διδόναι δεῖ τὸ ποτὸν πολλάκις καὶ κατ' ὀλίγον· τὸ μὲν γὰρ πολὺ παραρρεῖ, τὸ δὲ ὀλίγον μέν, πολλάκις δέ, διαβρέχει καὶ εἰς τὰς σάρκας χωρεῖ· οἷα γὰρ τὰ ἐν τῇ γῇ, ἐὰν μὲν κατὰ πολὺ ἔλθῃ τὸ ὕδωρ, παραρρεῖ, ἐὰν δὲ κατ' ὀλίγον, βρέχει μόνον, τὸ αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς πυρετοῖς· τὰ γὰρ ῥέοντα ὕδατα ἐάν τις κατ' ὀλίγον ἄγῃ, ὁ ὀχετὸς ἐκπίνει· ἐὰν δὲ τὸ ἴσον ἀθρόον ἄγῃ, ὅπου ἂν ἄγῃ, χωρεῖ. Ἔπειτα κατακείσθω ἀκίνητος ὡς μάλιστα, ἀκίνητος μέν, ὅτι καὶ τὸ πῦρ φανερῶς, ἐάν τις μὴ κινῇ, καταμαραίνεται. Πρὸς πνεῦμα δὲ μὴ κατακείσθω, διότι ὁ ἄνεμος τὸ πῦρ ἐξεγείρει καὶ ῥιπιζόμενον τὸ πῦρ ἐξ ὀλίγου πολὺ γίνεται. Περιστέλλεσθαι δὲ τούτου ἕνεκεν, ὅτι πυρὶ ἐὰν ἀναπνοὴν μὴ διδῷς, σβέννυται. Καὶ τὰ ἱμάτια μὴ ἀπογυμνούσθω, ἕως ἂν νοτὶς ἐγγένηται· τὸ φανερὸν γὰρ πῦρ τὸ ὑγρὸν σβέννυσιν· κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ἐν τῇ φύσει. Ἐπὶ δὲ τῶν διαλειπόντων πυρετῶν προπαρασκευάζειν δεῖ καὶ ἐκλούοντα, καὶ πυριάματα πρὸς τοὺς πόδας παρατιθέντα, καὶ περιεσταλμένον ἀναπαύεσθαι, ὅπως ὅτι θερμότατος ᾖ πρὸ τοῦ τὴν λῆψιν εἶναι· καὶ γὰρ ὅπου πολὺ πῦρ, λύχνος οὐ δυνήσεται καίεσθαι· τὸ γὰρ πῦρ τὸ πολὺ τὸ ὀλίγον ἄγει πρὸς ἑαυτό. Τούτου ἕνεκα πολὺ πῦρ ἐν τῷ σώματι παρασκευάζειν δεῖ, ὅτι ὀλίγον ὁ πυρετὸς πῦρ ἔχει, ὥστε τὸ πολὺ πῦρ τὸ ὀλίγον πρὸς ἑαυτὸ ἄγει.

55. Potus febrientibus sæpe et paulatim subministrandus est : copiosus enim si fuerit, præterfluit; parce vero, sed sæpius propinatus, madefacit carnesque subit : sicut enim humo fixa si aqua adfatim adcesserit, præterfluit, si paulatim vero, tunc tantummodo madefacit, ita etiam in febribus fit : nam et aquas fluentes si quis paulatim deducat, canalis ebibit; si vero tantumdem aquæ subito adducat, scaturigo eo profluit quo deducere libitum fuerit. Tum æger immotus, quoad maxime fieri potest, jacere debet : immotus, inquam, quod ignem quoque emarcescere manifestum est, ubi a nullo movetur. Nec adversus flatui cubet, quoniam ventus excitat ignem, sollicitatusque flabello ignis ex parvo magnus fit. Obvelandus autem æger propterea est, quia si nullum igni concedatur spiraculum, exstinguitur. Nec vestibus quidem exui debet, donec mador supervenerit : ut enim subjectum visui ignem humor exstinguit, sic etiam intra naturam fit (humanam). In febribus autem intermittentibus balneis præparandus est ægrotus et fomentis pedibus admovendis, opertusque quiescere debet, quo calidissimus sit, antequam adcessio ingruat : nec enim ubi multum adest ignis, lucerna poterit ardere, exiguum quippe ignem copiosus ad se trahit. Hac de causa multum ignis in corpore præparandum est, quia febris exiguum obtinet ignem, ita ut copiosus ad se ducat exiguum.

56. Τεταρταίοις πυρετοῖς δεῖ μὴ λεπτύνειν, ἀλλὰ πῦρ ἐν τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖν εἰσάγοντα. Δεῖ δὲ καὶ τοῖς γυμνασίοις χρῆσθαι. Ἡ δ' ἡμέρᾳ ἡ λῆψις, λουσάμενον ὕπνον μὴ ζητεῖν. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ συμφέρει θερμαίνουσα δίαιτα, ὅτι ἀσθενὴς ὁ τεταρταῖος πυρετός· εἰ γὰρ μὴ ἦν ἀσθενής, οὐκ ἂν τεταρταῖος ἐγένετο. Ὁρᾷς; ὅπου πῦρ πολύ, λύχνος οὐ δύναται καίεσθαι· τὸ γὰρ πολὺ τὸ ὀλίγον πρὸς ἑαυτὸ ἁρπάζει. Τούτου δ' ἕνεκεν πολὺ πῦρ ἐν τῷ σώματι ἐμποιεῖν, ὅτι ὀλίγον ὁ πυρετὸς πῦρ ἔχει. Ἔστι δὲ τὸ καθ' ἡμέραν διαίτημα τὸ μὲν πῦρ, τὸ δὲ νοτίδα εἰς τὸ σῶμα εἰσάγοντα.

56. In quartanis febribus adtenuandum non est, sed ignis corpori interserendus. Exercitatione quoque utendum est. Qua vero die adcessio instat, ægroto, balneo administrato, somnus quærendus non est. Hac de causa et victus calefaciens prodest, quia nimirum febris quartana imbecilla est : nam nisi imbecilla esset, quartana non fuisset. Videsne? lucerna, ubi multus ignis adest, flagrare nequit; multus enim ignis exiguum ad se rapit. Hac de causa multum ignis introducendum in corpus est, quoniam exiguum febris obtinet. Quotidiana autem victus ratio eo constat ut partim ignem, partim madorem inducs in corpus.

57. Εἰσὶ δὲ νόσοι αἱ μὲν ἀπὸ πυρός, αἱ δ' ἀπὸ νοτίδος· ἰατρεύονται δ' αἱ μὲν ἀπὸ πυρὸς νόσοι νοτίδι, αἱ δ' ἀπὸ νοτίδος πυρί· νοτίδα γὰρ ξηραίνει.

57. Morborum alii quidem ab igne, alii vero a madore proveniunt; morbi autem qui ab igne proveniunt, madore sanantur; qui vero a madore, igne : exsiccat enim madorem.

ΤΜΗΜΑ Β.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΙΔΡΩΤΑ.

SECTIO II.

QUÆ AD SUDOREM PERTINENT.

1. Διὰ τί οὔτε συντείνουσιν, οὔτε κατέχουσι τὸ πνεῦμα γίνεται ἱδρώς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνιεῖσιν; Ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα κατεχόμενον πληροῖ τὰς φλέβας, ὥστε κωλύει ἐξιέναι, ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τῶν κλεψυδρῶν, ὅταν πλήρεις οὖσας ἐπιλάβῃ τις· ὅταν δ' ἐξέλθῃ, πολὺς γίνεται διὰ τὸ ἐν αὐτῇ [τῇ] ἐπιληψίᾳ ἀθροισθῆναι κατὰ μικρόν;

1. Cur neque intento, nec retento spiritu, sed potius relaxato, sudor provenit? An quoniam retentus spiritus venas implet, ita ut (humorem) exire non sinat, quemadmodum nec aqua e clepsydris exire potest, si quis plenas intercluserit; ubi vero spiritus exierit, multus erumpit sudor, quoniam per ipsam obclusionem copia humoris paulatim collecta est?

www.imbon.com.cn

Digitized by Google

2. Διὰ τί οὐχ ἱδροῦσι τὰ ἐν θερμῷ ὕδατι μέρη, οὐδ' ἂν θερμὰ ᾖ; Ἢ διότι κωλύει τὸ ὕδωρ τήκεσθαι, ὁ δ' ἱδρὼς τὸ κακῶς προσῳκοδομημένον ἐστὶν ἐν τῇ σαρκί, ὃ κωλύει τήκεσθαι, ὅταν ἐκκρίνηται διὰ θερμότητα.

2. Cur membra aquæ immersa calidæ non sudant, ne tunc quidem quum calida sunt? An quod aqua liquescere non sinit, sudor autem pars male condita carnis est, cujus liquationem impedit aqua, quo tempore propter calorem excernitur.

3. Διὰ τί ὁ ἱδρὼς ἁλμυρόν; Ἢ διότι γίνεται ὑπὸ κινήσεως καὶ θερμότητος ἀποκρινούσης ὅσον ἀλλότριον ἔνεστιν ἐν τῇ προσφύσει τῆς τροφῆς πρὸς αἷμα καὶ τὰς σάρκας; τοῦτο γὰρ τάχιστα ἀφίσταται διὰ τὸ μὴ οἰκεῖον εἶναι, καὶ ἔξω ἐξικμάζει. Ἁλμυρὸς δ' ἐστὶ διὰ τὸ τὸ γλυκύτατον καὶ κουφότατον εἰς τὸ σῶμα ἀνηλῶσθαι, τὸ δ' ἀλλοτριώτατον καὶ ἀπεπτότατον ἀπολύεσθαι. Τὸ τοιοῦτον δ' ἐν μὲν τῇ κάτω ὑποστάσει οὖρον καλεῖται, ἐν δὲ σαρκὶ ἱδρώς· ἄμφω δ' ἁλμυρὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν.

3. Cur sudor salsus est? An quia motu efficitur et calore secernente quantum alieni inest alimento, dum sanguini carnibusque adplicatur? id enim ociasime segregatur, quoniam familiare non est, et foras evaporatur. Salsus vero propterea est quod pars dulcissima levissimaque ad corpus nutriendum absumpta est, pars autem alienissima crudissimaque solvitur. Hujusmodi autem res, si deorsum quidem subsidat, urina vocatur, si vero in carne, sudor; ambo tamen salsa ob eamdem causam sunt.

4. Διὰ τί τὰ ἄνω ἱδροῦσι μᾶλλον τῶν κάτω; Πότερον τὸ θερμὸν ἄνω καὶ ἀνέρχεται, καὶ ἔστιν ἄνω, τοῦτο δ' ἄνω φέρει τὸ ὑγρόν; Ἢ ὅτι πνεῦμα ποιεῖ τὸν ἱδρῶτα, τοῦτο δ' ἐν τοῖς ἄνω; Ἢ διότι ἄπεπτον ὑγρόν ὁ ἱδρώς ἐστι, τοιοῦτο δ' ἐν τοῖς ἄνω; ἡ γὰρ κρᾶσις ἄνω.

4. Cur magis parte superiori corporis quam inferiori sudamus? Utrum calor sursum tendit eoque adscendit ibique manet, hic autem humorem sursum evehit? An quoniam sudorem spiritus ciet, is autem sedem habet superiorem? An quia sudor humor est incoctus, isque supra reperitur? temperatio etenim supra sit.

5. Διὰ τί τὰς χεῖρας γυμναζομένοις μάλιστα ἱδρὼς γίνεται, ἐὰν τὰ ἄλλα ὁμοιοσχημονῶμεν; Ἢ διότι ἰσχύομεν μάλιστα τούτῳ τῷ τόπῳ; τούτῳ γὰρ τὸ πνεῦμα κατέχομεν τῷ ἐγγιστα τοῦ ἰσχύοντος· πονοῦντες δὲ μᾶλλον ἰσχύομεν· οὕτω δ' ἔχοντες τὸ πνεῦμα μᾶλλον κατέχομεν. Εἶτα καὶ τῇ τριβομένῃ συμπονοῦμεν μᾶλλον ἢ ὅταν ἄλλο μέρος τριβώμεθα· τῇ γὰρ καθέξει τοῦ πνεύματος καὶ τριβόμενοι γυμναζόμεθα καὶ τρίβοντες.

5. Quam ob causam, quum manus exercitamus, sudor maxime oritur, modo ceteræ corporis partes positum suum servent? An quoniam robur huic præcipue loco inditus est? hac enim ipsa de causa spiritum retinemus, quia nimirum ad robustissimum proxime accedit; dum vero laboramus, robore inprimis pollemus; sic autem habentes præsertim spiritum retinemus. Tum etiam manus laborem potius participamus, ubi nos ipsos fricat quam ubi alio membro fricamur: spiritus namque retentione exercemur, cum quia perfricamur, tum quia perfricamus.

6. Διὰ τί ὁ ἱδρὼς ἐκ τῆς κεφαλῆς ἢ οὐκ ὄζει, ἢ ἧττον τοῦ ἐκ τοῦ σώματος; Ἢ ὅτι εὔπνους ὁ τῆς κεφαλῆς τόπος; δηλοῖ δὲ μανὸς ὢν τῇ τῶν τριχῶν ἐκφύσει. Δυσώδεις δ' οἱ τόποι καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς γίνεται, ὅσα μὴ εὔπνοα.

6. Cur sudor capitis aut nullum reddit malum odorem, aut minus quam corporis? An quia locus capitis spiritui pervius est? et quidem laxum se esse, ipsum demonstrat pullulandis capillis. Loca autem et quæ locis continentur, graviter olent, ubicumque spirandi carent libertate.

7. Διὰ τί οἱ γυμναζόμενοι ἐὰν διαναπαυσάμενοι παλαίωσιν, μᾶλλον ἱδροῦσιν ἢ ἐὰν συνεχῶς; Ἢ διὰ τὸ ἀθροίζεσθαι διαναπαυομένων, ἔπειτα τοῦτον τὸν ἱδρῶτα ἐξάγει ὕστερον ἡ πάλη, ἡ δὲ συνεχὴς ἀναξηραίνει ὥσπερ ὁ ἥλιος;

7. Quam ob causam qui se exercent, si interposita interdum quiete luctentur, magis sudant quam si continue? An quoniam interposita requie sese colligit, deinde hunc sudorem lucta postmodum educit; continua vero modo solis resiccat?

8. Διὰ τί μᾶλλον ἱδροῦσιν, ὅταν μὴ διὰ πολλοῦ χρόνου χρῶνται ταῖς ἀφιδρώσεσιν; Ἢ διότι οἱ ἱδρῶτες γίνονται οὐ μόνον δι' ὑγρότητα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τοὺς πόρους ἀνεῷχθαι μᾶλλον καὶ ἀραιὰ τὰ σώματα εἶναι; Τοῖς μὲν οὖν μὴ χρωμένοις συμμεμύκασιν οἱ πόροι, τοῖς χρωμένοις δ' ἀναστομοῦνται.

8. Cur magis sudamus, quum non longo interposito tempore sudor evocatur? An quia non humor tantum causa est ut sudemus, sed meatuum quoque apertio major et corporum raritas? His igitur qui sudationibus non utuntur, meatus obclusi sunt; utentibus vero aperiuntur.

9. Διὰ τί τοῦ ἡλίου μᾶλλον θερμαίνοντος τοὺς γυμνοὺς ἢ τοὺς ἀμπεχομένους, ἱδροῦσι μᾶλλον οἱ ἀμπεχόμενοι; Πότερον ὅτι τοὺς πόρους συμμύειν ποιεῖ ἐκκαίων ὁ ἥλιος; Ἢ διότι τὰς ἀτμίδας ξηραίνει, ἀμπεχομένοις δὲ ταῦτα ἧττον συμβαίνει;

9. Quare quum sol nudos magis quam indutos calefaciat, induti magis sudant? Utrum quia sol meatus deurendo connivere facit? An quia vapores exsiccat, hæc autem minus adcidunt indutis?

Digitized by Google

10. Διὰ τί ἱδροῦσι μάλιστα τὰ πρόσωπα; Ἢ ὅσα ἀραιά, καὶ ὑγρὰ μάλιστα; διὰ δὲ τούτων ὁ ἱδρὼς διαπορεύεται. Δοκεῖ δὲ πηγὴ εἶναι ἡ κεφαλὴ τοῦ ὑγροῦ· διὸ καὶ αἱ τρίχες, διὰ τὸ πολὺ ὑγρόν· ὁ δὲ τόπος ἀραιὸς καὶ ἰσχνός· δίεισιν ἄρα κατὰ φύσιν.

10. Cur facie maxime sudant? An quæ rara sunt, eadem humida quoque maxime sunt? hæc enim sudor permeat. Sed caput fons esse videtur humoris: inde et pili, propter humoris nempe copiam: locus enim rarus gracilisque est: igitur secundum naturam permeat.

11. Διὰ τί οὔτ' ἀθρόου ὄντος τοῦ πυρὸς μᾶλλον ἱδροῦσιν, οὔτ' ἐλάττονος ἀεί, ἀλλὰ πλείονος ἐπεισφερομένου; οἱ γὰρ ἐν τοῖς πυριατηρίοις ἱδροῦσι μᾶλλον ἢ εὐθὺς εἰ εἶη τοσοῦτον. Ἢ ὅτι τὸ σύμμετρον ἕκαστον ἐργάζεται; Οὐκοῦν εἰ τοσοῦτον ποιεῖ, τὸ πλεῖον οὐ ποιήσει πλεῖον, ἢ μᾶλλον τοὐναντίον, ὅτι τῷ σύμμετρον εἶναι ἐργάζεται τὸ ἔργον. Διὰ μὲν οὖν τοῦτο οὐχὶ πρὸς πλεῖον μᾶλλον ἱδροῦσι, διὰ δὲ τὸ πρὸς ἕκαστον ἄλλην εἶναι συμμετρίαν, καὶ τὸ πεποιηκὸς μηκέτι ποιεῖν προστιθεμένου μᾶλλον· οὐ γὰρ ταὐτὸ προοδοποιεῖται εἰς ἕκαστον καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν παρασκευάζει, καὶ ἤδη τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλ' ἕτερον. Τὸ μὲν οὖν ὀλίγον μᾶλλον ἢ πολὺ προωδοποίησε καὶ παρεσκεύασε τὸ σῶμα πρὸς τὸ ἱδρῦν· ἄλλης δὲ δεῖ συμμετρίας καὶ πλείονος πρὸς τὸ ποιῆσαι· τοῦτο δ' οὐκέτι ποιεῖ ὃ πεποίηκεν, ἀλλὰ μετ' αὐτὸ ὕστερον ἄλλο τῆς συμμετρίας γινόμενον.

11. Cur neque ubi adfatim adest ignis, neque ubi semper minor copia, sed ubi major copia superingeritur, magis sudant? qui enim in æstuariis degunt, ita magis sudant quam si protinus sic se haberent. An quia id quod modice se habet, unumquodque efficit? Ergo si tantum agit, plus si fuerit, non majus efficiet, imo potius contrarium, quoniam scilicet eo opus suum peragit quod modice se habet. Hac igitur de causa nihilo plus sudamus, ubi plus additum est, idque sane quia unicuique effectui suus respondet modus, quodque jam egerat, nihil majus efficiet, siquid superaddatur: neque enim idem quod viam sternit et præparat ut apte disponantur res ad unumquemque effectum, hoc idem protinus efficit, sed aliud. Parum itaque potius quam multum viam stravit præparavitque corpus ad sudandum, sed ad agendum alio certe ampliorique modo opus est: quod enim egerat, non amplius agit, sed aliud deinceps post illud, quod modum obtinet convenientem.

12. Διὰ τί ἀποστλεγγισαμένοις μᾶλλον ῥεῖ ὁ ἱδρὼς ἢ ἐῶσιν ἐπιμεῖναι; Πότερον διὰ τὸ καταψύχεσθαι ὑπὸ τοῦ ἔξω; Ἢ ὅτι ὥσπερ πῶμα γίνεται ὁ ἔξω ἱδρὼς ἐπὶ τοῖς πόροις, ὥστε κωλύει τοῦ ἔσωθεν τὴν ὁρμήν;

12. Cur strigilis ope detergentibus magis profluit sudor quam residere sinentibus? Utrum quoniam ab ambienti refrigeratur? An quod sudor qui foras jam pervenit, velut operculum meatibus incumbit, ita ut interioris impetum compescat?

13. Διὰ τί τὸ πήγανον δυσώδεις τοὺς ἱδρῶτας ποιεῖ, καὶ ἔνια τῶν μύρων; Ἢ ὅτι ὧν ἐν τῇ ὀσμῇ βαρύτης ἔνι, ταῦτα κερανύμενα ταῖς περιττωματικαῖς ὑγρότησι κακωδεστέραν ποιεῖ τὴν ὀσμήν;

13. Qua de causa ruta et nonnulla unguenta sudores fœtidos movent? An quia quorum odor gravitatem præ se fert, hæc humoribus superfluis admista augent malum odorem?

14. Διὰ τί ἱδροῦμεν τὸν νῶτον μᾶλλον ἢ τὰ πρόσθεν; Ἢ ὅτι ἐν μὲν τῷ πρόσθεν ἐστὶ τόπος ἐντός, εἰς ὃν ἀποχετεύεται τὸ ὑγρόν, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἔξω τὴν ἔκκρισιν ἀναγκαῖον γίνεσθαι; Τὸ δ' αὐτό ἐστιν αἴτιον καὶ ὅτι τὴν κοιλίαν ἧττον ἱδροῦμεν ἢ τὸ στῆθος. Ἔτι δ' ὅτι μᾶλλον διαφυλακτικόν ἐστι τοῦ ἱδρῶτος τὰ νῶτα καὶ τὰ ὄπισθεν ἢ τὰ πρόσθεν διὰ τὸ μᾶλλον τὰ ἔμπροσθεν τῶν ὄπισθεν ἀποψύχεσθαι· ὅπερ ἐστὶν αἴτιον καὶ τοῦ τὰς μασχάλας ἱδροῦν τάχιστα καὶ μάλιστα· ἧκιστα γὰρ ψύχονται. Ἔτι δὲ σαρκωδέστερά ἐστι τὰ περὶ τὸν νῶτον τῶν πρόσθεν, ὥσθ' ὑγρότερα. Πλείων δ' ὑγρότης ἐστὶν ἐν τοῖς ὄπισθεν· ὁ γὰρ μυελὸς κατὰ τὴν ῥάχιν ὢν ὑγρασίαν πολλὴν παρέχει.

14. Cur tergo magis quam priori parte sudamus? An quod in parte priori quidem locus intus habetur in quem humor derivatur; in posteriori vero non est, sed foras ibi excernatur necesse est? Hoc idem etiam facit ut ventre minus quam pectore sudemus. Addo quod sudorem terga magis conservare valent, et posterior pars magis quam prior, quoniam prior magis quam posterior refrigeratur: quod etiam causæ est ut alæ citissime atque maxime sudent, videlicet quia minime refrigerantur. Ad hæc tergi regio carnulentior est quam prior pars, et proinde humidior. Posterior autem pars plus continet humiditatis: medulla enim, quæ spinam occupat, multum humiditatis præbet.

15. Διὰ τί ἐφ' ἃ κατακείμεθα, οὐχ ἱδροῦμεν; Ἢ ὅτι θερμὸς ὢν ὁ τόπος ᾧ ἁπτόμεθα, κωλύει διεξιέναι τὸν ἱδρῶτα· ἀναξηραίνει γὰρ αὐτόν. Ἔτι δὲ θλίβεται, θλιβόμενον δὲ διαχεῖται τὸ αἷμα, οὗ συμβαίνοντος καταψύχεται μᾶλλον. Σημεῖον δ' ἡ νάρκη· κατάψυξίς τε γάρ ἐστι τὸ πάθος, καὶ γίνεται ἐκ θλίψεως ἢ πληγῆς.

15. Cur ea parte cui incubamus, non sudamus? An quoniam pars qua tangimus, calore suo prohibet ne permeet sudor? resiccat enim eum. Præterea vero comprimitur; sanguis autem compressus diffunditur: quæ ubi fiunt, impensius refrigeratur. Argumento torpor est: hicce enim adfectus refrigeratio est atque efficitur vel compressione, vel ictu.

Digitized by Google

16. Διὰ τί οἱ καθεύδοντες μᾶλλον ἱδροῦσιν; Ἢ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν; ἀθροισθὲν γὰρ τὸ θερμὸν ἐντὸς ἐξελαύνει τὸ ὑγρόν.

16. Quare qui dormiunt, magis sudant? An circumquaque obsistendi ratione evenit? calor enim parte interna collectus expellit humorem.

www.libtool.com.cn

17. Διὰ τί τὸ πρόσωπον μάλιστα ἱδροῦσιν ἀσαρκότατον ὄν; Ἢ ὅτι εὐίδρωτα μὲν ὅσα ὕφυγρα καὶ ἀραιά, ἡ δὲ κεφαλὴ τοιαύτη; ὑγρότητα γὰρ οἰκείαν ἔχει πλείστην. Δηλοῦσι δ' αἱ φλέβες τείνουσαι ἐντεῦθεν, καὶ οἱ κατάρροι ἐξ αὐτῆς, καὶ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός, καὶ οἱ πόροι πολλοί· σημεῖον δ' αἱ τρίχες ὅτι πολλοὶ οἱ πόροι εἰσί, περαίνοντες ἔξω. Οὔκουν ἐκ τῶν κάτω ὁ ἱδρώς, ἀλλ' ἐκ τῆς κεφαλῆς γίνεται· διὸ ἱδροῦσι καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα τὸ μέτωπον· ὑπόκειται γὰρ πρῶτον· τὸ δ' ὑγρὸν κάτω ῥεῖ, ἀλλ' οὐκ ἄνω.

17. Cur facie maxime sudamus, quum in ea minimum carnis sit? An quod expeditius illa sudant, quæ subtus humida ac rara sunt, caput autem tale est? continet enim plurimum humiditatis propriæ. Probant autem venæ hinc pertendentes, distillationesque quæ ex capite oriuntur, et cerebri humiditas, et meatus numero multi; magnum autem numerum esse meatuum capilli probant, utpote foras pertendentes. Igitur sudor non a partibus inferioribus, sed e capite oritur: unde etiam fit ut primum et maxime fronte sudemus: prima enim frons subjacet; humor autem deorsum fluit, non sursum.

18. Διὰ τί οἱ ἱδροῦντες ἐὰν ψυχθῶσιν ἢ ὕδατι, ἢ πνεύματι, ναυτιῶσιν; Πότερον τὸ ὑγρὸν ψυχθὲν ἔστη ἀθρόον, ἔμπροσθεν οὐκ ἠρεμοῦν διὰ τὸ ῥεῖν; Ἢ καὶ τὸ πνεῦμα διὸν ἔξω γινόμενον ἱδρὼς διὰ τὴν ψύξιν, τοῦτο ἔσω ψυχθὲν πρὶν ἐξελθεῖν ὑγρὸν ἐγένετο, καὶ προσπεσὸν ποιεῖ τὴν ναυτίαν;

18. Qua de causa qui sudant, si vel aqua, vel flatu refrigescant, nauseant? Utrum humor, qui propter fluxum antea non quiescebat, refrigescens subito constitit? An potius spiritus, qui foras transiens in sudorem ob refrigerationem convertebatur, hic intus ante frigescens quam exeat, humor fit, atque ingruens nauseam movet?

19. Διὰ τί ποτε ἐκ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ποδῶν μάλιστα οἱ ἱδρῶτες γίνονται θερμαινομένων; Ἢ ὅτι τὸ θερμαινόμενον ἐφέλκει ἐφ' ἑαυτὸ τὸ ὑγρόν, τὸ δ' ὑγρὸν οὐκ ἔχει ὅπῃ καταναλίσκηται διὰ τὸ εἶναι τοὺς τόπους τούτους ὀστώδεις; Ἐκπίπτει οὖν ἔξω.

19. Cur tandem e capite pedibusque, nobis incalescentibus, sudores maxime proveniunt? An quoniam humorem ad se membrum incalescens trahit, humor autem locum quo absumatur, nullum habet, quum eæ partes ossibus scateant? Foras itaque excidit.

20. Διὰ τί οἱ πονοῦντες, ὅταν παύσωνται, ἱδροῦσιν; ἔδει γάρ, εἴπερ ὁ πόνος αἴτιος, ὅταν πονῶσιν. Πότερον ὅτι πονούντων μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος αἱ φλέβες ἐμφυσώμεναι τοὺς πόρους συμμεμυκέναι ποιοῦσι, παυσαμένων δὲ συνίζουσιν, ὥστε δι' εὐρυτέρων γινομένων τῶν πόρων ῥᾷον διέρχεται τὸ ὑγρόν; Ἢ ὅτι πονούντων μὲν ἀποκρίνει ἡ κίνησις ἐκ τοῦ συμπεφυκότος ὑγροῦ πνεῦμα, καὶ διὰ θερμότητα τὴν ἀπὸ τῆς κινήσεως γίνεται τὸ ὑγρὸν πνεῦμα ἐπιπολῆς· ὅταν δὲ παύσηται πονῶν, ἅμα καὶ ἡ θερμότης λήγει, καὶ ἐκ τοῦ πνεύματος πυκνουμένου ὑγρότης γίνεται, ὁ καλούμενος ἱδρώς;

20. Quare qui laborant, ubi a labore destiterint, sudant? nam si labor causa esset, quum laborarent, sudare debuissent. Utrum quod inter laborandum quidem venæ spiritu inflatæ meatus connivere faciunt; cessantibus vero considerent, ita ut per ampliores jam factos meatus expeditius humor pervadat? An quoniam apud laborantes quidem spiritum ex insito humore motus secernit, et propter calorem qui a motu excitatur, humor in superficie fit spiritus; ubi vero a labore cessatum est, simul et calor desinit, et ex spiritu spissescente fit humor, isque sudor adpellatur?

21. Πότερον δεῖ μᾶλλον τοῦ θέρους παρασκευάζειν τὸ ἱδροῦν ἢ τοῦ χειμῶνος; Ἢ ὅτε μᾶλλον ὑγροὶ καὶ χαλεπώτεροι ἄνευ ἐπιμελείας γένοιντ' ἄν; ὥστε τοῦ χειμῶνος ἂν δέοι μᾶλλον, ἧ μεγάλη ἡ μεταβολὴ καὶ τὰ περιττώματα οὐ συνεκπέττεται. Πάλιν ψυχθέντος ἔτι παρὰ φύσιν τὸ τοῦ χειμῶνος. Δῆλον ἄρα ὅτι τοῦ θέρους μᾶλλον· καὶ γὰρ τὰ ὑγρὰ σήπεται μᾶλλον ἅπαντα τοῦ θέρους· διὸ τότε δεῖ ἀπαντλεῖν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ οἱ ἀρχαῖοι πάντες οὕτως ἔλεγον.

21. Utrum per æstatem potius, an per hyemem sudor movendus? An quando humidiores sumus, sudoresque nulla adhibita industria difficiliores fuissent? ita ut per hyemem potius conveniret, in qua magna fit mutatio, nec excrementa universa percoquuntur. Attamen frigore dominante contra naturam quoque excitatur sudor hyeme. Igitur per æstatem potius movendum esse constat, quippe quum humores per æstatem potius omnes putrescunt: quapropter exhauriendum tunc est. Hac de causa etiam veteres omnes ita censebant.

22. Διὰ τί ἀεὶ τοῦ σώματος ῥέοντος καὶ τῆς ἀπορροῆς γινομένης ἐκ τῶν περιττωμάτων οὐ κουφίζεται τὸ σῶμα, ἐὰν μὴ ἀφιδρώσῃ; Ἢ ὅτι ἐλάττων ἡ ἔκκρισις; ὅταν γὰρ ἐξ ὑγροῦ μεταβάλλῃ εἰς ἀέρα, πλεῖον γίνεται ἐξ ἐλάττονος· τὸ γὰρ ὑγρὸν διακρινόμενον πλεῖον· ὥστε

22. Quare quum corpus adsidue fluat effluxusque de excrementis proveniat, corpus non levatur, nisi sudaverit? An quia parcior est decessus? quum enim ex humore mutatio fit in aerem, quod antea parum erat, nunc copiosius fit: humor namque transsudans copia augetur, ita ut diutius

Digitized by Google

πλείονι χρόνῳ ἡ ἔκκρισις, διά τε τοῦτο καὶ ὅτι δι' ἐλαττόνων πόρων ἡ ἔκκρισίς ἐστιν. Ἔτι τὸ γλίσχρον καὶ τὸ κολλῶδες μετὰ μὲν τοῦ ὑγροῦ ἐκκρίνεται διὰ τὴν κατάμιξιν, μετὰ δὲ τοῦ πνεύματος ἀδυνατεῖ· μάλιστα δὲ τοῦτ' ἐστὶ τὸ λυποῦν· διὸ καὶ οἱ ἔμετοι τῶν ἱδρώτων κουφίζουσι μᾶλλον, ὅτι συνεξάγουσι τοῦτο, ἅτε παχύτεροι καὶ σωματωδέστεροι ὄντες, καὶ ὅτι τῇ μὲν σαρκὶ πόρρω ὁ τόπος οὗτος, ἐν ᾧ τὸ γλίσχρον καὶ τὸ κολλῶδες, ὥστ' ἔργον μεταστῆσαι, τῇ δὲ κοιλίᾳ ἐγγύς· ἢ γὰρ ἐν αὐτῇ ἐγγίνεται, ἢ πλησίον· διὸ καὶ ὀυσεξάγωγον ἄλλως.

perstet decessus cum hac de causa tum quia per angustiores fit meatus. Lenta item glutinosaque cum humore quidem propter mistionem excernuntur, cum spiritu vero nequeunt; hæc tamen ipsa maxime molesta sunt. Hinc etiam vomitus magis quam sudores corpora levant, quoniam hæc secum educunt, ut qui crassiores corpulentioresque sunt, tum quia a carne quidem remotus est locus ille, qui lentam glutinosamque materiam continet, ita ut non sine magno negotio dimoveri queat, ventri autem vicinus : aut enim in eo consistit, aut prope : quo fit ut difficile alioquin educatur.

23. Διὰ τί ἧττον ἱδροῦσιν ἐν αὐτῷ τῷ πονεῖν ἢ ἀνέντες; Ἢ ὅτι πονοῦντες μὲν ποιοῦσι, πεπονηκότες δὲ πεποιήκασιν; Εἰκότως οὖν ἐκκρίνεται πλέον· ὁτὲ μὲν γὰρ γίνεται, ὁτὲ δὲ ἔστιν. Ἢ ὅτι πονούντων μὲν συγκλείονται τῆς σαρκὸς οἱ πόροι διὰ τὴν κάθεξιν τοῦ πνεύματος, ὅταν δ' ἀνῶσιν, ἀνοίγονται; διὸ καὶ τὸ πνεῦμα κατέχοντες ἧττον ἱδροῦσιν.

23. Cur minus inter laborandum ipsum sudamus quam a labore cessantes? An quoniam laborantes quidem agimus, post laborem vero egimus? Rationi igitur congruit plus tunc excerni : tunc enim fiebat, nunc vero jam adest. An quia quum laboramus quidem, carnium meatus retento spiritu obseruntur, quum autem cesseaverimus, aperiuntur? quo fit etiam ut spiritu retento minus sudemus.

24. Διὰ τί οὐχὶ ὅταν τροχάζωμεν, ὁ ἱδρὼς πλείων, καὶ ὅταν ἐν κινήσει ᾖ τὸ σῶμα, ἀλλ' ὅταν παύσωνται; Ἢ ὅτι τότε μέν, ὥσπερ ὑπὸ τῆς χειρός, ἢ ἄλλου τινός, ἔστιν ὕδωρ ῥέον ἀποῤῥᾶξαι πανταχόθεν συναθροιζόμενον, ὅταν δ' ἀφεθῇ, πλέον ἢ ὅσον ἐξ ἀρχῆς, ὡς δ' ὑπὸ τῆς χειρός, οὕτω καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἔστιν ἀποληφθῆναι, ὥσπερ ἐν τῇ κλεψύδρᾳ, καὶ πάλιν πρὸς τὴν κύστιν; ἀπολαμβάνει γὰρ ἐντός. Ὁμοίως οὖν πολλῆς κινήσεως οὔσης τὸ πνεῦμα ἐναπολαμβάνεται· διὸ καὶ αἱ φλέβες διατείνονται, τοῦ ὑγροῦ οὐ δυναμένου ἐξιέναι ἀπολαμβανόμενον δὲ ἀθρόον τὸ ὑγρόν, ὅταν ἀνεθῇ τὸ πνεῦμα, ἀθρόον ἐξέρχεται.

24. Quamobrem non inter currendum agitandumque corpus, sed posteaquam cessatum est, plus sudoris evadit? An quia tunc quoque quemadmodum manu, vel alio quodam obstaculo, fluentem aquam quæ undique corrivatur, retinere licet, dimissa vero manu, copiosior profluit quam olim, quemadmodum, inquam, manus, sic etiam spiritus obstructionem facere potest, ut in clepsydra, idque rursus in vesicam tendit? intus enim includit. Pari igitur ratione in motu vehementi spiritus intus includitur : propterea et venæ distenduntur, quum humor exire nequeat; ubi autem humor confertim inclusus est, spiritu relaxato, subito erumpit.

25. Διὰ τί, ὅταν πίωσιν, ἧττον ἱδροῦσιν ἑπτραγόντες; Ἢ διότι τὰ σιτία ἐπισπᾶται μὲν τὴν ὑγρότητα καθαπερεὶ σπόγγος ἐμπεσών; Ἔστι δὲ κωλῦσαι τὴν ὁρμὴν οὐ μικρὸν μέρος, ὥσπερ ἐν τοῖς ῥεύμασι, τὸ ἐπιλαβεῖν τοὺς πόρους προσενεγκάμενον τὴν τροφήν.

25. Cur si quis, quum biberit, superedat, minus sudat? An quoniam cibus humorem quidem adtrahit, quasi spongia incidens? Pro satis magna autem parte impetum inhibere licet, si eodem modo quo in fluentis fit, cibo ingesto meatus præcludas.

26. Διὰ τί οἱ ἀγωνιῶντες ἱδροῦσι τοὺς πόδας, τὸ δὲ πρόσωπον οὔ; μᾶλλον γὰρ εὔλογον, ὅταν πᾶν ἱδρῶσι τὸ σῶμα, τότε μᾶλλον καὶ τοὺς πόδας· ψυχρότατος γὰρ ὁ τόπος· διὸ ἥκιστα ἱδροῦσιν. Καὶ οἱ ἰατροὶ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις μάλιστα περιστέλλειν τοὺς πόδας παραγγέλλουσιν, ὅτι εὔψυκτοί εἰσιν, ὥστ' ἀρχὴν ῥᾳδίως ῥίγους ποιοῦσι καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι. Ἢ ὅτι καὶ ἡ ἀγωνία ἐστὶ θερμότητος οὐ μετάστασις ὥσπερ ἐν τῷ φόβῳ ἐκ τῶν ἄνω τόπων εἰς τοὺς κάτω (διὸ καὶ αἱ κοιλίαι λύονται τῶν φοβουμένων), ἀλλ' αὔξησις θερμοῦ, ὥσπερ ἐν τῷ θυμῷ; καὶ γὰρ ὁ θυμὸς ζέσις τοῦ θερμοῦ ἐστὶ τοῦ περὶ τὴν καρδίαν, καὶ ὁ ἀγωνιῶν οὐ διὰ φόβον καὶ διὰ ψύξιν πάσχει, ἀλλὰ διὰ τὸ μέλλον.

26. Cur trepidantes pedibus sudant, non vero facie? magis enim rationi congrueret ut tunc pedibus quoque potius sudaretur, quum corpore toto sudatur : locus namque frigidissimus est : quamobrem minime solent sudare. Et quidem medici in adversis valetudinibus pedes potissimum operiendos præcipiunt, quoniam frigus hi facile sentiunt, ita ut rigoris initium reliqno etiam corpori facile subpeditent. An quod trepidatio quoque non caloris de summis locis ad ima transitio est, ut adcidit in metu, ex quo alvi etiam metuentium relaxantur, sed incrementum caloris, ut in ira? ira enim caloris fervor cordi proximi est, et trepidantis adfectus non propter metum refrigerationemque fit, sed propter futurum eventum.

27. Διὰ τί τὸ πρόσωπον ἐξέρυθροι γίνονται, οὐχ ἱδροῦσι δέ; Ἢ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι, ὥστε τὸ μὲν ἐν τῷ προσώπῳ ὑγρὸν ξηραίνει ἡ θερμότης ἐπιπο-

27. Cur iidem facie non sudant, sed perquam erubescunt? An quoniam amplius incalescunt, ita ut facici quidem humorem calor exsiccet superiora petens, pedum vero

Digitized by Google

λάζουσα, τὸ δ' ἐν τοῖς ποσὶ συντήκει διὰ τὸ ἐλάττων μὲν εἶναι, πλείων δὲ τῆς ἐμφύτου καὶ προϋπαρχούσης.

liquefaciat, quia paucior est, etiamsi copiosior insito qui jam antea præsto erat.

28. Διὰ τί καθεύδοντες ἱδροῦσι μᾶλλον ἢ ἐγρηγορότες; Ἢ ὅτι ἔσωθεν ἡ ἀρχὴ τοῦ ἱδρῶτος, θερμότερα δὲ τὰ ἐντός, ὥστ' ἐκκρίνει διαχέουσα ἡ ἐντὸς θερμότης τὸ ἐντὸς ὑγρόν, ὅτι ἀεὶ ἔοικεν ἀπορρεῖν τι τοῦ σώματος, ἀλλὰ διὰ τὸ μηθὲν εἶναι πρὸς ὃ προσπῖπτον ἁλισθήσεται λανθάνει; Σημεῖον δέ· τὰ γὰρ κοῖλα τοῦ σώματος ἀεὶ ἱδροῖ.

28. Cur dormientes quam vigilantes sudant magis? An quod sudoris origo intrinsecus est, interna autem calidiora habemus: ergo calor internus humorem diffundens internum educit, quoniam semper aliquid e corpore effluere videtur, sed latet, quia nihil est cui incidens se colligat? Argumento est, quod cavæ corporis partes adsidue sudant.

29. Διὰ τί ἐν τοῖς πυριατηρίοις μᾶλλον ἱδροῦσιν, ὅταν ᾖ ψῦχος; Ἢ ὅτι τὸ θερμὸν οὐ βαδίζει ἔξω διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ περίστασιν (κωλύεται γὰρ ὑπὸ τούτου), ἀλλ' ἐντὸς κατειλούμενον καὶ μένον διαλύει τὰ ἐν ἡμῖν ὑγρά, καὶ ἱδρῶτα ποιεῖ ἐξ αὐτῶν;

29. Cur in æstuariis tum magis sudamus, quum tempestas frigida est? An quoniam calor propter frigidi obsistentiam foras non meat (ab hoc enim arcetur); verum intus se pervolvens ac restans humores intra nos solvit, sudoremque ex iis producit?

30. Διὰ τί ὠφελιμώτερός ἐστιν ὁ ἱδρώς, κἂν ἐλάττων ἐπέλθῃ, ὁ γυμνοῦ τροχάζοντος γενόμενος ἢ ὁ ἐν ἱματίῳ; Ἢ τὸ μὲν πονεῖν τοῦ μὴ πονεῖν βέλτιόν ἐστι καθόλου, καὶ ὁ ἱδρὼς δ' ὁ μετὰ πόνου τοῦ ἄνευ πόνου βελτίων ἐστί, καὶ ὁ μᾶλλον δὲ μετὰ πόνου τοῦ ἧττον βελτίων, μᾶλλον δ' ἐστὶ μετὰ πόνου ὁ γυμνοῦ τροχάζοντος γινόμενος; ἐὰν γὰρ μὴ πολλῇ συντονίᾳ τροχάσῃ, οὐ δύναται ἱδρῶσαι γυμνὸς ὤν· ἐν ἱματίῳ γὰρ κἂν πάνυ μετρίως τροχάσῃ, ταχὺ ἱδροῖ διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἁλέαν. Καὶ εὐχρούστεροι δὲ γίνονται οἱ γυμνοὶ τρέχοντες τοῦ θέρους τῶν ἐν ἱματίοις, ὅτι ὥσπερ ἅπαντες οἱ ἐν τοῖς εὐπνουστέροις τόποις οἰκοῦντες εὐχρούστεροί εἰσι τῶν ἐν τοῖς καταπεπνιγμένοις οἰκούντων, οὕτω καὶ αὐτὸς αὑτοῦ ὁ ἄνθρωπος, ὅταν ὥσπερ ἐν εὐπνοίᾳ ᾖ, τότε εὐχρούστερός ἐστιν ἢ ὅταν κατα-πεπνιγμένος ᾖ καὶ περιεχόμενος ὑπό τινος ἁλέας πολλῆς, ὃ συμβαίνει μᾶλλον τῷ ἐν ἱματίῳ τρέχοντι. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ οἱ πολὺν χρόνον καθεύδοντες ἀχρούστεροί εἰσι τῶν μέτριον χρόνον καθευδόντων· καταπέπνικται γὰρ καὶ ὁ καθεύδων.

30. Cur sudor utilior est, qui corpore nudo currenti fit, etiamsi parcior prodeat, quam vestimentis obtecto? An quod in universum laborare quam non laborare melius est, et sudor vero quem labor comitatur, eo melior est qui sine labore provenit, et qui majori cum labore, melior quam qui cum minori, majori autem cum labore is est qui nudo corpore currenti prodit? nam nisi admodum cursum intenderit, sudare non potest, dum nudus est: vestitus enim celeriter sudat, etiamsi perplacide cucurrerit, propter teporem quem creat vestis. Et vero coloratiores redduntur qui nudi cursum æstivo tempore agitant quam qui sub veste, quia ut omnes qui loca flatibus-patentiora incolunt, melius colorantur quam qui constricta tenent, sic etiam homo tunc solito coloratior est, ubi spiritui veluti facilis patet aditus quam ubi æstu quodam subfocatur ac circumdatur copioso, quod inprimis ei accidit qui sub veste currit. Hinc etiam fit ut qui diutius dormiunt, minus colore hilarentur quam qui modicum temporis spatium: nam dormiens quoque angitur.

31. Διὰ τί οἱ ἀγωνιῶντες ἱδροῦσι τοὺς πόδας, τὸ δὲ πρόσωπον οὔ, ἐν τῷ ἄλλῳ βίῳ ἱδρούντων ἡμῶν μάλιστα μὲν τὸ πρόσωπον, ἥκιστα δὲ τοὺς πόδας; Ἢ ὅτι ἡ ἀγωνία φόβος τίς ἐστι πρὸς ἀρχὴν ἔργου, ὁ δὲ φόβος κατάψυξις τῶν ἄνω; διὸ καὶ ὠχριῶσι τὰ πρόσωπα οἱ ἀγωνιῶντες, κινοῦνται δὲ καὶ σκαίρουσι τοῖς ποσίν· ποιοῦσι γὰρ τοῦτο οἱ ἀγωνιῶντες καὶ καθάπερ γυμνάζονται· διόπερ εἰκότως ἱδροῦσι ταῦτα οἷς πονοῦσιν. Καὶ τρίβουσι δὲ τὰς χεῖρας καὶ συγκαθιᾶσι καὶ ἐκτείνονται καὶ ἐξάλλονται καὶ οὐδέποτε ἠρεμοῦσιν· ὁρμητικοὶ γάρ εἰσι πρὸς τὸ ἔργον διὰ τὸ τὸ θερμὸν αὐτῶν ἠθροῖσθαι εἰς τὸν περὶ τὸ στῆθος τόπον ὄντα εὐσηματωδέστερον· ὅθεν πάντῃ διάττοντος αὐτοῦ τε καὶ τοῦ αἵματος συμβαίνει πυκνὴν καὶ ποικίλην γίνεσθαι κίνησιν. Μάλιστα δ' ἱδροῦσι τοὺς πόδας, ὅτι οὗτοι μὲν συνεχῶς πονοῦσι, τὰ δ' ἄλλα μέρη τοῦ σώματος ἀναπαύσεως τυγχάνει ταῖς τῶν σχημάτων καὶ κινήσεων μεταβολαῖς.

31. Cur pedes in trepidatione sudant, non vero facies, quum in reliquis vitæ muneribus facie quidem maxime, pedibus vero minime sudemus? An quia trepidatio metus quidam super re inchoanda est, metus autem refrigeratio partium superiorum est? quamobrem facie quoque pallent qui trepidant; pedibus item agitantur et saltitant: sic enim trepidantes faciunt, seseque quodammodo exercent: quapropter haud immerito ea parte sudant, qua laborant. Manus etiam fricant ac simul ambas demittunt, sese extendunt etiam atque exsiliunt, nec umquam quiescunt: agere enim properant, quoniam calor eorum adcumulatur in pectoris locum, qui inprimis clariora signa subpeditare solet: quamobrem undique cum calore, tum sanguine transsiliente efficitur ut motu crebro varioque agitentur. Pedibus autem maxime insudant, quoniam hi quidem perpetuo tenentur labore, dum ceteræ corporis partes positurarum motuumque mutatione quietem consequuntur.

Digitized by Google

32. Διὰ τί ἐν τοῖς πυριατηρίοις οὔτ' ἀθρόου τοῦ πυρὸς ὄντος μᾶλλον ἱδροῦσιν, οὔτ' ἐλάττονος ἀεὶ γινομένου, ἀλλὰ πλείονος; ἐπεισφερομένου γὰρ τὰ πυριατήρια μᾶλλον ἱδροῦσιν ἢ εἰ περ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τοσοῦτον ἦν τὸ πῦρ. Ἢ τὸ μὲν πολὺ ἐκ πρώτης ξηρὰν λαμβάνον τὴν ἐπιπολῆς σάρκα καὶ δέρμα καίει καὶ ὀστρακοῖ, γενομένη δὲ τοιαύτη τέγγει τοὺς ἱδρῶτας· τὸ δ' ὀλίγον μᾶλλον τὴν σάρκα ἀνιεῖ αὐτήν τε ἀραιοῖ καὶ τὰ ἐντὸς καθάπερ ὀργάζει πρὸς τὴν διάκρισιν καὶ ἐξαγωγήν· οὕτω δ' ἐχούσης αὐτῆς, ἐπεισενεχθὲν πλέον πῦρ καὶ εἰσδυόμενον εἰς βάθος τῆς σαρκὸς δι' ἀραιότητα ἐξατμίζει τε τὰ προμαλαχθέντα ὑγρά, καὶ τὰ λεπτὰ αὐτῶν ἀποκρῖνον ἐξάγει μετὰ τοῦ πνεύματος;

32. Cur in æstuariis neque ubi subito cumulatur ignis, nec ubi pedetentim semper diminuitur, sed ubi semper augetur, magis sudatur? ubi enim superingeritur, magis sudant æstuaria quam si principio statim tantumdem adfuisset ignis. An quod principio quidem multum ignis adhibitum carnis superficiem cutemque siccam nactum urit atque in modum testæ indurat: quæ quum talis reddita sit, sudorem humectat; minus vero copiosus si sit, carnem relaxans rarefacit atque interiora quasi instigat ad separationem et expulsionem; carne autem sic se habente, si plus ignis superingeratur et carnis fundum subeat, propter raritatem humores jam præmollitos in vaporem convertit, partesque eorum tenues secernens educit una cum spiritu?

33. Πότερον δεῖ μᾶλλον τοῦ θέρους παρασκευάζειν τὸ ἱδροῦν, ἢ τοῦ χειμῶνος; Ἢ τοῦ μὲν χειμῶνος συστελλόμενον ἐντὸς τὸ θερμὸν ἐκπέττει καὶ πνευματοῖ τὰ ἐν ἡμῖν ὑγρά (διὸ πάντων αὐτῶν ἢ τῶν πλείστων ἀναλισκομένων οὐδὲν δεῖται συγγενοῦς ἀποκρίσεως)· τοῦ δὲ θέρους δι' ἀραιᾶς τῆς σαρκὸς ἐκπίπτοντος τοῦ θερμοῦ ἧττον πέττεται τὰ ἐν ἡμῖν ὑγρά· διὸ δεῖται ἀπαντλήσεως; ἐμμείναντα γὰρ διὰ τὴν ὥραν σήπεται καὶ νοσοποιεῖ· σήπεται γὰρ πᾶν τὸ σηπόμενον ὑπ' ἀλλοτρίου θερμοῦ, ὑπὸ δὲ τοῦ οἰκείου πέττεται. Ἐν μὲν οὖν τῷ θέρει τὸ ἀλλότριον ἰσχύει (διὸ σήπεται πάντα μᾶλλον ἐν αὐτῷ), ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τὸ οἰκεῖον· διὸ οὐ σήπει ὁ χειμών.

33. Utrum per æstatem potius, an per hyemem sudor movendus est? An hyeme quidem calor intus conglomeratus percoquit atque in spiritum convertit humores intra nos (quapropter quum omnes, aut maxima pars consumitur, haudquaquam ulla excretione ejusdem generis indigemus); at in æstate, quum per raram carnem calor elabitur, humores intra nos minus concoquuntur: qua de causa exhaustu opus est? nam si intus manserint, tempestatis ergo putrescunt morbosque gignunt: quodcumque enim putrescit, alieno calore putrescit, proprio vero calore concoquitur. Igitur per æstatem alienus prævalet calor: ex quo fit ut quævis in æstate præsertim putrescant; per hyemem vero calor proprius dominatur: quapropter non putrefacit hyeme.

34. Διὰ τί τῶν ἱδρώτων γινομένων ὑπὸ τῆς ἐντὸς θερμασίας, ἢ ὑπὸ τῆς ἐκτὸς προσπιπτούσης, πρὸς ἐνίων ἱδρώτων φρίττομεν; Ἢ διότι ὑπὸ μὲν τῆς ἐντὸς θερμασίας ὅταν ἐκπίπτωσιν, ἐκ πολλοῦ τόπου εἰς ὀλίγον συστελλομένοις πρὸς τὴν περιοχὴν παντελῶς τὰς τοῦ θερμοῦ περιόδους ἀποφράττουσιν, εἶτα ἡ φρίκη ἐγγίνεται; Ἔτι τῆς σαρκὸς παντελῶς διαβρόχου γινομένης καὶ τοῦ θερμοῦ διεξιόντος· ἡ δ' ἐκτὸς θερμασία προσπίπτουσα ἀραιοῖ τὸν χρῶτα πρῶτον, εἶτα τὸ ἐντὸς τῆς φύσεως θερμὸν ἀποκρινάμενον τὴν φρίκην ἐποίησεν.

34. Quam ob causam, quum sudor vel interno calore, vel extrinsecus incidente fiat, evenit ut horror nonnullis sudoribus excitetur? An quoniam a calore quidem interno ubi elabuntur, dum nosmetipsos ex amplo spatio in breve versus corporis ambitum contrahimus, caloris circuitus penitus obstruunt; deinde vero supervenit horror? Præterea carne jam madefacta ex toto caloreque exeunte citatur: calor enim externus incidens superficiem rarefacit primum; tum calor naturæ internus abiens excitat horrorem.

35. Διὰ τί τῶν ἱδρώτων οἱ θερμοὶ κρίνονται βελτίους εἶναι τῶν ψυχρῶν; Ἢ ὅτι πᾶς μὲν ἱδρὼς περιττώματός τινος ἔκκρισίς ἐστιν, εἰκὸς δὲ τὸ μὲν ὀλίγον περίττωμα ἐκθερμαίνεσθαι, τὸ δὲ πλεῖον μὴ ὁμοίως, ὥσθ' ὁ ψυχρὸς ἱδρὼς πολλοῦ περιττώματος ἂν εἴη σημεῖον· διὸ καὶ μακροτέρας τὰς νόσους δηλοῖ.

35. Cur calidi sudores frigidis meliores habentur? An quod omnis quidem sudor excrementi cujusdam secretio est; parum autem excrementi percalescere consentaneum est; plus autem non æque, ita ut sudor frigidus excrementi multi indicium esset? quocirca morbos quoque indicat longiores.

36. Διὰ τί τῶν ἱδρώτων διὰ θερμασίαν γινομένων, πρὸς τὸ πολὺ πῦρ ἧττον ἱδροῦμεν; Ἢ διότι ἤτοι σφόδρα θερμαινομένου τοῦ σώματος εἰς πνεύματα ὑγρὰ διαλύεται; Ἢ ἐκπίπτοντος τοῦ ὑγροῦ καὶ ταχὺ περιξηραινομένου τὴν αἴσθησιν οὐ λαμβάνομεν.

36. Cur minus ad ignem multum sudamus, quum tamen a calore sudores proveniant? An quoniam aut corpore vehementer incalescente in spiritus dissolvuntur humores? Aut quum excidit humor et cito undequaque exsiccatur, ejus sensum non percipimus.

37. Διὰ τί τοῦ ἡλίου μᾶλλον θερμαίνοντος ἐὰν μηδὲν περίβλημα ἔχωμεν, ἱδρῶτες γίνονται τοῖς ἱματίοις

37. Cur sole acrius nos calefaciente ubi nullo indumento tegimur, vestibus obtectis sudores fiunt? De hoc etiam

Digitized by Google

περιστελλομένοις; Καὶ περὶ τούτου ταὐτὰ ἐροῦμεν τῷ προτέρῳ.

eadem quæ de superiori quæstione dicemus.

38. Διὰ τί τῶν ὀξειῶν κινήσεων μᾶλλον θερμαίνειν δοκουσῶν, τῶν δὲ νωθρῶν ἧττον, αἱ πρὸς τὸ σιμὸν πορεῖαι νωθρότεραι οὖσαι ἱδρῶτάς τε μᾶλλον ἐκκρίνουσι καὶ τὸ πνεῦμα προσιστᾶσιν, ὡς θερμαίνουσαι μᾶλλον τῶν κατάντων; *Ἢ ὅτι τοῖς βάρεσιν εἰς τὸ κάτω φέρεσθαι κατὰ φύσιν ἐστίν, εἰς δὲ τὸ ἄνω παρὰ φύσιν; Ἡ οὖν τοῦ θερμοῦ φύσις ἡ φέρουσα ἡμᾶς πρὸς μὲν τὰ κατάντη οὐθὲν συμπονεῖ, πρὸς δὲ τὰ σιμὰ φορτηγοῦσα διατελεῖ· ὥστε διὰ μὲν τὴν τοιαύτην κίνησιν ἐκθερμαίνεται, καὶ μᾶλλον τοὺς ἱδρῶτας ἐκκρίνει, καὶ τὸ πνεῦμα προσίστησιν. Συμβάλλεται δέ τι ἐν ταῖς πορείαις καὶ ἡ τοῦ σώματος σύγκαμψις, πρὸς τὸ μὴ εὐθυπορεῖν τὸ πνεῦμα προσιστᾶσα.

38. Quam ob causam, quum motus citati quidem magis, hebetes vero minus calefacere videantur, ingressus tamen per adclivia, qui hebetiores sunt, magis movent sudorem respirationemque impediunt, quasi amplius calefaciant quam declives? An quod gravi cuique deorsum quidem ferri secundum naturam est, sursum vero contra naturam? Itaque caloris natura, ubi per declive quidem nos vehit, nihil nobiscum laborat, ubi vero per adclive, perpetuo onere obprimitur, ita ut acrius ob ejusmodi motum incalescat magisque sudorem moveat et respirationem impediat. Quin etiam corporis inflexus qui ingrediendo fit, nonnihil eo confert, impediens quominus spiritus recto tramite meet.

39. Διὰ τί τῶν ἱδρώτων γινομένων, ὅσῳ ἂν ἐπιβάλληταί τις μᾶλλον, οὐχ οἱ τὰ πλεῖστα τῶν ἱματίων ἐπιβαλλόμενοι ἱδροῦσιν; Καὶ περὶ τούτου ταὐτὰ ἐροῦμεν τῷ ἐπάνω.

39. Qua de causa, quum sudor supervenerit, quo magis quis se operuerit, non ii sudant qui vestem plurimam sibi injecerunt? Eadem etiam de hac quæstione quam de superiori dicemus.

40. Διὰ τί τῶν σωμάτων ξηροτέρων ὄντων τοῦ θέρους ἢ τοῦ χειμῶνος, ἱδρωτικωτέρως διακείμεθα τοῦ θέρους; *Ἢ ὅτι τοῦ μὲν θέρους ἀραιῶν τῶν σωμάτων ὄντων τὸ τῆς φύσεως θερμὸν οὐ πολὺ κατέχεται (διαλύει οὖν τὰ ὑγρὰ εἰς πνεῦμα)· τοῦ δὲ χειμῶνος πεπυκνωμένων ἐκτὸς τῶν σωμάτων, πολὺ κατειλημμένον τὸ τῆς φύσεως θερμὸν εἰς πνεῦμα οὐ διαλύει τὰ ὑγρά; Ἔτι δὲ καὶ τοῦ μὲν θέρους πολὺ προσφερόμεθα τὸ ὑγρόν, τοῦ δὲ χειμῶνος τοὐναντίον.

40. Quam ob causam, quum corpora siccIora per æstatem quam hiberno tempore sint, sudori magis in æstate patemus? An quod per æstatem quidem propter corporum laxitatem non multus naturæ calor retinetur (humores proinde in spiritum resolvit); per hyemem autem parte exteriori densata corporum, magna copia caloris naturalis coercetur, ideoque humores in spiritum non resolvit? Ad hæc æstate quidem humoris multum haurimus, hyeme autem e contrario.

41. Διὰ τί οἱ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γινόμενοι τοῖς ὑγιαίνουσιν ἱδρῶτες φαυλότεροι δοκοῦσιν εἶναι τῶν ὑπὸ τῶν πόνων; *Ἢ ὅτι οἱ μὲν πόνοι ἀπαντλοῦντες ἀεὶ τὸ περιττεῦον ὑγρὸν ξηροτέραν τὴν σάρκα παρασκευάζουσιν, ὥστε τὰς κοιλίας τῶν πόρων ὑγιεινὰς εἶναι καὶ τῇ τοῦ θερμοῦ ἠθίσει μηδεμίαν ἔμφραξιν γίνεσθαι, οἱ δ' αὐτόματοι μὲν προσαγορευόμενοι ἱδρῶτες, γινόμενοι δ' ἐξ ἀνάγκης, ὅταν ὑπὸ πλείονος ὑγρασίας συγχεομένων τῶν τῆς φύσεως πόρων τὸ θερμὸν μὴ παντελῶς καταλαμβάνηται, ἀλλ' ἔτι ἀπομάχεσθαι καὶ ἐκκρίνειν αὐτὸ δύνηται, εὐλόγως νόσου σημεῖα φαίνεται; τότε γὰρ ὑπὸ πλείονος ὑγρασίας ἢ τοῦ συμμέτρου κατὰ φύσιν ψύχεται, ἥ τε σὰρξ δίομβρος γενομένη τὴν κακίστην πρὸς ὑγείαν διάθεσιν λαμβάνει.

41. Cur sudores qui corpori bene valenti sponte proveniunt, iis deteriores esse videntur quos labores citarint? An quod labores quidem, utpote semper superfluum humorem exhaurientes, carnem efficiunt siccIorem, ita ut canales meatuum sani sint et caloris percolationem nullum impediat obstaculum; sudores autem qui spontanei adpellantur, sed qui ex necessitate oriuntur, ubi scilicet meatibus naturæ ab immodico humore confusis, calor non omnino retinetur, sed repugnare adhuc extrudereque ipse potest, merito signa morbi videntur? nam tunc quoque a largiori humore quam qui modicus secundum naturam sit, refrigeratur, et caro quasi imbre madens, pessimam ad secundam valetudinem concipit conditionem.

42. Διὰ τί τοῦ χειμῶνος ἱδρῶτες ἧσσον γίνονται, καὶ ἡμεῖς οὐχ ὁμοίως παρασκευάζειν βουλόμεθα, ὑγροτέρων ὄντων τῶν σωμάτων τοῦ χειμῶνος; *Ἢ ἧσσον μὲν ἱδρῶμεν, ὅτι τὰ ὑγρὰ τοῦ χειμῶνος πέπηγε καὶ συνέστηκε σφόδρα· δυσδιαλυτώτερα οὖν· οὐχ ὑπολαμβάνομεν δὲ δεῖν ἱδρωτοποιεῖσθαι τοῦ χειμῶνος, διότι ἡ τοιαύτη διάθεσις ὑγιεινή, ὁ δὲ τοὺς ἱδρῶτας ἐμποιῶν τήκει καὶ συγχεῖ τὴν ἕξιν; Ἔτι τε καὶ ἀραιοτέραν τοῦ προσήκοντος ἐμποιῶν τό τ' ἐντὸς θερμὸν

42. Cur tempore hiberno minus oriuntur sudores, nec nos per id tempus sudores parandos esse æque censemus, quamvis corpora humidiora sint hyeme? An minus sudamus quidem, quoniam humores per hyemem concreti coactique sunt vehementer (quare difficilius dissolvuntur); sudores autem non per hyemem movendos esse censemus, quia ejusmodi dispositio salubris est, qui autem movet sudorem, colliquat confunditque habitum corporis? Præterea laxiorem quam conveniat eumdem habitum reddens, simul

Digitized by Google

ἀποκρίνων ἔλαττον ποιεῖ, ὥστε μὴ ὁμοίως δύνασθαι τῷ περιέχοντι ψυχρῷ ἀντιτετάχθαι, τό τ' ἐκτὸς ὑγρὸν ῥᾳδιέστερον παρεμπεσεῖται τοῖς σώμασιν, ἀραιῶν τῶν πόρων διὰ τὰς ἱδρωτοποιίας ὄντων.

et internum calorem educens diminuit, ita ut non aeque gelido cœlo possit resistere, et humor externus expeditius corpora subibit, quum laxi jam meatus propter sudorem excitatum sint.

www.ibtool.com.cn

ΤΜΗΜΑ Γ.

SECTIO III.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΟΙΝΟΠΟΣΙΑΝ ΚΑΙ ΜΕΘΗΝ.

QUÆ AD VINI POTUM ET VINOLENTIAM PERTINENT.

1. Διὰ τί οἱ μεθύοντες, θερμοῦ ὄντος τοῦ οἴνου, δύσριγοί εἰσι, καὶ τάχιστα ἁλίσκονται ὑπὸ πλευρίτιδος καὶ τῶν τοιούτων; Ἢ διότι πολὺ ὑγρὸν ἐὰν ψυχθῇ, πολὺ ψυχρὸν γίνεται, ὥστε κρατεῖν τῆς φυσικῆς θερμότητος; γίνεται γὰρ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ ἐσθὴς βεβρεγμένη εἴη ὑγρῷ ψυχρῷ, οὕτως ἡ σὰρξ ἔνδοθεν.

1. Quam ob causam, vinum quum calidum sit, vinolenti alsiosi sunt et citissime morbo laterali ceterisque hujusmodi vitiis adfliguntur? An quod multum humoris, quum refrigeratum est, in magnam copiam frigoris abit, ita ut calorem superet naturalem? fit enim caro intrinsecus simile quid ac si vestis frigido humore madefacta esset.

2. Διὰ τί οὐχ οἱ σφόδρα μεθύοντες παροινοῦσιν, ἀλλ' οἱ ἀκροθώρακες μάλιστα; Ἢ ὅτι οὔθ' οὕτως ὀλίγον πεπώκασιν ὥσθ' ὁμοίως ἔχειν τοῖς νήφουσιν, οὔθ' οὕτως ὥστε διαλύεσθαι, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολὺ πεπωκότες; Ἔτι οἱ μὲν νήφοντες μᾶλλον ὀρθῶς κρίνουσιν, οἱ δὲ σφόδρα μεθύοντες οὐδ' ἐγχειροῦσιν κρίνειν· οἱ δ' ἀκροθώρακες κρίνουσι μὲν διὰ τὸ μὴ σφόδρα μεθύειν, κακῶς δὲ διὰ τὸ μὴ νήφειν, καὶ ταχὺ τῶν μὲν καταφρονοῦσιν, ὑπὸ τῶν δὲ ὀλιγωρεῖσθαι δοκοῦσιν.

2. Qua de causa non vehementer ebrii, sed leviter vino tincti, delirant potissimum? An quod neque tam parum biberunt ut similes sobriis se habeant, nec adeo multum ut dissolvantur, qualis adfectus evenit iis qui multum hauserint? Adde quod sobrii quidem recte judicant potius, admodum vero temulenti ne tentant quidem judicare; at leviter vino tincti judicant quidem, quoniam non valde ebrii sunt, sed prave judicant, quia sobrii non sunt, atque facile alios quidem contemnunt, ab aliis vero se ipsos contemni existimant.

3. Διὰ τί μᾶλλον κραιπαλῶσιν οἱ ἀκρατέστερον πίνοντες ἢ οἱ ὅλως ἄκρατον; Πότερον διὰ τὴν λεπτότητα ὁ κεκραμένος μᾶλλον εἰσδύεται εἰς πλείους τόπους καὶ στενωτέρους, ὁ δ' ἄκρατος ἧττον, ὥστε δυσεξαγωγότερος ὁ κεκραμένος; Ἢ διότι ἐλάττω πίνουσιν ἄκρατον διὰ τὸ μὴ δύνασθαι, καὶ ἀπεμοῦσι μᾶλλον; Ἔτι δὲ συμπέττει τὰ λοιπὰ θερμότερος ὤν, καὶ αὐτὸς αὑτόν· ὁ δ' ὕδαρὴς τοὐναντίον.

3. Cur magis crapulam sentiunt qui meracius bibunt, quam qui merum ex toto? Utrum tenuitatis causa vinum temperatum potius loca plura angustioraque subit, merum autem minus, ita ut difficilius educatur temperatum? An quod merum minus bibunt, quoniam non possunt, magisque vomitu rejiciunt? Ad hæc merum cum cetera concoquit, quia calidius est, tum se ipsum; aquosum vero contra.

4. Διὰ τί τῶν οἰνοφλύγων τὸ σπέρμα οὐ γόνιμον ὡς ἐπὶ τὸ πολύ; Ἢ ὅτι ἡ κρᾶσις τοῦ σώματος ἐξύγρανται; τὰ δ' ὑγρὰ σπέρματα οὐ γόνιμα, ἀλλὰ τὰ συνεστῶτα καὶ πάχος ἔχοντα.

4. Cur semen genitale ebriosorum magna ex parte infœcundum? An quod temperamentum corporis perquam madefactum est? semen enim non quod humidum, sed quod constat crassumque est, vim obtinet procreandi.

5. Διὰ τί οἱ οἰνόφλυγες τρέμουσι, καὶ μᾶλλον ὅσῳ ἂν ἀκρατοποτῶσιν· ἔστι δ' ὁ μὲν οἶνος θερμαντικόν, ὁ δὲ τρόμος γίνεται μάλιστα ἀπὸ ψυχροῦ (διὸ οἱ ῥιγῶντες μάλιστα τρέμουσιν)· πολλοῖς δ' ἤδη χρωμένοις μόνον ἀκράτῳ τροφῆς χάριν τρόμοι ἰσχυροὶ συνέβησαν, ὥστ' ἀπορρίπτειν τοὺς θλίβοντας (?), καὶ τῷ θερμῷ ὕδατι λουόμενοι ἀναισθήτως εἶχον; Ἢ ὅτι γίνεται μὲν ὁ τρόμος διὰ κατάψυξιν, γίνεται δ' ἡ περιισταμένου ἐντὸς τοῦ θερμοῦ διὰ τὸ ἐκτὸς ψῦχος, οἷον τοῦ χειμῶνος, ἢ σβεννυμένου τοῦ κατὰ φύσιν θερμοῦ, σβεννυμένου μὲν τῷ ἐναντίῳ, ἢ διὰ χρόνον, οἷον γῆρας, ἢ τῇ τοῦ ἀλλοτρίου θερμοῦ ὑπερβολῇ, ὃ συμβαίνει τῷ ἐν τῷ ἡλίῳ ἢ πυρὶ κατομένῳ· συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ τοῖς τῷ ἀκράτῳ οἴνῳ χρωμένοις· ὧν γὰρ θερμός, ὅταν ὑπερτείνηται δυνάμει, τῇ τοῦ σώματος οἰκείᾳ θερμότητι μι-

5. Cur ebriosi tremunt, idque eo magis, quo meracius hauserint; vinum tamen calefaciendi vim habet, dum tremor ex frigore præcipue provenit: quapropter qui rigent, maxime tremunt; multis vero jam qui mero tantum cibi gratia utebantur, tremores adeo vehementes evenerunt ut homines prementes (?) rejicerent, et aquam calidam qua lavabantur, non sentirent? An quod tremor oritur a refrigeratione, fit autem hæc, vel ubi calor intus circumsistitur ob externum frigus, ut hiberno tempore, vel naturali calore exstincto, quod sane contrario fieri solet, idque vel ætate, ut senectute, vel alieno caloris excessu, quod iis accidit qui sole, aut igne deurantur; hoc autem iis etiam obvenit qui mero utuntur: hoc enim quum calidum sit, ubi vires ei ultra modum crescunt, utpote calori proprio corporis admixto, exstin-

Digitized by Google

γνύμενος ἀποσβέννυσιν αὐτό· σβεσθέντος δὲ καὶ ψυχθέντος τοῦ σώματος, συμβαίνει τοὺς τρόμους γίνεσθαι; Ἔστι δὲ καὶ παρὰ πάντα τὰ εἰρημένα ἄλλος τρόπος καταψύξεως· ἀναιρεθείσης δὲ τῆς ὕλης, ᾗ τὸ θερμὸν ἑκάστῳ τρέφεται, συμβαίνει καὶ τὸ θερμὸν φθείρεσθαι. Τοῦτο δ' ἐπὶ μὲν τῶν ἀψύχων ἐπὶ τοῦ λύχνου ἐστὶ φανερόν (τοῦ γὰρ ἐλαίου ἀναλωθέντος συμβαίνει σβέννυσθαι τὸ φῶς), ἐπὶ δὲ τῶν ἐμψύχων τό τε γῆρας ταὐτὸ ποιεῖ τοῦτο καὶ τῶν νόσων αἱ μακραὶ καὶ συντηκτικαί· ἀναιρουμένης γὰρ, ἢ λεπτυνομένης τῆς τοῦ θερμοῦ τροφῆς, ἐκλύειν αὐτὸ συμβαίνει· ὑγρῷ μὲν γὰρ τρέφεται τὸ θερμόν, τούτῳ δ' οὐ τῷ τυχόντι, ἀλλὰ λείῳ καὶ πλείονι (πίονι?)· διὸ τοῖς νοσοῦσι τὰς εἰρημένας νόσους καὶ πρεσβυτέροις, φθειρομένου τοῦ τοιούτου καὶ ἀλλοιουμένου, (δριμὺ γὰρ καὶ αὐχμηρὸν ἀντὶ λείου καὶ λιπαροῦ γίνεται) συμβαίνει ἐκλείπειν αὐτό. Σημεῖον δὲ τῶν εἰρημένων ἐστὶν αἱ γινόμεναι βοήθειαι τοῖς μαράνσει τὸν βίον ἐκλείπουσιν· ὅτι γὰρ ἂν ἐπιστάξῃ τις αὐτοῖς τῶν τροφωδῶν ὑγρῶν, προσαναφέρεσθαι συμβαίνει, τὸ δ' ὀπτικὸν αὐτῶν, ὡς τῇ τοῦ τοιούτου ἐκλείψει γινομένης τῆς διαλύσεως..... Ἔοικε δὲ τοῖς ἀκρατοποτοῦσι τοῦτ' εἶναι αἴτιον· ὧν γὰρ θερμὸς ὁ οἶνος μετὰ τῆς φύσει ὑπαρχούσης θερμότητος μᾶλλον ἀναλίσκει τὰ ἐν τῷ σώματι ὑπάρχοντα ἐφόδια τῷ οἰκείῳ θερμῷ· διὸ συμβαίνει τοὺς μὲν ὑδρωπικοὺς αὐτῶν γίνεσθαι, τοὺς δὲ ῥευματικούς....., τοὺς δ' εἰς τὴν κοιλίαν· τά τε γὰρ λοιπὰ αὐτοῖς ὑγρὰ δριμέα ἐστί, καὶ τὰ εἰσιόντα δι' ἀσθένειαν τοῦ οἰκείου θερμοῦ ἁπαλὰ ὄντα οὐ παχύνεται· ἀσθενὲς δ' ἐστὶ τὸ θερμὸν τῷ τὴν ὕλην εἶναι τοιαύτην ἐν ᾗ ἔτι σώζεται, καθάπερ τὸ καλάμινον πῦρ· καὶ γὰρ τοῦτο διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀσθένειαν ἀσθενέστερόν ἐστι τοῦ ξυλίνου.

guit illum : exstincto vero refrigeratoque corpore, accidit ut tremores oriantur? Quin etiam præter omnia prædicta alius exstat refrigerandi modus : sublata enim materia, qua uniuscujusque rei calor sustentatur, evenit ut calor etiam ipse pereat : quod lucerna quidem inter res inanimatas demonstrat, quippe absumpto oleo, evenit ut lumen exstinguatur; senectus vero in animatorum genere hoc idem efficit et morbi diuturni ac colliquefacientes : alimento namque sublato, vel adtenuato caloris, evenit ut calor etiam ipse enervet (deficiat?) : calor enim humore alitur, non tamen quolibet humore, sed lævi et copioso (pingui?) : quamobrem tum iis qui a prædictis tenentur morbis, tum ætate provectis, exolescente alterascenteque hoc alimento (fit enim pro lævi et pingui acre et siccum), evenit ut calor ipse deficiat. Patent autem prædicta argumento auxiliorum, quæ iis impendimus qui ob marcorem e vita abeunt : quemcumque enim nutrientem humorem iis instillaverit quis, evenit ut sursum feratur, atque visorium eorum, perinde ac si talis rei defectu dissolutio eveniret..... Mero autem deditis hoc causa esse videtur : vinum calidum quum sit, caliditati naturali quam in corpore reperit, additum, efficacius consumit adminicula caloris proprii quæ in corpore præsto sunt : unde fit ut alii quidem ex his aqua intercute adfligantur, alii vero fluxionibus, idque modo quidem...., modo vero ad ventrem : nam et reliqui eorum humores acres manent, et qui extrinsecus advenerunt, teneri quum sint, ob imbecillitatem caloris proprii non incrassantur; calor autem imbecillus est, quoniam materia, in qua adhuc conservatur, eodem modo se habet, quemadmodum igni, quem arundines alunt, evenit : hic enim et propter materiæ imbecillitatem infirmior est quam qui a ligno provenit.

6. Διὰ τί οἱ μεθύοντες, θερμοῦ ὄντος τοῦ οἴνου, δύσριγοί εἰσι καὶ τάχιστα ἁλίσκονται ὑπὸ πλευρίτιδος καὶ τῶν τοιούτων νόσων; Ἢ ὅτι τὸ πολὺ ὑγρὸν ἐὰν ψυχθῇ, πολὺ ψυχρὸν γίνεται, ὥστε κρατεῖν τῆς φυσικῆς θερμότητος, πάντα δὲ τὰ ὑγρότερα θερμότερά ἐστι τὴν φύσιν; Σημεῖον δέ· θερμαίνεται μὲν γὰρ τοῖς ἐκτός, ὑγραίνεται δ' οὔ. Εἰ δ' ἧττόν ἐστι θερμά, καὶ ἀπολείπει δῆλον ὅτι θᾶττον αὐτὰ ἡ θερμότης ἢ ὑγρότης, ὥστε λειφθέντων ψυχρῶν ὑγρῶν, εἰκότως ῥιγοῦσί τε μᾶλλον οἱ μεθύοντες καὶ τὰ τοῦ ῥίγους οἰκεῖα πάσχουσι πάθη.

6. Cur vinolenti, quum vinum calidum sit, alsiosi tamen sunt citissimeque morbo laterali ceterisque hujuscemodi vitiis adfliguntur? An quod multum humidum, quum refrigeratum est, in multum frigidum se convertit, ita ut calorem superet naturalem; quæ autem sunt humidiora, eadem omnia natura calidiora sunt? Argumento est, quod rebus externis incalescunt quidem, non vero humescunt. Verum si minus calida sunt, manifestum est calorem ea quoque prius quam humiditatem relinquere, ita ut humore frigido remanente, non sine causa vinolenti et amplius rigeant et vitia rigoris propria patiantur.

7. Διὰ τί οἱ μὲν παῖδες θερμοὶ ὄντες οὐ φίλοινοί εἰσι, Σκύθαι δὲ καὶ οἱ ἄνδρες οἱ ἀνδρεῖοι θερμοὶ ὄντες φίλοινοι; Ἢ ὅτι οἱ μὲν θερμοὶ ὄντες καὶ ξηροί (ἡ γὰρ τοῦ ἀνδρὸς ἕξις τοιαύτη), οἱ δὲ παῖδες ὑγροὶ καὶ θερμοί, ἡ δὲ φιλοποσία ἐστὶν ἐπιθυμία ὑγροῦ τινος; Ἢ οὖν ὑγρότης κωλύει διψητικοὺς εἶναι τοὺς παῖδας· ἔνδεια γάρ τίς ἐστιν ἡ ἐπιθυμία.

7. Cur pueri quidem, calidi quum sint, vini amantes non sunt, Scythæ vero et viri fortes, qui etiam sunt calidi, vinum amant? An quod viri quidem calidi et sicci sunt : virilis etenim habitus talis est; pueri vero humidi et calidi; vini amor autem humoris cujusdam cupido est? Itaque humiditas vetat quominus pueri siticulosi sint, cupido quippe indigentia quædam est.

8. Διὰ τί μεθύοντες μᾶλλον διαισθανόμεθα τὰ ἁλυκὰ καὶ τὰ μοχθηρὰ ὕδατα, νήφοντες δ' ἧττον; Ἢ ὅτι τὸ οἰκεῖον ὑπὸ τοῦ οἰκείου ἐστὶν ἀπαθές, καὶ τὸ ὁμοίως

8. Cur temulenti aquas salsas vitiosasque magis sentimus, sobrii vero minus? An quod familiare a familiari non adficitur, itemque quod eadem versatur conditione;

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

διακείμενον, τὰ δ' ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν αἰσθητικώτατα; Ὁ μὲν οὖν μεθύων γλυκεῖς ἐν αὑτῷ χυμοὺς ἔχει (τοιοῦτο γὰρ ὁ οἶνος δοκεῖ), καὶ τῶν φαύλων χυμῶν αἰσθητικώτερός ἐστιν, ὁ δὲ νήφων δριμεῖς καὶ ἁλυκούς. Τῆς τροφῆς οὖν πεπεμμένης οἱ περιττωματικοὶ ἐπιπολάζουσιν, οὗτοί τ' οὖν εἰσιν ἀπαθεῖς ὑπὸ τῶν ὁμοίων, καὶ τὸν ἔχοντα ποιοῦσιν.

contraria vero a contrariis exquisitissime sentiuntur? Vinolentus itaque dulces intra sese continet humores (nam vini tale quid esse videtur), et vitiosos sapores exquisitius percipit; sobrius autem acres salsosque continet humores. Concocto itaque cibo, excrementitii supernatant: hi ergo a sui similibus non adficiuntur, et hominem iis præditum sensus hujusmodi reddunt expertem.

9. Διὰ τί τοῖς μεθύουσι σφόδρα κύκλῳ πάντα φαίνεται φέρεσθαι, καὶ ἤδη ἁπτομένης τῆς μέθης ἀθρεῖν τὰ πόρρω οὐ δύνανται; διὸ καὶ σημεῖον τῆς μέθης αὐτὸ ποιοῦνταί τινες. Ἢ ὅτι κινεῖται ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦ οἴνου ἡ ὄψις πυκνάκις; Διαφέρει οὖν οὐθὲν τὴν ὄψιν κινεῖν ἢ τὸ ὁρώμενον· ταὐτὸ γὰρ ποιεῖ πρὸς τὸ φαίνεσθαι τὰ εἰρημένα. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τὰ πλησίον ὄντα διαψεύδεσθαι τὴν ὄψιν συμβαίνει τῶν μεθυόντων, καὶ περὶ τὰ πόρρω μᾶλλον εἰκὸς ταῦτα πάσχειν· διόπερ ἐκεῖνα μὲν ὅλως οὐχ ὁρᾶται, τὰ δ' ἐγγὺς οὐκ ἐν ᾧ τόπῳ ἐστὶν ὁρᾷ. Κύκλῳ δὲ φαίνεται φέρεσθαι, καὶ οὐκ ἐγγὺς καὶ πόρρω, ὅτι εἰς μὲν τὸ πόρρω διά τε τὴν κύκλῳ κίνησιν ἀδυνατωτέρα ἐστὶ φέρεσθαι ἡ ὄψις· ἅμα γὰρ τἀναντία ποιεῖν οὐ ῥᾴδιον· ἔστι δ' ἡ μὲν πόρρω ἐπιθυμία (ἐπ' ἰθὺ μία?) σφοδρά, ἡ δὲ κύκλῳ ἐν ᾧ τοὔνομα σημαίνει σχήματι. Διά τ' οὖν τὰ εἰρημένα πόρρω οὐ φέρεται, καὶ εἰ φέροιτο τὸ ἐγγὺς καὶ πόρρω, οὐκ ἂν ταῦθ' ὁρῴη· ἀπολείποι γὰρ ἂν ἐν θατέρῳ χρόνῳ αὐτῶν τὸ ὁρώμενον ἐν ταὐτῷ τόπῳ, ἀπολείπων δ' οὐκ ἂν ὁρῴη· κύκλῳ δὲ φέρεται διὰ τὸ ὑπάρχον σχῆμα τῆς ὄψεως· ἔστι γὰρ κῶνος, οὗ ἡ βάσις κύκλος, ἐν ᾧ κινουμένη ὁρᾷ μὲν τοῦτο διὰ τὸ μηδέποτε ἀπολείπειν αὐτό, διέψευσται δὲ τῷ τόπῳ διὰ τὸ μὴ τὴν αὐτὴν ὄψιν ἐπιβάλλειν ἐπ' αὐτό· ταὐτὸν γὰρ ἂν ἦν ἢ τοῦτο πρὸς τὴν ὄψιν κινεῖν, ἢ τὴν ὄψιν πρὸς τοῦτο.

9. Cur graviter a vino detentis omnia circulo ferri videntur, jamque inter initia ebrietatis res remotas cernere nequeunt? quapropter et indicium hinc vinolentiæ nonnulli sumunt. An quia visio frequenter a calore vini movetur? Nihil itaque interest, visione moveatur, an res conspecta: eodem enim redeunt dicta, quoad modum quo res adparent. Quum vero propinquis etiam rebus vinolentorum visionem falli eveniat, vel magis in remotis iis hæc accidant consentaneum est: quamobrem illæ quidem penitus non videntur, propinquas autem non quo sunt positæ, loco videt. Circulo autem ferri, nec prope proculque vicissim agitari videntur, quoniam procul quidem ob circularem movendi rationem visio vix ferri potest: haud enim facile est contraria simul facere; motus autem longe pertendens motus est unicus vehemens recta progrediens; circularis vero figura, quam nomen ipsum declarat, continetur. Propter prædictas igitur causas procul non fertur, et si vicissim prope et procul ferretur, hæc tamen non videret, quippe quæ altero temporis momento rem quæ semper eodem in loco conspici debet, relinqueret, relinquens autem non videret; circulo autem fertur ob figuram visui propriam: est enim conus, cujus basis circulus est: in quo ubi movetur visus, videt quidem rem, qualis est, quia numquam illam deserit; fallitur vero quod ad locum attinet, quia non eumdem intuitum in illam injicit: eodem enim redit, an rem ad visionem, an visionem ad rem moveas.

10. Διὰ τί τοῖς μεθύουσιν ἐνίοτε πολλὰ φαίνεται τὸ ἓν ὁρῶσιν; Ἢ καθάπερ εἴρηται, κινουμένης τῆς ὄψεως συμβαίνει μηθένα χρόνον τὴν αὐτὴν ἐπὶ ταὐτοῦ ἠρεμεῖν ὄψιν, τὸ δ' ἐν ταὐτῷ χρόνῳ ἑτέρως ὁρώμενον ὀψιαίτερον εἶναι δοκεῖ; ἁφῇ γὰρ ὄψεως ὁρᾶται τὸ ὁρώμενον, ἅπτεσθαι δὲ πλείοσιν ἅμα τοῦ αὐτοῦ ἀδύνατον. Ὄντος δ' ἀναισθήτου τοῦ μεταξὺ χρόνου, ἐν ᾧ ἡ ὄψις ἥπτετο καὶ παρήλλαττε τὸ ὁρώμενον, εἷς εἶναι δοκεῖ χρόνος ἐν ᾧ θ' ἥπται καὶ παρήλλαχεν· ὥστ' ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ταὐτοῦ πλειόνων ἁπτομένων ὄψεων, πλείω δοκεῖ εἶναι τὰ ὁρώμενα, διὰ τὸ ταῦτα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀδύνατον εἶναι ἅπτεσθαι.

10. Cur vinolentis res una plures interdum esse videtur inspicientibus? An, ut dictum est, visio ubi movetur, evenit ut nullo tempore idem intuitus in eadem requiescat; quod autem eodem tempore varie cernitur, id serius occurrisse videtur? quod enim cernitur, visionis adtactu cernitur: fieri autem non potest ut idem pluribus simul tangatur. Quum vero sensu percipi nequeat tempus interpositum inter illud quo intuitus tangebat et quo res conspecta locum mutabat, tempus unum esse videtur, quo tetigit et quo mutavit, ita ut, quum plures intuitus rem eamdem tangant eodem tempore, plures videntur res conspectæ, quoniam fieri non potest ut hæ modo eodem tangant.

11. Διὰ τί οἱ μεθύοντες ἀφροδισιάζειν ἀδύνατοί εἰσιν; Ἢ ὅτι δεῖ τινα τόπον ἐκθερμανθῆναι μᾶλλον τοῦ ἄλλου σώματος, τοῦτο δὲ ποιεῖν διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι θερμασίας ἀδυνατοῦσιν; ἀποσβέννυται γὰρ τὸ ὑπὸ τῆς κινήσεως γινόμενον θερμὸν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος μᾶλλον, ὅτι πολύ ἐστιν ἐν αὐτοῖς τὸ ὑγρὸν καὶ ἄπεπτον. Ἔτι δὲ τὸ σπέρμα ἐκ τροφῆς, τροφὴ δὲ πᾶσα

11. Cur vinolenti concumbere nequeunt? An quoniam locus aliquis magis caleat quam reliquum corpus oportet: quod facere non possunt ob nimiam in toto corpore caloris copiam? exstinguitur enim calor a motu proveniens ab ambienti potius, quoniam multum in his inest et humidi et crudi. Ad hæc semen a cibo proficiscitur, cibus

Digitized by Google

πέττεται· ἧς πληρωθέντες ὁρμητικοί εἰσι πρὸς τὰ ἀφροδίσια· διὸ καὶ κελεύουσί τινες πρὸς τὴν πρᾶξιν τὴν τοιαύτην ἀριστᾶν μὲν πολύ, δειπνεῖν δ' ὀλίγον, ἵνα ᾖ αὐτοῖς ἐλάττω τὰ ἄπεπτα τῶν πεπεμμένων.

www.libtool.com.cn

autem omnis concoquitur: quo repleti in venerem proclives sunt: unde et hujus muneris gratia nonnulli prandere quidem large, cœnare vero parce præcipiunt, ut cruda insint iis quam concocta pauciora.

12. Διὰ τί ὁ γλυκὺς καὶ ὁ ἄκρατος καὶ ὁ κυκεὼν μεταξὺ διαπινόμενοι ἐν τοῖς πότοις νήφειν ποιοῦσιν; καὶ διὰ τί ἧττον μεθύσκονται ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι; Ἢ πάντων τὸ αὐτὸ αἴτιόν ἐστιν, ἡ παράκρουσις τοῦ ἐπιπολῆς θερμοῦ; τὸ γὰρ μεθύειν ἐστίν, ὅταν ᾖ τὸ θερμὸν ἐν τοῖς περὶ τὴν κεφαλὴν τόποις.

12. Cur, si quis vinum dulce, aut merum, aut cyceonem media compotatione hauserit, mentis compos redditur? et cur minus inebriantur qui magnis poculis comessantur? An omnium eadem ratio est, quod superficialis calor de sede sua decutitur? vinolentia enim eo constat ut calor loca circa caput occupet.

13. Διὰ τί τοῦ γλυκέος ἐπιπολαστικοῦ ὄντος, ἐάν τις μεθύων ἤδη ἐπιπίῃ γλυκύ, καταπέττεται ὁ ἐνυπάρχων οἶνος καὶ ἧττον ἐνοχλεῖ; Ἢ ὅτι τὸ μὲν γλυκὺ λεαντικόν τ' ἐστὶ καὶ γλίσχρον (ἐμφράττει οὖν τοὺς πόρους), τὸ δ' αὐστηρὸν τραχυντικόν, καὶ τὸ μὲν εὐπετῆ ποιεῖ τῷ θερμῷ τὴν ἀναφοράν, ὁ δὲ γλυκὺς στέγει αὐτό, τοὺς πόρους ἐμφράττων; ὅτι δὲ τῶν ἄνω θερμανθέντων ἐστὶν ἡ μέθη, εἴρηται. Ἔτι δ' ὁ μὲν γλυκὺς ἄνοδμος, ὁ δ' αὐστηρὸς οὔ· ὀσμὴ δὲ πᾶσα βαρύνει κεφαλήν.

13. Quam ob causam, quum vinum dulce superiora petere solet, si quis jam temulentus dulce superbiberit, haustum vinum concoquitur minusque infestat? An quia vinum dulce quidem lævigare valet ac lentum est (itaque meatus obstruit), austerum contra exasperat, facilemque adscensum calori hoc quidem præstat, dulce autem meatus obstruens calorem protegit? vinolentiam enim parte concalefacta superna oriri, dictum jam est. Addo etiam quod vinum dulce quidem inodorum, austerum vero odorum est; odor autem omnis caput gravat.

14. Διὰ τί ἀπὸ τοῦ κεκραμένου μέν, ἀκρατεστέρου δέ, ἧττον μᾶλλον πονοῦσι τὴν κεφαλὴν ἢ ἀπὸ τοῦ ἀκράτου; Ἢ ὅτι ὁ μὲν ἄκρατος παχυμερὴς ὢν εἰς τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν πόρους στενοὺς ὄντας αὐτὸς μὲν οὐκ εἰσπίπτει, ἡ δὲ δύναμις αὐτοῦ, ἡ ὀσμὴ καὶ θερμότης· ὁ δὲ κεκραμένος μιχθεὶς λεπτῷ τῷ ὕδατι αὐτὸς εἰσδύεται, ἔχων δὲ σῶμα καὶ τῆς δυνάμεως πολὺ τῆς τοῦ ἀκράτου, δυσπεπτότερός ἐστιν· τά τε γὰρ ὑγρὰ πάντων δυσπεπτότατα, καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεων.

14. Cur a vino temperato, meraciori tamen, capite mane magis dolemus quam a mero? An merum, quia crassis constat particulis, capitis meatus, utpote angustos, ipsum quidem non intrat, sed facultas ejus, id est odor et calor; temperatum contra, utpote tenui aquæ admixtum, ipsum subit; quum tamen meri corpulentiam facultatisque magnam partem retineat, concoctu difficilius est: nam et humida omnium difficillime concoquuntur, et corpora difficilius quam facultates quas continent.

15. Διὰ τί μᾶλλον δύνανται πιεῖν εἰς μέθην οἱ ἀγύμναστοι τῶν γεγυμνασμένων, καὶ ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν; Ἢ ὅτι οἱ ἔχοντες περίττωμα καὶ ὑγρὸν ἐν αὐτοῖς οὐρητικοὶ γίνονται· ὅπερ ποιεῖ δύνασθαι πίνειν καὶ ὕστερον κούφως ἔχειν διὰ τὸ μὴ ἐμμένειν πολὺ ὑγρὸν οἰνῶδες; Οἱ μὲν οὖν ἀγύμναστοι ὑγροὶ καὶ περιττωματικοί εἰσιν, οἱ δὲ γεγυμνασμένοι ξηροί, ὥστ' εἰς τὸ σῶμα τούτοις ἡ ὑγρότης ἡ οἰνηρὰ ἀφικνεῖται. Εὐθύς τ' οὖν ἀντισπᾷ τῇ οὐρήσει ἡ φορὰ αὕτη, καὶ ὕστερον ἐμμένον τὸ ὑγρὸν τοῦτο ἐν τῷ σώματι βάρος ποιεῖ.

15. Cur inexercitati magis quam exercitati ad vinolentiam usque potare possunt et inde facilius sese expediunt? An quoniam qui excrementa humoresque in se continent, ad mingendum fiunt proclives: quod facit ut potare possint ac levius postmodum sese habere, quoniam non multum vinosi humoris remanet? Atqui inexercitati humidi sunt excrementisque redundant; exercitati contra sicci, ita ut vinosus humor ad corpus eorum deveniat. Statim igitur hic vini motus urinam retractat, et post humor hic in corpore remanens gravitatem creat.

16. Διὰ τί ὁ οἶνος καὶ τετυφωμένους ποιεῖ καὶ μανικούς; ἐναντία γὰρ ἡ διάθεσις· ὁ μὲν γὰρ μᾶλλον ἤδη ἐν κινήσει, ὁ δ' ἧττον. Ἢ ὥσπερ Χαιρήμων εἶπεν· τῶν χρωμένων γὰρ τοῖς τρόποις κεράννυται; Ταναντία οὖν ποιεῖ οὐ ταὐτὰ, ἀλλὰ τὰ μὴ ὁμοίως ἔχοντα, ὥσπερ καὶ τὸ πῦρ τὰ μὲν ξηραίνει, τὰ δ' ὑγραίνει, ἀλλ' οὐ ταὐτά, καὶ τήκει τὸν κρύσταλλον καὶ πήγνυσι τοὺς ἅλας. Καὶ ὁ οἶνος (ὑγρὸς γάρ ἐστι τὴν φύσιν) τοὺς μὲν βραδυτέρους ἐπιτείνει καὶ θάττους ποιεῖ, τοὺς δὲ θάττους ἐκλύει· διὸ ἔνιοι τῶν μελαγχολικῶν τῇ φύσει ἐν ταῖς κραιπάλαις ἐκλελυμένοι γί-

16. Cur vinum cum stupidos, tum insanos facit? contrarius enim adfectus est, quandoquidem hi jam magis, illi vero minus moventur. An, ut Chæremo ait, vinum pro moribus utentium temperatur? Contraria igitur efficit non in easdem res, sed in eas quæ non eodem modo sese habent, ut ignis quoque alia quidem exsiccat, alia vero humefacit, sed non eadem, et glaciem quidem liquefacit, salem vero indurat. Vinum quoque, ut quod suapte natura humidum est, homines tardiores quidem intendit redditque celeriores, contra celeriores enervat: unde nonnulli eorum qui naturaliter atra bile abundant, penitus enervantur in

Digitized by Google

νονται πάμπαν· ὥσπερ γὰρ τὸ λουτρὸν τοὺς μὲν συνδεδεμένους τὸ σῶμα καὶ σκληροὺς εὐκινήτους ποιεῖ, τοὺς δ' εὐκινήτους καὶ ὑγροὺς ἐκλύει, οὕτως ὁ οἶνος, ὥσπερ λούων τὰ ἐντός, ἀπεργάζεται τοῦτο.

crapulis : ut enim balneum corpore constrictos durosque agiles reddit, mobiles vero et humidos enervat, sic vinum, quasi interna lavans, id efficit.

17. Διὰ τί ἡ κράμβη παύει τὴν κραιπάλην; Ἢ ὅτι τὸν μὲν χυλὸν γλυκὺν καὶ ῥυπτικὸν ἔχει (διὸ καὶ κλύζουσιν αὐτῷ τὴν κοιλίαν οἱ ἰατροί), αὐτὴ δ' ἐστὶ ψυχρά; Σημεῖον δέ· πρὸς γὰρ τὰς σφοδρὰς διαρροίας χρῶνται αὐτῇ οἱ ἰατροί, ἕψοντες σφόδρα καὶ ἀποξυλίζοντες καὶ ψύχοντες. Συμβαίνει δὴ τῶν κραιπαλώντων τὸν μὲν χυλὸν αὐτῆς εἰς τὴν κοιλίαν κατασπᾶν τὰ ἐν αὐτοῖς ὑγρά, οἰνηρὰ καὶ ἄπεπτα ὄντα, αὐτὴν δ' ὑπολειπομένην ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ ψύχειν τὸ σῶμα, ψυχομένου δ' ὑγρὰ λεπτὰ συμβαίνει εἰς τὴν κύστιν φέρεσθαι· ὥστε κατ' ἀμφότερα, τῶν ὑγρῶν ἐκκρινομένων διὰ τοῦ σώματος καὶ καταψυχομένου, εἰκότως ἀκραίπαλοι γίνονται· ὁ γὰρ οἶνος ὑγρὸς καὶ θερμός ἐστιν. Ἔτι δὲ συμβαίνει τῶν ὑγρῶν κατασπωμένων καὶ ἐκκρινομένων κάτω καὶ πνεῦμα ἐπάγεσθαι αὐτοῖς, ὅπερ μόνον ἀπὸ τοῦ οἴνου εἰς τὴν κεφαλὴν φερόμενον τὸν κάρον καὶ τὴν κραιπάλην ποιεῖ· κάτω δ' ὁρμήσαντος καὶ καταψυχομένου τοῦ σώματος διὰ τὰ εἰρημένα, λύεται ὁ τῆς κραιπάλης πόνος· ἔστι γὰρ ἡ κραιπάλη ζέσις τις καὶ φλεγμασία λήγουσα. Λυπεῖ δὲ μᾶλλον τῆς μέθης, ὅτι ἐκείνη μὲν ἐξίστησιν, ἡ δὲ κραιπάλη ἐν αὐτοῖς οὖσι τὸν πόνον παρέχει. Καθάπερ οὖν καὶ ὑπὸ τῶν πυρετῶν οἱ λαμβανόμενοι παίζουσι μᾶλλον ἢ ἀλγοῦσι, παρ' αὐτοῖς δὲ γενόμενοι οἱ αὐτοί, κουφισθέντες τοῦ πάθους, ἀλγοῦσιν· ταὐτὰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς κραιπάλης καὶ ἐπὶ τῆς μέθης συμβαίνει.

17. Cur brassica sedat crapulam? An quod succum quidem dulcem detergentemque obtinet (unde medici eam quoque alvo infundunt), frigida autem ipsa est? Argumento autem est, quod ad alvi vehementes dejectiones medici ea utuntur, perquam excocta demptis partibus lignosis (dempto succo?) et refrigerata? Fit igitur detentis a crapula ut ejus succus quidem ad ventrem detrahat humores vinosos crudosque quos continent, dum ipsa in superiori ventre remanens corpus refrigeret : quo refrigerato, fit ut tenues humores ad vesicam ferantur, ita ut utroque modo, cum quia humores per corpus excernuntur, tum quia id ipsum refrigeratur, merito liberentur a crapula ; vinum enim humidum atque calidum est. Evenit ad hæc ut, quum humores deorsum trahuntur atque excernuntur, flatum etiam secum deducant : qui quum unicum sit vini elementum quod in caput se efferat, soporem creat et crapulam; sin autem deorsum se vertit corpusque ob causas prædictas refrigeratur, crapulæ molestia tollitur : est enim crapula fervor quidam et desinens inflammatio. Conflictat autem magis quam temulentia, quod mentem quidem hæc alienat, crapula autem sui compotibus molestiam adfert. Quemadmodum igitur febre adfecti ludunt potius quam dolent, sui vero compotes facti iidem adfectu levati dolent : eadem enim in crapula quoque et in temulentia eveniunt.

18. Διὰ τί μᾶλλον ἐμετιᾶν ποιεῖ ὁ ὑδαρὴς οἶνος ἢ τὸ ὕδωρ καὶ ὁ ἄκρατος; Ἢ ὅτι ἐμεῖν μὲν μάλιστα ποιεῖ τὰ ἐπιπολαστικὰ καὶ ὅσα ἀηδῆ ἐστιν· ἔστι δ' ὁ μὲν οἶνος κατακρουστικός, τὸ δ' ὕδωρ λεπτὸν καὶ οὐκ ἀηδές; Διὰ μὲν οὖν τὸ λεπτὸν [καὶ οὐκ ἀηδὲς] εἶναι κάτω διέρχεται ταχύ, διὰ δὲ τὸ μὴ ἀηδὲς οὐ ποιεῖ καρδιώττειν. Ὁ δὲ κεκραμένος λίαν οὐκ ἔστι λεπτὸς ὥστε διαρρεῖν ταχύ, διὰ δὲ τὸ μικρὸν ἔχειν οἴνου ἀηδής ἐστιν· ταράττει γὰρ τὴν αἴσθησιν τῷ πλείους ἐν αὐτῇ τὰς κινήσεις ἐμποιεῖν, τήν τ' ἀπὸ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος· αἰσθηταὶ γὰρ ἄμφω γίνονται. Ὁ δ' εὔκρατος τὴν μὲν τοῦ ὕδατος αἴσθησιν ἀφανίζει, οἴνου δὲ μαλακοῦ ποιεῖ αἴσθησιν· διὸ ἡδέως πίνεται. Ἀηδὴς δ' ὢν ὁ ὑδαρὴς οἶνος ἐπιπολαστικός ἐστιν· τὸ δὲ τοιοῦτον ἐμετικόν ἐστιν.

18. Cur vinum aquosum magis vomiturire facit quam aqua, aut merum? An quod ea maxime vomitum movent, quæ innatare solita, quæque insuavia sunt, vinum autem reprimendi vim obtinet, dum aqua tenuis, nec insuavis est? Quod igitur tenuis [nec insuavis] est, cito transit; quod vero non insuavis, os ventris non vexat. Vinum autem nimis temperatum nec ita tenue est ut perfluere possit celeriter, insuave tamen, quod parum obtinet vini : sensum enim conturbat, quia plures motus in eo excitat, scilicet quem vinum, quemque aqua efficiunt : ambo enim sensui manifestantur. Quod autem fuerit bene temperatum, aquæ quidem sensum tollit, sed vini mollis sensum efficit : ex quo suaviter bibitur. Vinum tandem aquosum, insuave quum sit, superiora petere solet; quod autem tale est, vomitum ciet.

19. Διὰ τί μεθύοντες μᾶλλον διαισθανόμεθα τὰ ἁλυκὰ καὶ τὰ μοχθηρὰ ὕδατα, νήφοντες δ' ἧττον; Ἢ ὅτι τὰ λυπηρὰ μᾶλλον δῆλα τοῖς μὴ ἐπιθυμοῦσι, τοὺς δ' ἐπιθυμοῦντας διαλανθάνει; Ὁ μὲν οὖν ἡδέως ἔχων ὁμοίως τῷ ἐπιθυμοῦντι ἔχει, ὁ δὲ νήφων οὕτως ἔχει· ὁ δὲ μεθύων πλήρης.

19. Cur vinolenti aquas salsas et vitiosas melius sentimus, sobrii vero minus? An quoniam molesta magis manifesta sunt iis qui non cupiunt, latent vero cupientes? Itaque qui læte se habet, is cupienti similis est; sobrius autem ita se habet; vinolentus contra repletus est.

Digitized by Google

20. Διὰ τί τοῖς μεθύουσι σφόδρα κύκλῳ πάντα φαίνεται φέρεσθαι, καὶ ἤδη ἁπτομένης μᾶλλον τῆς μέθης ἀριθμεῖν τὰ πόρρω οὐ δύνανται; διὸ καὶ σημεῖον τῆς μέθης ποιοῦνταί αὐτό τινες. Ἢ ὅτι κινεῖται ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦ οἴνου ἡ ὄψις πυκνάκις; Ὥσπερ οὖν ὅταν ὑποθῇ τις ὑπὸ τὸν ὀφθαλμόν, δύο φαίνεται, οὕτω καὶ τοῖς μεθύουσιν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει, ἐὰν μὲν ὑποθῇ, κινῇ δὲ τὴν ὄψιν, οὐδ' ἐὰν ἔξωθεν, ἢ ἔσωθεν· ἀμφοτέρως γὰρ τὸ αὐτὸ πάσχει ἡ ὄψις, ὥστ' οὐ δόξει μένειν τὸ ὁρώμενον, καὶ τὸ πόρρωθεν ἔτι μᾶλλον· ἔτι γὰρ ἧττον κρατεῖ ἀποτεινομένης τῆς ὄψεως, καὶ πλέον τὸ διάστημα ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ποιεῖ ἡ ἐγγὺς αὕτη κίνησις. Ἂν δὲ σφόδρα κινῆται καὶ ὁμαλῶς ἄνω καὶ κάτω, ἧττον κρατήσει τοῦ πόρρω, πάντα δ' ἀποτεινόμενα κύκλῳ φέρεται, οἷον οἱ ἱστοὶ καὶ τὰ καταρτώμενα. Καὶ ἡ ὄψις οὖν δι' ἀσθένειαν ταὐτὸ πάσχει ὥσπερ ἂν εἰ πόρρω ἐφέρετο· διαφέρει δ' οὐθὲν τὴν ὄψιν κινεῖν, ἢ τὸ ὁρώμενον· ταὐτὸ γὰρ ποιεῖ πρὸς τὸ φαίνεσθαι.

20. Cur admodum vinolentis res omnes circulo ferri videntur, et quum jam amplius vinolentia tangit, nequeunt quæ procul posita sunt, numerare? quocirca et nonnulli hinc vinolentiæ indicium trahunt. An quia visio frequenter a vini calore movetur? Quemadmodum igitur si (digitum?) oculo subposueris, res duæ adesse videntur, sic etiam vinolentis adcidit illud: nihil enim interest, utrum subponas, an moveas visum, nec extrinsecus, an intrinsecus: eodem enim modo utraque ratione adficitur visio, ita ut res conspecta non constare videatur, atque etiam magis quæ procul abest: nam adhuc minus superior evadit visio, ubi in longinquum protenditur, et propinquus ille motus amplius ad extremum efficit spatium. Si vero æquabiliter, sed vehementer sursum deorsumque moveatur, re remota minus superior evadet: res enim in longinquum protensæ circulo feruntur omnes, velut navium mali (*al.* sagittæ) et res adpensæ. Igitur visus quoque suam ob imbecillitatem idem hoc patitur ac si in longinquum protendatur; nihil autem interest, visum, an rem conspectam moveas: idem enim efficit, quod ad speciem adtinet.

21. Διὰ τί, ὅταν ἀθρόως πίνωσι, ξηρότεραι αἱ κοιλίαι γίνονται, ὅτι δεῖ (ὅτ' ἔδει?) ὑγραίνεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τοῦ πλείονος; Ἢ ὅτι τοῦ μὲν πολλοῦ καὶ ἀθρόου οὐ κρατεῖ ἡ κοιλία, ἀλλ' εἰς τὸν αὐτοῦ ἔρχεται τόπον ἀπαθές, ἔστι δ' ὑγροῦ τόπος ἀπέπτου ἡ κύστις· τοῦ δ' ὀλίγου κρατεῖ καὶ πέττει, ὥστε μένον ὑγραίνει;

21. Quam ob causam, si raptim bibitur, ventres siciores fiunt, quum tamen ab humore copiosiori plus humectari deberet? An quod humore multo ac subito ingruenti venter superior non evadit, sed locum petit suum nihil passus; locus autem crudi humoris vesica est; exiguum vero vincit et concoquit, ita ut restans ventrem humectet?

22. Διὰ τί μᾶλλον κραιπαλῶσιν οἱ εὔκρατον πίνοντες ἢ οἱ ἄκρατον; Ἢ διὰ τὴν λεπτότητα εἰς πλείους τόπους ὁ κεχραμένος εἰσέρχεται, καθάπερ ἐν τοῖς ἱματίοις, καὶ ἔστι δυσεξαγωγότερος· τὸ δ' ὕδωρ λεπτομερέστερον μέν, ἀλλ' εὐέξοδον; Ἢ διότι ἔλαττον πίνουσιν ἄκρατον διὰ τὸ μὴ δύνασθαι, καὶ μᾶλλον ἀπεμοῦσιν; Ἔτι δὲ συμπέττει τὰ λοιπά· ταὐτὸ δ' ἐστὶ πρόβλημα.

22. Cur magis crapulam sentiunt qui temperatum bibunt quam qui merum? An propter tenuitatem suam in plures locos temperatum penetrat, quod idem in vestibus contingit, difficiliusque educi potest; aqua vero partibus quidem constat tenuioribus, sed facile educitur? An quia meri minus bibunt, propterea quod non possunt, ac magis evomunt? Præterea merum reliqua concoquit; eadem autem quæstio est.

23. Διὰ τί ὑπὸ τοῦ ἀκράτου ἀποθνήσκουσιν, ἐάν τις προϊσχνάνας πολὺ πίῃ, καὶ μὴ προϊσχνάναντες δὲ πολλοὶ τῶν φιλοπότων ἀθρόον πολὺ πίνοντες ξηροὶ γίνονται; δοκεῖ γὰρ ὅ τ' οἶνος τῶν θερμῶν εἶναι τὴν φύσιν καὶ τὸ ζῆν, τὸ δ' ἀποθνήσκειν κατάψυξις. Ἢ ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ κωνείου, σβεννυμένου κατὰ μικρὸν τοῦ θερμοῦ τοῦ οἰκείου, ἀλλὰ τρόπον ἕτερον; τὸ μὲν γὰρ τῇ ψυχρότητι πήγνυσι τὸ ὑγρὸν καὶ θερμόν, ὁ δ' οἶνος τῇ θερμότητι τῇ αὐτοῦ μαραίνει τὴν φυσικὴν θερμότητα. Ὥσπερ οὖν ὑπὸ τοῦ πολλοῦ πυρὸς καὶ ἡλίου τὸ ὀλίγον πῦρ ἀποσβέννυται, οὕτω καὶ ἡ ἐν τοῖς σώμασι θερμότης ὑπὸ τῆς ἐν τῷ οἴνῳ, ἐὰν ὑπερβάλῃ

23. Quamobrem qui ante extenuatus merum inde multum hauserit, morte obcumbit, imo multi bibaces, etiamsi se non extenuarint antea, multum tamen merum raptim bibentes, sicci efficiuntur? videtur enim cum vinum, tum vita ad res natura calidas pertinere; mors vero refrigeratio est. An ut ex cicuta, dum proprius calor paulatim exstinguitur, modo tamen diverso? cicuta enim frigiditate sua humidum calidumque congelat; vinum autem sua caliditate calorem marcere facit naturalem. Quomodo igitur ab igne multo, aut sole, exiguus ignis exstinguitur, sic et internus corporum calor a vini calore, si nimius fuerit.

24. Διὰ τί οἱ μεθύοντες ἀριδάκρυοι μᾶλλον; Ἢ ὅτι θερμοὶ καὶ ὑγροὶ γίνονται; Ἀκρατεῖς οὖν εἰσιν, ὥσθ' ὑπὸ μικρῶν κινεῖσθαι.

24. Cur vinolenti sunt ad lacrymandum propensiores? An quia calidi et humidi fiunt? Invalidi itaque sunt, ita ut ab exilibus causis moveantur.

25. Διὰ τί ἧττον μεθύσκονται ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι; πάντων γὰρ ταὐτὸ αἴτιον ἡ κατάκρουσις, τουτέστιν ἐπιπολῆς· τὸ μὲν γὰρ μεθύειν ἐν τοῖς περὶ κεφαλὴν τόποις. [Διὰ τί τοῖς μεθύουσιν οὐκ ἐγγίνεται ὕπνος;] Ἢ ὅτι δεῖ πρὸς τοὺς ὕπνους ὑγρό-

25. Cur minus inebriantur qui magnis poculis comessantur? omnium enim eadem causa est, id est decussio, a superficie nimirum: vinolentia enim in locis circa caput consistit. [Cur vinolentis somnus non supervenit?] An quod ad somnum creandum calidum adesse humorem opus

Digitized by Google

τητα ἐνυπάρχειν θερμήν; αὕτη γὰρ εὔπεπτος· ἂν δὲ μὴ ἐνῇ ὑγρότης, [ἢ?] ὀλίγη, ἢ δύσπεπτος, οὐ γίνεται ὕπνος· διὸ ἐν τοῖς κόποις καὶ μετὰ τὰ σιτία καὶ τοὺς πότους ὑπνωτικώτατοι γίνονται ὑπὸ τῆς θέρμης· τοῖς δὲ μελαγχολικοῖς καὶ τοῖς μεγάλας πυρίας ..... ἀγρυπνία, τοῖς μὲν ὅτι κατέψυκται τὸ ὑγρόν, τοῖς δ' ὅτι οὐκ ἔστιν, ἢ ὀλίγον. Φανερὸν οὖν ὅτι εἰς ταῦτα βλεπτέον καθ' ἕτερον (ἑκάτ.?) τῶν παθῶν.

est? hic enim facile concoqui potest; quodsi vero nullus eniguusve humor, aut concoctu difficilis insit, somnus non oritur: qua de causa in lassitudine, postve cibum, vel potationes somnolentissimi fimus ob calorem; quos vero atra bilis vexat, et qui vehementibus utuntur æstuariis (?), insomnia tenet, illos quidem, quia refrigeratus humor est, hos vero, quia nullus, aut parcus adest. Ergo hæc consideranda esse in utroque adfectu palam est.

26. Διὰ τί οἱ οἰνόφλυγες τρέμουσι, καὶ μᾶλλον ὅσῳ ἂν ἀκρατοποτῶσιν; ἔστι δ' ὁ μὲν οἶνος θερμαντικός, ὁ δὲ τρόμος γίνεται μάλιστα ὑπὸ ψυχροῦ (διὸ οἱ ῥιγῶντες μάλιστα τρέμουσιν)· πολλοῖς δ' ἤδη χρωμένοις μόνῳ ἀκράτῳ τροφῆς χάριν τρόμοι τ' ἰσχυροὶ συνέβησαν, ὥστ' ἀπορρίπτειν τοὺς θλίβοντας, καὶ τῷ θερμῷ ὕδατι λουόμενοι ἀναισθήτως εἶχον· ἕτεροι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον διαιτώμενοι καὶ τρίψεσι χρώμενοι καὶ τροφῇ κρέασι, πρὸς ἀποπληκτικὰς ἀρρωστίας ἤλασαν· οἷς τρόμοι μὲν διὰ τὴν ἀκινησίαν ἧττον ἐνέπιπτον, πόνος δ' ἰσχυρὸς καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ἡσυχάζειν. Ἔτι τοῦ μὲν τρόμου αἰτία ἡ ψυχρότης· φαίνονται γάρ, ὥσπερ εἴρηται, οἵ τε ῥιγῶντες τοῦτο πάσχοντες, καὶ οἱ σφόδρα γέροντες· ἀμφοτέρων δὲ τούτων τῶν μὲν τὸ πάθος ψυχρόν, τῶν δ' ἡ ἡλικία· ὁ δ' οἶνος θερμαντικώτατος, ὥσθ' ὑπεναντίον ἄν τι συμβαίνοι. Ἢ οὐθὲν κωλύει γίνεσθαι ταὐτὸ ὑπ' ἐναντίων, μὴ ὡσαύτως; δὲ ποιούντων, οἷον καὶ ὑπὸ τῶν πάγων ἀποκάεται καὶ ὑπὸ θερμοῦ, ὅταν ὁ πάγος ἀθρόον ποιήσῃ τὸ θερμόν, ὥστ' ἔστι μὲν ὡς ὑπ' ἐναντίων τὸ πάθος τὸ αὐτὸ συμβαίνει, ἔστι δ' ὡς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ τὸ αὐτό; ὁ δὲ τρόμος γίνεται μὲν ὑπ' ἐνδείας θερμοῦ, οὐ παντός, ἀλλὰ τοῦ οἰκείου· φθείρεται δὲ τὸ θερμὸν ἢ μαράνσει, ἢ σβέσει. σβέσει μὲν ὑπὸ τῶν ἐναντίων, ὑπὸ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ, μαράνσει δ' ἐνδείᾳ τροφῆς, οἷον οἱ λύχνοι, ὅταν μὴ ἔχωσιν ὑπέκκαυμα, μηδ' ἔλαιον· ἢ ὑπὸ θερμοῦ ἀλλοτρίου, οἷον τὸ πῦρ ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ οἱ λύχνοι παρὰ τῷ πυρί. Οἱ μὲν οὖν ῥιγῶντες ὑπὸ ψυχροῦ σβεννυμένου τοῦ θερμοῦ τρέμουσιν· διὸ καὶ τοῖς προσχεομένοις τὸ θερμὸν αἱ φρῖκαι γίνονται· ἐγκατακλειόμενον γὰρ τὸ ψυχρὸν εἴσω καὶ ἀντιπεριστάμενον ἵστησι τὰς τρίχας· καὶ τῷ ἀρχομένῳ πυρέττειν τὸ γινόμενον ῥῖγος δι' ὁμοίαν αἰτίαν γίνεται· ἐν δὲ τῷ γήρᾳ τὸ θερμὸν μαραίνεται τῆς τροφῆς ὑπολειπούσης· τροφὴ μὲν γὰρ ὑγρὸν τῷ θερμῷ, τὸ δὲ γῆρας ψυχρόν. Οἱ δ' οἰνόφλυγες μαραινομένης μὲν τῆς οἰκείας θερμότητος τρέμουσι, κἂν εἴ τινες ἄλλοι τοῦτο πάσχουσι διὰ τὸν οἶνον, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τοῖς διὰ γῆρας, ἀλλ' ἔτι τρίτος ἦν τρόπος τῆς τοῦ θερμοῦ φθορᾶς· ὅταν γὰρ ὑπερβάλλοντι χρῶνται ἐν τῷ σώματι, πολλὴ οὖσα ἡ θερμότης ἢ ἀποσβέννυσιν, ἢ ἀσθενῆ ποιεῖ τὴν οἰκείαν θερμότητα ἣν ἰσχύομεν· ἔστι γὰρ ὅταν μὴ κρατῇ τὸ κινοῦν τοῦ κινουμένου, οἷον ὅταν ξύλον μακρὸν καὶ μέγα μὴ εὐκρατῶς ἔχῃ τις, τὸ ἄκρον τρέμει· γίνεται δὲ τοῦτο ἢ τῷ τὸ ἐχόμενον μεῖζον εἶναι, ἢ τῷ τὸ κινοῦν ἔλαττον·

26. Cur ebriosi tremunt, et eo magis quo meracius hauserint? vinum tamen calefaciendi vim habet, dum tremor a frigore maxime provenit: quapropter qui rigent, præcipue tremunt; imo multis qui mero solo alimenti gratia utebantur, tremores jam adeo vehementes evenerunt ut homines prementes (?) rejicerent, et aqua calida loti nihil sentirent; alii vero qui eodem modo victus rationem instituebant, frictionibusque et carnibus pro cibo utebantur, in morbos adtonitos devecti sunt: quos tremor quidem minus ob immobilitatem invadebat, sed vehemens dolor et inquietudo. Præterea tremoris quidem causa frigiditas est: nam, ut supra dictum est, et qui rigent, eo adfici videmus et qui admodum senuere: quorum utrorumque illi quidem morbum frigidum, hi vero frigidam ætatem habent; vinum autem calefaciendi vim validissimam obtinet, ita ut aliquatenus sibi repugnans proveniret effectus. An nihil prohibet quominus idem a contrariis efficiatur, dummodo non agant modo eodem? exempli gratia deuritur et a gelu et a calore, ubi gelu calorem coegit universum, ita ut aliquo modo quidem a contrariis adfectus proficiscatur idem, aliquo modo vero idem eidem ansam det; tremor autem ab inopia excitatur caloris, non cujusque tamen, sed propril; perit vero calor aut marcore, aut exstinctu, exstinctu quidem a contrariis, hoc est frigido atque humido, marcore autem vel indigentia nutrimenti, ut lucernæ quum fomite, aut oleo careant; vel ab alieno calore, ut ignis in sole, et lucernæ apud ignem. Igitur qui ex frigore rigent, caloris exstinctu tremunt: ex quo etiam fit ut aqua perfusis calida horrores exoriantur: frigus enim quum intus includitur atque circum obsistitur, pilos erigit, et in febrium quoque adcessione qui evenit rigor, simili de causa fit; in senectute autem calor alimento deficiente emarcescit: humor enim alimentum caloris est, senectus autem frigida est. Ebriosi vero, et si qui alii ita adficiuntur propter vinum, proprio quidem emarcescente calore obtremiscunt, sed non modo eodem iis qui senectutis gratia tremunt, sed supra adhuc tertiam exstare dicebamus rationem qua calor pereat: quum enim superabundantem calorem intra corpus adhibent, calor hicce, copiosus quum sit, aut exstinguit, aut debilitat proprium calorem quo valemus: interdum enim res movens re quæ movetur, non superior evadit: sic ubi lignum quis longum grandeque haud firmiter tenet, tremit extremum: quod ideo fit, quoniam aut res quæ tenetur, nimis magna est,

Digitized by Google

συμβαίνει δὲ σβεννυμένου τοῦ θερμοῦ (δοκεῖ γὰρ αἴτιον τοῦτο εἶναι τοῦ κινεῖσθαι τοῖς ζῴοις) μὴ κρατεῖν τὴν φύσιν. Σημεῖον δ' ὅτι διὰ ψυχρότητα γίνεται τὸ πάθος τοῖς οἰνόφλυξι καὶ τοῖς πρεσβύταις, ὅτι ἄνευ ῥίγους γίνεται ὁ τρόμος.

aut nimis exigua quæ movet; evenit autem ut extincto calore (hicce enim causa animantibus esse videtur cur moveantur) natura superior non evadat. Argumento autem est ebriosos senesque ob frigiditatem hoc morbo adfici, quod tremor sine rigore fit.

27. Διὰ τί ὁ ἀκροθώραξ μᾶλλον παροινεῖ τοῦ μᾶλλον μεθύοντος καὶ τοῦ νήφοντος; Ἢ ὅτι ὁ μὲν νήφων εὖ κρίνει, ὁ δὲ παντάπασι μεθύων διὰ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἐπιπεπλασμένας εἶναι, οὐ δυνάμενος τὸ βάρος φέρειν, οὐ κρίνει· οὐ κρίνων δ' οὐ παροινεῖ· ὁ δ' ἀκροθώραξ κρίνει τε καὶ διὰ τὸν οἶνον κακῶς κρίνει, ὥστε παροινεῖ, ὥσπερ καὶ Σάτυρον τὸν Κλαζομένιον ὄντα φιλολοίδορον, φεύγοντα δίκην, ἵν' ὑπὲρ τοῦ πράγματος λέγῃ καὶ μὴ λοιδορῆται, τὰ ὦτα ἐπέπλασαν, ἵνα μὴ ἀκούων εἰς λοιδορίαν τρέπηται· παυομένου δὲ τοῦ ἀντιδίκου ἀφεῖλον· μικρὰ δ' ἀκούσας ἔτι λέγοντος οὐκ ἀπέσχετο, ἀλλὰ κακῶς ἔλεγε, διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι μέν, κακῶς δὲ κρίνειν;

27. Quam ob causam leviter vino tincti magis delirant quam qui aut gravius sese inebriarint, aut sobrii? An quod sobrius quidem recte judicat, qui autem penitus vinolentus est, quod sensibus obductis onus ferre non potest, non judicat; non judicans autem non delirat; at vero leviter vino tinctus et judicat, et propter vinum male judicat, ita ut deliret: quemadmodum Satyrus Clazomenius, cui reo facto, quum esset ad maledicendum proclivis, ut de re ageret, nec malediceret, aures obstruxerunt, ne audiens in contumelias se provolveret? Quum tamen cessante adversario reserassent, et pauca dicentem adhuc illum audivisset, non abstinuit, sed male locutus est, quoniam sentiebat quidem, male vero judicabat.

28. Διὰ τί πρὸς τὸν γλυκὺν οἶνον ἡδίω ὄντα οὐ γίνονται οἰνόφλυγες; Ἢ ὅτι οὐκ ἴδιον χυμὸν ἔχει ὁ γλυκύς, ἀλλ' ἀλλότριον; φιλόγλυκυς οὖν μᾶλλον ἢ φίλοινος ἔσται ὁ κεκρατημένος.

28. Cur erga vinum dulce, quod suavius est, ebriosi non fiunt? An quod vinum dulce saporem non obtinet proprium, sed alienum? Igitur dulcedinis potius quam vini avidus erit qui eo victus fuerit.

29. Διὰ τί οἱ οἰνόφλυγες ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινόμενοι μάλιστα χαίρουσιν; Ἢ ὅτι δέονται πέψεως; Ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ κατεψῦχθαι· διὸ καὶ αἱ ἀποπληξίαι καὶ αἱ ἀπόναρκώσεις τάχιστα μετὰ τοὺς πότους γίνονται.

29. Cur ebriosi sole calefieri maxime amant? An quoniam concoctione indigent? Atque etiam quod refrigerati sunt: unde et morbi adtoniti ac torpores celerrime post compotationes superveniunt.

30. Διὰ τί τοῖς μεθύουσιν ἐνίοτε πολλὰ φαίνεται τὸ ἓν ὁρῶσιν; Ἢ ὅτι αἱ ἀρχαὶ τῶν ὄψεων ἔσω μὲν κινοῦνται ὑπὸ τοῦ οἴνου, καθάπερ ἡ ὅλη κεφαλή, κινουμένων δὲ τῶν ἀρχῶν οὐκ εἰς ταὐτὸ συμβάλλουσιν αἱ ὄψεις, ἀλλ' οἷον ἐπὶ μέρος ἑκάτερον τοῦ ὁρωμένου· διὸ δύο φαίνεται. Ταὐτὸ δὴ τοῦτο γίνεται καὶ ἐάν τις κάτωθεν πιέσῃ τὴν ὄψιν· ἐκίνησε γὰρ τὴν ἀρχὴν τῆς ὄψεως, ὥστε μηκέτι εἰς ταὐτὸ συμβάλλειν τῇ ἑτέρᾳ. Ἡ μὲν οὖν τοιαύτη κίνησις ἔξωθεν γίνεται, ἡ δ' ἀπὸ τοῦ οἴνου ἔσωθεν, διαφέρει δ' οὐθέν· ταὐτὰ γὰρ ποιήσει ὁπωσοῦν κινηθεῖσα.

30. Cur vinolentis multa interdum adparent ubi rem unicam vident? An quia visionum principia intrinsecus a vino moventur, sicut caput totum; at ubi principia moventur, visiones non in idem punctum convergunt, sed quasi ad utrumque latus rei conspectæ incidunt? hinc duæ res adparent. Quod idem, si quis oculum subter comprimit, evenire solet: visionis enim movit principium, ita ut non amplius in idem incidat punctum ac altera. Motus itaque ejusmodi extrinsecus supervenit; vini autem intrinsecus; nec quidquam interest: eadem enim efficiet, quocunque tandem modo mota fuerit.

31. Διὰ τί τῶν μεθυόντων ἡ γλῶττα πταίει; Πότερον ὅτι καθάπερ τὸ ὅλον σῶμα ἐν τῇ μέθῃ σφάλλεται, οὕτω καὶ ἡ γλῶττα σφαλλομένη πταίει καὶ οὐ δύναται τὴν λέξιν διαρθροῦν; Ἢ σπογγώδης ἐστὶν ἡ τῆς γλώττης σάρξ; Βρεχομένη οὖν ἐξαίρεται· τούτου δὲ συμβαίνοντος διὰ τὸ πάχος τὸ ἀπὸ τοῦ ὄγκου δυσκινητοτέρα οὖσα οὐ δύναται διακριβοῦν. Ἢ διότι οὔτ' ἐν τῷ ὑγρῷ δυνάμεθα λαλεῖν διὰ τὴν ἀπουσίαν τοῦ ἀέρος, οὔθ' ὅταν εἰς τὸ στόμα λάβωμεν ὑγρόν; Ἐν τῇ μέθῃ οὖν ἐν ὑγρῷ πολλῷ τῆς γλώττης οὔσης οὐκ ἀκριβοῦμεν· τὸ δὲ μὴ ἀκριβοῦν ἐστι τὸ πταίειν. Ἢ διότι ἐν ταῖς μέθαις ἡ ψυχὴ συμπαθὴς γινομένη πταίει; Τῆς ψυχῆς οὖν τοῦτο πασχούσης εἰκὸς καὶ τὴν γλῶτταν ταὐτὸ πάσχειν· ἀπ' ἐκείνης γὰρ ἡ τοῦ λέγειν ἀρχή· διὸ καὶ

31. Cur vinolentorum lingua impingit? Utrum quia, quemadmodum corpus totum in vinolentia titubat, ita et lingua titubans impingit, nec reddere articulatim vocabula potest? An linguæ caro spongiæ similis est? Madescens igitur extumescit; hoc autem ubi fit, quum propter crassitudinem tumor parit, difficilius moveatur, vocabula rite effingere non valet. An quod nec in aqua ob absentiam aeris loqui possumus, neque quum in os humorem indidimus? Igitur quod per ebrietatem lingua in multo humore versatur, idcirco vocabula rite effingere non possumus; eo autem ipso constat impactio. An quia animus per ebrietatem hujus adfectus particeps factus impingit? Quodsi igitur animus ita adfectus est, linguam etiam eodem modo adfici consentaneum est: ab ea enim loquendi initium ducitur: quo fit ut vel sine vinolentia, ubi ani-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

χωρὶς τῆς μέθης ὅταν ἡ ψυχὴ πάθῃ τι, συμπάσχει καὶ ἡ γλῶττα, οἷον τῶν φοβουμένων.

mus aliquo modo adfectus fuerit, lingua etiam hunc adfectum participet, ut apud metuentes.

32. Διὰ τί οἱ οἰνόφλυγες καὶ οἱ περὶ τὴν θάλατταν χαίρουσιν ἡλίῳ; Ἢ διότι οἱ μὲν οἰνόφλυγες δέονται πέψεως, καὶ ἅμα συμβαίνει τινὰς τόπους κατεψῦχθαι (διὸ καὶ ἀποπληξίαι καὶ ἀπαναρκώσεις μετὰ τοὺς πότους)· οἱ δὲ θαλάττιοι διὰ τὸ ἀεὶ ἐν ὑγρῷ εἶναι τοῦτο ποιοῦσιν;

32. Cur ebriosi et homines maritimi sole delectantur? An quod ebriosi quidem concoctione indigent, simulque evenit ut partes corporis quædam refrigeratæ sint (hinc et morbi adtoniti ac torpores post compotationes fieri solent); maritimi autem, quoniam in humore semper degunt, hoc idem faciunt?

33. Διὰ τί οἱ μεθύοντες ἀδύνατοι ἀφροδισιάζειν; Ἢ ὅτι δεῖ μᾶλλόν τινα τόπον ἐκθερμανθῆναι τοῦ ἄλλου σώματος, οἱ δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας ἀδυνατοῦσιν; Ἀποσβέννυται οὖν τὸ ἀπὸ τῆς κινήσεως θερμὸν γινόμενον ὑπὸ τοῦ περιέχοντος. Ἢ διότι δεῖ μὲν ἐκθερμανθῆναι τοὺς κάτω τόπους, ὁ δ' οἶνος ἄνω πέφυκε φέρεσθαι, ὥστ' ἐκεῖ ποιεῖ τὴν θερμασίαν, ἐντεῦθεν δ' ἀπάγει; Καὶ μετὰ τὰ σιτία ἥκιστα ἀφροδισιαστικοί, καὶ κελεύουσιν ἀριστᾶν μὲν πολύ, δειπνεῖν δ' ὀλίγον· ἀπέπτων μὲν γὰρ ὄντων ἄνω φέρεται, πεπεμμένων δὲ κάτω τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν· ἡ δὲ τοῦ σπέρματος γένεσις ἐκ τούτων. Καὶ οἱ κοπιῶντες ἐξονειρώττουσιν, ὅτι ὑγρὸς καὶ θερμὸς ὁ κόπος. Ἐὰν οὖν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ γένηται ἡ περίττωσις, συμβαίνει ἐξονειρώττειν. Διὰ ταὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρρωστήμασιν, ὅσοις γίνεται, συμβαίνει, καὶ τοῖς φοβουμένοις καὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι συμβαίνει ὡσαύτως.

33. Cur vinolenti concumbere nequeunt? An quod partem corporis quamdam amplius quam reliquum corpus calere opus est: quod vinolentis contingere præ nimio calore non potest? Calor igitur qui a motu provenit, a calore ambienti exstinguitur. An quod partes corporis inferiores quidem calere opus est, vinum autem naturaliter in sublime fertur, ita ut calorem hic quidem excitet, illinc vero abducat? Post cibum quoque minime in venerem proclives sumus, atque prandere quidem large, cœnare vero parce præcipiunt: cibus enim crudus dum est, sursum, dum vero concoctus, deorsum fertur calor et humor; ortus autem seminis ex his est. Et fatigatis idcirco per somnum profluit genitura, quod humida et calida est lassitudo. Quodsi igitur excrementum ea in parte fuerit, evenit hujusmodi seminis ejectio. Hæc eadem causa sunt cur hoc eveniat in morbis in quibus fieri solet, item cur metuentibus et morientibus eodem modo eveniat.

34. Διὰ τί νέοι ὄντες ἐνουροῦσι μᾶλλον, ὅταν μεθυσθῶσιν, ἢ πρεσβύτεροι; Ἢ διὰ τὸ θερμοὺς καὶ ὑγροὺς εἶναι πολὺ τὸ συρρυὲν γίνεται περίττωμα, διὰ τὸ μὴ ἀναλίσκειν τὸ σῶμα τὸ ὑγρόν, ὥσθ' ὑπερχεῖται· πρεσβυτέροις δὲ γινομένοις διὰ ξηρότητα τὴν ὑπερβολὴν ἀντισπᾷ τὸ σῶμα; Ἢ ὅτι μᾶλλον ὑπνωτικώτεροί εἰσιν οἱ νέοι τῶν πρεσβυτέρων; διὸ τοὺς μὲν νέους καθύπνους ὄντας λανθάνει ἡ ὁρμὴ τοῦ οὔρου ἐκπίπτουσα πρὶν διεγερθῆναι, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους οὔ, καθάπερ οὐδὲ τῶν ἔξωθεν κινήσεων οὐδὲν ἧττόν τι λανθάνει αὐτοὺς ἢ τοὺς νέους. Δῆλον δέ· καὶ γὰρ αὐτοὶ οἱ νέοι ἐν τοῖς βαθυτάτοις ὕπνοις μάλιστα ἐνουροῦσιν.

34. Cur juvenes potius quam seniores sese permingunt, ebrii facti? An quoniam juvenes humidi sunt et calidi, copiosa idcirco fiunt excrementa confluentia, quoniam corpus humorem non absumit, ita ut superfluat; seniores vero ubi fiunt, corpus propter siccitatem nimietatem revellit? An quod juniores ad somnum procliviores sunt quam seniores? quocirca juvenes quidem, utpote graviter consopitos, urinæ impetus latet, excidens antequam subrexerint; seniores vero non, quemadmodum nec externorum motuum exiguior quidam ullus eos magis latet quam juvenes. Argumento autem est, quod juvenes ipsi tum maxime sese permingunt, quum profundissime dormiunt.

35. Διὰ τί τὸ ἔλαιον πρὸς τὰς μέθας συμφέρει, καὶ τοῦ δύνασθαι πίνειν τὸ καταρροφεῖν; Ἢ διότι οὐρητικόν ἐστι καὶ τῷ πόματι προοδοποιεῖ;

35. Cur oleum ad arcendam vinolentiam valet, sorbitumque facultatem præstat potandi? An quod urinam ciere potest, potuique viam sternit?

ΤΜΗΜΑ Δ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΑΦΡΟΔΙΣΙΑ.

SECTIO IV.

QUÆ AD REM VENEREAM PERTINENT.

1. Διὰ τί ὁ ἀφροδισιάζων καὶ ὁ ἀποθνήσκων ἀναβάλλει τὰ ὄμματα, καθεύδων δὲ καταβάλλει; Ἢ διότι ἄνωθεν τὸ θερμὸν ἐξιὸν ἀναστρέφει ἵνα περ ὁρμᾷ· ἐν δὲ τῷ ὕπνῳ κάτω συνάγεται (διὸ ῥέπει κάτω)· συγκλείονται δ' οἱ ὀφθαλμοὶ παρὰ τὸ μὴ ὑπέρχειν ἔτι νοτίδα;

1. Quam ob causam qui concumbit et qui moritur, oculos adtollit, qui autem dormit, submittit? An quod de parte superiori calor exiens oculos subvertit eamdem in partem qua tendit; per somnum autem deorsum se colligit: quapropter deorsum vergit; claudantur vero propterea oculi, quia non amplius subest humiditas?

www.ibtool.com.cn

Digitized by Google

2. Διὰ τί τῶν πλείοσιν ἀφροδισίοις χρωμένων ἐπιδηλότατα συνδίδωσι τὰ ὄμματα καὶ τὰ ἰσχία, τὰ μὲν ἐγγὺς ὄντα, τὰ δὲ πόρρω; Πότερον ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ συνουσίᾳ ἐπιδηλότατα συμπονεῖ ταῦτα τῇ ἐργασίᾳ συνιόντα περὶ τὴν πρόεσιν τοῦ σπέρματος; Συνεκθλίβεται οὖν μάλιστα ἐντεῦθεν ὅσον εὐτηκτον τῆς τροφῆς ἔνεστι διὰ τὴν θλῖψιν. Ἢ διότι παραθερμαινόμενα τήκεται μάλιστα, ὁ δ' ἀφροδισιασμὸς θερμότητα ἐργάζεται, μάλιστα δὲ ταῦτα θερμαίνεται, ἃ κινεῖται ἐν τῇ ἐργασίᾳ; οἱ δ' ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἕδραν ἐπιδήλως συμπονεῖ· οὔτε γὰρ μὴ συναγαγόντι τὰ περὶ τὴν ἕδραν ἐνδέχεται προέσθαι, οὔτε μὴ τῶν ὀφθαλμῶν καταβληθέντων· τὰ μὲν γὰρ περὶ τὴν ἕδραν συνιόντα θλίβει, οἷον ἐκ κύστεως τῇ χειρὶ τὸ ὑγρόν, ἡ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν συναγωγὴ τὰ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου. Ὅτι δὲ μεγάλην ἔχουσι τὰ ὄμματα τὴν δύναμιν καὶ ὁ τόπος αὐτῶν πρὸς γένεσιν, δηλοῖ ἡ τῶν ἀτέκνων καὶ γονίμων γυναικῶν τοῖς ἐναλείμμασιν πεῖρα, ὡς δέον ταύτῃ διελθεῖν εἰς τὸ σπέρμα δύναμιν. Πίονα δ' ἄμφω τυγχάνει ὄντα πάντων ἀεί, ἀρχός τε καὶ ὄμματα. Διὰ μὲν οὖν τὴν συνεργίαν κοινωνεῖ τῆς θερμασίας, διὰ δὲ ταύτην λεπτύνεται καὶ συναποκρίνεται πολὺ εἰς τὸ σπέρμα· οὔτε γάρ, ἂν μὴ πῖον ᾖ, ὁμοίως γρύσει ἡ θερμότης, οὔτε πῖον ὂν μὴ συμπονοῦν, οἷον ἐν τῇ κοιλίᾳ. Ἀλλ' οἱ νεφροὶ τῶν ἄλλων μάλιστα αἰσθάνονται διὰ τὴν γειτνίασιν, καὶ αὐτὴ δ' ἡ τοῦ σπέρματος πάροδος παρὰ τοὺς τόπους τούτους οὖσα ἐπιδηλότατα ἱκανή ἐστι λεπτύνειν· ἀφαιρεῖ γάρ, ἀλλ' οὐ προστίθησι πλησιάζουσα.

2. Cur ils qui rei veneræ impensius indulgent, oculi et clunes manifestissime concidunt, licet hæ quidem prope, illi vero procul absint? Utrum quod in ipso etiam coitu partes hæ manifestissime laboris participes fiunt, quippe contrahuntur quo tempore semen emittitur? Itaque quantum iis inest alimenti liquatu facilis, id inprimis propter pressionem simul inde extruditur. An quod in transitu calefactæ præcipue contabescunt? concubitus enim calorem creat, eaque maxime calefiunt quæ in opere commoventur; oculi autem partesque sedi proximæ manifesto laborem participant: haud enim fieri potest ut semen projiciatur, nisi partes contrahantur sedi vicinæ, nisique oculi demittantur: partes namque sedi vicinæ ubi contrahuntur, quasi manu ex vesica humorem exprimunt, oculisque contractis exprimuntur qui a cerebro proveniunt. Oculos vero et locum his proximum vim ad procreationem magnam obtinere, docet experimentum quo linimentorum ope mulieres steriles a fœcundis distinguunt, quasi vis ad semen hac transmitti deberet. Sunt autem ambo cum podex, tum oculi, pingues semper apud omnes. Ergo quod partes hæ adjuvant, caloris participes fiunt, hujus vero vi extenuantur, multumque una ad semen excernitur: calor enim, si pingue non adsit, non æque grunniet, nec si adsit quidem pinguedo, sed laboris non particeps fiat, quemadmodum in ventre. Atqui renes omnium maxime sentiunt, quia in vicino positi sunt, et ipse quoque seminis transitus, quum per ea loca manifestissime agatur, ad extenuandum subficit: adimit enim, non addit vero, ubi adcedit.

3. Διὰ τί καὶ οἱ ἀφροδισιάζοντες καὶ οἱ εὐνοῦχοι οὐ χρώμενοι ἀφροδισίοις, ὁμοίως ἀμφότεροι τὰ ὄμματα πρὸς ὀξυωπίαν βλάπτονται; Ἢ ὅτι τοῖς μὲν διὰ λαγνείαν, τοῖς δὲ διὰ τὴν πήρωσιν τὰ ἄνω ξηρὰ γίνεται μᾶλλον τοῦ δέοντος, ἐπιδηλότατα δ' ἐν τούτοις, ὅσων τὸ ἔργον ἐστὶν ἀκριβές· ἡ δ' ὄψις τοιοῦτον; κατασπωμένων δὲ τῶν ὑγρῶν τὰ ἄνω ξηραίνεται. Ὁ μὲν οὖν ἀφροδισιασμὸς δῆλον ὅτι τοῦτο ποιεῖ· τοῖς δ' εὐνούχοις τά τε σκέλη οἰδεῖ καὶ αἱ κοιλίαι εὔλυτοι, ὡς κάτω μεθισταμένου τοῦ ὑγροῦ.

3. Quamobrem et apud concumbentes, et apud spadones, qui re non utuntur venerea, quod ad visus acumen adtinet, eadem noxa adfliguntur oculi? An quia illis quidem ob libidinem, his vero ob mutilationem partes superiores plus justo exsiccantur: quod manifestissimum in iis partibus est quarum opus exquisitius administratur; oculus autem talis est? humoribus enim deorsum ductis, superiora siccantur. Atqui constat concubitum hoc facere: spadonum enim crura intumescunt, et alvi facile solvuntur, utpote quum deorsum humor transferatur.

4. Διὰ τί ἄνθρωπος μόνον, ὅταν ἄρχηται δύνασθαι ἀφροδισιάζειν, ἥβᾳ, τῶν δ' ἄλλων ζώων ὅσα τρίχας ἔχει, οὐθέν; Ἢ ἐπειδὴ κατὰ τὰς ἡλικίας μεταβάλλει τὰ ζῷα εἰς τοὐναντίον; φωνή τε γὰρ βαρεῖα ἐξ ὀξείας γίνεται, καὶ δασύνεται ἐκ ψιλῶν. Δῆλον οὖν ὡς καὶ τὰ ἐκ γενετῆς δασέα ζῷα ψιλοῖτ' ἄν, οὐ δασύνοιτο, σπερματικὰ γινόμενα· οὐ πάσχει δὲ τοῦτο διὰ τὸ τὰ σπερμαίνοντα ξηρότερα γίνεσθαι καὶ ἀραιότερα, ἐξ ὧν θρὶξ φύεται. Δῆλον δ' ἐκ τοῦ μὴ ἐν ταῖς οὐλαῖς φύεσθαι τρίχας· στεγαναὶ γὰρ αἱ οὐλαί, ἀλλ' οὐκ ἀραιαί· μηδὲ τοῖς παιδίοις καὶ γυναιξίν· ὑγρὰ γὰρ καὶ ἄμφω, ἀλλ' οὐ ξηρά.

4. Cur homo solus, ubi concumbere posse incipit, pubescit, celerorum autem animantium, quæcumque pilis teguntur, nullum? An quod per ætates mutari animantes in contrarium solent? vox enim gravis de acuta efficitur, et nuda quæ ante fuerunt, hirta redduntur. Constat igitur etiam animantes a primo natali die hirsutas enudari debuisse tunc, non vero pilis tegi, quum ad semen emittendum apti fiunt; non tamen ita adficiuntur, quia quæ semen emittunt, sicciora fiunt et rariora: quibus de causis pilus oritur. Quod inde sane patet, quia pili in cicatricibus non pullulant, quum cicatrices spissæ sunt, sed non raræ, nec apud infantes mulieresque: humidi enim sunt ambo, non vero sicci.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

5. Διὰ τί ἡ ἀνυποδησία οὐ συμφέρει πρὸς ἀφροδισιασμούς; Ἢ ὅτι τὸ μέλλον ἀφροδισιάζειν σῶμα δεῖ τὰ ἐντὸς θερμὸν εἶναι καὶ ὑγρόν, τοιοῦτον δ' ἐν τοῖς ὕπνοις μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι (διὸ καὶ ταχὺ καὶ ἄνευ ἐργασίας οἱ ἐξονειρωγμοὶ γίνονται, ἐγρηγοροῦσι δὲ μετὰ πόνου)· ἅμα δὲ τὸ σῶμα τοιοῦτον καὶ οἱ πόδες ὑγρότεροι καὶ θερμότεροι (σημεῖον δέ, ὅτι καθευδόντων θερμοί, ὡς ἅμα τοῖς ἐντὸς οὕτως ἔχοντες)· ἡ δ' ἀνυποδησία τοὐναντίον ποιεῖ; ξηραίνει γὰρ καὶ ψύχει, ὥστ', εἴτ' ἀδύνατον μὴ θερμῶν ὄντων ἀφροδισιάσαι, εἴτε χαλεπόν, ἀνάγκη ἀσύμφορον εἶναι πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν.

5. Cur nuditas pedum rei veneree non prodest? An quoniam corpus, quod concubiturum est, calidum intus atque humidum esse debet, quale per somnum potius esse quam per vigiliam solet: ex quo etiam celeriter ac sine labore semen dormientibus profluit, vigilantibus vero non sine conatu; simul autem fit ut et corpus tale exsistat, et pedes humidiores fiant atque calidiores (indicium quod quum dormimus, pedes calidi sunt, ut qui una cum internis partibus ita se habent); at nuditas pedum contrarium efficit? siccat enim atque refrigerat, ita ut sive impossibile, sive difficile sit ut res agatur venerea nisi pedibus calidis, eorum nuditatem coitui non prodesse necesse est.

6. Διὰ τί ἐκλύεται μάλιστα τῶν ζώων ἀφροδισιάσας ἄνθρωπος; Ἢ διότι πλεῖστον προΐεται σπέρμα κατὰ λόγον τοῦ σώματος; Διὰ τί δὲ πλεῖστον προΐεται; Ἢ ὅτι ἥκιστα ἐκπονεῖ τὴν τροφὴν καὶ φύσει ὑγρὸν καὶ θερμόν ἐστι τῶν ζώων μάλιστα, ὧν τὸ μὲν ποιεῖ σπέρμα πολύ, τὸ δὲ τὴν φύσιν σπερματικὴν ποιεῖ; καὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοιοῦτόν ἐστιν, ἕως ἂν σώζηται.

6. Cur omnium maxime animantium homo, postquam concubuit, enervatur? An quod semen pro portione sui corporis plurimum emittit? Sed cur plurimum emittit? An quod minime cibum conficit, et omnium maxime animantium humidus natura et calidus est: quarum rerum altera quidem seminis copiam facit, altera vero naturam ad semen creandum aptam reddit? semen etenim tale est, quamdiu persistit.

7. Διὰ τί τοῦ ἀφροδισιάζειν γινομένου διὰ θερμότητα, τοῦ δὲ φόβου ὄντος ψυκτικοῦ καὶ τοῦ ἀποθνήσκειν, ἐνίοις, ὅταν γένωνται ἐν τούτοις τοῖς πάθεσι, σπέρμα προέρχεται; Ἢ ὅτι ψυχομένων ἐνίων τόπων ἕτεροι ὑποθερμαίνονται, τὴν τ' οἰκείαν ἔχοντες θερμότητα καὶ δεχόμενοι τὴν τῶν καταψυχομένων τόπων, ὥστε καταψυχομένων μὲν συμβαίνει, οὐ διὰ τὸ ψύχεσθαι μέντοι, ἀλλὰ διὰ τὸ θερμαίνεσθαι; Δῆλον δὲ καὶ τῇ ὄψει· τῶν γὰρ φοβουμένων τὰ ἄνω λιφαιμεῖ, τὰ δὲ κάτω ὑγραίνεται, καὶ κοιλία καὶ κύστις λύεται. Ὑπιὸν οὖν τὸ θερμὸν ἐν μὲν τῷ φόβῳ κάτω, ἐν δὲ τῷ θανάτῳ κάτωθεν ἄνω, ἐξυγραῖνον τῇ θερμότητι ποιεῖ τὴν τοῦ σπέρματος ἔξοδον.

7. Quam ob causam, quum concubitus calore fiat, timor autem et mors refrigerandi vim habeant, nonnullis tamen, quum ab his ipsis tenentur adfectibus, semen profluit? An quod quum loca quædam corporis refrigerantur, alia intepescunt, quum et proprium calorem habeant et locorum refrigeratorum calorem suscipiant, ita ut frigescentibus quidem id eveniat, verum non quia frigescunt, sed quia calefiunt? Constat hoc etiam ipso adspectu: partes enim superiores timentium sanguine privantur, inferiores autem humescunt, et alvus solvitur et vesica. Calidum igitur quum per timorem quidem inferna, per mortem vero inferne superiora petat, caliditate sua humectans, seminis exitui ansam dat.

8. Διὰ τί οὐ δεῖ μὴ ὀργῶντα οὔτ' ἀφροδισιάζειν, οὔτ' ἐμεῖν, οὔτε πτάρνυσθαι, οὔτε φῦσαν ἀφιέναι; Ἢ ὅτι μὴ ὀργῶντες ὁμοίως ἔχομεν τοῖς ἐκ τῆς γῆς ἀνασπωμένοις, οἷς προσεκσπᾶταί τι ἀλλότριον, ἢ ἐγκαταλείπεται ἀποσπασθέν, ἅπαν δ' ὃ δεῖ μὲν ἐξαρθῆναι, κολοβὸν δ' ὑπολείπεται, πλείω χρόνον παρέξει πόνον, ἐάν τέ τις κινήσῃ τι ἀλλότριον, τοῦτο πόνον παρέξει, οὐκ ἐν τῇ αὑτοῦ χώρᾳ ὄν; ἃ συμβήσεται τοῖς μὴ ὀργῶσι ποιοῦσί τι τῶν εἰρημένων.

8. Cur neque concumbere, neque evomere, nec sternuere, neque flatum emittere oportet, nisi turgeas? An quia quum non turgemus, similes terræ stirpibus sumus, quibus evulsis aut alienum una evellitur quidpiam, aut aliquid abscissum relinquitur; quod autem quum eximi debuisset, mutilum remanserit, dolorem diutius id omne movebit, itemque si quid alienum commoverit quis, id quum sua sede privetur, dolorem creabit? quæ iis usu evenient, qui quum non turgent, aliquid faciunt ex iis quæ modo retulimus.

9. Διὰ τί νήστεις θᾶττον ἀφροδισιάζουσιν; Ἢ διότι οἱ πόροι κενώτεροι οἱ τοῦ σώματος νήστεσι, πλήρεσι δὲ πλήρεις; κωλύουσιν οὖν τὴν εἰς τὸ σπέρμα ὑγρότητα διεξιέναι. Δῆλον δ' ἐπὶ τῆς κύστεως· οὐ γὰρ δύνανται πλήρους οὔσης ταχὺ ἀφροδισιάζειν.

9. Cur jejuni celerius concumbunt? An quod meatus corporis jejunis inaniores, repletis autem pleni sunt? itaque impediunt ne destinatus ad semen humor permeet. Quod in vesica patet: hac etenim plena celeriter concumbere non possunt.

10. Διὰ τί οἱ νέοι ὅταν πρῶτον ἀφροδισιάζειν ἄρχωνται, αἷς ἂν ὁμιλήσωσι, μετὰ τὴν πρᾶξιν μισοῦσιν; Ἢ διὰ τὸ μεγάλην γίνεσθαι τὴν μεταβολήν; τῆς γὰρ συμβαινούσης ὕστερον ἀηδίας μεμνημένοι, ὡς αἰτίαν ἢ ἐπλησίασαν φεύγουσιν.

10. Cur juvenes quum primo concumbere incipiunt, quibuscum fuerint congressi, eas re peracta odio habent? An quod mutatio magna fit? sequentis enim tædii memores, quacum rem habuerint, tamquam causam fugiunt.

Digitized by Google

11. Διὰ τί οἱ ἱππεύοντες συνεχῶς ἀφροδισιαστικώτεροι γίνονται; Ἢ ὅτι διὰ τὴν θερμότητα καὶ τὴν κίνησιν ταὐτὸ πάσχουσιν ὅπερ ἐν τῇ ὁμιλίᾳ; διὸ καὶ τῇ τῆς ἐπεχούσης ἡλικίας ἐπιδόσει περὶ τὰ αἰδοῖα μείζω τὰ μόρια ταῦτα γίνεται. Ἀεὶ οὖν τῇ κινήσει ταύτῃ χρωμένων εὔπορα τὰ σώματα γίνεται καὶ προωδοπεποιημένα πρὸς τὸν ἀφροδισιασμόν.

11. Quare qui equitant adsidue, libidinosiores evadunt? An quia propter calorem et motum eodem adficiuntur modo quo per coitum? quocirca per genitalium augmentum quod debetur ætati coitum adferenti majores fiunt has partes. Ubi igitur semper eo utuntur motu, corpora pervia ac præparata ad concumbendum evadunt.

12. Διὰ τί, ὅταν ἄρξωνται ἀφροδισιάζειν δύνασθαι, οἱ χρῶτες ὄζουσι, πρότερον δ' οὐκ ὄζουσι πρὸ ἥβης οὔθ' οἱ ἄνδρες, οὔθ' αἱ γυναῖκες; Ἢ ὅτι τὰ ἄπεπτα τούς τε χυμοὺς ἀεὶ χείρους ἔχει (ἢ γὰρ ὀξυτέρους, ἢ ἁλμυρωτέρους, ἢ πικροτέρους) καὶ τὰς ὀσμὰς δυσωδεστέρας, τὰ δὲ πεπεμμένα ἢ γλυκεῖς, ἢ ἧττον ἀγλευκεῖς, καὶ τὰς ὀσμὰς εὐωδεστέρας, ἢ ἧττον δυσώδεις; τοῦτο δ' ἐστὶ δῆλον ἐπὶ πάντων θεωμένοις καὶ φυτῶν καὶ ζῴων. Ἀφαιρεθέντων δὴ τῶν εὐπέπτων, τὰ ὑπολειπόμενα ἄπεπτα, οἷον δὴ καὶ ἐπὶ τῆς τέφρας ἀναλωθέντος τοῦ γλυκέος πικρὰ ἡ κονία, καὶ ὁ ἱδρὼς ἁλμυρός. Πέττει δ' ἡ φυσικὴ θερμότης τὸ σπέρμα, ὃ μικρὸν ὂν πολλὴν ἔχει δύναμιν· ἐκ πολλοῦ γὰρ ὀλίγον συγκεχεφαλαίωται· διὸ ὅταν ἀπέλθῃ, ἐκλύονται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μᾶλλον καὶ καταψύχονται· ὥστ' ἀπεπτότεροι οἱ χυμοὶ γίνονται μᾶλλον, ἀναστομουμένων τῶν πόρων διὰ τὴν ἔκκρισιν αὐτοῦ. Ἁλμυρώτεροι οὖν οἱ τῶν παίδων ἱδρῶτες καὶ δυσωδέστεροι διὰ τὴν ἀπεψίαν, καὶ ἐὰν τύχῃ τοιαύτη ἡ φύσις οὖσα ὥστε δυσώδη ἔχειν τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἱδρῶτος, τούτοις μᾶλλον ἐπισημαίνει, καὶ ἐν τοῖς τόποις τούτοις μάλιστα, οἷον μασχάλῃ, ἐν ᾧ μάλιστα καὶ τοῖς ἄλλοις.

12. Quare concumbendi facultas dari quum cœpta est, corpora male olent; prius autem ante pubem non olent nec viri, nec mulieres? An quoniam quæ cruda sunt, tum sapores semper habent deteriores (aut enim acidiores, aut salsiores, aut amariores), tum odores reddunt fœtidiores; contra quæ concocta sunt, sapores aut dulces, aut minus dulcedine carentes, et odores suaviores præstant, aut minus insuaves? Patet hoc adspectui in omnibus tam stirpibus quam animantibus. Detractis itaque quæ concocta sunt, quæ relinquuntur, sunt cruda, ut sane et in cinere, portione dulci consumpta, lixivium amarum est, itemque sudor salsus. Calor autem naturalis semen genitale concoquit, quod quamquam exiguum est, vim tamen obtinet magnam, quippe quod ex multo in exile compendium redigitur: quamobrem ubi id secessit, resolvimur magna ex parte vehementius atque refrigeramur, ita ut humores crudiores reddantur, patefactis meatibus propter seminis ejectionem. Puerorum igitur sudor ob cruditatem et salsior et fœtidior est, ac si cui forte talis natura sit ut sedimentum sudoris fœtidum habeat, huic vel magis signa præstabit, ac præsertim eisdem in locis quibus et ceteris maxime, velut in alis.

13. Διὰ τί, ἐὰν μὲν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ ἡμετέρου γένηται τὸ ζῷον, τοῦτο ἡμέτερον ἔκγονόν ἐστιν, ἐὰν δὲ ἐξ ἄλλου τινὸς ἢ μέρους, ἢ ἀποχρίσεως, οὐχ ἡμέτερον; γίνεται γὰρ σηπομένων πολλά, καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος. Τί δὴ οὖν, ἐὰν μὲν τοιοῦτον οἷον ἡμεῖς, ἡμέτερον, ἐὰν δ' ἀλλότριον, οὔ; ἢ γὰρ ἅπαντα προσήκει, ἢ οὐδέν. Ἢ πρῶτον μέν, ὅτι οὕτω μὲν ἐξ ἡμετέρου γίνεται, ἐκείνως δὲ ἐξ ἀλλοτρίου, ὅσα ἐξ ἀποκαθάρματος γίνεται καὶ ἐκκρίσεως, καὶ ὅλως οὐθὲν τῶν τοῦ ζῴου ζῷον γεννᾷ ἀλλ' ἢ τὸ σπέρμα; τὸ δὲ βλάπτον καὶ τὸ κακὸν οὐθενός ἐστιν οἰκεῖον, οὐδὲ τὸ ἀλλότριον· οὐ γὰρ ταὐτὸ τούτου τι εἶναι καὶ τούτου ἀλλότριον ἢ ἕτερον, ἢ κακόν· αἱ δ' ἐκκρίσεις καὶ σήψεις οὐχ ἡμέτερα, ἀλλ' ἕτερα καὶ ἀλλότρια τῆς φύσεως ἡμῶν εἰσιν· οὐ γὰρ ὅσα ἐν τῷ σώματι γίνεται, τοῦ σώματος θετέον, ἐπεὶ καὶ φύματα γίνεται, ἃ αἴρουσι καὶ ἐκβάλλουσιν, καὶ ὅλως ὅσα παρὰ φύσιν, πάντα ἀλλότρια· παρὰ φύσιν δὲ πολλὰ καὶ τῶν συγγινομένων ἐστίν. Εἰ οὖν ἐκ μόνου τούτου τῶν ἡμετέρων γίνεται ζῷον, ὀρθῶς ἂν τὸ ἐκ τούτου γινόμενον ἔκγονον ἡμέτερον εἴη μόνον, καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος δὲ ἄν τι ἄλλο γένηται, οἷον σκώληξ σαπέντος, ἢ καὶ ἐν τῇ μήτρᾳ διαφθαρέντος, οἷον ἃ λέγεται τέρατα, οὐκ ἔκγονα λεκτέον· ὅλως γὰρ ἐκ διεφθαρμένου γινόμενα οὐκέτι ἐξ ἡμετέρου ὄντος

13. Cur si ex semine quidem nostro procreatum animal est, proles id nostra est; sed si ex aliquo alio nostro, sive excrementum, sive pars fuerit, prodiit, nostra non est proles? multa enim e putrescentibus, quin etiam e semine proveniunt. Quid igitur, si quales nos sumus, tale fuerit, nostrum est, sin vero incongruum, non? aut enim omnia nostra esse oportet, aut nullum. An primum quidem quoniam ita sane e nostro fit, illo vero modo ex alieno, scilicet quæcunque purgamentis excrementisque nascuntur, ac denique nihil ex omnibus quæ ad animans pertinent, gignere animantem potest nisi semen genitale? quod autem nocet quodque malum est, id nulli proprium est; nec incongruum quidem: haud enim eodem redit, num rei cuidam aliquid proprium sit, an incongruum, vel diversum ab ea, vel malum; excrementa autem et putredines non nostra, sed diversa alienaque sunt a nostra natura: non enim quæcumque in corpore exstiterunt, ad corpus pertinere statuendum est: nam et tubercula fiunt, quæ tollimus atque ejicimus, atque in universum quæ præter naturam sunt, hæc aliena omnia sunt: præter naturam autem sunt vel multæ res quæ simul gignuntur. Quodsi igitur inter res quæ ad nos pertinent, e solo semine animans nascitur, recte quod ex hoc provenit, unice proles nostra erit; imo si ex semine aliquid gignatur aliud, ut vermis, ubi putruit, vel ubi corruptum in utero fuit, ut quæ monstra adpellamus, prolem hæc esse nostram non dicendum est: in universum enim quum corrupto creantur semine, non amplius e re quæ nostra est, cre-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

γίνεται, ἀλλ' ἐξ ἀλλοτρίου, ὥσπερ τὰ ἐκ τῶν ἀποκρίσεων, οἷον τὸ ἐκ τῆς κόπρου. Σημεῖον δὲ ὅτι ἐκ διαφθειρομένου πάντα τὰ τοιαῦτα γίνεται· μὴ ἐκ διαφθειρομένου γὰρ τοιοῦτον πέφυκε γίνεσθαι οἷον ἂν ᾖ ἐξ οὗ τὸ σπέρμα, ἐὰν ἐξ ἵππου, ἵππος, ἐὰν δὲ ἐξ ἀνθρώπου, ἄνθρωπος. Καὶ αὐτό τε οὐ τιμῶμεν τὸ σπέρμα, οὐδὲ πᾶν τὸ ἐν τῇ γενέσει περαινόμενον· καὶ γὰρ ὑγρὸν καὶ ὄγκος τις καὶ σὰρξ γίνεται· ποτὲ δὲ, διὰ τὸ μήπω ἔχειν τὴν φύσιν, ἀλλ' ἡ τοσοῦτον μόνον τῆς φύσεως, ὅ τι οὕτω διάκειται ὥστε γενέσθαι ἐξ αὐτοῦ τοιοῦτον οἷον ἡμεῖς· ἐκ δὲ διεφθαρμένου οὐδὲ τοιοῦτον. Διὰ ταῦτα οὔτ' ἐξ ἑτέρου τῶν ἐν ἡμῖν, οὔτ' ἐκ τούτου διεφθαρμένου, ἢ ἀτελῶς ἔχοντος τὸ ἔκγονέν ἐστιν ἡμέτερον.

antur, sed ex aliena, quemadmodum quæ excrementis constiterint, ut quod ex stercore. Omnia vero hujuscemodi ex semine creari quod corrumpitur, inde patet, quia si non ex hujusmodi semine creatus sit, quod creatur, tale naturaliter fit quale illud est de quo semen genitale prodierit, si de equo, equus, si de homine, homo. Nec semen magni facimus ipsum, nec omne quod inter generandum absolvitur : tunc enim humor et moles quædam et caro consistunt; interdum tamen, quoniam nondum naturam adeptum est, nisi excipias tantam solummodo naturæ partem, quanta ad hoc efficiendum sufficit, ut ex illo tale creari possit quales nos sumus; e corrupto autem semine ne tale quidem enasci potest. Causa est hæc cur nec alia ex re intra nostrum corpus, nec ex semine corrupto, aut imperfecte se habente quod provenit, proles nostra sit.

14. Διὰ τί ἐν τῷ ὕδατι ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν οἱ ἄνθρωποι; Ἢ ὅτι ἐν ὕδατι οὐθὲν τήκεται, ὅσα ὑπὸ πυρὸς τήκεται, οἷον μόλιβδος ἢ κηρός· ἡ δὲ γονὴ τηκομένη φαίνεται πυρί; πρὶν μὲν γὰρ ἡ τρῖψις ἐκθερμάνῃ, οὐ τήκεται. Οἱ δ' ἰχθύες οὐ τρίψει ὀχεύουσιν.

14. Cur minus in aqua homines concumbere queunt? An quod res nulla in aqua liquatur quæcumque ab igne liquefit, ceu plumbum, aut cera; genituram autem igne liquescere constat? haud enim prius liquatur quam per adtritum recaleat. Pisces tamen adtritu non coeunt.

15. Διὰ τί τὸ ἀφροδισιάζειν ἥδιστον, καὶ πότερον ἐξ ἀνάγκης, ἢ ἕνεκά τινος ὑπάρχει τοῖς ζῴοις; Ἢ ἡδὺ μέν ἐστιν ἤτοι διὰ τὸ ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος ἀπιέναι τὸ σπέρμα, ὥσπερ τινές φασιν, ἢ καὶ ἀπὸ παντὸς μὲν μὴ ἀπιέναι, διὰ δὲ τοιούτου εἰς ὃ πάντες συντείνουσιν οἱ πόροι τῶν φλεβῶν; Οὔσης οὖν τῆς ἡδονῆς ὁμοίας τῆς ἐν τῷ κνησμῷ, τοῦτο συμβαίνει γίνεσθαι ὥσπερ δι' ὅλου τοῦ σώματος· ὁ δὲ κνησμὸς ἡδύς ἐστιν, ὑγροῦ ἔξοδος πνευματώδους ἐγκατακεκλεισμένου παρὰ φύσιν· ἡ δὲ γονὴ τοιούτου εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἔξοδος. Ἔστι δὲ καὶ ἐξ ἀνάγκης ἡδὺ καὶ ἕνεκά τινος, ἐξ ἀνάγκης μὲν ὅτι ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ὁδὸς ἡδύ ἐστιν, ἐὰν ᾖ αἰσθητή, ἕνεκα δέ τινος ἵνα γένεσις ᾖ ζῴων· διὰ γὰρ τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ὁρμᾷ πρὸς τὴν μῖξιν τὰ ζῷα.

15. Qua de causa suavissimus concubitus est, et utrum necessario exstat apud animantes, an rei cujuspiam gratia? An suavis quidem est, quoniam aut toto ex corpore semen profluit, ut aliqui volunt, aut quia et, quamvis non toto ex corpore profluat, tamen per hujusmodi partem transit in quam meatus venarum omnes convergunt? cum igitur voluptas ejusdem generis sit ac quæ pruritu fit, efficitur ut hæc quasi per corpus obcurrat universum : prurigo enim jucunda est, utpote quum secessio humoris spirituosi contra naturam intus conclusi sit; genitura vero secessio humoris ejusmodi est ad id quod ei a natura destinatur. Suavis autem tum ex necessitate, tum rei cujuspiam gratia concubitus est, ex necessitate quidem, quod iter tendens ad scopum a natura destinatum suave est, si modo a sensu percipi queat; rei vero cujuspiam gratia, ut ortus sit animantium : facit enim voluptas ut animantes ad coitum ardentius excitentur.

16. Διὰ τί ἡ λαγνεία πρὸς νοσήματ' ἔνια τῶν ἀπὸ φλέγματος συμφέρει; Ἢ ὅτι περιττώματός ἐστιν ἔξοδος, ὥστε συνεκκρίνεται πολλὴ περίττωσις; τὸ δὲ φλέγμα περίττωμα.

16. Cur lascivia morbis a pituita oriundis nonnullis prodest? An quoniam excrementi exitus est, ita ut simul multum redundantis materiæ excernatur? pituita enim excrementum est.

17. Διὰ τί τὰ ἀφροδίσια τὴν κοιλίαν ψύχει καὶ ξηραίνει; Ἢ ψύχει μέν, ὅτι ἐκκρίνεται τὸ θερμὸν ἐν τῇ μίξει; ξηραίνει δ' ἡ μῖξις· ἐξατμίζεται γὰρ τοῦ θερμοῦ ἐξιόντος, ἐξέρχεται δὲ ψυχομένου. Ἔτι καὶ ἡ θερμότης ἐν τῇ ὁμιλίᾳ ξηραίνει.

17. Cur res venerea ventrem refrigerat et siccat? An refrigerat quidem, quoniam calor in concumbendo excernitur? siccat vero congressus, quippe quum evaporatio fit, dum calor exit; egreditur tamen quia refrigeratur. Adde etiam quod calor per coitum siccat.

18. Διὰ τί, ὅσοις αἱ βλεφαρίδες ῥέουσι, λάγνοι; Ἢ διὰ τὸ αὐτὸ καὶ διότι οἱ φαλακροί; ἔστι γὰρ μόρια ἄμφω ταῦτα τοῦ αὐτοῦ. Ἔστι δὲ τὸ αἴτιον· ὁπόσαι πρεσβυτέρου γινομένου μὴ αὐξάνονται τῶν συγγενικῶν τριχῶν, ἅπασαι τοῦτο πάσχουσιν ἐν ταῖς λαγνείαις· κεφαλὴ γὰρ καὶ ὀφρὺς καὶ βλεφαρὶς συγγενικαὶ τρίχες. Τούτων δὲ μόνον ἐνίοις αἱ ὀφρύες δασύνονται πρεσβυτέροις γινομένοις (δι' ἣν δ' αἰτίαν, εἴρηται ἐν ἄλλοις), αἱ ἕτεραι δὲ διὰ τὸ αὐτὸ ἄμφω λείπουσιν. Αἴτιον δ'

18. Cur salaces hi sunt quibus pili palpebrarum defluunt? An ob id ipsum quo etiam calvi? sunt enim hæc ambo partes rei ejusdem. Causa autem hæc est : quicumque ex pilis congenitis ætate jam provecta non crescunt, hi omnes ita adficiuntur libidinis usu immoderato : capillus enim et supercilium et cilium congeniti sunt pili. Ex his vero supercilia tantum nonnullis senescentibus hirsuta fiunt (quod cur ita sit, alibi rationem adtulimus); reliqua autem utraque genera eadem de causa deficiunt. Causa au-

Digitized by Google

ὅτι καταψύχει τὰ ἄνω ἡ λαγνεία ὀλίγαιμα ὄντα, ὥστ' οὐ πέττει τὴν τροφὴν ὁ τόπος· οὐ λαμβάνουσαι δὲ τροφὴν ἐκρέουσιν αἱ τρίχες.

tem est quod partes superiores, utpote sanguinis parum obtinentes, libido refrigerat, ita ut locus hic alimentum non concoquat; pili autem alimentum non recipientes defluunt.

19. Διὰ τί οὐρητιῶντες οὐ δύνανται ἀφροδισιάζειν; Ἢ ὅτι πλήρεις γίνονται οἱ πόροι, τὸ δὲ πλῆρες ὑγροῦ οὐ δέχεται ἄλλο ὑγρόν;

19. Quam ob causam micturientes concumbere nequeunt? An quod meatus implentur; quod autem plenum humoris est, alium humorem non recipit?

20. Διὰ τί αἱ ἰξίαι τοὺς ἔχοντας κωλύουσι γεννᾶν, καὶ ἀνθρώπους καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὅ τι ἂν ἔχῃ; Ἢ ὅτι ἡ ἰξία γίνεται μεταστάντος πνεύματος (διὸ καὶ ὠφελεῖ πρὸς τὰ μελαγχολικά)· ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀφροδισιασμὸς μετὰ πνεύματος ἔξόδου; Εἰ οὖν ὁδοποιεῖται ἡ ὁρμὴ γινομένου αὐτοῦ, οὐ ποιεῖ ὁρμᾶν τὸ σπέρμα, ἀλλὰ καταψύχεται. Μαραίνει οὖν τὴν συντονίαν τοῦ αἰδοίου.

20. Cur varices generare vetant qui iis tenentur, cum homines, tum quodcumque aliud animal eos habuerit? An quod varix flatu translato fit (quocirca et vitiis ab atra bile profectis prodest); concubitum autem flatus exitus itidem comitatur? Quodsi igitur nascente flatu impetus ejus præparatus est, seminis impetum non excitat, sed refrigeratur. Efficit igitur ut penis tentigo emarcescat.

21. Διὰ τί οἱ ἀφροδισιάζοντες ἐκλύονται καὶ ἀσθενέστεροι γίνονται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ; Πότερον διὰ τὸ ἀπὸ πάντων ἔκκρισιν εἶναι τὸ σπέρμα, ὥσθ' οἷον οἰκοδομήματος αἱ ἁρμονίαι, καὶ τοῦ σώματος οὕτω σειομένη ἡ σύνθεσίς ἐστι τῷ ἀπεληλυθέναι τι, οἷον εἰ τὸ αἷμα ἐξέλθοι ἢ πᾶν ὅ τι ἄλλο μέρος; Οὕτω σφόδρα ἐπίκαιρον τὸ ἐξιόν ἐστι, καὶ ὃ ἐκ πολλῆς γίνεται τροφῆς ὀλίγον, οἷον τὸ ἀμύλιον ἐκ τοῦ σταιτός.

21. Quare qui concumbunt, enervantur ac debiliores fiunt magna ex parte? Utrum quod semen omni ex parte corporis secretio est, ita ut perinde ac ædificii junctura, sic corporis compactio quatiatur eo quod aliqua pars decessit, quasi sanguis, aut quævis pars alia exiisset? Ita quod exit, maximi momenti est, et quod ex multo alimento in exiguam molem redigitur, quemadmodum amylum ex massa farinacea.

22. Διὰ τί οἱ ἀφροδισιάζοντες καὶ οὐρητιῶντες ἐντείνουσιν; Ἢ ὅτι πληρουμένων τῶν πόρων ὑγρότητος, τὸ σπέρμα ὑπεξιὸν ἐν ἐλάττονι τόπῳ πλείονά τ' ὄγκον ποιεῖ καὶ αἴρει; ἐπίκειται γὰρ τὸ αἰδοῖον ἐπὶ τοῖς πόροις.

22. Cur concumbentes et micturientes penem intendunt? An quod ubi meatus pleni sunt humore, semen clam subiens in angustiori loci molem efficit atque extollit ampliorem? penis etenim meatibus impositus est.

23. Διὰ τί ἡ σύντασις γίνεται τοῦ αἰδοίου καὶ ἡ αὔξησις; Ἢ διὰ δύο, διά τε τὸ βάρος ἐπιγίνεσθαι ἐν τῷ ὄπισθεν τῶν ὄρχεων αἴρεται (ὑπομόχλιον γὰρ οἱ ὄρχεις γίνονται), καὶ διὰ τὸ πνεύματος πληροῦσθαι τοὺς πόρους; Ἢ τοῦ ὑγροῦ αὐξανομένου καὶ μεθισταμένου, ἢ ἐξ ὑγροῦ γινομένου ὁ ὄγκος μείζων γίνεται; τὰ λίαν δὲ μεγάλα ἧττον αἴρεται διὰ τὸ πορρωτέρω τὸ βάρος τοῦ ὑπομοχλίου γίνεσθαι.

23. Quam ob causam tentigo et amplificatio penis exsistit? An duplex causa est, turgetque tum quia pondus adcedit in spatio pone testes sito (testes enim fulcimentum vectis fiunt), tum quod foramina spiritu implentur? An humore aucto translatoque, vel ex humore qui jam fit, moles amplior redditur? penis tamen valde magnus minus turget, quia pondus longius a fulcimento removetur.

24. Διὰ τί οἱ ἀφροδισιάζοντες, ἢ οἱ τοιοῦτοι δυσώδεις, οἱ δὲ παῖδες οὔ, καὶ τοῦ καλουμένου γράσου ὄζουσιν; Ἢ τῶν πνευμάτων, ὥσπερ εἴρηται, τὰ μὲν τῶν παιδίων πέττει τὸ ὑγρὸν καὶ τοὺς ἱδρῶτας, οἱ δὲ τῶν ἀνδρῶν ἄπεπτοι;

24. Qua de causa qui rem agunt veneream, aut qui hujusmodi sunt, male olent, atque id quod hircus vocatur; pueri autem non? An apud pueros quidem flatus, ut dictum jam est, ac sudores concoquit humor, apud viros autem crudi sunt?

25 Διὰ τί ἐν τῷ θέρει οἱ μὲν ἄνδρες ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν, αἱ δὲ γυναῖκες μᾶλλον, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει ἐπὶ τῷ σκολύμῳ (ἡμ. κ. ἔργ. 586)·

Μαχλότατα δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τοι ἄνδρες;

Πότερον ὅτι οἱ ὄρχεις καθίενται μᾶλλον ἢ ἐν τῷ χειμῶνι, ἀνάγκη δέ, εἰ μέλλει ἀφροδισιάζειν, ἀνασπάσαι; Ἢ ὅτι αἱ θερμαὶ φύσεις ἐν τῷ θέρει συμπίπτουσιν ὑπερβάλλοντος τοῦ θερμοῦ, αἱ δὲ ψυχραὶ θάλπουσιν, ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀνὴρ ξηρὸς καὶ θερμός, ἡ δὲ γυνὴ ψυχρὰ καὶ ὑγρά; Τοῦ μὲν οὖν ἀνδρὸς ἡμαύρωται ἡ δύναμις, τῶν δὲ θάλλει ἐπανισουμένη τῷ ἐναντίῳ.

25. Cur per æstatem viri quidem minus, mulieres vero magis concumbere valent: quod poeta quoque de scolymo locutus dicit:

Salacissimæ autem mulieres, debilissimi tamen viri

Utrum quod testes magis demittuntur quam per hyemem, quum qui concubiturus est, retrahat illos necesse sit? An quoniam calidæ quidem naturæ per æstatem, calore modum excedente, collabuntur; frigidæ vero ardent; est autem vir quidem siccus et calidus, mulier vero frigida humidaque? Ergo virorum tunc vires infirmatæ sunt, mulierum vero vigent per compensationem qualitatis contrariæ.

www.intpol.com.cn

Digitized by Google

26. Διὰ τί ἔνιοι ἀφροδισιαζόμενοι χαίρουσι, καὶ οἱ μὲν ἅμα δρῶντες, οἱ δ' οὔ; Ἢ ὅτι ἔστιν ἑκάστῃ περιττώσει τόπος εἰς ὃν πέφυκεν ἀποκρίνεσθαι κατὰ φύσιν, καὶ πόνου ἐγγινομένου τὸ πνεῦμα ἐξιὸν ἀνοιδεῖν ποιεῖ, καὶ συνεκκρίνει αὐτήν, οἷον τὸ μὲν οὖρον εἰς κύστιν, ἡ δ' ἐξικμασμένη τροφὴ εἰς κοιλίαν, τὸ δὲ δάκρυον εἰς ὄμματα, μύξαι δ' εἰς μυκτῆρας, αἷμα δ' εἰς φλέβας; Ὁμοίως δὴ τούτοις καὶ ἡ γονὴ εἰς ὄρχεις καὶ αἰδοῖα. Οἷς δὴ οἱ πόροι μὴ κατὰ φύσιν ἔχουσιν, [ἀλλ'] ἢ διὰ τὸ ἀποτυφλωθῆναι τοὺς εἰς τὸ αἰδοῖον, οἷον συμβαίνει τοῖς εὐνούχοις καὶ εὐνουχίαις, ἢ καὶ ἄλλως, εἰς τὴν ἕδραν συρρεῖ ἡ τοιαύτη ἰκμάς· καὶ γὰρ διεξέρχεται ταύτῃ. Σημεῖον δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ ἡ συναγωγὴ τοῦ τοιούτου τόπου καὶ ἡ σύντηξις τῶν περὶ τὴν ἕδραν. Ἐὰν οὖν ὑπερβάλλῃ τις τῇ λαγνείᾳ, τούτοις ἐνταῦθα συνέρχεται, ὥσθ' ὅταν ἡ ἐπιθυμία γένηται, τοῦτ' ἐπιθυμεῖ τῆς τρίψεως εἰς ὃ συλλέγεται· ἡ δ' ἐπιθυμία καὶ ἀπὸ σιτίων καὶ ἀπὸ διανοίας γίνεται· ὅταν γὰρ κινηθῇ ὑφ' ὁτουοῦν, ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα συντρέχει, καὶ τὸ τοιοῦτο περίττωμα συρρεῖ οὗ πέφυκεν. Κἂν μὲν λεπτὸν ᾖ, ἡ πνευματῶδες, τούτου ἐξελθόντος, ὥσπερ αἱ συντάσεις τοῖς παισὶ καὶ τοῖς ἐν ἡλικίᾳ ἐνίοτε οὐθενὸς ὑγροῦ ἐκχριθέντος, παύονται, ὅταν (ὁτέ?) δὲ κατεσθέσθη τὸ ὑγρόν. Ἐὰν δὲ μηδέτερον τούτων πάθῃ, ἐπιθυμεῖ ἕως ἄν τι τούτων συμβῇ. Οἱ δὲ φύσει θηλυδρίαι οὕτω συνεστᾶσιν ὥστ' ἐκεῖ μὲν μὴ ἐκκρίνεσθαι, ἢ ὀλίγιν, οὗπερ τοῖς ἔχουσι κατὰ φύσιν ἐκκρίνεται, εἰς δὲ τὸν τόπον τοῦτον. Αἴτιον δ' ὅτι παρὰ φύσιν συνεστᾶσιν· ἄρσενες γὰρ ὄντες οὕτω διάκεινται ὥστ' ἀνάγκη τὸν τόπον τοῦτον πεπηρῶσθαι αὐτῶν. Πήρωσις δ' ἡ μὲν ὅλως ποιεῖ φθόρον, ἡ δὲ διαστροφήν. Ἐκείνη μὲν οὖν οὐκ ἔστιν· γυνὴ γὰρ ἂν ἐγένετο. Ἀνάγκη ἄρα παρεστράφθαι καὶ ἄλλοθί που ὁρμᾶν τῆς γονικῆς ἐκκρίσεως· διὸ καὶ ἄπληστοι, ὥσπερ αἱ γυναῖκες· ὀλίγη γὰρ ἡ ἰκμάς, καὶ οὐ βιάζεται ἐξιέναι, καὶ καταψύχεται ταχύ. Καὶ ὅσοις μὲν ἐπὶ τὴν ἕδραν, οὗτοι πάσχειν ἐπιθυμοῦσιν, ὅσοις δ' ἐπ' ἀμφότερα, οὗτοι καὶ δρᾶν καὶ πάσχειν· ἐφ' ὁπότερα δὲ πλεῖον, τούτου μᾶλλον ἐπιθυμοῦσιν. Ἐνίοις δὲ γίνεται καὶ ἐξ ἔθους τὸ πάθος τοῦτο· ὅσα γὰρ ἂν ποιῶσι, συμβαίνει αὐτοῖς χαίρειν καὶ προΐεσθαι τὴν γονὴν οὕτως. Ἐπιθυμοῦσιν οὖν ποιεῖν οἷς ἂν ταῦτα γίνηται, καὶ μᾶλλον τὸ ἔθος ὥσπερ φύσις γίνεται. Διὰ τοῦτο ὅσοι ἂν μὴ πρὸ ἥβης, ἀλλὰ περὶ ἥβην ἐθισθῶσιν ἀφροδισιάζεσθαι, διὰ τὸ γίνεσθαι αὐτοῖς ἐν τῇ χρείᾳ τὴν μνήμην, ἅμα δὲ τῇ μνήμῃ τὴν ἡδονήν, διὰ δὲ τὸ ἔθος ὥσπερ πεφυκότες ἐπιθυμοῦσι πάσχειν· τὰ μέντοι πολλὰ καὶ τὸ ἔθος ὥσπερ πεφυκόσι γίνεται. Ἐὰν δὲ τύχῃ λάγνος ὢν καὶ μαλακός, καὶ θᾶττον ἕκαστα τρύτων συμβαίνει.

26. Cur nonnulli rem veneream cum voluptate patiuntur, et alii quidem simul agentes, alii vero non? An quod excrementis singulis locus destinatus a natura est, in quem instituto secernitur naturali, eumque suborto labore spiritus exiens turgere facit, excrementumque una excernit, verbi causa, urinam in vesicam, cibum exsuctum in alvum, lacrymam in oculos, mucorem in nares, sanguinem in venas. Eodem itaque modo quo hæc quoque, genitura in testes et penem amandata est. Quibus igitur meatus non secundum naturam dispositi sunt, vel quia obcœcati sunt qui ad penem tendunt (quod spadonibus hisque similibus evenit), vel etiam alio modo, his talis humor in sedem confluit, quippe qui hac transmeare soleat: quod ejus loci contractio in coeundo et partium sedi adpositarum consumptio indicant. Quodsi quis igitur lasciviæ indulgeat, in eum locum se colligit, ita ut quum excitata cupido est, adtritum pars ea desideret, in quam confluit excrementum; cupido autem excitatur tum a cibo, tum a cogitatione: quum enim quacumque demum de causa libido commota fuerit, illuc spiritus concurrit, et genus id excrementi confluit in locum quem ejus natura fert. Et si tenue spirituosumve est, quum spiritus exierit, requiescunt, quemadmodum pueris et adultis interdum nullo secreto humore cessant tentigines; interdum vero exstinguitur humor. Quodsi vero neutrum horum accidit, cupiunt quousque alterutrum adcidat. Natura vero effeminati ita constant ut illuc quidem vel nihil, vel minimum excernatur, quo illis secernitur qui secundum naturam sese habent, sed eum in locum: quod propterea evenit quia præter naturam constiterunt: quum enim mares sint, ita dispositi sunt ut hæc pars apud eos necessario mutilata sit. Mutilatio autem modo quidem omnino perniciem, modo vero perversionem adfert. Illa itaque non adest: ita enim mulier esset. Ergo perverti atque aliorsum aliquo ferri quam ad locum secernendo semini destinatum necesse est: quapropter et insatiabiles sunt modo mulierum: humor enim exiguus est, nec exitum vi requirit, refrigeraturque celeriter. Quibus itaque sedem humor adit, ii pati avent; quibus autem in utramque partem sese dispertit, ii et agere et pati cupiunt, ac prouti in alterutrum magis adfluxerit, id plenius. Sunt tamen quibus vel ex consuetudine adfectus hic adcidat: quæcumque enim fecerint, evenit iis ut sic quoque genituram emittere gestiant. Ergo facere cupiunt, quibuscumque hæc ipsis evenerunt, et consuetudo potius quasi natura fit. Hanc ob causam quibuscumque non ante pubertatem, sed in ea, consuetudo patiendi invaluit, quoniam his in ipso coitu memoria, una autem cum memoria voluptas adcidit, propter consuetudinem scilicet pati cupiunt, perinde ac nati ad patiendum; magna tamen ex parte et consuetudo fit perinde ac si ad patiendum nati essent. Sed si adcidat ut salax et mollis sit, vel expeditius hæc omnia eveniunt.

27. Διὰ τί μάλιστ' αἰσχύνονται ὁμολογεῖν οἱ ἐπιθυμοῦντες ἀφροδισιάζεσθαι, ἀλλ' οὐ πιεῖν, οὐδὲ φαγεῖν, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν; Ἢ ὅτι τῶν μὲν πλείστων ἀναγκαῖαι αἱ ἐπιθυμίαι, ἔνια δὲ καὶ ἀναιρεῖ τοὺς μὴ

27. Cur viros rem pati veneream cupientes confiteri se cupere maxime pudet, bibendi vero, aut edendi, aut aliud quid ejusmodi faciendi desiderio quum teneantur, confiteri non pudet? An quod plerarumque harum rerum cupiditates necessariæ sunt, imo nonnullæ, nisi expleantur, interi-

Digitized by Google

τυγχάνοντας· ἡ δὲ τῶν ἀφροδισίων ἐκ περιουσίας ἐστίν.

munt : rei autem venereæ libido superflua est.

28. Διὰ τί οἱ μὲν ἄνδρες τοῦ χειμῶνος, αἱ δὲ γυναῖκες τοῦ θέρους ὁρμητικώτεραι πρὸς τὰ ἀφροδίσια; Ἢ ὅτι οἱ μὲν ἄνδρες θερμοὶ μᾶλλον καὶ ξηροὶ τὰς φύσεις, αἱ δὲ γυναῖκες ὑγραὶ καὶ κατεψυγμέναι; Τοῖς μὲν οὖν τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν αὔταρκες πρὸς τὴν ὁρμὴν τοῦ χειμῶνος (ἡ δὲ τοῦ σπέρματος γένεσις ἐκ τούτων), ταῖς δὲ τὸ θερμὸν ἔλαττον καὶ τὸ ὑγρὸν ἐστι πεπηγὸς διὰ τὴν ἔνδειαν τοῦ πυρός, τοῦτο (τοῦ?) δὲ θέρους ταῖς μέν ἐστι σύμμετρον τὸ θερμόν, τοῖς δὲ πλέον τοῦ ἱκανοῦ· τὸ γὰρ ἄγαν πολὺ ἐκλύει τῆς δυνάμεως· διὸ καὶ τὰ παιδία τοῦ θέρους λεπτότερα· συμβαίνει γὰρ πῦρ ἐπὶ πῦρ φέρειν.

28. Cur viri quidem per hyemem, mulieres vero per æstatem rei venereæ adpetentiores sunt? An quod viris quidem calida natura et sicca est, mulieribus autem humida refrigerataque? Illis itaque humor et calor sufficiunt ad cupiditatem veneris hiberno tempore adcendendam (seminis enim generatio ex his fit), mulieribus autem et calor minor et humor concretus propter caloris inopiam tunc est; at per æstatem contra mulieribus calor modicus, viris largior quam satis sit : nimium enim virium robur enervat : quapropter infantes quoque per æstatem graciliores sunt : evenit enim ut ignis igni cumuletur.

29. Διὰ τί ὅσοι θερμοὶ τὴν φύσιν, ἐὰν ἰσχυροὶ ὦσι καὶ εὐτραφεῖς, ἐὰν μὴ ἀφροδισιάσωσι, χολή τε προΐσταται αὐτοῖς πολλάκις καὶ ἔκπικρον ὑποχωρεῖ καὶ φλέγμα ἁλμυρὸν γίνεται, καὶ ἀλλοχροοῦσιν; Ἢ ὅτι μετὰ τοῦ σπέρματος ἀεὶ περίττωμα συναπέρχεται; διὸ καὶ ἐνίοις τῶν πνευματικῶν ἰχθύων πλύντρου ὄζει ἡ γονή. Ἀφροδισιάζουσι μὲν οὖν τοῦτο συναπέρχεται, ὥστ' οὐ λυπεῖ· μὴ ἁπτομένοις δὲ τῆς ὁμιλίας τὸ περίττωμα ἐκπικροῦται, ἢ ἁλμυρὸν γίνεται.

29. Cur quibus natura calida est, si modo robusti plenique sint, nisi concumbant, apud eos sæpe bilis prædominatur et alvus peramara secedit, et pituita salsa fit et color corporis immutatur? An quod semper cum semine una excrementum exit? hinc etiam apud nonnullos spiritu abundantes piscium loturam genitura redolet. Igitur excrementum quoque illud concumbenti una decedit, ita ut molestiam non adferat; abstinenti autem amarum salsumve redditur.

30. Διὰ τί ἀφροδισιαστικοὶ οἱ μελαγχολικοί; Ἢ ὅτι πνευματώδεις, τὸ δὲ σπέρμα πνεύματος ἔξοδός ἐστιν; Οἷς οὖν πολὺ τὸ τοιοῦτον, ἀνάγκη πολλάκις ἐπιθυμεῖν ἀποκαθαίρεσθαι· κουφίζονται γάρ.

30. Cur libidinosi sunt melancholici? An quod flatu redundant, semen autem decessio flatus est? Ergo quibus magna hujus copia inest, hos sæpe purgari adpetere necesse est : levantur enim.

31. Διὰ τί καὶ οἱ ὄρνιθες, καὶ οἱ δασεῖς ἄνθρωποι λάγνοι; Πότερον ὅτι ὑγρότητα ἔχουσι πολλήν; Ἢ οὔ (τὸ γὰρ θῆλυ ὑγρὸν μέν, ἀλλ' οὐ δασύ), ἀλλ' ὅτι ἀμφότεραι αἱ φύσεις πεπτικαὶ πολλῆς ὑγρότητος διὰ θερμότητα; Σημεῖον δ' αἱ τρίχες καὶ τὰ πτερά. Ἢ ὅτι πολὺ τὸ ὑγρόν, καὶ κρατεῖται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ; οὔτε γὰρ ἂν μὴ πολλῆς οὔσης τῆς ὑγρότητος, οὔτε μὴ κρατουμένης ἐξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερά. Τὸ δὲ σπέρμα γίνεται ἐν τοῖς τοιούτοις πλεῖστον καὶ τόποις καὶ ὥραις, οἷον ἐν τῷ ἔαρι· ἡ γὰρ φύσις αὐτοῦ ὑγρὰ καὶ θερμή. Διὰ ταὐτὸ δὲ καὶ οἱ ὄρνιθες λάγνοι καὶ οἱ χωλοί· ἡ γὰρ τροφὴ ἀμφοτέροις κάτω μὲν ὀλίγη διὰ τὴν ἀναπηρίαν τῶν σκελῶν, εἰς δὲ τὸν ἄνω τόπον ἔρχεται καὶ εἰς σπέρμα συγκρίνεται.

31. Cur aves et pilosi homines salaces? Utrum quod multum humoris continent? An non (femina enim, quæ humida est, pilis vacat), sed potius quod genus illud utrumque naturæ multum humoris concoquere potest propter caliditatem? Indicio pilus est atque penna. An quod multum inest humoris, et id a calore superatur? neque enim si multum non esset humoris, neque si non a calore vinceretur, apud illas quidem pennæ, apud hos vero pili pullularent. Seminis autem maxima copia fit in hujusmodi locis et tempestatibus, ut in vere : nam ejus natura et humida et calida est. Eadem autem de causa et aves et claudi homines salaces sunt : alimentum enim utrisque deorsum quidem exiguum profluit propter mutilationem crurum, in sublime vero effertur atque in semen coagmentatur.

32. Διὰ τί, ἐὰν ἀφροδισιάζῃ ὁ ἄνθρωπος, οἱ ὀφθαλμοὶ ἀσθενοῦσι μάλιστα; Ἢ δῆλον ὅτι ἀπολείποντος τοῦ ὑγροῦ τοῦτο γίνεται; Τεκμήριον δ' ὅτι ἡ γονὴ ψυχρά ἐστιν· οὐ γὰρ γίνεται ὑγρά, ἐὰν μὴ διαθερμάνῃ τὰ θερμά. Οὐδὲ δεῖται τήξεως· κέχυται γὰρ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ὥσπερ τὸ αἷμα.

32. Cur homini, ubi concumbit, oculi potissimum debiles sunt? An manifestum est humore deficiente hoc adcidere? Probat vero id frigidam esse genituram, quod humida numquam redditur, nisi eam calefecerint calida. Nec desiderat colliquationem, quandoquidem intra hominem effusa est, quemadmodum sanguis.

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ Ε.

ΟΣΑ ΑΠΟ ΚΟΠΟΥ.

www.libtool.com.cn

1. Διὰ τί μακροὶ μὲν ὄντες οἱ περίπατοι ἐν τοῖς ὁμαλέσι κοπιαρώτεροί εἰσι τῶν ἀνωμάλων, βραχεῖς δ' ἀκοπώτεροι; Ἢ ὅτι ἥ τε πολλὴ κίνησις ποιεῖ κόπον καὶ ἡ ἰσχυρά, τοιαύτη δ' ἡ σπασματώδης, πολλὴ δ' ἡ συνεχὴς καὶ μία; Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀνάντεσιν, ἐὰν ᾖ μακρά, ἀνάπαυσις γίνεται ἡ μεταβολή, καὶ οὐ μακρὰ ἡ κίνησις, οὐδ' ἵππων αὐτῶν, διὰ τὴν μεταβολήν· ἐν δὲ τοῖς ὁμαλέσιν ἡ ὁμοιότης τοῦ σχήματος οὐ διαλαμβάνει, οὐδὲ ἀναπαύει τὰ μέρη, ἀλλὰ συνεργάζεται πρὸς τὸ συνεχῆ τὴν κίνησιν εἶναι. Ὅταν δ' ᾖ βραχεῖα, διὰ μὲν τὸ πλῆθος τῆς κινήσεως ἐν τοῖς ἐπιπέδοις οὐ γίνεται κόπος· ἐν δὲ τοῖς ἀνάντεσιν διὰ τὸ τὴν μεταβολὴν ἰσχυρὰν γίνεσθαι καὶ ἐναντίαν, ὁτὲ μὲν ἄνω, ὁτὲ δὲ κάτω, ποιεῖ κόπον. Τοιαύτη δέ, ὡς φαμεν, ἐν τοῖς ἀνάντεσιν, ἐν δὲ τοῖς πεδινοῖς τοὐναντίον.

2. Διὰ τί τοῖς λιποψυχοῦσι καὶ τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων διαλυομένοις ἐλάττους θ' οἱ ὄγκοι καὶ ὀξύτεραι δοκοῦσιν εἶναι αἱ φωναί; Ἢ ὅτι αἵ τε φωναὶ ἐλάττους φαινόμεναι ὀξύτεραι φαίνονται (σημεῖον δ' ὅτι μιμούμενοι τοὺς πόρρωθεν ὀξὺ φθέγγονται) καὶ οἱ ὄγκοι ἐλάττους;

3. Διὰ τί ἡ γαστὴρ μόνον λεπτύνεται τῶν γυμναζομένων; Ἢ ὅτι πλείστη ἡ πιμελὴ περὶ τὴν γαστέρα;

4. Διὰ τί τὸ πῖον τετριμμένον γίνεται τοῖς πονοῦσιν; Ἢ διότι τὸ πῖον τήκεται θερμαινόμενον, ἡ δὲ κίνησις θερμαίνει, ἡ δὲ σὰρξ οὐ τήκεται;

5. Διὰ τί δὲ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν πιότατα; Πότερον ὅτι ἐγγύς ἐστι τῆς τροφῆς; Ἐν ὅσῳ οὖν τἆλλα παρ' ἐκείνης λαμβάνει, αὐτὴ πολλάκις λαμβάνει. Ἢ ὅτι ἥκιστα πονεῖ; καμπὰς γὰρ οὐκ ἔχει.

6. Διὰ τί οἱ κόποι μᾶλλον παύονται, ὅταν τις τῷ ἐλαίῳ ὕδωρ συμμίξας ἀνατρίψηται; Ἢ ὅτι μᾶλλον εἰσδύεται τὸ ἔλαιον μετὰ τοῦ ὕδατος· ἐὰν δ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ ᾖ, οὐχ ὁμοίως παρεισδύνει διὰ τὸ ἐπιπολαστικὸν εἶναι; Μᾶλλον οὖν μαλάττεται τὸ σῶμα εἰσδυομένου, ἐπεὶ τὸ ἔλαιόν ἐστι φύσει θερμόν, τὰ δὲ θερμὰ καὶ ξηραίνει καὶ σκληρύνει, πρὸς δὲ τοὺς κόπους ἀξύμφορόν ἐστιν ἡ ξηρασία καὶ ἡ σκληρότης· μετὰ δὲ τοῦ ὕδατος ἀνατριφθὲν ἧττον ξηραίνει.

7. Διὰ τί τοῖς κοπιῶσι προστάττουσιν ἐμεῖν, εἴπερ ὁ ἔμετος κοπῶδές ἐστιν; Ἢ κόπος γίνεται ὀστῶν θλωμένων καὶ πιεζομένων καὶ κοπιωμένων, ταῦτα δ' ὑπὸ τῶν ἐκτός τινος πάσχοι ἄν, ἢ τῶν ἐν τῷ σώματι, καὶ τοῦτο διττῶς; ἢ γὰρ σαρκῶν ὑπερτεινουσῶν τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἢ σώματος μιχθέντος συχνοῦ τῷ ἄλλῳ σώματι χώραν οἰκείαν οὐκ ἔχοντος, οἷα τὰ περιττώματά ἐστιν· πάντα

SECTIO V.

QUÆ AD LASSITUDINEM PERTINENT.

1. Cur ambulationes prolixæ quidem per plana laboriosiores sunt quam per inæqualia, breves autem non æque lassant? An quod tum multus, tum vehemens motus lassitudinem facit, est autem ejusmodi qui vulsivus, multus vero qui continens unusque est? Per loca igitur adclivia, si diutina motio est, requiem mutatio præstat, neque longa est motio, ne ipsorum quidem equorum, propter mutationem; in planis autem habitus similitudo nihil interpellat, nec membris præstat quietem, sed confert ad motionem continuam reddendam. At vero si brevis sit, propter nimietatem quidem motus in planis non oritur lassitudo; in adclivibus autem, quoniam mutatio vehemens atque in contraria fit, modo quidem sursum, modo vero deorsum, lassitudinem facit; talis vero motus, ut dictum est, qui per adclivia agitur; contrarius vero qui per plana.

2. Quam ob causam iis qui animo deficiunt, et qui præ nimio exercitandi labore dissolvuntur, moles minor et vox acutior esse videntur? An quia voces quæ minores adparent, acutiores esse videntur (argumentum, quod qui remotos imitantur, acute proferunt), itemque moles minores?

3. Cur venter tantummodo extenuatur eorum qui se exercitationi dedunt? An quoniam pinguedo plurima circa ventrem invenitur?

4. Cur pinguedo eorum qui se laboribus dedunt, adtrita fit? An quoniam pingue concalefactum liquescit, motio autem concalfacit; verum caro non liquatur?

5. Cur partes circa ventrem pinguissimæ? Utrum quod cibo propinquus est? Dum itaque cetera membra ex ventre hauriunt, venter ipse sibi sæpius ingerit. An quoniam minime venter laborat? flexus enim non habet.

6. Cur melius lassitudines tum cessant, ubi quis ex aqua oleo permixta se perfricuit? An quoniam oleum magis subit aqua admixta; sin vero per se ipsum, non æque se insinuat, quippe quum innatare solet? Ubi itaque subit, corpus amplius emollitur, quum oleum natura calidum est, calidum autem quodque et siccat et indurat; sed adversus lassitudinem siccitas et durities non conferunt; contra si aqua per frictiones admisceatur, minus siccat.

7. Cur lassis evomendum præcipitur, quum tamen vomitus sit laboriosus? An lassitudo contusis ossibus, aut pressatis, aut fatigatis consequi solet: quos quidem adfectus patiuntur a causa aut interna, aut intra corpus obvia, idque bifariam? aut enim carnibus vires suas excedentibus, aut corpore quodam magna copia cetero corpori admixto, quod locum proprium non habet, cujusmodi excrementa

Digitized by Google

γὰρ τὰ ἐκτὸς ἡμῖν περιαπτόμενα βάρη κοπωδέστερα τῶν τοῦ σώματος μερῶν, κἂν τύχῃ σταθμῷ ὄντα αὐτῶν ἐλαφρότερα. Σημεῖον δὲ τῶν εἰρημένων· οἱ γὰρ πλεῖον βεβρωκότες καὶ πεπωκότες, ἔλαττον πονήσαντες ἢ νήστεις ὄντες, μᾶλλον κοπιῶσι διὰ τὸ μὴ τὴν οἰκείαν χώραν ἔχειν τὰ σιτία ὄντα ἄπεπτα. Ἐπεὶ δ' ὁ κόπος σύντηξιν ποιεῖ, ἡ δὲ σύντηξις περίττωμά ἐστι, τοῦτό ἐστιν ὃ τὸν κόπον ἐν ἡμῖν ποιεῖ, πλανώμενον ἀτάκτως καὶ προσπῖπτον ὀστοῖς τε καὶ νεύροις καὶ τοῖς ἐντὸς τῆς σαρκὸς ἀραιοῖς οὖσι καὶ ἀνεψγμένοις. Ὁ οὖν ἔμετος ἐξάγων αὐτὸ ὃν αἴτιον τοῦ κόπου, εἰκότως ἀκόπους ποιεῖ· λείπει γὰρ οἷον ἦν ἐν ἀρχῇ τοῦ πόνου τὸ σῶμα. Κοπῶδες δ' ἐστὶν ὁ ἔμετος οὐ τῇ τῆς γινομένης ἐν αὐτῷ κινήσεως ὑπερβολῇ, ἀλλ' ὅταν συμβῇ μὴ καλῶς ἐξεμέσαι· λειφθέντων γὰρ πολλῶν σιτίων, καὶ περιττωμάτων τούτοις ἐνόντων, τὸν τοῦ ἐμέτου κόπον γίνεσθαι συμβαίνει, καθάπερ ἐπὶ τῶν πεπληρωμένων εἴρηται. Εἰ οὖν μηδ' ἐκείνοις ὁ πόνος ἐστὶ τοῦ κόπου αἴτιος, ἀλλὰ τὸ οὕτως ἔχοντας πονῆσαι, οὐδ' ἂν τοῖς μὴ ἐξαιροῦσι τὰ σιτία ὁ ἔμετος εἴη τοῦ κόπου αἴτιος· χρῆν γὰρ πᾶσι τοῖς ἐμοῦσι γίνεσθαι κόπον, γίνονται δ' ἀκοπώτεροι πολλοὶ ἐμέσαντες.

sunt : pondera enim quæcumque extrinsecus nobis adpenduntur, majorem lassitudinem creant quam ipsa corporis membra, etiamsi pondere leviora illis esse contigerit. Probantur autem quæ diximus, eo quod qui plus æquo vel ederint, vel biberint, hi minus quamvis laborarint quam ubi jejuni erant, gravius tamen fatigantur, quoniam cibus locum proprium non obtinuit, utpote qui adhuc manet crudus. Quum autem fatigatio colliquefaciat, colliquamentum autem excrementum sit, id ipsum est quod nobis lassitudinem movet, dum temere vagatur inciditque ossibus et nervis et internis carnis partibus, quæ raræ patefactæque sunt. Vomitus igitur quum id expellat quod fatigationem inducit, merito liberat a lassitudine : corpus enim quale principio laboris fuerat, tale linquit. Lassat autem vomitus non propter nimium motum, qui eum comitatur, sed si eveniat ut non rite vomatur : quodsi enim magna ciborum copia remanserit, et excrementa si his insint, adcidit ut lassitudo vomitum consequatur, quemadmodum de repletis dictum jam est. Quodsi igitur ne illis quidem lassitudinis causa labor est, sed quod ita sese habentes laborarunt, nec iis qui cibum non ejiciunt, vomitus causa erit lassitudinis : deberet enim omnibus evomentibus lassitudo fieri; nunc vero multi, ubi evomuerunt, alacriores redduntur.

8. Διὰ τί κοπιαρώτερόν ἐστι τῷ βραχίονι τὸ διὰ κενῆς ῥίπτειν ἢ λιθάζοντα; Ἢ ὅτι σπασματωδέστερον τὸ διὰ κενῆς ἐστιν; οὐ γὰρ ἀπερείδεται πρὸς οὐδέν, ὥσπερ ὁ βάλλων πρὸς τὸ ἐν τῇ χειρὶ βέλος. Ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ πένταθλος πρὸς τοὺς ἁλτῆρας καὶ ὁ θέων παρασείων πρὸς τὰς χεῖρας· διὸ ὁ μὲν μεῖζον ἅλλεται ἔχων ἢ μὴ ἔχων ἁλτῆρας, ὁ δὲ θᾶττον θεῖ παρασείων ἢ μὴ παρασείων.

8. Cur laboriosius lacerto est inanem jactasse manum quam cum lapide? An quod inani jactatione lacertus convellitur vehementius? nulla enim re nititur, quemadmodum jaculator telo quod manu tenet. Eodem modo quo hic, et quinquertio halteribus, et cursor manibus quas ad latera jactat : quamobrem ille quidem plus prosilit halteres tenens quam non tenens; hic vero velocius currit manus jactans quam non jactans.

9. Διὰ τί ἡ ταχυδρομία καὶ ἐπ' ἀνθρώπου καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων νοσηματικοὺς ποιεῖ τὰ περὶ τὴν κεφαλήν, καίτοι ὅλως ὁ δρόμος κατασπᾶν δοκεῖ κάτω τὰ περιττώματα, ὥσπερ ὁ περίπατος; διὸ καὶ παχύνονται τὰ σκέλη οἱ πολλὰ περιπατοῦντες, ὅτι εἰς τὰ κάτω ὑπονοστεῖ ἄνωθεν καὶ ἡ τροφὴ καὶ τὰ περιττώματα. Ἢ ἡ μὲν κίνησις ταὐτὸ ποιεῖ, ἀλλ' ἡ ταχεῖα διὰ τὴν συντονίαν καὶ τὴν ἀπνευστίαν ἐκθερμαίνει τὴν κεφαλήν, καὶ τὰς φλέβας ἐμφυσᾷ τὰς ἐν αὐτῇ, καὶ σπαστικὰς τῶν θύραθεν ποιεῖ δυνάμεων, οἷον ψύχους καὶ ἁλέας καὶ τῶν ἐκ τοῦ θώρακος, ὧν εἰσιόντων νοσεῖν ἀναγκαῖον τὸν τόπον ἐστίν;

9. Quam ob causam cursus velox tam in hominum genere quam in ceterorum animantium facit ut capita a morbo tententur, quamquam cursus in universum detrahere deorsum excrementa videtur, ut ambulatio? quapropter et crura eorum implentur qui multum ambulant, quoniam superne deorsum recedit cum alimentum, tum residua. An motus quidem ubique idem efficit, verum motus velox, quum vires intendit et respirationis defectum adfert, caput concalfacit, ejusque venas inflat et adtrahentes reddit facultatum externarum, ut frigoris et caloris eorumque quæ in pectore continentur : quibus intrantibus locum ægrotare illum necesse est?

10. Διὰ τί κοπιῶσι μὲν μᾶλλον ἐν τοῖς ὁμαλοῖς ἢ ἐν τοῖς ἀνωμάλοις τόποις, θᾶττον δὲ βαδίζουσι τὴν ὁμαλὴν ὁδὸν ἢ τὴν ἀνώμαλον; Ἢ ὅτι ἀκοπώτερον μέν ἐστι τὸ μὴ ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν, ὃ συμβαίνει ἐν τῇ ἀνωμάλῳ πορείᾳ μᾶλλον, θᾶττον δὲ παρεύονται, ὅτι ἧττον παρὰ φύσιν κινοῦνται; Ἐν μὲν οὖν τῷ ὁμαλῷ μικρὰ ἡ ἄρσις καὶ θέσις καὶ πυκνή ἐστιν, ἐν δὲ τῷ ἀνωμάλῳ τοὐναντίον. Ἔστι δὲ τὸ αἴρειν παρὰ φύσιν· βίᾳ γάρ ἐστι πᾶσα ἄρσις. Τὸ δὲ παρ' ἑκάστην βάσιν γινόμενον μικρὸν πολὺ γίνεται παρὰ πολλάς.

10. Cur locis æqualibus quam inæqualibus magis fatigamur, ocius autem iter æquale quam inæquale conficitur? An quia minus laboris tunc est, quum motus non semper eodem habitu agitur : quod in gressu inæquali potius fit; ocius vero ingredimur, quoniam minus contra naturam movemur? Ergo per locum æqualem quidem parva, sed frequens est sublevatio et repositio, per inæqualem autem contra. Atqui sublevamur quidem contra naturam : vi namque fit omnis sublevatio; quod autem per singulos gradus parvum suboritur, id graduum frequentia multum evadit.

Digitized by Google

11. Διὰ τί τὰ ἐπίπεδα κοπιαρώτερα ἐγκατακεῖσθαι τῶν κοίλων ἐστίν; Ἢ διὰ τὸ αὐτὸ καὶ τὰ κυρτὰ τῶν ἐπιπέδων; ἐφ' ἕνα γὰρ τόπον συναθροιζόμενον τὸ βάρος ἐν τῇ καθέδρᾳ ἢ κατακλίσει τῇ θλίψει ποιεῖ πόνον. Τὸ μὲν οὖν κυρτὸν τοῦ εὐθέος, τοῦτο δὲ τοῦ κοίλου μᾶλλον τοιοῦτόν ἐστι· τὸ γὰρ σῶμα ἡμῶν ἐστι περιφερέστερον ἢ εὐθύτερον, τῶν δὲ τοιούτων κατὰ πλέον ἅπτεται τὰ κοῖλα ἢ τὰ ἐπίπεδα. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὰ ἐνδιδόντα τῶν μὴ ἐνδιδόντων ἀκοπώτερά ἐστι καὶ ἐγκατακλιθῆναι καὶ ἐνέζεσθαι.

11. Cur in planis laboriosius adcubamus quam in concavis? An eadem de causa qua etiam in convexis laboriosius quam in planis? quum enim pondus corporis se unicum in locum in sedendo adcubandoque colligit, premendo lassitudinem facit. Convexum igitur quam rectum, idque quam concavum magis tale se exhibet : nostrum etenim corpus rotundum potius quam directum est : quæ autem ejusmodi sunt, hæc pluribus punctis adtinguntur a concavis quam a planis. His eisdem de causis etiam fit ut quæ cedunt, minus quam non cedentia fatigent, et in adcubando et in sedendo.

12. Διὰ τί οἱ βραχεῖς περίπατοι κοπώδεις εἰσίν; Ἢ ὅτι ἀνώμαλοί εἰσιν, (πολλάκις γὰρ ἵστασθαι ποιοῦσιν), τὸ δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου εἰς τοὐναντίον πυκνὰ μεταβάλλειν κοπώδές ἐστιν; συνήθειαν γὰρ οὐδετέρῳ ποιεῖ, ὅ ἐστιν ἄκοπον· ἀμφοῖν δ' ἅμα οὐκ ἐνδέχεται συνήθειαν γίνεσθαι.

12. Cur breves deambulationes fatigationem movere solent? An quia inæquales sunt (faciunt enim ut sæpe subsistatur), frequens autem a contrario ad contrarium mutatio laboriosa est? neutri namque adsuescit, idque est quod lassitudinem arcet; utrique autem simul ut adsuescas, fieri non potest.

13. Διὰ τί οἱ ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχούμενοι, ὅσῳ ἂν μᾶλλον θέῃ ὁ ἵππος, τοσούτῳ μᾶλλον δακρύουσι τὰ ὄμματα; Πότερον διὰ τὸ ψυχρότερον εἶναι τὸν ἀεὶ προσπίπτοντα ἀέρα, ὅσῳ ἂν ἐλάττω χρόνον ἅπτηται τοῦ σώματος, ὅπερ ἐπὶ τῶν γυμνῶν θεόντων συμβαίνει, τὸ δὲ ψῦχος δάκρυον ποιεῖ; Ἢ διὰ τοὐναντίον; καὶ γὰρ τὸ θερμὸν ποιεῖ δακρύειν, οἷον ὁ ἥλιος· ἡ δὲ κίνησις θερμότητα ποιεῖ. Ἢ διὰ τὴν ὑπὸ τοῦ ἀέρος πληγήν; ὡς γὰρ οἱ ἄνεμοι ταράττουσιν οἱ ἐξ ἐναντίας τὰ ὄμματα, οὕτως ὁ ἀὴρ προσπίπτων, ὅσῳ ἂν θᾶττον ἐλαύνῃ, τοσούτῳ μᾶλλον ποιεῖ τὴν πληγὴν μαλακήν.

13. Cur qui equo vehuntur, quo citius equus cucurrerit, eo magis oculis lacrymantur? Utrum quoniam aer perpetuo incidens eo frigidior est, quo minus fuerit temporis spatium per quod corpus adtigerit : quod iis etiam evenit qui nudo corpore currunt; frigus autem lacrymas movet? An propter contrariam causam? calidum enim et lacrymas ciet, exempli gratia sol; motus autem calorem efficit. An propter ictum illatum ab aere? quomodo enim venti adversi oculos turbant, sic aer incidens, quo citius vehitur, eo magis facit ictum mollem.

14. Διὰ τί τὰ μὲν ἄλλα τριβόμενα σαρκοῦνται μέρη, ἡ δὲ γαστὴρ λεπτοτέρα γίνεται; Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἐκ προσαγωγῆς, ἀλλὰ στιφροτέρα; Οὐ μὴν ἀλλ' οὐχ ὁμοίως γε καὶ ἡ σάρξ· διὸ καὶ τὸ πρόβλημά ἐστιν· ὅλως γὰρ ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ πόνοις μάλιστα λεπτύνεται ἡ γαστήρ. Αἴτιον δ' ὅτι τὰ πίονα θερμαινόμενα τήκεται, καὶ τὰ φύσει τάσιν ἔχοντα μᾶλλον· τὸ δὲ δέρμα ἐστὶ φύσει ἔχον τάσιν· ἀλλὰ διὰ τὸ πιαίνεσθαι τάχιστα ἀεί τινα ἕξει πιότητα, ἐὰν μὴ κάμνῃ τινὰ νόσον. Αἴτιον δὲ τούτου ὅτι ἐγγύς ἐστι τῆς τροφῆς. Ἐπεὶ οὖν ὅλως ἡ πιμελὴ οὐκ ἔστι φύσει, ἀλλ' ἐπίκτητον, καὶ οὐ τῶν ἀναγκαίων μερῶν ὥσπερ ἡ σάρξ, καὶ ἡ τῶν γυμνασίων κίνησις καὶ ἡ τῆς τρίψεως θερμαίνουσαι τήκουσιν αὐτὴν καὶ τὴν τροφὴν ἐκπλεονάζουσαν νέμουσι τοῖς ἄλλοις μορίοις· διὸ αἱ μὲν καθέδραι τὴν κοιλίαν πιαίνουσι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα λεπτύνουσιν, αἱ δὲ κινήσεις καὶ αἱ τρίψεις τὴν μὲν κοιλίαν λεπτύνουσι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα παχύνουσιν.

14. Cur cetera quidem membra, ubi perfricantur, carnosiora evadunt, venter autem emaciatur? An ne is quidem frictione quæ paulatim fit, sed duriori? Verum enimvero non eodem certe modo caro etiam : propterea et quæstio est : nam omnino in exercitando laborandoque venter præcipue emaciatur. Causa autem est, quod pinguia concalefacta liquescunt, et ea magis quæ intensa suapte natura sunt; cutis vero sua natura tensionem habet; sed enim, quod venter celerrime pinguefit, ideo pingue aliquid semper obtinet, nisi morbo quodam laboret. Cujus rei causa est, quod cibo ex vicino positus est. Quum igitur omnino pinguedo res naturalis non sit, sed adventitia, nec ad necessarias pertinet partes, ut caro, ideo et exercitandi, et perfricandi motus ventrem concalefaciens liquefacit, alimentumque redundans membris ceteris dispertit : quamobrem sessio ventrem quidem pinguefacit, reliquum vero corpus emaciat, motiones vero perfrictionesque ventrem quidem emaciant, reliquum vero corpus augent.

15. Διὰ τί ἐκ τῶν μακρῶν καὶ σφοδρῶν ὁδῶν καὶ δρόμων, ὅταν στῇ τις ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων, σείονται τῶν ποδῶν αἱ πτέρναι καὶ σπᾶται κάτω προπετῶς; Ἢ διὰ τὴν συνέχειαν καὶ σφοδρότητα τῆς κινήσεως οὐκ ἀναπαύεται ὁ σεισμὸς τῷ ἀνθρώπῳ τῶν νεύρων; τοῦ μὲν γὰρ ὅλου σώματος κρατεῖ ἡ ψυχὴ πολλάκις, μορίων

15. Cur peracto longo itinere, aut cursu, si quis extremis insiterit digitis, calces pedum quatiuntur pronusque deorsum trahitur? An propter continuatum vehementemque motum concussio nervorum hominis non requiescit? fit enim sæpe ut animus totum quidem corpus regat,

Digitized by Google

ὁ' οὐ, ὁπόταν πως κινηθῇ, οἷον καὶ καρδίας καὶ αἰδοίου. Αἴτιον δ' ὅτι πνεῦμα πολὺ περὶ τὰ νεῦρα ἐκκάεται, ὃ οὐχ ἅμα ἐκψύχεται στάντι. Τοῦτο οὖν σεῖον ὥσπερ ὑποσπῶν τῇ κινήσει κατασπᾷ τε καὶ τοῦ πορρωτάτω ἥκιστα ποιεῖ κρατεῖν· τοιοῦτον δ' αἱ πτέρναι, οἷον τοῖς ὀργιζομένοις τὸ κάτω χεῖλος.

membra autem singula non, ubi se quemdam in modum commovere, exempli gratia cor, vel penem. Ratio autem rei est, quod multum spiritus circa nervos deuritur, quod non simulac substiteris, refrigescit. Is igitur spiritus concutiens, veluti subducendo, suo motu detrahit, facitque ut partem remotissimam minime regat animus; hujusmodi autem calces sunt, eodem modo quo labrum inferius apud iratos.

16. Διὰ τί οἱ μὴ σφόδρα συντόνως τρέχοντες ἐν τῷ ῥυθμῷ ἀναπνέουσιν; Πότερον ὅτι πᾶς ῥυθμὸς ὡρισμένῃ μετρεῖται κινήσει, τοιαύτη δ' ἐστὶν ἡ δι' ἴσου οὖσα, ὅπερ οἱ τροχάζοντες ποιοῦσιν; Ἅμα οὖν ἀρχόμενοι τροχάζειν ἀναπνέουσιν, ὥστε τὴν ἀναπνοὴν δι' ἴσου γινομένην, διὰ τὸ τῇ ἴσῃ κινήσει μετρεῖσθαι, ῥυθμὸν ποιεῖν. Ἢ ὅτι πᾶσα μὲν ἁπλῶς ἀναπνοὴ δι' ἴσου γίνεται τοῖς κατὰ φύσιν αὐτῇ χρωμένοις καὶ μὴ κατέχουσιν; Καθημένοις μὲν οὖν καὶ βαδίζουσι μετρίας οὔσης τῆς τοῦ σώματος κινήσεως, οὐκ εὔδηλος ὁ ῥυθμὸς γίνεται· συντόνως δε τρέχουσιν, οὐ παρακολουθούσης τῇ κινήσει τῆς αἰσθήσεως, οὐ δυνάμεθα συνορᾶν τὸν τῆς ἀναπνοῆς ῥυθμόν· ἐν δὲ τῷ μετρίως τροχάζειν μέτρον ἡ κίνησις αἰσθητὸν τῆς ἀναπνοῆς ποιοῦσα τὸν ῥυθμὸν δηλοῖ.

16. Qua de causa qui non concitate admodum currunt, numerose respirant? Utrum quod numerus omnis pro mensura utitur motu determinato, talis autem motus est qui æquis agitur intervallis: id quod currentes faciunt? Ergo simulatque currere inceperint, respirant, ita ut respiratio, quippe quæ, utpote æquali motu pro mensura utens, æquis intervallis peragitur, numerum efficiat. An quod quævis quidem simpliciter respiratio omnibus qui secundum naturam ea utuntur, nec (spiritum) retinent, æquis intervallis peragitur? Igitur ubi sedemus, aut ambulamus, quod motus corporis mediocris est, numerus perquam non fit manifestus; ubi vero cursum concitate agimus, quum sensus motum non sequitur, numerum perspicere respirationis non valemus; at ubi mediocriter currimus, motus mensuram respirandi sensibilem præstans numerum manifestum reddit.

17. Διὰ τί ἐν τῷ τροχάζειν ἐκπνευματοῦσθαι δοκεῖ ἡμὶν ὁ ἀήρ; Πότερον ὅτι κινούμενοι διὰ τοῦ τροχάζειν τὸν συνεχῆ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἀέρα κινοῦμεν, ὅ ἐστι πνεῦμα; διόπερ οὐ δοκεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀλήθειαν ἐκπνευματοῦται ὁ ἀήρ. Ἢ διότι τροχάζοντες προσκόπτομεν τῷ ἀέρι, τούτου δὲ συμβαίνοντος μᾶλλον αἴσθησιν λαμβάνομεν τοῦ ἀέρος διὰ τῆς κινήσεως; Εἰκότως οὖν ἡμῖν ἐκπνευματοῦσθαι δοκεῖ· τοῦτο γὰρ συμβαίνει διὰ τὴν φοράν.

17. Quare inter currendum aer in flatum converti nobis videtur? Utrum quoniam, dum currimus, aerem corporibus nostris continentem movemus, idque flatus est? quocirca non solum videtur, sed etiam revera in flatum aer convertitur. An quod currendo aeri inlidimus: quo facto, sensu aeris per motum magis adficimur? Non mirandum ergo si aer nobis in flatum se convertere videatur: hoc enim ratione impetus evenit.

18. Διὰ τί μᾶλλον θέοντες ἢ βαδίζοντες πίπτουσιν; Ἢ ὅτι μᾶλλον πρὶν κινεῖσθαι αἴρουσιν; τὸ γὰρ θέειν τοῦ βαδίζειν τούτῳ διαφέρει.

18. Quamobrem currentes potius cadimus quam ambulantes? An quod magis, antequam moveamur, adtollimus? hoc enim inter cursum et ambulationem interest.

19. Διὰ τί ποτε ἀναβαίνοντες μὲν τὰ γόνατα πονοῦμεν, καταβαίνοντες δὲ τοὺς μηρούς; Ἢ ὅτι ὅταν μὲν ἀναβαίνωμεν, ἀναρριπτοῦμεν ἄνω τὸ σῶμα, καὶ ἡ σπάσις πολλὴ τοῦ σώματος καὶ ἡ ἀπὸ τῶν γονάτων γίνεται, διὸ πονοῦμεν τὰ γόνατα· ἐν δὲ τοῖς κατάντεσι, διὰ τὸ ὑποφέρεσθαι τοῖς σκέλεσι, τοῖς μηροῖς ἀποστηριζόμενοι πονοῦμεν αὐτούς; Εἶθ' ἅπαν τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον πόνον καὶ λύπην παρασκευάζει· ἔστι δὲ τὸ κατὰ φύσιν τοῖς μὲν γόνασιν ἡ εἰς τὸ πρόσθεν κλάσις, τοῖς δὲ μηροῖς ἡ εἰς τοὔπισθεν. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀνάντεσι τὰ γόνατα κλᾶται εἰς τοὔπισθεν διὰ τὸ ἀποστηρίζεσθαι βούλεσθαι, ἐν τοῖς κατάντεσι δ' οἱ μηροὶ εἰς τοὔμπροσθεν κλῶνται διὰ τὸ προπετὲς ἡμῶν εἶναι τὸ σῶμα.

19. Cur tandem adscendentes quidem genibus, descendentes vero femoribus laboramus? An quoniam, dum adscendimus quidem, corpus sursum jactamus, tractioque fit multa cum corporis, tum inde a genibus, propterea laboramus; in declivibus vero ideo femoribus laboramus, quod subductis cruribus, iis innitimur? Ad hæc omne quod præter naturam fit, dolorem molestiamque movet; est autem secundum naturam genibus quidem ut ante flectantur, femoribus autem ut retro. In locis itaque adclivibus genua retro flectuntur, quia fulciri volumus; in declivibus autem femora ante flectuntur, quia corpus nostrum pronum natat.

20. Διὰ τί ποτε ἐν ταῖς ὁδοῖς τῶν μηρῶν τὸ μέσον μάλιστα πονοῦμεν; Ἢ ὅτι παντὸς μακροῦ καὶ ἑνὸς ὄντος, ἐστηριγμένου δέ, τοῦ μέσου ὁ πόνος μάλιστα γίνεται διὸ καὶ κατάγνυται μάλιστα ἐντεῦθεν), ὁ δὲ μηρός

20. Cur tandem in itinere media femoris parte potissimum fatigamur? An quod longi cujusque atque continui membri pars potissimum media laborat, quum scilicet stabilitum manet (quocirca et hac præcipue frangitur), femur autem

Digitized by Google

ἐστι τοιοῦτον; διὸ καὶ τὸ μέσον αὐτοῦ μάλιστα πονοῦμεν.

tale est? propterea et parte potissimum media ejus fatigamur.

21. Διὰ τί οἱ ὑγροὶ ταχὺ πνίγονται πονήσαντες καὶ ὑπὸ τοῦ καύματος; Ἢ ὅτι ἐκθερμαινόμενον τὸ ὑγρὸν ἀὴρ γίνεται, καὶ κάει μᾶλλον τὸ πλέον; Ὅταν οὖν μὴ δύνηται ὑπεξάγειν διὰ τὸ πλῆθος, οὐ γίνεται κατάψυξις, ὥστε ταχὺ ἐκπυροῦται ὑπὸ τοῦ συμφύτου καὶ ἐπικτήτου θερμοῦ· διὸ καὶ οἱ γινόμενοι ἱδρῶτες τοῖς γυμναζομένοις καὶ ὅλως τοῖς πονοῦσι καὶ ἡ τοῦ πνεύματος ἔξοδος ὠφέλιμον· διακρινομένου γὰρ καὶ λεπτυνομένου τοῦ ὑγροῦ πνεῦμα γίνεται.

21. Quam ob causam humidi cito a labore æstuque subfocantur? An quod humor concalfactus transit in aera, quodque plus est, acrius urit? Ergo quum propter copiam facultas submovendi non datur, refrigeratio non subsequitur, ita ut celeriter calore insito et adventitio exardescat: quapropter et sudores suborti spiritusque secessio eos juvant qui se exercent, atque in universum qui laboribus se dedunt: dum enim humor disjungitur atque adtenuatur, spiritus inde enascitur.

22. Διὰ τί τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων κάμνει τε πολλάκις καὶ ἀπαλλάττει βᾷον; Ἢ διὰ ταὐτὸ ἄμφω; ὁμαλὸν γὰρ τὸ σύμμετρον, τὸ δ' ὁμαλὸν ὁμοπαθέστερον· ἐὰν οὖν τι πονήσῃ μέρος, εὐθὺς συμπονεῖ τὸ ὅλον· τὸ δ' ἀσύμμετρον, ἅτε μᾶλλον ἀπηρτημένον, οὐ συναπολαύει τῶν μερῶν. Κάμνει μὲν οὖν πολλάκις διὰ τοῦτο, βᾷον δ' ἀπαλλάττει, ὅτι πᾶν κοινωνεῖ τὸ σῶμα· εἰς πλείω γὰρ διανεμόμενον τὸ πάθος γίνεται ἀσθενέστερον, ὥστ' εὐαπαλλακτότερον· τὸ δ' ἀσύμμετρον, ἅτε οὐ κοινωνοῦν τοῖς μέρεσιν, ἐλαττονάκις μὲν κάμνει, χαλεπώτερον δ' ἀπαλλάττει· σφοδρὸν γὰρ τὸ πάθος.

22. Quare corpora quæ mediocriter sese habent, et sæpe laborant, et facilius inde se expediunt? An utrumque eadem de causa evenit? est enim æquabile quod modicum est; quod autem æquabile, id magis aliorum adfectus participare solet; quodsi igitur aliqua pars laboravit, protinus totum una adficitur; immodicum contra, utpote quod sejunctius est, non æque partium adfectus persentit. Ergo sæpe quidem id hac de causa laborat; facilius autem inde se expedit, quoniam totum corpus particeps fit: debilior enim redditur adfectus qui se in plura digesserit, ita ut curabilior evadat; immodicum vero, ut quod rem communem cum partibus non habet, rarius quidem laborat, sed difficilius inde abit: vehemens enim adfectus est.

23. Διὰ τί κοπιῶσι μὲν μᾶλλον ἐν τοῖς ὁμαλοῖς ἢ ἐν τοῖς ἀνωμάλοις, θᾶττον δὲ βαδίζουσι τὴν ὁμαλὴν ἢ τὴν ἀνώμαλον; Ἢ ὅτι ἀκοπώτερον μὲν τὸ μὴ ἀεὶ ἐν τῇ ἀνωμάλῳ πορείᾳ μᾶλλον, θᾶττον δὲ πορεύονται, ὅπου ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ ἐλάττων ἡ ἀναφορά; Ἐν μὲν οὖν τῷ ὁμαλῷ μικρὰ ἡ ἄρσις καὶ πυκνή, ἐν δὲ τῷ ἀνωμάλῳ τοὐναντίον· τὸ δὲ παρ' ἑκάστην βάσιν γινόμενον πολὺ γίνεται παρὰ πολλάς.

23. Cur in æqualibus quam in inæqualibus locis magis fatigantur, ocius autem iter æquale quam inæquale expediunt? An quoniam minus quidem in æquabili potius gressu fatigat quod non perpetuo idem; ocius vero ingrediuntur, ubi minus pari tempore adtollunt? Ergo per locum æqualem exigua est atque frequens sublevatio, per inæqualem autem e contrario; quod vero per singulos gradus exiguum fit, graduum frequentia multum evadit.

24. Διὰ τί καταβαίνοντες μὲν τὰ κατάντη τοὺς μηροὺς μάλιστα πονοῦμεν, ἀναβαίνοντες δὲ τὰς κνήμας; Ἢ ὅτι ἀναβαίνοντες μὲν τῷ αἴρειν τὸ σῶμα; ἅπαν γὰρ γίνεται φορτίον τὸ σῶμα. ὯΙ οὖν ἅπαν ἐπίκειται καὶ ᾧ αἴρομεν, τοῦτο μάλιστα πονεῖ· ἡ δὲ κνήμη τοῦτο· ἔσχατον γὰρ μῆκος ἔχον, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ ποὺς πλάτος ἔχει· διὸ σαλεύεται, ὥσθ' οἷον τῷ ὤμῳ τὰ βάρη κινοῦμεν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἔχομεν (τοιγαροῦν καὶ πονοῦμεν τὸν ὦμον μάλιστα)· καταβαίνοντες δὲ τῷ ἐμπίπτειν τὸ σῶμα κάτω καὶ προωθεῖν παρὰ φύσιν ὁ πόνος ἐστίν, ὥσθ' ᾧ μάλιστα ἐμπίπτει καὶ σαλεύει, τοῦτο παρέχει τὸν πόνον. Ἡ μὲν οὖν κνήμη μένει, τὸ δὲ βάρος ὁ θώραξ γίνεται· ὁ δὲ μηρὸς δέχεταί τε καὶ σαλεύεται διὰ τὸ μῆκός τ' ἔχειν καὶ στρέφεσθαι ἄνωθεν, ᾗ ὁ θώραξ ἐμπίπτει.

24. Cur descendentes quidem per declivia femoribus, adscendentes vero cruribus inprimis laboramus? An quia adscendentes quidem ideo laboramus, quod corpus adtollitur? fit enim totum corpus onus. Itaque cui totum incumbit, et quo totum adtollimus, id præcipue laborat; hoc autem crus est: postremum enim hoc longitudine præditum est, nec modo pedis latitudinem sortitur: unde vibratur, ita ut, quomodo humero onera movemus, ita hoc quoque sustineamus (proinde et humero maxime lassitudinem sentimus); at in descendendo, quoniam corpus deorsum incidit propellitque contra naturam, labor adest: hinc cui maxime incumbit atque vibrat, id lassitudinem infert. Crus itaque manet; onus vero fit truncus, femurque suscipit atque vibratur, eo quod et longitudine præditum est et superne versatur, qua truncus incidit.

25. Διὰ τί πλείων δοκεῖ ἡ ὁδὸς εἶναι, ὅταν μὴ εἰδότες βαδίζωμεν πόση τις, ἢ ὅταν εἰδότες, ἐὰν τἆλλα ὁμοίως ἔχοντες τύχωμεν; Ἢ ὅτι τὸ εἰδέναι πόση, τὸ εἰδέναι ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ, καὶ πλεῖον ἀεὶ τὸ ἀόριστον τοῦ ὡρισμένου; Ὥσπερ οὖν εἰ ᾔδει ὅτι τοσήδε, πεπερα-

25. Cur iter longius tum esse videtur, quum ignari quantum sit, ambulamus, quam ubi gnari, modo res ceteræ eadem ratione se habeant? An quod nosse quantum sit, nosse ejus numerum est, quodque interminatum, semper plus quam terminatum est? Ergo quemadmodum, si nossemus iter

Digitized by Google

σμένην ἀνάγκη εἶναι, οὕτω καὶ εἰ μὴ οἶδεν, ὡς ἀντιστρέφοντος παραλογίζεται ἡ ψυχή, καὶ φαίνεται εἶναι ἄπειρος. Ἔτι τὸ ποσὸν ὡρισμένον καὶ τὸ ὡρισμένον ποσόν. Ὅταν τοίνυν μὴ φαίνηται ὡρισμένον, ὥσπερ ἄπειρον φαίνεται εἶναι, διὰ τὸ τὸ πεφυκὸς ὡρίσθαι, ἐὰν μὴ ᾖ ὡρισμένον, ἄπειρον εἶναι, ὥστε καὶ τὸ φαινόμενον μὴ ὡρίσθαι φαίνεσθαι ἀνάγκη πως ἀπέραντον.

tantum esse, finitum id esse necesse esset, sic etiam si ignoramus, quasi reciprocetur, perperam ratiocinatur anima, atque infinitum esse videtur iter. Præterea quantitas finitum est, et finitum quantitas. Ubi igitur terminatum non esse videtur, velut infinitum esse videtur, quoniam quodcumque natura sua terminari potest, id si terminatum non sit, infinitum est, ita ut id quoque infinitum quodammodo videri necesse sit, quod non terminatum esse videtur.

26. Διὰ τί τοὺς μηροὺς μᾶλλον ἢ τὰς κνήμας κοπιῶσιν; Πότερον ὅτι ἐγγὺς τοῦ τόπου τοῦ ἔχοντος τὸ περίττωμα, ὥστ' ἂν ὑπερβάλλῃ διὰ τὴν κίνησιν τῇ θερμότητι, συσπῶσιν οἱ μηροὶ μᾶλλον καὶ πλεῖον ἢ αἱ κνῆμαι; Ἢ διὰ τὸ συμφυὲς εἶναι μᾶλλον τοὺς μηρούς; μάλιστα γὰρ πονοῦσι τῇ τοῦ συνεχοῦς διαστάσει· καὶ γὰρ ἂν μηδὲν ἔχοντες περίττωμα κοπιάσωσιν, ὅμως τοὺς μηροὺς καὶ τὴν ὀσφὺν πονοῦσι μᾶλλον. Ἢ ὅτι καθάπερ οἱ βουβῶνες γίνονται πληγέντες (ος?) διὰ τὴν συνάρτησιν τῶν φλεβῶν καὶ νεύρων, οὕτω καὶ οὗτος; ἐγγυτέρω δὲ τῆς ἀρχῆς ὁ μηρός. Ἢ διότι μᾶλλον ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι ὁ μηρὸς τῆς κνήμης, τοῦτο δὲ κοπιαρώτερον; Ἢ ὅτι σαρκώδης, ὥστε πολὺ τὸ κατὰ φύσιν ἔχον ἐν αὑτῷ;

26. Cur femoribus magis quam cruribus fatigamur? Utrum quod prope absunt ab ea parte quæ excrementum continet, ita ut ubi ea pars propter motum nimis incaluerit, femora magis ac plenius contrahant quam crura? An quod femora magis continua sunt? laboratur enim præcipue propter continui distractionem: nam si omni excremento carentes fessi simus, tamen femoribus ac lumbis impensius laboramus. An quia, quomodo bubones post ictum oriuntur propter venarum et nervorum connexionem, ita etiam lassitudo? ab initio enim propius abest femur. An quod femur in eodem habitu magis persistit quam crus, eaque res laboriosior est? An quod femur carnosum est, ita ut multum intra sese contineat quod secundum naturam sit?

27. Διὰ τί ἑνίοις, ὅταν πονήσωσιν, ἕλκη ἐκφύουσιν; Ἢ ὅταν τὸ σῶμα ἀκάθαρτον ᾖ, ἡ κίνησις θερμαίνουσα καὶ ἄλλα περιττώματα συνεξικμάζει μετὰ τοῦ ἱδρῶτος, παχέα δ' ὄντα καὶ χυμοὺς ἔχοντα μοχθηρούς, ὀξεῖς καὶ πικροὺς καὶ ἁλμυροὺς τὰ περιττώματα ἐκκρίνεσθαι μὲν οὐ δύναται διὰ πάχος, ἐξαίρεται δὲ διὰ τῆς σαρκὸς καὶ ἐξελκοῖ διὰ πικρότητα τοῦ χυμοῦ;

27. Quam ob causam ulcera nonnullis ex labore progignuntur? An, corpore impuro, motus concalfaciens excrementa alia etiam cum sudore vaporatim simul destringit: quæ crassa et humoribus pravis, hoc est acidis, aut amaris, aut salsis, prædita, excerni quidem propter crassitudinem non queunt, sed per carnem intumescunt atque exulcerant propter humoris amaritudinem?

28. Διὰ τί τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων καὶ φαρμακοποσιῶν οὐκ εὐθὺς προσφέρουσι τροφήν; Ἢ διότι καθαίρεται τὸ σῶμα ἔτι, καὶ οὐκ ἀναπέπαυται πονοῦν καὶ ἀποκέκριται τὰ περιττώματα;

28. Cur non protinus ab exercitatione, aut medicamento epoto, cibum propinant? An quod adhuc corpus purgatur, necdum a labore cessavit, excrementaque secreta sunt?

29. Διὰ τί χαλεπώτερον θεῖν ἢ βαδίζειν; Ἢ ὅτι πλεῖον φορτίον φέρει ὁ θέων (ὅταν γὰρ ᾖ μετέωρος, ἅπαν ἐφ' αὑτῷ ἔχει)· ὁ δὲ βαδίζων, οἷον οἱ ἐπὶ τοῖς τειχίοις ἀναπαυόμενοι, ἐπιθεὶς ἔχει ἐπὶ τῷ ἠρεμοῦντι;

29. Quamobrem currere quam ambulare difficilius est? An quod plus oneris fert qui currit (ubi enim suspensus est, onus sibi impositum habet totum); at qui ambulat, eodem modo ac qui maceriebus innisi requiescunt, quiescenti impositum habet onus?

30. Διὰ τί ἐκ τῶν γυμνασίων οὐ πεινῶσιν εὐθύς; Πότερον διὰ τὴν ὑπόλειψιν τῆς συντήξεως, ἕως ἀντιπεφθῇ; Ἢ διὰ τὸ πνεῦμα ὃ ποιεῖ ὁ πόνος ἐκ τοῦ ὑγροῦ; Ἢ διὰ τὴν δίψαν ἣ γίνεται ἐκ τοῦ θερμαίνεσθαι πονοῦντας; πάντα γὰρ συμβαίνει ταῦτα.

30. Cur non protinus ab exercitatione esurimus? Utrum quia colliquamenta supersunt, dum vice sua concoquantur? An propter spiritum, quem labor ex humore conficit, An propter sitim, quam calor a labore proveniens inducit? hæc enim adcidunt omnia.

31. Διὰ τί ἐξονειρωκτικοί εἰσιν οἱ κοπιῶντες καὶ φθισιῶντες; Ἢ ὅτι ὅλως ἐξονειρωκτικοὶ οἱ θερμοὶ καὶ ὑγροί; τὸ γὰρ σπέρμα τοιοῦτόν ἐστι τὴν φύσιν· τὸ τοιοῦτο δ' ἐξ οὕτω διακειμένων μάλιστα γίνεται, ὅταν ἡ ἀπὸ τοῦ ὕπνου θερμότης προσγένηται· μικρᾶς γὰρ ροπῆς τὰ σώματα δεῖται, καὶ ταύτης ἔσωθεν, ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν, οἱ δὲ φθισικοὶ καὶ κοπιῶντες οὕτω διάκεινται· οἱ

31. Cur genitura in somnis iis profluere solet qui aut labore lassescunt, aut tabe consumuntur? An quod omnino in hoc profluvium proni sunt calidi et humidi? semen enim tale natura est; quod autem tale est, ex iis qui hoc modo dispositi sunt, potissimum provenit, quum calor somni adcesserit, quippe quum corpora eorum exiguum momentum desiderent, idque intrinsecus, non extrinsecus; tabescentes autem

www.tibtool.com.cn

Digitized by Google

μὲν γὰρ κοπιῶντες διὰ τὸν κόπον καὶ τὴν κίνησιν συντήγματος θερμοῦ πλήρεις εἰσίν, οἱ δὲ φθισικοὶ διὰ τὸν κατάρρουν καὶ τὴν γινομένην θέρμην ὑπὸ τῆς φλεγμασίας.

www.libtool.com.cn

et lassi ita adfecti sunt : redundant enim lassi colliquamentis calidis propter fatigationem et motum, tabefacti vero propter destillationem et calorem, quem inflammatio movet.

32. Διὰ τί τὸ ἀριστερὸν σκέλος χαλεπώτερον τρίβεσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ πολὺν χρόνον ἢ τὸ δεξιόν; Ἢ ὅτι τοῖς δεξιοῖς πονεῖν δυνάμεθα; ἐν δὲ τοῖς παρὰ φύσιν ἡ τοῦ ἀριστεροῦ σκέλους τρῖψις ἐξεστραμμένως γίνεται· τὰ δὲ παρὰ φύσιν ποιούμενα χαλεπά; τῇ δ' ἀριστερᾷ τὰ δεξιὰ οὐθὲν ἐπίδηλον διὰ τὸ μηθετέρως ἰσχύειν.

32. Quam ob causam crus suum sinistrum diutius perfricare cuique difficilius est quam dextrum? An quod parte dextra laborare valemus? rebus enim præter naturam adnumeranda cruris sinistri frictio est, si motu in transversum deflexo peragatur; quæ autem præter naturam fiunt, factu sunt difficilia; sinistra namque manu si partem perfricamus dextram, nil manifestum efficimus, quoniam ita neutram in partem valemus.

33. Διὰ τί ὑγιεινὸν τὸ τροφῆς μὲν ὑποστέλλεσθαι, πονεῖν δὲ πλείω; Ἢ ὅτι τοῦ νοσεῖν αἴτιον περιττώματος πλῆθος, τοῦτο δὲ γίνεται ἢ διὰ τροφῆς ὑπερβολήν, ἢ διὰ πόνων ἔνδειαν;

33. Cur cibum quidem imminuere, laborem vero augere salubre est? An quia causa ægrotandi excrementorum est nimia copia, hæc autem fit, ubi aut cibus superest, aut labor deficit?

34. Διὰ τί οὐ δεῖ πυκνοῦν τὴν σάρκα πρὸς ὑγίειαν, ἀλλ' ἀραιοῦν; ὥσπερ γὰρ πόλις ὑγιεινὴ καὶ τόπος εὔπνους (διὸ καὶ ἡ θάλαττα ὑγιεινή), οὕτω καὶ σῶμα τὸ εὔπνουν μᾶλλον ὑγιεινόν· δεῖ γὰρ ἢ μὴ ὑπάρχειν μηθὲν περίττωμα, ἢ τούτου ὡς τάχιστα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ δεῖ οὕτως ἔχειν τὰ σώματα ὥστε λαμβάνοντα εὐθὺς ἐκκρίνειν τὴν περίττωσιν, καὶ εἶναι ἐν κινήσει καὶ μὴ ἠρεμεῖν· τὸ μὲν γὰρ μένον σήπεται, ὥσπερ ὕδωρ, τὸ δὲ σηπόμενον καὶ μὴ κινούμενον νοσοποιεῖ· τὸ δ' ἐκκρινόμενον πρὸ τοῦ διαφθαρῆναι χωρίζεται. Τοῦτ' οὖν πυκνουμένης μὲν τῆς σαρκὸς οὐ γίνεται (ὥσπερεὶ γὰρ ἐμφράττονται οἱ πόροι), ἀραιουμένης δὲ συμβαίνει· διὸ καὶ οὐ δεῖ ἐν τῷ ἡλίῳ γυμνὸν βαδίζειν· συνίσταται γὰρ ἡ σάρξ, καὶ κομιδῇ ἀποσαρκοῦνται, καὶ ὑγρότερον τὸ σῶμα γίνεται· τὸ μὲν γὰρ ἐντὸς δὴ μένει, τὸ δ' ἐπιπολῆς ἀπαλλάττεται, ὥσπερ καὶ τὰ κρέα τὰ ἑφθὰ τῶν ὀπτῶν μᾶλλον. Οὐδὲ τὰ στήθη γυμνὰ ἔχοντα βαδίζειν· ἀπὸ γὰρ τῶν ἄριστα ᾠκοδομημένων ὁ ἥλιος ἀφαιρεῖ, ὃ ἥκιστα δεῖται ἀφαιρέσεως, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ ἐντός. Ἐκεῖθεν μὲν οὖν διὰ τὸ πόρρω εἶναι, ἂν μὴ μετὰ πόνου, οὐκ ἔστιν ἱδρῶτ' ἀναγαγεῖν, ἀπὸ τούτου δὲ διὰ τὸ πρόχειρον εἶναι ῥᾴδιον.

34. Quam ob causam ad secundam valetudinem conciliandam caro non densa, sed rara reddenda est? quemadmodum enim urbs locusque quicumque salubris est, si flatui pervius (quapropter et mare salubre est), ita etiam corpus, quod flatui patet, salubre : aut enim nullum subesse debet recrementum, aut corpus ab eo quam primum liberandum est, corporaque ita se habere debent, ut simulatque excrementum admiserint, confestim illud excernant, sintque motui dedita, non quieti : quod enim manet, putrescit modo aquæ, quod autem putrescit, nec movetur, morbum efficit; at quod excernitur, antequam vitietur, decedit. Hoc igitur, si densatur quidem caro, non contingit (meatus enim quasi obcluduntur), si vero rarefiat, adcidit : quamobrem et in sole nudo corpore ambulandum non est : spissatur etenim caro et valide carne obcluduntur meatus, corpusque humidius redditur : nam intestinum sane remanet; quod vero in superficie exstat, abit : qua ratione carnes quoque elixæ assis humidiores sunt. Nec pectore nudo ambulandum est : ita enim sol corporis partibus optime conditis adimit quod nulla eget demptione, sed interna potius eam desiderant. Inde igitur, ut e remoto, nonnisi cum labore sudor educi potest; hinc vero facile propter obportunitatem.

35. Διὰ τί κοπώδεις οἱ βραχεῖς τῶν περιπάτων; Ἢ ὅτι πολλάκις συνίστανται καὶ οὐχ ὁμαλῶς κινοῦνται περὶ τὰς καμπάς, τὸ δὲ τοιοῦτον κοπῶδες;

35. Cur breves deambulationes laboriosæ sunt? An quod crebro consistunt, neque æquabiliter moventur circa flexuras, hujusmodi autem motus laboriosus est?

36. Διὰ τί ἑστηκότες ἐν τῷ ἡλίῳ μᾶλλον θερμαίνονται ἢ κινούμενοι, καὶ ταῦτα τῆς κινήσεως θερμαντικῆς οὔσης; Ἢ οὐ πᾶσα κίνησις θερμαίνει, ἀλλ' ἐνία ψύχει, οἷον καὶ ἐπὶ τῶν τὰς χύτρας τὰς ἐψημένας φυσώντων καὶ κινούντων συμβαίνει; Εἰ οὖν ἑστηκότι μὲν προσμένει τὸ θερμόν, προσμένον δὲ μᾶλλον θερμαίνει ἢ κινούμενον (ἀεὶ γὰρ τὸ σῶμα ἴδιον ἡμῶν ἀτμίδα τινὰ γλιαρὰν ἀφίησιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἣ θερμαίνει τὸν ἐγγὺς ἀέρα ὥσπερ δαλὸς παρών), ἠρεμούντων μὲν ἡμῶν θερμὸς γίνεται ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ διὰ τὰ εἰρημένα, κινουμένων δὲ πνεῦμα γίνεται, ὃ καταψύχει ἡμᾶς· πᾶν γὰρ πνεῦμα ψυχρόν ἐστιν.

36. Cur in sole ubi stamus, amplius recalescimus quam ubi movemur, quum tamen motus vim calefactoriam habeat? An non omnis motus calfacit, sed est etiam qui refrigeret : quod etiam in ollis ferventibus evenit, quoties eas adflamus, aut movemus? Quodsi igitur, ubi stamus quidem, calor permanet, permanens autem amplius calfacit quam ubi movetur (corpus etenim nobis proprium semper vaporem quemdam remittit tepidum, qui proximum aerem tepefacit, quemadmodum titio adjacens), quiescentibus quidem nobis, aer ambiens calidus ob prædictam causam redditur; at ubi movemur, flatus fit, qui refrigerat nos : flatus enim quisque frigidus est.

Digitized by Google

37. Διὰ τί οἱ ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχούμενοι, ὅσῳ ἂν θᾶττον θέῃ ὁ ἵππος, τοσούτῳ μᾶλλον δακρύουσι τὰ ὄμματα, καὶ οἱ πεζοί, ὅσῳ ἂν μᾶλλον τρέχωσιν; Πότερον διὰ τὸ ψυχρὸν εἶναι τὸν προσπίπτοντα ἀέρα; τὸ γὰρ ψῦχος δακρύειν ποιεῖ· συστέλλον γὰρ καὶ πυκνοῦν τὴν σάρκα ἐκκαθαίρει τὸ ὑγρόν. Ἢ διὰ τοὐναντίον; τὸ γὰρ θερμὸν ποιεῖ ἱδρῶτας, τὸ δὲ δάκρυον ἱδρώς τίς ἐστιν· διὸ καὶ γίνονται ὑπὸ θερμασίας ἄμφω ταῦτα, καὶ ἁλυκά ἐστιν ὁμοίως· ἡ δὲ κίνησις θερμότητα ποιεῖ. Ἢ διὰ τὴν ὑπὸ τοῦ ἀέρος πληγήν; ὡς γὰρ οἱ ἄνεμοι ταράττουσιν οἱ ἐξ ἐναντίας τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ ὁ προσπίπτων, ὅσῳ ἂν θᾶττον ἐλαύνῃ, ἢ αὐτὸς τρέχῃ, τοσούτῳ μᾶλλον ποιεῖ πληγὴν μαλακήν, δι' ἣν γίνεται δακρύειν, ἀραιουμένων τῶν τοῦ ὀφθαλμοῦ πόρων ὑπὸ τῆς πληγῆς· πᾶσα γὰρ πληγὴ διαιρετικόν ἐστιν, ἢ θλαστικόν.

37. Quam ob causam qui equo vehuntur, quo contentius cucurrerit equus, eo magis oculi lacrymantur, et pedites eo magis, quo cucurrerint vehementius? Utrum quoniam aer incidens frigidus est? frigus enim lacrymas movet, quippe quod contrahendo condensandoque carnem humorem expurgat. An propter contrariam causam? calor enim sudorem elicit, lacryma autem sudor quidam est: quapropter et a calore utrumque fit, salsaque pariter ambo sunt; calorem autem efficit motus. An propter aeris ictum? quomodo enim flatus adversi oculos turbant, ita etiam aer incidens, quo quis contentius equum agitat, aut ipse currit, eo magis ictum mollem efficit, unde lacrymatio oboritur, meatibus oculi ictu rarefactis: omnis etenim ictus vim aut dividendi habet, aut contundendi.

38. Διὰ τί δεῖ τοὺς μὲν θερινοὺς κόπους λουτρῷ ἰᾶσθαι, τοὺς δὲ χειμερινοὺς ἀλείμματι; Ἢ τούτους μὲν διὰ τὰς φρίκας καὶ τὰς γινομένας μεταβολὰς θερμῷ δεῖ λύειν, ὃ ποιήσει ἀλεάζειν (τὸ δὲ ἔλαιον θερμόν), ἐν δὲ τῷ θέρει καθυγραίνειν; ἡ γὰρ ὥρα ξηρά, καὶ οὐ γίνονται φρῖκαι διὰ τὴν ἀλέαν. Ὀλιγοσιτία δὲ καὶ κωθωνισμὸς θέρους, τὸ μὲν ὅλως, τὸ δὲ μᾶλλον, ὁ μὲν πότος θέρους ὅλως διὰ τὴν ξηρότητα, ἡ δ' ὀλιγοσιτία κοινὸν μέν, μᾶλλον δὲ θέρους· ἐκθερμαίνεται γὰρ μᾶλλον διὰ τὴν ὥραν ὑπὸ τῶν σιτίων.

38. Cur æstivis quidem lassitudinibus balneo, hibernis vero unctione mederi oportet? An hibernas quidem propter horrores mutationesque quæ fiunt, calore solvere oportet qui membra tepescere faciat; oleum vero calidum est; at in æstate humefaciendum est? tempestas enim sicca est, nec fiunt horrores propter æstum. Cibus etiam parcus et comessatio per æstatem conveniunt, hæc quidem omnino, ille vero inprimis; compotatio quidem per æstatem propter siccitatem ex toto; parsimonia vero cibi communis quidem tempestatum omnium est, sed magis æstati convenit: tempestatis enim ergo calor vehementior a cibis cietur.

39. Διὰ τί οἱ θέοντες εὐτόνως μάλιστα λαμβάνουσι σπάσματα, ὅταν τις θέουσιν αὐτοῖς ὑποστῇ; Ἢ ὅτι ταῦτα μάλιστα διασπᾶται, ἃ εἰς τοὐναντίον τε καὶ ἰσχυρῶς ἕλκεται καὶ κινεῖται; Ὅταν οὖν θέοντος καὶ σφοδρῶς ὠθουμένων τῶν μορίων εἰς τὸ πρόσθεν ὑποστῇ τις, συμβαίνει ἅμα ἀντισπᾶν εἰς τοὐναντίον, ἔτι φερομένων εἰς τοὔμπροσθεν, ὥσθ' ἡ σπάσις τοσούτῳ ἰσχυροτέρα γίνεται, ὅσῳ ἂν θέωσι σφοδρότερον.

39. Quamobrem qui concitate currunt, lacerationibus maxime corripiuntur, ubi quis inter currendum eorum impetum sistit? An quod ea potissimum divelluntur, quæ in partem contrariam vehementerque trahuntur atque moventur? Quum igitur homine currente vehementerque membra propellente, quis obviam factus obstiterit, accidit ut ea simul in partem retrahat contrariam, dum adhuc ante pertendunt, ita ut divulsio eo vehementior fiat, quo currunt contentius.

40. Διὰ τί τῶν περιπάτων οἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοπώτεροί εἰσιν οἱ ἀνώμαλοι τῶν εὐθέων; Ἢ διὰ τὸ τὴν φορὰν ὀρθὴν εἶναι καὶ κατὰ φύσιν παντὶ τῷ σώματι; Οἱ δ' ἐν τοῖς ὁμαλοῖς τῶν ἀνωμάλων κοπιωδέστεροι· τοῖς γὰρ αὐτοῖς μέρεσι τοὺς πόνους παρέχουσιν, οἱ δ' ἐν τοῖς ἀνωμάλοις διαμερίζουσι μᾶλλον εἰς ἅπαν τὸ σῶμα. Αἱ δ' ἁλέαι μᾶλλον ἰσχνοῦσι τῶν ἐν τοῖς ψύχεσιν· τοῖς γὰρ ἔξω μέρεσι πλείονα τὸν πόνον παρέχονται· διὸ καὶ τοὺς ἱδρῶτας ἐμποιοῦντες ἰσχναίνουσιν. Οἱ δ' ἐν τοῖς ψύχεσι στιφροτέραν τὴν σάρκα ποιοῦσι καὶ τῶν σιτίων ἐπιθυμητικωτέρους· τοῖς γὰρ ἔσω μέρεσι τὴν αὔξησιν τοῦ θερμοῦ ποιοῦνται, καὶ δυσκινήτων γινομένων ὑπὸ τοῦ ψύχους τὸν μὲν ἔσω τόπον καθαίρουσι, τὴν θερμασίαν αὐξάνοντες ἐν αὐτῷ, τὴν δὲ σάρκα στερεὰν ποιοῦσιν, οὐ δυνάμενοι κρατεῖν διὰ πάσης αὐτῆς. Ὁμοίως οἱ ἀνάντεις τῶν κατάντων ἐπιπονώτεροι καὶ ἰσχναντικώτεροι· οἱ μὲν γὰρ ἀνάντεις τὴν ὀσφὺν μάλιστα ποιοῦσι πονεῖν, οἱ δὲ κατάντεις τοὺς μηρούς· τοῖς γὰρ

40. Cur ambulationes in viis minus laboriosæ sunt quæ inæquales quam quæ rectæ sunt? An quod prolatio recta est et secundum naturam corpore universo peragitur? Ambulationes autem per loca æquabilia laboriosiores quam inæquabiles sunt: iisdem enim partibus laborem adferunt; quæ vero per inæqualia fiunt, dispertiunt magis in totum corpus. Æstus vero emaciant magis quam ambulationes in frigore, quippe qui partibus externis laboris plus adferunt: quapropter et sudorem evocantes emaciant; quæ vero in frigore peraguntur, carnem reddunt rigidiorem, ciborumque faciunt avidiores: partibus enim internis calorem augent, et membrorum motu propter frigus difficiliori reddito, locum quidem internum purgant, calorem eo contentum augentes; carnem vero solidam reddunt, ut quæ per eam universam nequeunt superare. Adclives itidem ambulationes laboriosiores sunt quam declives, magisque emaciant: faciunt enim adclives ut lumbi potissimum laborent, declives vero ut femora: pondus enim totum fe-

Digitized by Google

μηνοῖς τὸ βάρος πᾶν ἐμπῖπτον κόπους εἴωθε παρέχειν· ἄνω γὰρ παρὰ φύσιν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ βίᾳ φερόμενος ἐκθερμαίνει· διὸ τούς θ' ἱδρῶτας ἐμποιοῦσι, καὶ τὸ πνεῦμα μετεωρίζοντες ἰσχναίνουσι, καὶ τὴν ὀσφὺν ὀδυνῶσιν· τὰ γὰρ σκέλη χαλεπῶς ἀναγόμενα τὴν ὀσφὺν κάμπτουσί τε καὶ ἀνασπῶσιν, ὑφ' ὧν ἀναγκάζονται μάλιστα πονεῖν. Οἱ δ' ἐν ἀντιτύποις περίπατοι τοῖς τε μυσὶ καὶ τοῖς τεταμένοις τῶν σκελῶν παρέχουσι κόπους· συντάσεις γὰρ ἐμποιοῦσι τοῖς νεύροις καὶ τοῖς μυσί, βιαίας γενομένης τῆς ἀπερείσεως αὐτοῖς. Οἱ δ' ἐν τοῖς μαλακοῖς τοῖς ἄρθροις κοπιώδεις εἰσίν· τῶν γὰρ ἄρθρων πυκνὰς τὰς κάμψεις ποιοῦσιν, ἅτε ἐνδιδούσης τῆς βάσεως. Τὸ δ' αὐτό ἐστι πρόβλημα.

moribus incumbens lassitudinem adferre solet: sursum namque præter naturam caloris vi sese efferens majorem in modum calefacit: quapropter sudores movent, respirationemque suspendentes emaciant et lumbis dolorem infligunt: crura enim ubi difficulter sursum ducuntur, lumbos inflectunt atque retrahunt: quibus de causis necessario inprimis laborant. Quæ autem locis renitentibus peraguntur, ambulationes musculis et partibus intensis crurum lassitudinem infligunt, quippe quæ contentiones tam nervis quam musculis adferunt, quum fultura eorum violenta sit. Mollibus vero et cedentibus locis factæ ambulationes articulis potissimum lassitudinem infligunt: flexus enim articulorum efficiunt frequentes, quum solum cedat. Eadem autem quæstio est.

41. Διὰ τί πρὸς τὰ σιμὰ χαλεπῶς βαδίζομεν; Ἢ διότι πᾶσα πορεία ἐξ ἄρσεως καὶ θέσεως συντελεῖται; Τὸ μὲν οὖν ἆραι παρὰ φύσιν, τὸ δὲ θεῖναι κατὰ φύσιν, τὸ δὲ προσθεῖναι μεσότης· ἐν δὲ τῷ πρὸς τὰ σιμὰ βαδίζειν πολὺ τὸ παρὰ φύσιν.

41. Cur contra loca adclivia difficilius ambulamus? An quoniam omnis ingressus sublevatione et positione absolvitur? Sublevatio igitur præter naturam est, positio vero secundum naturam, dum adpositio medium tenet; in ambulando autem contra loca adclivia multum continetur quod præter naturam est.

42. Διὰ τί οἱ ἀφ' ἵππων ἧττον πίπτουσιν; Ἢ διὰ τὸ φοβεῖσθαι φυλάττονται μᾶλλον;

42. Quare qui ab equis descendunt, minus decidunt? An magis sibi cavent, quia timent?

ΤΜΗΜΑ Ϛ.

ΟΣΑ ΕΚ ΤΟΥ ΠΩΣ ΚΕΙΣΘΑΙ ΚΑΙ ΕΣΧΗΜΑΤΙΣΘΑΙ ΣΥΜΒΑΙΝΕΙ.

SECTIO VI.

QUÆ AD ACCUBITUM ET HABITUM CORPORIS PERTINENT.

1. Διὰ τί ἡ καθέδρα τοὺς μὲν παχύνει τῶν ἀνθρώπων, τοὺς δὲ ἰσχναίνει; Πότερον ὅτι αἱ ἕξεις διαφέρουσιν; οἱ μὲν γὰρ θερμοί εἰσιν, οἱ δὲ ψυχροί. Οἱ μὲν οὖν θερμοὶ παχύνονται (κρατεῖ γὰρ τὸ σῶμα τῆς τροφῆς διὰ τὴν θερμασίαν)· οἱ δ' ἐψυγμένοι, διὰ τὸ δεῖσθαι ἐπεισάκτου θερμότητος καὶ τοῦτο πάσχειν μάλιστα τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν κινήσεων, οὐ δύνανται πέττειν ἠρεμοῦντες. Ἢ ὅτι οἱ μὲν περιττωματικοί εἰσι, καὶ δέονται κινήσεως ἡ ἀναλώσει ταῦτα, οἱ δ' οὔ;

1. Cur sessio alios quidem implet homines, alios vero emaciat? Utrum quia habitus distant inter sese? alii enim calidi, alii vero frigidi sunt. Calidi itaque implentur (cibum enim corpus vi sui caloris domat), frigidi autem, quod adventitium calorem desiderant, idque motionum ope potissimum corpori evenit, concoquere nequeunt, dum quiescunt. An quod alii quidem excrementis redundant, et motum qui ea consumat, desiderant, alii vero non?

2. Διὰ τί δεῖ ποιεῖν διάτασιν τῶν μερῶν, ὃ ποιεῖ ὁ γυμναζόμενος; Ἢ ὅτι δεῖ τῷ οἰκείῳ πνεύματι καθαίρεσθαι τοὺς πόρους;

2. Cur partes corporis distendendæ sunt, quod qui se exercitat, facit? An quod meatus spiritu proprio purgari oportet?

3. Διὰ τί συγκεκαμμένον βέλτιον κατακεῖσθαι, καὶ πολλοί γε παραγγέλλουσι τοῦτο καὶ τῶν ἰατρῶν; Ἢ ὅτι ἐλεαίνουσα ἡ κοιλία θᾶττον πέττει, οὕτω δ' ἐλεαίνει μᾶλλον; Ἔτι δεῖ τοῖς πνεύμασι τόπον διδόναι εἰς ὃν ἀπερείσονται· οὕτω γὰρ ἥκιστα λυπήσουσιν αἱ φῦσαι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἰξίαι καὶ τὰ ἄλλα ἀποστήματα ὑγιεινόν, ὅτι ἔχουσι κοιλίας εἰς ἃς ἀποδέχονται τὰ πνεύματα. Ἐκτεταμένου μὲν οὖν οὐ γίνεται κοιλία (ἅπαντα γὰρ τὸν τόπον τὰ σπλάγχνα κατέχει), συγκαμφθέντος δὲ γίνεται.

3. Cur contracto corpore cubare melius est, multique certe medici ita præcipiunt? An quod venter calens concoquit celerius, sic autem magis calet? Ad hæc locum flatibus dare, in quem innitantur, oportet: ita enim minime infestabunt: nam hinc varices quoque et ceteri abscessus salubres sunt, quia cavos continent, in quos flatus recipiunt. Ergo corpore extento cavus non fit (locum etenim omnem viscera occupant), contracto autem fit.

4. Διὰ τί ἀνισταμένοις ἴλιγγος μᾶλλον γίνεται ἢ καθίζουσιν; Ἢ διότι ἠρεμοῦσι τὸ ὑγρὸν εἰς ἓν μόριον

4. Cur vertigo surgentibus potius accidit quam sedentibus? An quoniam quiescentibus humor universus unum in

Digitized by Google

ἀθρόον ἀποκλίνει; διὸ καὶ τὰ ὠμὰ ᾠὰ οὐ δύναται δινεῖσθαι, ἀλλὰ καταπίπτει· κινούμενον δὲ τὸ ὑγρὸν ὁμοίως ἔχει. Ἀνίστανται μὲν οὖν ἠρεμήσαντες, ὅθ' οὕτω διάκεινται καθεζάνουσι δὲ κινήσει γενόμενοι, ὅθ' ὁμαλῶς ἔχει τὸ ὑγρὸν καὶ ἐσκέδασται.

membrum convergit? quapropter cruda etiam ova nequeunt circumvolvi, sed decidunt; humor autem ubi movetur, eodem modo se habet. Surgimus igitur a quiete, quando ita adfecti sumus; considimus vero a motu, quando humor æquabiliter sese habet atque dispersus est.

5. Διὰ τί ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατακειμένοις μᾶλλον ἐπέρχεται ὕπνος; Πότερον ὅτι ἐναντίως ἔχοντες ἐγρηγόρασι καὶ καθεύδουσιν; Ἐπεὶ οὖν ἐγρηγορότες ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ κατάκεινται, τοὐναντίον ἔσται ἐπ' ἄλλης ἀρχῆς καὶ τῆς ἐναντίας. Ἢ ὅτι ἀκινησία ὁ ὕπνος; Τὰ οὖν κινητικὰ μέρη δεῖ ἠρεμεῖν, τὰ δὲ δεξιὰ κινητικά· οὕτω δὲ κατακειμένων οἷον δέδεται ἀρχή τις ἐπεγερτική.

5. Quam ob causam, ubi parti dextræ incubamus, somnus magis adcedit? Utrum quod vigilantes contra quam dormientes habemus? Ergo quum vigilantes parti incubemus sinistræ, contrarium fiet, ubi aliud est initium, idque contrarium. An quod somnus privatio motionis est? Partes igitur quæ movere valent, quiescant oportet, dextræ autem partes movere valent: ubi autem ita adcubamus, veluti colligatum est initium quoddam resurgendi.

6. Διὰ τί ναρκῶσιν, καὶ διὰ τί χεῖρας καὶ πόδας μᾶλλον; Ἢ ὅτι κατάψυξίς ἐστιν ἡ νάρκη; διὰ στέρησιν γὰρ αἵματος γίνεται καὶ μετάστασιν. Ἀσαρκότατα δὲ ταῦτα καὶ νευρωδέστατα, μάλιστα δ' οἱ πόδες· ὥστε προοδοποιεῖται ὑπὸ τῆς φύσεως πρὸς τὸ καταψύχεσθαι ταχέως.

6. Cur torpemus, et cur manibus potissimum et pedibus? An quod torpor refrigeratio est? fit enim propter sanguinis privationem translationemque. Manus autem et pedes maxime carnis inopes atque nervosi sunt, sed præcipue pedes, ita ut ad refrigerationem celerem natura viam iis sternat.

7. Διὰ τί κατακείμεθα μὲν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ ἡδέως, καθεύδομεν δ' ἐπὶ τὰ δεξιὰ μᾶλλον; Πότερον ὅτι ἀποστραφέντες πρὸς τὸ φῶς οὐ βλέπομεν; ἐν γὰρ τῷ σκότει θᾶττον ὕπνος λαμβάνει. Ἢ διότι ἐγρηγοράμεν κατακείμενοι ἐπὶ τοῖς ἀριστεροῖς, καὶ αἱ χρήσεις ἡμῖν οὕτω πρόχειροι, ὥστε πρὸς τὸ ἐναντίον [τὸ ἐναντίον] σχῆμα πρὸ ἔργου; παρακαλεῖ δ' ἕκαστον πρὸς τὸ ἔργον τὸ σχῆμα μᾶλλον.

7. Cur libenter adcubamus quidem in latus sinistrum, dormimus vero in dextrum potius? Utrum quoniam aversi lucem non intuemur? somnus enim in tenebris ocius obrepit. An quod dum lateri incubamus sinistro, vigilamus, et operum functio sic nobis expeditior est, ita ut ad contrarium opus contrarius habitus ex re sit? Invitat autem unusquisque habitus ad opus suum inprimis.

8. Διὰ τί αἱ καθέδραι τινὰς μὲν παχύνουσι, τινὰς δ' ἰσχναίνουσιν; Ἢ διὰ τὰς ἕξεις τὰς τοῦ σώματος; οἱ μὲν γὰρ θερμότεροι παχύνονται· κρατεῖ γὰρ τὸ σῶμα τῆς τροφῆς διὰ τὴν θερμότητα οὐκ ἀφαιρούμενον· οἱ δ' ἐψυγμένοι διὰ τὸ δεῖσθαι ἐπεισάκτου θερμότητος οὐ δύνανται πέττειν τὰς τροφὰς ἠρεμοῦντες.

8. Quare sessiones alios quidem implent, alios vero emaciant? An propter corporis habitus? calidiores enim implentur: corpus namque cibum domat propter calorem, nihilque ei detrahitur; refrigerati vero, quia calore adventitio indigent, cibos concoquere nequeunt, dum quiescunt.

ΤΜΗΜΑ Ζ.

ΟΣΑ ΕΚ ΣΥΜΠΑΘΕΙΑΣ.

SECTIO VII.

QUÆ AD CONSENSUM PERTINENT.

1. Διὰ τί τοῖς χασμωμένοις ἀντιχασμῶνται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ; Ἢ διότι, ἐὰν ἀναμνησθῶσιν ὀργῶντες, ἐνεργοῦσι, μάλιστα δὲ τὰ εὐκίνητα, οἷον οὐροῦσιν, ἡ δὲ χάσμη πνεῦμα καὶ ὑγροῦ κίνησίς ἐστιν; Πρόχειρον οὖν, ἐὰν μόνον νοήσῃ· ἔστι γὰρ πλησίον.

1. Quare oscitantibus oscitando respondemus plerumque? An quia, si turgentes meminerimus, agimus, sed maxime quæ motu facili peraguntur, veluti mictionem; oscitatio autem spiritus est et humoris motus? In promptu igitur est, si modo cogitemus: est enim in vicino.

2. Διὰ τί, ἐὰν μέν τινα ἴδωμεν τὴν χεῖρα ἐκτείνοντα ἢ τὸν πόδα, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, οὐκ ἀντιποιοῦμεν τὸ αὐτό, ἐὰν δὲ χασμώμενον, ἀντιχασμώμεθα; Ἢ οὐδὲ τοῦτο ἀεί, ἀλλ' ἐὰν ὀργῶν τύχῃ τὸ σῶμα καὶ οὕτω διακείμενον ὥστε τὸ ὑγρὸν ἀναθερμαίνεσθαι; τότε γὰρ ἡ μνήμη τὴν κίνησιν ποιεῖ, ὥσπερ καὶ πρὸς ἀφροδίσια καὶ ἐδωδήν· τὸ γὰρ ποιοῦσαν μνήμην εἶναι τὸ ἔχον ὁρμὴν πρὸς τὸ φαντασθὲν πάθος.

2. Quamobrem, si quem videamus manum extendentem, vel pedem, vel aliud quid hujusmodi, non hoc idem imitamur; si vero oscitantem, oscitando respondemus? An ne hoc quidem perpetuo, sed tantummodo ubi forte turget corpus atque ita dispositum est, ut humor recalescat? tunc enim memoria motum ciet, quemadmodum et ad venerem, vel ad cibum: quod enim memoriam in rem præsentem advocat, id est quod vergit in adfectum imaginationi obversantem.

Digitized by Google

3. Διὰ τί, ἐπειδὰν πρὸς τὸ πῦρ στῶμεν, οὐρητιῶμεν, καὶ ἐὰν πρὸς ὕδωρ, οἷον ἐὰν πρὸς ποταμόν, οὐροῦσιν; Ἢ ὅτι τὸ πᾶν ὕδωρ ὑπόμνησιν δίδωσι τῆς ἐν τῷ σώματι ὑγρότητος, καὶ ἐκκαλεῖται τὸ προσιόν, αὐτὸ δὲ τὸ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγὸς ἐν τῷ σώματι, ὥσπερ ὁ ἥλιος τὴν χιόνα;

3. Quamobrem, ubi igni adstamus, micturimus, itemque ubi aquæ, exempli gratia fluvio, mingimus? An quia omnis aqua memoriam adfert humoris in corpore inveniundi et adcedentem evocat, ipse vero ignis remollit quod concretum in corpore est, quemadmodum sol nivem?

4. Διὰ τί ἀπὸ μὲν νόσων ἐνίων νοσοῦσιν οἱ πλησιάζοντες, ἀπὸ δ' ὑγιείας οὐδεὶς ὑγιάζεται; Ἢ ὅτι ἡ μὲν νόσος κίνησις, ἡ δ' ὑγίεια ἠρεμία; Ἡ μὲν οὖν κινεῖ, ἡ δ' οὐθέν. Ἢ διότι τὸ μὲν ἄκοντι, τὸ δ' ἑκόντι γίνεται; Καὶ ἆρα τὰ ἀκούσια τῶν ἑκουσίων καὶ τῶν ἐκ προνοίας διαφέρει.

4. Cur a morbis quidem nonnullis ægrotant qui adpropinquant, a sanitate vero nemo sanus fit? An quoniam morbus quidem motio est, sanitas autem quies? Ergo ille quidem movet, hæc vero nihil agit. An quod alterum quidem invito evenit, alterum vero consulto fit? Atqui res non voluntariæ a voluntariis quæque de industria fiunt, differunt.

5. Διὰ τί τῶν μὲν διὰ τῆς ἀκοῆς λυπηρῶν ἔνια φρίττειν ἡμᾶς ποιεῖ, οἷον πρίων ἀκονώμενος καὶ κίσηρις τεμνομένη καὶ λίθος ἁλούμενος, τὰ δὲ διὰ τῆς ὄψεως σημεῖα τῶν παθῶν αὐτὰ ἡμῖν τὰ πάθη ἐμποιεῖ; αἰμωδιῶμέν τε γὰρ τοὺς ὀξὺ ὁρῶντες ἐσθίοντας, καὶ τοὺς ἀπαγχομένους ἔνιοι ὁρῶντες ἐκψύχουσιν. Ἢ διότι φωνὴ μὲν πᾶσα καὶ ψόφος πνεῦμά ἐστι, τοῦτο δ' εἰσδυόμενον ἡμῖν πέφυκε κινεῖν, κινήσει δὲ μᾶλλον ἢ διὰ μέγεθος, ἢ διὰ πληγὴν σφοδροτέραν, ποιοῦν ἢ ἀλλοιοῦν τι τῶν ἐν ἡμῖν. Τὰ μὲν οὖν μεγάλα καὶ λεῖα πνεύματα τὸν τῆς αἰσθήσεως τόπον αὐτὸν κινεῖ· διὸ καὶ ἡδύνει τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ τραχέα πληγὴν ποιοῦντα σφοδράν, σείει τε τὸν τόπον καὶ πόρρω διαδίδωσι τῇ τῆς πληγῆς δυνάμει. Διαδίδωσι δὲ καὶ τὰ ψυχρὰ πόρρω· δύναμις γάρ τίς ἐστιν ἡ ψυχρότης. Αὕτη μὲν οὖν ὅτι φρίττειν ποιεῖ, εἴρηται· τὰ δὲ τραχέα, τῷ πληγὴν ποιεῖν πυκνὴν προσκόπτοντα τῇ ἀρχῇ τῶν τριχῶν, ἀπωθεῖ αὐτὴν εἰς τοὐναντίον· ἀπωθουμένης δ' ἀνάγκη τὴν κορυφὴν τῆς τριχὸς ἀνάπαλιν γίνεσθαι· διὸ συμβαίνει ἵστασθαι αὐτάς· πᾶσαι γὰρ νενεύκασι κάτω, ἡ δὲ φορὰ τοῦ διὰ τῆς ἀκοῆς πνεύματος εἰς τὸ σῶμα ἄνωθεν κάτω ἐστίν. Ὄντων οὖν τραχέων τῶν εἰρημένων ψόφων, ἡ φρίκη γίνοιτ' ἂν διὰ τὰ εἰρημένα. Γίνονται δ' αὗται μᾶλλον τῷ ἄλλῳ σώματι ἢ ἐν τῇ κεφαλῇ διὰ τὸ τὰς ἐνταῦθα τρίχας ἀσθενεστέρας εἶναι καὶ τὸ πάθος ἀσθενές. Τῆς μὲν οὖν ἀκοῆς οὔσης ἀμβλυτέρας αἰσθήσεως ἢ τῆς ὄψεως, ἐπιπόλαια καὶ τὰ πάθη γίνεται· ἀπ' αὐτῆς· ἡ δὲ φρίκη τοιοῦτον· διὸ καὶ ἀπὸ πολλῶν καὶ ἀνομοίων γίνεται. Τῆς δ' ὄψεως ἐναργεστάτης οὔσης αἰσθήσεως, ἀνάλογον καὶ τὰ συμβαίνοντα γίνεται ἀπ' αὐτῆς· διὸ ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τῆς ἀληθείας πάθη συμβαίνει γίνεσθαι ἀπ' αὐτῆς, ἐλαφρότερα δὲ τῆς ἀληθείας· ἀπὸ δὲ τῆς ἀκοῆς αὐτὰ μὲν οὔ, τὴν δ' ἀπ' αὐτῶν προσδοκίαν φρίττομεν· ἀλγεινοῦ γὰρ κακοῦ προσδοκία ἐστίν.

5. Quare nonnulla inter res molestas quæ auditu nobis obcurrunt, nonnullæ ut inhorrescamus efficiunt, ut serra ubi exacuitur, et pumex ubi secatur, lapisque ubi mola frangitur; adfectionum autem notæ quæ visui patent, adfectus ipsos nobis inferunt? dentes enim stupescunt, ubi rem acidam edentes adspicimus, et nonnullis ubi homines strangulari vident, ipsi animo deficiunt. An quod vox quidem omnis sonusque spiritus est, qui nos subiens sunpte natura motum ciere solet; movebit autem inprimis vel propter magnitudinem, vel propter ictum vehementiorem, aliquid ex iis quæ nostro in corpore sunt, adficiens, vel immutans. Ergo spiritus magni ac læves sedem ipsam commovent sentiendi, et lætitia ob eam rem nos adficiunt asperi autem, quoniam ictum inferunt vehementem, sedem illam concutiunt, longeque pro ictus sui facultate penetrant. Penetrant quoque frigida procul: frigiditas enim vis quædam est. Hanc itaque horrorem invehere, dictum jam est; asperi vero, quod ictum infligunt frequentem initio pilorum illidentes, in partem id depellunt adversam; depulso autem initio cacumen pilorum se transferat in partem adversam necesse est: quapropter fit ut pili erigantur: omnes enim deorsum nutant, spiritus autem qui per aures corpori se insinuat, superne deorsum tendit. Ergo quum soni quos modo diximus, asperi sint, horror ob causam prædictam fiet. Sed evenit hic cetero corpori potius quam capiti, quoniam pili hujus partis ceteris imbecilliores sunt affectusque imbecillus. Quum itaque sensus audiendi quam videndi obtusior sit, adfectus quoque qui ab eo ipso proficiscuntur, in superficie fiunt, horror autem talis est: quamobrem et multis ac variis de causis exsistit. Sensus videndi vero quum manifestissimus sit, eventa quoque quibus ansam dat, huic proportioni respondent: quocirca efficitur ut ipsi quidem hi secundum veritatem adfectus, etiamsi veris leviores, ab eo proficiscantur; at a sensu audiendi non ipsos quidem adfectus, sed eorum exspectationem horremus: mali enim dolorem adferentis exspectatio horror est.

6. Διὰ τί χασμησαμένοις ἀντιχασμῶνται, καὶ ὅταν οὐροῦντα ἴδωσιν, οὐροῦσι, καὶ μάλιστα τὰ ὑποζύγια; Ἢ διὰ τὴν μνήμην; ὅταν γὰρ μνησθῇ, κινεῖται τοῦτο τὸ μέρος. Τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις, διὰ τὸ εὐαισθη-

6. Cur oscitantibus oscitando respondemus, et ubi mingentem videmus, mingimus, idque inprimis jumenta? An propter memoriam? movetur enim ea ipsa pars, quoties meminerimus. Hominibus itaque, quia sensu præditi

Digitized by Google

τοτέροις εἶναι, ἰδοῦσιν εὐθὺς συμβαίνει καὶ κινεῖσθαι καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι· τοῖς δ' ὑποζυγίοις οὐκ αὐταρκες τὸ ἰδεῖν, ἀλλὰ προσδέονται καὶ ἄλλης αἰσθήσεως· διὸ καὶ ὀσφρανθέντα, ὅτι εὐκινητοτέρα αὕτη ἡ αἴσθησις τοῖς ἄνευ λόγου, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἅπαντα οὐρεῖ, οὗ ἂν τὸ πρῶτον οὐρήσῃ· τότε γὰρ μάλιστα κινοῦνται, ὅταν ὀσφρανθῶσιν· ὀσφραίνονται δ', ὅταν πλησιάσωσιν.

sunt exquisitiori, simulac viderint, evenit ut moveantur reminiscanturque; jumentis autem vidisse non satis est, sed alio insuper sensu opus est: quamobrem addito etiam olfactu moventur, quoniam sensus hic in animalibus ratione carentibus mobilior est: unde fit ut eumdem quoque in locum mingant omnia, quo primum eminxerit: tum enim præcipue moventur, quum olfecerint; olfaciunt autem posteaquam adpropinquarint.

7. Διὰ τί, ἐπειδὰν τεμνόμενόν τινα ἴδωμεν, ἢ καιόμενον, ἢ στρεβλούμενον, ἢ ἄλλο τι τῶν δεινῶν πάσχοντα, συναλγοῦμεν τῇ διανοίᾳ; Ἢ ὅτι ἡ φύσις ἡμῖν κοινὴ ἅπασιν; Συνήλγησεν οὖν, ἐπειδάν τι τοιοῦτον ἴδῃ, τῷ πάσχοντι διὰ τὴν οἰκειότητα. Ἢ ὅτι ὥσπερ αἱ ῥῖνες καὶ αἱ ἀκοαὶ λαμβάνουσί τινας ἀπορροίας κατὰ τὰς οἰκείας δυνάμεις, οὕτω καὶ ἡ ὄψις αὐτὸ πάσχει, καὶ ἀπὸ τῶν ἡδέων καὶ λυπηρῶν;

7. Quamobrem ubi secari quempiam, aut uri, aut torqueri, aut alia quadam re tetra adfici videmus, mente ejus dolorem participamus? An quod omnibus communis natura nobis est? Dolorem igitur participat qui aliquid hujusmodi viderit, propter cognationem, qua præditus est erga dolentem. An quia eodem modo quo nares et aures effluvia quædam secundum proprias facultates recipiunt, sic etiam visui idem evenit adfectus a rebus tum jucundis, tum tristibus.

8. Διὰ τί ἀπὸ φθίσεως καὶ ὀφθαλμίας καὶ ψώρας οἱ πλησιάζοντες ἁλίσκονται, ἀπὸ δ' ὕδρωπος καὶ πυρετῶν καὶ ἀποπληξίας οὐχ ἁλίσκονται, οὐδὲ τῶν ἄλλων; Ἢ ἡ μὲν ὀφθαλμία, ὅτι εὐκινητότατον ὁ ὀφθαλμὸς καὶ μάλιστα ὁμοιοῦται τῷ ὁρωμένῳ τῶν ἄλλων, οἷον κινεῖται ἀπὸ κινουμένου, ὥστε καὶ ἀντιβλέπων τεταραγμένῳ ταράττεται μάλιστα, ἡ δὲ φθίσις, ὅτι πνεῦμα φαῦλον ποιεῖ καὶ βαρύ, τάχιστα δὲ τὰ νοσήματα ταῦτα ἅπτεται πάντων, ὅσα τούτου φθειρομένου γίνεται, οἷον τὰ λοιμώδη; ὁ δὲ πλησιάζων τοιοῦτον ἀναπνεῖ. Νοσεῖ μὲν οὖν, ὅτι νοσῶδες· ἀπὸ μόνου δέ, ὅτι ἐκπνεῖ, νοσεῖ, οἱ δ' ἄλλοι ἑτέρως· τὴν αὐτὴν δὲ νόσον, ὅτι ᾧ ἂν ἀσθενήσῃ, τούτῳ ἀναπνεῖ τοιοῦτον οἷον εἰ πεπονθὼς ἦν. Ἡ δὲ ψώρα μᾶλλον τῶν ἄλλων, οἷον λέπρας καὶ τῶν τοιούτων, ὅτι ἐπιπολῆς τε καὶ γλίσχρον τὸ ἀπορρέον· τὰ γὰρ κνησμώδη τοιαῦτα· διὸ αὐτὰ τῷ ἐπιπολῆς γίνεσθαι καὶ γλίσχρον εἶναι ἅπτεται. Τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν οὐχ ἅπτεται διὰ τὸ μὴ ἐπιπολῆς γίνεσθαι, τὰ δ' ὄντα ἐπιπολῆς, ὅτι οὐ προσμένει διὰ ξηρότητα.

8. Cur a tabe et lippitudine et scabie capiuntur qui adpropinquant, ab aqua autem intercute, aut febribus, aut morbo adtonito non capiuntur, nec a reliquis? An lippitudo quidem (ita agit), quoniam oculus mobilissima est pars et ceterarum maxime partium rei sibi objectæ similis redditur, movetur exempli gratia a re quæ motu tenetur ipsa, ita ut, quum turbatum ex adverso intuetur, et ipse maxime perturbetur; tabis autem (contagio idcirco fit), quoniam spiritum vitiat gravemque reddit, celerrime autem omnes morbi corripiunt qui a spiritu corrupto proveniunt, quales sunt pestilentes? qui enim adpropinquat, talem spiritum trahit. Ægrotat igitur, quia morbiferus est spiritus; ab unico autem morbum recipit, quoniam unus ille (sic) spirat, ceteri vero secus; eumdem autem morbum recipit, quia qua parte ille ægrotarit, eadem hic tale spirat ac si ipse fuisset ægrotus. Sed scabies magis quam cetera, veluti lepra atque hujusmodi vitia, inficit, quoniam superficiem corporis tenet et humore manat glutinoso: pruriginosa namque hujusmodi sunt: quapropter, quia nempe superficiem invadunt glutinosaque sunt, idcirco inficiunt. Inter cetera autem alia quidem non inficiunt, quia superficiem non invadunt, alia vero, etiamsi superficiem teneant, quia ob siccitatem non adhærent.

9. Διὰ τί τὴν αἰμωδίαν παύει ἡ ἀνδράχνη καὶ ἅλες; Ἢ ὅτι ἡ μὲν ὑγρότητά τινα ἔχει; φανερὰ δ' αὕτη μασωμένοις τε, κἂν συντεθῇ χρόνον τινά· ἕλκεται γὰρ ἡ ὑγρότης. Τὸ δὴ γλίσχρον εἰσδυόμενον ἐξάγει τὸ ὀξύ· καὶ γὰρ ὅτι συγγενὴς ἡ ὀξύτης σημαίνει· ἔχει γάρ τινα ὀξύτητα ὁ χυλός. Ὁ δ' ἅλς συντήκων ἐξάγει καὶ τὴν ὀξύτητα. Διὰ τί οὖν ἡ κονία καὶ τὸ νίτρον οὔ; Ἢ ὅτι στύφει, καὶ οὐ τήκει;

9. Cur dentium stuporem portulaca tollit, et sal? An quia portulaca quidem quemdam continet humorem, qui cum manducantibus, tum aliquantisper reponentibus patescit? trahitur enim ille humor. Lentor igitur subiens acorem expellit: nam ipse acor adfinitatem indicat: succus enim acorem quemdam præ se fert. Sal vero item liquefaciendo acorem expellit. Quare itaque lixivium et nitrum non expellunt? An quia adstringunt, non vero liquefaciunt?

ΤΜΗΜΑ Η.

ΟΣΑ ΕΚ ΡΙΓΟΥΣ ΚΑΙ ΦΡΙΚΗΣ.

SECTIO VIII.

QUÆ AD RIGOREM ATQUE HORROREM PERTINENT.

1. Διὰ τί οἱ ῥιγῶντες πελιδνοὶ γίνονται; Ἢ διότι τὸ αἷμα πήγνυται διὰ τὸ ψῦχος, πηγνύμενον δὲ μελαίνεται διὰ τὴν ἀπουσίαν τοῦ θερμοῦ; τὸ δὲ λευκὸν τοῦ

1. Qua de causa lividi qui rigent, efficiuntur? An quoniam sanguis frigore gelascit, gelascens autem nigrescit propter caloris inopiam? albedo namque igni propria est: quapro-

Digitized by Google

πυρός· διὸ καὶ τοῖς πρεσβύταις μάλιστα πελιδνοῦται ἡ σάρξ, ὅτι ἐλαχίστην ἔχει θερμότητα.

pter et maxime ætate provectis caro livescit, eo quod calorem minimum obtinet.

2. Διὰ τί οἱ ῥιγῶντες καθεύδειν οὐ δύνανται; Ἢ διότι πάντες οἱ ῥιγῶντες μᾶλλον τὸ πνεῦμα κατέχουσιν, ὁ δὲ καθεύδων ἐκπνεῖ μᾶλλον ἢ εἰσπνεῖ χαλεπὸν ῥιγῶντα καθεύδειν; ἅμα γὰρ ποιεῖν τἀναντία ἀδύνατον.

2. Quapropter rigentes dormire nequeunt? An quia rigentes inprimis spiritum detinent omnes, dormiens vero exspirat potius quam inspirat, difficilis rigenti est somnus? fieri enim nequit ut simul contraria faciamus.

3. Διὰ τί ἐν τῷ ψύχει ὀξύτεροι καὶ οἱ ἀσθενήσαντες, καὶ οἱ λυπούμενοι, καὶ οἱ ὀργιζόμενοι; Ἢ στιφρότερον ποιεῖ τὸ καταψύχεσθαι;

3. Quamobrem in frigore acriores sunt cum convalescentes, tum dolentes, tum irati? An rigidiores reddit refrigeratio?

4. Διὰ τί οἱ ἀθληταὶ ὑσχηριοι εὖ ἔχοντες; Ἢ ὅτι καθαρὰ καὶ εὔπνους ἡ ἕξις καὶ ἀπίμελος, ἡ τοιαύτη δ' εὐπαθεστάτη ὑπὸ τοῦ ἀέρος, ὅταν εὐδιόδος τ' ᾖ καὶ μὴ ἔχῃ θερμότητα ἐν αὐτῇ; ἡ δὲ πιμελὴ θερμόν, ἂν μὴ ὑγρος.

4. Quamobrem athletæ alsiosi sunt, etiamsi bono utantur habitu? An quia habitus eorum purus flatuique pervius est et pinguedine caret, talis autem habitus facillime ab aere adficitur, quandoquidem facile penetratur, nec calorem intra se continet? pinguedo enim calida est, nisi perquam humida sit.

5. Διὰ τί μάλιστα τὰ ἀκρωτήρια ῥιγῶσιν; Ἢ διὰ στενότητα; Καὶ οἱ πόροι ἐν αὐτοῖς στενοὶ ὄντες ὀλίγαιμοί εἰσιν, ὥστε καὶ ὀλιγόθερμοί εἰσιν· τὸ γὰρ αἷμα θερμόν.

5. Cur extremitatibus corporis maxime rigemus? An propter angustiam? Meatus quoque, qui in his insunt, quippe angusti, parum obtinent sanguinis, et ob eam rem et parum caloris: sanguis enim calidus est.

6. Διὰ τί, ἐὰν μετέωροι ὦσιν οἱ πόδες, μᾶλλον ῥιγοῦσιν; Πότερον ὑποπνεῖ μᾶλλον; Ἢ ὅτι ἐν ἐλάττονι γίνεται τὸ αἷμα κάτω, ὥστε τὸ ἄλλο εὐψυκτότερον, ἐκλείποντος τοῦ θερμοῦ;

6. Cur pedes magis tunc rigent, quum suspensi tenentur? Utrum quod magis subtus adflantur? An quod sanguis deorsum in arctius se contrahit spatium, ita ut reliquum facilius refrigeretur, deficiente calore?

7. Διὰ τί οἱ παχεῖς σφόδρα ῥιγοῦσι, τῆς πιότητος θερμῆς οὔσης; Ἢ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ πάχους τοῦ μὲν ἔσωθεν θερμοῦ πόρρω γίνονται τὰ ἔσχατα, τοῦ δ' ἔξω ψυχροῦ ἐγγύς;

7. Cur homines crassi admodum rigent, quum tamen pinguedo calida sit? An propter crassorum amplitudinem longe quidem a calore interiore removentur partes extremæ corporis, externo vero frigori admoventur?

8. Διὰ τί πταρέντες καὶ οὐρήσαντες φρίττουσιν; Ἢ ὅτι κενοῦνται αἱ φλέβες ἐν ἀμφοτέροις, κενωθέντων δ' ἀὴρ εἰσέρχεται ψυχρὸς, ὁ ποιῶν φρίττειν;

8. Cur post sternutationem et mictionem horremus? An quia venæ vacuantur apud utrosque, his autem vacuatis aer ingreditur frigidus qui horrorem infert?

9. Διὰ τί μάλιστα βουλιμιῶσιν ἐπὶ τῷ ψύχει, καὶ τοῦ χειμῶνος μᾶλλον ἢ τοῦ θέρους; Ἢ διότι ἡ μὲν βουλιμία γίνεται δι' ἔνδειαν τῆς ξηρᾶς τροφῆς, ἐν δὲ τῷ ψύχει καὶ τῷ χειμῶνι συστελλομένου τοῦ ἐντὸς θερμοῦ εἰς ἐλάττω, τοῦτο θᾶττον ὑπολείπει ἡ ἐντὸς τροφή· τούτου δὲ γινομένου, μᾶλλον βουλιμιᾶν εἰκός; Ἡ δ' ἐν τῇ βουλιμίᾳ ἔκλυσις καὶ ἀδυναμία γίνεται συντήξεως γινομένης ἐν τῷ σώματι διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ἄθροισιν, ἧς ῥυείσης μὲν εἰς τὸν τῶν σιτίων τόπον αὐτὴ τροφὴ γίνεται τῷ σώματι, ἐὰν δ' ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῆς ἀνεπνοῆς ἔλθῃ, ἀφωνία καὶ ἀδυναμία συμβαίνει, ἀφωνία μὲν διὰ τὸ ἐμφράττεσθαι τὸν τοῦ πνεύματος πόρον, ἀδυναμία δὲ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀτροφίαν καὶ σύντηξιν. Ταχεῖαι δὲ καὶ ἀπ' ὀλίγων αἱ βοήθειαι γίνονται τοῖς τοιούτοις διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν τοῦ πάθους ἔξωθεν γίνεσθαι· συστέλλον γὰρ τὸ ἐντὸς ψυχρὸν τὸ θερμὸν ἡμῶν ποιεῖ τὴν βουλιμίαν. Καθάπερ οὖν ἐν τῷ φόβῳ τρέμοντες καὶ ὠχριῶντες, ἀφέντες τοῦ κινδύνου, παραχρῆμα οἱ αὐτοὶ γίνονται, οὕτω καὶ βουλιμιῶντες, μικρὰ προσενεγκάμενοι ἐξ ἄρτου, βίᾳ κινηθέντες ἐκ τῆς φύσεως, μὴ φθαρέντες δέ, ταχεῖα ἡ ἀποκάθαρσις γίνεται·

9. Cur tempore frigido maxime famis illa intolerabilis incidit quæ bulimus adpellatur, et hyeme potius quam æstate? An quod vitium hoc ob inopiam alimenti sicci adcidit tempore autem frigido et hiberno quum calor internus in angustius spatium se contrahit, ocius hunc internum deficit alimentum: quod ubi defuerit, consentaneum est bulimum fieri frequentiorem? Animi autem deliquium et virium collapsus qui hunc morbum comitantur, colliquatione in corpore superveniente, fiunt propter caloris adcumulationem: quæ colliquamenta si ad locum cibo destinatum fluunt, ipsa alimentum fiunt corporis; sin vero respirationis origines adierint, vocem et vires deficere evenit, vocem quidem, quoniam spirandi meatus obstruitur, vires autem, quia alimentum corpori deest, ac propter colliquationem. Celeriter tamen paucisque remediis subvenitur his ægrotis, eo quod mali ortus extrinsecus venit: frigus enim internum calorem nostrum contrahens bulimo ansam dat. Eodem itaque modo quo qui in metuendo tremebant pallebantque, periculo liberati confestim ad priorem redeunt statum, sic etiam bulimo adfecti, ubi parum sumpserunt panis, ut qui vi a naturali conditione submoti, non vero corrupti erant,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ταὐτὸ γὰρ ἀντέτεινε τήν τε κατὰ φύσιν ἀγωγήν, καὶ καθίστησιν εἰς τὴν φύσιν. Ἀφεῖναι οὖν μόνον αὐτὴν δεῖ, καὶ καθάπερ τῶν παιδίων τὰ ἀντιτείνοντα εἰς τοὔπισθεν τὰ σπαρτία· καὶ γὰρ ταῦτα ἀφεθέντων τῶν σπαρτίων, εὐθὺς πεπτώκασιν ὕπτια.

cito liberantur: idem enim quod naturæ tenorem in partem adversam retraxerat, naturalem quoque conditionem reducit. Ergo liberari tantummodo debet natura, quemadmodum et pueri qui funes in contrarias partes retro retrahunt, quippe qui funibus dimissis, confestim resupini decidunt.

10. Διὰ τί οἱ γεγυμνασμένοι δυσριγότεροι τῶν ἀγυμνάστων; Πότερον ὅτι τὸ πῖον ὑπὸ τῶν πόνων ἐξήρηται, τοῦτο δ' ἁλέαν παρέχει; θερμὸν γὰρ τὸ λιπαρόν. Ἢ ὅτι εὐπνούστερα τὰ σώματα καὶ ἀραιότερα διὰ τὸ τὸ πῖον καὶ τὸ περίττωμα ἐξῃρῆσθαι, ὥστ' οὐδὲν ἀποστέγειν τὸ ψῦχος; Ἢ διὰ τὴν τῶν πόρων ἀποστόμωσιν τοῖς ἱδρῶσιν οἷον πολλαὶ θύραι ἐξήρηνται; φανερὸν δ' ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ ἕξις πρὸς ὑγείαν καὶ ἰσχὺν συμφέρει· ἡ μὲν γὰρ πῖων, ἡ δ' ἀραιὰ φαίνεται οὖσα.

10. Cur exercitati magis alsiosi quam inexercitati sunt? Utrum quia pingue exemptum a laboribus est; hoc autem teporem præstat? calida enim pinguedo est. An quod corpora eorum flatui magis pervia ac rariora ideo sunt, quoniam pingue excrementumque exemptum est, ita ut nihil frigus arceat? An propter meatuum obclusionem sudoribus veluti ostia complura exempta sunt? habitum enim non eumdem sanitati et robori conferre, manifestum est: hunc namque pinguem, illum vero rarum esse constat.

11. Διὰ τί φρίττουσι, καὶ τῷ θερμῷ, καὶ τῷ ψυχρῷ προσχεόμενοι; ἄτοπον γὰρ τὰ ἐναντία τοῦ αὐτοῦ εἶναι αἴτια. Ἢ διότι ὑπὸ μὲν τοῦ ψυχροῦ προσχεόμενοι τὸ ἐντὸς θερμὸν σβεννύμενον ποιεῖ τὴν φρίκην, ὑπὸ δὲ τοῦ θερμοῦ τὸ ἐκτὸς ψυχρὸν ἀντιπεριιστάμενον εἰς ἓν καὶ ἀθροιζόμενον τῇ φυγῇ ἔσω, ὥσθ' ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄμφω γίνεται, ἀλλ' ὁτὲ μὲν ὑπὸ τοῦ ἔσω, ὁτὲ δ' ὑπὸ τοῦ ἔξωθεν;

10. Cur cum aqua frigida, tum calida infusa, inhorrescimus? res enim contrarias ejusdem rei causas esse absurdum est. An quia frigida quidem infusa calor interior exstinctus horrorem movet, calida autem frigus externum, dum undequaque circumobsistendo in eumdem locum colligitur atque introrsum fugiens adcumulatur, ita ut utrumque ab eodem fiat, verum modo quidem ab interno, modo vero ab externo.

12. Διὰ τί φρίττουσιν αἱ τρίχες ἐν τῷ δέρματι; Ἢ ὅταν συσπάσωσι τὸ δέρμα, εἰκότως ἐξανέστησαν; συσπῶσι δὲ καὶ ὑπὸ ῥίγους καὶ ὑπ' ἄλλων παθῶν.

12. Cur pili in cute inhorrescunt? An ubi cutem contraxerunt, merito eriguntur? contrahunt enim et rigore et aliis adfectibus.

13. Διὰ τί ἐν τῇ τελευταίᾳ προέσει τοῦ οὔρου φρίττομεν; Ἢ ὅτι ἐνόντος μὲν τοῦ ὑγροῦ, θερμοῦ πλήρεις ἥ τε κύστις καὶ οἱ περὶ αὐτὴν πόροι, ἐξελθόντος δέ, ἀέρος ψυχροῦ ἐνέπλησεν; οὐδὲν γὰρ κενὸν δεῖ εἶναι, ἀλλ' ἢ ἀέρος, ἢ σώματος πλῆρες. Ἅτ' οὖν εἰσεληλυθότος ψυχροῦ ἀέρος εἰκότως φρίττειν συμβαίνει.

13. Cur per extremam urinæ missionem inhorrescimus? An, dum inest quidem humor calido repleta est vesica et meatus qui circa eam positi sunt; postquam vero effluxerit, aere frigido redundat? inane enim nihil oportet esse, sed aut aeris, aut corporis plenum. Quum igitur aer intraverit frigidus, merito ut inhorrescamus evenit.

14. Διὰ τί τῶν ῥιγώντων ἡ γλῶττα, καθάπερ τῶν μεθυόντων, πταίει; Πότερον ὑπὸ τοῦ ψύχους πηγνυμένη καὶ σκληρυνομένη δυσκίνητος γίνεται, τούτου δὲ συμβαίνοντος, οὐ δύναται σαφηνίζειν; Ἢ τῶν ἐκτὸς πυκνουμένων διὰ τὸ ψῦχος εἴσω συρρυὲν τὸ ὑγρὸν ἐξυγραίνει τὴν γλῶτταν; διόπερ οὐ δύναται ἡ γλῶττα τὸ αὐτῆς ποιεῖν, καθάπερ εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν μεθυόντων. Ἢ διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ ῥίγους τρόμον ἀτάκτου τῆς κινήσεως οὔσης, οὐ δύναται τὰ λεγόμενα διαρθροῦν ἡ γλῶττα; διόπερ καὶ πταίει.

14. Cur lingua rigentium, quemadmodum vinolentorum, impingit? Utrum quod, ubi frigore concrescit ac indurescit, motus ejus difficilis redditur: quod ubi fit, distincte eloqui non potest? An ubi partes exteriores frigore densantur, humor intro confluens linguam perquam madefacit? quapropter suo fungi obficio lingua nequit, ut de vinolentis etiam diximus. An quoniam per tremorem a rigore inductum motus inordinatus est, articulate vocabula lingua edere non potest? quapropter et impingit.

15. Διὰ τί τῶν ῥιγώντων ὀρθαὶ αἱ ἐν τῷ σώματι τρίχες γίνονται; Ἢ διότι ἀπὸ τῆς καταψύξεως τὸ θερμὸν εἰς τὸν ἐντὸς τόπον ἀθροίζεται, ἐκλείποντος δ' ἐκ τῆς σαρκὸς τοῦ θερμοῦ, συνίσταται μᾶλλον, συναγομένης δ', ὀρθότεραι αἱ τρίχες γίνονται; Ἢ διοτι....

15. Cur apud rigentes corporis pili eriguntur? An quod ex refrigeratione calor ad locum interiorem se colligit; ubi autem carnem calor deficit, magis cogitur: quo facto, pili erectiores efficiuntur? An quia...

16. Διὰ τί τοῦ χειμῶνος τρέχοντες μᾶλλον ῥιγῶμεν ἢ ἑστῶτες; Ἢ ὅτι ὁ ἀὴρ ὁ περὶ τὸ σῶμα ἑστώτων μέν, ἐπειδὰν ἅπαξ συνθερμανθῇ, οὐκέτι ἐνοχλεῖ, τρεχόντων δ' ἀεὶ ἄλλος καὶ ἄλλος προσπίπτει ψυχρὸς ὤν; διόπερ

16. Cur hyeme, ubi currimus, magis rigemus quam ubi stamus? An quod aer nostrum ambiens corpus, ubi stamus quidem, modo semel concalefactus sit, nullam præterea molestiam infert; ubi autem currimus, alius atque alius

Digitized by Google

μᾶλλον ῥιγῶμεν. Ἔτι δὲ καὶ κινούμενος ψυχρότερος γίνεται ὁ ἀήρ· τοῦτο δ' ἐν τῷ τρέχειν μάλιστα συμπίπτει.

subinde frigidus incidit? quapropter magis rigemus. Ad hæc aer, ubi movetur, frigidior redditur: quod quidem in currendo maxime incidit.

17. Διὰ τί ὑποφαύσκοντος μᾶλλον ψῦχος [ἢ] ἐγγυτέρω τοῦ ἡλίου ὄντος; Ἢ ὅτι πλείων ὁ χρόνος τῆς τοῦ ἡλίου ἀπουσίας, ὥστε μᾶλλον ἀπέψυκται ἡ γῆ; Ἢ ὅτι πρὸς ἡμέραν ἡ δρόσος πίπτει ὥσπερ πάχνη, ταῦτα δὲ ψυχρά; Ἢ καὶ ταῦτα πίπτει διὰ τὸ κρατεῖσθαι τὸ ἀναφερόμενον θερμόν, κρατεῖται δὲ διὰ τὴν τοῦ ἡλίου ἀπουσίαν; διὸ καὶ πλεῖον μὲν ἀπέχοντος οὐ πίπτει, ἐγγυτέρω δ' ὄντος πίπτει καὶ πήγνυται, διότι μᾶλλον ἀπέψυκται ὁ τόπος, πλείω χρόνον τοῦ ἡλίου ἀπόντος. Ἢ ὅτι πρὸς ἡμέραν μᾶλλον τὰ ἐκ νυκτῶν πνεύματα τῆς ψύξεως; Ἢ ἡμῖν δοκεῖ μᾶλλον εἶναι ψῦχος διὰ τὸ πεπέφθαι τὰ σιτία; κενώτεροι δ' ὄντες δυσριγότεροι. Σημεῖον δὲ τὸ μετὰ τοὺς ἐμέτους μάλιστα ῥιγοῦν.

17. Cur diluculo frigus acrius est, quum tamen sol propius adsit? An quod plus temporis abfuit sol, ita ut terra magis refrigerata sit? An quod die instante ros cadit, quasi pruina, hæc autem frigida sunt? An hæc etiam ideo cadunt, quoniam calor, qui sursum effertur, superatur, superatur autem propter solis absentiam? quocirca ubi longe quidem distat, non cadunt; ubi vero propius, tum cadunt atque gelantur, quod locus magis refrigeratus est propter solis diuturniorem absentiam. An quia die instante potius flatus citantur nocturni refrigerationi ansam dantes? An nobis frigus acrius idcirco esse videtur, quod cibi concocti sunt? inaniores enim ubi sumus, magis alsiosi sumus. Argumento autem est, quod a vomitu maxime rigemus.

18. Διὰ τί πονοῦσιν, ὅταν ῥιγῶντας πρὸς τὸ πῦρ φέρωσιν· ὅταν δὲ κατὰ μικρὸν χλιαίνωσιν, οὔ; Ἢ ὅτι ὅλως ἐκ τῶν ἐναντίων τοὐναντίον γινόμενον μεγάλην ποιεῖ τὴν μεταβολήν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων, εἰ μὲν κατὰ μικρὸν κάμπτοι τις, οὐκ ἂν πονοῖ, εἰ δὲ σφοδρότερον καὶ μὴ κατὰ μικρόν, κλῶνται; Εἰ οὖν τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου ἀπαθές, τὸ δὲ θερμὸν τοῦ ῥιγῶντος εἴσω συνίσταται καὶ συνέρχεται, τὸ δ' ὑγρὸν καταλείπεται καὶ τὸ ψυχρόν, τὸ δ' ἐναντίον τοῦ ἐναντίου φθαρτικόν· ὥστε ἐὰν μὲν χλιαίνῃ κατὰ μικρόν, ἐξέρχεται τὸ θερμὸν καὶ ἧττον πονεῖ, ἐὰν δὲ μὴ ἀναχλιάνῃ, προσάγει μᾶλλον.

18. Qua de causa rigentes, si ad ignem ferantur, indolescunt, si vero paulatim tepefiant, non? An quod omnino, ubi e contrariis contrarium provenit, magna effici mutatio solet, ut in arboribus, quas si quis paulatim quidem deflectat, non laborabunt, sin vero vehementius ac non paulatim, franguntur? Quodsi igitur simile a suo simili adfici non possit, calidumque rigentis intus consistat et se colligat, humidum vero et frigidum relinquantur, contrariumque suum contrarium destruere valeat, efficitur ut, si paulatim quidem tepefaciat ignis, calor exeat atque minus dolorem cieat; sin vero non refocillet, [sed subito admoveatur], graviorem inferat.

19. Διὰ τί ψυχθέντες μᾶλλον ἀπὸ τῆς αὐτῆς θερμασίας καιόμεθα καὶ ἀλγοῦμεν; Πότερον διὰ πυκνότητα στέγει ἡ σὰρξ τὸ προσπῖπτον θερμόν; διὸ μολίβδος ἧττον θερμότερος. Ἢ βίαιος γίνεται τοῦ θερμοῦ ἡ δίοδος διὰ τὸ πεπηγέναι ὑπὸ τοῦ ψύχους τοὺς πόρους;

19. Cur refrigerati vehementius ab eodem calore urimur atque dolemus? Utrum caro propter densitatem calorem incidentem protegit? quapropter plumbum calidius quam lana. An calor vi penetrat, eo quod meatus frigore congelati sunt?

20. Διὰ τί οἱ ὀργιζόμενοι οὐ ῥιγῶσιν; Ἢ ὅτι ἡ ὀργὴ τῇ δειλίᾳ ἐναντίον καὶ ὁ θυμός, ἔστι δ' ἡ μὲν ὀργὴ ἀπὸ τοῦ πυρός; πολὺ γὰρ τὸ πῦρ κατέχοντες εἴσω χλιαίνονται. Μάλιστα δ' ἔστιν ἐπὶ τῶν παιδίων καταμαθεῖν· οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες βλάπτονται, τὰ δὲ παιδία πρῶτον μὲν τὸ πνεῦμα πολὺ ἀναλαμβάνουσιν, εἶτα ἐρυθριῶσιν· πολὺ γὰρ εἴσω ὂν τὸ θερμὸν καὶ ἐξυγραῖνον ἐρυθριᾶν ποιεῖ, ἐπεὶ εἴ τις αὐτοῖς πολὺ τοῦ ψυχροῦ προσχέοι, πρύσοιντ' ἂν ὀργιζόμενοι· κατασβεσθείη γὰρ ἂν αὐτῶν τὸ θερμόν. Οἱ δὲ δειλοὶ καὶ φοβούμενοι τοὐναντίον· ῥιγῶσί τε γὰρ καὶ ψυχροὶ καὶ ὠχροὶ γίνονται· ἐκλείπει γὰρ τὸ θερμὸν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐπιπολῆς τόπων.

20. Quam ob causam non rigent qui irascuntur? An quod ira et excandescentia ignaviæ contrarii adfectus sunt, est autem ira quidem ex igne? ubi enim intus copiam ignis continent, tepescunt. Quod maxime in puerili ætate perspicere licet: viri namque impediuntur, pueri vero primum quidem magnam spiritus copiam in sese recipiunt, deinde erubescunt: calor enim ubi intus adfatim substat atque humificat, facit ut erubescant: nam si quis large aquam frigidam his infuderit, ab ira cessabunt, quippe quum calor eorum exstinguetur. Pavidi autem et metuentes contra: rigent enim et frigidi pallidique redduntur: calor namque eorum partes superficiarias relinquit.

21. Διὰ τί, ὅταν φρίξωμεν, αἱ τρίχες ὀρθαὶ ἵστανται; Ἢ διὰ τὸ ἐν ὑγρῷ πεφυκέναι κατακεκλεῖσθαι; κρατεῖ γὰρ τοῦ ὑγροῦ τὸ βάθος τῆς τριχός, ἡ δὲ φρίκη γίνεται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, τὸ δὲ ψῦχος κατὰ φύσιν πήγνυσι τὸ θερμόν. Ὅταν οὖν μεταβάλῃ τὸ ὑγρὸν

21. Qamobrem, ubi inhorrescimus, pili eriguntur? An quod suapte natura humore inclusi sunt? humor enim a pili fundo domatur, horror autem frigore fit; frigus vero naturaliter calidum congelat. Ergo ubi commutatus conge-

Digitized by Google

ἐξ οὗ πεφύκασιν αἱ τρίχες, καὶ παχῆ, μεταβάλλειν εἰκὸς καὶ τὰς τρίχας. Εἰς μὲν οὖν τοὐναντίον [εἰ] μεταβάλλουσιν, ἢ ἐν ταὐτῷ μένουσιν, ἢ (εἰ?) ἐπικρατήσει πάλιν ἡ θρὶξ τοῦ ὑγροῦ. Οὐκ εἰκὸς δὲ πεπηγότος καὶ πεπυκνωμένου τοῦ ὑγροῦ τὴν τρίχα τῷ βάρει κρατεῖν. Εἰ δὲ μηδαμόσε κεκλίσθαι δυνατὸν τὴν τρίχα τῷ τὸ ὑγρὸν πεπηγέναι, λείπεται ἑστάναι ὀρθήν. Ἢ διότι ὑπὸ τῆς καταψύξεως τὸ θερμὸν εἰς τὸν ἐντὸς τόπον ἀθροίζεται; ἐκλείποντος δ' ἐκ τῆς σαρκὸς τοῦ θερμοῦ συνίσταται μᾶλλον ἡ σάρξ, συναγομένης δὲ ὀρθότεραι αἱ τρίχες γίνονται, καθάπερ ἐάν τις εἰς τὴν γῆν ἐμπήξας κάρτος, ἢ ἄλλο τι, συντάττῃ καὶ πάντοθεν συνάγῃ τὴν γῆν, μᾶλλον ὀρθοῦται ἢ ἐὰν ἐᾷ μὴ συνεστηκυῖαν.

latusque humor est e quo pili pullulant, pilos ipsos etiam mutari consentaneum est. Aut igitur in contrarium transibunt, aut in eadem conditione persistent, si rursus vincere humorem potuerint pili. Atqui verisimile non est ut humorem gelatum condensatumque pilus vincere suo pondere possit. Si vero pilus, quoniam humor congelatus est, nullam in partem valeat inclinari, restat sane ut erectus consistat. An quoniam calor a refrigeratione ad locum interiorem colligitur? deficiente enim carnem calore, caro magis cogitur: qua coacta, pili magis eriguntur: quo modo si, quum terræ festucam, aut aliud quid, infixeris, coaggeres (?) atque undique colligas terram, magis erigitur quam si non coactam esse siveris.

22. Διὰ τί οἱ ῥιγῶντες μάλιστα οὐ καθεύδουσιν; Ἢ διότι ὁ ῥιγῶν μᾶλλον κατέχει τὸ πνεῦμα ἢ ἐκπνεῖ, ὁ δὲ καθεύδων ἐκπνεῖ ἢ εἰσπνεῖ; Ἐναντίως οὖν ποιεῖ ἔχειν τὸ ῥῖγος τῷ καθεύδειν.

22. Quam ob causam qui rigent, potissimum non dormiunt? An quoniam qui riget, spiritum magis retinet quam exspirat; qui vero dormit, magis exspirat quam inspirat? Facit igitur rigor ut conditione versemur somno contraria.

ΤΜΗΜΑ Θ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΥΠΩΠΙΑ ΚΑΙ ΟΥΛΑΣ ΚΑΙ ΜΩΛΩΠΑΣ.

SECTIO IX.

QUÆ AD SUGILLATIONES, ET CICATRICES ET VIBICES PERTINENT.

1. Διὰ τί τοὺς μώλωπας κωλύει τὰ νεόδαρτα δέρματα προστιθέμενα, καὶ μάλιστα κριῶν, καὶ ᾠὰ ἐπικατα-γνύμενα; Ἢ ὅτι ἄμφω κωλύει τὴν ἄθροισιν τοῦ ὑγροῦ καὶ τὴν ἔπαρσιν; τὸ γὰρ ἀφηλκωμένον ἕλκει ἐπαίρεται διὰ τὴν θερμασίαν. Τά τε δὴ ᾠὰ διὰ τὴν γλισχρότητα κατακολλῶντα κωλύει ἐπαίρεσθαι, καθάπερ καὶ τὰ καύματα, ὥσπερ καὶ ἡ κόλλα, καὶ τὰ δέρματα τῇ τε γλισχρότητι προσκολλᾶται, καὶ ἅμα τῇ θερμότητι συμπέττει καὶ παύει τὴν φλεγμασίαν· οὐδὲ γὰρ ἀφαιροῦσιν ἡμερῶν τινων. Ἐξάγειν δὲ βούλονται τὴν φλεγμασίαν καὶ οἱ τῷ ἁλὶ καὶ τῷ ὄξει τρίβοντες.

1. Cur pelles recenter defractæ, maximeque arietum, vibices arcent impositæ, itemque ova super confracta? An quia ambo humoris adcumulationem et intumescentiam prohibent? pars enim ulcerata ulcere intumescit propter fervorem. Ova itaque propter lentorem glutinantia intumescere non sinunt, ut etiam in ambustis, in modum glutinis, itemque pelles adglutinantur propter lentorem, simulque suo calore concoquunt inflammationemque sedant: neque enim detrahunt eas nisi diebus aliquot post. Etiam qui sale acetoque perfricant, inflammationem expellere volunt.

2. Διὰ τί ἐν μὲν τῷ ἄλλῳ σώματι αἱ οὐλαὶ μέλαιναι, ἐν δὲ τῷ ὀφθαλμῷ λευκαί; Ἢ ὅτι ἐναντίαν χρόαν ἡ οὐλὴ λαμβάνει τῇ πρότερον, ὥσπερ πᾶν τὸ νενοσηκός, ἐν τῷ μέλανι δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὰ ἕλκη; Οὐ μὴν οὐδ' ἐν τῷ σώματι μέλαιναι εὐθύς, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς λευκαί, οὐδ' ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἀεὶ μέλαιναι, ἀλλ' ἀποκαθίστανται τῷ χρόνῳ, ἢ ἁπλῶς, ἢ εἰς τὸ μᾶλλον.

2. Cur cicatrices reliquo quidem in corpore nigræ, in oculo vero albæ sunt? An quod cicatrix colorem priori contrarium trahit, quemadmodum omne morbidum, ulcera autem parte oculi nigra contrahi solent? Verumtamen neque in corpore statim nigræ sunt, sed principio albæ, nec in oculo semper nigræ, sed tempore demum eo deveniunt, vel ex toto, vel magna ex parte.

3. Διὰ τί ὁ νάρθηξ τὰ κύκλῳ τῆς πληγῆς ποιεῖ ἐρυθρά, τὸ δὲ μέσον λευκόν; Πότερον ὅτι ἀποπιέζει τὸ αἷμα ἐκ τοῦ μέσου, καθὸ μάλιστα προσπίπτει περιφερὴς ὤν; Ἢ ἔδει ἐπανιέναι διά γε τοῦτο πάλιν; Ἀλλ' αἵματος συνδρομὴ τὸ ἐρύθημά ἐστι, συνδρομὴ δ' εἰς τὸν πληγέντα τόπον.

3. Cur ferula ambitum plagæ rubidum, medium vero album reddit? Utrum quod sanguinem exprimit ex medio, qua parte maxime ferit, quia rotunda est? An ea saltem de causa sanguinem iterum redire oporteret? Verum rubedo concursus sanguinis est, concursus autem eum in locum fit qui ictus est.

4. Διὰ τί τῷ μὲν νάρθηκι σφόδρα τυπτόμενον τὸ μέσον τῆς σαρκὸς λευκὸν γίνεται, τὸ δὲ κύκλῳ ἐρυθρόν, ξύλῳ δὲ ἐρυθρότερον τὸ μέσον; Ἢ ὅτι ὁ μὲν νάρθηξ διὰ κουφότητα, ἐὰν σφόδρα πατάξῃ, τὸ ἐπιπολῆς

4. Quare ferula quidem vehementius ictum medium carnis album fit, oræ vero rubræ, ligno contra medium amplius rubet? An quod ferula quidem suam ob levitatem, ubi vehementer percussit, sanguinem in superficie obvium

Digitized by Google

διεσκέδασεν αἷμα, ὥσθ' ὅθεν μὲν ἐξέλιπε, λευκὸν φαίνεται, οὗ δὲ πλέον ἦλθεν, ἐρυθρότερον· οἰδησάσης δὲ τῆς πληγῆς, οὐ ταχέως ἀποκαθίσταται τὸ σκεδασθὲν αἷμα διὰ τὸ ὀλίγον τ' εἶναι καὶ τὴν φορὰν εἰς τὸ πρόσαντες εἶναι; πλήθει γὰρ βιασθὲν δεῖ τὴν παρὰ φύσιν φορὰν ἐνεχθῆναι· διὰ δὲ τῶν σκληρῶν αἱ πληγαὶ διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ἰσχὺν θλῖψιν καὶ θλάσιν ποιοῦσιν. Θλιβόμενον μὲν οὖν κοῖλον γίνεται, θλώμενον δὲ ἀραιόν· τομὴ γὰρ καὶ διαίρεσίς ἐστι μαλακὴ ἡ θλάσις· κοίλου δὲ καὶ ἀραιοῦ γενομένου τοῦ μέσου, φέρεται εἰς αὐτὸ τὸ ἐκ τῶν πέριξ ἐπιπολῆς αἷμα· κάτω τε γὰρ πέφυκε φέρεσθαι, καὶ εἰς τὰ ἀραιὰ τῷ εἴκειν αὐτά· ἀθροιζομένου δ' ἐνταῦθα εἰκότως τοῦ αἵματος, τοῦτο μὲν ἐρυθραίνει, ἃ δ' ἀπολείπει, λευκαίνει.

dissipavit, ita ut unde sanguis defecerit quidem, ea pars alba adpareat; quo autem plenius fluxit, id amplius rubescat, quumque plaga intumuit, sanguis dissipatus cito suam sedem non repetit, quoniam et exiguus est, et iter in adclive faciendum esset? dum enim copia magna vi eum retinet, iter contra naturam conficere debet; at ictus, quos dura corpora infligunt, compressionem ac contusionem faciunt pondere ac robore. Medium itaque, quia comprimitur quidem, cavum redditur, quia vero contunditur, rarum exsistit: contusio namque sectio et divisio mollis est; ubi autem cavum rarumque factum est medium, sanguis ad id superficiarius ex partibus ambientibus fertur: nam natura sua tum deorsum fertur, tum ad rara, quia cedunt; ubi autem sanguis eo se colligit, medium quidem merito rubore tingitur, partes autem, quas deserit, albescunt.

5. Διὰ τί αἱ οὐλαὶ μέλαιναι τῶν σπληνιώντων; Ἢ ὅτι αἷμα διεφθαρμένον ἔχουσι διὰ τὴν ἐκ τοῦ σπληνὸς σύμμιξιν νοσώδους αἵματος καὶ ὑδαροῦς; Ἡ μὲν οὖν οὐλὴ τὸ δέρμα λεπτὸν καὶ ἐπιπόλαιον ἴσχει· τὸ δ' αἷμα, διὰ τὸ ὑδαρὲς καὶ θερμὸν εἶναι μέλαν ὄν, τοιαύτην ποιεῖ τὴν οὐλὴν διαφαινόμενον. Καὶ δὴ πλεονάκις ἡ οὐλὴ ἐν τούτῳ γίνεται μελαντέρα, γίνεται δὲ διὰ ταὐτό· δι' ἀσθένειαν γὰρ τοῦ δέρματος καταψύχεται τὸ αἷμα, καὶ ἐξατμίζοντος τοῦ θερμοῦ γίνεται μελάντερον. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πρεσβύταις οἵ τε χρῶτες μελάντεροι γίνονται, καὶ αἱ οὐλαὶ αἱ συγγενεῖς μελάντεραι ἢ νέοις· οἷον ὑπώπιον γὰρ αὐτοῖς ἅπαν τὸ σῶμα, οὐ διὰ λεπτότητα τοῦ δέρματος, ἀλλ' ὅτι τὸ θερμὸν ἐκλέλοιπεν.

5. Cur nigræ cicatrices hominum sunt qui vitio lienis tenentur? An quod sanguis eorum corruptus est propter admistionem morbosi aquosique sanguinis qui a liene provenit? Cicatrix igitur cutem tenuem ac superficiariam habet; sanguis vero, quia, utpote aquosus et calidus, niger est, translucendo cicatricem ejusmodi reddit. Et quidem saepius in ejusmodi homine cicatrix nigrior fit, idque propter eamdem causam: sanguis etenim cutis imbecillitate frigescit, et quum calor evaporatur, atrior redditur. Senioribus etiam pari ratione cutis nigrescit, et nativæ cicatrices atriores quam junioribus habentur: est enim quasi sugillatio corpus eorum totum, non ob cutis tenuitatem, sed quod calor defecit.

6. Πότερον ὅσα τοῦ αὐτοῦ αἴτια, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν εἰς τὸ ποιεῖν, ἢ οὔ, λέγω δ' οἷον ἐπεὶ τὰ ὑπώπια καὶ ὁ χαλκὸς ἐξαίρει καὶ ἡ ῥαφανὶς καὶ ὁ κύαμος διαμασώμενος, καὶ ὁ πνεύμων, καὶ ἡ ἄργιλος καὶ ἕτερ' ἄττα, τῇ αὐτῇ δυνάμει, ἢ ὁ μὲν χαλκὸς τῷ ἰὸν εἶναι, τὸν δ' ἰὸν φαρμακώδη, ὁ δὲ κύαμος καὶ ὁ πνεύμων καὶ ἡ ἄργιλος τῷ ἐπισπᾶν ἐφ' αὑτὰ διὰ μανότητα, ἄλλα δὲ δι' ἑτέρας αἰτίας; Ἢ τὸ μὲν ἔσχατον ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων ταὐτό (πολλὰ γὰρ καὶ ἐναντία τούτοις, καθάπερ καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν), τὰ δὲ πρὸ τούτων οὐδὲν κωλύει ἕτερα;

6. Utrum quæcumque ejusdem rei causa sunt, vim habent eamdem ad agendum, necne, verbi causa, quum sugillationes tum æs tollit, tum radicula, tum faba commanducata, tum pulmo, tum argilla, tum alia multa, utrum vi eadem hoc efficiunt, an æs quidem, quoniam rubigo est, rubigo autem medicamenti vim habet; faba vero et pulmo et argilla eo quod ad se adtrahunt propter raritatem, aliaque aliis de causis? An ultimum quidem in hujusmodi omnibus idem est (multæ enim qualitates, eæque contrariæ his insunt, veluti calidum quoque et frigidum), quæ autem antecedunt, hæc diversa esse nihil est quod prohibeat?

7. Διὰ τί αἱ μὲν ἄλλαι οὐλαὶ μέλαιναι γίνονται, αἱ δ' ἐν τῷ ὀφθαλμῷ λευκαί; Ἢ διότι μεταβάλλουσιν ἐν ᾧ ἂν ὦσι, πρὸς τὰς χροιάς, ἐν δὲ τῷ ὀφθαλμῷ μέλανι ὄντι γίνονται, ὥστ' ἀνάγκη λευκὰς γίνεσθαι;

7. Cur ceteræ quidem cicatrices nigræ, oculi vero albæ fiunt? An quod cicatrices quocumque habitu antea usæ fuerint, eum in colores mutant contrarios; fiunt autem in oculo qui niger est, ita ut necessario albæ efficiantur?

8. Διὰ τί ἀλγεινοτέρα ἡ πληγὴ τοῦ νάρθηκος ἢ ἐνίων σκληροτέρων, ἐάν τις κατὰ λόγον σκοπῇ τύπτων; εὐλογώτερον γὰρ τὴν τοῦ σκληροτέρου εἶναι ἀλγεινοτέραν· μᾶλλον γὰρ τύπτει. Ἢ ὅτι ἡ σὰρξ ἀλγεῖ οὐ μόνον τυπτομένη, ἀλλὰ καὶ τύπτουσα; Ὑπὸ μὲν οὖν τῶν σκληρῶν τύπτεται μόνον (ὑπείκει γὰρ διὰ τὴν σκληρότητα αὐτῶν), ὑπὸ δὲ τοῦ νάρθηκος ἄμφω αὐτῇ συμβαίνει, τύπτεσθαί τε καὶ διὰ κουφότητα τοῦ βάρους τύπτειν μὴ εἴκουσαν, ὥστε διπλασία γίνεται ἡ πληγή.

8. Cur ictus ferulæ dolorem majorem movet quam rerum duriorum nonnullarum, si quis, ubi verberat, proportionem consideret? rationi namque magis congruum esset, ictum rei durioris vehementiorem infligere dolorem: acrius enim ferit. An quod caro, non solum quia percutitur, sed etiam quia repercutit, dolet? Igitur a duris percutitur tantum (cedit enim propter eorum duritiem); at vero a ferula utrumque ei adcidit, ut et percutiatur et repercutiat propter ponderis levitatem non cedens, ita ut ictus duplex fiat.

Digitized by Google

9. Διὰ τί ἡ θαψία καὶ ὁ κύαθος τὰ ὑπώπια παύει, ὁ μὲν ἀρχόμενα, ὁ (ἡ?) δ' ὕστερον, ἐναντία ὄντα; ὁ μὲν γὰρ κύαθος ψυχρός, ὥσπερ καὶ ὁ ποιητής φησιν (Ἰλ. ε', 75)·

ψυχρὸν δ' ἔλε χαλκὸν ὀδοῦσιν·

ἡ δὲ θαψία θερμὸν καὶ καυστικόν. Ἢ ὁ μὲν κύαθος ὥσπερ τοῖς μικροψυχοῦσι τὸ ὕδωρ; ἀπαντῶσα γὰρ ἡ ψῦξις κωλύει ἐξιέναι τὸ θερμὸν ἐκ τοῦ αἵματος ἐξεπιπολῆς διὰ τὴν πληγὴν συνδραμόντος, καὶ ὅταν ἐξέλθῃ τὸ θερμόν, πηγνυμένου· ὥσπερ γὰρ ἂν εἰ ἔξω ὂν πήγνυται, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἔξω τὸ αἷμα, ὅταν ᾖ ὑπὸ τὸ δέρμα, κωλυθέντος [δὲ] διεξιέναι τοῦ θερμοῦ διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ χαλκοῦ, [οὐ] πήγνυται, ἀλλὰ πάλιν διαχεῖται καὶ ἐπανέρχεται ὅθεν συνέδραμεν. Ἡ δὲ θαψία θερμὴ οὖσα τὸ αὐτὸ ποιεῖ· κωλύει γὰρ πήγνυσθαι θερμὴ οὖσα.

9. Cur thapsia et cyathus, quæ contraria sunt, pariter sugillationes tollunt, hic quidem principio, illa vero post? cyathus enim frigidus est: quod etiam poeta dixit:

et gelido dentes defixit in ære;

thapsia vero calida et urens. An cyathus quidem ut apud animo deficientes aqua agit? obcurrens enim refrigeratio calorem prohibet exire e sanguine, qui propter ictum ad superficiem confluit, atque ubi calor decesserit, concrescit: sanguine enim sub cute consistente, tunc quoque ubi parum abest quin extra sit, perinde ac si extra esset, congelatur; at vero ubi calori exitus propter æris frigiditatem negatur, [non] concrescit, sed se rursum diffundit, et sedem unde confluxit, repetit. Thapsia autem, etiamsi calida, idem præstat, quippe quæ calore suo prohibet ne sanguis gelascat.

10. Διὰ τί τὰ ὑπώπια διαλύεται προσέχουσι τὰ χαλκᾶ, οἷον κυάθους καὶ τὰ τοιαῦτα; Ἢ διότι ψυχρὸν ὁ χαλκός ἐστιν; Κωλύει οὖν τὸ θερμὸν ἐξιέναι ἐκ τοῦ συνιόντος αἵματος ὑπὸ τῆς πληγῆς, οὗ ἐξελθόντος ἐκ τοῦ ἐπιπολῆς γίνεται ὑπώπιον· διὸ καὶ ταχὺ δεῖ προστιθέναι πρὶν παγῆναι. Καὶ ἡ θαψία δὲ μετὰ μέλιτος βοηθεῖ διὰ τὸ αὐτό· θερμὴ γὰρ οὖσα κωλύει ψύχεσθαι τὸ αἷμα.

10. Cur æramentis quibusdam admotis, ut cyathis aliisque generis ejusdem, sugillationes resolvuntur? An quoniam æs frigida est res? Ergo calorem effluere vetat e sanguine, quem ictus colligit: eo namque egrediente e partibus superficiei proximis, sugillatio exsistit: hinc et celeriter admovendum est, antequam geletur. Thapsia vero cum melle eadem de causa juvat: quia enim calida est, sanguinem refrigescere prohibet.

11. Διὰ τί ποτε, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ πλεονάκις ἕλκος γένηται, ἡ οὐλὴ μέλαινα γίνεται; Ἢ ὁπόταν γένηται ἕλκος, πᾶν ἀσθενές ἐστι τοῦτο, καὶ ὅσῳ ἂν πλεονάκις, τοσούτῳ μᾶλλον· τὸ δ' ἀσθενὲς κατεψυγμένον καὶ ὑγρότητος πλῆρες; διὸ καὶ μέλαν φαίνεται, εἰ τὰ μεγάλα ἕλκη καὶ πολυχρόνια μελαίνας τὰς οὐλὰς ἴσχει· τὸ δὲ πολλάκις λαβεῖν ἕλκος οὐδὲν ἀλλ' ἢ πολὺν χρόνον ἔχειν ἐστὶν ἕλκος.

11. Cur tandem, si in eodem loco sæpius ulcus exstiterit, cicatrix atra fit? An facto ulcere, omnis hæc pars debilis est, eoque magis, quo ulcerata sæpius fuerit; debile autem friget humorisque plenum est? quo fit ut nigrum quoque adpareat, quandoquidem ulcera magna et vetera cicatrices habent atras; sæpe autem ulcere adfligi nihil est nisi ulcus diu habuisse.

12. Διὰ τί ποτε πρὸς τὰ ὑπώπια τοὺς κυάθους προστιθέμεθα; Ἢ διότι, ὅταν πληγῶμεν, ὁ τόπος καταψύχεται, τὸ δὲ θερμὸν ὑποχωρεῖ; Προστιθέμενος οὖν ὁ κύαθος, ψυχροῦ ὄντος τοῦ χαλκοῦ, διακωλύει τὸ θερμὸν ἐκπορεύεσθαι.

12. Cur tandem sugillationibus cyathos admovemus? An quod locus post ictum refrigeratur, calorque subducitur? Cyathus itaque admotus æris frigiditate impedit ne calor exeat.

13. Διὰ τί ἐν ταῖς οὐλαῖς οὐ γίνονται τρίχες; Ἢ ὅτι οἱ πόροι ἐπιτυφλοῦνται ἐξ ὧν αἱ τρίχες, καὶ παραλλάττουσιν;

13. Cur pili in cicatricibus non exoriuntur? An quod meatus obcœcantur et alternant, e quibus pili pullulant?

14. Διὰ τί οἴδημα καὶ πελιώματα λαμβάνουσιν αἱ πληγαί; Ἢ διότι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον διασταλέντα τὰ ὑγρά, εἰς τοὺς πλησίον τόπους προσκόψαντα ἀποπάλλεται πάλιν καὶ τῇ κολλήσει τῶν ὑγρῶν συνήγαγεν· ἐὰν δὲ καὶ φλέβιά τινα ῥαγῇ, ὕφαιμος ἡ συνδρομὴ γίνεται;

14. Cur plagæ tumorem livoresque sumunt? An quod eo in loco humores disjecti in loca proxima obfendentes repercutiuntur rursusque humorum conglutinatione hæc contraxerunt, et si quæ venulæ ruptæ sint, confluvium humoris subcruentum fit?

ΤΜΗΜΑ Ι.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΦΥΣΙΚΩΝ.

SECTIO X.

COMPENDIUM RERUM NATURALIUM.

1. Διὰ τί τὰ μὲν βήττει, τὰ δ' οὔ, οἷον ἄνθρωπος μὲν βήττει, βοῦς δ' οὔ; Πότερον τῷ εἰς ἄλλο τι τρέ-

1. Cur alia quidem tussiunt, alia vero non, verbi gratia homo quidem tussit, bos vero non? Utrum quod pleris-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

πεσθαι τοῖς πλείστοις ζώοις τὸ περίττωμα, ἀνθρώπῳ δὲ δεῦρο; Ἢ ὅτι ἐγκέφαλον πλεῖστον καὶ ὑγρότατον ἔχει ὁ ἄνθρωπος, ἡ δὲ βλὴξ καταρρέοντος γίνεται φλέγματος;

que animalibus excrementum aliorsum se vertit, homini autem huc? An quod homo maximum humidissimumque cerebrum habet, tussis autem pituita destillante fit?

www.libtool.com.cn

2. Διὰ τί ἀνθρώπῳ μόνῳ τῶν ζώων αἷμα ῥεῖ ἐκ τῶν μυκτήρων; Ἢ ὅτι ἐγκέφαλον ἔχει πλεῖστον καὶ ὑγρότατον, ἀφ' οὗ αἱ φλέβες πληρούμεναι τοῦ περιττώματος διὰ τῶν πόρων προΐενται τὴν ῥύσιν; λεπτότερον γὰρ γίνεται τοῦ αἵματος τοῦ καθαροῦ τὸ νοσερόν, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ μιχθὲν τοῖς τοῦ ἐγκεφάλου περιττώμασι, καὶ ἔστι καθάπερ ἰχώρ.

2. Cur homini soli inter animantes sanguis e naribus defluit? An quoniam plurimum cerebri idque humidissimum habet, ex quo venæ excrementis repletæ per meatus profundunt fluxionem? sanguis enim morbidus puro tenuior redditur; talis autem est qui se cerebri excrementis miscuit, et est quasi sanies.

3. Διὰ τί τῶν ζώων τὰ μὲν ὑπὸ σάρκα, τὰ δὲ κατὰ σάρκα πίονά ἐστι, τὰ δὲ κατ' ἀμφότερα; Ἢ ὅσων μὲν πυκνὴ ἡ σάρξ, μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῆς σαρκὸς συστέλλεται ἡ ἰκμὰς διὰ τὸ ταύτῃ εἶναι τὸ δέρμα ἀφεστὸς φύσει· ἢ πεττομένη γίνεται πιμελή· ὅσα δ' ἀραιοτέραν ἔχει τὴν σάρκα τό τε δέρμα προεστός, κατὰ σάρκα πίονα γίνεται· τὰ δ' ἀμφοτέρως ἔχοντα ἐπ' ἀμφότερα πιαίνεται;

3. Cur alia quidem animalia sub carne, alia vero intra carnem, alia tandem utroque loco pinguescunt? An quibus densa quidem est caro, iis inter cutem et carnem humor prætenuis cogitur, quod hac parte naturaliter distat cutis: qui concoctus pinguedo efficitur; quæ autem carne sunt rariori cutemque habent adstrictam (?), hæc pinguia intra carnem redduntur; quæ tandem utroque modo se habent, utroque loco pinguescunt?

4. Διὰ τί οἱ παῖδες καὶ αἱ γυναῖκες ἧττον ἔχουσι λεύκην τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν μὲν γυναικῶν αἱ πρεσβύτιδες μᾶλλον; Ἢ ὅτι ἡ λεύκη ἐστὶ πνεύματος ἔξοδος, ἔστι δὲ τὰ μὲν τῶν παίδων οὐκ εὔπνοα σώματα, ἀλλὰ πυκνά, καὶ τὰ τῶν γυναικῶν ἧττον ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν; εἰς τὰ καταμήνια γὰρ τρέπεται. Δηλοῖ δ' ἡ λειότης τὴν πυκνότητα τῆς σαρκός. Τὰ δὲ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν γραῶν εὔπνοα· μόνα γάρ, ὥσπερ τὰ παλαιὰ οἰκοδομήματα, διεστῶσαν ἔχει τὴν σύνθεσιν τῶν μορίων.

4. Cur vitiliginem albam pueri mulieresque minus habent quam viri, et in eo ipso feminino sexu quæ provectæ ætate sunt, magis? An quod vitiligo alba exitus spiritus est, corpora autem puerorum spiritui non pervia, sed densa sunt, itemque mulierum minus quam virorum? spiritus namque in menstrua se avertit. Densitatem vero carnis lævitas earum declarat. Corpora autem ætate provectarum et vetularum spiritui patent: hæc enim sola modo ædificii veteris structuram partium intercapedinibus distinctam habent.

5. Διὰ τί ἄνθρωπος μόνον ἴσχει λεύκην; Πότερον ὅτι λεπτοδερμότατον τῶν ζώων ἐστίν, ἅμα δὲ καὶ πνευματωδέστερον; Σημεῖον δέ, ὅτι ἡ λεύκη ἐν τοῖς λεπτοδερμοτάτοις μάλιστα καὶ πρῶτον γίνεται μέρεσιν. Ἢ διὰ ταῦτά τε καὶ ὅτι μόνον πολιοῦται τῶν ζώων; ἐν γὰρ ταῖς λεύκαις πολιαὶ γίνονται αἱ τρίχες, ὥστ' ἀδύνατον, ὅσα μὴ πολιοῦται, λεύκην ἴσχειν.

5. Cur homo tantum habet vitiliginem albam? Utrum quod tenuissimam ex omnibus animalibus cutem habet, simulque flatibus satis refertus est? Argumento autem est, quod vitiligo partibus tenuissima cute obtectis maxime primumque exsistit. An et his ipsis de causis, et præterea quod homo unus ex omnium animantium numero canescit? nam in vitiligine alba cani capilli fiunt, ita ut vitiligine alba adfligi nequeant quæ numquam canescunt.

6. Διὰ τί αἶγες μὲν καὶ πρόβατα ἀμέλγονται πλεῖστον γάλα, οὐ μέγιστον σῶμα ἔχοντα, ἄνθρωπος δὲ καὶ βοῦς ἔλαττον ὡς κατὰ λόγον; Πότερον ὅτι εἰς τὸ σῶμα ἀναλίσκεται, τοῖς δ' ἄλλοις εἰς τὸ περίττωμα, τοῖς δὲ προβάτοις καὶ ταῖς αἰξὶ τὸ περιγινόμενον τοῦ περιττώματος γάλα γίνεται πᾶν; Ἢ ὅτι πολυτοκώτερά ἐστι τῶν μεγάλων, ὥστε πλεῖον σπᾷ περίττωμα διὰ τὸ πλείω τρέφειν; Ἢ δι' ἀσθένειαν τῶν σωμάτων πλεῖον περίττωμα γίνεται κύουσιν αὐτοῖς; τὸ δὲ γάλα γίνεται ἐκ τοῦ περιττώματος.

6. Cur capris quidem et ovibus lac plurimum demulgetur, etiamsi corpore non maximo sint, homini autem et bovi minus, scilicet ad corporis proportionem? Utrum quod his copia in corpus absumitur, ceteris vero in redundantias se confert; ovibus autem et capris, quantum excrementi restat, omne in lac transit? An quod plura pariunt quam quæ magno sunt corpore, ita ut plures contrahant redundantias quam magna, quoniam plura alunt? An his ventrem ferentibus plures redundantiæ propter corporis imbecillitatem fiunt? lac enim e redundantiis consistit.

7. Διὰ τί τῶν ζώων τὰ μέν, μεταβάλλοντα τὰ ὕδατα, μεταβάλλει τὰς χρόας καὶ ὅμοια γίνεται τοῖς ἐκεῖ, οἷον αἶγες, τὰ δ' οὔ, οἷον ἄνθρωποι, καὶ ὅλως δὲ διὰ τί τὰ μὲν μεταβάλλει, τὰ δ' οὔ, οἷον κόραξ οὐ μεταβάλλει; Ἢ ὧν μὲν οὐ κρατεῖ ἡ φύσις τοῦ ὑγροῦ, ὥσπερ ἡ τῶν

7. Cur animantium alia quidem, ubi aquam mutant, colorem suum mutant, similiaque indigenis redduntur, ut capræ; alia vero non, ut homines, ad summam autem cur alia quidem mutantur, alia vero non, exempli gratia corvus non mutatur? An quorum natura quidem humorem non do-

Digitized by Google

ὀρνέων (διὸ καὶ κύστιν οὐκ ἔχει), οὐ μεταβάλλει; Καὶ διὰ τί οὐκ αὐτὰ, ἀλλὰ τὰ ἔκγονα μεταβάλλει; Ἢ ὅτι ἀσθενέστερα τὰ νέα τῶν γεννησάντων;

mat, ut avium (quapropter et vesicam nullam obtinent), hæc non mutantur? Sed cur non ipsa, sed quæ nata ex iis sunt, mutantur? An quod juniora suis parentibus sunt infirmiora?

8. Διὰ τί τὰ ἄρσενα μείζω τῶν θηλειῶν ὡς ἐπίπαν ἐστίν; Πότερον ὅτι θερμότερα, τοῦτο δ' αὐξητικόν; Ἢ ὅτι ὁλόκληρα, τὰ δὲ πεπήρωται; Ἢ ὅτι τὰ μὲν ἐν πολλῷ χρόνῳ τελειοῦται, τὰ δ' ἐν ὀλίγῳ;

8. Cur mares corpore majori plerumque sunt quam feminæ? Utrum quod calidiores : quæ res vim obtinet augendi? An quod mares integri sunt, feminæ vero mancæ? An quod mares quidem longo temporis spatio perficiuntur, feminæ vero brevi?

9. Διὰ τί τὰ μὲν ταχυτόκα τῶν ζώων ἐστί, τῶν δὲ πολυχρόνιος ἡ κύησις; Ἢ ὅτι τὰ μακροβιώτερα βραδύτερον πέφυκε τελειοῦσθαι, ἔστι δὲ βραδυτόκα τὰ μακρόβια; οὐ μέντοι τὰ μάλιστα, οἷον ἵππος ἀνθρώπου βραδυτοκώτερον μέν, ὀλιγοχρονιώτερον δέ. Τούτου δ' αἴτιον ἡ σκληρότης τῶν ὑστερῶν· ὥσπερ γὰρ ἡ ξηρὰ γῆ οὐ ταχὺ ἐκτρέφει, οὕτω καὶ ἡ τοῦ ἵππου ὑστέρα.

9. Cur in animantium genere alia quidem brevi pariunt, alia vero diu ventrem ferunt? An quia tardius suapte natura perficiuntur longæviora, tarde autem pariunt longæva? sed non quæ maxime ita se habent : equus verbi gratia tardius quam homo parit, etiamsi vita utatur longiori. Cujus rei causa uteri durities est : quomodo enim ager siccus haud cito enutrit, sic et equæ vulva.

10. Διὰ τί τοῖς ἄλλοις ζώοις τὰ ἔκγονα μᾶλλον τὰς φύσεις ὁμοιοῦται ἢ τοῖς ἀνθρώποις; Ἢ ὅτι ὁ μὲν ἄνθρωπος πολλαχῶς διατίθεται τὴν ψυχὴν κατὰ τὴν ὁμιλίαν, καθὼς δ' ἂν ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ διατεθῶσιν, οὕτω ποικίλλεται καὶ τὰ τικτόμενα· τὰ δ' ἄλλα ζῷα τὰ μὲν πλεῖστα πρὸς αὐτὸ τοῦτό εἰσιν; Ἔτι δ' οὐ πληροῦται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ διὰ ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν.

10. Cur proles ceterorum animantium magis quam hominum natura similis redditur? An quod homo quidem vario modo adfectum habet animum in coitu; prout autem pater materque adfecti fuerint, ita et partus variant; cetera vero animantia omnia, plerumque certe, rei ipsi intenta sunt? Adde quod ob hoc studium plerumque non implentur.

11. Διὰ τί οἱ λευκοὶ ἄνθρωποι καὶ ἵπποι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γλαυκοί; Ἢ διότι τριῶν χρωμάτων ὄντων τοῖς ὄμμασι, μέλανος καὶ αἰγωποῦ καὶ γλαυκοῦ, τῷ τοῦ σώματος χρώματι καὶ τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ χρῶμα ἀκολουθεῖ, τοῦτο δ' ἐστὶ γλαυκότης;

11. Cur albi tam homines quam equi oculis magna ex parte cæsii sunt? An quia tribus exstantibus oculorum coloribus, nigro, caprino et cæsio, corporis colorem oculi quoque color sequitur, hicce autem color cæsius est?

12. Διὰ τίνα αἰτίαν οἱ νάνοι γίνονται, ἔτι δὲ μᾶλλον καθόλου, διὰ τί τὰ μὲν ὅλως μεγάλα, τὰ δὲ μικρά; Εἶτα οὕτω σκεπτέον. Δύο δὴ τὰ αἴτια· ἢ γὰρ ὁ τόπος, ἢ ἡ τροφή. Ὁ μὲν οὖν τόπος, ἐὰν ᾖ στενός, ἡ δὲ τροφή, ἐὰν ᾖ ὀλίγη, ὥσπερ καὶ ἤδη γεγενημένων πειρῶνται μικροὺς ποιεῖν, οἷον οἱ τὰ κυνίδια τρέφοντες ἐν τοῖς ὀρτυγοτροφείοις. Ὅσοις μὲν οὖν ὁ τόπος αἴτιος, οὗτοι πυγμαῖοι γίνονται· τὰ μὲν γὰρ πλάτη καὶ τὰ μήκη ἔχοντες γίνονται κατὰ τὸ τῶν τεκόντων μέγεθος, μικροὶ δ' ὅλως. Τούτου δ' αἴτιον, ὅτι διὰ τὴν στενότητα τοῦ τόπου συγκλώμεναι αἱ εὐθεῖαι καμπύλαι γίνονται. Ὥσπερ οὖν οἱ ἐπὶ τῶν καπηλείων γραφόμενοι μικροὶ μέν εἰσι, φαίνονται δ' ἔχοντες πλάτη καὶ βάθη, ὁμοίως συμβαίνει καὶ τοῖς πυγμαίοις· ὅσοι δὲ διὰ τροφῆς ἔνδειαν ἀτελεῖς γίνονται, οὗτοι καὶ παιδαριώδη τὰ μέλη ἔχοντες φαίνονται. Καὶ ἐνίους ἰδεῖν ἔστι μικροὺς μὲν σφόδρα, συμμέτρους δέ, ὥσπερ τὰ Μελιταῖα κυνίδια. Αἴτιον δ' ὅτι οὐχ ὡς ὁ τόπος, ἡ φύσις ποιεῖ.

12. Cur homines pumiliones fiunt, vel ut universalior instituatur quæstio, cur alia quidem omnino sunt magna, alia vero parva? Deinde ita considerandum est. Causa duplex sane adest : aut enim locus, aut alimentum id facit. Locus itaque, si angustus est, alimentum vero, si exiguum, quemadmodum etiam partu jam edito parvos efficere conantur, ut qui catellos in coturnicum caveolis educant. Quibus itaque causæ locus est, hi pygmæi redduntur : latitudine enim ac longitudine suorum parentum magnitudini respondentibus prædili efficiuntur, parvi tamen omnino. Cujus rei causa est, quod propter loci angustiam infractæ rectæ lineæ curvæ fiunt. Quemadmodum igitur simulacra quæ in tabernis pingere solent, quæ, etiamsi parva sint, latitudinem crassitudinemque habere cernuntur, ita pygmæis quoque adcidit; at vero qui ob alimenti inopiam imperfecti fiunt, hos membris quoque puerilibus constare videmus. Nec non videre licet quosdam qui, quamvis parvi admodum sint, omnes tamen corporis partes proportione sibi invicem respondentes habeant, ut Melitenses catelli. Ratio autem quod non ut locus se habet, sic natura effingit.

13. Διὰ τί τῶν ζώων τὰ μὲν ἐξ ἀλλήλων γίνεται, τὰ δ' ἔκ τινων συγκρινομένων ὁμοίως τῆς ἐξ ἀρχῆς γενέσεως αὐτοῖς ὑπαρξάσης; Καθάπερ οἱ περὶ φύσεως λέγοντες λέγουσι καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν τῶν ζώων γε-

13. Cur in animantium genere alia quidem ex se invicem procreantur, alia vero concrescentibus quibusdam in modum generationis quæ olim apud ea obtinebat? Quemadmodum qui de natura docent, primitivum quoque ani-

Digitized by Google

νέσθαι διὰ τὰς μεταβολὰς καὶ μετακινήσεις τοῦ κόσμου καὶ τοῦ παντὸς οὕτω μεγάλας, καὶ νῦν εἴπερ μέλλει πάλιν ἔσεσθαι, τοιαύτας τινὰς ὑπάρξαι δεῖ κινήσεις· ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον· ἥμισυ γάρ· τὸ δὲ σπέρμα ἀρχή. Τῶν μὲν οὖν μικρῶν ὅσα γίνεται μὴ ἐξ ἀλλήλων, αἴτιον τοιαῦτα γενέσθαι ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἐγεννήθησαν, ἡ τοῦ σπέρματος μικρότης· τοῦ γὰρ ἐλάττονος καὶ ἡ ἀρχὴ ἐλάττων· ὥστ' ἱκαναὶ καὶ αἱ τούτου μεταβολαὶ πρὸς τὸ γεννῆσαι αὐτῷ τὸ σπέρμα· ὅπερ συμβαίνει· γίνονται γὰρ ἐν ταῖς μεταβολαῖς μάλιστα· τοῖς δὲ μείζοσι μείζονος δεῖ καὶ μεταβολῆς.

mantium ortum propter mutationes dimotionesque mundi rerumque universitatis adeo magnas factum esse perhibent, sic itidem, si nunc rursum ortus ejusmodi obtinere debet, tales motiones aliquas fiori oportet : principium enim operis cujusquo maximum est, quippe quod dimidium est; principium autem semen est. Ergo minutis animalibus quæ non ex se invicem procreantur, causa cur, ut olim exstiterunt, nunc etiam nascantur, seminis exiguitas est : rei namque minoris minus quoque principium est, ita ut hujus etiam mundi mutationes subficiant, ut semen ei generetur : quod sane evenit : nascuntur enim maxime circa [tempestatum] mutationes; majora autem mutationem vel majorem desiderant.

14. Διὰ τί τὰ μὲν πολύτεκνα τῶν ζῴων, οἷον ὗς, κύων, λαγώς, τὰ δ' οὔ, οἷον ἄνθρωπος, λέων; Ἢ ὅτι τὰ μὲν πολλὰς μήτρας καὶ τύπους ἔχει, ἃς καὶ πίμπλασθαι ἐπιθυμεῖ καὶ εἰς ἃ σχίζεται ἡ γονή, τὰ δὲ τοὐναντίον;

14. Cur animantium alia quidem multos fœtus pariunt, ut sus, canis, lepus, alia vero non, ut homo, ut leo? An quod illa quidem vulvas loculamentaque continent multa, quæ et impleri cupiunt, et in quæ semen dividitur; hæc vero contra se habent?

15. Διὰ τί ἐλάχιστον διάστημα τῶν ὀμμάτων ὁ ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζῴων κατὰ μέγεθος; Ἢ διότι μάλιστα κατὰ φύσιν ἔχει τῶν ἄλλων, ἡ δ' αἴσθησις φύσει τὸ ἔμπροσθεν· ἐφ' ὃ γὰρ ἡ κίνησις, τοῦτο δεῖ προορᾶν· ὅσῳ δ' ἂν ᾖ πλεῖον τὸ διάστημα τῶν ὀμμάτων, τοσούτῳ μᾶλλον αἱ ὄψεις ἔσονται ἐν τῷ πλαγίῳ; Εἰ οὖν ἔχειν δεῖ κατὰ φύσιν, ὅτι ὀλίγιστον δεῖ τὸ διάστημα εἶναι· οὕτω γὰρ εἰς τὸ πρόσθεν μάλιστα πορεύσεται. Ἔτι δὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις, ἐπεὶ χεῖρας οὐκ ἔχουσιν, ἀναγκαῖον παρορᾶν εἰς τὰ πλάγια· διὸ πλεῖον διέστηκε τὰ ὄμματα αὐτῶν, καὶ μάλιστα τῶν προβάτων, διὰ τὸ μάλιστα ποιεῖσθαι τὴν πορείαν κύπτοντα.

15. Cur homo inter animantes oculorum minimum pro sua magnitudine habet intervallum? An quod inter reliquos maxime secundum naturam homo constat, sensus autem naturaliter quod prorsum tendit : id enim prospicere oportet, ad quod tendit motus; quanto autem majus oculorum intervallum est, tanto magis intuitus ad latus siti erunt? Quodsi igitur secundum naturam habere debeat, quam minimum esse intervallum oportet : sic enim prorsum versus maxime ibunt. Ad hæc ceteris animantibus, quum careant manibus, despiciant in latera necesse est : quapropter plus eorum oculi distant inter sese, et maxime ovium, eo quod maxime prono capite ingrediuntur.

16. Διὰ τί τὰ ἄλλα ζῷα τὰ μὲν οὐκ ἐξονειρώττει, τὰ δ' ὀλιγάκις; Πότερον ὅτι οὐδὲν ὕπτιον κατάκειται, ἐξονειρώττει δ' οὐδὲν μὴ ὕπτιον; Ἢ ὅτι οὐκ ἐνυπνιάζει τὰ ἄλλα ὁμοίως, ὁ δ' ἐξονειρωγμὸς μετὰ φαντασίας γίνεται;

16. Cur ceteris animantibus partim quidem numquam profusio seminis per somnum incidit, partim vero raro? Utrum quod nullum resupinum cubat, nullum autem, nisi resupinum, noctu sponte semen profundit? An quod cetera non æque somniant, seminis autem illa profusio cum imaginatione fit?

17. Διὰ τί τῶν ζῴων τὰ μὲν κινεῖ τὴν κεφαλήν, τὰ δ' οὐ κινεῖ; Ἢ ὅτι ἔνια οὐκ ἔχει αὐχένα, διὸ ταῦτα οὐ κινεῖ τὴν κεφαλήν;

17. Cur animalium alia quidem caput movent, alia vero non movent? An quod nonnulla collo carent, eapropter hæc caput non movent?

18. Διὰ τί ἄνθρωπος πτάρνυται τῶν ζῴων μάλιστα; Πότερον ὅτι τοὺς πόρους εὐρεῖς ἔχει δι' ὧν τὸ πνεῦμα καὶ ὀσμὴ εἰσέρχεται; τούτοις γὰρ πνεύματος πληρουμένοις πτάρνυται. Ὅτι δ' εὐρεῖς, σημεῖον ὅτι ἥκιστα ὀσφραντικὸν τῶν ἄλλων ζῴων· ἀκριβέστεροι δ' οἱ λεπτόποροι. Εἰ οὖν εἰς μὲν τοὺς εὐρεῖς πλέον καὶ πλεονάκις εἰσέρχεται τὸ ὑγρόν, οὗ πνευματουμένου ὁ πταρμὸς γίνεται, τοιούτους δὲ μάλιστα τῶν ζῴων οἱ ἄνθρωποι ἔχουσι, πλειστάκις ἂν πτάρνοιντο εἰκότως. Ἢ ὅτι ἐλάχιστοι κατὰ τὸ μῆκος οἱ μυκτῆρες, ὥστε τὸ θερμανθὲν ὑγρὸν ταχὺ δύναται πνεῦμα γίνεσθαι· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις διὰ μῆκος καταψύχεται πρότερον;

18. Cur in animantium genere homo sternutat maxime? Utrum quod meatus obtinet amplos, per quos spiritus odorque subeunt? his enim spiritu repletis sternuit. Argumento autem est amplos esse hos meatus, quod inter reliqua animalia homo olfactu minime valet : quibus namque arcti meatus sunt, hi exquisitius sentiunt. Quodsi igitur in ampliores quidem abundantius ac sæpius humor ingreditur, quo in spiritum verso sternutamentum fit, tales autem omnium maxime animantium homines obtinent, non mirandum homines omnium sternutare sæpissime. An quod homo brevissimis naribus est, ita ut humor concalfactus celeriter mutari in spiritum possit, quum ceteris refrigescat antea præ longitudine?

19. Διὰ τί ἡ γλῶττα οὐδενὸς πιερὰ τῶν ζῴων; Ἢ ὅτι τὸ πῖον πυκνόν, ἡ δὲ γλῶττα ἀραιὰ φύσει ἐστίν, ὅπως τοὺς χυμοὺς γνωρίζῃ;

19. Cur nullius animalis lingua est pinguis? An quoniam pinguedo densa est, lingua autem rara sua natura est, ut percipiat sapores?

11.

Digitized by Google

20. Διὰ τί τὰ θήλεα συντάσει οὐρεῖ, τὰ δ' ἄρρενα οὔ; Ἢ ὅτι πορρώτερόν ἐστιν ἡ κύστις ἡ τῶν θηλειῶν, καὶ εἰς βάθος καὶ εἰς μῆκος; μεταξὺ γὰρ αὐτῶν ἡ μήτρα τῆς ἕδρας καὶ τῆς κύστεως· ὥστε δεῖται βίας πλείονος τὸ ἐκπεμπόμενον διά γε τὴν ἀπόστασιν τῆς μήτρας· βιάζεται δὲ συντεῖνον τῷ πνεύματι.

20. Cur feminæ intento corpore mingunt, mares vero non? An quod feminarum vesica remotius tum profunditate, tum longitudine, sita est? jacet enim vulva earum inter sedem atque vesicam, ita ut humor emittendus vim propter intercessionem vulvæ desideret pleniorem; vim autem infert spiritu intendens.

21. Διὰ τί τῶν ζῴων ὅσα μὴ πέτεται, πάντα ἀποβάλλει τὰς χειμερινὰς τρίχας, πλὴν ὑός; καὶ γὰρ κύων ἀποβάλλει καὶ βοῦς. Ἢ ὅτι θερμότατον ἡ ὗς ἐστι, καὶ ἐκ θερμοῦ πεφύκασιν αἱ τρίχες αὐτῇ; τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ λιπαρόν. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἢ διὰ τὸ ἀποψύχεσθαι τὸ ὑγρὸν ἀποπίπτουσιν, ἢ πέττειν τροφὴν οὐ δυναμένης τῆς οἰκείας θερμότητος. Ἢ διὰ τὸ μηδὲν πάσχειν τὴν ὑγρότητα τὴν ἐν αὐτῇ, διὰ τὸ πέττεσθαι καλῶς τὴν τροφήν, οὐκ ἀποβάλλει τὰς τρίχας; ὁπότε γὰρ ἡ αἰτία τῆς ἀποβολῆς ἐστιν, ἱκανὴ ἡ πιότης κωλῦσαι. Πρόβατα δὲ καὶ ἄνθρωποι διὰ πλῆθος καὶ πυκνότητα τῆς τριχὸς ἀπαθῆ ἐστιν· οὐ γὰρ διικνεῖται ἡ ψύξις εἰς βάθος, ὥστε πῆξαι τὴν ὑγρότητα, ἢ πέψαι κωλῦσαι τὴν θερμότητα.

21. Cur quæcumque animalia non volant, omnia hibernos pilos abjiciunt præter suem? nam et canis abjicit, et bos. An quod sus calidissimus est, atque ex calido ejus pili pullulant? nam pinguedo talis est. Ceterorum itaque, vel quia humor refrigescit, pili defluunt, vel quia proprius calor alimentum concoquere non potest. An quia propter alimenti concoctionem rite peractam nullo modo humor qui pilo continetur, adficitur, non abjicit pilos? ubi enim causa defluvii adest, pinguedo subficit ad interpellandum. Oves vero ac homines propter pili tum densitatem, tum copiam adfectus expertes sunt: non enim ad fundum penetrat refrigeratio, ita ut humorem congelet, vel calorem impediat quominus concoquat.

22. Διὰ τί τῶν μὲν προβάτων μαλακώτεραι αἱ τρίχες ἀναφύονται τιλλόμεναι, τῶν δ' ἀνθρώπων σκληρότεραι; Ἢ ὅτι τῶν μὲν προβάτων ἐκ τοῦ ἐπιπολῆς πεφύκασιν; διὸ καὶ ἀλύπως ἐκσπῶνται, μενούσης τῆς ἀρχῆς τῆς τροφῆς ἀδιαφθόρου, ἥ ἐστιν ἐν σαρκί. Τὰ μὲν οὖν περιττώματα ἀνοιχθέντων ἐξατμίζει μᾶλλον, τὸ δ' ἔριον σαρκὸς οἰκείαν τροφὴν λαμβάνει· σὰρξ δὲ μαλακοῖς καὶ γλυκέσι τρέφεται. Αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων τρίχες ἐκ βάθους πεφυκυῖαι βίᾳ καὶ μετ' ἀλγηδόνος ἐκσπῶνται. Δῆλον δέ· ἐπισπῶνται γὰρ αἷμα. Τραυματιζομένου οὖν τοῦ τόπου συμβαίνει αὐτὸν καὶ οὐλοῦσθαι· διὸ τέλος μὲν συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς τιλλομένοις· ἕως δ' ἂν ἀνίωσι τρίχες, σκληρὰς ἀνιέναι διὰ τὸ τὴν μὲν τροφώδη τῆς σαρκὸς ἐκλελοιπέναι πᾶσαν τροφήν, ἐκ περιττωμάτων δ' αὐτὰς γίνεσθαι. Σημεῖον δέ· τῶν μὲν γὰρ πρὸς μεσημβρίαν πάντων σκληραί εἰσιν αἱ τρίχες διὰ τὸ τὸ ἐκτὸς θερμὸν εἰς βάθος διικνούμενον ἐξατμίζειν τὴν εὔπεπτον τροφήν, τῶν δ' ὑπὸ τὰς ἄρκτους μαλακαί· τούτοις γὰρ ἐπιπολῆς μᾶλλόν ἐστι τό θ' αἷμα καὶ οἱ γλυκεῖς χυμοί· διὸ καὶ εὔχροοί εἰσιν.

22. Cur ovium quidem pili molliores renascuntur evulsi, hominum vero duriores? An quod ovium quidem pili e superficie pullulant? hinc et evelluntur sine dolore, quum initium alimenti integrum maneat, quod carni inest. Meatibus itaque patefactis excrementa melius evaporantur, lanaque proprio carnis utitur alimento, caro autem mollibus dulcibusque alitur. Hominum contra pili, utpote e fundo pullulantes, per vim et cum dolore evelluntur. Constat id, quandoquidem sanguinem secum detrahunt. Loco igitur saucio evenit ut cicatrix obducatur: unde fit ut vel finis imponatur pilis evulsis, vel quamdiu prodeant, ut duri exeant, eo quod omne alimentum carni nutriendæ destinatum deficit, ipsi vero e residuis proveniunt. Indicio autem est, quod hominum omnium plagam inhabitantium meridianam pili duri sunt, quoniam calor exterior ad fundum penetrans alimentum bene concoctum evaporat; contra eorum qui sub aquilonem incolunt, molles sunt pili: apud hos enim sanguis dulcesque succi in superficie potius adsunt: quamobrem his color quoque hilaris est.

23. Διὰ τί αἱ μὲν τῶν προβάτων τρίχες ὅσῳ ἂν μακρότεραι ὦσι, σκληρότεραι γίνονται, αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων μαλακώτεραι; Ἢ ὅτι αἱ τῶν προβάτων, οἷαν εἰρηται τροφὴν ἔχουσαι, μακρὰν τῆς ἀρχῆς ἀπαρτώμεναι ἀτροφώτεραί εἰσι, καὶ ῥᾳδίως ἐξ αὐτῶν ἐξατμίζεται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἡ ἐνυπάρχουσα τροφὴ δι' ἀπεψίαν, ξηραινόμεναι δὲ ξηρότεραι γίνονται; τὸ γὰρ ὑγρὸν μαλακόν. Αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἐλάττω μέν, μᾶλλον δὲ τῆς ἀρχῆς. Πέττεται δ' αὐταῖς μᾶλλον διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι· πεττομένη δὲ μαλακωτέραν ποιεῖ τὴν τρίχα· πάντα γὰρ τὰ πεπεμμένα τῶν ἀπέπτων μαλακώτερά ἐστιν· ἐκ περιττώματος γὰρ πλείστου ἡ τοῦ ἀνθρώπου

23. Cur ovium quidem pili eo duriores fiunt, quo prolixiores fuerint, hominum contra molliores? An quod ovium pili, qui quale diximus, habent alimentum, ubi procul ab origine distant, parcius nutriuntur, et alimentum quod inest, quia male concoctum est, vi caloris facile ex iis evaporatur; quum autem siccantur, duriores redduntur? humidum namque molle est. Hominum vero pili minus quidem alimenti habent, sed longius ab origine distant. Concoquitur autem plenius in iis, quoniam copia minus est, concoctum autem pilum efficit molliorem: concocta etenim omnia molliora sunt crudis: e plurimo namque excremento hominum pili potius quam ovium procrean-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

θριξὶ ἢ ἡ τοῦ προβάτου. Σημεῖον δέ· τὰ γὰρ νέα πρόβατα τῶν παλαιῶν μαλακώτερα ἔχει τὰ ἔρια.

tur. Indicio autem est, quod oves juniores lanas molliores habent quam vetulæ.

24. Διὰ τί οἱ ἄνθρωποι καὶ οἱ ὄρνιθες οἱ δασεῖς λάγνοι εἰσίν; Ἢ ὅτι θερμοὶ καὶ ὑγροὶ τὴν φύσιν εἰσί, δεῖ δ' ἀμφοῖν πρὸς τὴν ὀχείαν; τὸ μὲν γὰρ θερμὸν ἐκκρίνει, τὸ δ' ὑγρὸν ἐκκρίνεται. Διὰ τὸ αὐτὸ δὲ καὶ οἱ χωλοὶ ἄνδρες· ἡ γὰρ τροφὴ αὐτοῖς ὀλίγη μὲν κάτω ἀφικνεῖται διὰ τὴν ἀναπηρίαν τῶν σκελῶν, εἰς δὲ τὸν ἐπάνω τόπον ἔρχεται πολλή, καὶ εἰς σπέρμα συγκρίνεται.

24. Cur hirti homines et aves libidinosi sunt? An quod natura calidi et humidi sunt, qua quidem utraque qualitate opus ad coitum est? calor enim excernit, humor vero excernitur. Hæc eadem ratio est cur etiam claudi homines sint salaciores: his enim parum quidem alimenti deorsum propter crurum mutilationem devenit, sed multum loca petit superiora, atque in semen coagmentatur.

25. Διὰ τί ὁ ἄνθρωπος χαίτην οὐκ ἔχει; Ἢ διότι πώγωνα ἔχει, ὥσθ' ἡ ἐκεῖ ἀπελθοῦσα τροφὴ τῆς τοιαύτης περιττώσεως εἰς τὰς σιαγόνας ἔρχεται;

25. Cur homo jubam non habet? An quoniam barbam habet, ita ut hujusmodi redundantiis constans alimentum quod illuc se conferebat, maxillas adeat?

26. Διὰ τί πάντα τὰ ζῷα ἀρτίους τοὺς πόδας ἔχει; Ἢ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται κινεῖσθαι μὴ ἑστηκότος τινός, ἂν μὴ ἅλληται; Ἐπεὶ τοίνυν ἐκ δυοῖν τινοῖν κίνησιν ἀνάγκη τῇ πορείᾳ εἶναι, ἔκ τε κινήσεως καὶ στάσεως, ταῦτα δὲ δύο, καὶ ἄρτια ἤδη. Καὶ τετράποδα, διότι πλείους· τοὺς μὲν γὰρ δύο κινεῖ, οἱ δὲ δύο ἑστήκασιν. Καὶ οἱ ἓξ, καὶ τὰ ἄλλα δὲ δύο ἔτι· τούτων δὲ τὸ μὲν κινεῖται, τὸ δ' ἕστηκεν.

26. Cur pedes animalia omnia pares habent? An quod motus fieri non potest nisi aliquid consistat, dummodo non fiat saltus? Quum igitur ingressus necessario motus esse debet ex duabus quibusdam partibus compositus, motu nempe et statu, hæque numero duæ sunt, sic jam pares etiam erunt. Item quadrupedes, quia plures habent: alteros enim duos movent, alteri vero duo stant. Item sex, atque reliqua omnia æque per bina numerantur, quorum alterum quidem movetur, alterum vero stat.

27. Διὰ τί τοῖς μὲν ἵπποις καὶ τοῖς ὄνοις ἐκ τῶν οὐλῶν φύονται τρίχες, τοῖς δ' ἀνθρώποις οὔ; Ἢ διότι τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις ἐστὶ τὸ δέρμα μέρος τῆς σαρκός, ἀνθρώπῳ δὲ καθάπερ πάθος σαρκός; δοκεῖ γὰρ αὐτῆς τὸ ἐπιπρὸς καταψυχόμενον στερεώτερον γίνεσθαι, καθάπερ τῶν ἑφθῶν ἀλεύρων αἱ γραῖαι καλούμεναι. Ἐπεὶ οὖν κἀκεῖναί εἰσιν ἄλευρον ἑφθόν, καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου καλούμενον δέρμα σὰρξ ἂν εἴη. Τραυματισθέντος δέ, ἢ τριβέντος ἀνθρώπου μὲν τὴν σάρκα συμβαίνει πυκνοῦσθαι· διὸ ἠλλοιωμένης τῆς ἐπιπολῆς σαρκὸς οὐ τὴν αὐτὴν φύσιν λαμβάνει τὰ τραύματα ἥπερ καὶ ἐκ γενετῆς· ἀλλοιωθείσης δ' αὐτῆς μὴ γίνεσθαι ἔτι τὸ ἐξ αὐτῆς οὐθὲν ἄτοπον, καθάπερ καὶ ἐκ τῶν ἀλωπεκιῶν καλουμένων· καὶ γὰρ αὗται τῆς ἐπιπολῆς σαρκὸς φθοραὶ καὶ ἀλλοιώσεις εἰσίν. Τῶν δ' ὑποζυγίων τριβέντων καὶ ὑγιαζομένων πάλιν ἀναπληροῦται τὰ νενοσηκότα μέρη τοῦ σώματος τῶν αὐτῶν μέν, ἀσθενεστέρων δ' ἢ ἐξ ἀρχῆς ἦν. Ἐπεὶ δ' ἐστὶ καὶ τὸ δέρμα μέρος αὐτῶν, γίνοιντό τ' ἂν καὶ φύοιντο τρίχες (ἐκ δέρματος γὰρ φύονται τρίχες), λευκαὶ δὲ φύονται διὰ τὸ τὸ δέρμα ἀσθενέστερον γεγονέναι τοῦ ἐξ ἀρχῆς, καὶ τὴν λευκὴν ἀσθενεστάτην εἶναι τρίχα.

27. Cur equis quidem et asinis pili e cicatricibus enascuntur, hominibus autem non? An quod ceteris quidem animalibus cutis pars carnis est, homini autem veluti adfectus carnis? carnis enim superficies refrigescens solidior fieri videtur, quemadmodum coctarum farinarum pelliculæ, quas græce vetulas adpellant. Quum itaque illæ quoque farina elixa sint, hominis quoque pars quæ cutis nominatur, caro erit. Ubi igitur hæc vel vulnus adceperit, vel adtrita fuerit, incidit ut hominis quidem caro condensetur: quamobrem, quum caro superficiei proxima immutata fuerit, vulnera non eamdem recipiunt naturam ac inde ab ortu naturæ; hac autem immutata, nullo modo absurdum est, si non amplius proveniat quod ex ea gigni solet, sicut et ex areis quas alopecias adpellant: nam hæ etiam carnis superficiei proximæ corruptiones immutationesque sunt. At jumentis adtritis, ubi ad sanitatem redeunt, membra corporis morbo adfecta eisdem quidem partibus replentur, sed debilioribus quam olim fuerant. Quum vero etiam cutis eorum pars sit, fient pili pullulabuntque (e cute namque pili enascuntur), verum candidi oriuntur, quoniam cutis imbecillior quam olim est, atque pilus candidus imbecillimus.

28. Διὰ τί ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ζώοις διαμένει ὁμοίως τὰ δίδυμα θήλεα καὶ ἄρρενα ὄντα, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις οὔ; Ἢ διότι τούτῳ ἀσθενῆ μάλιστα τὰ δίδυμα; μονοτόκον γάρ ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς διδύμοις παρὰ φύσιν τὸ θῆλυ γίνεσθαι καὶ ἄρρεν, ὥσθ' ὃ μάλιστά ἐστι παρὰ φύσιν, τοῦτο καὶ ἀσθενέστατον.

28. Cur apud cetera quidem animalia servari æque gemini possunt, quamquam sexus sunt utriusque, apud homines autem non? An quod homini maxime gemelli debiles sunt? singulos enim parit; in geminis ipsis vero marem ac feminam creari præter naturam est, ita ut quod maxime contra naturam est, id quoque imbecillimum sit.

Digitized by Google

29. Διὰ τί τοῖς μὲν ἵπποις καὶ τοῖς ὄνοις ἐκ τῶν οὐλῶν φύονται τρίχες, τοῖς δ' ἀνθρώποις οὔ; Ἢ διότι ἡ οὐλὴ κωλύει διὰ τὴν πύκνωσιν, ἢ διὰ τὸ φθείρειν τὴν τροφήν; Τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις παντελῶς κωλύει διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς τριχός, τοῖς δ' ἵπποις οὐκ ἐκώλυσε, διέφθειρε δέ.

29. Cur equis quidem et asinis pili e cicatricibus nascuntur, hominibus autem non? An quod cicatrix ob densitatem impedimento est, vel quia depravat nutrimentum? Hominibus itaque ex toto propter pili infirmitatem impedimento est; equis autem non impedivit, sed depravabat.

30. Διὰ τί τοῖς ζῴοις ἄρτιοι πόδες; Ἢ ὅτι παντὸς μὲν τοῦ κινουμένου ἀνάγκη τι ἠρεμεῖν, συνέβαινε δὲ περιττῶν ὄντων μὴ γίνεσθαι τοῦτο· ὅπερ κατὰ τὴν ἀντιστοιχίαν τῶν ποδῶν ἦν ἡ κίνησις;

30. Cur pares pedes habent animantes? An quia cujusque rei quæ movetur, partem aliquam requiescere necesse est; quodsi vero pedes impares essent, eveniret ut hoc non fieret, idque ipsum pedum erat secundum alternam eorum obpositionem motus?

31. Διὰ τί ἐλάττω χρόνον τὰ ζῷα καθεύδει ἢ ἐγρήγορεν, οὐ συνεχῶς δέ; Ἢ διὰ τὸ μὴ ἅμα πᾶσαν πέττεσθαι τὴν περίττωσιν, ἀλλ' ὅταν τι πεφθῇ, κουφισθὲν διεγείρεται; Καὶ πλεονάκις δ' ἐγείρονται, ὅσοις ψυχρὸς ὁ τόπος ὁ πέττων ἐστὶ τὴν περίττωσιν· ταχὺ γὰρ παύεται καὶ πολλάκις, ἡ δὲ διάπαυσις ἔγερσίς ἐστιν. Ἡδὺ δέ, οὐδ' εἰκὸς διὰ τὸ ἀνάπαυσιν εἶναι φαίνεται, ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθα πλείω χρόνον ἡ ἀνάπαυσις γίνεται τῶν κατὰ φύσιν ἔργων· οὐδ' εἰ τὸ ἐσθίειν ἥδιον τοῦ μή, ὅμως πλείω χρόνον ἐσθίουσιν ἢ ἀσιτοῦσιν.

31. Cur animalia minus temporis dormiunt quam vigilant, idque non continue? An quod non simul omnia residua concoquuntur, sed ubi pars aliqua est concocta, levatum jam animal expergiscitur? Et vero sæpius illi expergiscuntur, quibus ea pars frigida est quæ residua concoquit: fit enim ut celeriter sæpeque cesset, cessatio autem expergefactio est Suave autem est dormire, nec, quoniam requies est, consentaneum videtur: sed tamen ne hic quidem quieti plus temporis impenditur quam muneribus naturalibus; nec etsi esse suavius est quam non esse, tamen plus temporis edunt quam a cibo abstinent.

32. Διὰ τί τῶν ζῴων τὰ μὲν εὐθὺς ἀκολουθεῖ τοῖς γεννήσασι, τὰ δ' ὀψέ, οἷον ἄνθρωπος, ἢ μόλις, ἢ οὐδέποτε; Ἢ διότι τὰ μὲν ταχὺ ἀπολαμβάνει τὸ γνωρίζειν, τὰ δ' ὀψέ, καὶ τὰ μὲν ἀναίσθητα τοῦ ὠφελοῦντος, τὰ δ' ἔχει αἴσθησιν; Ὅσα μὲν οὖν ἄμφω ἔχει ταῦτα (λέγω δ' οἷον καὶ αἴσθησιν τοῦ ὠφελοῦντος καὶ ἐπιτέλεσιν τοῦ σώματος), ἀκολουθεῖ, τὰ δὲ μὴ ἄμφω, οὐ ποιεῖ τοῦτο· δεῖ γὰρ δύνασθαι καὶ διαισθάνεσθαι.

32. Cur animantium alia quidem statim parentes sectantur, alia autem sero, ut homo, vel vix, vel numquam? An quod alia quidem cito vim recipiunt cognoscendi, alia autem sero, et alia quidem rei sibi commodæ sensu carent, alia vero hunc sensum habent? Quæ igitur hæc ambo (sensum dico rei commodæ et corporis perfectionem) sortiuntur, hæc parentes sectantur, quæ vero non utrumque, id non faciunt: opus enim est et viribus et sensu.

33. Διὰ τί λεύκη οὐ γίνεται τοῖς ἄλλοις ζῴοις; Πότερον ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις νόσημα, τοῖς δ' ἀνθρώποις γίνεται διάλευκα τὰ δέρματα καὶ αἱ τρίχες αὐτῶν; Ἀλλ' ὅμως ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τί ὕστερον οὐ γίνεται, ἀλλ' ἐκ γενετῆς ἡ ποικιλία. Ἢ ὅτι τὰ δέρματα τῶν ἄλλων ζῴων σκληρά, ἄνθρωπος δὲ φύσει λεπτοδερμότατον, ἡ δὲ λεύκη πνεύματός ἐστιν ἔκκρισις, ὃ κωλύεται διὰ τὴν πυκνότητα ἐξιέναι τοῖς ἄλλοις ζῴοις τοῦ δέρματος;

33. Cur vitiligo alba ceteris quidem animantibus non fit? Utrum quod ceteris quidem morbus id est; hominibus autem albedine interstinguuntur cutes pilique earum? Attamen ambiget aliquis, cur non postea, sed statim ab ortu varietas exsistat. An quod ceterorum animantium tergora dura sunt, homo autem natura tenuissimam habet cutem; vitiligo autem spiritus excretio est, qui apud cetera animantia excerni tergore denso prohibetur?

34. Διὰ τί ἐν μὲν τῇ λεύκῃ πολιαὶ γίνονται, ὅπου δὲ πολιαί, οὐκ ἀεὶ λεύκη; Ἢ διότι αἱ τρίχες ἐκ τοῦ δέρματός εἰσίν, ἡ δὲ πολιὰ ὥσπερ σαπρότης τις τῶν τριχῶν ἐστιν; Ὅταν μὲν οὖν τὸ δέρμα κάμνῃ, ἀνάγκη καὶ τὴν τρίχα ἐξ ἐκείνου οὖσαν κάμνειν· ὅταν δ' ἡ θρίξ, οὐκ ἀνάγκη τὸ δέρμα.

34. Cur in vitiligine quidem alba cani enascuntur, ubi vero cani, ibi non semper adest vitiligo alba? An quod pili omnes e cute proveniunt, canities autem putrilago quædam pilorum est? Ubi itaque cutis morbo laborat, pilum etiam laborare necesse est, quippe ex ea ortum; ubi autem pilus, cutem male adfici necesse non est.

35. Διὰ τί τῶν ζῴων τὰ μὲν χαλεπά ἐστι μετὰ τὸν τόκον, οἷον κύων καὶ ὗς, τὰ δ' οὐδὲν ἐπιδήλως, οἷον γυνή, πρόβατον; Ἢ ὅτι ὅσα μὲν περιττωματικά, πραέα; ἀπέρχεται γὰρ ἐν τῷ τόκῳ τὰ λυποῦντα. Τούτοις δ' ἀπὸ τῶν εὖ ἐχόντων γίνεται ἡ ἀφαίρεσις, ὥσθ' ἡ ἰσχνότης ποιεῖ διὰ τὴν ἕξιν τὴν ὀργήν, ὥσπερ καὶ αἱ

35. Cur animantium alia quidem post partum torva sunt, ut canis, ut sus, alia vero nequaquam manifeste, ut mulier, ut ovis? An quia quæ supervacua quidem redundant materia, hæc mitia sunt? quantum enim molestum erat, in partu abit. Illis autem secretio fit a corporis elementis bene constitutis, ita ut macritudo propter habitum iram moveat, ut etiam gallinæ, non quum pepe-

Digitized by Google

ἀλεκτορίδες οὐ τεκοῦσαι χαλεπαί, ἀλλ' ἐπῳάζουσαι, διὰ τὴν ἀσιτίαν.

rerint, sed ubi incubant, propter alimenti defectum torvæ sunt.

36. Διὰ τί οἱ εὐνοῦχοι τὰ μὲν ἄλλα εἰς τὸ θῆλυ διαφθειρόμενοι μεταβάλλουσιν· καὶ γὰρ φωνὴν θηλυκὴν ἴσχουσι καὶ ὀξύτητα καὶ ἀναρθρίαν, καὶ οὕτω σφόδρα μεταπίπτουσιν ὡς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις τὰ ἐκτεμνόμενα (ἐναντίως δ' οἱ ταῦροι καὶ οἱ κριοὶ τὰ κέρατα ἴσχουσι, διότι καὶ τὰ θήλεα ἐναντίως αὐτῶν ἔχει· διὸ οἱ μὲν μείζω ἐκτεμνόμενοι ἴσχουσιν, οἱ δ' ἐλάττω)· τὸ δὲ μέγεθος μόνον οἱ εὐνοῦχοι εἰς τὸ ἄρρεν μεταβάλλουσιν; μείζους γὰρ γίνονται, ἔστι δὲ τοῦτο τοῦ ἄρρενος· τὰ γὰρ θήλεα ἐλάττω ἐστὶ τῶν ἀρρένων. Ἢ οὐδὲ τοῦτο εἰς τὸ ἄρρεν, ἀλλ' εἰς τὸ θῆλυ; οὐ γὰρ εἰς πᾶν τὸ μέγεθος, ἀλλ' εἰς τὸ μῆκος μόνον, τὸ δ' ἄρρεν καὶ εἰς πλάτος καὶ εἰς βάθος· τότε γὰρ τετελείωται. Ἔτι δ' ὡς ἔχει τὸ θῆλυ πρὸς τὸ ἄρρεν, οὕτως αὐτοῦ τοῦ θήλεος ἡ παρθένος πρὸς τὴν γυναῖκα· ἡ μὲν γὰρ ἤδη γενναία, ἡ δ' οὔ. Εἰς τὴν τούτων οὖν μεταβάλλει· ἐπὶ μῆκος γὰρ ταύτης ἡ αὔξησις· διὸ καὶ Ὅμηρος εὖ τό (Ὀδ. υ, 71)·

μῆκος δ' ἔπορ' Ἄρτεμις ἁγνή,

ὡς διὰ τὴν παρθενίαν, ὃ εἶχε, δυναμένης δοῦναι. Οὔκουν εἰς τὸ ἄρρεν κατὰ τὸ μέγεθος μεταβάλλει· οὐ γὰρ εἰς τὸ τέλειον μεταβάλλει· οἱ δ' εὐνοῦχοι εἰς μέγεθος τὸ μῆκος ἐπιδιδόασιν.

36. Cur spadones ceteroquin quidem ita immutantur, ut in sexum femineum degenerent: vocem enim femininam habent, et acumen et articulationis defectum, atque ita vehementer commutantur ut etiam apud cetera animantia quæcunque castrantur (nam tauri et verveces cornua contrario modo habent ac cetera animalia, quia feminæ quoque eorum contrario modo habent: quapropter alii quidem castrati majora gerunt, alii vero minora); magnitudine vero tantummodo spadones ad sexum virilem transeunt? majores namque reddantur: quæ quidem res maris est, quippe quum feminæ minores maribus sint. An ne id quidem ad sexum masculinum, sed ad femininum est mutatio? haud enim ad omne magnitudinis genus, sed ad longitudinem duntaxat transeunt, dum mas latitudine etiam augetur et crassitudine: tunc enim perfectus est. Ad hæc, ut femina ad marem, sic inter feminas ipsas virgo se habet ad mulierem: altera enim generosa jam est, altera vero non. In earum igitur magnitudinem mutatur spado: his namque in longitudinem fit incrementum: unde et recte Homerus:

Virgo Diana dedit prælongi corporis usum,

utpote quum rem, quam suam ob virginitatem haberet, largiri posset. Ergo non magnitudine in marem mutatur, quum non ad perfectionem commutetur: spadones enim longitudinis ratione magnitudine proficiunt.

37. Διὰ τί οἱ εὐνοῦχοι ἢ ὅλως οὐκ ἴσχουσιν, ἢ ἧττον ἰξίας; Ἢ ὅτι μεταβάλλουσι τὴν φύσιν ἐν τῇ ἐκτμήσει εἰς τὰ ἄγονα, τοιαῦτα δὲ παῖς καὶ γυνή, ὧν οὐδέτερον ἴσχει ἰξίας, εἰ μή τι σπάνιον γυνή;

37. Cur spadones vel omnino varicibus vacant, vel minus habent? An quoniam naturam, dum castrantur, ad semine carentium habitum commutant, tales autem sunt puer et mulier: quorum neutrum habet varices, præterquam si mulier raro?

38. Διὰ τί μᾶλλον ἄνθρωπος πολλὰς φωνὰς ἀφίησι, τὰ δ' ἄλλα μίαν ἀδιάφορα ὄντα τῷ εἴδει; Καὶ τοῦ ἀνθρώπου μία φωνή, ἀλλὰ διάλεκτοι πολλαί.

38. Cur homo potius multas fundit voces, cetera vero animalia, quæ ad idem pertinent genus, unicam? Apud hominem etiam vox unica est, sed multiplex loquela.

39. Διὰ τί δ' αὐτὴ ἄλλη, τοῖς δ' ἄλλοις οὔ; Ἢ ὅτι οἱ μὲν ἄνθρωποι γράμματα πολλὰ φθέγγονται, τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν οὐδέν, ἕνια δὲ δύο, ἢ τρία τῶν ἀφώνων, ταῦτα δὲ ποιεῖ μετὰ τῶν φωνηέντων τὴν διάλεκτον; ἔστι δ' ὁ λόγος οὐ τὸ τῇ φωνῇ σημαίνειν, ἀλλὰ τοῖς πάθεσιν αὐτῆς, καὶ μὴ ὅτι ἀλγεῖν χαίρει· τὰ δὲ γράμματα πάθη ἐστὶ τῆς φωνῆς. Ὁμοίως δ' οἵ τε παῖδες καὶ τὰ θηρία δηλοῦσιν· οὐ γάρ πω οὐδὲ τὰ παιδία φθέγγονται τὰ γράμματα.

39. Sed cur hæc varia, apud cetera vero non? An quoniam homines quidem multas proferunt literas, inter cetera autem alia quidem nullam, aliqua vero duas, aut tres consonantes, hæc autem vocalibus junctæ locutionem conficiunt? oratio enim non eo constat, ut voce, sed ut vocis adfectionibus significetur, nec se dolere, vel gaudere; at literæ vocis adfectiones sunt. Quin etiam infantes non secus ac bestiæ significant, utpote qui ipsi quoque nondum literas enuntiant.

40. Διὰ τί μόνον τῶν ζῴων ἄνθρωπος γίνεται ἰσχνόφωνον; Πότερον ὅτι καὶ ἐνεόν, ἡ δ' ἰσχνοφωνία ἐνεότης ἐστίν; Ἀλλὰ δὴ καὶ οὐδ' ὅλως πεπλήρωται τοῦτο τὸ μόριον. Ἢ ὅτι κοινωνεῖ μᾶλλον λόγου, τὰ δ' ἄλλα φωνῆς; ἔστι δ' ἡ ἰσχνοφωνία οὐ κατὰ τὸ ὄνομα ἕν, ἢ οὐδὲ συνεχῶς διεξιέναι.

40. Cur homo solus omnium animantium lingua hæsitans fit? Utrum quod etiam mutus solus exsistit, linguæ autem hæsitatio mutitas est? Verum enimvero nec membrum hocce ex totu completum est. An quod homo magis particeps est sermonis, cetera autem vocis duntaxat? linguæ autem hæsitatio non secundum vocabuli græci (ἐνεός ab ἓν ἧμι) derivationem eo constat ut unicum quid, vel ne ut continue quidem percurramus.

41. Διὰ τί ἄνθρωπος γίνεται ἐκ γενετῆς χωλὸς μάλιστα τῶν ἄλλων ζῴων; Πότερον ὅτι ἰσχυρὰ τῶν ἄλλων ἐστὶ σκέλη τῶν ζῴων; ὀστώδη γὰρ καὶ νευρώδη καὶ

41. Cur homo omnium reliquorum maxime animantium inde ab ortu claudus nascitur? Utrum quod ceterorum animalium crura robusta sunt? osse namque et nervo tam

Digitized by Google

τετράποδα καὶ ὄρνιθες ἔχουσιν, οἱ δ' ἄνθρωποι σαρκώδη· διὰ τὴν ἀπαλότητα οὖν θᾶττον πηροῦνται ἐν τῇ κινήσει. Ἢ διότι μόνον τῶν ζώων πολλοὺς ἔχει χρόνους τῆς γενέσεως; καὶ γὰρ ἑπτάμηνα καὶ ὀκτάμηνα καὶ δεκάμηνα γίνεται· τοῖς δ' ἄλλοις εἷς χρόνος τῆς τελειώσεως γέγονεν οὐ διατρίψας· τοῖς δ' ἀνθρώποις πολὺς ὁ χρόνος γίνεται τῆς ἐν πλήθει διατριβῆς, ὥστε κινουμένων διὰ τὸ ἁπαλὰ εἶναι καὶ θραύεται τὰ ἀκρωτήρια ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ πλείω.

quadrupedum quam avium constant, hominum vero carnosa sunt: ergo facilius hæc ob teneritudinem mutilantur, ubi moventur. An quod solus animantium varia generationis tempora obtinet? nam et septimo et octavo et decimo mense nascitur; ceteris vero tempus unicum perficiendi sine mora statutum est; hominibus autem longum fit tempus quo diu immorentur, ita ut, quum moventur, artus, quod teneri sunt, frangantur plures per longius tempus.

42. Διὰ τί οἱ εὐνοῦχοι ἑλκώδεις τὰς κνήμας ἴσχουσι καὶ σαπράς; Πότερον ὅτι καὶ αἱ γυναῖκες, οἱ δ' εὐνοῦχοι γυναικικοί; Ἢ τοῦτο μὲν συμβέβηκεν, αἴτιον δὲ καὶ ταῖς γυναιξὶν ὅτι ἡ θερμότης κάτω ὁρμᾷ; δηλοῖ δὲ τὰ γυναικεῖα· διὸ οὔθ' οἱ εὐνοῦχοι, οὔτε γυναῖκες δασεῖς γίνονται, διὰ πολλὴν ὑγρότητα.

42. Cur spadones cruribus ulcerosis putridisque sunt? Utrum quod etiam mulieres, spadones autem effeminati sunt? An hoc quidem evenit, sed tamen mulieribus id quoque causa est, quod calor deorsum vergit? id quod menstrua declarant: unde neque spadones, nec mulieres hirsutæ fiunt, propter humoris abundantiam.

43. Διὰ τί τῶν ζώων οὐθὲν λιθιᾷ ἀλλ' ἢ ἄνθρωπος; Ἢ ὅτι τῶν μὲν ὑποζυγίων καὶ τῶν πολυωνύχων οἱ πόροι τῆς κύστεως εὐρεῖς εἰσιν; (ὅσα δὲ μὴ τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ ζωοτοκεῖ ἐν αὑτοῖς, οἷον ἔνιοι τῶν ἰχθύων, τούτων δ' οὐδὲν κύστιν ἔχει, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῖς ἡ τοιαύτη συνθλίβεται ὑπόστασις, οἷον καὶ τοῖς ὄρνισιν, ὥστε ταχὺ καὶ διεξέρχεται κατὰ τὴν ἕδραν)· ὁ δ' ἄνθρωπος κύστιν τ' ἔχει καὶ στενὸν τὸν καυλὸν ὡς κατὰ μέγεθος; Διὰ μὲν οὖν τὸ ἔχειν τοῦτο τὸ μόριον συνθλίβεται τὸ γεῶδες εἰς τὴν κύστιν (διὸ καὶ χρώζονται αἱ ἀμίδες ὑπ' αὐτοῦ), διὰ δὲ τὴν θερμότητα τοῦ τόπου συμπέττεται καὶ παχύνεται μᾶλλον, ἐμμένει δὲ καὶ αὐξάνεται διὰ τὴν στενότητα τοῦ οὐρητῆρος· οὐ γὰρ δυνάμενα τὰ γεώδη ὑποστήματα ῥᾳδίως ὑπεξιέναι, πρὸς ἄλληλα ὑποστρεφόμενα λίθος γίνεται.

43. Cur nullum animal, nisi homo, calculo laborat? An quod jumenta quidem, et quæ unguibus sunt multis, vesicæ meatus obtinent amplos (quæ autem non protinus, sed post, intra se animal pariunt, ut pisces nonnulli, ex his nullum vesicam habet, sed sedimentum ejusmodi illis in alvum contruditur, sicut etiam avibus, ita ut celeriter quoque exeat per sedem); at homo tum vesicam habet, tum cervicem ejus angustam pro magnitudine? Ergo quod membrum id habet, terrenum in vesicam contruditur (ex quo et matulæ eo tinguntur), loci autem calore concoquitur atque magis crassescit; retinetur vero augeturque propter meatus urinæ angustiam: quum enim terrena sedimenta ex facili subduci nequeant, ad se invicem reversa calculus fiunt.

44. Διὰ τί οὐκ ἐρεύγεται τὰ ὑποζύγια, οὐδ' οἱ βόες καὶ τὰ κερατοφόρα, οὐδ' οἱ ὄρνιθες; Ἢ διὰ ξηρότητα τῆς κοιλίας; ταχὺ γὰρ ἀναλίσκεται τὸ ὑγρὸν καὶ διηθεῖται· ἐμμένοντος δὲ καὶ πνευματουμένου γίνεται ὁ ἐρευγμός. Τοῖς δὲ λοφούροις διὰ μῆκος τοῦ αὐχένος εἰς τὸ κάτω ὁρμᾷ τὸ πνεῦμα· διὸ καὶ ἀποφοφοῦσι μάλιστα. Οἱ ὄρνιθες δὲ καὶ τὰ κερατοφόρα οὐ ποιεῖ οὐδέτερον. Οὐδ' ἐρεύγονται δ' ὅσα μηρυκάζει, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν κοιλίας καὶ τὸν καλούμενον κεκρύφαλον. Διὰ πολλῶν οὖν γίνεται καὶ ἄνω καὶ κάτω τῷ πνεύματι ἡ πορεία, καὶ φθάνει ἀναλισκόμενον τὸ ὑγρὸν πρὶν ἐκπνευματωθῆναι καὶ ποιῆσαι ἢ ἐρυγεῖν, ἢ ψοφῆσαι.

44. Cur nec jumenta, nec boves et quæ cornua gerunt, neque aves ructant? An propter ventris siccitatem? celeriter enim consumitur percolaturque humor: qui ubi immoratur atque in spiritum convertitur, ructatio fit. Jumentis tamen ob colli prolixitatem flatus inferiora petit: quamobrem et crepitum ventris maxime reddunt. Aves vero et cornigera neutrum faciunt. Quin etiam ruminans nullum ructat, quoniam tum plures continent ventres, tum quem reticulum adpellamus. Multa itaque permeare debet tam sursum quam deorsum flatuum iter, atque humor consumitur antequam in flatum vertatur, moveatque vel ructum, vel crepitum.

45. Διὰ τί, ὅσα μὲν ἥμερα τῶν ζώων ἐστί, πάντως καὶ ἄγρια, ὅσα δ' ἄγρια, οὐ πάντως ἥμερα; καὶ γὰρ ἄνθρωποί που φαίνονται ἄγριοι ὄντες, καὶ κύνες ἐν Ἰνδοῖς, καὶ ἵπποι ἄλλοθι, ἀλλ' οὐ λέοντες ἥμεροι, οὐδὲ παρδάλεις, οὐδ' ἔχεις, οὐδ' ἄλλα πολλά. Ἢ ὅτι ῥᾷον τὸ φαῦλον καὶ γενέσθαι ἐξ ἀρχῆς, καὶ μεταβαλεῖν εἰς αὐτό; ἡ γὰρ φύσις οὐχ ἡ πρώτη, ἀλλ' ἡ ἐν τέλει ἐργώ-

45. Cur in animantium genere quæcumque quidem domestica, eadem omnino etiam fera exstant; quæcumque autem fera, non utique et domestica? etenim cum homines feri nonnusquam cernuntur, tum canes apud Indos, tum equi aliubi; sed non leones, non pardales, non viperæ, non alia complura domestica exstant. An quod facilius tum initio fit res prava, tum in eam obtinet mutatio? naturam enim non primam, sed quæ in fine residet, adsequi statim

Digitized by Google

δης τυχεῖν εὐθύς· διὸ πάντα καὶ τὰ ἥμερα ἄγρια γίνονται τὸ πρῶτον μᾶλλον ἢ ἥμερα, οἷον παιδίον ἢ ἀνὴρ παμφάγον καὶ τῷ θυμῷ ζῶν· ἀλλ' ἀσθενέστερα. Ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῶν τῆς τέχνης ἔργων, οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν τῆς φύσεως ἔργων· καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων πάντ' ἐστὶ φαύλως εἰργασμένα, καὶ πλείω τὰ φαῦλα, κλίνη καὶ ἱμάτιον καὶ ἄλλ' ὁτιοῦν, καὶ ὃ μέν ἐστι καλόν, λαβεῖν ἔστιν ἅπαν καὶ φαῦλον, ὃ δὲ φαῦλον, οὐ πᾶν καὶ καλόν, οἷον εἴ τις ἐπὶ τῶν ἀρχαίων γραφέων καὶ ἀνδριαντοποιῶν σκοπεῖ τὰ ἔργα· οὐ γὰρ ἦν πώποτε οὐδαμῇ γραφὴ σπουδαία, οὐδ' ἀνδριάς, φαῦλα δ' ἦν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ φύσις φαῦλα μὲν πάντα ποιεῖ, καὶ πλείους καὶ πλείω, σπουδαῖα δ' ἐλάττω, καὶ οὐ πάντα δύναται. Τὸ δ' ἥμερον βέλτιον, τὸ δ' ἄγριον φαῦλον. Φύσει δ' οὐ τῇ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ἐφ' ἧν, οἶμαι, ῥᾷον ποιεῖ σπουδαῖα καὶ ἥμερα, τὰ δ' ἐναντία ἢ οὐδέποτε, ἢ μόλις, καὶ ἔν τισι τόποις καὶ ἐν χρόνοις, ἢ ἀρτίου, ἢ ποτὲ ἔν τινι κράσει τοῦ ὅλου, γίνονται ἥμερα τὰ ζῷα πάντα. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν πάντων ἐστίν· ὅσα μὲν γὰρ ἥμερα, καὶ ἄγρια, οὐ πάντα δὲ δύναται ἡμεροῦσθαι, ἀλλ' ὅμως εἰσὶν ἐν ἰδίᾳ χώρᾳ πρὸς πολλὰ ἰδίως ἐχούσῃ ὥστ' ἡμελημένα καὶ ἄγρια κρείττω καὶ ἡμερώτερα φύεσθαι τῶν ἐν ἄλλῃ γεωργουμένων.

perdifficile est : quapropter omnia etiam domestica principio fera potius quam domestica nascuntur, ut infans quam vir magis quodvis comedit, iraque effervescit, sed debiliora. Quomodo itaque in operibus artis, sic etiam in naturæ se habet res : nam in his quoque prave omnia facta sunt, et plura sunt prava, ut lectus, vestis, quodvis aliud, quodque probum quidem est, id omne pravum etiam comperiri potest, quod autem pravum, id non omne probum quoque reperies, ut si quis priscorum pictorum fictorumque opera consideret : nondum enim usquam exstabat pictura bona, nec statua, sed pravæ erant. Eodem modo natura etiam prava quidem omnia facit, et plura prava cum genera, tum singula corpora, proba vero pauciora nec omnia præstare potest. Atqui domesticum melius est; ferum autem pravum. Naturæ autem non quæ initio jam adest, sed ad quam tenditur, facilius est, opinor, bona atque domestica creare, contraria vero aut numquam, aut vix, atque certis quibusdam temporibus ac locis, vel jamjam non, vel aliquando in certo quodam temperamento universi, mansueta fiunt omnia animalia. Hoc idem in omni etiam stirpium genere obtinet : quæcumque enim domestica, eadem etiam silvestria exstant, nec omnia mansuescere possunt; attamen reperiuntur in solo proprio multas ad res peculiariter se habenti ita ut neglecta feraque proveniant meliora ac mitiora quam quæ alio in solo coluntur.

46. Διὰ τί τοῖς μὲν ἀνθρώποις οἱ ὀμφαλοὶ μεγάλοι γίνονται, τοῖς δ' ἄλλοις ζῴοις οὐ φανεροί; Ἢ διότι τοῖς μὲν διὰ τὸ πολὺν χρόνον εἴσω μένειν ἀφαυαίνονται καὶ εὐθὺ τείνονται, ὅλον δ' ἐπανοιδοῦσι τὰ ἕλκη; διὸ ἔνιοι τῶν ὀμφαλῶν καὶ αἰσχίους εἰσίν· ὁ δ' ἄνθρωπος ἀτελὴς ἐξέρχεται, ὥστ' ἔφυγροι καὶ ἀναιμοι οἱ ὀμφαλοὶ ἀκολουθοῦσιν. Ὅτι δὲ τὰ μὲν τετελειωμένα, τὰ δ' ἀτελῆ ἐξέρχεται, σημεῖον ὅτι τὰ μὲν εὐθὺς δύναται ζῆν, τὰ δὲ παιδίᾳ ἐπιμελείας δεῖται.

46. Cur hominibus quidem umbilici fiunt ampli, ceteris autem animantibus non conspicui? An his quidem, quoniam quod multum temporis intus manent, umbilici arescunt inque directum porriguntur, denique plagæ intumescunt? quamobrem nonnulli umbilici et deformes sunt; at vero homo imperfectus prodit, ita ut humidi atque sanguinolentus sequantur umbilici. Indicium vero, alia quidem perfecta, alia vero imperfecta prodire, quod illa quidem statim vivere queunt, infantes vero curam desiderant.

47. Διὰ τί τὰ μὲν τῶν ζῴων ἅπαξ ὀχεύεται, τὰ δὲ πολλάκις, καὶ τὰ μὲν ὥρᾳ ἔτους, τὰ δ' ὅτ' ἔτυχεν, ἄνθρωπος μὲν ἀεί, τὰ δ' ἄγρια οὐ πολλάκις, καὶ ὗς μὲν ἄγριος ἅπαξ, ἥμερος δὲ πολλάκις; Ἢ διὰ τὴν τροφὴν καὶ ἁλέαν καὶ πόνον; ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις. Ἔπειτα τὰ αὐτὰ ἄλλοθι μὲν ἅπαξ τίκτει, ἄλλοθι δὲ πλεονάκις, οἷον τὰ πρόβατα ἐν Μαγνησίᾳ καὶ Λιβύῃ τίκτει δίς. Τὸ δ' αἴτιον ἡ πολυχρονία τοῦ τόκου· οὐ γὰρ ἐπιθυμεῖ ὅταν πλησθῇ, ὥσπερ οὐδὲ τροφῆς τὰ πλήρη. Τὰ δὲ κυοῦντα ἧττον ὀχείας ἐπιθυμεῖ διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι τὴν κάθαρσιν.

47. Cur animantium alia quidem semel ineuntur, alia vero sæpe, et alia quidem tempore æstatis, alia vero ut fors tulerit; homo quidem semper, feræ vero non sæpe, et quidem sus agrestis semel, domesticus vero sæpe? An propter pabulum, calorem atque laborem, quippe quum Venus comes plenitudinis sit? Præterea eadem alibi quidem semel, alibi vero sæpius pariunt, ut oves Magnesiæ et in Africa bis pariunt. Causa vero est tempus parieudi prolixius : ubi enim impleta sunt, non concupiscunt, quomodo nec cibum adfectant quæ plena sunt. Quæ autem gravida sunt, minus avida veneris sunt, quoniam menstruæ purgationes non fiunt.

48. Διὰ τί τῶν ἀνθρώπων οἱ ἀραιοὺς ἔχοντες τοὺς ὀδόντας βραχύβιοι, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ; Ἢ ὅτι σημεῖον τοῦ τὸ ὀστοῦν πυκνὸν εἶναι, ὡς ὁ ἐγκέφαλος ἀσθενὴς οὐκ εὐπνοῶν, ὥσθ' ὑγρὸς ὢν τὴν φύσιν ταχὺ σήπεται; καὶ γὰρ τὰ ἄλλα μὴ κινούμενα καὶ ἀπατμίζοντα· διὸ καὶ ἄνθρωπος τὴν κεφαλὴν δασύτατον, καὶ τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος μακροβιώτερον διὰ τὰς ῥαφάς. Δεῖ δ' ἰδεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

48. Cur homines quæ raris dentibus sunt, magna ex parte brevioris sunt vitæ ? An quia indicium hoc est densum os esse, ita ut cerebrum invalidum sit, quippe minus facile respirans : unde celeriter putret, utpote sua natura humidum? nam ceteris quoque idem evenit, ubi non moventur, neque exhalant : quo etiam fit ut homo capite piloso maxime sit, et mas quam femina diutius vivat propter suturas. In ceteris quoque considerandum est.

Digitized by Google

49. Διὰ τί δ' ὅσοι τὴν διὰ τῆς χειρὸς τομὴν ἔχουσι δι' ὅλης, μακροδιώτεροι; Ἢ διότι τὰ ἄναρθρα βραχυβιώτατα, ὡς τὰ ἔνυγρα; εἰ δὲ τὰ ἄναρθρα βραχύβια, ὅῆλον ὅτι τὰ ἠρθρωμένα τοὐναντίον· τοιαῦτα δὲ ὧν καὶ τὰ φύσει ἄναρθρα μάλιστα ἠρθρωται· τῆς δὲ χειρὸς τὸ εἴσω ἀναρθρότατον.

49. Cur vero qui manus cæsuram per totam obtinent palmam, longæviores sunt? An quoniam brevissime vivunt quibus articuli male compacti sunt, exempli gratia aquatilia? nam si quæ articulata non sunt, vitam habent breviorem, constat contra sese habere quæ articulata: cujus generis illa sunt, quorum etiam ea quæ sua natura omni articulo carent, maxime sunt articulata; manus autem pars interior penitus articulo vacat.

50. Διὰ τί τῶν ζῴων ἄνθρωπος ἢ μόνον, ἢ μάλιστα διαστρέφεται; Ἢ ὅτι ἢ μόνον, ἢ μάλιστα ληπτὸν ἐν τῇ νηπιότητι γίνεται, ὅτε καὶ διαστρέφεσθαι συμβαίνει πᾶσιν;

50. Cur animantium homo vel solus, vel maxime distorquetur? An quod homo vel solus, vel maxime morbo comitiali capi solet in infantia, ubi et distortio omnibus adcidit?

51. Διὰ τί τῶν ζῴων ἄνθρωπος μάλιστα καπνίζεται; Ἢ ὅτι μάλιστα δακρύει, ἡ δὲ κάπνισις μετὰ δακρύου;

51. Cur animantium homo maxime fumo adficitur? An quod homo lacrymam maxime emittit, fumi autem effectus cum lacryma est?

52. Διὰ τί ἵππος ἵππῳ χαίρει καὶ ἐπιθυμεῖ, ἄνθρωπος δ' ἀνθρώπῳ, καὶ ὅλως δὲ τὰ συγγενῆ τοῖς συγγενέσι καὶ ὁμοίοις; οὐ γὰρ δὴ ὁμοίως ὅτι πᾶν ζῷον καλόν, ἡ δ' ἐπιθυμία τοῦ καλοῦ. Ἔδει οὖν τὸ καλὸν ἥδιον εἶναι· νῦν δὲ μᾶλλον οὐ πᾶν κάλλος ἡδύ, τὸ καλὸν καὶ τὸ ἡδύ. Οὐδὲ πᾶσιν ἡ ἡδονὴ ἢ τὸ καλὸν ἡδύ, οἷον φαγεῖν ἢ πιεῖν ἐστιν ἥδιον ἑτέρῳ, καὶ ἀφροδισιάσαι ἄλλῳ. Διότι μὲν οὖν ἕκαστον τῷ συγγενεῖ μιγνύμενον μάλιστα καὶ ἥδιστα ἀφροδισιάζει, ἄλλο πρόβλημα· ὅτι δὲ καὶ κάλλιστον, οὐκέτι ἀληθές, ἀλλὰ ἡμεῖς τὸ εἰς τὴν συνουσίαν ἡδύ, ὅτι ὃ μὲν καλόν, ὅ τι ἐπιθυμοῦντες χαίρομεν ὁρῶντες. Καίτοι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἔχει ὁμοίως· διψῶντες γὰρ ἥδιον ὁρῶσι τὸ πόμα. Τὸ μὲν οὖν πρὸς χρείαν τινὰ καλόν, οὗ καὶ μάλιστα ἐπιθυμοῦμεν, τοῦτο δοκεῖ ἥδιστον εἶναι, τὸ δὲ καθ' αὑτὸ οὐκέτι οὕτως. Σημεῖον δὲ τούτου· δοκοῦσι γὰρ ἡμῖν καὶ ἄνδρες καλοὶ εἶναι, πρὸς τὴν συνουσίαν βλέψασιν. Ἆρ' οὖν οὕτως ὥστε καὶ ἡσθῆναι ὁρῶσι μᾶλλον τῶν εἰς συνουσίαν; Οὐδέν γε κωλύει, εἰ μὴ ἐπιθυμοῦντες τύχοιμεν. Οὕτω δὲ πόμα κάλλιον· εἰ γὰρ διψῶντες τύχοιμεν, ἥδιον ὀψόμεθα.

52. Cur equus equo, homo homine, atque omnino cognata cognatis sibique similibus gaudent, eosque cupiunt? nec enim profecto eodem redit quod omne animal pulchrum est, cupiditas autem formam sequitur. Oporteret itaque rem pulchram suaviorem esse; nunc contra potius non omne pulchrum jucundum est, sed quod jucundum, ideo quoque pulchrum est. Nec etiam omnibus voluptas, aut pulchrum gratum est: sic aliis quidem esse aut bibere, aliis vero concumbere gratius est. Sed causa cur unumquodque junctum suo cognato maxime suavissimeque concumbat, in aliam cadit quæstionem; pulcherrimum vero id etiam esse, non amplius verum est; sed nos quod ad concumbendum utile, id suave habemus, quoniam id pulchrum putamus cujus, dum cupimus, adspectu delectamur. Attamen in ceteris etiam cupidinibus res pariter sese habet: ubi enim siti detinemur, potum cum majori voluptate cernimus. Quod itaque ad usum aliquem pulchrum est, et quod idem maxime cupimus, suavissimum id esse videtur; quod autem per se pulchrum est, non amplius ita. Argumentum hujus rei est, quod viri quoque nobis pulchri esse videntur, si concubitum [non] respicimus. Numquid igitur ita, ut etiam videntes plus gaudeamus quam conspectis iis qui coitui inservire possunt? Nihil certe impedit, si forte cupidine non detinemur. Eo modo potus quoque videtur pulchrior: nam si forte siti detinemur, majori cum voluptate adspiciemus.

53. Διὰ τί ποτε τοῦ μὲν ἀνθρώπου τὰ ἔμπροσθεν δασύτερα τῶν ὄπισθέν ἐστι, τῶν δὲ τετραπόδων τὰ ὄπισθεν; Ἢ ὅτι πάντα τὰ δίποδα τὰ ἔμπροσθεν ἔχει δασύτερα; οἱ γὰρ ὄρνιθες τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἀνθρώποις ἔχουσιν. Ἢ τὰ ἀσθενέστερα μᾶλλον ἀεὶ σκεπάζειν ἡ φύσις εἴωθεν, ἀσθενὲς δ' ἕκαστόν ἐστί τινα τρόπον; τῶν δὲ τετραπόδων ἁπάντων τὰ ὄπισθεν ἀσθενέστερά ἐστι τῶν ἔμπροσθεν διὰ τὸν τόπον· ὑπὸ γὰρ τῶν ψυχῶν καὶ καυμάτων μᾶλλον δυνατά ἐστι πάσχειν· τῶν δ' ἀνθρώπων τὰ ἔμπροσθεν ἀσθενέστερά ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ πέπονθεν.

53. Cur tandem hominis quidem prior pars pilosior quam posterior est, quadrupedum contra posterior? An quod omne animal bipes partem priorem habet pilosiorem? nam aves quoque eodem modo quo homines se habent. An partes infirmiores natura semper integere potius consuevit, infirmum autem unumquodque certo quodam modo est? quadrupedum enim omnium partes posteriores infirmiores loci causa sunt quam priores: adfici namque a frigore æstuque amplius possunt: contra hominum priores infirmiores sunt, incommodisque illis eisdem patent.

54. Διὰ τί ἄνθρωπος τῶν ζῴων μάλιστα πτάρνυται; Ἢ ὅτι καὶ κορυζᾷ μάλιστα; Τούτου δ' αἴτιόν ἐστιν ὅτι τοῦ θερμοῦ ὄντος περὶ τὴν καρδίαν καὶ πεφυκότος ἄνω φέρεσθαι τοῖς μὲν ἄλλοις ζῴοις ἡ κατὰ φύσιν αὐτοῦ φορά ἐστιν ἐπὶ τοὺς ὤμους, ἐντεῦθεν δ' ἐξ ἀνακλάσεως σχιζόμενον τὸ μὲν ἐπὶ τὸν τράχηλον καὶ τὴν κεφαλὴν

54. Cur animantium homo maxime sternutat? An quod etiam gravedine maxime tenetur? Cujus rei causa est, quod calor quum circa cor residet sursumque sua natura fertur, apud cetera quidem animalia secundum naturam armos petit, unde per refractionem disjectus, partim qui-

Digitized by Google

φέρεται αὐτοῦ, τὸ δ' εἰς τὴν ῥάχιν καὶ τὴν ὀσφύν, διὰ τὸ ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας εἶναι ταῦτα πάντα καὶ παρὰ τὴν βάσιν. Φερόμενον δ' ὁμοίως τὸ σῶμα καὶ τὰ ὑγρὰ μερίζει εἰς αὐτὰ ὁμαλῶς· ἕπεται γὰρ τὰ ὑγρὰ τῷ θερμῷ· διὸ οὐδὲ πάνυ κορυζᾷ τὰ τετράποδα ζῷα, οὐδὲ πτάρνυται· ὁ γὰρ πταρμὸς ἢ πνεύματος ἀθρόου φορά ἐστιν, ὑγρῶν ἐξατμιζόντων τι μᾶλλον τοῦ σώματος, ἢ ὑγρῶν ἀπέπτων· διὸ πρὸ τῶν κατάρρων γίνεται, ἃ οὐ συμβαίνει τοῖς ἄλλοις ζῴοις, διὰ τὸ τὴν τοῦ θερμοῦ φορὰν ὁμαλίζειν ἐν αὐτῷ εἰς τὸ πρόσθεν καὶ ὄπισθεν. Τοῦ δ' ἀνθρώπου πρὸς ὀρθὴν πεφυκότος τῇ βάσει, καθάπερ τὰ φυτά, συμβαίνει τοῦ θερμοῦ φορὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν γίνεσθαι πλείστην καὶ σφοδροτάτην, φερόμενόν τ' ἐνταῦθα ἀραιοῖ καὶ θερμαίνει τοὺς περὶ αὐτὴν πόρους· ὄντες δὲ τοιοῦτοι δεκτικοὶ γίνονται τῶν ὑγρῶν μᾶλλον ἢ οἱ κάτω τῆς καρδίας πόροι. Ὅταν οὖν συμβῇ ἐξυγρανθῆναι μᾶλλον τοῦ δέοντος καὶ καταψυγῆναι ἔξωθεν, συμβαίνει τὸ θερμόν, τροφήν τ' ἔχον καὶ συστελλόμενον ἐντὸς αὔξεσθαι, αὐξανόμενον δὲ φέρεσθαι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ πόρους· εἰς οὓς ἀκολουθοῦντα τὰ ὑγρά, ὄντα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα, πληροῖ αὐτοὺς καὶ τοὺς κατάρρους ποιεῖ, καὶ πταρμοὺς ὁμοίως· ἐν γὰρ ταῖς ἀρχαῖς τῶν κατάρρων τὸ θερμὸν προαναφερόμενον τοῦ ὑγροῦ καὶ πνευματοῦν τοὺς πόρους, τῇ τ' ἐκβολῇ τοῦ πνεύματος τοὺς πταρμοὺς ποιεῖ καὶ τῇ πρὸ τῶν ὑγρῶν ἀναγωγῇ, ἃ ἐστι λεπτὰ καὶ δριμέα· διὸ καὶ συμβαίνει μετὰ τῶν τῆς κορύζης πταρμῶν ὑδατώδη ἀπομύττεσθαι. Πάντων δὲ τούτων ὁρμησάντων τὰ συνεχῆ καὶ πάθος ἔχοντα ὑγρὰ ἐφίσταται αὐτοῖς, καὶ ἐμφράττει τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν ῥῖνα πόρους· ὀγκηρότερα γὰρ γινόμενα καὶ διατείνοντα ποιεῖ τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν πόνους. Σημεῖον δὲ τὸ μήτ' ἐκτὸς ἢ δι' αὐτῶν πνεῦμα ἀφεῖσθαι· διὸ οὔτε πτάρνυνται, οὔτ' ὀσφραίνονται οἱ κορυζῶντες. Οἱ δ' ἄνευ κορύζης γινόμενοι διὰ μὲν τὰς αὐτὰς αἰτίας γίνονται, μικρὰς δὲ καὶ ἐλαφρὰς ἀρχὰς λαβόντες, ὥστε συναχθέντα τὰ ὑγρὰ τῷ θερμῷ, ἐκπνευματούμενα ὑπ' αὐτοῦ δι' ὀλιγότητα, εἰσπίπτει κατὰ τὰς ῥῖνας. Ποιεῖ δὲ τὸν ψόφον τοῦ πνεύματος οὐχ ἧττον ἡ βία τῆς φορᾶς ἢ τὸ πλῆθος αὐτοῦ· ἐνεχθέντος γὰρ τοῦ θερμοῦ πρὸς ὀρθὴν πρὸς τὸν ἐγκέφαλον καὶ προσπεσόντος αὐτῷ, ἀνακλᾶται ἐπὶ τὰς ῥῖνας διὰ τὸ τοὺς ταύτῃ πόρους ἐκτὸς ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διατείνειν. Παρὰ φύσιν οὖν τῆς ἐκτὸς κλάσεως φορᾶς γινομένης ἐπὶ τὰς ῥῖνας τῷ πνεύματι, σφοδρὰν συμβαίνει γίνεσθαι· διὸ ποιεῖ τοὺς ψόφους. Τῶν δ' ἄλλων ζῴων συμβαίνει μάλιστα κορυζᾶν τοὺς ὄρνιθας διὰ τὸ μάλιστα ὁμοιόσχημον εἶναι ἀνθρώπῳ· ἧττον δ' ἡ ἄνθρωπος πάσχει αὐτό, ὅτι τὰ πολλὰ κάτω ἔχει τὴν κεφαλὴν διὰ τὸ τὴν νομὴν ἀπὸ τῆς γῆς εἶναι.

dem cervicem caputque adit, partim vero spinam lumbosque, quia hæc omnia in eadem linea recta sita sunt atque e regione soli quo innituntur. Progrediens autem tam corpus quam humores æquabiliter in ea partitur : humores enim calorem sequuntur : ex quo fit ut neque a gravedine admodum infestentur, neque sternutent quadrupedes ; sternutamentum enim vel spiritus subitus impetus est, humoribus majorem vaporis copiam e corpore elicientibus, vel crudorum humorum : quocirca destillationes præcedunt, eaque animantibus ceteris non incidunt, eo quod caloris impetus ante retroque portionibus æquis apud ea distribuitur. Homini vero, quum modo stirpium secundum rectum angulum solo innitatur, evenit ut caloris impetus plurimus et vehentissimus caput adeat, elatusque eo calor meatus concalfacit rarefacitque capitis, qui tales demum effecti capaciores humorum quam meatus infra cor siti redduntur. Quoties itaque adcidit ut caput humescat amplius quam convenit, atque extrinsecus refrigeretur, efficitur ut calor, quum et alimentum habet et se introrsum contrahit, crescat, crescens vero feratur ad caput meatusque capitis, qui implentur humoribus, utpote propter tenuitatem et cruditatem eo versus motus tenorem sequentibus, iique destillationes faciunt, et sternutamenta eadem ratione : nam inter initia destillationum calor qui ante humorem superiora petit inflatque meatus, sternutamenta expulso spiritu incitat, vel adscensu suo ante humores qui tenues acresque sunt : unde etiam fit ut una cum gravedinis sternutamentis aquæ similia emungamus. Omnibus autem his humoribus motu citatis, humores iis proximi atque morbo adflicti eos insequuntur et capitis nasique meatus obstruunt : dum enim tumidiores fiunt atque distendunt, caput dolore infestant. Argumento est quod neque foras, nec per eas, ullus emittitur spiritus : quapropter neque sternutant, neque olfaciunt qui gravedine detinentur. Sternutamenta autem quæ sine gravedine fiunt, easdem quidem ob causas eveniunt, sed ab exiguis levibusque proficiscuntur initiis, ita ut humores vi caloris collecti, ubi ab eo ipso propter exiguam copiam in spiritum convertuntur, per nares incidunt. Strepitum vero spiritus non minus impetus violentia quam sui copia movet : quum enim calor ad perpendiculum cerebrum versus se extulerit eique impegerit, ad nares reflectitur, eo quod meatus ibi obvii foras de cerebro pertendunt. Quum itaque contra naturam obtinet impetus qua spiritus, utpote refractus, foras ad nares fertur, vehemens ut fiat evenit : quapropter strepitum movet. Inter ceteras autem animantes evenit ut gallinæ maxime gravedinem sentiant, quod forma maxime similes hominibus sunt ; verum minus quam homines hoc morbo adficiuntur, quoniam caput magna ex parte deorsum tenent, ut quæ victum abs terra petunt.

55. Διὰ τί τὰ θαλάττια ζῷα τῶν ἐν τῇ γῇ μείζω καὶ εὐτραφέστερά ἐστιν; Ἢ ὅτι ὁ ἥλιος καταδαπανῶν τὰ περιέχοντα τὴν γῆν ἀφαιρεῖται τὴν τροφήν; διὸ καὶ

55. Cur marina animalia majora vegetioraque sunt quam terrena? An quod sol, consumendo quæ terram ambiunt, detrahit nutrimentum? quamobrem et inclusa ve-

Digitized by Google

τὰ κατακεκλεισμένα εὐτραφέστερά ἐστιν. Πάντων οὖν τούτων ἀπήλλακται τὰ θαλάττια ζῷα.

getiora sunt. His igitur omnibus incommodis genus maritimum immune est.

56. Διὰ τί ποτε τὰ μὲν ἄλλα ζῶα πλεονάκις τὴν ξηρὰν τροφὴν ἢ τὴν ὑγρὰν προσάγεται, ὁ δ' ἄνθρωπος τὴν ὑγρὰν ἢ τὴν ξηράν; Ἢ ὅτι φύσει ὁ ἄνθρωπος θερμότατον; Πλείστης οὖν καταψύξεως δεῖται.

56 Cur tandem cetera quidem animalia alimentum sæpius siccum quam humidum capiunt, homo vero humidum sæpius quam siccum? An quod homo natura calidissimus est? Plurimam itaque refrigerationem desiderat.

57. Διὰ τί οἱ εὐνοῦχοι οὐ γίνονται φαλακροί; Ἢ ὅτι πολὺν ἔχουσι τὸν ἐγκέφαλον; τοῦτο δὲ συμβέκηκεν αὐτοῖς διὰ τὸ μὴ συγγίνεσθαι ταῖς γυναιξίν· ἡ γὰρ γονή ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα διὰ τῆς ῥάχεως. Διὰ τοῦτο δ' οὐ δοκοῦσι καὶ οἱ βόες οἱ ἐκτομίαι μεγάλα τὰ κέρατα ἴσχειν, ὅταν ἐκτμηθῶσιν. Δοκεῖ δ' ἡ αὐτὴ αἰτία εἶναι καὶ ὅτι αἱ γυναῖκες καὶ οἱ παῖδες οὐκ εἰσὶ φαλακροί.

57. Cur spadones calvi non efficiuntur? An eo quod multum cerebri obtinent? id enim iis contingit quia cum mulieribus non concumbunt: semen enim e cerebro venit per spinam delabens. Hac itaque de causa boves quoque castrati cornua habere magna videntur. Eadem et causa esse videtur cur mulieres et pueri calvi non sint.

58. Διὰ τί τὰ μὲν εὐθὺς δύνανται δι' αὑτῶν τρέφεσθαι μετὰ τὴν γένεσιν, τὰ δ' οὔ; Ἢ ὅσα ὀλιγοχρονιώτερα τῶν μνήμης δεκτικῶν; διὸ ἅπαντα καὶ τελευτᾷ θᾶττον.

58. Cur animantium alia quidem quam primum in lucem edita sunt, nutriri per se ipsa possunt, alia vero nequeunt? An ea possunt quæ in genere quod memoriæ capax est, brevius vivunt? quocirca ocius quoque morte omnia occumbunt.

59. Διὰ τί ποτε ὁ μὲν ἄνθρωπος πλείω τὴν ὑποχώρησιν ποιεῖται τὴν ὑγρὰν τῆς ξηρᾶς, οἱ δ' ἵπποι καὶ οἱ ὄνοι τὴν ξηράν; Ἢ διότι ταῦτα μὲν τὰ ζῷα πλείονι τροφῇ χρῆται τῇ ξηρᾷ, ὁ δ' ἄνθρωπος ὑγρᾷ μᾶλλον ἢ τῇ ξηρᾷ; πᾶσα δὲ περίττωσις ἀπὸ τῆς τροφῆς ἐστι, καὶ ἀπὸ τῆς πλείονος πλείω. Τὰ μὲν οὖν τῇ ὑγρᾷ μᾶλλον, τὰ δὲ τῇ ξηρᾷ πλείονι τροφῇ χρῆται, διότι τὰ μὲν τῶν ζώων ἐστὶ φύσει ξηρά, τὰ δ' ὑγρά. Τὰ μὲν οὖν τῇ φύσει ξηρὰ τῆς ὑγρᾶς μᾶλλον ἐπιθυμεῖ (ταύτης γὰρ ἐνδεέστερά εἰσι), τὰ δὲ τῇ φύσει ὑγρὰ τῆς ξηρᾶς· ταύτης γὰρ ἐνδεέστερα καθέστηκεν.

59. Cur tandem homo quidem plus excrementi humidi egerit quam sicci, equi et asini vero plus sicci? An quod hæc quidem animalia sicco alimento largiori utuntur; homo vero humido magis quam sicco? ex cibo enim omne proficiscitur excrementum, et ex copiosiori copiosius. Igitur alia quidem humido magis, alia vero sicco largiori utuntur alimento, quoniam alia quidem animalia sicca natura sunt, alia vero humida. Itaque humidum potius adpetunt quam siccum quæ sicca constant natura (hujus namque magis indigent); contra siccum adfectant quæ humida, utpote quæ magis hoc indigent.

60. Διὰ τί ὄρνιθες καὶ ἄνθρωποι καὶ τῶν ζώων τὰ ἀνδρεῖα σκληρότερα; Ἢ ὅτι ὁ θυμὸς μετὰ θερμότητος; ὁ γὰρ φόβος κατάψυξις. Ὅσων οὖν τὸ αἷμα ἔνθερμόν ἐστι, καὶ ἀνδρεῖα καὶ θυμοειδῆ· τὸ δ' αἷμα τροφή· ὅσα δὲ θερμῷ ἄρδεται τῶν φυομένων, σκληρότερα πάντα.

60. Cur tum aves et homines, tum inter animantes fortes sunt duriores? An quod animositas cum calore est? metus enim refrigeratio est. Quorumcumque igitur sanguis præcalidus est, hæc et fortia et animosa sunt; sanguis enim alimentum est: nam quæcumque ex stirpibus aqua calida rigantur, omnes duriores sunt.

61. Διὰ τί τέρατα τίκτουσι μάλιστα τὰ τετράποδα τὰ μὴ μεγάλα, ἄνθρωπος δὲ καὶ τὰ μέγαλα ἧττον, οἷον ἵπποι καὶ ὄνοι; Ἢ ὅτι πολύγονα ταῦτα; οἷον κύνες καὶ ὗες καὶ αἶγες καὶ πρόβατα πολὺ μᾶλλον τῶν μεγάλων, ἐκείνων δὲ τὰ μὲν ὅλως μονοτόκα, τὰ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Τὰ δὲ τέρατα γίνεται ἐπαλλαττόντων τῶν σπερμάτων ἀλλήλοις καὶ συγχεομένων ἐν τῇ ἐξόδῳ τῆς γονῆς, ἢ ἐν τῇ μίξει τῇ ἐν τῇ ὑστέρᾳ τῆς θηλείας· διὸ καὶ ὄρνιθες αὐτὰ ποιοῦσιν· τὰ γὰρ ᾠὰ δίδυμα τίκτουσι, τὰ δὲ τέρατα ἐκ τῶν διδύμων γίνεται, ὧν ἡ λέκιθος τῷ ὑμένι οὐ διαιρεῖται.

61. Cur monstra inprimis parvæ quadrupedes pariunt, homo autem grandesque animantes minus, ut equi et asini? An quod hæ fœcundiores sunt? sic canes, sues, capræ, oves longe sunt fœcundiores quam grandes; illarum vero aliæ quidem omnino singulos pariunt, aliæ vero magna ex parte. Monstra autem tum fiunt, quum semina inter sese intricantur confundunturque, vel ubi exit genitura, vel ubi in feminæ matrice permiscentur: unde et aves monstra edunt: ova enim pariunt gemina, monstra autem ex geminis proveniunt, quorum vitellus nulla interjecta membrana distinguitur.

62. Διὰ τί ἡ κεφαλὴ δασεῖα τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον τοῦ ἄλλου σώματος καὶ οὐ κατὰ λόγον, τοῖς δ' ἄλλοις ζῴοις τοὐναντίον; Ἢ ὅτι καὶ τῶν ἄλλων τὰ μὲν εἰς ὀδόντας ἐκδίδωσι καθ' ὑπερβολὴν τῆς τροφῆς, τὰ δ' εἰς

62. Cur hominum caput pilosius est quam reliquum corpus, nec pro portione, ceterorum autem animalium contra? An quia inter cetera alia quidem in dentes elocant, si quid superest alimenti, alia vero in cornua, alia tandem in pi-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

κέρατα, τὰ δ' εἰς τρίχας; Ὅσα μὲν εἰς κέρατα, ἧττον τὴν κεφαλὴν ἔχει δασεῖαν· ἐκεῖ γὰρ ἀνήλωται· ὅσα δ' εἰς ὀδόντας, μᾶλλον μὲν τῶν κερατοφόρων· ἔχει γὰρ λοφιάν, ἧττον δὲ τῶν τοιούτων, οἷον ὀρνέων· ἔχουσι γὰρ ταῦτα καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων. Ὁ ἐκείνοις πολλαχῇ διὰ πλῆθος, τοῦτο εἰς κεφαλὴν ἐκδίδωσιν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ἔχει, οὐδὲ πολὺ οὕτως ὥστε πανταχῇ.

63. Διὰ τί ἄνθρωπος μόνος τῶν ζώων πολιὰς ἔχει; Ἢ ὅτι τὰ μὲν πλεῖστα τῶν ζώων ῥυάδα τὴν τρίχα ἀνὰ πᾶν ἔτος ἔχει, οἷον ἵππος, βοῦς, ἔνια δὲ ῥυάδα μὲν οὐκ ἔχει, βραχύβια δ' εἰσί, καθάπερ πρόβατον καὶ ἄλλα· οὗ ἡ θρὶξ ὥσπερ οὐ γηράσκουσα οὐδὲ πολιοῦται· ὁ δ' ἄνθρωπος οὔτε ῥυάδα ἔχει τὴν τρίχα, μακρόβιόν τ' ἐστίν, ὥσθ' ὑπὸ τοῦ χρόνου πολιοῦται;

64. Διὰ τί, ὅσοις τὰ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ κάτω μείζονα ἢ τὰ πρὸς τὰ στήθη, βραχύβιοι καὶ ἀσθενεῖς; Ἢ ὅτι ἡ κοιλία ψυχρὰ διὰ μικρότητα, ὥστ' οὐ πεπτική, ἀλλὰ περιττωματική, οἱ δὲ τοιοῦτοι νοσακεροί;

65. Διὰ τί τὰ μὲν γίνεται τῶν ζώων οὐ μόνον ἐξ ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ αὐτόματα, τὰ δ' ἐξ ἀλλήλων μόνον, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος; Ἢ κἂν εἰ καὶ μὴ δι' ἑτέρας αἰτίας, ἀλλ' ὅτι τοῖς μὲν ὀλίγος ὁ χρόνος τῆς γενέσεως, ὥσθ' ἡ γεννητικὴ ὥρα [οὐχ?] ὑπερτείνει καὶ ἐνδέχεται γενέσθαι ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν ὡρῶν, τῶν δὲ πολὺ ἡ γένεσις ὑπερτείνει; ἐνιαύσιοι γὰρ ἢ δεκάμηνοί εἰσιν· ὥστ' ἀνάγκη [ἢ μή?] γίνεσθαι ἢ ἐξ ἀλλήλων γίνεσθαι.

66. Διὰ τί τῶν Αἰθιόπων οἱ μὲν ὀδόντες λευκοί, καὶ λευκότεροι ἢ τῶν ἄλλων, οἱ δ' ὄνυχες οὐκέτι; Ἢ οἱ μὲν ὄνυχες, ὅτι καὶ τὸ δέρμα μέλαν, καὶ μελάντερον ἢ τῶν ἄλλων, οἱ δ' ὄνυχες ἐκ τοῦ δέρματος φύονται; Οἱ δ' ὀδόντες λευκοὶ διὰ τί; Ἢ ὅτι ἐξ ὧν τὸ ὑγρὸν ἐξάγει ὁ ἥλιος ἄνευ τοῦ ἐπιβάπτειν, λευκαίνεται, οἷον καὶ τὸν κηρόν; Τὸ μὲν οὖν δέρμα ἐπιβάπτει, τοὺς δ' ὀδόντας οὐκ ἐπιβάπτει, ἀλλὰ τὸ ὑγρὸν διὰ τὴν ἁλέαν ἐξατμίζεται ἐξ αὐτῶν.

67. Διὰ τί τὰ μὲν ἀφαιρουμένης τῆς κεφαλῆς ἀποθνήσκει εὐθύς, ἢ ταχύ, τὰ δ' οὔ; Ἢ ὅσα ἄναιμα καὶ ὀλιγότροφα, τοῦτο πάσχει; οὔτε τροφῆς γὰρ δεῖται ταχύ, οὔτ' ἐγχεῖται αὐτῶν τὸ θερμὸν ἐν τῷ ὑγρῷ, ὧν ἄνευ οὐχ οἷόν τε ζῆν τοῖς ἐναίμοις· τούτοις δ' οἷόν τ' ἐστὶν ἀπνευστὶ ζῆν γὰρ δύνανται πολὺ μᾶλλον. Ἡ δ' αἰτία ἐν ἑτέροις εἴρηται.

ΤΜΗΜΑ ΙΑ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΦΩΝΗΣ.

1. Διὰ τί τῶν αἰσθήσεων ἐκ γενετῆς μάλιστα τὴν ἀκοὴν πηροῦνται; Ἢ ὅτι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς εἶναι δόξειεν ἂν ἥ τε ἀκοὴ καὶ ἡ φωνή, ῥᾷστα δὲ δοκεῖ διαφθείρεσθαι ἡ διάλεκτος οὖσα εἶδος φωνῆς, καὶ χαλεπώ-

los? Quæ igitur in cornua, capite minus piloso sunt : absumptum enim illuc est; quæ autem in dentes, pilosius quidem quam cornigera obtinent : comas enim caproneas habent, sed minus copiosas quam reliqua animalia hujusmodi coma prædita, ut muli : hæc enim vel idem quod homines habent excrementum. Quod his præ magna copia multis luxuriat locis, id homo in caput elocat : nec enim nullum habet, nec adeo multum ut undique excrescant pili.

63. Cur unus omnium animantium homo canet? An quod pars animantium maxima pilum quotannis deciduum habet, ut equus, ut bos; nonnulla vero deciduum quidem non habent, tempus autem vivunt breve, ut oves aliaque, quorum pilus, utpote non senescens, non canescit; at homo nec deciduum habet pilum, et longævus est, ita ut tempore canescat?

64. Cur vita brevi imbecillisque viribus sunt quæ partem umbilico subjectam majorem habent quam ad pectus pertinentem? An quod venter ob exiguitatem frigidus est, ut concoquendi facultate non excellat, sed excrementis redundet; morbis autem patent qui hujusmodi sunt?

65. Quam ob causam animantium alia quidem non solum ex se invicem, sed etiam sponte naturæ procreantur, alia vero ex se invicem duntaxat, ut homo, ut equus? An etsi non alias ob causas, tamen quod apud illa quidem gignendi tempus breve est, ita ut tempestas generationi dicata contineri possit intra mutationem tempestatum anni, ejusque limites non excedat; his vero multum excedit generatio? etenim vel anno, vel decem mensium spatio gignuntur, ita ut necessario vel nullo pacto, vel ex se invicem procreentur.

66. Cur Æthiopum dentes quidem candidi, et candidiores quam ceterorum, ungues autem non item? An ungues quidem, quia cutis etiam nigra est, et nigrior quam ceterorum, ungues autem ex cute proveniunt? Sed cur dentes candent? An quod albescunt illa quibus sol humorem detrahit, ita ut non inficiantur, quo modo etiam cera? Itaque cutem inficit calor, dentes vero non inficit, sed humor eorum propter æstum exhalatur.

67. Cur animantium alia quidem præciso capite vel protinus moriuntur, vel paulo post, alia vero non? An ita adficiuntur quæcumque sanguine carent exiguoque utuntur cibo? neque enim cito cibum desiderant, neque in humorem calor eorum infusus est : quibus rebus privatum animal sanguine præditum vivere nequit; illa vero queunt : sine respiratione enim multo diutius vivere possunt. Causa hujus rei alias exposita est.

SECTIO XI.

QUÆ AD VOCEM PERTINENT.

1. Cur sensuum auditu maxime inde ab ortu mutilantur? An quod auditus et vox ab eodem initio proficisci videri possint? atqui locutio facillime depravari videtur, quæ species vocis est, eademque perfici difficillime. Indicium

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

τατα ἐπιτελεῖσθαι; Σημεῖον δ' ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι πολὺν χρόνον ἐνιοί ἐσμεν· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ὅλως οὐδὲ λαλοῦμεν οὐδέν, εἶτα ὀψέ ποτε ψελλίζομεν, διά τε τὸ τὴν διάλεκτον εὔφθαρτον εἶναι, τὴν αὐτὴν δ' ἀρχὴν ἀμφοτέρων εἶναι καὶ τῆς διαλέκτου (φωνή γάρ τις) καὶ τῆς ἀκοῆς ὥσπερ καὶ εἰ συμβεβηκότος, βᾶστα τῶν αἰσθήσεων φθείρεται, καὶ οὐ καθ' αὑτήν, ἡ ἀκοή. Τεκμήριον δ' ἔστι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ζῴων λαβεῖν ὅτι παντελῶς εὔφθαρτός ἐστιν ἡ ἀρχὴ τῆς διαλέκτου· λαλεῖ γὰρ οὐθὲν τῶν ἄλλων ζῴων πλὴν ἀνθρώπου, καὶ οὗτοι δ' ὀψέ ποτε, καθάπερ εἴρηται.

hujus rei est, quod postquam nati sumus, diu muti sumus: principio namque ne minimum quidem eloquimur, deinde sero tandem balbutimus, et quoniam facile pervertitur locutio, idemque initium locutionis (vocis enim quædam species est) quod auditus qui quasi vocis accidens est, omnium facillime sensuum auditus pervertitur, idque non per se. Argumentum autem, facile omnino loquendi principium destrui posse, vel ex ceteris animantibus erui licet: nullum enim ex ceteris animalibus loquitur præter hominem, et hic quoque sero tandem, ut dictum est.

2. Διὰ τί οἱ κωφοὶ πάντες διὰ τῶν ῥινῶν φθέγγονται; Ἢ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ἐνεοὺς εἶναι; οἱ δ' ἐνεοὶ λαλοῦσι διὰ τῶν ῥινῶν· ταύτῃ γὰρ αὐτῶν ἐκπίπτει τὸ πνεῦμα διὰ τὸ τῷ στόματι μεμυκέναι, μεμύκασι δέ, ὅτι οὐθὲν εἰς φωνὴν χρῶνται τῇ γλώττῃ.

2. Cur omnes surdi vocem reddunt per nares? An quod prope absunt ut muti sint? muti enim per nares loquuntur: illac namque excidit halitus eorum, quia ore compresso sunt, quod compressum ideo est, quoniam lingua ad vocem reddendam nullatenus utuntur.

3. Διὰ τί μεγαλόφωνοι πάντες εἰσὶν οἱ θερμοὶ τὴν φύσιν; Ἢ ὅτι ἀνάγκη καὶ ἀέρα πολὺν καὶ ψυχρὸν ἐν τούτοις εἶναι; ἕλκει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ θερμὸν πρὸς ἑαυτὸ καὶ ἀέρα, καὶ πλείω τὸ πλεῖον, ἡ δὲ μεγάλη φωνὴ γίνεται ἐν τῷ πολὺν ἀέρα κινεῖν, καὶ ὀξεῖα ἐν τῷ ταχέως, βαρεῖα δ' ἡ ἐν τῷ βραδέως.

3. Cur omnes qui natura sunt calida, magnam vocem emittunt? An quod et multum in his aerem frigidumque inesse necessarium est? calor enim ad se spiritum trahit et aerem, eoque plus, quo amplior est; vox autem magna eo constat, ut aeris multum moveatur, itemque acuta ut celeriter, gravisque ut tarde.

4. Διὰ τί οἱ κωφοὶ πάντες διὰ τῶν ῥινῶν φθέγγονται; Ἢ διὰ τὸ βιαιότερον πνεῖν τοὺς κωφούς; ἐγγὺς γὰρ τοῦ ἐνεοὶ εἶναί εἰσιν. Διίσταται οὖν τῶν μυκτήρων ὁ πόρος ὑπὸ τοῦ πνεύματος, οἱ τοιοῦτοι δὲ διὰ ῥινῶν φθέγγονται.

4. Cur omnes surdi per nares vocem emittunt? An quod surdi violentius spirant, quippe qui prope absunt ut muti sint? Meatus itaque narium spiritu distenditur; tales autem per nares vocem emittunt.

5. Διὰ τί εὐηκοώτερα τὰ τῆς νυκτός; Ἢ ὅτι μᾶλλον ἠρεμία διὰ τὴν τοῦ θερμοτάτου ἀπουσίαν; διὸ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀταρακτότερα· ὁ γὰρ ἥλιος ὁ κινῶν.

5. Cur auditui potius favet nox? An quod requies magis prævalet, quoniam res calidissima abest? unde tranquillior quoque magna ex parte est: sol enim est qui movet.

6. Διὰ τί πόρρωθεν αἱ φωναὶ ὀξύτεραι δοκοῦσιν εἶναι; Οἱ γοῦν μιμούμενοι τοὺς σφόδρα πόρρω ὄντας καὶ βοῶντας ὀξὺ φθέγγονται καὶ ὅμοιον τοῖς ἀπηχοῦσιν, καὶ τῆς ἠχοῦς ὀξύτερος φαίνεται ὁ ψόφος, ἔστι δὲ πόρρω· ἀνακλᾶται γάρ. Οὐκοῦν ἐπεὶ ὀξὺ μὲν ἐν ψόφῳ τὸ ταχύ, βαρὺ δὲ τὸ βραδύ, ἔδει βαρυτέρας πόρρωθεν φαίνεσθαι τὰς φωνάς· τὰ γὰρ αὖ φερόμενα πάντα βραδύτερον φέρεται, ὅσῳ ἂν ἀπέχῃ τῆς ἀρχῆς πλεῖον, καὶ τέλος πίπτει. Πότερ' οὖν ὅτι οἱ μιμούμενοι ἀμενηνῇ τῇ φωνῇ μιμοῦνται καὶ λεπτὴν τὴν πόρρωθεν φωνήν; λεπτὴ δὲ βαρεῖα οὐκ ἔστιν, οὐδὲ μικρὸν καὶ ἀμενηνὸν φθέγγεσθαι βαρύ, ἀλλ' ὀξὺ ἀνάγκη. Ἢ οὐ μόνον οἱ μιμούμενοι διὰ τοῦτο μιμοῦνται, ἀλλὰ καὶ οἱ ψόφοι αὐτοὶ ὀξύτεροι γίνονται; Αἴτιον δ' ὅτι ὁ ἀὴρ ὁ φερόμενος ποιεῖ τὸν ψόφον, καὶ ὥσπερ τὸ πρῶτον ψοφεῖ τὸ κινῆσαν τὸν ἀέρα, οὕτω δεῖ πάλιν ποιῆσαι τὸν ἀέρα ἀεὶ ἄλλον κινοῦντα εἶναι, τὸν δὲ κινούμενον· διὸ ὁ ψόφος συνεχής, ὅτι ἀεὶ ἐκδέχεται κινοῦντα κινῶν, ἕως ἂν ἀπομαρανθῇ, ὃ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἐστὶ τὸ πεσεῖν, ὅταν μηκέτι δύνηται ὠθεῖν ὁ ἀὴρ ἔνθα μὲν τὸ βέλος, ἔνθα δὲ τὸν ἀέρα· ἡ μὲν γὰρ φωνὴ γίνεται ἡ συνεχὴς

6. Cur voces e longinquo acutiores esse videntur? Itaque qui homines procul admodum distantes atque clamantes imitantur, vocem acutam emittunt et similem sone, quem resonantia edunt; echus quoque sonus acutior adparet, hic vero procul abest, quippe quum refrangitur. Quum igitur soni acumen velocitate continetur, gravitas vero tarditate, voces e longinquo tardiores adparere deberent: quæ enim retro feruntur, eo tardius omnia moventur, quo longius a principio discesserint, tandemque decidunt. Utrum igitur qui imitantur, voce exili simulant longinquam, quæ ipsa quoque tenuis est? tenuis enim gravis non est, et qui exili debilique voce utuntur, necessario non gravem, sed acutam emittunt. An non modo qui imitantur, ea de causa ita simulant, verum etiam soni ipsi acutiores fiunt? Causa vero est, quod aer motu citatus sonum excitat, et quemadmodum primum illud sonat quod aerem movit, sic rursus efficere debet ut semper alius quidem aer moveat, alius vero moveatur: eapropter continuus est sonus, quia semper moventi movens subcedit, donec emarcescat: quæ quidem res in corporibus casus est, ubi aer non amplius impellere valet illic quidem telum, hic vero aerem: vox enim continua redditur, ubi

Digitized by Google

ἀέρος ὠθουμένου ὑπ' ἀέρος, τὸ δὲ βέλος φέρεται σώματος ὑπ' ἀέρος κινουμένου. Ἐνταῦθα μὲν οὖν ἀεὶ τὸ αὐτὸ φέρεται σῶμα, ἕως ἂν καταπέσῃ, ἐκεῖ δ' ἀεὶ ἕτερος ἀήρ. Καὶ πρῶτον ἐλάττω θᾶττον μὲν κινεῖται, ἐπ' ὀλίγον δέ· διὸ πόρρω ὀξύτεραι καὶ λεπτότεραι αἱ φωναί· τὸ γὰρ θᾶττον ὀξύ, ὥσπερ καὶ διηπόρηται, ὥσπερ ἡ αὐτὴ αἰτία δι' ἣν καὶ οἱ μὲν παῖδες καὶ οἱ κάμνοντες ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δ' ἄνδρες καὶ οἱ ὑγιαίνοντες βαρύ. Τὸ δὲ τοῖς ἐγγὺς μὴ ἐπίδηλον εἶναι τὴν φωνὴν ἢ βαρυτέραν ἢ ὀξυτέραν γινομένην, καὶ ὅλως μὴ ὁμοίως ἔχειν τοῖς ῥιπτομένοις βάρεσιν, αἴτιον ὅτι τὸ μὲν ῥιφθὲν ἓν φέρεται ἀεὶ τὸ αὐτό, ὁ δὲ ψόφος ἀήρ ἐστιν ὠθούμενος ὑπ' ἀέρος· διὸ καὶ τὸ μὲν εἰς ἓν πίπτει, ἡ δὲ φωνὴ πανταχῇ, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ῥιφθὲν ἅμα φερόμενον ἀπείρως θρυφθείη, καὶ ἔτι εἰς τοὔπισθεν.

aer aerem propellit, telum autem fertur, ubi corpus ab aere movetur. Hic igitur semper idem corpus fertur donec corruat, hic vero alius atque alius aer. Atque primum quidem minora velocius moventur, sed minus : qua de causa acutiores ac tenuiores sunt voces longinquæ : est enim velocius acutum, qua ratione et quæstionem proposuimus, quemadmodum eadem quoque causa est, cur et pueri quidem et ægrotantes acutam, viri autem et bene valentes gravem emittant vocem. Quod vero prope adstantibus manifestum non est, graviorne, an acutior vox emittatur, quodque omnino vox non eodem modo se habet quo pondera projecta, hujus rei causa est quod projectum quidem pondus semper unum idemque manet, dum fertur ; sonus autem aer propulsus ab aere est : hinc etiam pondus quidem unum in locum cadit, vox autem ubique, perinde ac si projectum pondus, quo tempore fertur, simul in partes frangeretur innumeras, idque etiam retrorsum.

7. Διὰ τί αἱ νεηλιφεῖς οἰκίαι μᾶλλον ἠχοῦσιν; Ἢ ὅτι μᾶλλον ἀνάκλασις γίνεται διὰ τὴν λειότητα; λειότεραι δὲ διὰ τὸ ἀρραγὲς καὶ τὸ συνεχές. Δεῖ δὲ μὴ παντελῶς ὑγράν, ἀλλ' ἤδη ξηρὰν λαμβάνειν· ἀπὸ πηλοῦ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀνάκλασις· διὰ ταῦτα γὰρ καὶ τὰ κονιάματα μᾶλλον ἠχεῖ. Συμβάλλεται δ' ἴσως καὶ ἡ ἀκινησία τοῦ ἀέρος· ἀθρόος γὰρ ἰὼν μᾶλλον ἀποπλήττεται τὸν προσπίπτοντα.

7. Cur domus nuper illitæ magis sonant? An quod melior fit repercussio propter lævitatem? læviores autem ideo sunt, quoniam continuæ rimisque immunes. Non tamen penitus humidam, sed quæ jam sicca est, sumere oportet : nulla enim refractio de limo fit : hæc namque causa est, cur etiam opus tectorium magis sonet. Quin etiam aeris immobilitas fortasse aliquid confert : confertim enim fluens obcurrentem magis repercutit.

8. Διὰ τί, ἐάν τις πίθον καὶ κεράμια κενὰ κατορύξῃ καὶ πωμάσῃ, μᾶλλον ἠχεῖ τὰ οἰκήματα, καὶ ἐὰν φρέαρ ἢ λάκκος ᾖ ἐν τῇ οἰκίᾳ; Ἢ ὅτι ἐπεὶ ἀνάκλασις ἡ ἠχώ, δεῖ περιειλημμένον ἀθρόον εἶναι τὸν ἀέρα, καὶ ἔχειν πρὸς ὃ ἀνακλασθήσεται προσπῖπτον πυκνὸν καὶ λεῖον; οὕτω γὰρ μάλιστα ἠχὼ γίνεται. Τὸ μὲν οὖν φρέαρ καὶ ὁ λάκκος ἔχει τὴν στενότητα καὶ τὴν ἄθροισιν, οἱ δὲ πίθοι καὶ τὰ κεράμια καὶ τὴν πυκνότητα τῶν περιεχόντων, ὥστ' ἐξ ἀμφοτέρων τὸ συμβαῖνον· καὶ γὰρ τὰ κοῖλα μᾶλλον ἠχεῖ· διὰ τοῦτο καὶ ὁ χαλκὸς μάλιστα τῶν ἄλλων. Ὅτι δὲ κατορωρυγμένα, οὐθὲν ἄτοπον· ἡ γὰρ φωνὴ φέρεται κάτω οὐχ ἧττον· ὅλως δὲ πανταχῇ δοκεῖ καὶ κύκλῳ φέρεσθαι.

8. Quam ob causam, si quis dolium et fictilia inania obruat operculoque contegat, domicilia sonant amplius, nec non si puteus, vel cisterna in domo sit? An quod, quum echo refractio est, adesse debet aer confertim conclusus, habereque rem densam ac lævem in quam incidens refrangatur? sic enim potissimum echo nascitur. Ergo puteus et cisterna angustiam obtinent et aeris adcumulationem subpeditant, dolia vero atque fictilia ambientium densitatem, ita ut utrique causæ tribuenda sint quæ eveniunt : concava enim etiam magis sonant : quapropter et æs omnium aliorum maxime. Nequaquam vero absurdum est quod obruta illud faciunt : vox enim non minus in ima se defert, ac denique quoquoversus, atque etiam in orbem ferri videtur.

9. Διὰ τί δὲ μᾶλλον, ἐὰν κατορύξῃ τις, ἠχεῖ ἢ ἐὰν μή; Ἢ ὅτι περιστεγόμενα μᾶλλον εἰς αὐτὰ δέχεται καὶ κατέχει τὸν ἀέρα; Συμβαίνει δὲ καὶ τὴν πληγὴν σφοδροτέραν γίνεσθαι.

9. Cur si quis obruerit, magis resonant quam si non? An quod protegentia magis intra sese recipiunt et detinent aerem? Simulque accidit ut ictus vehementior fiat.

10. Διὰ τί τὸ ὕδωρ τὸ ψυχρὸν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀγγείου ἐκχεόμενον ὀξύτερον ποιεῖ τὸν ψόφον; Ἢ ὅτι θάττων ἡ φορά; βαρύτερον γάρ· ἡ δὲ θάττων ὀξύτερον ποιεῖ τὸν ψόφον· τὸ δὲ θερμὸν καὶ τῇ μανότητι καὶ τῇ ἀναφορᾷ κουφίζει. Παρόμοιον δ' ὅτι καὶ αἱ δᾷδες καιόμεναι ἀσθενεστέραν τὴν πληγὴν ποιοῦσιν.

10. Cur aqua frigida ex eodem profluens vase acutiorem efficit sonum? An quod motus velocior est? gravior enim frigida est ; acutiorem autem sonum efficit quæ velocior est ; calor vero et raritate sublevat et elatione. Subsimile autem est quod tædæ quoque ardentes ictum infligunt imbecilliorem.

11. Διὰ τί τοῖς ἠγρυπνηκόσιν ἡ φωνὴ τραχυτέρα; Ἢ διότι ὑγρότερον τὸ σῶμα διὰ τὴν ἀπεψίαν, καὶ οὐχ ἥκιστα περὶ τὸν ἄνω τόπον (διὸ καὶ βάρος ἐν τῇ κεφαλῇ) ὑγρότητός τε περὶ τὸν βρόγχον οὔσης, ἀνάγκη καὶ τραχυτέραν εἶναι τὴν φωνήν; ἡ μὲν γὰρ τραχύτης

11. Cur hominibus qui vigilaverint, vox asperior redditur? An quod corpus ob cruditatem humidius est, maximeque circa locum superiorem (unde caput quoque gravescit), tum quod ubi guttur humor obcupat, vocem quoque asperiorem esse necesse est? asperitas enim ob inæqualitatem,

Digitized by Google

διὰ τὴν ἀνωμαλίαν, ἡ δὲ βαρύτης διὰ τὴν ἔμφραξιν· βραδυτέρα γὰρ ἡ φορά.

gravitas vero propter obstructionem supervenit : tardius enim fertur.

12. Διὰ τί μετὰ τὰ σιτία τάχιστα ἀπορρήγνυται ἡ φωνή; Ἢ ὅτι κοπτόμενος μὲν ὁ τόπος ἐκθερμαίνεται, θερμαινόμενος δ' ἕλκει τὴν ὑγρότητα; πλείων δ' αὕτη καὶ ἑτοιμοτέρα διὰ τὴν προσφοράν.

12. Cur cibo ingesto citissime abrumpitur vox? An quod locus dum percutitur quidem, concalescit, concalescens vero humorem adtrahit? is enim ob adsumptum cibum et largior est et paratior.

13. Διὰ τί οἱ κλαίοντες ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δὲ γελῶντες βαρύ; Ἢ ὅτι οἱ μὲν ὀλίγον κινοῦσι πνεῦμα δι' ἀσθένειαν, οἱ δὲ σφοδρῶς, ὃ ποιεῖ ταχὺ φέρεσθαι τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ ταχὺ ὀξύ (καὶ γὰρ ἀπὸ συντόνου τοῦ σώματος ῥιπτούμενον ταχὺ φέρεται)· ὁ δὲ γελῶν τοὐναντίον διαλελυμένως· οἱ δ' ἀσθενεῖς ὀξύ (ὀλίγον γὰρ ἀέρα κινοῦσιν)· οἱ δ' ἐπιπολῆς; Ἔτι οἱ μὲν γελῶντες θερμὸν τὸ πνεῦμα ἀφιᾶσιν, οἱ δὲ κλαίοντες, ὥσπερ καὶ ἡ λύπη κατάψυξίς ἐστι τοῦ τόπου περὶ τὰ στήθη, καὶ τὸ πνεῦμα ψυχρότερον ἀφιᾶσιν. Τὸ μὲν οὖν θερμὸν πολὺν ἀέρα κινεῖ, ὥστε βραδέως φέρεσθαι, τὸ δὲ ψυχρὸν ὀλίγον. Συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν αὐλῶν· οἱ γὰρ θερμοὶ τῷ πνεύματι αὐλοῦντες πολὺ βαρύτερον αὐλοῦσιν.

13. Quare qui flent, vocem mittunt acutam; qui rident vero, gravem? An quod hi quidem ob debilitatem parum spiritus movent, illi vero vehementer intendunt, quod facit ut spiritus velociter feratur, velox autem acutus est (quum enim ab intento projicitur corpore, fertur velociter); contra qui ridet, dissolute movet; sed debiles acutam emittunt vocem (parum enim aeris movent); qui rident vero superficie tenus tantum. Ad hæc qui rident, spiritum calidum emittunt; qui vero flent, quemadmodum dolor quoque refrigeratio loci circa pectus est, ita et frigidiorem emittunt spiritum. Calidum itaque multum aeris movet, ita ut tarde feratur; frigidum autem parum. Idem vel in tibiis evenit : quodsi enim spiritu tibia canunt calido, multo gravius canunt.

14. Διὰ τί οἱ παῖδες καὶ τὰ ἄλλα τῶν ζῴων τὰ νέα ὀξύτερον φθέγγονται τῶν τελείων, καὶ ταῦτα τῆς ὀξύτητος σφοδρότητος οὔσης; Ἢ ἡ φωνή ἐστιν ἀέρος κίνησις, καὶ ἡ θάττων ὀξυτέρα, ῥᾷον δὲ καὶ θᾶττον ὁ ὀλίγος τοῦ πολλοῦ κινεῖται ἀήρ; Κινεῖται δ' ἢ συγκρινόμενος, ἢ διακρινόμενος ὑπὸ θερμοῦ. Ἐπεὶ δ' ἡ μὲν εἰσπνοή ἐστι ψυχροῦ εἰσαγωγή, συγκρίνοιτ' ἂν ἐν αὐτῇ ὁ ἐν ἡμῖν ἀήρ· ἡ δ' ἐκπνοή, θερμοῦ κινήσαντος ἀέρα, γίνοιτ' ἂν ἡ φωνή· ἐκπνέοντες γάρ, οὐκ εἰσπνέοντες φωνοῦμεν. Ἐπεὶ δὲ τὰ νέα θερμότερά ἐστι τῶν πρεσβυτέρων καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς πόρους στενωτέρους ἔχει, ἐλάττω ἂν ἀέρα ἔχοι ἐν ἑαυτοῖς· ὄντος δὲ τοῦ τε κινουμένου ἐλάττονος καὶ τοῦ κινοῦντος θερμοῦ πλείονος ἐν αὐτοῖς, θᾶττον ἂν δι' ἄμφω ἡ κίνησις γένοιτο τοῦ ἀέρος· ἡ δὲ θάττων ὀξυφωνοτέρα ἂν εἴη διὰ τὰ προειρημένα.

14. Cur pueri ceteraque animalia juniora vocem reddunt acutiorem quam adulta, quum tamen acumen vehementia sit? An vox motus aeris est, motusque velocior acutior; facilius autem et velocius parum quam multum aeris movetur? Movetur autem quoties vel cogitur, vel discernitur a calore. Sed quum inspiratio quidem frigidi introductio est, aer intra nos per eam cogetur; exspiratio vero, quum aer a calore movetur, vox fiet : exspirantes enim, non inspirantes vocem edimus. Quum autem novella calidiora sint quam vetusta, meatusque intra se habeant arctiores, minus intra se aeris continebunt, quumque calor qui moveat, amplior in his insit, res autem quæ moveatur, parcior, velocius utraque de causa aer movebitur; at velocior vocem producet acutiorem ob ea quæ ante retulimus.

15. Διὰ τί οἱ κλαίοντες ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δὲ γελῶντες βαρύ; Ἢ ὅτι οἱ μὲν κλαίοντες συντείνοντες καὶ συνάγοντες τὸ στόμα φωνοῦσιν; Τῇ τε δὴ συντονίᾳ κινεῖται ταχὺ ὁ ἐν αὐτοῖς ἀήρ, καὶ τῷ διὰ στενοῦ τοῦ στόματος φέρεσθαι θᾶττον φέρεται· δι' ἄμφω οὖν ὀξεῖα γίνεται ἡ φωνή· οἱ δὲ γελῶντες ἀνέντες τὸν τόνον γελῶσι καὶ κεχηνότες. Ἐκπέμποντες οὖν διὰ τοῦτ' εὐρέως καὶ βραδέως τὸν ἀέρα εἰκότως βαρυφωνοῦσιν.

15. Cur vocem qui flent, acutam emittunt, qui vero rident, gravem? An quia flentes quidem intendendo contrahendoque os vociferantur? Itaque propere aer intra eos propter intentionem movetur, quumque per os transeat angustum, fertur velocius : utraque igitur de causa vox acuta fit; contra qui rident, tensionem remittentes hiantesque rident. Quum igitur ob eam rem late tardeque emittant aerem, merito voce utuntur gravi.

16. Διὰ τί οἱ ἄγονοι, οἷον παῖδες, γυναῖκες, καὶ οἱ ἤδη γέροντες, καὶ οἱ εὐνοῦχοι ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δ' ἄνδρες βαρύ; Ἢ καθάπερ ἡ γραμμὴ καὶ τὰ ἄλλα λεπτὰ ἓν διάστημα ἔχει, τὰ δὲ παχέα πλείω, οὕτω καὶ ἡ λεπτὴ φωνὴ ἓν ἂν ἔχοι διάστημα· ῥᾷον δὲ καὶ ποιῆσαι καὶ κινῆσαι ἐστὶν ἓν ἢ πλείω; Ἐχόντων οὖν τῶν προειρημένων πνεῦμα ἀσθενές, κινεῖ αὐτῷ ἀέρα ὀλίγον·

16. Cur vocem reddunt acutam qui expertes seminis sunt, ut pueri, mulieres, decrepiti, spadones, gravem autem viri? An quo modo linea ceteraque tenuia dimensionem unam duntaxat sortiuntur, crassa autem plures, sic vox etiam tenuis unam dimensionem habebit; unum autem et facere et movere facilius est quam plura? Ergo quum prædicti spiritum habeant imbecillum, eo parum aeris movent;

www.tobook.com.cn

Digitized by Google

ἐλάχιστος δ' ἐστὶν ὁ ἓν διάστημα ἔχων· ὃς ἔσται λεπτὸς διὰ τὰ προειρημένα, καὶ ἡ ἀπ' αὐτοῦ φωνὴ γινομένη τοιαύτη· ἡ δὲ λεπτὴ φωνὴ ὀξεῖά ἐστιν. Οἱ μὲν οὖν ἄγονοι διὰ ταῦτα ὀξύφωνοί εἰσιν· οἱ δ' ἄνδρες ἰσχύοντες τῷ πνεύματι πολὺν ἀέρα κινοῦσι, πολὺς δ' ὢν βραδέως ἂν κινοῖτο, καὶ βαρεῖαν φωνὴν ποεῖ· ἐποίει γὰρ ἥ τε λεπτὴ καὶ ἡ ταχεῖα κίνησις ὀξεῖαν φωνήν, ὧν οὐδέτερον ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς συμβαίνει γίνεσθαι.

minimus autem est qui dimensione unica præditus est, isque ob prædictas rationes tenuis erit et vox quæ ab eo proficiscitur, ejusmodi; vox autem tenuis acuta est. Qui igitur semine carent, ob eam rem vocem reddunt acutam; viri vero, quoniam spiritu valent, multum aeris movent: qui quum multus sit, lente movebitur, vocemque efficit gravem: motus enim velox et tenius vocem efficiebat acutam: quorum neutrum ut in viro possit exsistere accidit.

17. Διὰ τί αἱ φωναὶ βαρύτεραι ἡμῖν εἰσι τοῦ χειμῶνος; Ἢ ὅτι παχύτερος ὁ ἀὴρ ἐστι τότε, καὶ ὁ ἐν ἡμῖν καὶ ὁ ἐκτός, παχυτέρου δὲ ὄντος βραδυτέρα ἡ κίνησις γίνεται, ὥσθ' ἡ φωνὴ βαρυτέρα; Ἔτι ὑπνωτικώτεροί ἐσμεν τοῦ χειμῶνος ἢ τοῦ θέρους, καὶ καθεύδομεν πλείω χρόνον· ἐκ δὲ τῶν ὕπνων βαρύτεροί ἐσμεν. Ἐν ᾧ οὖν πλείονα χρόνον καθεύδομεν ἢ ἐγρηγόραμεν (οὗτος δ' ἐστὶν ὁ χειμών), ἐν τούτῳ ἂν εἴημεν βαρυφωνότεροι ἢ ἐν ᾧ τοὐναντίον· τοῦ γὰρ μεταξὺ τῆς ἐγέρσεως ὄντος ὀλίγου χρόνου, ἡ ἐν τῷ ὕπνῳ ἕξις γενομένη διαμένει πρὸς τὴν καθύπνωσιν.

17. Cur voces nostræ graviores sunt tempore hiberno? An quod aer crassior tunc est, cum interior, tum exterior; crassior autem quum sit, tardior fit motus, ita ut vox gravior evadat? Adde quod somnolentiores hiberno tempore sumus quam æstivo, plusque temporis dormire solemus; post somnum autem torpidiores sumus. Quo igitur tempore plus dormimus quam vigilamus (idque hibernum est), in hoc voce utemur graviori quam quo contrarium facimus: quum enim tempus vigilandi quod intervenit, breve sit, habitus, qui inter dormiendum obtinet, permanet donec obdormiscamus.

18. Διὰ τί ἐκ τῶν πότων καὶ τῶν ἐμέτων καὶ ἐν τοῖς ψύχεσι βαρύτερον φθέγγονται; Ἢ διὰ τὴν ἔμφραξιν τοῦ φάρυγγος τὴν γινομένην ὑπὸ τοῦ φλέγματος; ἐπικατασπᾷ γὰρ ῥευμάτιον εἰς αὐτόν, καὶ τοῖς μὲν ὁ ἔμετος ἢ ὁ πότος, τοῖς δ' ἡ ὥρα καὶ τὸ συμπλήρωμα στενώτερον ποιεῖ τὸν φάρυγγα, ὥστε βραδυτέρα γίνεται ἡ φορὰ τοῦ πνεύματος· ἡ δὲ βραδεῖα φορὰ βαρεῖαν ποιεῖ τὴν φωνήν.

18. Cur ex potatione et vomitu, itemque per frigora vocem emittimus graviorem? An propter faucium obstructionem quæ a pituita fit, quippe quæ aliquid fluxionis in eas detrahit? Atque illis quidem vomitus, aut potatio, his vero tempestas, vel plenitudo fauces reddit angustiores, ita ut spiritus motus tardior fiat, tardus autem motus gravem efficit vocem.

19. Διὰ τί ἐγγύθεν μὲν ἡ βαρυτέρα μᾶλλον ἐξακούεται, πόρρωθεν δ' ἧττον; Ἢ διότι ἡ βαρυτέρα φωνὴ πλείω μὲν ἀέρα κινεῖ, οὐκ εἰς μῆκος δέ; Πόρρωθεν μὲν οὖν ἧττον ἀκούομεν, διότι ἐπ' ἔλαττον κινεῖται, ἐγγύθεν δὲ μᾶλλον, διότι πλείων ἡμῖν ἀὴρ πρὸς τὸ αἰσθητήριον προσπίπτει. Ἡ δ' ὀξεῖα πόρρω ἀκούεται, ὅτι λεπτοτέρα ἐστί, τὸ δὲ λεπτὸν τὴν εἰς μῆκος αὔξησιν ἔχει. Λέγοι δ' ἄν τις ὅτι καὶ θάττων ἐστὶν ἡ ποιοῦσα αὐτὴν κίνησις· εἴη δ' ἂν τοῦτο, εἰ πυκνὸν μέν, στενὸν δ' εἴη τὸ κινοῦν πνεῦμα τὸν ἀέρα· ὅ τε γὰρ ὀλίγος εὐκινητότερός ἐστιν ἀήρ (κινεῖται γὰρ ὀλίγος ὑπὸ τοῦ στενοῦ), καὶ τὸ πυκνὸν πλείους πληγὰς ποιεῖ, αἳ τὸν ψόφον ποιοῦσιν. Ἰδεῖν δ' ἔστι τοῦτο ἐπὶ τῶν ὀργάνων· αἱ γὰρ λεπτότεραι χορδαὶ ὀξύτεραί εἰσι, τῶν ἄλλων τῶν αὐτῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

19. Cur vox gravior e propinquo quidem magis exauditur, e longinquo vero minus? An quod gravior plus quidem aeris movet, sed non per longum spatium? Ergo e longinquo quidem minus audimus, quoniam minus spatium percurrit; e propinquo autem magis, quoniam plus aeris sensorium ferit nostrum. Acuta autem procul ideo auditur, quoniam tenuior est: tenue autem augmentum in longitudinem obtinet. Dicere etiam possit quis quod motio, quæ eam efficit, velocior est, idque obtinebit, si densus quidem, sed angustus spiritus sit qui aerem movet: nam et exiguus aer mobilior est, quippe qui ab angusto movetur, et densus plures infligit ictus, qui sonum efficiunt. Licet autem hoc in musicis perspicere instrumentis: fides namque tenuiores, ceteris eisdem substantibus in iis, acutiores sunt.

20. Διὰ τί ἡ φωνὴ ὀξυτέρα φαίνεται τοῖς μακροτέραν ἀφεστηκόσι, τοῦ ὀξέος ὄντος ἐν τῷ ταχέως φέρεσθαι; τὸ δὲ μακροτέρω φερόμενον βραδύτερον κινεῖται. Ἢ ὅτι ἡ ὀξύτης τῆς φωνῆς οὐ μόνον ἐστὶν ἐν τῷ ταχέως κινεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ λεπτότατον ψόφον γίνεσθαι· τοῖς δὲ μακροτέραν ἀφεστηκόσιν ἀεὶ λεπτοτέρα ἡ φωνὴ ἀφικνεῖται διὰ τὴν ὀλιγότητα τοῦ ἀέρος τοῦ κινουμένου; μαραίνεται γὰρ ἡ κίνησις, μαραινόμενος δ' ὁ ἀριθμὸς μὲν εἰς τὸ ἓν τελευτᾷ, σῶμα δ' εἰς διάστημα

20. Cur vox acutior illis adparet qui longius abstant, quum tamen acumen raptus celeritate constet? quod enim longius fertur, movetur tardius. An quod vocis acumen non solum in velocitate movendi, sed etiam in summa soni oborti tenuitate consistit; ad eos autem qui longius absunt, semper tenuior devenit vox ob aeris qui movetur, exiguitatem? motus enim marcescit; atqui numerus quidem emarcescens in unitatem relabitur, corpus vero in unicam di-

Digitized by Google

ἓν, ὅ ἐστιν ἐν σώματι λεπτότης. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν φωνῇ.

mensionem, quæ in corpore tenuitas est. Eodem quoque modo apud vocem se habet res.

21. Διὰ τί καὶ οἱ γεγυμνασμένοι καὶ οἱ ἀσθενεῖς ὀξὺ φθέγγονται; Ἢ ὅτι οἱ μὲν ἀσθενεῖς ὀλίγον ἀέρα κινοῦσιν, ὁ δ' ὀλίγος τοῦ πλείονος θᾶττον φέρεται· οἱ δὲ γεγυμνασμένοι ἰσχυρῶς κινοῦσι τὸν ἀέρα, ὁ δ' ἰσχυρῶς κινούμενος ἀὴρ θᾶττον φέρεται· τὸ δὲ ταχὺ ἐν φορᾷ ἐν φωνῇ ὀξύ ἐστιν;

21. Cur vocem acutam et exercitati reddunt et debiles? An quod debiles quidem parum aeris movent; parum autem quam major copia velocius fertur; exercitati vero aerem movent vehementer; aer autem excitus vehementer velocius fertur; quod autem velox in motu, id acutum est in voce?

22. Διὰ τί τοῖς μετὰ τὰ σιτία κεκραγόσιν ἡ φωνὴ διαφθείρεται, καὶ πάντας ἂν ἴδοιμεν τοὺς φωνασκοῦντας, οἷον ὑποκριτὰς καὶ χορευτὰς καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τοιούτους, ἔωθέν τε καὶ νήστεις ὄντας τὰς μελέτας ποιουμένους; Ἢ τὸ διαφθείρεσθαι τὴν φωνὴν οὐθὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸν τόπον διαφθείρεσθαι καθ' ὃν τὸ πνεῦμα διεξέρχεται; διὸ καὶ οἱ βραγχιῶντες διαφθείρονται τὰς φωνάς, οὐ τῷ τὸ πνεῦμα γίνεσθαι χεῖρον, ὃ ποιεῖ τὴν φωνήν, ἀλλὰ τῷ τετραχύνθαι τὴν ἀρτηρίαν. Ὑπὸ δὲ τῆς θερμασίας τῆς σφοδρᾶς μάλιστα τραχύνεσθαι πέφυκεν ὁ τόπος οὗτος· διὸ καὶ οὔθ' οἱ πυρέττοντες, οὔθ' οἱ σφόδρα πεπυρεχότες εὐθὺς μετὰ τὴν ἄνεσιν τοῦ πυρετοῦ ᾄδειν δύνανται· τετράχυνται γὰρ ὁ φάρυγξ αὐτοῖς διὰ τὴν θερμασίαν. Ἀπὸ δὲ τῶν σιτίων εἰκὸς εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ πολὺ καὶ θερμόν· τὸ δὲ τοιοῦτον εὔλογόν ἐστι διεξιὸν ἕλκοῦν τε καὶ τραχύνειν τὴν ἀρτηρίαν· τούτου δὲ συμβαίνοντος, εἰκότως ἡ φωνὴ διαφθείρεται.

22 Cur vox corrumpitur his qui cibo ingesto clamitant, atque omnes qui vocem exercent, ut histriones, saltatores et ceteros generis ejusdem mane jejunoque ore exercitationes obire videmus? An vocis corruptio nihil aliud est quam loci, quem spiritus transmeat, corruptio: quocirca rauci quoque vocem corrumpunt, non quod spiritus vitiatur qui vocem effornat, sed quod exasperata arteria est. A vehementi autem calore exasperari maxime solet hicce locus: quamobrem neque qui febriunt, neque qui vehementer febrierunt, statim post febris remissionem cantare queunt: sunt enim asperis propter calorem faucibus. Cibum autem spiritum et auxisse et calefecisse consentaneum est; qui autem talis est, transmeando arteriam ulcerare atque exasperare rationi congruum est: quod quum inciderit, merito vox corrumpitur.

23. Διὰ τί, εἴπερ ἡ φωνή ἐστιν ἀήρ τις ἐσχηματισμένος καὶ φερόμενος, διαλύεται πολλάκις τὸ σχῆμα, ἡ δ' ἠχώ, ἢ γίνεται πληγέντος τοῦ τοιούτου πρός τι στερεόν, οὐ διαλύεται αὕτη, ἀλλὰ σαφῶς ἀκούομεν αὐτῆς; Ἢ ὅτι ἀνάκλασίς ἐστιν, ἀλλ' οὐ κατάκλασις; οὕτω δὲ τό θ' ὅλον διαμένει, καὶ δύο μέρη ὁμοιοσχήμονα ἐξ αὐτοῦ γίνεται· πρὸς ὁμοίαν γὰρ γωνίαν ἐστὶν ἡ ἀνάκλασις· διὸ καὶ ὁμοία γίνεται ἡ τῆς ἠχοῦς φωνὴ τῇ ἐξ ἀρχῆς.

23. Cur quum vox aer quidam figuratus motuque citatus sit, sæpe figura ejus dissolvitur, echo contra quæ fit ubi ejusmodi aer in corpus aliquod solidum illiditur, non dissolvitur, sed eamdem expresse audimus? An quod refractio est, non perfractio? sic enim cum totum permanet, tum partes ab eo duæ eadem figura præditæ proficiscuntur, quippe quum secundum æqualem angulum refractio fiat: quapropter et echus vox similis pristinæ efficitur.

24. Διὰ τί τῶν μὲν ἄλλων ζῴων τὰ νέα καὶ νήπια ὀξύτερον φθέγγονται τῶν τελείων, οἱ δὲ μόσχοι βαρύτερον τῶν τελείων βοῶν; Ἢ ὅτι ἐν ἑκάστῳ γένει τὸ νήπιον ὁμοιόν ἐστι τῷ ἐν αὐτῷ θήλει, τῶν βοῶν δ' αἱ θήλειαι βαρύτερον φθέγγονται τῶν ἀρρένων, οἱ δὲ μόσχοι ταύταις ὁμοιότεροί εἰσιν ἢ τοῖς ἄρρεσιν· τὰ δ' ἄλλα τοὐναντίον;

24. Cur cetera quidem animalia novella recensque edita vocem mittunt acutiorem quam adulta, vituli autem graviorem quam boves adulti? An quod infans unoquoque in genere similis feminæ ejusdem generis est; boum autem feminæ graviorem emittunt vocem quam mares, vitulique his similiores quam maribus sunt; reliqua vero animalia contrario modo sese habent?

25. Διὰ τί, ὅταν ἀχυρωθῶσιν αἱ ὀρχῆστραι, ἧττον οἱ χοροὶ γεγώνασιν; Ἢ διὰ τὴν τραχύτητα προσπίπτουσα ἡ φωνὴ οὐ πρὸς λεῖον τὸ ἔδαφος ἧττον γίνεται μία, ὥστ' ἐλάττων; οὐ γὰρ συνεχής, ὥσπερ καὶ τὸ φῶς ἐπὶ τῶν λείων μᾶλλον, διὰ τὸ διαλαμβάνεσθαι τοῖς ἐμποδίζουσιν.

25. Quam ob causam paleis in orchestra sparsis chori minus resonant? An quum propter asperitatem vox non in pavimentum incidat læve, minus fit una, atque eapropter minor, quippe quæ minus continua est, quomodo etiam lux in rebus lævibus magis una efficitur, quoniam ab impedimentis distrahitur?

26. Διὰ τί ποτε ὁ ἅλς, ὅταν εἰς πῦρ ἐμβληθῇ, ψοφεῖ; Ἢ ὅτι ὁ ἅλς ὑγρὸν ἔχει οὐ πολύ, ὃ ὑπὸ τοῦ θερ-

26. Cur tandem sal igni injectus crepat? An quia sal parum humoris continet, quod a calore conversum in spiritum et vi

Digitized by Google

μοῦ ἐκπνευματούμενον καὶ βίᾳ ἐκπῖπτον σχίζει τὸν ἄλα, τὸ δὲ σχιζόμενον ἅπαν ψοφεῖ;

excidens salem findit; omne autem quod finditur, crepat?

27. Διὰ τί ποτε τῶν παιδίων ἔνια, πρὶν ἥκειν τὴν ἡλικίαν ἐν ᾗ σαφηνίζειν ὥρα αὐτοῖς, φθεγξάμενα καὶ σαφῶς εἰπόντα πάλιν ὁμοίως διάγουσιν, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ εἰωθὼς χρόνος; ἃ δὴ πολλοὶ τέρατα νομίζουσιν εἶναι· ἤδη δ' ἔνια λέγεται καὶ εὐθὺς γινόμενα φθέγξασθαι. Ἢ ὅτι ὡς μὲν ἐπὶ πολὺ τὰ πλείω τε τῶν γινομένων γίνεται κατὰ φύσιν; διὸ ὀλίγοις τοῦτο συμβαίνει, καὶ φύσει ἅμα κατάλληλα τελειοῦται· διὸ καὶ ἀκούει θ' ἅμα καὶ φωνεῖ καὶ ξυνίησι κατὰ τὴν ἀκοὴν καὶ λέγει καὶ σαφηνίζει. Οὐ μὴν ἀλλὰ πολλάκις οὐκ ἀπαρτίζει τὰ αὐτά, ἀλλὰ τὰ μὲν ξυνίησι πρότερον ἢ τοῦτο τὸ μόριον ἀπολυθῆναι ᾧ διαλέγεται· τοῖς δὲ τοὐναντίον. Ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἂν διαλεχθείη συνετῶς (ἃ γὰρ ἂν ἀκούσωσι, διαλέγονται), ἀλλ' ὅταν ἥκῃ καιρὸς ἀμφοῖν, ἀποδιδόασι τὸ κατὰ φύσιν. Ὅσοις δ' ἔμπροσθεν ἡ κατὰ τὴν ἀκοὴν αἴσθησις διακριβοῦται ἐν τῇ ψυχῇ [ἢ] ᾧ πρώτῳ κινοῦσι τὴν φωνὴν καὶ ποιοῦσι λόγον, τοιούτοις ἐνίοτε γίνεται ἤδη ξυνιεῖσι πολλὰ καὶ δύναμίς τις τοῦ μορίου καὶ ἀπόλυσις, μάλιστα μὲν μεθ' ὕπνον τινά (τούτου δ' αἴτιον ὅτι ὁ ὕπνος καὶ τὰ σώματα νωθέστερα ποιεῖ καὶ τὰ μόρια ἀναπαύσας), εἰ δὲ μή, καὶ ἄλλην μεταβολὴν λαβόντα τοιαύτην. Πολλὰ δ' ἔχομεν τοιαῦτα ποιεῖν, ἃ μικρῶν δεῖται καιρῶν· κἄπειτα οὐκέτι ὁμοίως ἔχει, ὅταν οὕτω τύχῃ τὸ μόριον ἔχον καὶ ἀπολυθέν· ὅταν ἐπιπολῆς ᾖ ἐν τῇ αἰσθήσει ὧν ἐκινήθη διάνοια, κατὰ τὴν ἀκοὴν τοῦτο ἐπανῆλθε καὶ ἐφθέγξατο. Πολλάκις δὲ καὶ μέλη καὶ ῥήματα ἐπέρχεται οὐκ ἐκ προαιρέσεως ἡμῖν· ἀλλ' ἐὰν τὸ πρῶτον προελόμενοι εἴπωμεν, ὕστερον ἄνευ προαιρέσεως λέγομεν ἢ ᾄδομεν, καὶ οὐ δύναται ἐκ τοῦ στόματος ἐξελθεῖν. Οὕτω καὶ τοῖς παιδίοις, ὅταν συμβῇ τοῦτο ἐπιόν, εἶτα πάλιν καταστῇ εἰς τὴν φύσιν ἐκεῖνο τὸ μόριον, ἕως ἂν ἡ ὥρα ἔλθῃ ἰσχῦσαι αὐτὸ καὶ ἀποκριθῆναι.

27. Cur infantes nonnulli, antequam ætas veniat in quam incidit distincte loquendi tempestas, vociferati ac expresse locuti rursus eodem modo quo prius degunt, donec solitum tempus supervenerit? quæ a vulgo portenta esse putantur. Jam aliquos etiam, statim quum in lucem editi fuissent, locutos esse memoriæ proditum est. An quoniam magna quidem ex parte plerique recens nati secundum naturam prodeunt? quapropter illud paucis accidit, sed naturæ ratione simul perficiuntur quæ sibi invicem respondent: quamobrem simul et audiunt et vocem emittunt, et intelligunt quæ audierint et loquuntur et literas distincte exprimunt. Verum enimvero sæpe non ad amussim quadrant eadem; sed alii quidem prius intelligunt quam membrum id absolvatur quo loquuntur; aliis vero contrarium evenit. Illi itaque sine intellectu loquentur (quæ enim audierint, proloquuntur); sed ubi tempus advenerit utrorumque, præstant quod secundum naturam est. Quibus autem prius sensus auditus in animo exacte perfectus est quam membrum quo primo vocem movent orationemque condunt, iis nonnumquam jam multa intelligentibus facultas quoque membri illius et absolutio contingit, maxime quidem a somno quodam (cujus rei causa est, quod somnus corpora torpidiora reddit membra refocillans); sin vero non, postquam aliam hujuscemodi mutationem subierint. Complura autem hujusmodi facere possumus quæ parvis indigent momentis, verum postmodum non amplius ita sese habet, quando forsan membrum ita constitutum atque absolutum fuerit: ubi nimirum superficiei proximum in sensu adsunt ea quorum intellectus movetur, hoc per auditum subit, ac loquitur infans. Sæpe autem nobis et carmina et vocabula subeunt, non ex voluntate; verum si primum ultro dixerimus, postea sine voluntate dicimus, aut canimus, neque os relinquere valent. Ita infantibus quoque adcidit, ubi hoc subire evenerit, ac postea rursus membrum illud ad naturalem redierit conditionem, dum tempus advenerit quo corroboratur atque absolvitur.

28. Διὰ τί ἔνια ψοφεῖ καὶ κινεῖται ἐξαίφνης, οἷον τὰ κιδώτια, οὐδενὸς αἰσθητοῦ κινοῦντος, καίτοι κρεῖττον γέγονε τὸ κινοῦν τοῦ κινουμένου; Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ φθορᾶς καὶ γήρως· ὑπ' ἀναισθήτου γὰρ φθείρεται τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ χρόνου πάντα. Ἢ ὅμοιον τοῦτο τοῖς σταλαγμοῖς καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν ἐκφυομένων αἱρομένοις λίθοις; οὐ γὰρ τὸ τελευταῖον αἴρει ἢ κινεῖ, ἀλλὰ τὸ συνεχές. Ἐπὶ δὲ τούτου συνέβη ἀναισθήτου ὄντος αἰσθητὴν γίνεσθαι τὴν κίνησιν. Οὕτω δὲ καὶ τὸ περιεχόμενον αἰσθητοῖς χρόνοις κινεῖται καὶ διαιρεῖται εἰς ἀναίσθητα, τῷ δὲ παντὶ καὶ συνεχεῖ ἐκίνησε καὶ ἔφθειρεν· συνεχὲς δ' ἐστὶν οὐκ ἐν τῷ νῦν, ἀλλ' ἐν τῷ ὡρισμένῳ χρόνῳ ὑπὸ τοῦ νῦν.

28. Cur aliqua crepant moventurque subito, ut arcæ, quæ nullo quod sensus moverit, concitantur, quum tamen potentius sit quod movet, quam quod movetur? Eadem ratio corruptionis ac senectutis est, quippe quum a re insensibili omnia corrumpantur quæ tempore perire dicuntur. An simile stillicidiis hoc est, et lapidibus quos plantæ emergentes adtollunt? non enim ultimum adtollit, vel movet, sed continuum. Hac autem in re adcidit ut re movente sensibus non patente motus sensibilis nascatur. Sic etiam res quæ spatiis sensibilibus temporis circumscribitur, movetur atque dividitur in insensibilia: universo tamen et continuo movet atque corrumpit; continuum autem est non in singulis temporis momentis, sed in tempore quod ab his momentis limitatur.

29. Διὰ τί οἱ χασμώμενοι ἧττον ἀκούουσιν; Ἢ ὅτι τοῦ ἐξιόντος πνεύματος ἐν τῇ χάσμῃ πολὺ καὶ εἰς τὰ ὦτα χωρεῖ ἔσωθεν, ὥστε καὶ τῇ αἰσθήσει ἐπίδηλον εἶναι

29. Qua de causa oscitantes minus audiunt? An quod multum spiritus effluentis inter oscitandum aures etiam intrinsecus subit, ita ut motio vel sensu percipi possit,

Digitized by Google

τὴν κίνησιν ἣν ποιεῖ περὶ τὴν ἀκοήν, μάλιστα δ' ἐκ τῶν ὕπνων, ὁ δὲ ψόφος ἀήρ, ἢ πάθος ἀέρος ἐστίν; Ἀντιπαίοντος οὖν τοῦ ἔσωθεν εἰσέρχεται ὁ ἔξωθεν ψόφος, καὶ ὑπὸ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ ἔξωθεν ψόφου ἐκκρούεται ἡ κίνησις.

quam efficit circa auditum, maximeque post somnum; sonus autem vel aer, vel aeris adfectio est? Igitur renitente interiori sono, exterior subit, ac motu et interiori sono motus excutitur.

www.fibtool.com.cn

30. Διὰ τί ἰσχνόφωνοι παῖδες ὄντες μᾶλλον ἢ ἄνδρες; Ἢ ὥσπερ καὶ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἀεὶ ἧττον κρατοῦσι παῖδες ὄντες, καὶ ὅσοι ἐλάττους οὐ δύνανται βαδίζειν, ὁμοίως καὶ τῆς γλώττης οἱ νεώτεροι οὐ δύνανται· ἐὰν δὲ παντάπασι μικροὶ ὦσιν, οὐδὲ φθέγγεσθαι δύνανται ἀλλ' ἢ ὥσπερ τὰ θηρία, διὰ τὸ μὴ κρατεῖν; Εἴη δ' ἂν οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἰσχνοφώνου, ἀλλὰ καὶ τραυλοὶ καὶ ψελλοί. Ἡ μὲν οὖν τραυλότης τῷ γράμματός τινος μὴ κρατεῖν, καὶ τοῦτο οὐ τὸ τυχόν, ἡ δὲ ψελλότης τῷ ἐξαίρειν τι, ἢ γράμμα, ἢ συλλαβήν, ἡ δ' ἰσχνοφωνία ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ταχὺ συνάψαι τὴν ἑτέραν συλλαβὴν πρὸς τὴν ἑτέραν· ἅπαντα δὲ δι' ἀδυναμίαν· τῇ γὰρ διανοίᾳ οὐχ ὑπηρετεῖ ἡ γλῶττα. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ οἱ μεθύοντες πάσχουσι καὶ οἱ πρεσβῦται· ἧττον δὲ πάντα συμβαίνει.

30. Cur in pueritia magis quam in virili aetate lingua haesitamus? An ut etiam manus pedesque in pueritia minus regimus, et quicumque aetate minores, ambulare nequeunt, sic etiam linguae parum compotes juniores sunt; ubi vero admodum parvi sunt, ne vociferari quidem possunt nisi more ferarum, quia videlicet non regunt? Hoc autem non solum de haesitantibus lingua valebit, sed etiam blaesi balbique sunt. Blaesitas itaque eo constat quod literam quamdam non regimus, idque non quamlibet; balbutiendi vero vitium eo quod aliquid tollimus, vel literam, vel syllabam; haesitantia tandem linguae inde oritur quod alteram alteri syllabam jungere propere non possumus: omnia tamen ab imbecillitate eveniunt: lingua enim intellectui non obedit. Eodem hoc modo etiam vinolenti senesque adficiuntur; sed minus omnia adcidunt.

31. Διὰ τί ἡ φωνὴ τρέμει καὶ τῶν ἀγωνιώντων καὶ τῶν δεδιότων; Ἢ ὅτι σείεται ἡ καρδία τοῦ θερμοῦ ἐξιόντος; ἀμφοτεράκις δὲ πάσχουσι τοῦτο· καὶ γὰρ τοῖς ἀγωνιῶσι συμβαίνει καὶ τοῖς φοβουμένοις· σεισμένης δ' οὐ γίνεται μία ἡ πληγή, ἀλλὰ πλείους, ὥσπερ ἡ τῶν παρανενευρισμένων χορδῶν.

31. Cur vox tam trepidantium quam metuentium tremit? An quod exeunte calore cor concutitur? nam utrobique ita adficiuntur: cum trepidantibus enim, tum metuentibus adcidit; cor autem ubi concutitur, ictus non efficitur unus, sed plures ictus, ut fidium quarum nervi male compacti sunt.

32. Διὰ τί οἱ μὲν ἀγωνιῶντες βαρὺ φθέγγονται, οἱ δὲ φοβούμενοι ὀξύ; Ἢ ὅτι τοῖς μὲν φοβουμένοις καταψύχεται ὁ τόπος ὁ περὶ τὴν καρδίαν, κάτω ὁρμῶντος τοῦ θερμοῦ, ὥστ' ὀλίγον ἀέρα κινοῦσιν (ἡ γὰρ ἰσχὺς ἐν τῷ θερμῷ)· τοῖς δ' ἄνω φέρεται τὸ θερμόν, ὥσπερ τοῖς αἰσχυνομένοις; δι' αἰσχύνην γὰρ καὶ ἀγωνιῶσιν· τοῖς δ' αἰσχυνομένοις ἄνω φέρεται πρὸς τὸ πρόσωπον. Σημεῖον δὲ ὅτι ἐξέρυθροι γίνονται μᾶλλον. Συντήκει οὖν καὶ παχὺν ποιεῖ τὸν ἀέρα ᾧ φθέγγονται· ὁ δὲ τοιοῦτος βραδέως ὠθεῖται· τὸ δὲ βραδὺ ἐν φωνῇ βαρύ ἐστιν.

32. Cur vocem trepidantes quidem gravem, metuentes vero acutam reddunt? An quod metuentibus quidem locus circa cor refrigeratur, ubi calor inferiora petit, ita ut parum aeris moveant (vires enim positae in calore sunt); trepidantibus autem calor loca petit superiora, ut pudore adfectis? e pudore enim trepidant quoque; pudibundis autem calor sursum fertur ad faciem. Hujus rei indicium est, quod plenius erubescunt. Liquat igitur, atque aerem, cujus ope vocem emittimus, incrassat; hujusmodi autem aer tarde propellitur; tarditas vero in voce gravitas est.

33. Διὰ τί εὐηκοώτερον ἡ νὺξ τῆς ἡμέρας ἐστίν; Πότερον ὥσπερ Ἀναξαγόρας φησί, διὰ τὸ τῆς μὲν ἡμέρας σίζειν καὶ ψοφεῖν τὸν ἀέρα θερμαινόμενον ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τῆς δὲ νυκτὸς ἡσυχίαν ἔχειν, ἅτε ἐκλελοιπότος τοῦ θερμοῦ, εἶναι δὲ μᾶλλον ἀκουστὸν μηθενὸς ὄντος ψόφου; Ἢ ὅτι διὰ τοῦ κενωτέρου μᾶλλον ἀκουστόν ἐστιν ἢ διὰ τοῦ πλήρους· ἔστι δὲ τῆς μὲν ἡμέρας ὁ ἀὴρ πυκνός, ἅτε πεπληρωμένος ὑπὸ τοῦ φωτὸς καὶ τῶν ἀκτίνων, τῆς δὲ νυκτὸς ἀραιότερος διὰ τὸ ἀπεληλυθέναι ἐξ αὐτοῦ τὸ πῦρ καὶ τὰς ἀκτῖνας, σώματα ὄντα; Ἢ ὅτι τῆς μὲν ἡμέρας τὰ σώματα πρὸς πολλὰ τὴν διάνοιαν ἕλκει (διὸ οὐκ εὐκρινές ἐστι πρὸς τὴν ἀκοήν), καὶ τῷ πράττειν ἡμᾶς πάντα μᾶλλον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἢ τῇ νυκτί, καὶ αὐτὰ περὶ τὰς πράξεις ἐστίν, χωρισθεῖσα δ' αἴσθησις διανοίας καθάπερ ἀναίσθητον πόνον ἔχει, ὥσπερ εἴρηται τό· νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει; νυκτὸς

33. Cur nox ad audiendum aptior est quam dies? Utrum ut Anaxagoras ait, quod aer interdiu quidem stridet ac sonat a sole concalfactus, et sonat, noctu vero requiescit, utpote quum omnis calor abest, tunc autem audiri melius potest, quum nullus sonus adest? An quod per inanius facultas audiendi amplior quam per plenum datur; est autem aer interdiu quidem densus, ut qui luce radiisque refertus est; noctu autem rarior, quod ex eo ignis et radii decesserunt, quae corpora sunt? An quod corpora interdiu quidem multifariam intellectum distrahunt (quapropter distinguendi facilitate caret dies, quod ad auditum adtinet), et eo quod omnia interdiu magis quam noctu agimus, ipsa (aures?) quoque circa negotia versantur; sensus autem ubi sejunctus ab intelligentia est, laborem quem sustinet, quasi non percipit: qua ratione dictum est: «mens videt, et mens

Digitized by Google

δὲ τῆς ὄψεως ἀργούσης καὶ τῆς διανοίας μᾶλλον ἠρεμούσης ὁ τῆς ἀκοῆς πόρος μᾶλλον ἀνεῳγμένος, καθάπερ τῆς ἡμέρας δεκτικὸς μέν ἐστι τῶν ἤχων ὁμοίως, ἐξαγγελτικὸς δὲ μᾶλλον τῇ διανοίᾳ διὰ τὸ μήτ' αὐτὴν ἐνεργεῖν, μήθ' ὑπὸ τῆς ὄψεως παρενοχλεῖσθαι, καθάπερ καὶ τῆς ἡμέρας.

audit? » at vero noctu, quum visus omni est munere liberatus magisque intelligentia requiescit, meatus aurium amplius patens, quemadmodum interdiu recipere quidem sonos pariter potest, sed melius eosdem sonos intelligentiæ renuntiat, quoniam nec ipse intellectus operatur, nec visu interpellatur, ut fieri interdiu solet.

34. Διὰ τί οἱ ἄγονοι, οἷον παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ οἱ ἤδη γέροντες καὶ οἱ εὐνοῦχοι ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δ' ἄνδρες βαρύτερον; Ἢ δι' ἀσθένειαν τοῦ κινοῦντος μορίου τὸν ἀέρα; ὀλίγον γὰρ τὸ ἀσθενὲς κινεῖ, ὁ δ' ὀλίγος ταχὺ φέρεται, τὸ δὲ ταχὺ φερόμενον ὀξύ. Ἢ διότι ὁ πόρος ὁ πρῶτος, δι' οὗ ἡ φωνὴ φέρεται, τοῖς μὲν ἀγόνοις μικρός, ὥστ' ὀλίγον ἐξ αὐτοῦ τὸ ὠθοῦν τὸν ἀέρα, ὀλίγος δ' ὢν ταχὺ φέρεται δι' εὐρέος τοῦ ἄνω φάρυγγος· ἀρμάζουσι δὲ καὶ ἀνδρουμένοις διΐσταται οὗτος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοὺς ὄρχεις, ὥστε καὶ πλείων ἐστὶν ὁ ὠθούμενος; Βραδύτερον οὖν διιὼν βαρὺς γίνεται.

34. Cur qui genitura vacant, ut pueri, mulieres, decrepiti et spadones vocem reddunt acutam, viri autem graviorem? An propter membri imbecillitatem aerem moventis? movet enim exiguum aerem quod imbecillum est; exiguus autem velociter fertur, quodque velociter fertur, acutum est. An quod primus meatus quem vox permeat, apud genitura vacantes quidem pusillus est, ita ut exiguum sit quod ab eo profectum aera propellat; exiguum vero quum sit, velociter per amplas superiores fauces fertur; at adultis virilemque nactis habitum hicce meatus dilatatur, sicut etiam qui ad testiculos pertinet, ita ut aer qui propellitur, copiosior sit? Tardius ergo quum permeet, gravis redditur.

35. Διὰ τί οἱ ἰσχνόφωνοι οὐ δύνανται διαλέγεσθαι μικρόν; Ἢ ὅτι ἰσχονται τοῦ φωνεῖν, ἐμποδίζοντός τινος; οὐκ ἴσης δὲ ἰσχύος, οὐδ' ὁμοίας κινήσεως, μὴ ἐμποδίζοντός τε τὴν κίνησιν μηδενὸς καὶ ἐμποδίζοντος βιάσασθαι, δεῖ· ἡ δὲ φωνὴ κίνησίς ἐστιν· μεῖζον δὲ φθέγγονται μᾶλλον οἱ τῇ ἰσχύϊ χρώμενοι· ὥστ' ἐπεὶ ἀνάγκη ἀποδιάζεσθαι τὸ κωλῦον, ἀνάγκη μεῖζον φθέγγεσθαι τοὺς ἰσχνοφώνους.

35. Cur lingua hæsitantes loqui nequeunt voce submissa? An quod a vociferando retinentur, impediente aliqua re? nec enim pares requiruntur vires, aut similis motus, quum nihil impedit motum, quumque aliquid vim inferre vetat; vox autem motus est, vocemque altiorem solent emittere qui vires adhibent, ita ut quum vi superari debet obstaculum, altius eos loqui necesse sit, qui lingua hæsitant.

36. Διὰ τί δ' ἀγωνιῶντες μὲν μᾶλλον ἰσχνόφωνοι γίνονται, ἐν δὲ ταῖς μέθαις ἧττον; Ἢ ὅτι ἀποπληξία ὅμοιόν ἐστι τὸ πάθος μέρους τινὸς τῶν ἐντός, ὃ ἀδυνατοῦσι κινεῖν, ἐμποδίζοντος διὰ τὴν κατάψυξιν; Ὁ μὲν οὖν οἶνος φύσει θερμὸς ὢν λύει τὴν κατάψυξιν μᾶλλον, ἡ δ' ἀγωνία ποιεῖ· φόβος γάρ τις ἡ ἀγωνία, ὁ δὲ φόβος κατάψυξις.

36. Cur trepidantes quidem magis hæsitant lingua, in ebrietate vero minus? An quoniam adfectus hic similis est siderationi partis interioris cujuspiam, quam partem movere nequeunt impedientem propter suam refrigerationem. Vinum igitur, quod natura calidum est, refrigerationem potius solvit, trepidatio vero facit: est enim trepidatio metus quidam; metus autem refrigeratio est.

37. Διὰ τί ἔξωθεν εἰς τὰς οἰκίας εἰσακούεται μᾶλλον ἢ ἔσωθεν ἔξω; Ἢ ὅτι ἔσωθεν ὁ ψόφος διὰ τὸ ἀχανὲς εἶναι διασπᾶται, ὥστ' οὐχ ἱκανὸν ἕκαστον μέρος ἀκουσθῆναι, ἢ ἧττον, ἔξωθεν δ' ἔσω εἰς ἐλάττω τόπον καὶ ἀέρα ἑστῶτα ἡ φωνὴ βαδίζουσα ἀθρόα ἔρχεται, ὥστε μεῖζον οὖσα ἀκούεται μᾶλλον;

37. Cur sonus extrinsecus magis introrsum intra domos ad auditum penetrat quam intrinsecus foras? An quod intrinsecus veniens sonus, quum vastum adsit spatium, distrahitur, ita ut unaquæque pars vel non ad auditum penetrare valeat, vel minus; extrinsecus vero introrsum means, quum vox sese in locum minorem stabilemque aerem conferat, confertim ingreditur, ita ut, quum major sit, melius auditur?

38. Διὰ τί οἱ ἰσχνόφωνοι μελαγχολικοί; Ἢ ὅτι τὸ τῇ φαντασίᾳ ἀκολουθεῖν ταχέως τὸ μελαγχολικὸν εἶναί ἐστιν, οἱ δ' ἰσχνόφωνοι τοιοῦτοι; προτρεπεῖ γὰρ ἡ ὁρμὴ τοῦ λέγειν τῆς δυνάμεως αὐτοῖς, ὡς θᾶττον ἀκολουθούσης τῆς ψυχῆς τῷ φανέντι. Καὶ οἱ τραυλοὶ δὲ ὡσαύτως· βραχύτερα γὰρ τὰ μόρια ταῦτα τοῖς τοιούτοις. Σημεῖον δέ· οἰνωμένοι γὰρ τοιοῦτοι γίνονται, ὅτε μάλιστα τοῖς φαινομένοις ἀκολουθοῦσι, καὶ οὐ τῷ οἴνῳ.

38. Quam ob causam qui lingua hæsitant, melancholici sunt? An quia melancholia eo constat quod propere sequuntur imaginationem; hæsitantes autem lingua hujusmodi sunt? impetus namque dicendi antevertit facultatem eorum, utpote quum animus celerius quæ ei adparuerint, sequatur. Balbis etiam idem accidit: hujusmodi etenim homines membra hæc breviora (tardiora?) habent. Indicium vero, est quod vinolenti inprimis hujusmodi fiunt, ubi suas maxime imaginationes sequuntur, non vero propter vinum.

39. Διὰ τί τὰ πράσα συμφέρει πρὸς εὐφωνίαν, ἐπεὶ καὶ τοῖς πέρδιξιν; Ἢ ὅτι καὶ τὰ σκόροδα ἐφθὰ λεαίνει; τὰ δὲ πράσα γλισχρότητα ἔχει τινά, ῥυπτικὸν δὲ τοῦ φάρυγγος.

39. Cur porrum prodest ad vocem emendandam, quum et perdicibus commodum sit? An quod allium quoque elixum delinit? nam porrum lentitiam quamdam obtinet, quod fauces detergere potest.

Digitized by Google

40. Διὰ τί τὰ μὲν ἄλλα ὀξύτερον φθέγγεται σφοδρότερα ὄντα, ὁ δ' ἄνθρωπος ἀσθενῶν; Ἢ διότι ἐλάττω κινεῖ ἀέρα, οὗτος δὲ ταχὺ διέρχεται, τὸ δὲ ταχὺ ὀξὺν ποιεῖ τὸν ψόφον;

40. Cur cetera quidem animalia vocem tum acutiorem emittunt, quum validiora sunt, homo autem, ubi ægrotat? An quod pauciorem aera movet, hicce autem velociter permeat, veloxque sonum efficit acutum?

www.libtool.com.cn

41. Διὰ τί ἀκούουσι μᾶλλον κατέχοντες τὸ πνεῦμα ἢ ἐκπνέοντες; διὸ καὶ ἐν ταῖς θήραις παραγγέλλουσιν ἑαυτοῖς μὴ πνευστιᾶν. Πότερον ὅτι τὸ αἰσθητικὸν ἄνω ἔρχεται αἰρομένων τῶν φλεβῶν; καθευδόντων γὰρ κάτω· διὸ καὶ μᾶλλόν τ' ἐκπνέουσι καθεύδοντες ἢ εἰσπνέουσι, καὶ ἀνήκοοί εἰσιν. Ἢ καὶ τὸ αἷμα ἀπέρχεται καταπεπνευκότων, ὥστε κενοῦται τὰ ἄνω; ἀκούουσι δὲ τῷ κενῷ. Ἢ ὅτι ὁ φυσιασμὸς ψόφος τίς ἐστιν, οὗτος δ' ἐν τῷ ἐκπνεῖν γινόμενος κωλύει ἀκούειν;

41. Cur melius audiunt, ubi spiritum retinent quam ubi exspirant? hinc et in venatione sibi ipsi præcipiunt ne anhelent. Utrum quod propter venarum turgorem sentiendi instrumentum locum petit superiorem? ubi enim dormimus, deorsum se defert: quapropter et crebrius dormientes exspirant quam inspirant auditunque carent. An etiam sanguis, ubi spiritum deorsum premunt, abit, ita ut pars superior vacuetur? audiunt enim vacui ope. An quod efflatio sonus quidam est, hicce autem, quum per exspirationem fit, impedit quominus audiamus?

42. Διὰ τί θᾶττον μὲν ψοφοῦσι καὶ πηδῶσιν οἱ μικροὶ ἅλες, μείζω δὲ ψοφοῦσι καὶ πηδῶσιν οἱ μεγάλοι; Ἢ διότι οἱ μὲν ταχὺ σχίζονται (οὐ γὰρ πολὺ δεῖ διελθεῖν τῷ πυρί) διὰ τὴν μικρότητα, οἱ δὲ βραδέως; μεῖζον γὰρ ἔργον τὸ μεῖζον διασχίσαι ἢ τὸ μικρόν· ψοφεῖ δ' ὁ μὲν μικρὸς μικρόν· ἡ γὰρ πληγὴ μικρά· ὁ δὲ μείζων μεγάλα· μεγάλη γὰρ ἡ πληγή· ὁ δὲ ψόφος πληγή ἐστιν. Καὶ πηδᾷ δὲ μᾶλλον τὸ ἰσχυρότερον, ἂν πληγῇ· ἧττον γὰρ ἐνδίδωσιν.

42. Cur ocius quidem crepant et exsiliunt parva salis grana, vehementius autem et crepant et exsiliunt majora? An quod illa quidem finduntur celerius (haud enim multum est quod permeare debet ignis) propter exiguitatem; hæc autem lente? majus enim negotium est majus disrupisse quam parvum, crepatque parvus quidem parum, quia parvus infligitur ictus; major vero valde, quia magnus est ictus; crepitus autem ictus est. Quod robustius est, etiam magis exsilit, ubi feritur, quoniam minus cedit.

43. Διὰ τί, ἐὰν εἰς πολὺ πῦρ ἐμβάλλῃ τις τὸ αὐτὸ μέγεθος ἁλός, ἧττον ψοφεῖ, ἢ οὐ ψοφεῖ; Ἢ ὅτι φθάνει καταναυθεὶς πρὶν σχισθῆναι; καίεται μὲν γὰρ τῷ τὸ ὑγρὸν ἀναλωθῆναι, ψοφεῖ δὲ τῷ σχισθῆναι.

43. Cur si salis granum æque magnum multo injicias igni, vel nihil, vel minus crepat? An quod prius comburitur quam findi possit? comburitur enim, quia humor consumptus est; crepat vero, quia disruptum est.

44. Διὰ τί οἱ χασμώμενοι ἧττον ἀκούουσιν; Ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα ἐναπολαμβάνουσιν, τὸ δ' ἀπολαμβανόμενον πνεῦμα περὶ τὰ ὦτα ἀθροίζεται (σημεῖον δέ· ἐν γὰρ τοῖς ὠσὶ ψόφος γίνεται ὅταν χασμησώμεθα)· τὸ δὲ ἀπολαμβανόμενον πνεῦμα κωλύει ἀκούειν; Ἔτι δὲ καὶ φωνή τις γίνεται τῶν χασμωμένων· τοῦτο δὲ κωλυτικὸν τοῦ ἀκούειν. Καὶ συμπιέζεσθαι ἀναγκαῖον τὰς ἀκοὰς διασπωμένου τοῦ στόματος.

44. Cur oscitantes minus audiunt? An quod spiritum intercludunt, interclusus autem spiritus circa aures adcumulatur (indicium est, quod strepitus in auribus nascitur, ubi oscitamus), interclususque spiritus audire vetat? Ad hæc vox oscitantibus quædam oritur, idque auditus impedimentum est. Et comprimi aures necesse est, quoties os distrahitur.

45. Διὰ τί τῆς φωνῆς, ἐπειδὴ ῥύσις τίς ἐστι, φύσιν ἐχούσης ἄνω φέρεσθαι, μᾶλλόν ἐστιν εὐήκοος ἄνωθεν κάτω ἢ κάτωθεν ἄνω; Ἢ ὅτι ἡ φωνὴ ἀήρ τίς ἐστι μεθ' ὑγροῦ; Βαρυνόμενος οὖν οὗτος ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ φέρεται κάτω, καὶ οὐκ ἄνω· τοῦ γὰρ ὑγροῦ κατὰ φύσιν ἡ κάτω φορά· διὸ τοῖς κάτω μᾶλλον ἀκούεται. Ἢ τοῦτο μὲν ὑπὸ τῆς τοῦ ζῴου φωνῆς μόνον γίνεται (αὕτη γὰρ μεθ' ὑγροῦ), τὸ δὲ συμβαῖνόν ἐστι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ψόφων; Καθάπερ οὖν ἡ ὄψις, ἐὰν μὲν ἄνωθεν κάτω προσπέσῃ, τὴν ἀνάκλασιν ἄνω ποιεῖται, κάτωθεν δ' ἄνω προσπεσοῦσα ἀνεκλάσθη κάτω, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ φωνὴ ἡ φύσιν ἔχουσα ἄνω φέρεσθαι, προσκόψασα τῷ ἐξ ἐναντίας ἀέρι, βιάζεσθαι μὲν οὐ δύναται πλείονα ὄντα καὶ βαρύτερον, ἀνακλασθεὶς δ' ὁ κινηθεὶς ἀὴρ ἐπὶ τοὐναντίον ἠνέχθη κάτω· διὸ καταχεόμενος ἀκούεται κάτω μᾶλλον. Τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ περὶ τὴν ἠχὼ συμβαῖνόν ἐστιν, ἀνάκλασις τῆς φωνῆς ἐπὶ τοὐναντίον.

45. Cur vox, quum natura sua superiora petit, ut quæ fluxio quædam est, superne deorsum melius quam inferne sursum auditur? An quod vox aer quidam junctus humori est? Hicce igitur, pondere humoris gravescens, deorsum fertur, non sursum: humori namque secundum naturam est ut deorsum feratur: quapropter ab iis qui infra sunt, magis auditur. An hoc quidem circa vocem duntaxat animalium fit (hæc enim humori juncta est); quod vero adcidit, vel in ceteris sonis obtinet? Ergo ut visus, si superne quidem deorsum inciderit, sursum versus reflectitur; si vero inferne sursum, deorsum repercutitur: sic vox, quæ sua natura sursum fertur, ubi in aerem sibi adversum illiderit, vim quidem ei inferre nequit, quippe qui et amplior et gravior est, sed aer motu citatus reflectitur atque in partem adversam deorsum fertur: quapropter deorsum effusus infra quoque auditur magis. Hujusmodi etiam est quod circa echo fieri solet, vocis nimirum repercussio in partem obpositam.

Digitized by Google

46. Διὰ τί μεθυόντων μᾶλλον ἀπορρήγνυται ἡ φωνὴ ἢ νηφόντων; *Ἢ διὰ τὸ πεπληρῶσθαι ταχέως ἀπορρηγνύασι τὴν φωνήν (σημεῖον δὲ τούτου· οὔτε γὰρ οἱ χοροὶ μελετῶσιν ἐξ ἀρίστου, οὔθ' οἱ ὑποκριταί, ἀλλὰ νήστεις ὄντες)· ἐν δὲ τῇ μέθῃ πληρέστεροι ὄντες εὐλόγως μᾶλλον ἀπορρήγνυνται τὰς φωνάς;

46. Cur vinolentis potius quam sobriis abrumpitur vox? An repletio facit ut vox celeriter abrumpatur hujus rei argumentum est, quod neque chori, neque ludiones statim a prandio, sed jejuni vocem exercent); vinolentis autem, utpote plenioribus, merito voces potius abrumpuntur.

47. Διὰ τί ποτε τῶν ὀξυτέρων φωνῶν πορρώτερον ἀκούουσιν; *Ἢ διότι τὸ ὀξὺ ἐν φωνῇ ταχύ ἐστι, θᾶττον δὲ κινεῖται τὰ βίᾳ μᾶλλον φερόμενα, τὰ δὲ σφοδρότερον φερόμενα ἐπὶ πλέον φέρεται;

47. Cur tandem voces acutiores longius audiunt? An quod vocis acumen velocitas est; moventur autem ocius quæ vi potius feruntur; quæ autem vehementius feruntur, hæc longius pertendunt?

48. Διὰ τί κατέχοντες τὸ πνεῦμα μᾶλλον ἀκούομεν; *Ἢ ὅτι ἡ ἀνάπνευσις ψόφον τινὰ παρέχει; Εἰκότως οὖν τότε μᾶλλον ἀκούομεν, ὅταν ἧττων ὁ ψόφος ᾖ· ἧττων γὰρ ὁ ψόφος, ὅταν κατέχωμεν τὸ πνεῦμα.

48. Cur spiritu retento melius audimus? An quod respiratio sonum quemdam excitat? Merito ergo tunc melius audimus, quum sonus minor est; minor autem sonus est, ubi spiritum retinemus.

49. Διὰ τί τὸ μὲν φῶς οὐ διέρχεται διὰ τῶν πυκνῶν, λεπτότερον ὂν καὶ πόρρω ὂν καὶ θᾶττον, ὁ δὲ ψόφος διέρχεται; *Ἢ διότι τὸ μὲν φῶς κατ' εὐθεῖαν φέρεται, ὥστ' ἂν ἀντιφράξῃ τι τὴν εὐθυωρίαν, ὅλως ἀποκέκλεισται, ὁ δὲ ψόφος φέρεται καὶ οὐκ εὐθὺ διὰ τὸ πνεῦμα εἶναι, διὸ πανταχόθεν ψοφοῦντες ἀκούομεν, καὶ οὐ μόνον τῶν κατ' εὐθυωρίαν τοῖς ὠσίν.

49. Quamobrem lux quidem, quæ tenuior et velocior et remota est, corpora densa non permeat, sonus autem permeat? An quod lux quidem directo itinere fertur, ita ut, si quid rectum tramitem obstruxerit, penitus intercludatur; at sonus, quia spiritus est, fertur etiam non recta? quapropter sonantem undique audimus, nec tantum qui se recta nostris auribus obtulerint.

50. Διὰ τί ποτε οἱ μὲν γελῶντες βαρὺ φθέγγονται, οἱ δὲ κλαίοντες ὀξύ; *Ἢ διότι ἀπὸ τῶν συντόνων ὀξεῖα ἡ φωνή, τὸ δ' ὀξύ ἐστιν ἀσθενές, ἄμφω δὲ ταῦτα μᾶλλον τοῖς κλαίουσιν ὑπάρχει; καὶ γὰρ συντέτανται μᾶλλον οἱ κλαίοντες καὶ ἀσθενέστεροί εἰσιν.

50. Cur tandem qui rident quidem, vocem gravem emittunt, qui vero flent, acutam? An quod a corporibus intentis vox acuta prodit, acutumque debile est, utraque autem hæc in flentibus insunt potius? sunt enim et intentiori corpore et infirmiores.

51. Διὰ τί, εἴπερ ἡ φωνὴ ἀήρ τις ἐσχηματισμένος ἐστί, φερομένη διαλύεται πολλάκις τὸ σχῆμα, ἡ δ' ἠχώ, ἢ γίνεται πληγέντος τοῦ τοιούτου πρός τι στερεόν, οὐ διαλύεται, ἀλλὰ σαφῶς ἀκούομεν; *Ἢ διότι ἀνάκλασίς ἐστιν, οὐ κατάκλασις, τοῦτο δ' ὅλον ἀφ' ὅλου; Εἶτα τὸ πάθος ἀφ' ὁμοίου· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀέρος ἀνακλᾶται ἐν τῷ κοίλῳ, οὐκ ἀπὸ τοῦ κοίλου.

51. Quamobrem, quum vox aer quidam figuratus sit, in itinere sæpius dissolvitur figura, echo autem quæ fit illidente ejusmodi aere in solidum quidpiam, non dissolvitur, sed expresse eam audimus? An quod refractio id est, non perfractio; hac autem integrum ab integro repercutitur? Tum etiam adfectus a re simili exsistit, quippe quum ab aere fit reflectio in re cava, non de re ipsa.

52. Διὰ τί ἑνός τε καὶ πολλῶν φθεγγομένων ἅμα οὔτ' ἴσος ὁ φθόγγος, οὔτ' ἐπὶ πλεῖον γεγώνασιν, ὡς κατὰ λόγον εἰς τὸ πόρρω; *Ἢ ὅτι ἕκαστος τὸν καθ' αὑτὸν ἀέρα προωθεῖ, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτόν, πλὴν ἐπὶ μικρόν; *Ὅμοιον δὴ συμβαίνει ὥσπερ ἂν εἰ πολλοὶ μὲν εἶεν οἱ βάλλοντες, ἕκαστος μέντοι λίθῳ ἑτέρῳ, ἢ οἵ γε πλεῖστοι· οὔτε γὰρ ἐκεῖ πόρρω οὐθὲν ἀφίξεται βέλος, ἢ οὐ κατὰ λόγον, οὔτ' ἐνταῦθα· οὐ γὰρ ἑνὸς ἡ τοσαύτη φωνή, ἀλλὰ πολλῶν. Ἐγγύθεν μὲν οὖν κατὰ λόγον πολλὴ φαίνεται ἡ φωνή (καὶ γὰρ τὰ βέλη πλείω τεύξεται τοῦ αὐτοῦ), πόρρωθεν δ' οὐκέτι.

52. Quamobrem, seu unus, sive multi simul vocem emittant, non par est sonus, nec validius resonant procul pro portione? An quod singuli sibi proximum aerem propellunt, nec eumdem, nisi paulo tenus? Simile itaque evenit ac si multi quidem projiciant, sed singuli, aut plerique saltem, alium mittant lapidem: neque enim hic longe pertendet telum ullum, aut non pro portione, neque illic: vox etenim tanta non unius est, sed multorum. E propinquo igitur vox multa pro portione videtur, quandoquidem lapides quoque plures eumdem adsequuntur locum; e longinquo vero non amplius.

53. Διὰ τί ἀγωνιῶντες μὲν βαρύτερον φθέγγονται, φοβούμενοι δ' ὀξύτερον, καίτοι καὶ ἡ αἰδὼς φόβος τίς ἐστιν; *Ἢ διαφέρει πολὺ τὸ πάθος; οἱ μὲν γὰρ αἰδούμενοι ἐρυθριῶσιν (ἡ δ' ἀγωνία αἰσχύνη τίς ἐστιν), οἱ δὲ φοβούμενοι ὠχριῶσιν. Φανερὸν οὖν ὅτι τοῖς μὲν φοβουμένοις ἐκλείπει ἄνωθεν τὸ θερμόν, ὥστε κινεῖ ἀσθε-

53. Cur trepidantes quidem vocem reddunt graviorem, metuentes autem acutiorem, quamquam etiam pudor metus quidam est? An multum differt adfectus? pudibundi enim erubescunt (trepidatio autem pudor quidam est); qui vero metuunt, pallent. Constat igitur metuentibus quidem calorem in parte superiori deficere, ut parum

Digitized by Google

νὲς ὃν ὀλίγον ἀέρα τὸ πνεῦμα, τὸ δ' ὀλίγον ταχὺ φέρεται, τὸ δὲ ταχὺ ἐν φωνῇ τὸ ὀξύ. τοῖς δ' αἰδουμένοις ἄνω ἔρχεται τὸ θερμὸν περὶ τὰ στήθη. Σημεῖον δ' ὅτι γίνονται ἐξέρυθροι. Πολὺν δὲ κινεῖ ἀέρα ἡ πολλὴ δύναμις, τὸ δὲ πολὺ βραδέως φέρεται, τὸ δὲ βραδὺ ἐν φωνῇ βαρύ.

aeris præ sua debilitate moveat spiritus; velociter autem fertur quod exiguum est; vocis vero velocitas acumen est; pudibundis contra calor partem superiorem circa pectus petit. Cujus rei indicium est, quod erubescunt. Multum autem aerem multa potentia movet; tardius vero fertur quod multum est, tarditasque in voce gravitas est.

54. Διὰ τί ἰσχνόφωνοι γίνονται; Ἢ αἴτιον ἡ κατάψυξις τοῦ τόπου ᾧ φθέγγονται, ἢ ὥσπερ ἀποπληξία τοῦ μέρους τούτου ἐστίν; διὸ καὶ θερμαινόμενοι ὑπ' οἴνου καὶ τοῦ λέγειν συνεχῶς ῥᾷον συνείρουσι τὸν λόγον.

54. Quæ causa est ut lingua hæsitantes fiant? An loci quo loquimur, refrigeratio causam habet, quæ tamquam sideratio hujus membri est? quapropter et vino continentique oratione concalfacti sermonem serunt facilius.

55. Διὰ τί μόνον τῶν ἄλλων ζῴων ἄνθρωπος γίνεται ἰσχνόφωνον; Ἢ ὅτι λόγου κοινωνεῖ μόνον, τὰ δ' ἄλλα φωνῆς, οἱ δ' ἰσχνόφωνοι φωνοῦσι μέν, λόγον δ' οὐ δύνανται συνείρειν;

55. Cur homo solus præ reliquis animalibus lingua fit hæsitans? An quod solus compos sermonis est, cetera vocis; qui autem lingua hæsitant, vocem quidem producunt, sed sermonem serere nequeunt?

56. Διὰ τί τοῦ μὲν χειμῶνος ὀξύτερον φθέγγονται καὶ νήφοντες, θέρους δὲ καὶ μεθύοντες βαρύτερον; Ἢ ὅτι ὀξυτέρα μέν ἐστιν ἡ ταχυτέρα, ταχυτέρα δ' ἐστὶν ἡ ἀπὸ συντεταμένου φωνή, τῶν δὲ νηφόντων καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τὰ σώματα συνέστηκε μᾶλλον ἢ μεθυόντων καὶ ἐν τῷ θέρει; τὸ γὰρ θερμὸν καὶ αἱ ἁλέαι διαλύουσι τὰ σώματα.

56. Cur sobrii temporeque hiberno vocem acutiorem mittunt, vinolenti autem et æstivo graviorem? An quia vox acutior quidem, quæ velocior est; velocior autem quæ corpore ab intento prodit; sobriorum vero hyemeque corpora magis constant quam vinolentorum æstateque? calor enim æstusque corpora resolvunt.

57. Διὰ τί ἡ φωνὴ ὕστατον τελειοῦται τοῖς ἀνθρώποις τῶν φθεγγομένων; Ἢ διότι πλείστας ἔχει διαφορὰς καὶ εἴδη (τὰ γὰρ ἄλλα ζῷα ἢ οὐθὲν γράμμα, ἢ ὀλίγα διαλέγονται)· τὸ δὲ ποικιλώτατον καὶ πλείστας ἔχον διαφορὰς ἀνάγκη ἐν πλείστῳ χρόνῳ ἀποτελεῖσθαι;

57. Cur homini vox tardissime perficitur voce præditorum? An quod vocis humanæ genera et discrimina plurima sunt (cetera enim animantia literas vel nullas, vel paucas eloquuntur); quod autem summam varietates plurimasque differentias præ se fert, id tempore longissimo perfici necesse est?

58. Διὰ τί ἡ μὲν ὄψις οὐ διέρχεται διὰ τῶν στερεῶν, ἡ δὲ φωνὴ διέρχεται; Ἢ ὅτι τῆς μὲν ὄψεως μία φορὰ ἡ κατ' εὐθεῖαν (σημεῖον δ' αἵ τε τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες, καὶ ὅτι ἐξ ἐναντίας μόνον ὁρῶμεν), τῆς δὲ φωνῆς πολλαί; ἀκούομεν γὰρ πανταχόθεν. Ὅταν οὖν κωλυθῇ κατ' εὐθεῖαν ἐκπίπτειν διὰ τὸ μὴ κατ' ἀλλήλους εἶναι τοὺς πόρους, ἀδυνατεῖ διορᾶν· ὁ δ' ἀὴρ καὶ ἡ φωνή, ἅτε πανταχοῦ φερομένη, διὰ παντὸς διαπίπτει καὶ ἀκούεται. Ἐν δὲ τοῖς ὑγροῖς αἱ μὲν ὄψεις διορῶσιν, αἱ δὲ φωναὶ οὐκ ἀκούονται, ἢ μόλις, λεπτοτέρου ὄντος τοῦ ὑγροῦ ἢ τῆς γῆς, ὅτι οἱ πόροι μικροὶ καὶ πυκνοὶ καὶ κατ' ἀλλήλους, ὥστ' οὐ κωλύεται ἡ ὄψις εὐθυπορεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ διὰ μὲν τῆς ὑέλου διορᾶται πυκνῆς οὔσης, διὰ δὲ τοῦ νάρθηκος ἀραιοῦ ὄντος οὐ διορᾶται. Ἔτι τῆς μὲν οἱ πόροι κατάλληλοι, τῶν δὲ παραλλάττοντες· οὐθὲν δ' ὄφελος εἶναι μεγάλους, ἐὰν μὴ κατ' εὐθεῖαν ὦσιν. Ἡ δὲ φωνὴ οὐκ ἀκούεται, ὅτι ἐλάττω τὰ διάκενα τὰ ἐν τῷ ὕδατι τοῦ ἀέρος, ὥστ' οὐ δύναται δέχεσθαι, οὐδὲ μεῖναι τὴν φωνήν, ἀλλὰ μόλις ἡ μετὰ φωνῆς· ἡ γὰρ φωνὴ ἀήρ τις· οὐ γὰρ ἅπαν τὸ μανότερον διιτικώτερον, ἂν μὴ καὶ οἱ πόροι ὦσιν ἁρμόττοντες τῷ διιόντι· ὥστ' οὐδὲ συνιτικώτερον εἰς αὐτό, ἂν μὴ δεκτικοὶ ὦσιν οἱ πόροι τῶν σωμάτων, καίτοι τὸ μανὸν μαλακὸν καὶ δυνάμενον εἰς αὐτὸ συνιέναι. Ἀλλ' ἔνια κωλύεται διὰ τὴν μικρότητα τῶν πόρων

58. Cur visus quidem corpora solida non penetrat, vox autem penetrat? An quod visus quidem iter unicum est, quod recto tramite meat (cujus rei indicium cum solis radii sunt, tum quod nisi e regione cernere non possumus); vocis autem multiplex, quippe quum undique audiamus? Quoties igitur recta excidere impeditur visus, eo quod meatus sibi invicem non respondent, transspicere nequit; at aer et vox, quoniam quoquoversus fertur, omnia perlabitur et auditur. In humoribus vero oculi quidem transspiciunt, voces autem aut vix, aut non audiuntur, quamquam humor tenuior quam terra est, quoniam humoris meatus parvi et densi sunt, sibique invicem respondent, ut non impediatur visus quominus recto tramite meet. Hæc eadem causa est, cur etiam per vitrum quidem, quod densum est, transpiciatur, per ferulam vero, quæ rara est, non. Præterea in illo quidem meatus respondent inter sese, in his vero alternatim implicantur; nec quidquam juvat amplos esse meatus, nisi recta decurrant. Vox autem non auditur, quoniam vacua aquæ minores aere sunt, ita ut hunc capere nequeant, nec vocem exspectare, nisi ægre, atque ubi cum voce conjunctus est: vox namque aer quidam est: haud enim omne quo rarius est, eo facilius permeatur, nisi etiam meatus in rem permeantem quadrent; neque igitur eo magis in sese contrahi solet, nisi meatus capaces corporum sint, quamquam quod rarum est, molle est et in se ipsum contrahi potest. Verum nonnulla præ meatuum angustia impediuntur, ut vitrum: hujus enim

www.libool.com.cn

Digitized by Google

οἷον ἡ ὕελος· ταύτης γὰρ οὐ συνάγονται, μανοτέρας οὔσης τοῦ νάρθηκος, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ὥστε καὶ τόδε φανερόν, διότι τοῦ μανοῦ καὶ μαλακοῦ ἢ αὐτοῦ ὄντος, ἢ παραπλησίου τὴν φύσιν, οὐ τὸ μανότερον μᾶλλον συνάγεται εἰς αὐτό· ἡ γὰρ αὐτὴ αἰτία πάντων.

meatus non contrahuntur, quamvis rarior ferula sit, propter rationem prædictam. Eodem modo se habet etiam aqua, et quidquid aliud generis ejusdem est: unde illud quoque palam fit, rarius, etiamsi raritas ac mollitudo vel idem, vel res sibi invicem proximæ sint, non magis in se ipsum contrahi: causa enim omnium eadem est.

59. Διὰ τί γίνεται ἐλάττων μὲν ἡ φωνὴ ἐξαιρουμένων, ὁμοία δὲ τὸν χαρακτῆρα; Ἢ ὅτι ἐμέμικτο αὐτοῖς, τὸ δὲ μεμιγμένον οὐ τῇ μέν ἐστι, τῇ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντῃ; Ὁμοίως οὖν πανταχόθεν ἐξαιρουμένων συνέρχεται ὁμοίως, ὥστ' ἔλαττόν τ' ἀνάγκη καὶ ὅμοιον εἶναι.

59. Cur vox, quamvis minor sane reddatur eximendo, speciem tamen servat eamdem? An quod cum his ipsis mixta erat, mixtura autem non hac quidem exstat, illac vero non, sed usquequaque est? Aeque igitur undique detractis, æque etiam contrahitur, ita ut necesse sit simul et minorem esse et similem.

60. Διὰ τί ἰσχνόφωνοι γίνονται; Πότερον διὰ θερμότητα προπετέστεροί εἰσιν, ὥστε προσπταίοντες ἐπίσχουσιν, ὥσπερ οἱ ὀργιζόμενοι; καὶ γὰρ οὗτοι πλήρεις ἄσθματος γίνονται. Πολὺ μὲν οὖν τὸ πνεῦμα συμβαίνοι. Ἢ διὰ τὴν ζέσιν τοῦ θερμοῦ ἀσθμαίνουσιν, διὰ τὸ πολὺ εἶναι καὶ μὴ φθάνειν ὑπεξιὸν τῷ τῆς ἀναπνοῆς καιρῷ; Ἢ μᾶλλον τοὐναντίον κατάψυξις ἡ θερμότης τοῦ τόπου ᾧ φθέγγονται, ὥσπερ ἀποπληξία τοῦ μέρους τούτου; διὸ καὶ θερμαινόμενοι ὑπ' οἴνου καὶ τοῦ λέγειν συνεχῶς ῥᾷον συνείρουσι τὸν λόγον.

60. Quare lingua hæsitantes fiunt? Utrum propter calorem procaciores sunt, ita ut obfendentes inhibeamus quemadmodum irati? hi enim et anhelitu implentur. Multum igitur spiritus coiret. An præ caloris fervore anhelant, quoniam copiosus spiritus adest, nec antea subtrahitur tempore respirationis? An potius contra loci quo vocem mittunt, refrigeratio magis quam calor causa est, veluti membri hujus sideratio? quapropter et concalfacti a vino, aut perpetua oratione, expeditius sermonem serunt.

61. Διὰ τί τοῦ χειμῶνος αἱ φωναὶ βαρύτεραι; Ἢ ὅτι παχύτερος ὁ ἀήρ, παχυτέρου δ' ὄντος βραδυτέρα ἡ κίνησις, ὥσθ' ἡ φωνὴ βαρυτέρα; Ἢ διότι διὰ τῶν στενῶν βραδύτερον χωρεῖ ὁ ἀήρ, συμφράττεται δὲ τὸ περὶ τὸν φάρυγγα ὑπό τε τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ ἐπιρρέοντος φλέγματος;

61. Cur tempore hiberno voces graviores redduntur? An quod aer crassior est, talis autem quum sit, motus tardior fit, ita ut vox reddatur gravior? An quod aer per angusta lentius progreditur, faucium autem regio constringitur a frigore pituitaque influente?

62. Διὰ τί τὰ παιδία καὶ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ εὐνοῦχοι καὶ οἱ γέροντες φθέγγονται ὀξύ; Ἢ ὅτι θάττων κίνησίς ἐστιν ἡ ὀξυτέρα, ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ πλείονος δυσκινητότερον, ὥσθ' οἱ ἐν ἀκμῇ πλείω συνεπισπῶνται τὸν ἀέρα; Οὗτος οὖν βραδύτερον ἰὼν βαρυτέραν παρασκευάζει τὴν φωνήν· ἐν δὲ τοῖς παιδίοις καὶ εὐνούχοις διὰ τὸ ἔλαττω ἔχειν ἐναντίως. Τρέμειν δὲ τοὺς πρεσβύτας οὐ δυναμένους κρατεῖν, ὥσπερ τοῖς ἀδυνάτοις καὶ παιδίοις, ὅταν μακρὸν ξύλον λάβωσιν ἀπ' ἄκρου, τὸ ἕτερον ἄκρον σείεται διὰ τὸ μὴ κρατεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ πρεσβῦται τρέμουσιν. Τὸ αὐτὸ δ' ὑπολητέον καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιώντων καὶ φοβουμένων καὶ ῥιγώντων αἴτιον τοῦ τρόμου τῆς φωνῆς· τοῦ γὰρ ἔχοντος τὴν φωνὴν τοιαύτην, τῶν τοιούτων παθῶν εἴσω περιεστηκότος τοῦ πλείστου, λοιπὸν ὀλίγον ὂν οὐ δύναται κρατεῖν τῆς φωνῆς· διὸ καὶ σείεται καὶ τρέμει· διὸ καὶ οἱ τεχνικοὶ τῶν συνειδότων ὅτι ἀγωνιῶσι μικρὸν διαλέγονται ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἄχρις οὗ ἂν καταστῶσιν· μικρᾶς γὰρ οὔσης τῆς φωνῆς ῥᾷον κρατοῦσιν.

62. Cur infantes, mulieres, spadones senesque vocem reddunt acutam? An quod motus velocior qui acutior est, idemque difficilius movet majorem copiam, ita ut adulti simul plus aeris trahant? Hicce igitur, quum tardius meat, vocem efficit graviorem; infantibus vero et spadonibus contra res evenit, quoniam minus aeris capiunt. Senes autem ideo tremere verisimile est, quoniam vocem regere non possunt: quo modo imbecillibus ac pueris, ubi lignum prælongum parte extrema prehenderint, alterum extremum quatitur, quia regere nequeunt. Hanc ob causam et senes tremunt. Idem et trepidantibus et metuentibus et rigentibus causam vocis tremulæ esse credendum est: apud hominem enim hujusmodi voce præditum, quum in hujusmodi adfectibus intro compellitur maxima pars, qui reliquus est, spiritus, quippe exiguus, voce superior evadere non potest: quapropter et quatitur et tremit: unde et sollertes inter eos qui sibi conscii sunt se trepidare, principio voce submissa loquuntur, idque dum ad pristinum statum redierint: voce enim, dum exigua est, facilius superiores evadunt.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ ΙΒ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΑ ΕΥΩΔΗ.

SECTIO XII.

QUÆ AD RES BENE OLIDAS PERTINENT.

1. Διὰ τί τῶν θυμιαμάτων ἧττον αἰσθάνονται πλησίον ὄντες; Πότερον ὅτι ἀκρατεστέρα κερασθεῖσα ἡ ἀπόρροια τῷ ἀέρι ἡδίων, ὥσπερ ἡ σμύρνη τῶν ἰατρῶν; Ἢ καὶ τοὐναντίον εἴη ἄν, ὥστε ἀφαιρεῖσθαι τὸ πῦρ τὴν ὀσμὴν διὰ τὸ καίειν; ἡ γὰρ ὀσμὴ θυμιωμένων· διὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθράκων οὐκ ὄζει, πορρώτερον δὲ καθαρώτερον φαίνεται καὶ λεπτότατον τοῦτο.

1. Cur suffimenta minus e propinquo sentimus? Utrum quod effluvium sincerius aere temperatum suavius redditur, ut myrrha medicorum? An contrarium obtineret, ita ut ignis vi sua cremandi eximeret odorem? odor enim rebus quæ suffiuntur, proprius est: quapropter et super carbonibus non olent; longius vero purius tenuissimumque adparet illud.

2. Διὰ τί αἱ ὀσμαὶ ἧττον εὐώδεις τῶν θυμιαμάτων καὶ τῶν ἀνθῶν ἐκ τοῦ ἐγγύς; Πότερον ὅτι συναπέρχεται τῇ ὀσμῇ καὶ γῆς μόρια, ἃ προκαταφέρεται διὰ βάρος, ὥστε καθαρὰ πορρώτερον γίνεται ἡ ὀσμή; Ἢ οὔτε ἐγγὺς οὖσης τῆς ἀρχῆς πλεῖστον γίνεται τὸ ῥέον, οὔτε λίαν πόρρω; τὸ μὲν γὰρ οὔπω πολύ, τὸ δὲ διασπᾶται.

2. Cur odores tam suffimentorum quam florum minus suaves e proximo sentiuntur? Utrum quia una cum odore terræ quoque particulæ abeunt, quæ præ suo pondere antea delabuntur, ita ut longius sincerus fiat odor? An neque ubi principium proximum est, nec ubi admodum semotum, plurimum fit effluvium? nam illud quidem nondum large emanat, hoc vero distrahitur.

3. Πότερον οὖν ἀληθές ἐστιν, ἢ ψεῦδος; καὶ εἰ ἀληθές, διὰ τίν' αἰτίαν εἴη τὸ συμβαῖνον; λέγεται γὰρ ὡς εὐώδη γίνεται τὰ δένδρα εἰς ἅπερ ἂν ἡ Ἶρις κατασκήψῃ. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε πάντα, οὔτ' ἀεί, δῆλον· πολλάκις γὰρ ἡ Ἶρις μὲν γέγονε, τὰ δὲ δένδρα οὐθὲν ἐπίδηλα φαίνεται, ὅταν τε γένηται τοῦτο, οὐκ ἐν πάσῃ γίνεται ὕλῃ, ἐπεὶ συμβαίνει γέ ποτε· διὸ καὶ λέγεται. Τὸ δ' αἴτιον κατὰ συμβεβηκὸς τῇ ἴριδι ἀποδοτέον, ἄλλως τε καὶ εἰ μή ἐστί τις φύσις ἡ Ἶρις, ἀλλὰ τῆς ὄψεως πάθος ἀνακλωμένης. Γίνεται δέ, ὥσπερ ἐλέχθη, οὐχ ὁπωσοῦν ἐχούσης τῆς ὕλης τὸ πάθος· οὔτε γὰρ ἐν τοῖς χλωροῖς δένδροις, οὔτ' ἐν τοῖς αὔοις, ἀλλ' ἐν τῇ ἐμπεπρησμένῃ ὕλῃ φασὶν οἱ νομεῖς μετὰ τὰ ἐπὶ τῇ ἴριδι ὕδατα γίνεσθαι ἐπίδηλον τὴν εὐωδίαν, καὶ μάλιστα οὗ ἂν ἀσπάλαθος ᾖ καὶ ῥάμνος καὶ ὧν τὰ ἄνθη εὐώδη ἐστίν. Αἴτιον δὲ τῆς εὐωδίας ἐστίν, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· διαθέρμου γὰρ καὶ διακεκαυμένης οὔσης, ὃ ἂν ἐκφύσῃ, τὸ πρῶτον εὐῶδες ὄζει· τὰ γὰρ πυρούμενά πως τῶν ὑγρότητα ἐχόντων ὀλίγην εὐώδη γίνεται· πέττει γὰρ τὸ θερμὸν ταύτην· διὸ καὶ τῆς ὅλης γῆς εὐωδέστερα τὰ πρὸς τὸν ἥλιον τῶν πρὸς ἄρκτον ἐστίν· τούτων δὲ τὰ πρὸς ἕω τῶν πρὸς μεσημβρίαν, ὅτι γεώδης μᾶλλον ὁ τόπος ὁ περὶ τὴν Συρίαν καὶ Ἀραβίαν ἐστίν, ἡ δὲ Λιβύη ἀμμώδης καὶ ἄνικμος· δεῖ γὰρ μήτε πολλὴν εἶναι τὴν ἰκμάδα· ἄπεπτος γάρ ἐστιν ἡ πολλή· μήτε ἄνικμον· οὐ γὰρ γίνεται ἀτμίς· ὃ συμβαίνει καὶ περὶ τὴν νεόκαυστον ὕλην, καὶ τὸ γένος τοιαύτην ὥστ' ἔχειν εὐωδίαν σὺν αὐτῇ. Δηλοῖ δὲ τοῖς ἄνθεσιν· ἀφίησι γὰρ ἐν τούτοις τὴν ὀσμήν. Δοκεῖ δ' ἐν οἷς ἂν ἐνσκήψῃ ἡ Ἶρις γίνεσθαι, ὅτι οὐδὲν ἄνευ ὕδατος οἷόν τε γίνεσθαι· βραχεῖσά τε γὰρ ἡ ὕλη καὶ τῷ ἐνόντι θερμῷ πέψασα τὴν ἐν αὐτῇ γινομένην ἀτμίδα ἀφίησιν. Οὔτε πολὺ τὸ ὕδωρ δεῖ εἶναι· ἐκκλύζει γὰρ τὸ πολὺ λίαν, καὶ σβέννυσι τὴν θερμότητα τὴν ἐνυπάρχουσαν ἀπὸ τῆς

3. Utrum itaque verum est, an falsum? et si verum, quam ob causam fieret id quod evenit? dicunt enim arbores odoras fieri, in quas cœlestis arcus decubuerit. Itaque nec omnibus arboribus, nec semper id evenire, palam est: etenim sæpe arcus cœlestis constitit quidem, et tamen arbores nihil manifesti habere conspiciuntur, quumque illud locum habet, non in quaque materie fit: nam interdum certe fit: quapropter et referunt. Causa vero per accidens ad arcum referenda est, præsertim siquidem arcus nequaquam natura quædam est, sed visionis refractæ adfectio. Provenit autem odoris ille adfectus, ut dictum jam est, non qualitercumque se materies habeat: neque enim in viridibus arboribus, nec in aridis, sed in incensa materie post aquam, quæ arcui supervenerit, manifestam reddi suavitatem odoris pastores referunt, maximeque ubi aspalathus, aut etiam rhamnus fuerit, et quarum flores suaviter olent. Ratio autem odoris eadem est quæ etiam circa terram obtinet: hæc enim quum percalida et exusta fuerit, quodcumque ediderit, principio bene olet: parca enim humiditate prædita, si quemdam in modum igni exponantur, odorata redduntur: humor enim concoquitur calore: qua de causa totius quoque orbis terrarum quæ solem spectant, odoratiora sunt quam quæ aquilonem, et eorum ipsorum quæ ad ortum vergunt, plus quam quæ ad meridiem, eo quod locus circa Syriam et Arabiam magis terrenus est, Africa vero arenosa siliculosaque: nec enim humorem nimium inesse oportet (concoqui namque nimius non potest), nec nullum: sic enim nullus fit vapor: quod in ea materie solet accidere, quæ et nuper combusta est, et tale habet genus ut secum odoris ferat suavitatem. Quæ quidem res floribus declarari potest: odorem enim in his emittunt. Videtur autem in iis locis fieri in quæ cœlestis arcus incubuerit, quoniam nihil sine aqua effici potest: quum enim materies immaduerit, caloreque insito concoxerit, vaporem intra se ortum emittit. Nec vero aquam multam adesse oportet: eluit enim nimia aquæ copia atque exstinguit calorem quem ignitio intule-

Digitized by Google

πυρώσεως. Τὰ δὲ μετὰ τὴν ἶριν ὕδατα οὐ πολλὰ γίνεται, ἀλλὰ μέτρια, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἐὰν πολλαὶ γίνωνται ἶριδες, οὐ πολὺ γίνεται, ἀλλὰ πολλάκις μέν, ὀλίγον δέ· διὸ εἰκότως τούτου γινομένου, οὐθὲν ἄλλο ὁρῶντες διάφορον πλὴν τὴν ἶριν, ταύτῃ τὴν αἰτίαν προσέθεσαν τῆς εὐωδίας.

rat. Quæ autem aquæ post arcum solent incidere, non multæ, sed pene mediocres adveniunt, et si multi constiterint arcus, aqua non large, sed sæpe quidem, etiamsi parce supervenit: quamobrem non immerito, ubi hoc ita fit, qui rem insignem præter arcum nullam adspicerent, causam odoris illi adtribuere.

4. Διὰ τί τὰ ἄνθη καὶ τὰ θυμιώμενα πόρρωθεν μᾶλλον ἥδιον ὄζει, ἐγγύθεν δὲ τὰ μὲν ποωδέστερον, τὰ δὲ καπνωδέστερον; Ἢ ὅτι ἡ ὀσμὴ θερμότης τίς ἐστι καὶ τὰ εὐώδη θερμά, τὸ δὲ θερμὸν κοῦφον, ὥστε διὰ μὲν τοῦτο πορρωτέρω διιόντων ἀμιγεστέρα γίνεται ἡ ὀσμὴ τῶν συμπαρεπομένων ὀσμῶν ἀπὸ τῶν φύλλων καὶ τοῦ καπνοῦ, ὄντος ὑδατώδους ἀτμοῦ, πλησίον δ' ὄντων τὰ μεμιγμένα αὐτοῖς συνόζει ἐν οἷς ἐστιν;

4. Cur flores et suffimenta suavius e longinquo olent potius, e propinquo autem herbam quidem alia potius redolent, alia vero fumum? An quia calor quidam odor est, odorataque calida sunt, calidum autem leve est, ita ut propter hanc quidem causam, quum longius permeant, odor fiat minus inquinatus ab odoribus concomitantibus qui cum a foliis proveniunt, tum a fumo, quum vapor res aquea sit; at ubi in propinquo sunt, quæ illis admista sunt, una cum iis quibus insunt, redolent?

5. Διὰ τί πάντα μᾶλλον ὄζει κινούμενα; Ἢ ὅτι ἀναπίμπλησι πλείω ἀέρα ἢ ἡσυχάζοντα; Διαπέμπεται οὖν ἡ ὀσμὴ θᾶττον οὕτω πρὸς τὴν αἴσθησιν ἡμῖν.

5. Cur omnia plenius olent, ubi moventur? An quod plus aeris implent quam quiescentia? Itaque ocius hoc modo ad sensum nostrum odor transmittitur.

6. Διὰ τί τοῦ χειμῶνος ἧττον ὀσφραινόμεθα, καὶ ἐν τοῖς πάγεσιν ἥκιστα; Ἢ ὅτι ὁ ἀὴρ ἀκινητότερός ἐστιν ἐν τῷ ψύχει; Οὔκουν ἀφικνεῖται ὁμοίως ἡ κίνησις ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ τὴν ὀσμὴν ἔχοντος διὰ τὴν δυσκινησίαν τῆς ἀπορροῆς καὶ τοῦ ἀέρος ἐν ᾧ ἐστιν.

6. Cur tempore hiberno minus olfacimus, minimeque per gelu? An quod aer per frigus immobilior est? Itaque motus non æque proficiscitur a corpore odorato propter difficilem motum effluvii et aeris cui inest?

7. Διὰ τί δριμύτερον ὄζει τῶν ἀρωμάτων ἐπὶ τέφρας θυμιωμένων ἢ ἐπὶ τοῦ πυρός, καὶ μᾶλλον καὶ πλείω χρόνον τὴν αὐτῶν ὀσμὴν ἔχει ἐπὶ τῆς τέφρας θυμιώμενα; Ἢ ὅτι ἀπεπτοτέρα ἐστὶν ἡ ὀσμὴ ἐπὶ τῆς τέφρας· διὸ καὶ πλείων· τὸ δὲ πῦρ ταχὺ πέττον αὐτῶν τὴν δύναμιν, ἀλλοιοῖ τὴν ὀσμήν; ἡ γὰρ πέψις ἀλλοίωσίς ἐστι τοῦ πεττομένου.

7. Cur acrius aromata olent cinere suffita quam igne, et plenius ac diutius suum servant odorem, ubi cinere suffiuntur? An quod in cinere minus concoquitur odor: quapropter et plenior est; ignis autem, quod celeriter vires eorum concoquit, odorem commutat? concoctio enim rei concoquendæ commutatio est.

8. Διὰ τί ἥδιον ὄζει τῶν ῥόδων ὧν ὁ ὀμφαλὸς τραχύς ἐστιν ἢ ὧν λεῖος; Ἢ ὅτι μᾶλλον ὄζει ἡδὺ ὅσα τὴν φύσιν ἀπείληφε τὴν αὐτῶν, ἀκανθῶδες δὲ φύσει τὸ ῥόδον ἐστίν; διὸ μᾶλλον ἔχον τὰ κατὰ φύσιν ἥδιστα ὄζει.

8. Cur rosæ suavius olent, quibus umbilicus asper, quam quibus lævis est? An quod suavius olent quæ suam naturam consecuta sunt; rosa autem spinosa natura est? Ergo suavissime olet, quum potissimum suam naturam adsecuta est.

9. Διὰ τί αἱ ὀσμαὶ ἐγγύθεν ἧττον εὐώδεις καὶ θυμιαμάτων καὶ ἀνθῶν; Ἢ ὅτι πλησίον μὲν συναποφέρεται τὸ γεῶδες, ὥστε κεραννύμενον ἀσθενεστέραν ποιεῖ τὴν δύναμιν, εἰς δὲ τὸ πόρρω καταφέρεται ἡ ὀδμή; Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τριφθέντα τὰ ἄνθη ἀπόλλυσι τὴν ὀσμήν.

9. Cur odores e proximo minus suaves, tam suffimentorum quam florum? An quod prope quidem portio terrena una cum odore avolat, ita ut admistione sua vim hebetet, in longinquum vero defertur odor? Hinc etiam flores contriti odorem amittunt.

10. Πότερον αἱ ὀσμαὶ καπνός, ἢ ἀήρ, ἢ ἀτμίς; διαφέρει γάρ, ᾗ τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πυρός, τὸ δὲ καὶ ἄνευ τούτου γίνεται. Καὶ πότερον ἀπὸ τῆς αἰσθήσεώς τι πρὸς ἐκεῖνα, ἢ ἀπ' ἐκείνων πρὸς τὴν αἴσθησιν ἀφικνεῖται, ἀεὶ κινοῦν τὸν πλησίον ἀέρα; Καὶ εἰ ἀπ' ἐκείνων ἀπορρεῖ, ἔδει ἔλαττον γίνεσθαι, καίτοι τὰ εὐωδέστατα ὁρῶμεν μάλιστα διαμένοντα.

10. Utrum odores fumus sunt, an aer, an vapor? hæc enim inter se differunt, qua alterum quidem ab igne, alterum vero et sine igne fit. Et utrum a sensu aliquid in res odoratas proficiscitur, an ab illis in sensum, semper aera proximum movens? Atque si ab illis aliquid efflueret, minora reddi oporteret, etiamsi quæ odoratissima sunt, potissimum videmus edurare.

11. Διὰ τί δριμύτερον ὄζει μᾶλλον τῶν ἀρωμάτων ἐπὶ τέφρας θυμιωμένων ἢ ἐπὶ τοῦ πυρός; Ἢ διότι

11. Cur aromata cinere suffita acrius olent quam igne? An quod in cinere minus concoquitur odor? quapropter

www.tiqool.com.cn

Digitized by Google

ἀπεπτοτέρα ἡ ὀσμὴ ἐπὶ τῆς τέφρας; διὸ καὶ πλείων. Πολὺ οὖν καὶ τοῦ γεώδους συναναθυμιᾶται καὶ γίνεται καπνός· τὸ δὲ πῦρ φθάνει ἐκκαῖον τὸ γεῶδες αὐτῶν, ὥσθ' ἡ ὀσμὴ καθαρωτέρα καὶ εἰλικρινὴς ἀφικνεῖται ἄνευ τοῦ καπνοῦ· διὸ καὶ τριβόμενα ἧττον εὐώδη τὰ ἄνθη· τὸ γὰρ γεῶδες καὶ ἡ τρῖψις κινεῖ, καὶ ἡ βραδεῖα θερμότης οὐ φθείρει.

et copiosior est. Multum ergo partis quoque terrenæ exhalatur una fumusque redditur; at ignis terrenum eorum ante exurit, ita ut odor purior ac sincerus sine fumo adveniat: unde etiam flores triti minus suave olent: partem enim terrenam ut contritus movet, sic lentus calor non destruit.

12. Διὰ τί τὰ εὐώδη οὐρητικά, καὶ σπέρματα καὶ φυτά; Ἢ ὅτι θερμὰ καὶ λεπτά, τὰ δὲ τοιαῦτα οὐρητικά; ταχὺ γὰρ λεπτύνει ἡ ἐνοῦσα θερμότης, καὶ ἡ ὀσμὴ οὐ σωματώδης, ἐπεὶ καὶ τὰ μὴ εὐώδη, οἷον σκόροδα, διὰ τὴν θερμότητα οὐρητικά, μᾶλλον μέντοι τηκτικά. Θερμὰ δὲ τὰ εὐώδη σπέρματα, διότι ὅλως ἡ ὀσμὴ διὰ θερμότητα γίνεται. Ἀλλὰ τὰ δυσώδη ἄπεπτά ἐστιν· δεῖ δὲ μὴ μόνον θερμὰ εἶναι, ἀλλὰ καὶ εὔπεπτα, εἰ ἔσται οὐρητικά, ὅπως συγκατιόντα λεπτύνῃ τὰ ὑγρά.

12. Cur odorata, tam semina quam plantæ, urinam cient? An quod calida et tenuia sunt, hujusmodi autem res urinam citant? celeriter enim calor inditus extenuat, nec odor aliqua corpulentia præditus est: nam et quæ non bene olent, velut allia, vi sui caloris urinam movent, attamen potius vim liquefaciendi obtinent. Calida vero semina quæ bene olent, ideo sunt, quod odor omnino calore efficitur. Sed fœtida concoctu difficilia; nec solum calida, verum etiam concoctu facilia esse debent, quæ provocatura sunt urinam, ut una descendendo humores adtenuent.

13. Διὰ τί ποτε οἱ κεκραμένοι τῶν οἴνων θᾶττον τῶν ἀκράτων ὄζουσιν; Ἢ ὅτι ὁ κεκραμένος ἀσθενέστερος τοῦ ἀκράτου ἐστί, τὸ δ' ἀσθενέστερον ὑπὸ πάντων ἐξίσταται τοῦ ἰσχυροτέρου; Εἶτα ὁ κεκραμένος ἐστὶν εὐπετέστερος τοῦ ἀκράτου· εὐπετέστερον δ' ἐστὶν ὑπάρξαι ᾧτινιοῦν, καὶ ἐκλαβεῖν τι τῶν μὴ ὑπαρχόντων. Ὁ μὲν οὖν ἄκρατος ὀσμώδης ἐστίν, ὁ δὲ κεκραμένος ἄνοσμος.

13. Cur tandem vina diluta olent citius quam mera? An quod dilutum imbecillius mero est; quod autem imbecillius est, a quacumque re expellitur e validiori? Tum etiam vinum dilutum facilius est quam merum; facilitas autem rerum eo constat ut tum alii rei cuicumque insint, tum sibi adsciscant aliquam earum quæ non insunt. Merum itaque odorum, dilutum vero inodorum est.

ΤΜΗΜΑ ΙΓ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΑ ΔΥΣΩΔΗ.

SECTIO XIII.

QUÆ AD RES MALE OLIDAS PERTINENT.

1. Διὰ τί τὸ μὲν οὖρον, ὅσῳ ἂν χρονίζηται ἐν τῷ σώματι, δυσωδέστερον γίνεται, ἡ δὲ κόπρος ἧττον; Ἢ ὅτι ἡ μὲν ξηραίνεται μᾶλλον χρονιζομένη (τὸ δὲ ξηρὸν ἀσηπτότερον), τὸ δ' οὖρον παχύνεται, πρόσφατόν τ' ὂν ὁμοιότερον τῷ ἐξ ἀρχῆς ἐστι πόματι;

1. Cur urina quidem, quo diutius in corpore manserit, eo fœtidior fit; stercus autem minus? An quod stercus quidem remanens siccatur potius; quod autem siccum est, minus putredini patet; urina contra crassescit, recensque ubi est, potioni pristinæ similior est?

2. Διὰ τί τὰ δυσώδη τοῖς ἐδηδοκόσιν οὐ δοκεῖ ὄζειν; Ἢ διὰ τὸ συντετρῆσθαι τὴν ὄσφρησιν τῷ στόματι κατὰ τὸν οὐρανὸν πλήρης ἡ αἴσθησις γίνεται ταχύ, καὶ τῆς τε ἔσω οὐκέθ' ὁμοίως αἰσθάνεται (τὸ γὰρ πρῶτον αἰσθάνονται πάντες, ὅταν δ' ἄψωνται, οὐκέτι, ὥσπερ συμφυοῦς), καὶ ἡ ἔξωθεν ἡ ὁμοία ἀφανίζεται ὑπὸ τῆς ἔσω;

2. Cur male olida his non olere videntur qui illa ederunt? An quod olfactus ad os perforatus est in palato, idcirco sensus propere impletur, interioremque odorem non æque amplius percipit (principio enim omnes sentiunt; ubi autem tetigerint, non amplius, quasi jam agnatum esset), similisque exterior delitescit obtentu interioris?

3. Διὰ τί τριβόμενα τὰ ἄνθη δυσωδέστερα; Ἢ διότι συμμίγνυται τῇ ὀσμῇ τὸ γεῶδες τὸ ἐν τῷ ἄνθει;

3. Cur flores contriti deterius olent? An quod pars terrena quæ flori inest, odori sese permiscet?

4. Διὰ τί τῶν μὲν ζώων οὐθὲν εὐῶδές ἐστιν ἔξω τῆς παρδάλεως (αὕτη δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς θηρίοις· φασὶ γὰρ αὐτῆς τὰ θηρία ἡδέως ὀσμᾶσθαι), φθειρόμενα δὲ καὶ δυσώδη ἐστί, τῶν δὲ φυτῶν πολλὰ καὶ φθειρόμενα καὶ αὐαινόμενα ἔτι μᾶλλον εὐώδη γίνεται; Πότερον ὅτι τῆς δυσωδίας αἴτιον ἀπεψία τις περιττώματος; διὸ καὶ οἱ ἱδρῶτες ἐνίοις καὶ ἐνίοτε τοιοῦτοί εἰσι, μάλιστα

4. Cur animantium quidem nullum suaviter olet, excepta pardali (hæc autem vel ipsis bestiis: ferunt enim hujus odorem ab iis cum voluptate respirari), imo pereuntia vel male olent; stirpium autem multæ, ubi corrumpuntur et arescunt, adhuc suaviorem adquirunt odorem? Utrum quod mali odoris causa cruditas quædam excrementi est? quamobrem sudores etiam aliquibus atque

www.tibtool.com.cn

Digitized by Google

δὲ οἷς μὴ ἀεὶ τοιοῦτοι ἐκ τῶν νόσων γίνονται. Καὶ αἱ φῦσαι δὲ καὶ οἱ ἐρυγμοὶ οἱ τῶν ἀπέπτων δυσώδεις εἰσίν. Τὸ αὐτὸ δ' αἴτιον καὶ τοῦ ἐν ταῖς σαρξὶ καὶ τῷ ἀνάλογον· λέγω δ' ἀνάλογον τὸ ἀντὶ σαρκὸς τοῖς ἄλλοις ἐνυπάρχον ζῴοις· ἔστι γὰρ καὶ ἐνταῦθα περίττωμα ἐνίοις ἄπεπτον. Τοῦτο οὖν ζώντων αἴτιον τῆς δυσωδίας ἐστὶ καὶ φθειρομένων σηπόμενον· διὸ καὶ τὰ πίονα καὶ ὀστᾶ καὶ τρίχες οὐ δυσώδη ἐστίν, ὅτι τὰ μὲν πέττεται, τὰ δ' οὐκ ἔχει ὑγρότητα. Τοῖς δὲ φυτοῖς οὐκ ἐνι περίττωμα. *Ἢ ἔστι μέν τι καὶ τούτοις, ἀλλ' ὅτι ξηρὰ καὶ θερμὰ τὰ φυτὰ τὴν φύσιν ἐστίν, ὥστ' εὐπεπτοτέρα ἡ ἰκμὰς καὶ οὐ πηλώδης ἐστὶν αὐτῶν; Δηλοῖ δὲ καὶ τῆς γῆς ἡ ἐν τοῖς θερμοῖς εὐώδης οὖσα, Συρία καὶ Ἀραβία, καὶ τὰ εὐώδη τάχεῖθεν, ὅτι ξηρὰ καὶ θερμά ἐστι, τὰ δὲ τοιαῦτα ἄσηπτα. Τὰ δὲ ζῷα οὐ τοιαῦτά ἐστι καὶ θερμά, ὥσθ' αἵ τε περιττώσεις ἄπεπτοι καὶ δυσώδεις αὐτῶν εἰσι, καὶ διαφυσήσεις ὁμοίως. Καὶ διαφθειρομένων σήπεται ἡ ὑγρότης, τῶν δ' οὔ· οὐ γὰρ ἔχουσιν.

aliquando ita olent, sed maxime quibus non semper tales sunt, e morbis ejusmodi fiunt. Et flatus etiam ructusque crudorum male olent. Eadem quoque causa est mali odoris carnibus proprii, vel parti his proportione respondenti; adpello autem proportione respondentem quæ carnis locum tenet apud reliqua animalia: nam excrementum crudum vel huic apud quædam inest. Hoc igitur et vivis causa fœdi halitus est, et mortuis, ubi putrescit: quamobrem pinguia, ossa et pili fœdum numquam reddunt odorem, quod illa quidem concoquuntur, hæc vero humore vacant. At plantæ nullum intra se continent excrementum. An etiam plantis revera aliquid inest, sed quia siccæ et calidæ sunt natura, ita ut vapor earum concoctu facilior, nec lutulentus sit, [non male olent]? Probatur hoc et eo quod orbis terrarum pars quæ calido sita loco est, ut Syria, ut Arabia, suaviter olet, et plantæ ibi reperiuntur odoratæ, quia siccæ et calidæ sunt; nullam autem putredinem sentiunt quæ hujusmodi sunt. At animalia talia non sunt, etiamsi calida, ita ut excrementa eorum cruda fœtidaque sint, flatusque itidem. Mortuis quoque animantibus humor putrescit, plantis vero non, quippe quum humore careant.

5. Διὰ τί τὰ δυσώδη θερμὰ ὄντα μᾶλλον δυσώδη ἐστὶν ἢ ἐψυγμένα; *Ἢ ὅτι ἐστὶν ἡ ὀσμὴ ἀτμὸς καὶ ἀπορροή τις; *Ὅ τ' οὖν ἀτμὸς ὑπὸ θερμοῦ γίνεται καὶ ἡ ἀπορροή· κίνησις γάρ τίς ἐστι, τὸ δὲ θερμὸν κινητικόν, τὸ δὲ ψυχρὸν τοὐναντίον στατικὸν καὶ συσταλτικὸν καὶ φορὸν δὲ κάτω. Τὸ δὲ θερμὸν καὶ αἱ ὀσμαὶ πᾶσαι ἀνωφερεῖς διὰ τὸ ἐν ἀέρι τ' εἶναι καὶ τὸ αἰσθητήριον αὐτῶν ἄνω εἶναι, μὴ κάτω· πρὸς γὰρ ἐγκέφαλον περαίνουσα ἡ ὀσμὴ αἴσθησιν ποιεῖ.

5. Quam ob causam res male olidæ gravius olent, ubi calent, quam ubi refrigeratæ sunt? An quod odor vapor quidam et effluvium est? Vapor itaque et effluvium calore exsistunt: motus etenim quidam sunt, calor autem movendi vim obtinet, frigus contra efficit ut res consistant et contrahantur, deorsumque ferantur. Calor autem odoresque omnes sursum feruntur, tum quia in aere sunt, tum quia sensorium eorum supra, non infra habetur, quippe quum odor ad cerebrum penetrans moveat sensum.

6. Διὰ τί, ἐάν τις σκόροδα φάγῃ, τὸ οὖρον ὄζει, ἄλλων δ' ἐχόντων ἰσχυρὰν ὀσμὴν οὐκ ὄζει ἐδεσθέντων; Πότερον, ὥσπερ τινὲς τῶν ἡρακλειτιζόντων φασίν, ὅτι ἀναθυμιᾶται, ὥσπερ ἐν τῷ ὅλῳ, καὶ ἐν τῷ σώματι, εἶτα πάλιν ψυχθὲν συνίσταται ἐκεῖ μὲν ὑγρόν, ἐνταῦθα δ' οὖρον, ἡ ἐκ τῆς τροφῆς ἀναθυμίασις, ἐξ οὗ ἐγένετο αὕτη συμμιγνυμένη, ποιεῖ τὴν ὀσμήν; αὕτη γάρ ἐστιν, ὅταν μεταβάλλῃ. *Ἢ ἔδει καὶ τὰ ἄλλα τοῦτο ποιεῖν, ὅσα ἰσχυρὰς ὀσμὰς ἔχει; νῦν δ' οὐ ποιεῖ. *Ἔτι συγκρινόμενα ἐκ τῆς ἀτμίδος οὐκ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἔρχεται, οἷον οἶνος ἐξ οἴνου, ἀλλ' οὐχ ὕδωρ, ὥστε καὶ τοῦτο ψεῦδος. Ἀλλ' ὅτι μόνον φυσητικὸν τῆς κάτω κοιλίας τῶν ὀσμὴν ἐχόντων ἰσχυρὰν ἅμα καὶ οὐρητικήν, τὰ δ' ἄλλα ἄνω ποιεῖ, οἷον ἡ ῥάφανος, καὶ τὰ πνεύματα, ἢ οὐκ οὐρητικά. Κάτω δὲ τρία ὑπάρχει ταῦτα· καὶ γὰρ οὐρητικόν, καὶ πνεῦμα ποιεῖ, καὶ τοῦτο κάτω. *Ὁ δὲ τόπος ὁ περὶς τὰ αἰδοῖα καὶ τὴν κύστιν τῶν τοιούτων ἀπολαύει διὰ τὴν γειτνίασιν, καὶ ὅτι πνευματικός ἐστιν· δηλοῖ δ' ἡ συντονία τοῦ αἰδοίου. Δῆλον οὖν ὅτι ἀφικνεῖται τὸ περίττωμα εἰς τὴν κύστιν αὐτοῦ μάλιστα τῶν τοιούτων ἅμα τῷ πνεύματι, ὃ μιγνύμενον ποιεῖ τοῦ οὔρου τὴν ὀσμήν.

6. Cur si quis allia ederit, urina redolet allium; si vero aliis rebus odore vehementi præditis vescatur, urina non olet? Utrum, ut quidam Heracliti sectatores perhibent, quod sicut in universo, ita etiam in corpore nostro fit exhalatio, deinde post refrigerationem denuo concrescit illic quidem in humorem, hic vero in urinam, exhalatio alimenti, ubi admiscetur ei ipsi unde prodierat, odori ansam dat? hæc enim exhalatio odor est, ubi immutatur. An cetera quoque idem facere deberent, quæ vehementem spirant odorem? nunc autem non faciunt. Ad hæc quæ e vapore concrescunt, non ad statum pristinum redeunt, ita ut verbi causa e vino vinum, sed non aqua fiat, ita ut hoc quoque falsum sit. Verum quia allium solum ex rebus odore vehementi simul ac urinam cienti præditis ventrem inferiorem inflat, [urinæ odorem indit]: cetera enim vel superne quoque flatus faciunt, ut radicula, vel urinam non citant. Tria nimirum hæc ei insunt quæ deorsum agunt: urinam, inquam, ciet, flatus excitat, idque deorsum. Locus autem circa genitalia et vesicam hujusmodi res sibi adsciscit, tum propter vicinitatem, tum quia spiritualis est, quod veretri intentione demonstratur. Constat igitur, excrementum allii omnium maxime hujuscemodi rerum una cum spiritu ad vesicam devenire, quod admistione sua odorem urinæ efficit.

7. Διὰ τί τὰ στόματα μηδὲν ἐδηδοκότων, ἀλλὰ νηστευσάντων ὄζει μᾶλλον (ὃ καλεῖται νηστείας ὄζειν),

7. Quam ob causam ora hominum, quum nihil ederint, sed jejunarint, gravius olent (quod jejunium olere dicunt),

Digitized by Google

φαγόντων δ' οὐκέτι, ὅτε ἕδει μᾶλλον; Ἢ ὅτι κινουμένης τῆς κοιλίας θερμότερος ὁ ἀὴρ γινόμενος διὰ τὴν ἀκινησίαν σήπει τὸ πνεῦμα καὶ τὰ φλεγματώδη περιττώματα (ὅτι δὲ θερμότερος γίνεται, σημεῖον ὅτι καὶ δίψαν ποιεῖ ἡ νηστεία μᾶλλον)· φαγόντων δὲ διὰ τὸ ἐλάττων εἶναι ἡ ὀσμὴ τῆς τῶν σιτίων παύεται; κρατεῖ γὰρ τῆς θερμότητος ἡ τῶν σιτίων θερμότης, ὥστε μηθὲν πάσχειν.

quum vero ederint, non amplius, quo tempore tamen magis olere deberent? An quod ventre inani aer incalescens spiritum excrementaque pituitosa propter immobilitatem putrefacit (calidiorem autem effici, argumentum est quod vel sitim potius parit jejunium); at ubi ederimus, cessat odor ille, quia minor est odore ciborum? calor enim ciborum calorem illum superat, ita ut nihil patiatur os.

8. Διὰ τί ἡ μασχάλη δυσωδέστατον τῶν τόπων; Πότερον ὅτι ἀπνούστατός ἐστιν, ἔστι δ' ἡ δυσωδία ἐν τοῖς τοιούτοις μάλιστα διὰ τὸ σῆψιν γίνεσθαι ὑπὸ τῆς ἡσυχίας τῆς ὑγρότητος; Ἢ διότι ἀκίνητος καὶ ἀγύμναστος;

8. Cur ala omnium locorum pessime olet? Utrum quod omnium minime flatui patet? malus enim odor locis hujusmodi contrahi maxime solet, quoniam putredo quiete humoris consistit. An ideo quod motu exercitationeque caret?

9. Διὰ τί οἱ τοῦ γράσου ὄζοντες, ὅταν ἀλείφωνται μύρῳ, δυσωδέστεροι γίνονται; Ἢ διότι τοῦτο ἐπὶ πολλῶν γίνεται, οἷον ὀξὺ καὶ γλυκὺ συμμιχθὲν τὸ ὅλον γλυκύτερον ἐγένετο; Εἶτα ἱδρώσαντες πάντες δυσωδέστεροί εἰσι, τὸ δὲ μύρον θερμαντικόν ἐστιν· ἱδρῶτας οὖν παρασκευάζει.

9. Cur qui hircum redolent, fœdiorem contrahunt odorem, ubi se unguento inunxerint? An quia hoc in multis rebus adcidere solet, velut ubi acido dulce commistum est, universa mistura inde redundans dulcior est? Tum etiam omnes, postquam sudarunt, gravius olent; unguentum autem concalfaciendi vim habet: itaque sudores provocat.

10. Διὰ τί τῶν ἐγκύρτων καὶ κυφοτέρων δυσοσμοτέρα καὶ βαρυτέρα ἡ ὀσμὴ τοῦ πνεύματος; Ἢ διότι συγκέκλεισταί ὁ τόπος ὁ περὶ τὸν πνεύμονα καὶ ἀνέσπασται ἐκ τῆς εὐθυωρίας, ὥστ' οὐκ εὔπνους, ἀλλὰ σήπεται ἡ ἰκμὰς καὶ τὸ πνεῦμα μᾶλλον εἴσω ἐγκατακλειόμενον;

10. Cur incurvorum gibborumque halitus odor fœtidior ac gravior est? An quod locus circa pulmonem conclusus et a recto tramite retractus est, ita ut spiritui non pateat, sed vapor ac spiritus intus interclusus putrescant amplius?

11. Διὰ τί τὰ πολλὰ τῶν μύρων συνεξιδρῶσαι δυσώδη, ἕνια δ' ἡδίω, ἢ οὐ χείρω; Ἢ ὅσα μὲν τῇ κινήσει ἢ τῇ τρίψει μεταβάλλοντα, χείρω τὰ τοιαῦτα, ὅσα δὲ μή, τοὐναντίον; ἔστι δ' ἕνια τοιαῦτα, ὥσπερ καὶ τῶν ὀνθῶν, ἐξ ὧν γίνονται αἱ εὐωδίαι, τὰ μὲν τριβόμενα ἢ θερμαινόμενα ἢ ξηραινόμενα φαῦλα, οἷον τὰ λευκόϊα, τὰ δ' ὅμοια, οἷον τὰ ῥόδα. Καὶ τῶν μύρων δὴ ὅσα ἐκ τοιούτων ἐστί, μεταβάλλει, τὰ δ' οὔ· διὸ τὸ ῥόδινον ἥκιστα. Καὶ δυσώδη δὲ φαίνεται μᾶλλον, ὅσων οἱ ἱδρῶτες δυσώδεις, καὶ διὰ τὸ μίγνυσθαι τῷ ἐναντίῳ, ὥσπερ τὸ μέλι μετὰ τοῦ ἁλὸς οὐ μᾶλλον γλυκύ, ἀλλ' ἧττον.

11. Cur unguentorum major pars, ubi una cum sudore expelluntur, male olet, aliqua tamen suaviora redduntur, aut non deteriora? An quæ motu, vel tritu commutantur, hæc deteriora sunt; quæ autem non, his contrarium evenit? nonnulla enim hujus generis effluvia, quomodo etiam florum quibus odores conficimus, partim quidem contrita, vel concalfacta, vel desiccata prava sunt, ut violæ albæ, alia vero sibi similia manent, ut rosæ. Et unguenta igitur quæ ex floribus hujusmodi proveniunt, commutantur utique; alia vero non: unde rosaceum commutatur minime. Et quidem gravius redolere videntur apud homines quorumcumque sudores male olent, vel quoniam rei sibi contrariæ se permiscent, ut mel cum sale mixtus non magis, sed minus dulce redditur.

12. Διὰ τί πάντα μᾶλλον ὄζει κινούμενα; Ἢ διότι ἀναπίμπλησι τὸν ἀέρα; Διαπέμπεται οὖν θᾶττον ἡ ὀσμὴ πρὸς τὴν αἴσθησιν.

12. Cur omnia plenius olent, ubi moventur? An quod aera implent? Itaque odor citius ad sensum transmittitur.

ΤΜΗΜΑ ΙΔ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΚΡΑΣΕΙΣ.

SECTIO XIV.

QUÆ AD [REGIONUM] HABITUS PERTINENT.

1. Διὰ τί θηριώδεις τὰ ἤθη καὶ τὰς ὄψεις οἱ ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς ὄντες ἢ ψύχους, ἢ καύματος; Ἢ διὰ τὸ αὐτό; ἡ γὰρ ἀρίστη κρᾶσις καὶ τῇ διανοίᾳ συμφέρει, αἱ δ' ὑπερβολαὶ ἐξιστᾶσι, καὶ ὥσπερ τὸ σῶμα διαστρέφουσιν, οὕτω καὶ τὴν τῆς διανοίας κρᾶσιν.

1. Cur efferis et moribus et adspectibus sunt qui in nimio vel frigore, vel æstu colunt? An eadem causa est? optima enim temperies etiam intelligentiæ prodest, excessus autem mentem perturbant, et ut corpus distorquent, sic etiam mentis temperamentum.

www.tbiooi.com.cn

Digitized by Google

2. Διὰ τί ἐν τῷ Πόντῳ ὁ σῖτος ἑαθεὶς ἐν τῷ ψύχει πολλὰ ἔτη γίνεται ἄκοπος; Ἢ ὅτι ἐξικμάζεται τὸ ἀλλότριον ὑγρὸν μετὰ τοῦ θερμοῦ, ὥσπερ ἐν ταῖς σταφυλαῖς; ἔνια μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, ἔνια δ' ἅμα τῷ θερμῷ.

2. Cur frumentum in Ponto in frigore per multos annos repositum corruptionis fit expers? An propterea quia humor alienus una cum calore exhauritur, ut in uvis? alia enim frigore, alia vero una cum calore exhauriuntur.

3. Διὰ τί ἐν τῇ ψυχροτάτῃ χώρᾳ οἱ καῦσοι μᾶλλον γίνονται; Ἢ διότι ἀντιπεριίστησι τὸ ψῦχος εἴσω τὴν θερμότητα, ἐν δὲ τῷ θέρει τοὐναντίον συμβαίνει, τὰ εἴσω ψυχρότερα; ὁ δὲ καῦσος πυρετὸς τῶν ἔξω κατεψυγμένων τὰ ἔσω θερμότητι ὑπερβάλλει.

3. Cur potius in frigidissimis regionibus febres ardentes fiunt? An quod frigus calorem intus circumobsistit, cujus rei contrarium æstivo tempore fit, partes nempe ut internæ frigidiores sint? febris enim ardens partibus refrigeratis exterioribus internarum calore excellit.

4. Διὰ τί οἱ Αἰθίοπες καὶ οἱ Αἰγύπτιοι βλαισοί εἰσιν; Ἢ διότι ὑπὸ θερμοῦ, ὥσπερ καὶ τὰ ξύλα διαστρέφεται ξηραινόμενα, οὕτω καὶ τὰ τῶν ζῴων σώματα; Δηλοῦσι δὲ καὶ αἱ τρίχες· οὐλοτέρας γὰρ ἔχουσιν, ἡ δ' οὐλότης ἐστὶν ὥσπερ βλαισότης τῶν τριχῶν.

4. Cur blæsi Æthiopes sunt et Ægyptii? An quoniam calore, quemadmodum ligna siccata distorquentur, ita etiam corpora animantium? Quod etiam pili declarant: crispiores enim habent, crispitudo autem veluti pilorum blæsitas est.

5. Διὰ τί ἐν τοῖς νοτίοις μᾶλλον θηλυτοκοῦσιν αἱ ὀχεῖαι; Ἢ ὅτι τὸ πλεῖον ὑγρὸν βραδύτερον παχύνεται, ἐν δὲ τοῖς νοτίοις διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς κράσεως ὑγρότερον τὸ σπέρμα γίνεται;

5. Cur in austrinis initus feminam potius generant? An quod largior humor tardius crassescit, in austrinis autem humiditas temperamenti facit ut semen reddatur humidius?

6. Διὰ τί ἐν τοῖς ἑλώδεσι τὰ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ ἕλκη ταχὺ ὑγιάζεται, τὰ δ' ἐν ταῖς κνήμαις μόλις; Ἢ ὅτι βαρεῖα ἡ ὑγρότης διὰ τὸ γεώδης εἶναι, τὰ δὲ βαρέα εἰς τὸ κάτω ὑποχωρεῖ; Τὰ μὲν οὖν ἄνω εὔπεπτα διὰ τὸ ὑποχεχωρηκέναι εἰς τὸ κάτω, τὰ δὲ κάτω πολλῆς γέμει τῆς περιττώσεως καὶ εὐσήπτου.

6. Cur locis palustribus capitis quidem ulcera sanantur celeriter, crurum autem ægre? An quod humor est gravis, quia terrenus est; omne autem grave deorsum subit? Ergo partes superiores quidem rite concoctæ sunt, quoniam humor deorsum subiit; inferiores autem multo excremento putrefactuque facili redundant.

7. Διὰ τί οἱ μὲν ἐν τοῖς εὐπνόοις τόποις βραδέως γηράσκουσιν, οἱ δ' ἐν τοῖς κοίλοις καὶ ἑλώδεσι ταχέως; Ἢ τὸ γῆρας σηπεδών τίς ἐστι, σήπεται δὲ τὸ ἠρεμοῦν, τὸ δ' ἐν κινήσει ὂν ἢ ὅλως ἀσαπές, ἢ ἧττον τοῦτο πάσχει, οἷον τὸ ὕδωρ; Ἐν μὲν οὖν τοῖς ὑψηλοῖς διὰ τὴν εὐπνοιαν ὁ ἀὴρ ἐν κινήσει ἐστίν, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις μένει. Ἔτι δ' ἐκεῖ μὲν διὰ τὴν κίνησιν ἀεὶ καθαρὸς ὁ ἀὴρ καὶ ἕτερος γίνεται, ἐν δὲ τοῖς ἑλώδεσι μένει.

7. Cur qui loca flatibus pervia colunt, tardius senescunt, qui autem cava et palustria, ocius? An senectus quædam putredo est, putret autem quod quiescit; quod vero movetur, aut minus ita adficitur, ut aqua, aut putredinis plane expers est? Igitur in locis editis quidem aer agitatur, quippe flatibus patens, in cavis vero manet immotus. Ad hæc illic quidem purus ac diversus adsidue propter agitationem fit aer, in palustribus vero restat.

8. Διὰ τί οἱ μὲν ἐν τοῖς θερμοῖς τόποις δειλοί εἰσιν, οἱ δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς ἀνδρεῖοι; Ἢ ὅτι ἐναντίως τοῖς τόποις καὶ ταῖς ὥραις ἡ φύσις ἔχει, διὰ τὸ ὁμοίως ἐχόντων ἀνάγκη διακαίεσθαι ταχέως· ἀνδρεῖοι δ' εἰσὶν οἱ τὴν φύσιν θερμοί, δειλοὶ δ' οἱ κατεψυγμένοι; Συμβαίνει δὲ τοὺς μὲν ἐν τοῖς θερμοῖς ὄντας κατεψῦχθαι, τοὺς δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς ἐκτεθερμάνθαι τὴν φύσιν· μεγάλοι δ' ἄμφω εἰσίν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ψυχροῖς διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς σύμφυτον θερμότητα, οἱ δ' ἐν τοῖς θερμοῖς διὰ τὴν ἐν τῷ τόπῳ· ἐν γὰρ τοῖς θερμοῖς καὶ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ αὐξάνονται, τὸ δὲ ψῦχος πιλητικόν ἐστιν. Ἅτε οὖν τῶν μὲν ἐν αὐτοῖς ἐχόντων τὴν ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως σφοδράν, τῶν δ' οὐ κωλυομένων ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψυχρότητος, εἰκότως ἐπὶ πολὺ τὴν αὔξησιν ἐπιδέχονται· οἱ δὲ περὶ ἡμᾶς ἧττον διὰ τὸ ἐλάττω τ' ἔχειν τὴν ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἐν τοῖς ψυχροῖς συμπιλεῖσθαι.

8. Cur ignavi quidem sunt qui loca calida incolunt, fortes vero, qui frigida? An quod natura contra quam loca et tempestates se habet, quoniam si eodem modo se haberet, necesse esset ut cito exurerentur; sunt autem fortes qui calidi sunt natura, ignavi vero qui refrigerati? Adcidit autem ut qui calida quidem loca inhabitant, refrigerati sint, qui vero frigida, naturaliter concalefacti; utrique tamen grandes sunt, frigidarum quidem regionum incolæ propter insitum calorem quem continent, calidarum vero propter regionis, quippe quum in calidis et a calore augentur, dum frigus vim constipandi habet. Quum igitur illi quidem principium intra se vehemens augendi obtineant, hi vero externo frigore non impediantur, merito utrique plenius recipiunt incrementum; at homines nostræ regionis minus, cum quia principium intra se minus continent, tum quia frigidarum regionum incolæ constipantur.

www.histoi.com.cn

Digitized by Google

9. Διὰ τί μακρόβιοι μᾶλλόν εἰσιν οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς τόποις οἰκοῦντες; Ἢ διὰ τὸ ξηροτέραν ἔχειν τὴν φύσιν, τὸ δὲ ξηρότερον ἀσαπέστερον εἶναι καὶ πολυχρονιώτερον, τὸν δὲ θάνατον οἷον σῆψίν τινα εἶναι; Ἢ διότι ὁ μὲν θάνατός ἐστι ψῦξις τοῦ ἐντὸς θερμοῦ, καταψύχεται δὲ πᾶν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος καὶ ψυχροτέρου; ἔστι δ' ὁ περιέχων ἀὴρ ἐν μὲν τοῖς ἀλεεινοῖς τόποις θερμός, ἐν δὲ τοῖς ψυχροῖς ψυχρός, ὥστε θᾶττον καὶ μᾶλλον φθείρει τὸ ἐν αὐτοῖς θερμόν.

9. Cur diutius vivunt qui loca calida incolunt? An quia natura sunt sicciori, quod vero siccius est, putredini minus patet ac diutius durat; mors autem quasi putredo quaedam est? An quod mors quidem caloris interioris refrigeratio est, refrigerantur autem omnia a re ambienti, si frigidior est? aer enim ambiens in aestuosis quidem locis calet, in frigidis vero friget, ita ut calorem quem continet, ocius magisque corrumpat.

10. Διὰ τί οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς τόποις μακροβιώτεροι; Ἢ ὅτι μᾶλλον τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρὸν σώζουσιν; ὁ γὰρ θάνατος ἡ τούτων φθορά.

10. Quam ob causam qui calida loca habitant, vivunt diutius? An quod calorem humoremque amplius servant? harum enim rerum interitus mors est.

11. Διὰ τί ἐν τοῖς ἑλώδεσι τόποις ὑπνωδέστεροι γινόμεθα; Ἢ διότι κατεψυγμένοι μᾶλλον ἐν αὐτοῖς ἐσμεν, ἡ δὲ κατάψυξις ἡσυχία τις οὖσα παρασκευάζει ὕπνον, ὁ δ' ὕπνος ἐν τῷ ἡσυχάζειν παραγίνεται;

11. Cur locis palustribus efficimur somnolentiores? An quod magis in iis refrigerati sumus, refrigeratio autem quum requies quaedam sit, somnum nobis conciliat, isque inter quiescendum supervenit?

12. Διὰ τί οἱ ἐν τοῖς πλοίοις εὔχροοι, ἐπὶ ὕδατος διαιτώμενοι, μᾶλλον τῶν ἐν τοῖς ἕλεσιν; Ἢ ἡ ὥρα καὶ τὸ εὔπνουν αἴτιον; ὠχροὺς δὲ τὸ ὕδωρ ποιεῖ, ὅταν σήπηται, ὃ πάσχει δι' ἀκινησίαν· διὸ ἐν τοῖς ἑλώδεσιν ὕπωχροι.

12. Cur qui in navibus degunt, quamvis in aqua, coloratiores tamen sunt quam qui in paludibus? An tempestas et flatuum facilis adcessus causa sunt? pallidos enim efficit aqua, ubi putrescit, quod ei evenit propter immobilitatem: quamobrem subpallidi sunt qui loca palustria colunt.

13. Διὰ τί ἐν τοῖς χειμερινοῖς χωρίοις πνίγη σφοδρὰ γίνεται πολλά, καὶ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς; Πότερον διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος; ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς θερμότητος ὕδωρ θερμότερον γίνεται τοῦ ἀέρος, ὥστε καὶ ὁ ἀὴρ ὑγρότερος τοῦ θερμοῦ; Ἢ οὐδὲ ἔστι ξηρότερος ὁ ἀὴρ ἐν τοῖς τόποις τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ φαίνεται παρὰ τὸ ἐναντίον, ὥσπερ ὁ ἐκ νεφέλης ἥλιος παρὰ τὸ ἐκ τῆς σκιᾶς θιγγάνεσθαι;

13. Cur regionibus hibernis aestus fiunt vehementes ac crebri, idque magis quam tepidis? Utrum propter aeris humiditatem? nam caloris opera ejusdem aqua validius calefit quam aer, ita ut aer quoque humidior acrius quam calidus incalescat? An ne siccior quidem aer in locis hujuscemodi est, sed videtur tantummodo, quoniam contrarium juxta positum est, quo modo sol, ubi e nube illuxit, quoniam umbra tangitur?

14. Διὰ τί οἱ πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦντες μᾶλλόν εἰσι μελανόφθαλμοι; Ἢ γλαυκὰ μέν ἐστι τὰ ὄμματα δι' ὑπερβολὴν τοῦ ἐντὸς θερμοῦ, μέλανα δὲ διὰ τὴν τούτου ἀπουσίαν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησιν; Καθάπερ οὖν τῶν πρὸς ἄρκτον οἰκούντων γλαυκὰ τὰ ὄμματά ἐστι τῷ τὸ ἐντὸς θερμὸν κωλύεσθαι διεκπίπτειν διὰ τὸ ἐκτὸς ψυχρόν, οὕτω τῶν πρὸς μεσημβρίαν οἰκούντων τὸ μὲν ὑγρὸν διὰ τὸ περιέχον θερμὸν οὐκ ἐκπίπτει, τὸ δὲ θερμὸν μηδενὸς ἀντιφράττοντος ἐκπίπτει, τὸ δὲ λειπόμενον ὑγρὸν μέλαν ποιεῖ· τῇ γὰρ τοῦ φωτὸς ἀπουσίᾳ τὸ λειπόμενόν ἐστι σκοτῶδες. Ἢ τοῖς τοῦ λοιποῦ σώματος χρώμασιν ὁμοιοῦται τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ χρῶμα; διὸ τῶν πρὸς ἄρκτον λευκῶν ὄντων γλαυκὰ τὰ ὄμματα (τοῦ γὰρ λευκοῦ τοῦτο ἐγγὺς τὸ χρῶμα), καὶ τῶν πρὸς μεσημβρίαν μελάνων ὄντων μέλανα καὶ τὰ ὄμματα.

14. Qua de causa qui meridiem versus habitant, nigros potius oculos habent? An quod caesii quidem sunt oculi propter caloris interioris exsuperantiam, nigri vero propter ejusdem absentiam, ut Empedocles etiam refert? Ergo quemadmodum qui aquilonem versus incolunt, oculos caesios ideo habent, quod calor interior a frigore exteriori excidere vetatur, ita apud eos qui ad meridiem habitant, humor quidem propter ambientis calorem non excidit, sed calor nihilo obstruente excidit atque humorem qui relinquitur, nigro tingit colore: lucis enim absentia id quod relinquitur, manet caliginosum. An reliqui corporis colores oculi color imitatur? quapropter qui aquilonem versus inhabitant, ut ipsi albi sunt, sic oculos caesios habent (hic etenim color prope album est), et qui ad meridiem sunt, ut ipsi nigri, ita etiam oculos nigros sortiuntur.

15. Διὰ τί οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς τόποις σοφώτεροί εἰσιν ἢ ἐν τοῖς ψυχροῖς; Πότερον διὰ τὸ αὐτὸ δι' ὅπερ καὶ οἱ γέροντες τῶν νέων; οἱ μὲν γὰρ διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ τόπου ἐπανιούσης τῆς φύσεως αὐτῶν θερμότεροί εἰσι πολύ, ὥστε λίαν μεθύουσιν ἐοίκασι, καὶ οὐκ εἰσὶ ζητητικοί, ἀλλ' ἀνδρεῖοι καὶ εὐέλπιδες· οἱ δ' ἐν τοῖς ἀλε-

15. Cur locis calidis homines sapientiores sunt quam frigidis? Utrum eadem de causa, qua etiam senes quam juvenes? etenim hi quidem propter frigus loci, recedente eorum natura, longe calidiores sunt, ita ut perquam vinolentis similes sint, neque ad vestigandum proclives, sed fortes bonaque spe freti; contra qui loca aestuosa habitant,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

εινοῖς νήφουσι διὰ τὸ κατεψῦχθαι· πανταχοῦ δ' οἱ φοβούμενοι τῶν θαρρούντων μᾶλλον ἐπιχειροῦσι ζητεῖν, ὥστε καὶ εὑρίσκουσι μᾶλλον. Ἢ διὰ τὸ πολυχρονιώτερον τὸ γένος εἶναι τοῦτο, τοὺς δ' ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἀπολέσθαι, ὥστ' εἶναι καθάπερ νέους πρὸς γέροντας τοὺς ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις πρὸς τοὺς ἐν τοῖς θερμοῖς οἰκοῦντας;

sobrii propterea sunt, quia refrigerati; ubique autem qui metuunt, magis quam qui confidunt, inquirere conantur, ita ut magis etiam inveniant. An quod antiquius genus hoc hominum est, illi vero diluvie perierunt, ita ut tamquam juvenes sint ad senes qui loca habitant frigida, ad eos qui calida colunt?

16. Διὰ τί οἱ μὲν ἐν τοῖς θερμοῖς τόποις δειλοί εἰσιν, οἱ δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς ἀνδρεῖοι; Ἢ ὅτι ἐναντίως τοῖς τόποις καὶ ταῖς ὥραις ἡ φύσις ἔχει, διὰ τὸ ὁμοίως ἐχόντων διακάεσθαι ἂν ταχέως; ἀνδρεῖοι δ' εἰσὶν οἱ τὴν φύσιν θερμοί, δειλοὶ δ' οἱ κατεψυγμένοι. Συμβαίνει δὴ τοὺς μὲν ἐν τοῖς θερμοῖς ὄντας καταψύχεσθαι (ἀραιοῦ γὰρ ὄντος αὐτοῖς τοῦ σώματος τὸ θερμὸν αὐτῶν ἔξω διεκπίπτει), τοὺς δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς ἐκτεθερμάνθαι τὴν φύσιν διὰ τὸ ἐκ τοῦ ἐκτὸς ψύχους πυκνοῦσθαι τὴν σάρκα, πυκνουμένης δ' ἐντὸς συστέλλεσθαι τὸ θερμόν.

16. Cur ignavi quidem sunt qui loca habitant calida, fortes vero qui frigida? An quod natura contra quam loca et tempestates se habet, quoniam si eodem modo se haberet, brevi exureretur? fortes enim sunt qui natura calidi sunt, timidi vero qui refrigerati. Adcidit ergo ut qui calida loca colunt, refrigerentur (quum enim rarum corpus eorum sit, calor apud eos foras elabitur), qui autem in frigidis degunt, sua concalucrint natura, quod a frigore exteriori caro densatur, cujus densitate calor colligitur intus.

ΤΜΗΜΑ ΙΕ.

SECTIO XV.

ΟΣΑ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗΣ ΜΕΤΕΧΕΙ ΘΕΩΡΙΑΣ.

QUÆ AD DISCIPLINAM MATHEMATICAM PERTINENT.

1. Διὰ τί διάμετρος καλεῖται μόνη τῶν δίχα διαιρουσῶν τὰ εὐθύγραμμα ἡ ἐκ γωνίας εἰς γωνίαν ἀχθεῖσα γραμμή; Ἢ ὅτι διάμετρος δίχα διαιρεῖ, καθάπερ τοὔνομα ὑποσημαίνει, οὐ φθείρουσα τὸ μετρούμενον; Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὰς συνθέσεις διαιροῦσα (λέγω δὲ τὰς γωνίας) διάμετρος ἔσται· οὐ γὰρ φθείρει, ἀλλὰ διαιρεῖ, καθάπερ οἱ τὰ στρατιωτικὰ σκεύη διαιροῦντες· ἡ δὲ κατὰ τὰς γραμμὰς σύνθετα τέμνουσα φθείρει· σύγκειται γὰρ τὸ εὐθύγραμμον κατὰ τὰς γωνίας.

1. Cur linea de angulo ducta in angulum sola earum quæ figuras rectis terminatas lineis bipartito secant, diametros vocatur? An quod diametros, ut nomen subindicat, bipartito dividit non destruens id quod metitur? Ergo quæ per commissuras (adpello autem ita angulos) dividit, diametros erit: non enim destruit, sed dividit, quomodo faciunt qui impedimenta militaria partiuntur; at quæ per lineas secat, figuras compositas secando destruit: angulis etenim coagmentatur quæ rectis lineis terminatur.

2. Διὰ τί διάμετρος καλεῖται; Ἢ διότι δίχα μόνη διαιρεῖ; Ὥσπερ οὖν εἴ τις εἴποι διχάμετρός ἐστιν. Καὶ διὰ τί μόνη τῶν δίχα τοῦτο καλεῖται; Ἢ ὅτι κατὰ μέλη ᾗ κέκαμπται, μόνη διαιρεῖ, αἱ δ' ἄλλαι κατὰ πλευράς;

2. Cur diametros adpellatur? Utrum quoniam sola bipartito dividit? Perinde igitur est ac si quis diceret: bipartito demetiens est. At quamobrem sola inter bipartito secantes ita vocatur? An quod sola figuram secat per membra, quibus inflexa est, ceteræ vero per latera?

3. Διὰ τί πάντες ἄνθρωποι, καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες, εἰς τὰ δέκα καταριθμοῦσι, καὶ οὐκ εἰς ἄλλον ἀριθμόν, οἷον β', γ', δ', ε', εἶτα πάλιν ἐπαναδιπλοῦσιν, ἓν πέντε, δύο πέντε, ὥσπερ ἕνδεκα, δώδεκα, οὐδ' αὖ ἑξωτέρω παυσάμενοι τῶν δέκα, εἶτα ἐκεῖθεν ἐπαναδιπλοῦσιν; ἔστι μὲν γὰρ ἕκαστος τῶν ἀριθμῶν ὁ ἔμπροσθεν καὶ ἓν ἢ δύο, καὶ οὗτος ἄλλος τις, ἀριθμοῦσι δ' ὅμως ὁρίσαντες ἄχρι τῶν δέκα. Οὐ γὰρ δὴ ἀπὸ τύχης γε αὐτὸ ποιοῦντες φαίνονται καὶ ἀεί· τὸ δ' ἀεὶ καὶ ἐπὶ πάντων οὐκ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ φυσικόν. Πότερον ὅτι τὰ δέκα τέλειος ἀριθμός; ἔχων γὰρ πάντα τὰ τοῦ ἀριθμοῦ εἴδη, ἄρτιον, περιττόν, τετράγωνον, κύβον, μῆκος, ἐπίπεδον, πρῶτον σύνθετον. Ἢ ὅτι ἀρχὴ ἡ δεκάς; ἓν γὰρ καὶ δύο καὶ τρία καὶ τέτταρα γίνεται δεκάς. Ἢ ὅτι τὰ φερόμενα σώματα ἐννέα; Ἢ ὅτι ἐν

3. Cur homines omnes, tam barbari quam Græci, ad decem usque numerant, non ad alium usque numerum, ut duo, tria, quatuor, quinque, tum rursus repetunt unum quinque, duo quinque, sicut undecim, duodecim; nec rursus ultra denarium numerum cessantes, inde posthac repetunt? est enim numerus quisque quod præcedit, ac unum aut duo, et sic deinceps alius quis: numerant nihilominus statuto termino denarii numeri. Haud sane fortuito id faciunt, idque semper: quod enim semper atque apud omnes fit, non fortuitum, sed naturale est. Utrum quod perfectus numerus denarius est? continet enim omnia numerorum genera, ut par, impar, quadratum, quadrantale, longum, planum, primum compositum. An quod denarius principium est? unum enim et duo et tres et quatuor eum conficiunt. An quia corpora quæ feruntur, numero novem

Digitized by Google

δέκα ἀναλογίαις τέτταρες κυβικοὶ ἀριθμοὶ ἀποτελοῦνται, ἐξ ὧν φασιν ἀριθμῶν οἱ Πυθαγόρειοι τὸ πᾶν συνεστάναι; Ἢ ὅτι πάντες ὑπῆρξαν ἄνθρωποι ἔχοντες δέκα δακτύλους; Οἷον οὖν ψήφους ἔχοντες τοῦ οἰκείου ἀριθμοῦ, τούτῳ τῷ πλήθει καὶ τἆλλα ἀριθμοῦσιν. Μόνοι δ' ἀριθμοῦσι τῶν Θρᾳκῶν γένος τι εἰς τέτταρα, διὰ τὸ ὥσπερ τὰ παιδία μὴ δύνασθαι μνημονεύειν ἐπὶ πολύ, μηδὲ χρῆσιν μηδενὸς εἶναι πολλοῦ αὐτοῖς.

sunt? An quoniam decem proportionibus quatuor quadrantales numeri consummantur, e quibus numeris universum constare Pythagoreis placet? An quod omnes homines digitis decem instructi sunt? Itaque proprii numeri quasi calculos jam habentes, hac eadem multitudine cetera quoque numerant. Sola una gens quædam Thracum ad quatuor usque numerat, eo quod amplius meminisse modo puerorum non potest, neque ullius multitudinis apud eos exstat usus.

4. Ὅτι ἡ γῆ κέντρον· ἀεὶ γὰρ ὅμοια τὰ φαινόμενα ἡμῖν σχήματα. Δοκεῖ τοῦτο εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπὸ τοῦ μέσου τις θεωρῇ, ἀλλ' ὁτὲ μὲν τρίγωνα, ὁτὲ δὲ τραπέζια, ὁτὲ δ' ἄλλοια. Ἐδόκει ἡ γῆ μέσον ἡμῖν, εἰ ἀπὸ τούτων ἕνι ἡμᾶς θεωρεῖν· οὔσης γὰρ σφαιροειδοῦς τῆς γῆς ταὐτὸ κέντρον τούτου καὶ τῆς γῆς ἔσται. Ἡμεῖς δ' ἐπάνω τῆς γῆς οἰκοῦμεν, ὥστ' οὐκ ἀπὸ τούτου, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ τῆς διαμέτρου ἀφεστῶσιν ἡμῖν τοιαῦτα φαίνεται. Τί οὖν κωλύει πλέονος γενομένου τοῦ διαστήματος διαμένειν τὴν τῶν σχημάτων φαντασίαν;

4. [Propter quid apparitiones figurarum videntur nobis eædem? Aut] quod terra centrum est? semper enim similes sunt quæ nobis adparent figuræ. Hoc ita esse (non?) videtur, nisi quis e medio spectet, sed interdum quidem triangula, interdum vero trapezia, interdum alia. Videretur nobis terra medium obcupare, si ab his notis liceret spectare: quum enim terra globi figuram referat, idem centrum erit hujus et terræ. Nos tamen terræ superficiem incolimus, ita ut non ab eo, sed dimidia diametro ab eo distantibus nobis talia adpareant. Quid igitur impedit, quominus et aucta distantia eadem maneat figurarum imago?

5 Διὰ τί τοῦ ἡλίου ὁμοτόνως φερομένου, ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ οὐχ ἡ αὐτὴ αὔξησις καὶ φθίσις τῶν σκιῶν; Ἢ ὅτι ἴσαι γίνονται αἱ γωνίαι πρὸς τὰ ὁρῶμενα, αἱ ἀπὸ τῶν ἀκτίνων ὑπὸ ταῖς ἴσαις περιφερείαις; εἰ δ' αὗται, καὶ ἐμβαλλόμεναι ποιοῦσιν ἀκτῖνας ἐν τῷ τριγώνῳ, ὅπερ ἔχεται ὑπό τε τῆς πρώτης ἀκτῖνος καὶ τοῦ ὁρωμένου καὶ τῆς σκιᾶς. Εἰ δ' αἱ γωνίαι ἴσαι, ἀνάγκη τὴν πορρωτέρω γραμμὴν τοῦ ὁρωμένου μείζω εἶναι τῆς ἐγγυτέρω· τοῦτο γὰρ ἴσμεν. Διῃρήσθω οὖν ἡ περιφέρεια εἰς ἴσα ὁσαοῦν πλήθει, δράσθω δὲ τὸ Θ. Ὅταν οὖν ὁ ἥλιος ἐπὶ τοῦ Α προσλαβὼν τὸ Θ ποιήσῃ τινὰ σκιὰν ἐν τῷ ΘΑ, ἀνάγκη δὴ τὴν ἀκτῖνα ἐπὶ τὸ Α πίπτειν. Ὅταν δ' ἔλθῃ ἐπὶ τὸ Β, ἡ ἀπὸ τοῦ Β ἀκτὶς ἐντὸς τῆς ΘΑ πεσεῖται, καὶ ὅταν πάλιν ἐπὶ τὸ Γ μεταβῇ, ὡσαύτως· εἰ δὲ μή, εὐθεῖα εὐθείας διχῇ ἄψεται. Ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ ΑΒ τῇ ΒΓ, καὶ αἱ γωνίαι αἱ ὑπὸ ταύτης αἱ πρὸς τῷ Δ ἴσαι ἔσονται· πρὸς τῷ κέντρῳ γάρ. Εἰ δὲ τῇ τοῦ Δ, καὶ ἐν τῷ τριγώνῳ· κατὰ κορυφὴν γὰρ ταύταις· ὥστ' ἐπεὶ εἰς ἴσα διαιρεῖται ἡ γωνία, μείζων ἔσται ἡ ΔΕ τῆς ΕΖ τῇ ΔΘ. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι ἃς ποιοῦσιν αἱ ἀπὸ τῆς περιφερείας ἀκτῖνες. Ἅμα δὲ δῆλον καὶ ὅτι κατὰ μεσημβρίαν ἐλαχίστην ἀναγκαῖον εἶναι τὴν σκιάν, καὶ ὅτι αἱ ἐπιδόσεις τότε ἐλάχισται· μάλιστα γὰρ καθ' ἡμᾶς ὁ ἥλιος τῆς μεσημβρίας ἐστίν. Καὶ πνῖγος γίνεται διά τε τὴν εἰρημένην αἰτίαν, καὶ ὅτι ἀπνεύματος· ὅταν γὰρ διακρίνῃ τὸν πρὸς τῇ γῇ ἀέρα, πνεῦμα γίνεται. Εἰ οὖν ἅμα ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ἡμισφαιρίοις, εἰκότως ἂν αἱ μέσαι νύκτες καὶ ἡ μεσημβρία ἀπνεύματοι εἶεν.

5. Quamobrem quum sol æquabili motu feratur, non pari tempore idem incrementum decrementumque umbrarum est? An quod anguli æquas circumferentias subtendentes quos faciunt radii ad res conspectas tendentes, æquales proveniunt? quodsi vero illi æquales sunt, radii producti quoque æquales faciunt in triangulo, qui radio primo et re conspecta et umbra limitatur. At si anguli æquales inter se sint, lineam ab re conspecta remotiorem majorem esse quam propinquiorem necesse est: hoc enim novimus. Igitur tota circumferentia in partes æquales quotvis dividatur, sitque res conspectui obvia C. Quum itaque sol qui in A est, adprehenso C, umbram aliquam fecerit in CI, radius profecto in I incidat necesse est. Ubi vero ad B devenit, radius inde proficiscens intra CI cadet, ac rursus quum ad C se contulerit, pari modo: alioquin enim linea recta rectam in duobus punctis continget. Quum ergo arcus AB æqualis arcui BC sit, anguli quoque quos subtendunt apud D, æquales erunt, quippe qui ad centrum siti sunt. Quodsi autem ab altera parte puncti D ita sit, in triangulo quoque idem obtinebit: hujus enim anguli per verticem illis junguntur: hinc quum angulus in æquales partes secetur, linea IE major erit quam EF in IC. Pari modo vel ceteri anguli se habebunt, quos radii a circumferentia profecti faciunt. Simulque etiam constat umbram meridie minimam esse necessario minimasque tum esse adcessiones, quippe quum sol meridie maxime e perpendiculo sese nobis exhibeat. Æstus quoque meridie adcenditur, tum ob eam quam modo diximus, causam, tum etiam quod flatus cessat: tunc enim flatus excitari solet, quum sol aerem terræ proximum dissipat. Quodsi itaque in utroque hemisphærio simul hoc fiat, merito noctes mediæ atque meridies flatibus carebunt.

6 Διὰ τί ὁ ἥλιος διὰ τῶν τετραπλεύρων διέχων οὐκ εὐθύγραμμα ποιεῖ τὰ σχήματα, ἀλλὰ κύκλους, οἷον ἐν ταῖς ῥιψίν; Ἢ ὅτι ἡ τῶν ὄψεων ἔκπτωσις κωνός ἐστι, τοῦ δὲ κώνου κύκλος ἡ βάσις, ὥστε πρὸς ὃ ἂν προσ-

6 Cur sol, per quadrangula penetrans, non figuras rectis lineis terminatas, sed circulos efficit, ut in cratibus? An quod visionum procidentia conum efficit, coni autem basis circulus est, ita ut quocumque radii solis inciderint, cir-

Digitized by Google

πίπτωσιν αἱ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες, κυκλοτερεῖς φαίνονται. Ἀναγκαῖον μὲν γάρ ἐστι καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ ἡλίου σχῆμα ὑπ' εὐθειῶν περιέχεσθαι, εἴπερ αἱ ἀκτῖνες εὐθεῖαι· ὅταν γὰρ εὐθεῖαι πρὸς εὐθεῖαν προσπίπτωσιν, εὐθύγραμμον ποιοῦσιν. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίνων συμβαίνει τοῦτο· πρὸς εὐθεῖαν γὰρ προσπίπτουσι τὴν τοῦ ῥιπὸς γραμμήν, ἣ δι' οὗ λάμπουσι, καὶ αὐταὶ εὐθεῖαί εἰσιν, ὥστε πρὸς εὐθεῖαν ἔσται ἡ ἔκπτωσις. Ἀλλὰ διὰ τὸ ἀσθενεῖς εἶναι τὰς ἀποσχιζομένας ἀπὸ τῶν ὄψεων πρὸς τὰ ἄκρα τῶν εὐθειῶν, οὐχ ὁρᾶται τὰ ἐν ταῖς γωνίαις· ἀλλ' ὅσον μὲν τῆς εὐθείας ἐνυπάρχει ἐν τῷ κώνῳ, ποιεῖ αὐτήν, τὸ δὲ λοιπὸν οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ λανθάνουσιν αἱ ὄψεις ἐπιπίπτουσαι· πολλὰ γὰρ οὐχ ὁρῶμεν ἐφ' ἃ διικνεῖται ἡ ὄψις, οἷον τὰ ἐν τῷ σκότει. Ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ τὸ τετράγωνον πολυγωνοειδὲς φαίνεσθαι, ἐὰν δὲ πλέον ἀφιστῇ, κύκλον· ὄντος γὰρ κώνου τῆς τῶν ὄψεων ἐκπτώσεως, ἀφισταμένου τοῦ σχήματος εἰς τὸ πόρρω, αἱ μὲν εἰς τὰς γωνίας ἀποσχιζόμεναι τῶν ὄψεων διὰ τὸ ἀσθενεῖς εἶναι καὶ ὀλίγαι οὐχ ὁρῶσι, πλέονος τοῦ ἀποστήματος γινομένου, αἱ δ' εἰς τὸ μέσον προσπίπτουσαι, ἀθρόαι καὶ ἰσχυραὶ οὖσαι, διαμένουσιν. Ἐγγὺς μὲν οὖν ὄντος τοῦ σχήματος δύνανται καὶ τὰ ἐν ταῖς γωνίαις ὁρᾶν, πόρρω δ' αὐτοῦ γινομένου ἀδυνατοῦσιν· διὸ καὶ ἡ περιφερὴς ἀπαγομένη εὐθεῖα φαίνεται. Καὶ ἡ σελήνη ὑπὸ εὐθειῶν δοκεῖ περιέχεσθαι τῇ ὀγδόῃ, ἐὰν μὴ κατὰ τὸ πλάτος, ἀλλὰ κατὰ τὴν περιέχουσαν γραμμὴν αἱ ὄψεις προσπίπτωσιν· ἐγγὺς μὲν γὰρ οὔσης τῆς περιφερείας δύνανται διακρίνειν αἱ ὄψεις, ὅσῳ ἐγγύτερόν ἐστι θάτερον θατέρου μέρους τῆς περιφερείας· πόρρω δὲ γινομένης οὐ διαιτθάνεται, ἀλλὰ δοκεῖ αὐτῇ ἐξ ἴσου εἶναι· διὸ καὶ εὐθεῖα φαίνεται.

culares adpareant. Attamen figuram cui sol ansam dat, rectis quoque lineis terminari necesse est, siquidem radii recti sunt : ubi enim rectæ lineæ in rectam incidunt, figuram rectis terminatam lineis efficiunt. Atqui in radiis hoc accidit : in rectam enim cratium lineam incidunt, aut cujuscumque demum rei per quam translucent; tum ipsi recti sunt, ita ut ad rectam fiat procidentia. Verum quia radii, qui ab oculis ad extrema linearum rectarum discinduntur, imbecilli sunt, quæ in angulis sunt non cernuntur; sed quota quidem pars lineæ rectæ intra conum continetur, hæc ad figuram constituendam confert; reliqua vero non confert, sed visiones incidentes latitant : multa enim non videmus ad quæ pervenit visio, ut ea quæ in tenebris reperiuntur. Simile et huic rei est, quod quadrangulum speciem multanguli repræsentat; si vero amplius removeatur, circuli : quum enim visionum procidentia conum constituat, quoties figura procul remota est, visiones quæ ad angulos quidem discinduntur, quoniam et imbecillæ et paucæ sunt, non cernunt, quippe quum nimium fiat intervallum; quæ autem mediam in partem incidunt, perstant, utpote confertæ et validæ. Ergo ubi prope quidem figura posita est, quæ in angulis sunt, itidem conspicere possunt; ubi vero removetur, non possunt : quamobrem circularis etiam linea ubi removetur, recta esse videtur. Luna item rectis lineis terminari die octavo videtur, si visiones non secundum latitudinem, sed secundum lineam circumdantem incidant : ubi enim circumferentia prope posita est, quanto pars altera circumferentiæ quam altera propior sit, oculi discernere possunt; ubi vero removetur, non sentit, sed æque distantes ei videntur esse : quapropter recta etiam adparet.

7. Διὰ τί τῆς σελήνης σφαιροειδοῦς οὔσης εὐθεῖαν ὁρῶμεν, ὅταν ᾖ διχότομος; Ἢ ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ἡ ὄψις γίνεται καὶ ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια, ἣν ὁ ἥλιος ποιεῖ προσβάλλων τῇ σελήνῃ; ὅτε δὲ τοῦτο γένοιτο, εὐθεῖα γραμμὴ ἐφαίνετο ὁ ἥλιος· ἐπεὶ γὰρ ἀνάγκη τὸ προσβάλλον τὰς ὄψεις πρὸς τὴν σφαῖραν κύκλον ὁρᾶν, ἡ δὲ σελήνη σφαιροειδής, καὶ ὁ ἥλιος ὁρᾷ αὐτήν, κύκλος ἂν εἴη ὑπὸ τοῦ ἡλίου γινόμενος. Οὗτος οὖν ὅταν μὲν ἐξ ἐναντίας ἡμῖν γένηται, ὅλος φαίνεται καὶ δοκεῖ πανσέληνος εἶναι· ὅταν δὲ παραλλάττῃ διὰ τὴν τοῦ ἡλίου μετάβασιν, ἡ περιφέρεια αὐτοῦ κατὰ τὴν ὄψιν γίνεται, ὥστ' εὐθεῖα φαίνεται, τὸ δ' ἕτερον μέρος περιφερές, ὅτι ἐξ ἐναντίας κεῖται τῇ ὄψει ἡμισφαίριον, τὸ δὲ τοιοῦτο ἐφαίνετο ἡμικύκλιον· ἀεὶ γὰρ ἡ σελήνη κατ' ἀντικρύ ἐστι τῆς ὄψεως, ἀλλ' ὅταν ὁ ἥλιος ἐπιβάλλῃ, οὐχ ὁρῶμεν. Καὶ ἀναπληροῦται μετὰ τὴν ὀγδόην ἐκ τοῦ μέσου, ὅτι ἐπιπαρεξιὼν ὁ ἥλιος ἐκκλινέστερον ἡμῖν ποιεῖ τὸν κύκλον· οὕτω δὲ τιθέμενος πρὸς τὴν ὄψιν ὁ κύκλος κώνου τομῇ ἐμφερὴς ἐγένετο. Μηνοειδὴς δὲ φαίνεται, ὅταν ὁ ἥλιος μεταβῇ· ὅταν γὰρ κατὰ τὰ ἔσχατα σημεῖα καθ' ἃ διχότομος φαίνεται,

7. Cur lunam, quæ globosa est, rectam, ubi dimidiata est, cernimus? An quoniam idem planum visus noster obcupat et circuli ambitus, quem in lunam sol incidens facit? quoties vero hoc ita erat, sol tamquam recta linea adparebat : quum enim quod intuitus in globum injicit, orbem videre necesse sit, luna autem globosa sit, eamque sol intueatur, circulus erit quod a sole efficitur. Hic ergo ubi e regione se nobis obfert, totus adparet, atque plena videtur esse luna; ubi vero alternat, quia sol locum mutavit, ejus circumferentia e regione oculorum venit, ita ut luna recta videatur, dum altera pars in orbem sese colligat, quoniam hemisphærium intuentibus ex adverso est, hoc autem semicirculum repræsentabat : semper enim luna e regione intuentium est; sed ubi a sole obcupata est, eam non videmus. Atque repletur post diem octavum pro dimidia parte, quia paulatim evadens sol circulum magis ad nos inclinatum reddit, quumque ita posita adspectui se obponit, sectionem coni imitatur circulus. Lunata autem adparet, ubi sol locum mutavit : ubi enim circulus solis ad puncta devenerit ultima, secundum quæ dimidiata adparet,

Digitized by Google

ὁ κύκλος ὁ τοῦ ἡλίου γένηται, περιφέρεια φαίνεται ἡ τοῦ κύκλου· οὐ γὰρ ἔτι κατ' εὐθείαν ἐστι τῇ ὄψει, ἀλλὰ παραλλάττει. Τούτου δὲ γινομένου, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν σημείων τοῦ κύκλου ὄντος, ἀνάγκη μηνοειδῆ φαίνεσθαι· μέρος γάρ τι τοῦ κύκλου κατὰ τὴν ὄψιν εὐθύς ἐστι τοῦ προτέρου ἐξ ἐναντίας ὄντος, ὥστε τοῦ λαμπροῦ ἀποτέμνεται. Εἶθ' οὕτω καὶ τὰ ἄκρα μένουσιν ἐν τῷ αὐτῷ, ὥστ' ἀνάγκη μηνοειδῆ φαίνεσθαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον διὰ τὴν τοῦ ἡλίου κίνησιν· μεταβαίνοντος γὰρ τοῦ ἡλίου καὶ ὁ κύκλος ὃν ὁρᾷ ἐπιστρέφεται, ἐν τοῖς αὐτοῖς σημείοις ὤν· ἀπείρους γὰρ ἐγκλίσεις ἐγχωρεῖ αὐτὸν κλιθῆναι, εἴπερ γραφῆναι τοὺς μεγίστους κύκλους διὰ τῶν αὐτῶν σημείων ἀπείρους ἐνδέχεται.

circumferentia circuli adparet · non enim amplius secundum lineam rectam oculis obposita est, sed deflectit. Hoc autem ubi fit, quum circulus per eadem ducatur puncta, necessario lunata adparet : pars enim aliqua circuli qui antea e regione erat, oculis recta sese offert, ita ut de parte lucida abscindatur aliquid. Tum etiam hoc modo extrema in eodem loco manent, ita ut necessario lunata adpareat, sed tamen plus minusve propter solis motum : ubi enim sol locum mutat, circulus quem videt, etiam convertitur, etiamsi per eadem puncta ductus maneat, quippe quum fieri possit ut innumeras faciat inclinationes, siquidem magni circuli per eadem puncta describi innumeri possint.

8. Διὰ τί ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη σφαιροειδῆ ὄντα ἐπίπεδα φαίνεται; Ἢ ὅτι πάντων ὅσων τὸ ἀπόστημα ἄδηλον, ὅτε πλεῖον ἢ ἔλαττον ἀφέστηκεν, ἐξ ἴσου φαίνονται, ὥστε καὶ ἐφ' ἑνὸς μέν, μόρια δ' ἔχοντος, ἂν μὴ τῇ χρόᾳ διαφέρῃ, ἀνάγκη τὰ μόρια ἐξ ἴσου φαίνεσθαι· τὸ δ' ἐξ ἴσου ὁμαλὸν καὶ ἐπίπεδον ἀνάγκη δοκεῖν εἶναι;

8. Cur sol et luna plana adparent, quum tamen globosa sint? An quod omnia quorum distantia latet, sive plus, seu minus distent, in plano posita esse videntur, ita ut etiam rei quæ unica quidem est, sed in partes distinguitur, nisi color variet, partes ex æquo collocatas adparere necessum est; quod autem ex æquo est, idem æquabile planum esse videri necesse est?

9. Διὰ τί τὰς σκιὰς ποιεῖ ὁ ἥλιος ἀνίσχων καὶ δύνων μακράς, αἰρόμενος δ' ἐλάττους, ἐπὶ τῆς μεσημβρίας δ' ἐλαχίστας; Ἢ ὅτι ἀνίσχων τὸ μὲν πρῶτον παρ' ἄλληλον ποιήσει τὴν σκιὰν τῇ γῇ, καὶ ἄπειρον ὡς ἄνισον ὑπερτείνει, ἔπειτα μακράν· ἀεὶ δ' ἐλάττω διὰ τὸ ἀεὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ἀνωτέρου σημείου εὐθεῖαν ἐντὸς πίπτειν. Γνώμων τὸ ΑΒ, ἥλιος οὗ τὸ Γ καὶ οὗ τὸ Δ· ἡ δ' ἀπὸ τοῦ Γ ἀκτίς, ἐφ' ἧς τὸ ΓΖ, ἐξωτέρω ἔσται τῆς ΓΕ. Ἔστι δὲ σκιὰ ἡ μὲν ΒΕ ἀνωτέρω ὄντος τοῦ ἡλίου, ἡ δὲ ΒΖ κατωτάτω· ἐλαχίστη δέ, ὅσῳ ἀνωτάτω, ᾗ καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς.

9. Cur sol oriens atque obcidens umbras efficit longas, efferens vero se minores, meridie tandem minimas? An quod oriens principio quidem umbram efficit ubique a terra æque distantem ac infinitam, ita ut ad eam supertendendam non subficiat; deinde longam, atque minorem subinde, quia linea recta, quæ de puncto superiori ducitur, semper magis introrsum cadit. Sit gnomon AB, sol ubi C et ubi D; radius autem ex C proficiscens, cui CF inscriptum est exterius procidet quam DE. At umbra BE quidem est, ubi sol superiorem obcupat locum; BF vero, ubi infimum: quo enim sol superior fuerit, eo minor umbra, quatenus super capita nostra versatur.

10. Διὰ τί αἱ ἀπὸ τῆς σελήνης σκιαὶ μείζους τῶν ἀπὸ τοῦ ἡλίου, ὅταν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὦσι καθέτου; Ἢ διότι ἀνώτερος ὁ ἥλιος τῆς σελήνης; Ἀνάγκη οὖν ἐντὸς πίπτειν τὴν ἀπὸ τοῦ ἀνωτέρω ἀκτῖνα. Γνώμων ἐφ' ᾧ ΑΔ, σελήνη Β, ἥλιος Γ. Ἡ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς σελήνης ἀκτὶς ΒΖ· ὥστ' ἔσται σκιὰ ἡ τὸ ΔΖ· ἡ δ' ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἡ τὸ ΓΕ, ὥστ' ἔσται σκιὰ ἐξ ἀνάγκης ἧττων· ἔσται γὰρ τὸ ΔΕ.

10. Cur umbræ lunæ majores quam solis sunt, ubi ab eodem proveniunt perpendiculo? An quod sol superior quam luna est? Itaque radium qui de superiori prodierit, interius cadere necesse est. Sit gnomon cui AD inscriptum est, luna B, sol C. Lunæ itaque radius BF : ergo umbra lunæ DF erit; solis vero radius CE : ergo umbra necessario minor erit : erit enim DE.

11. Διὰ τί ἐν ταῖς τοῦ ἡλίου ἐκλείψεσιν, ἐάν τις θεωρῇ διὰ κοσκίνου, ἢ φύλλων, οἷον πλατάνου, ἢ ἄλλου πλατυφύλλου, ἢ τοὺς δακτύλους τῆς ἑτέρας χειρὸς ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἐπιζεύξας, μηνίσκοι αἱ αὐγαὶ ἐπὶ τῆς γῆς γίνονται; Ἢ ὅτι ὥσπερ δι' ὀπῆς ἐὰν λάμπῃ εὐγωνίου τὸ φῶς, στρογγύλον καὶ κῶνος γίνεται; Αἴτιον δ' ὅτι δύο γίνονται κῶνοι, ὅ τ' ἀπὸ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν ὀπὴν καὶ ὁ ἐντεῦθεν πρὸς τὴν γῆν, καὶ συγκόρυφοι. Ὅταν οὖν ἐχόντων οὕτως ἄνωθεν κύκλῳ ἀποτέμνηται, ἔσται μηνίσκος ἐξ ἐναντίας ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ φωτός· ἀπὸ τοῦ μηνίσκου γὰρ τῆς περιφερείας γίνονται αἱ ἀκτῖνες, αἱ

11. Cur deficientem solem si quis per cribrum, aut frondes, veluti platani vel alius arboris latifoliæ, aut digitis manuum invicem perplexis inspiciat, splendores in terra lunulas efficiunt? An quod quemadmodum ubi per angulatum foramen lux illucescit, rotunda turbinataque prodit? Cujus rei ratio est quod duo fiunt coni eodem apice utentes, qui de sole ad foramen extenditur, et qui inde ad terram. Sic itaque se habentibus rebus, ubi sol superne orbiculatim truncatur, quod ex adverso super terram eluxerit, lunula erit, quippe quum a lunulæ circumferentia radii proveniant

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

δ' ἐν τοῖς δακτύλοις καὶ κοσκίνοις οἷον ὀπαὶ γίνονται· διὸ ἐπιδηλότερον γίνεται ἡ διὰ μεγάλων ὀπῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς σελήνης οὐ γίνονται, οὔτ' ἐκλειπούσης, οὔτ' ἐν αὐξήσει οὔσης, ἢ φθίσει, διὰ τὸ μὴ ἀφιέναι τὰς ἀπὸ τῶν ἄκρων αὐγὰς εἶναι, ἀλλὰ τῷ μέσῳ φαίνειν· ὁ δὲ μηνίσκος μικρὸν τὸ μέσον ἔχει.

atque digitorum et cribrorum interstitia quasi foramina fiunt: quapropter manifestius fit ita quam per foramina ampliora. Luna autem hujusmodi lunulas non producit, neque deficiens, neque increscens, neque decrescens, quia ejus extrema claros splendores non dimittunt, sed ipsa media lucet; lunula autem medium exiguum habet.

12. Διὰ τί παρήλιος οὐ γίνεται οὔτε μεσουρανοῦντος τοῦ ἡλίου, οὔθ' ὑπὲρ τὸν ἥλιον, οὔθ' ὑπὸ τὸν ἥλιον, ἀλλ' ἐκ πλαγίων μόνον; Ἢ διότι παρήλιος γίνεται κλωμένης τῆς ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον, αὕτη δὲ τοῦ ἀέρος ἡ στάσις, ἐφ' ἧς ἀνακλᾶται ἡ ὄψις, οὔτ' ἐγγὺς ἂν γένοιτο τοῦ ἡλίου, οὔτε πόρρω; ἐγγὺς μὲν γὰρ οὖσαν ὁ ἥλιος διαλύσει, πόρρω δ' οὔσης ἡ ὄψις οὐκ ἀνακλασθήσεται· ἀπὸ γὰρ μικροῦ ἐνόπτρου πόρρω ἀνατεινομένη ἀσθενὴς γίνεται· διὸ καὶ ἅλως οὐ γίνεται. Ἐξ ἐναντίας τοῦ ἡλίου μὲν οὖν ἐὰν γίνηται καὶ ἐγγύς, διαλύσει ὁ ἥλιος, ἐὰν δὲ πόρρω, ἐλάττων ἡ ὄψις προσπεσεῖται· ἐὰν δ' ἐν τῷ πλαγίῳ, ἔστι τοσοῦτον ἀποστῆναι τὸ ἔνοπτρον ὥστε μήτε τὸν ἥλιον διαλῦσαι, μήτε τὴν ὄψιν ἀθρόαν ἀνελεῖν, διὰ τὸ ὑπὸ τὴν γῆν φέρεσθαι. Ὑπὸ δὲ τὸν ἥλιον οὐ γίνεται διὰ τὸ πλησίον μὲν τῆς γῆς ὄντος διαλύεσθαι ἂν ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἄνω δὲ μεσουρανίου τὴν ὄψιν διασπᾶσθαι. Καὶ ὅλως οὐδ' ἐκ πλαγίας μεσουρανίου γίνεται, ὅτι ἡ ὄψις ὑπὸ τὴν γῆν ἐὰν λίαν φέρηται, ὀλίγη ἥξει εἰς τὸ ἔνοπτρον, ὥστ' ἀνακλωμένη πᾶν ἔσται ἀσθενής.

12. Cur numquam sole cœlo in medio stante, fit parhelion, nec supra solem, nec infra, sed ex lateribus tantum? An quod parhelion fit, ubi solem versus intuitus refringitur, hæcce autem aeris stagnatio ad quam intuitus refringitur, neque prope solem, nec procul ab eo effici potest? nam si prope quidem sit, resolvetur a sole, sin vero procul, intuitus refringi non poterit: ubi enim longe de parvo speculo extenditur, imbecillus redditur: quamobrem area quoque non fit. E regione itaque solis et in propinquo si fiat, a sole dissolvetur; sin vero procul, intuitus minor incidet; sed si in latere, speculum tantum distare licet, ut nec a sole dissolvatur, nec confertus abeat intuitus, quia nempe sub terram fertur. Sub sole autem non fit, quia si sol prope terram esset, dissolveretur a sole; sin autem supra cœlo in medio, intuitus distraheretur. Denique in universum ne a latere quidem fit sole cœlum medium tenente, quoniam ubi intuitus admodum fertur sub terram, exiguus ad speculum veniet: quapropter refractus omnino imbecillus erit.

13. Διὰ τί τῆς σκιᾶς τὸ ἄκρον τοῦ ἡλίου τρέμειν φαίνεται; οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ φέρεσθαι τὸν ἥλιον· ἀδύνατον γὰρ κινεῖσθαι εἰς τἀναντία, ὁ δὲ τρόμος τοιοῦτος. Ἔτι δ' ἄδηλος ἡ μετάβασις, ὥσπερ καὶ τοῦ ἡλίου αὐτοῦ. Ἢ διὰ τὸ κινεῖσθαι τὰ ἐν τῷ ἀέρι; καλεῖται δὲ ξύσματα· φανερὰ δ' ἔσται ἐν ταῖς ἀκτῖσι ταῖς διὰ τῶν θυρίδων· ταῦτα γὰρ κινεῖται κἂν νηνεμίᾳ. Ἐκ τ' οὖν τῆς σκιᾶς εἰς τὸ φῶς ἔκ τε τοῦ φωτὸς εἰς τὴν σκιὰν φερομένων ἀεί, καὶ ὁ ὅρος ὁ κοινὸς τοῦ φωτὸς καὶ τῆς σκιᾶς φαίνεται κινούμενος πάρεγγυς· ἢ γὰρ οἷον σκιὰν ποιοῦσιν, ἢ δὲ φῶς, ἑκατέρωθεν μεταβάλλονται ταῦτα, ὥσθ' ἡ σκιὰ φαίνεται κινεῖσθαι, οὐ κινουμένη αὐτὴ οὕτως, ἀλλ' ἐκεῖναι.

13. Cur solis umbræ extremum tremere videtur? handquaquam enim quia sol fertur: nam fieri non potest ut motus fiat in partes contrarias, tremor autem hujusmodi est. Ad hæc transitio umbræ inconspicua est, quomodo etiam solis ipsius. An quod moventur quæ in aere continentur? vocantur autem ramenta conspicuaque erunt in solis radiis qui transmeant per fenestras: hæc enim moventur etiam sine ullo vento. Ergo quum semper de umbra in lucem atque de luce in umbram moveantur, terminus quoque lucis ac umbræ communis propiuscule moveri videtur: quatenus enim ab altera parte quasi umbram, ab altera vero lucem faciunt, utrimque immutantur hæc, ita ut moveri umbra videatur, etiamsi non hæc, sed illa hunc in modum agitentur.

ΤΜΗΜΑ ΙϚ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΑ ΑΨΥΧΑ.

SECTIO XVI.

QUÆ AD RES INANIMATAS PERTINENT.

1. Διὰ τί αἱ μὲν βάσεις τῶν πομφολύγων λευκαὶ ἐν τοῖς ὕδασι, καὶ ἐὰν ἐν ἡλίῳ τεθῶσι, σκιὰν οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡ μὲν ἄλλη πομφόλυξ σκιὰν ποιεῖ, ἡ δὲ βάσις οὐ ποιεῖ, ἀλλ' ἡλίωται κύκλῳ; Τὸ δ' ἔτι θαυμασιώτερον, ὅτι οὐδ' ἐάν τι τεθῇ ξύλον εἰς τὸ ὕδωρ ἐν τῷ ἡλίῳ, τέμνεται ὑπὸ τοῦ ὕδατος ταῦτα. Ἢ οὐ γίνεται σκιά, ἀλλ' ἡλίῳ διῄρηται ἡ σκιά; Εἰ οὖν σκιά ἐστι τὸ μὴ ὁρώμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κύκλῳ ἂν ὁρῷτο ὁ ὄγκος.

1. Cur bases quidem bullarum candidæ sunt in aqua, et si soli exponantur, nullam efficiunt umbram, sed reliqua quidem bulla umbram facit, basis autem non facit, sed circumcirca a sole illustratur? Quod vere etiam mirabilius est, nec si lignum aquæ soli expositum indideris, ab aqua hæc dirimuntur. An non fit umbra, sed sole dirimitur? Quodsi itaque umbra est id quod non cernitur, moles bullæ quoque a sole circumcirca cernetur. Atqui hoc

Digitized by Google

Τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, δείκνυται ἐν τοῖς ὀπτικοῖς· οὐδὲ γὰρ τὸ ἐλάχιστον ὑπὸ τοῦ μεγίστου ἐνδέχεται ὅλον περιορθῆναι.

fieri non posse in libris de rebus visionem spectantibus demonstratur, quippe quum minimum a maximo totum circumadspici non possit.

www.libtool.com.cn

2. Διὰ τί αἱ πομφολυγες ἡμισφαίρια; Ἢ διὰ τὸ ὡς ἀπὸ κέντρου πρὸς τὸν ἀέρα φέρεσθαι ἄνω ὁμοίως πάντῃ; ἀνάγκη δὲ τοῦτο ἡμισφαίριον εἶναι· τὸ κάτω δ' ἡμισφαίριον ἀποτέμνεται ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ ὑδατώδους, ἐν ᾧ τὸ κέντρον ἐστίν.

2. Cur bullæ speciem hemisphærii præ se ferunt? An quod tamquam de centro in aera sursum æqualiter undique feruntur? quo quidem modo hemisphærium exsurget necesse est; dimidium autem sphæræ inferius aquæ planitie abscinditur, in qua centrum situm est.

3. Διὰ τί τοῖς ἄνισον τὸ βάρος ἔχουσιν μεγέθεσιν, ἐάν τις τὸ κουφότερον κινῇ, κύκλῳ περιφέρεται τὸ βαλλόμενον, οἷον τοῖς μεμολιβδωμένοις ἀστραγάλοις συμβαίνει, ἄν τις βάλῃ τὸ κουφότερον πρὸς αὐτὸν στρέψας μέρος; Ἢ ὅτι τὸ βαρύτερον ἀδύνατον ἰσοδρομεῖν τῷ κουφοτέρῳ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἰσχύος ῥιφθέν· ἐπεὶ δ' ἀνάγκη μὲν πάμπαν κινεῖσθαι, ἐξ ἴσου δ' ἀδύνατον, ὁμοταχῶς μὲν φερόμενα τὴν αὐτὴν οἰσθήσεται γραμμήν, θᾶττον δὲ θατέρου φερομένου κύκλον ἀνάγκη φέρεσθαι, ἐπειδὴ ἐν τούτῳ μόνῳ τῷ σχήματι ταὐτὰ ἀεὶ κατάλληλα ὄντα σημεῖα ἐν ταὐτῷ χρόνῳ ἀνίσους διέρχεται γραμμάς;

3. Cur in magnitudinibus quæ pondere sunt inæquali, adcidit ut, si partem moveas leviorem, in orbem circumferatur quod jacitur, ut in talis fit plumbo gravatis, si quis parte leviori ad se conversa projiciat? An quod fieri non potest ut gravius eodem impetu quo levius feratur, ubi eisdem viribus jactum est; sed quum omnino quidem moveri necesse sit, fieri vero non possit ut æquali impetu moveantur, si pari quidem celeritate ferantur, eamdem lineam percurrent; sin autem alterum altero feratur celerius, circulo ferri necesse erit, quandoquidem hac sola in figura puncta eadem sibi invicem obversa semper lineas inæquales eodem tempore percurrunt?

4. Διὰ τί τὰ πίπτοντα ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἀφαλλόμενα ὁμοίας γωνίας ποιεῖ πρὸς τὸ ἐπίπεδον ἐφ' ἑκάτερα τοῦ σημείου ᾧ ἥψατο τοῦ ἐπιπέδου; Ἢ ὅτι πάντα μὲν φύσει φέρεται πρὸς ὀρθήν; Τὰ μὲν οὖν εἰς ὁμαλὲς πεσόντα, τῇ καθέτῳ καὶ τῇ διαμέτρῳ προσκρούσαντα τῷ ἐπιπέδῳ, τοσαύτας ποιεῖ γωνίας ἀφαλλόμενα διὰ τὸ τὴν μὲν διάμετρον ἴσα διαιρεῖν· τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια πίπτοντα οὐ τῇ καθέτῳ προσκρούοντα τῷ χωρίῳ, ἀλλὰ τῷ ἀνωτέρω τῆς καθέτου σημείῳ, συμβαίνει πάλιν ἀνωσθέντα ὑπὸ τοῦ πληγέντος τόπου εἰς τοὐναντίον φέρεσθαι, τὰ μὲν στρογγύλα, ὅτι ἐν αὐτῷ φερόμενα εἰς τοὐναντίον τῆς ἀπώσεως ἐξελίττεται, ἐάν τ' ἠρεμῇ τὸ μέσον αὐτῶν, ἐάν τε καὶ τόπον διαλλάττῃ· τὰ δ' εὐθύγραμμα διά τε τὴν κάθετον αὐτῶν εἰς τοὔμπροσθεν προσηνέχθη ἐκκρούεσθαι, καθάπερ τοῖς τε ξυρουμένοις τὰ σκέλη συμβαίνει, καὶ ὧν τοὺς κολύθρους ὑφαρπάζουσιν· πάντες γὰρ οὗτοι εἰς τοὐναντίον καὶ ὄπισθεν ἐπιπίπτουσι, διὰ τὸ ἰσάζειν αὐτὰ τὴν κάθετον, μετέωρόν τ' εἶναι καὶ εἰς τοὔμπροσθεν ἐκκρούεσθαι· τὰ γὰρ ἐναντία δηλονότι αὐτῆς ὄπισθέν τε καὶ κάτω συμβαίνει γίνεσθαι, κάτω δὲ φερόμενα βαρύτερα ἂν εἴη. Ὅ οὖν τούτοις πτῶμα, τοῖς ἀφαλλομένοις φορὰν συμβαίνει γίνεσθαι. Πρὸς ὀρθὴν μὲν οὖν οὐδέτερα αὐτῶν ἀφάλλεται διὰ τὸ τὴν μὲν κάθετον δίχα τῷ βάρει διαιρεῖν τὰ φερόμενα, καθέτους δὲ πλείους πρὸς ταὐτὸ ἐπίπεδον μὴ γίνεσθαι τεμνούσας αὐτάς· ὃ τούτοις συμβήσεται καθέτου γινομένης κατὰ τὴν ἅφαλσιν, ᾗ προσέκρουσε τῷ ἐπιπέδῳ τὸ φερόμενον· διχοτομεῖσθαι (γάρ?) πάλιν ὑπ' αὐτῆς αὐτὸ συμβήσεται, ὥστ' ἀναγκαῖον τέμνεσθαι ὑπ' αὐτῆς τὴν πρώτην κάθετον ἐφ' ἧς ἐφέρετο. Ἐπεὶ δ' εἰς τοὐναντίον μὲν οἰσθήσεται, πρὸς ὀρθὴν δ' οὐκ οἰσθήσεται, λοιπὸν ὀξεῖαν γίνεσθαι γω-

4. Cur ea quæ in terram cadunt atque resiliunt, angulos ad solum faciunt æquales utraque ex parte puncti quo solum tetigerint? An quod omnia sua natura ad perpendiculum feruntur? Quæ igitur in locum æqualem ceciderunt, si ex perpendiculo diametroque solo impingantur, resilientia pares angulos ideo faciunt, quod diametros sane in partes æquales dividit; quæ autem ad latera incidunt, quoniam non secundum perpendiculum in locum sese impingunt, sed in punctum ultra perpendiculum situm, adcidit ut denuo repulsa a loco icto contrariam in partem ferantur, rotunda quidem, quoniam propter motum quo eodem loco manent, in regionem loco unde venerint, oppositam sese evolvunt, sive quiescat eorum medium, seu etiam locum permutet; rectis vero terminata lineis, quod perpendiculum eorum loco deturbatur, in partem priorem deferuntur, ut his adcidit qui cruribus solum verrunt, aut quibus pedales subripiunt: hi namque omnes adversam in partem retrorsumque corruunt, quoniam hæc perpendiculum coæquant, id autem suspensum est atque priorem in partem deturbatur, quippe adcidit nimirum ut perpendiculi contrarium retro infraque sit; quodsi autem deorsum ferrentur, graviora essent. Quod igitur his casus, idem rebus resilientibus evenit ut transitus sit. Ergo ad perpendiculum neutra eorum resiliunt, quia perpendiculum quidem ponderis ratione corpora quæ feruntur, in duas partes dividit æquales; fieri autem non potest ut plura perpendicula idem ad planum demittantur se invicem secantia: quod tamen his adcideret, si perpendiculum fieret linea secundum quam, dum illidit, planum obfendit corpus quod fertur: eveniet enim, ut rursus ab eo bipartito dividatur planum, ita ut ab ea primum perpendiculum secundum quod ferebatur corpus, secari necesse sit. Sed quandoquidem adversam quidem in partem feretur, secundum rectum tamen angulum non feretur, reliquum est ut acutus reddatur

Digitized by Google

νίαν τὴν ἐπὶ θατέρῳ τοῦ προσπεσόντος τῷ ἐπιπέδῳ σημείου· ὅρος γάρ ἐστιν ἡ ὀρθὴ τῶν ἐναντίων γωνιῶν.

angulus a parte altera puncti, quod plano incidit : oppositorum enim inter sese angulorum terminus rectus angulus est.

5. Διὰ τί ὁ μὲν κύλινδρος ὠσθεὶς εἰς εὐθύ τε φέρεται καὶ γράφει εὐθείας τοῖς ὁρίζουσιν αὐτὸν κύκλοις, ὁ δὲ κῶνος κύκλῳ περιφέρεται, τῆς κορυφῆς μενούσης, καὶ γράφει τὸν κύκλον τῷ ὁρίζοντι κύκλῳ; Κύκλῳ μὲν ἀμφότερα φέρεται, γράφει δ' ἐν τῷ ἐπιπέδῳ ὁ μὲν κύλινδρος εὐθείας, ὁ δὲ κῶνος κύκλους, διὰ τὸ τοὺς μὲν ἐν τῷ κώνῳ ἀνίσους εἶναι κύκλους, φέρεσθαι δ' ἀεὶ θᾶττον τὸν μείζονα τῶν περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον· φερομένων δ' ἀνίσως πάντων ἅμα τῶν ἐν τῷ κώνῳ κύκλων, συμβαίνει τοὺς ἐξωτάτω πλεῖστον ἐν ταὐτῷ χρόνῳ τόπον καὶ γραμμὴν φέρεσθαι· διὸ καὶ κύκλῳ φέρονται· γράφονταί τε γὰρ πάντες τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ, καὶ τῆς εὐθείας κύκλῳ μὲν φερομένης οὐ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ σημεῖα ἴσην ἐν ταὐτῷ χρόνῳ γράφει γραμμήν, εἰς εὐθὺ δὲ φέρει τὴν ἴσην. Τοῦ δὲ κυλίνδρου πάντων ἴσων ὄντων τῶν κύκλων καὶ περὶ ταὐτὸ κέντρον, συμβαίνει τὰ ἅμα τοῦ ἐπιπέδου ἐν αὐτοῖς πάνθ' ἁπτομένοις σημεῖα φέρεσθαί τ' ἰσοταχεῖς κυλιομένους διὰ τὸ τοὺς κυλίνδρους ἴσους εἶναι, καὶ ἥκειν ἐπὶ τὸ ἐπίπεδον πάλιν ἅμα ἐκκυλισθέντα ἕκαστον τὸν αὑτοῦ κύκλον, ὥστε καὶ τὰς ἐν τῷ ἐπιπέδῳ εὐθείας ἴσας γίνεσθαι· τῇ γὰρ αὐτῶν ἁφῇ αὐτὰς ἔγραψαν, ὄντες ἴσοι τε καὶ ἰσοταχεῖς. Ἐγίνοντο δ' εὐθεῖαι αἱ ὑπὸ τῆς αὐτῆς γραφεῖσαι γραμμῆς εἰς εὐθὺ φερομένης, ὥστε διὰ ταύτας εἰς εὐθὺ ἀναφέροιτο ὁ κύλινδρος· διαφέρει γὰρ οὐθέν, ᾗ ἡ πρώτη ἥψατο ὁ κύλινδρος τοῦ ἐπιπέδου γραμμῇ, ταύτῃ ἕλκειν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ, ἢ ἐγκυλίειν αὐτό· ἀεὶ γὰρ ἴσην καὶ ὁμοίαν γραμμὴν τῶν ἐν τῷ κυλίνδρῳ συμβήσεται ἅπτεσθαι τοῦ ἐπιπέδου, ἑλκομένου τε καὶ κυλιομένου τοῦ κυλίνδρου.

5. Cur cylindrus quidem propulsus fertur in directum, suisque terminantibus orbibus lineas rectas describit; conus vero suo manente mucrone in orbem circumfertur, suoque terminanti orbe orbem describit? Circulo quidem uterque fertur; verum cylindrus quidem rectas lineas in plano describit, conus vero orbes, eo quod coni quidem orbes inæquales sunt, atque inter circulos eodem centro utentes semper major celerius fertur; quum autem omnes coni orbes simul, etiamsi inæquali motu ferantur, evenit ut extimi amplissimum locum et longissimam lineam tempore eodem percurrant: quapropter etiam circulo feruntur, quippe quum omnes eadem recta linea describantur, atque ubi linea recta circulo fertur, non omnia sita in ea puncta æqualem lineam eodem tempore describunt; ubi vero in directum, æqualem producit. Cylindri vero quum omnes orbes pares inter se sunt, axemque eumdem ambiunt, evenit iis, utpote omnibus quæ circulis continentur, punctis planum simul tangentibus, ut, dum volvuntur, pari celeritate ferantur, quia æquabiles sunt cylindri, et rursus ad planum simul omnia redeant puncta, postquam suum quodque orbem volvendo absolverit, ita ut lineæ quoque rectæ quæ in plano describuntur, pares fiant : suo namque tactu eas descripserunt orbes qui æquales sunt parique utuntur celeritate. Atqui rectæ fiebant lineæ, quas linea eadem quæ recta fertur, descripserit : ergo propter has lineas in directum feretur cylindrus : nil enim refert, utrum qua linea prima cylindrus planum tetigerit, hac cylindrum in plano protrahas, an eum volvas : semper namque eveniet ut æqualis linea similisque e numero earum quæ cylindro continentur, planum tangat, sive protrahatur cylindrus, sive provolvatur.

6. Διὰ τί τῶν βιβλίων ἡ τομὴ οὖσα ἐπίπεδος καὶ εὐθεῖα, ἐὰν μέν τις τέμῃ παρὰ τὴν βάσιν, γίνεται εὐθεῖα ἀνελιττομένη, ἐὰν δ' ἐγκλίνας, σκολιά; Ἢ ὅτι συμβαίνει τῶν ἐν τῇ ἑτέρᾳ τομῇ κύκλων ἐν ταὐτῷ ἐπιπέδῳ ὄντων τὴν ἐγκεκλιμένην τομὴν μὴ παρακειμένην εἶναι, ἀλλ' ἐν τῇ μὲν πλεῖον, τῇ δ' ἔλαττον αὐτῆς ἀπέχειν, ὥστ' ἐξελιττομένου οἱ μὲν ἐν ταὐτῷ ἐπιπέδῳ ὄντες κύκλοι καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντες ἐν ταὐτῷ ἐπιπέδῳ τὴν ἐξ αὐτῶν ποιήσουσι γραμμὴν ἐξελιττόμενοι· ἔστι γὰρ ἡ γινομένη γραμμὴ ἐκ τῶν κύκλων οἵ εἰσιν ἐν ταὐτῷ ἐπιπέδῳ· ὥστε καὶ εὐθεῖα οὖσα ἐν ἐπιπέδῳ. Ἥ τε τῆς λοξῆς τομῆς ἐξελιττομένη γραμμὴ οὐκ οὖσα παρὰ τὴν πρώτην, ἀλλὰ τῇ μὲν πλέον, τῇ δ' ἔλαττον αὐτῆς διεστηκυῖα, διὰ τὸ καὶ τὴν τομὴν οὕτως ἔχειν πρὸς αὐτήν, οὐκ ἐν ἐπιπέδῳ ἔσται, ὥστ' οὐδ' εὐθεῖα· τῆς γὰρ εὐθείας οὐκ ἔστι τὸ μὲν ἐν ἄλλῳ, τὸ δ' ἐν ἄλλῳ ἐπιπέδῳ.

6. Cur sectio librorum, etiamsi recta ac plana sit, si quis eam ubivis æque a basi distantem duxerit, recta fit ubi evolvitur; sin autem inclinarit, contorta? An quia evenit ut, quum orbes secturæ alterius eodem in plano positi sint, declinans incisura non ubivis æque distet, sed alia quidem pagina plus, alia vero minus a basi absit, ita ut ubi evolveris, orbes quidem qui plano eodem insunt suumque initium in plano habent eodem, suam producant lineam ubi explicantur, quippe quum linea quæ inde exoritur, profecta ex orbibus sit, qui plano eodem incumbunt : quapropter et recta erit, quandoquidem in plano sita est. At obliquæ secturæ linea, quoniam a prima non ubivis æque distat, sed hac quidem plus, illac vero minus ab ea abest, utpote quum ipsa quoque sectura eamdem ad eam servat rationem, ubi evolvitur, in plano sita non erit, atque hinc quoque non recta esse poterit : etenim fieri non potest ut rectæ lineæ pars alia in alio plano sita sit.

7. Διὰ τί διαιρούμενα τὰ μεγέθη ἐλάττω φαίνεται πάντα τοῦ ὅλου; Ἢ ὅτι διαιρούμενα μὲν ἀριθμὸν ἔχει πάντα, μεγέθει δ' ἐλάττω ἐστὶ τοῦ ἑνός; τὸ μὲν γὰρ

7. Cur omnis magnitudo quæ dividitur, minor esse suo toto videtur? An quod omnia quæ dividuntur quidem, numerum recipiunt, quamquam magnitudinis ratione minora

www.ibtools.com.cn

Digitized by Google

μέγα τῷ κατὰ συνέχειαν εἶναι καὶ ποσόν τι μέγα λέγεται, ὁ δ' ἀριθμός τε πᾶς παντὸς μεγέθους ἀριθμοῦ μείζων· διόπερ εἰκὸς τὸ ὅλον διαιρεθέντων τῶν μερῶν μεῖζον φαίνεσθαι· τῶν αὐτῶν γὰρ ὄντων αὐτῶν τὸ μὲν ὅλον τὴν τοῦ μεγέθους ἔχει μᾶλλον φύσιν, συνεχὲς ὄν, τὰ δὲ μέρη τὴν τοῦ ἀριθμοῦ.

sunt quam unum? magnum enim eo quod continuum quantitasque quædam est, magnum dicitur; numerus vero omnis omni magnitudini numero major est: quamobrem ut partibus divisis majus adpareat totum, rationi consentaneum est: quum enim partes totumque idem sint, totum quidem naturam potius magnitudinis præ se fert, utpote continuum, partes vero naturam numeri magis sortiuntur.

8. Τῶν περὶ τὴν κλεψύδραν συμβαινόντων τὸ μὲν ὅλον ἔοικεν εἶναι αἴτιον καθάπερ Ἀναξαγόρας λέγει· ὁ γὰρ ἀήρ ἐστιν αἴτιος, ἐναπολαμβανόμενος ἐν αὐτῇ, τοῦ μὴ εἰσιέναι τὸ ὕδωρ ἐπιληφθέντος τοῦ ἄλλου. Οὐ μὴν ἁπλῶς γε αἴτιος· κἂν γάρ τις αὐτὴν πλαγίαν ἐνῇ εἰς τὸ ὕδωρ, ἐπιλαβὼν τὸν αὐλόν, εἴσεισι τὸ ὕδωρ· διόπερ οὐ λέγεται ὑπ' αὐτοῦ ἱκανῶς ἡ αἰτιόν ἐστιν· ἔστι δ' αἴτιον μέν, καθάπερ εἴρηται, ὁ ἀήρ· οὗτος δ' ὠθούμενός τε καὶ καθ' ἑαυτὸν φερόμενος καὶ μὴ βιαζόμενος ἐπ' εὐθείας πέφυκε φέρεσθαι, καθάπερ καὶ ἄλλα στοιχεῖα. Πλαγίας μὲν οὖν βαφείσης τῆς κλεψύδρας, διὰ τῶν ἐναντίων τοῖς ἐν τῷ ὕδατι τρυπημάτων ἐπ' εὐθείας μένων ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐξέρχεται, ὑποχωροῦντος δ' αὐτοῦ τὸ ὕδωρ εἰσέρχεται· ὀρθῆς δ' εἰς τὸ ὕδωρ βαφείσης τῆς κλεψύδρας, οὐ δυνάμενος πρὸς ὀρθὴν ὑποχωρεῖν διὰ τὸ πεφράχθαι τὰ ἄνω, μένει περὶ τὰ πρῶτα τρυπήματα· ἅττεσθαι γὰρ εἰς αὐτὸν οὐ πέφυκεν. Σημεῖον δ' ἐστὶ τοῦ εἴργειν δύνασθαι τὸ ὕδωρ ἀκινητίζοντα τὸν ἀέρα τὸ ἐπ' αὐτῆς γινόμενον τῆς κλεψύδρας· ἐὰν γάρ τις αὐτῆς αὐτὴν τὴν κωδύαν ἐμπλήσας ὕδατος, ἐπιλαβὼν τὸν αὐλόν, καταστρέψῃ ἐπὶ τὸν αὐλόν, οὐ φέρεται τὸ ὕδωρ διὰ τοῦ αὐλοῦ ἐπὶ στόμα· ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ στόματος οὐκ εὐθὺς ἐκρεῖ κατὰ τὸν αὐλόν, ἀλλὰ μικροτέρῳ ὕστερον, ὡς οὐκ ὂν ἐπὶ τῷ στοματι τοῦ αὐλοῦ, ἀλλ' ὕστερον διὰ τούτου φερόμενον ἀνοιχθέντος. Πλήρους τε καὶ ὀρθῆς οὔσης τῆς κλεψύδρας, ἀνοιχθέντος τοῦ αὐλοῦ εὐθὺς ῥεῖ διὰ τοῦ ἠθμοῦ, διὰ τὸ ἐκείνου μὲν ἅπτεσθαι, τῶν δ' ἄκρων τοῦ αὐλοῦ μὴ ἅπτεσθαι. Οὐκ εἰσέρχεται μὲν οὖν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν κλεψύδραν διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν· ἐξέρχεται δ' ἀνοιχθέντος τοῦ αὐλοῦ διὰ τὸ τὸν ἐν αὐτῷ ἀέρα κινούμενον ἄνω καὶ κάτω πολλὴν κένωσιν ποιεῖν τοῦ ἐν τῇ κλεψύδρᾳ ὕδατος, ὠθούμενον δὲ κάτω καὶ αὐτὸ ῥέπον εἰς αὐτὸ εἰκότως ἐκρεῖ, βιαζόμενον τὸν ἐκτὸς τῆς κλεψύδρας ἀέρα κινούμενόν τε καὶ ὄντα ἴσον τῇ δυνάμει τῷ ἐπωθοῦντι αὐτὸν ἀέρι, τῇ δ' ἀντερείσει ἀσθενέστερον ἐκείνου διὰ τὸ διὰ στενοῦ αὐτὸν τοῦ αὐλοῦ ῥέοντα θᾶττον καὶ σφοδρότερον ῥεῖν καὶ προσπίπτειν τῷ ὕδατι. Τοῦ δὲ πωμασθέντος τοῦ αὐλοῦ μὴ συρρεῖν τὸ ὕδωρ αἴτιον, ὅτι τὸ ὕδωρ εἰσιὸν εἰς τὴν κλεψύδραν ἐξωθεῖ βίᾳ τὸν ἀέρα ἐξ αὐτῆς. Σημεῖον δ' ἐστὶ τὸ γινόμενον ἐν ταύτῃ πνεῦμα καὶ ἐρυγμός. Εἰσιόντος δὲ τοῦ ὕδατος, βίᾳ ὠθοῦν συνεισπίπτει εἰς τὸν αὐλὸν αὐτοῦ, καθάπερ τὰ ἐκπιεστὰ ξύλα ἢ χαλκὸς τῇ διαιρέσει πιεζούμενος μένει ἄνευ παντὸς ἄλλου συνδέσμου (ἕως ἄν?) ἐκκρουσθῇ ἐκ τοῦ ἐναντίου, καθάπερ τοὺς κατεαγότας ὀπιούρους ἐν τοῖς ξύλοις ἐκκρούουσιν. Συμ

8. Eorum quæ circa clepsydram eveniunt, in universum quidem causa esse videtur ea quam Anaxagoras refert: aer enim qui in ea includitur, causa est, ne aqua ingredi possit fistula obturata. Non tamen simplici ratione hic causa est: namsi quis eam fistula adprehensa transversam immergat in aquam, intrat aqua: quamobrem non satis auctor ille exposuit quatenus aer causa sit: nam est quidem causa, quemadmodum diximus, aer: hic enim ubi impellitur atque per se ipse fertur nulla vi ei illata, suapte natura fertur per directum, ut etiam alia elementa. Itaque clepsydra transverse immersa, aer per foramina quæ aquæ foraminibus obposita sunt, quippe quum in directum positus manet, sub aqua exit, eo vero evadente, aqua intrat; at si recta in aquam immergatur clepsydra, aer, ad perpendiculum sese subducere nequiens, quoniam obstructæ sunt partes superiores, circa prima foramina manet, quippe qui in se resilire suapte natura non potest. Argumentum vero, aquam arcere posse aerem, ita ut immotus maneat, id est quod in ipsa clepsydra fit: nam si alvum ejus aqua repletam in fistulam obturatam inverteris, aqua per fistulam in os non fertur; ore vero patefacto, non protinus, sed paulo post, per fistulam effluit, ut qui non in ipso ore fistulæ invenitur, sed postmodum facta apertione per fistulam fertur. Ubi autem plena erectaque clepsydra est, fistula patefacta protinus per colum effluit, quia illud quidem tangit, extremam vero fistulam non tangit. Clepsydram igitur aqua ob prædictam causam non ingreditur; egreditur autem fistula patefacta eo quod aer qui fistula continetur, sursum deorsumque agitatus, aquæ in clepsydra inveniundæ amplam efficit vacuationem, quumque deorsum pellatur eodemque ipsa etiam vergat, merito effluit, vim inferens aeri qui extra clepsydram est, quique et ipse movetur et compar est potentia aeri eum impellenti, sed renixu infirmior eo, quoniam per angustam fistulam fluens ille ocius ac vehementius fluit atque in aquam incidit. Causa vero, cur obturata fistula aqua non confluat, est quod aqua, dum clepsydram subit, aera per vim ab ea expellit. Cujus rei indicium est flatus ructusque, qui tunc in ea fiunt. Intrante vero aqua vi pellens simul incidit ibi in fistulam, quemadmodum ligna quæ extruduntur, aut æs in scissura constrictum, quæ hærent sine ullo alio vinculo, donec ab altera parte expellantur, quo modo præruptos clavos lignis impactos expellimus: quod sane aperta fistula fieri

Digitized by Google

βαίνει δὲ τοῦτο ἀνοιχθέντος τοῦ αὐλοῦ γίνεσθαι διὰ τὰ προειρημένα. Ἢ οὖν διὰ ταῦτα εἰκός ἐστιν αὐτὸν μὴ ἐκρεῖν, ἢ ἐξιόντος βιαίου ἀέρος καὶ πνευματουμένου; δηλοῖ δ' ὁ ψόφος ἐπισπᾶσθαι τῷ πνεύματι τὸ ὕδωρ ἄνω, ὥσπερ ἐπὶ πολλῶν συμβαίνει γίνεσθαι, ἐπισπώμενον δὲ καὶ συνεχὲς ὂν αὐτῷ πᾶν τὸ ὕδωρ μένει πιεζούμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος, ἕως ἂν ἀπωσθῇ πάλιν ὑπ' αὐτοῦ· τῆς δ' ἀρχῆς μενούσης, καὶ τὸ ἄλλο ἐξ αὐτῆς κρέμαται ὕδωρ ἓν καὶ συνεχές. Εὔλογον δὲ τοῦτο γίνεσθαι· τοῦ γὰρ αὐτοῦ ἐστι κινῆσαί τε ἐκ τῆς οἰκείας χώρας τι, καὶ τοῦτο ἴσχειν, ὡς ἐκείνης, ἐν πλείονι δὲ χρόνῳ, ἐὰν ᾖ ὁμοια τῇ δυνάμει τό τε ἔχον καὶ τὸ ἐχόμενον, ἢ τὸ ἴσον κρεῖττον, ὅπερ ἐνταῦθα συμβαίνει· πνεῦμα γὰρ ὕδατός ἐστι κρεῖττον τῇ δυνάμει.

evenit propter causas quas superius exposuimus. An igitur his de causis rationi congruum est aquam non effluere, an quod aer vi exit atque in spiritum convertitur? strepitus enim indicat aquam a spiritu sursum adtrahi, quemadmodum multis in rebus fieri adcidit, et quum adtrahitur sibique continua manet universa aqua, restat, quippe quæ ab aere comprimitur, donec rursus ab eo repellatur, quumque initium restat, reliqua aqua etiam ex eo pendet, utpote rem unicam ac continuam constituens. Nec vero rationi repugnat, hoc ita fieri, quandoquidem ejusdem rei officium est, et dimovere quidquam proprio de loco, et idem, ut movit, sic etiam continere; hoc vero majus requirere temporis spatium, si vel potentia quod tenet, quodque tenetur, æqualia sunt, vel quod tenet potentius est: id quod hic adcidit: spiritus enim viribus præ aqua prævalet.

9. Διὰ τί τὰ μόρια τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζῴων, ὅσα μὴ ὀργανικά, πάντα περιφερῆ, τῶν μὲν φυτῶν τὸ στέλεχος καὶ οἱ πτόρθοι, τῶν δὲ ζῴων κνῆμαι, μηροί, βραχίονες, θώραξ· τρίγωνον δέ, οὐδὲ πολύγωνον οὔθ' ὅλον, οὔτε μόριόν ἐστιν; Πότερον, ὥσπερ Ἀρχύτας ἔλεγε, διὰ τὸ ἐν τῇ κινήσει τῇ φυσικῇ ἐνεῖναι τὴν τοῦ ἴσου ἀναλογίαν (κινεῖσθαι γὰρ ἀνάλογον πάντα), ταύτην δὲ μόνην εἰς αὐτὴν ἀνακάμπτειν, ὥστε κύκλους ποιεῖν καὶ στρογγύλα, ὅταν ἐγγένηται;

9. Cur partes tam stirpium quam animantium, quæ nullis instrumentariis officiis deputata sunt, rotundæ omnes sunt, stirpium quidem caudex et rami, animantium vero crura, femora, lacerti, pectus; triangulum autem vel multangulum nec totum, neque pars ulla refert? An, ut Archytas dicebat, quoniam in motu naturali æqui proportio inest (moveri namque proportione omnia), hæc autem sola in sese revertitur, ita ut orbes rotundaque faciat, simulac adsit?

10. Διὰ τί ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀεὶ γίνεται περιφερῆ; Ἢ ὅτι ἡ φύσις ἐκ τῶν ἐνδεχομένων πάντα ποιεῖ ὡς δυνατὸν ἄριστα καὶ κάλλιστα, τὸ δὲ σχῆμα τοῦτο κάλλιστον, τὸ αὐτὸ αὑτῷ ὁμοιότατον;

10. Cur in extremis semper fiunt rotunda? An quod natura ex iis quæ sibi præsto sunt, omnia, quoad fieri potest, creat optima et pulcherrima; figura autem ea pulcherrima est, quæ sibi ipsa est simillima?

11. Διὰ τί, ἐὰν κύκλος ῥιφθῇ, τὸ μὲν πρῶτον εὐθεῖαν γράφει, παυόμενος δ' ἕλικα, ἕως ἂν πέσῃ; Ἢ εὐθεῖαν μὲν τὸ πρῶτον, ὅτι ὁμοίως ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὁ ἀὴρ ἀπορθοῖ; Ἴσης οὖν οὔσης τῆς ροπῆς ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἀνάγκη καὶ τὴν γραμμὴν τοιαύτην εἶναι, ἢ ἴσον διαιρεῖ τὸν τόπον ἔνθεν καὶ ἔνθεν· τοιαύτη δ' ἐστὶν εὐθεῖα. Ὅταν δὲ βρίσῃ ἐπὶ θάτερον μέρος δι' ἀνωμαλίαν τοῦ περιεσταμένου ἀέρος, οὐκέτι ἴσην γράφει τό τ' ἐντὸς καὶ τὸ ἐκτὸς μέρος, ἀλλ' ἀνάγκη περιφερῆ.

11. Cur si circulus projiciatur, primum quidem lineam rectam describit, cessans vero cochleam, dum decidat? An principio quidem rectam ideo describit, quod æqualiter ab aere hinc inde dirigitur? Quum igitur pari momento in utrumque latus vergat, lineam quoque ejusmodi esse necesse est, quæ locum in partes æquales hinc atque inde dividit; talis autem recta est. At ubi in partem alterutram vergit ob inæqualitatem ambientis aeris, non amplius æqualem lineam parte interiori exteriorique ducit, sed necessario rotundam.

12. Διὰ τί τοῖς ἄνισον τὸ βάρος ἔχουσι μεγέθεσιν, ἐάν τις κουφότερον κινῇ τῶν μερῶν, κύκλῳ περιφέρεται τὸ βαλλόμενον, οἷον τοῖς μεμολιβδωμένοις ἀστραγάλοις συμβαίνει, ἐάν τις βάλλῃ τὸ κουφότερον πρὸς αὐτὸν στρέψας μέρος; Ἢ ὅτι τὸ βαρύτερον ἀδύνατον ἰσοδρομεῖν τῷ κουφοτέρῳ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἰσχύος ῥιφθέν; ἐπεὶ δ' ἀνάγκη μὲν κινεῖσθαι, ἐξ ἴσου δὲ καὶ ἐπ' εὐθείας ἀδύνατον, ἀνάγκη εἰς τὸ ἐντὸς φερόμενον κύκλῳ φέρεσθαι, οἷον εἰ ὅλως τι ἦν αὐτοῦ ἀκίνητον διὰ βάρος ἐν μέσῳ, τὸ μὲν πρὸς τῷ ἀφιέντι εἰς τὸ πρόσθεν ἂν ἐκινήθη αὐτοῦ μέρος, τὸ δ' ὑπ' ἐκεῖνα πρὸς τὸν ἀφιέντα. Ἐπεὶ δὲ κινεῖται μὲν τὸ πᾶν, ἔχει δ' ἐν μέσῳ τὸ βάρος φερόμενον, ἀνάγκη ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖν.

12. Cur in magnitudinibus, quæ pondere sunt inæquali, si quis partem moverit leviorem, in orbem circumfertur res projecta, quemadmodum in talis fit plumbo gravatis, quoties quis parte leviori ad se conversa projiciat? An quod fieri non potest ut quod gravius est, æquali impetu cum leviori feratur, ubi projectum eisdem a viribus est? quum tamen moveri necesse sit, idque æquabiliter ac recto tramite fieri nequeat, introrsum latum in orbem ferri necesse est, quemadmodum si pars ejus in medio penitus immobilis propter pondus esset, pars quidem projicienti proxima prorsum moveretur, quæ vero his subjecta est ad projicientem. Sed quoniam totum quidem movetur, habetque in medio pondus motu citum, idem hoc fieri necesse est.

13. Διὰ τί τὰ φερόμενα ὅταν ἀντιπέσῃ, ἀφάλλεται εἰς τοὐναντίον ἢ πέφυκε φέρεσθαι, καὶ πρὸς ὁμοίας

13. Quamobrem corpora quæ feruntur, ubi impegerunt, resiliunt partem in contrariam quam suapte natura ferun-

Digitized by Google

γωνίας; Ἢ ὅτι οὐ μόνον ἐκείνην φέρεται τὴν φορὰν ἣν φέρεται κατὰ τὸ οἰκεῖον μέρος, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ ἀφιέντος γινομένην; Ἡ μὲν οὖν οἰκεία παύεται, ὅταν εἰς τὸν οἰκεῖον ἔλθῃ τόπον (ἅπαν γὰρ ἠρεμεῖ ἐλθὸν εἰς ὃν φέρεται τόπον κατὰ φύσιν), καθ' ἣν δ' ἔχει ἀλλοτρίαν, ἀνάγκη ἔτι κινεῖσθαι, οὐκ εἰς τὸ πρόσθεν δὲ διὰ τὸ κωλύεσθαι, ἀλλ' ἢ εἰς τὸ πλάγιον, ἢ εἰς τὸ ὀρθόν. Ἅπαντα δ' ἀποπηδᾷ πρὸς ὁμοίας γωνίας διὰ τὸ φέρεσθαι μὲν ἐνταῦθα οὗ ἡ κίνησις φέρει, ἣν ἐποίησεν ὁ ἀφείς· ἐκεῖ δὲ πρὸς ὀξεῖαν ἢ πρὸς ὀρθὴν φέρεσθαι συμβαίνει. Ἐπεὶ οὖν τὸ ἀντικροῦσαν κωλύει τὴν εἰς εὐθὺ κίνησιν, ὁμοίως κωλύει τὸ φερόμενον καὶ τὴν φορὰν αὐτοῦ. Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς κατόπτροις τὸ ἄκρον τῆς εὐθείας οὗ ξυνέπεσεν ἡ ὄψις φαίνεται, καὶ ἐν τοῖς φερομένοις οὕτω τὸ ἐναντίον γίνεται· τοσαύτην γὰρ γωνίαν ἀπέωσται ὅση γίνεται ἡ κατὰ κορυφήν· δεῖ γὰρ νοῆσαι μετακινουμένην τὴν γωνίαν καὶ τὴν φοράν· τούτου δὲ γενομένου φανερὸν ὅτι πρὸς ὁμοίας γωνίας ἀνάγκη ἀφάλλεσθαι.

tur, idque secundum angulos æquales? An quod non solum eo feruntur motu quo pro suo munere naturaliter cientur, verum etiam illo qui a mittente proficiscitur? Proprius igitur cessat motus, ubi proprium ad locum pervenerint (omnia namque requiescunt, ubi eum in locum devenerint quo sua natura feruntur), sed alieno quem habent, motu necessario moveri pergunt, idque non in partem priorem quia prohibentur, sed vel in latus, vel secundum rectum angulum. Omnia autem secundum angulos resiliunt æquales, quoniam eo quidem feruntur quo motus ducit, cui ansam dedit qui miserit, illic vero evenit ut secundum angulum vel acutum, vel rectum ferantur. Quum ergo quod retorserit, vetat quominus in directum motus agatur, pariter et rem quæ fertur, et ejus impetum prohibet. Ut igitur in speculis extremum lineæ rectæ illic cernitur, ubi visio cum rei imagine concidit, ita in iis quæ feruntur, contrarium obtinet, quippe quum secundum angulum tantum retorqueantur quantus is est qui in vertice exstat: ita enim intelligendum est, ut transferantur simul et angulus et motus: quo facto, secundum angulos æquales manifesto resilire debet res.

ΤΜΗΜΑ ΙΖ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΕΜΨΥΧΑ.

1. Διὰ τί οἱ ἀσύμμετροι παρ' ἀλλήλους θεωρούμενοι μείζους φαίνονται ἢ καθ' αὑτοὺς μόνους; Ἢ ὅτι τὸ σύμμετρόν ἐστιν ἕν, καὶ ἡ συμμετρία ὅτι μάλιστα ἓν ποιεῖ, τὸ δ' ἓν ἀδιαίρετον βούλεται εἶναι, τὸ δ' ἀδιαίρετον ἔλαττόν ἐστιν, ἡ δὲ συμμετρία κατὰ τὴν διαφορὰν πολλὰ ποιεῖ; Καθ' αὑτὰ μὲν οὖν θεωρούμενα μᾶλλον λανθάνει ποῖα ἄττα τὰ μεγέθη ἐστί, παρ' ἄλληλα δ' οὔ. Τὸ μὲν οὖν ἀδιαίρετον ἓν φαίνεται, καὶ ἡ θεωρία μία ἐστὶν αὐτοῦ διὰ τὴν συμμετρίαν· τὸ δ' ἀσύμμετρον ὡς πολλὰ ὄν, θεωρίαν ποιεῖ πλείω, καὶ μείζω φαίνεται τῷ ἓν ὂν πολλὰ φαίνεσθαι· ἔχει γὰρ τήν τε τοῦ μεγέθους κατὰ τὴν συνέχειαν φύσιν, καὶ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ κατὰ τὸ ἀνώμαλον τῶν μερῶν· διόπερ εἰκότως τὴν ἐξ ἀμφοῖν αὔξην ἔχον μείζον φαίνεται παρὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἕν.

2. Διὰ τί ἐπὶ μῆκος μᾶλλον τὰ ζῷα καὶ τὰ φυτὰ φύεται; Ἢ ὅτι τὸ μῆκος μὲν τρὶς αὔξεται, τὸ δὲ πλάτος δίς, τὸ δὲ βάθος ἅπαξ; ἔστι γὰρ μῆκος τὸ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς πρῶτον, ὥστε μόνον τε αὔξεται, καὶ ἅμα τῷ πλάτει πάλιν γινόμενον, καὶ τρίτον ἅμα τῷ βάθει· τὸ δὲ πλάτος δίς, καθ' ἑαυτό τε καὶ ἅμα τῷ μεγέθει.

3. Πῶς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον δεῖ λαβεῖν; Πότερον ὥσπερ ἡμῶν οἱ ἐπὶ Τροίας καὶ ἐκείνων οἱ πρὸ αὐτῶν καὶ ἀεὶ οἱ ἐπάνω πρότεροί εἰσιν; Ἢ εἴπερ ἀρχή τίς ἐστι καὶ μέσον καὶ τέλος τοῦ παντός, καὶ ὅταν γηράσκων τις ἐπὶ τὸ πέρας ἔλθῃ καὶ πάλιν ἐπαναστρέψῃ ἐπὶ τὴν ἀρχήν, τὰ δ' ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς πρότερα,

SECTIO XVII.

QUÆ AD RES ANIMATAS PERTINENT.

1. Cur proportione carentes, si sibi invicem adpositi considerantur, majores esse videntur quam si soli per se? An quod modicum unum est, et moderatio unum quam maxime efficit; unum autem quod est, id individuum esse solet; individuum autem minus est; proportionis vero defectus multiplex pro sui discriminis ratione efficit. Per sese igitur si considerentur magnitudines, qualesnam sint, latet potius; ubi vero sibi invicem adpositi, non. Ergo unum adparet quod individuum est, considerationeque ejus unica est propter proportionem, proportione vero carens, quippe quum plura est, ampliorem efficit considerationem, eaque majora propterea esse videntur, quod unum quum sit, plura esse videtur: natura enim et magnitudinis habet continuitatis ergo, et numeri, quod adtinet ad partium inæqualitatem: quapropter quum incrementum obtineat utrique proprium, merito majus adparet, si cum simplice atque unico conferatur.

2. Cur animantia et stirpes in longitudinem potius crescunt? An quod ter quidem longitudo augetur, bis vero latitudo, semelque profunditas? est enim longitudo inde a principio primum, ita ut et sola, et iterum una cum latitudine conjuncta, et tertio una cum profunditate augeatur; latitudo autem bis, videlicet per se et una cum magnitudine.

3. Quonam modo prius et posterius adcipi debent? Utrum quemadmodum qui tempore Trojano vixerunt, nobis priores sunt, et his ipsis qui ante illos, atque sic semper superiores priores sunt? Vel siquidem initium et medium et finis sunt universi, et ubi quis senescens ad finem pervenerit, rursusque ad initium reversus fuerit, et priora sunt quæ

www.libool.com.cn

Digitized by Google

τί κωλύει ἡμᾶς ἐν τῷ πρὸς τὴν ἀρχὴν εἶναι μᾶλλον; εἰ δὲ τοῦτο, κἂν πρότεροι εἴημεν. Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἑκάστου τῶν ἄστρων φορᾷ κύκλος τίς ἐστι, τί κωλύει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν φθαρτῶν τοιαύτην εἶναι, ὥστε πάλιν ταῦτα γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι, καθάπερ καί φασι κύκλον εἶναι τὰ ἀνθρώπινα; Τὸ μὲν δὴ τῷ ἀριθμῷ τοὺς αὐτοὺς ἀξιοῦν εἶναι ἀεὶ τοὺς γινομένους εὔηθες, τὸ δὲ τῷ εἴδει μᾶλλον ἄν τις ἀποδέξαιτο· ὥστε κἂν αὐτοὶ πρότεροι εἴημεν, καὶ θείη ἄν τις τὴν τοῦ εἱρμοῦ τάξιν τοιαύτην εἶναι ὡς πάλιν ἐπανακάμπτειν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καὶ συνεχὲς ποιεῖν καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχειν· τοὺς γὰρ ἀνθρώπους φησὶν Ἀλκμαίων διὰ τοῦτο ἀπόλλυσθαι, ὅτι οὐ δύνανται τὴν ἀρχὴν τῷ τέλει προσάψαι, κομψῶς εἰρηκώς, εἴ τις ὡς τύπῳ φράζοντος αὐτοῦ ἀποδέχοιτο καὶ μὴ διακριβοῦν ἐθέλοι τὸ λεχθέν. Εἰ δὴ κύκλος ἐστί, τοῦ δὲ κύκλου μήτ' ἀρχή, μήτε πέρας, οὐδ' ἂν πρότεροι εἶεν τῷ ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς εἶναι, οὔθ' ἡμεῖς ἐκείνων, οὔτ' ἐκεῖνοι ἡμῶν.

propius ab initio absunt, quid vetat nos ab initio minus distare? at si minus distamus, erimus quoque priores. Quemadmodum in cœli siderumque uniuscujusque motu circulus quidam exstat, quid vetat rerum caducarum ortum atque interitum ejusmodi esse, ut hæc denuo oriantur ac pereant, veluti etiam vulgo dicitur, circulum res esse humanas? Igitur numero quidem semper eosdem esse qui nascuntur, inepta est opinio, specie vero eosdem esse, potius probari possit, ita ut priores esse possemus ipsi, talemque aliquis statuere possit seriei ordinem, ut rursus ad initium reverteretur continuumque efficeret ac semper eodem modo se haberet: homines enim idcirco mori Alcmæon perhibet, quod initium fini connectere non possunt, scite locutus, siquis ejus verba adcipiat tamquam si exempli gratia verba fecisset, neque effatum ad amussim exigere velit. Quodsi igitur circulus est, circulus autem et principio et fine caret, ne priores quidem ulli exstabunt eo quod initio propiores sunt, nec nos illis, neque illi nobis.

ΤΜΗΜΑ ΙΗ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΛΟΓΙΑΝ.

1. Διὰ τί τοὺς μέν, ἐὰν ἄρξωνται ἀναγινώσκειν, ὕπνος λαμβάνει καὶ μὴ βουλομένους, τοὺς δὲ βουλομένους προσεγρηγορέναι, ὅταν λάβωσι τὸ βιβλίον; Ἢ ὅσοις μέν εἰσι πνευματικαὶ κινήσεις διὰ ψυχρότητα φύσεως, ἢ μελαγχολικῶν χυμῶν, δι' οὓς περίττωμα γίνεται πνευματικὸν ἄπεπτον διὰ ψυχρότητα, τούτοις ὅταν μὲν κινῆται ἡ διάνοια καὶ μὴ νοήσῃ ἐπιστήσασά τι, ἐκκρούεται τῇ ἑτέρᾳ κινήσει οὔσῃ καταψυκτικῇ· διὸ μᾶλλον καθεύδουσιν· ὅταν δ' ἐρείσωσι πρός τι ἐν τῇ διανοίᾳ, ὅπερ ἡ ἀνάγνωσις ποιεῖ, κινοῦνται ὑπὸ τῆς θερμαντικῆς κινήσεως οὐκ ἐκκρουομένης ὑπ' οὐδενός, ὥστ' οὐ δύνανται καθεύδειν· τῶν δὲ κατὰ φύσιν ἐχόντων ὅταν στῇ πρὸς ἓν ἡ διάνοια καὶ μὴ μεταβάλλῃ πολλαχῇ ἰσχυροτάτη οὖσα, ἴσχεται καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐστὶ περὶ τὸν τόπον τοῦτον, ὧν ἠρέμησις ὁ ὕπνος ἐστίν; ὅταν δὲ στῇ καὶ οἷον κοπιάσῃ ὁ νοῦς, βαρύνει τὴν κεφαλὴν τὰ ἐν αὐτῇ καὶ ποιεῖ τὸν ὕπνον· κινουμένης δὲ τῆς ψυχῆς κατὰ φύσιν οὐ καθεύδει· ζῇ γὰρ τότε μάλιστα. Τὸδ' ἐγρηγορέναι τοῦ ζῆν αἴτιόν ἐστιν ἢ τὸ καθεύδειν.

1. Cur alios quidem, si legere cœperint, somnus obcupat, etiam nolentes; alios vero, ubi dormire volunt, liber susceptus vigilare facit? An in quibus motus spiritales sunt ob frigiditatem vel naturæ, vel humorum e genere atræ bilis propter quos excrementum spiritale crudum ob frigiditatem consistit, his quidem, ubi intelligentia movetur insistensque aliquantulum intelligere nequit, repellitur motu altero, qui refrigerandi vim habet: quapropter potius dormiunt; at ubi aliqua re intelligentia sua innituntur, id quod lectio efficit, a motu calefaciente moventur, quam nihil quum repellat, dormire non possunt; quorum autem secundum naturam habitus est, eorum cogitatio ubi alicui rei institerit, nec multifariam transfertur, utpote intentissima, cetera quoque sita eo in loco sistuntur, quorum requies somnus est; ubi autem mens constiterit et quasi fatigata est, caput adgravant quæ eo continentur (*alii*, caput adgravat, utpote quæ sita in eo sit), somnumque inducunt; at quum secundum naturam animus noster movetur, nullo tum somno premitur: tum enim maxime vivit. Vigilia autem quam somnus causa potius est cur vivamus.

2. Διὰ τί οἱ ἐριστικοὶ λόγοι γυμναστικοί εἰσιν; Ἢ ὅτι ἔχουσι τὸ νικᾶν ἢ ἡττᾶσθαι πυκνόν; Φιλονείκους οὖν εὐθὺς ποιοῦσιν· καὶ γὰρ νικῶντες διὰ τὸ χαίρειν προάγονται μᾶλλον ἐρίζειν καὶ ἡττώμενοι ὡς ἀναμαχούμενοι. Καὶ οἱ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀγῶσι ταὐτό· διὸ καὶ μαχόμενοι καὶ ἥττους ὄντες πολλάκις οὐ βούλονται διαλύεσθαι.

2. Cur contentiosæ disputationes ingenia exercere possunt? An quod in eo disputandi genere adcidit ut crebro quis aut vincat, aut vincatur? Protinus ergo contentiosi hinc redduntur: nam et vincentes per lætitiam magis ad contendendum incitantur, et victi, utpote repugnaturi. Tum qui ceteris certandi generibus obcupantur, idem quoque faciunt: quamobrem et pugnantes, quamquam inferiores sunt, tamen sæpe disjungi nolunt.

SECTIO XVIII.

QUÆ AD LITERARUM STUDIA PERTINENT.

Digitized by Google

3. Διὰ τί τοῖς παραδείγμασι χαίρουσιν ἄνθρωποι ἐν ταῖς ῥητορείαις καὶ τοῖς λόγοις μᾶλλον τῶν ἐνθυμημάτων; Ἢ ὅτι τῷ τε μανθάνειν χαίρουσι καὶ τῷ ταχύ; ῥᾷον δὲ διὰ τῶν παραδειγμάτων καὶ τῶν λόγων μανθάνουσιν· ἃ γὰρ ἴσασιν, ἐστι ταῦτα καὶ ἐπὶ μέρους, τὰ δ' ἐνθυμήματα ἀπόδειξίς ἐστιν ἐκ τῶν καθόλου, ἃ ἧττον ἴσμεν ἢ τὰ μέρη. Ἔτι οἷς ἂν μαρτυρῶσι πλείους, μᾶλλον πιστεύομεν, τὰ δὲ παραδείγματα καὶ οἱ λόγοι μαρτυρίαις ἐοίκασιν· αἱ δὲ διὰ τῶν μαρτύρων ῥᾴδιοι πίστεις. Ἔτι τὸ ὅμοιον μανθάνουσιν ἡδέως, τὸ δὲ παράδειγμα καὶ οἱ μῦθοι τὸ ὅμοιον δεικνύουσιν.

3. Cur homines in exercitiis rhetoricis exemplis et fabulis potius gaudent quam argumentationibus? An quia discere gaudent, idque celeriter? atqui per exempla et fabulas facilius discunt: sunt enim quæ explorata habent, particularia nempe: argumentationes vero demonstratio ex universalibus sunt, quæ minus quam partes novimus. Ad hæc iis credimus potius, quæ plurium testimonio confirmantur; exempla autem et fabellæ testibus similia sunt, fidesque facilis est, quam testes fecerint. Adde quod simile libenter discunt, exemplum autem et fabellæ simile docent.

4. Διὰ τί ῥήτορα μὲν καὶ στρατηγὸν καὶ χρηματιστὴν λέγομεν δεινόν, αὐλητὴν δὲ καὶ ὑποκριτὴν οὐ λέγομεν; Ἢ ὅτι τῶν μὲν ἡ δύναμις ἄνευ πλεονεξίας (ἡδονῆς γὰρ στοχαστικὴ ἐστι), τῶν δὲ πρὸς τὸ πλεονεκτεῖν; ῥήτωρ γὰρ καὶ στρατηγὸς καὶ χρηματιστὴς ἀγαθός ἐστιν ὁ δυνάμενος πλέον ἔχειν, ἡ δὲ δεινότης μάλιστα ἐν τῷ πλεονεκτεῖν ἐστιν.

4. Cur rhetorem quidem imperatoremque et argentarium callidum adpellamus, tibicinem vero histrionemque hoc nomine non adpellamus? An quod horum quidem facultas sine cupiditate est (oblectationem enim tantummodo adsequi conatur), illorum autem lucrum spectat? bonus enim rhetor et imperator et argentarius est qui lucrari potest; calliditas autem lucrum maxime respicit.

5. Διὰ τί τὸν φιλόσοφον τοῦ ῥήτορος οἴονται διαφέρειν; Ἢ ὅτι ὁ μὲν τί ἐστιν ἀδικία, ὁ δὲ ὡς ἄδικος ὁ δεῖνα, καὶ ὁ μὲν ὅτι τύραννος, ὁ δὲ οἷον ἡ τυραννίς;

5. Cur philosophum differre ab oratore putant? An quod alter quidem quidnam injustitia sit dicit, alter vero hunc illumve injustum esse, et alter quidem hunc illumve tyrannum esse, alter vero quale quid sit tyrannis?

6. Διὰ τί, ἅπερ ἄν τινες προέλωνται, ἐνδιατρίβουσι τούτοις ἐνίοτε φαύλοις οὖσι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς σπουδαιοτέροις, οἷον θαυματοποιός, ἢ μῖμος, ἢ συρικτὴς μᾶλλον ἢ ἀστρονόμος, ἢ ῥήτωρ εἶναι ἂν βούλοιτο ὁ ταῦτα προσλόμενος; Ἢ ὅτι βούλονται μὲν ἔνιοι τὰ σπουδαιότατα μεταχειρίζεσθαι, διὰ δὲ τὸ μὴ πιστεύειν ἑαυτοῖς ὡς δυνησομένοις, διὰ τοῦτο οὐ πράττουσιν; Ἢ ὅτι ἐν οἷς οἴεται ἕκαστος κρατιστεύειν, ταῦτα προαιρεῖται· ὃ δὲ αἱρεῖται, καὶ ἐπὶ τοῦτ' ἐπείξεται, νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας αὐτῷ μέρος, ἵνα αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν; Ὅ τι δ' ἄν τινες ἐξ ἀρχῆς προέλωνται καὶ οἷς ἂν συνεθισθῶσιν, οὐδὲ κρίνειν ἔτι δύνανται τὰ βελτίω· διέφθαρται γὰρ ἡ διάνοια διὰ φαύλας προαιρέσεις.

6. Cur in iis studiis quæ aliqui sibi delegerint, quamquam interdum pravis, libentius tamen quam in honestioribus versantur, verbi gratia præstigiator, aut mimus, aut tibicen quam astronomus aut rhetor esse mavelit qui hæc sibi delegerit? An quia volunt quidem nonnulli res honestissimas tractare, sed quoniam minus sibi confidunt se posse efficere, ideo non ita agunt? An quia res, in quibus sese excellere quisque arbitratur, eas deligit sibi; quod autem deligit, eidem quoque operam dabit, illi partem diei maximam tribuens, ut se ipse præstantior evadat? Quin etiam quod principio aliqui sibi delegerint quibusque insueverint, in iis ne judicare quidem possunt quidnam melius sit: mens enim eorum corrupta est propter prava studia.

7. Διὰ τί τοὺς μέν, ἂν ἄρξωνται ἀναγινώσκειν, ὕπνος λαμβάνει καὶ μὴ βουλομένους, τοὺς δὲ οὐ βουλομένους ποιεῖ δύνασθαι, ὅταν λάβωσι βιβλίον; Ἢ ὅσοις μέν εἰσι πνευματικαὶ κινήσεις διὰ ψυχρότητα φύσεως, ἢ μελαγχολικῶν χυμῶν, δι' οὓς περίττωμα γίνεται πνευματικὸν ἄπεπτον διὰ ψυχρότητα, τούτοις ὅταν μὲν κινῆται ἡ διάνοια καὶ μὴ νοῇ ἐπιστήσασά τι, ἐκκρούεται ἡ ἑτέρα κίνησις· διὸ μᾶλλον μεταβάλλοντες πολὺ τὴν διάνοιαν καθεύδουσιν· ἠττᾶται γὰρ ἡ πνευματικὴ· ὅταν δ' ἐρείσωσι πρός τι τὴν διάνοιαν, ὅπερ ἡ ἀνάγνωσις ποιεῖ, κινοῦνται ὑπὸ τῆς πνευματικῆς κινήσεως, οὐκ ἐκκρουομένης ὑπ' οὐδενός, ὥστ' οὐ δύνανται καθεύδειν. Τῶν δὲ κατὰ φύσιν ἐχόντων ὅταν στῇ πρὸς ἓν ἡ διάνοια καὶ μὴ μεταβάλλῃ πολλαχῇ, ἵσταται καὶ τὰ ἄλλα ὅσα περὶ τὸν τόπον, ὧν ἠρέμησις ὁ ὕπνος ἐστίν· ἑνὸς γὰρ κυρίου στάντος, ὥσπερ ἐν τρο-

7. Cur alios quidem, si legere cœperint, somnus obcupat vel nolentes; aliis vero dormire nolentibus liber susceptus facultatem hanc impertit? An in quibus motus sunt spiritales ob frigiditatem vel naturæ, vel humorum e genere atræ bilis, propter quos excrementum spiritale crudum ob frigiditatem consistit, apud hos quidem ubi cogitatio movetur insistensque aliquantulum intelligere nequit, expellitur motus alter: quapropter potius, ubi cogitationem multifariam transferunt, dormiunt: motus enim spiritalis superatur; at ubi aliqua re cogitatione innisi fuerint, id quod lectio efficit, a motu spiritali moventur, isque a nullo alio expellitur, ita ut dormire non possint. Quorum autem habitus secundum naturam est, eorum cogitatio ubi aliqua in re una consistit, nec multifariam transfertur, cetera quoque sita circa hunc locum sistuntur, quorum requies somnus est: ubi enim pars una, quæ potissima sit, cou-

www.vivlioal.com.cn

Digitized by Google

πῆ, καὶ τὰ ἄλλα μόρια ἵστασθαι πέφυκεν· φύσει γὰρ ἄνω τὸ κοῦφον φέρεται, τὸ δὲ βαρὺ κάτω. Ὅταν οὖν ἡ ψυχὴ κινῆται κατὰ φύσιν, οὐ καθεύδει· οὕτω γὰρ ἔχει· ὅταν δὲ στῇ καὶ οἷον κοπιάσῃ, ὁ μὲν νοῦς μεταβάλλει, καὶ ἄνω τὰ σωματώδη πρὸς τὴν κεφαλὴν ἰόντα ποιεῖ τὸν ὕπνον. Δόξειε δ' ἂν ἡ ἀνάγνωσις κωλύειν καθεύδειν· ἔστι δὲ οὐ διὰ τὸ νοεῖν (ὥρισται γὰρ τότε μᾶλλον ἡ ψυχή), ἀλλὰ διὰ τὸ μεταβάλλειν ἡ ἀγρυπνία, ἐπεὶ καὶ νοήσεις αἱ τοιαῦται ἄγρυπνοί εἰσιν, ἐν αἷς ζητεῖ ἡ ψυχὴ καὶ ἀπορεῖ, ἀλλ' οὐκ ἐν αἷς ἀεὶ θεωρεῖ· ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἀοριστεῖν ποιοῦσιν, αὗται δ' οὔ.

stiterit, ceteræ quoque partes natura sua consistunt, perinde ac in copiis, quæ versæ in fugam fuerint : natura enim sursum fertur quod leve est, deorsum autem quod grave. Ubi igitur anima secundum naturam movetur, non dormit : ita enim se habet; at ubi constiterit et quasi fatigata subcubuerit, mens immutatur, et elementa corporea sursum caput petentia faciunt somnum. Lectio vero prohibere somnum videri possit; fit tamen vigilia non propter cogitationem (anima enim tunc magis definitur), sed propter mutationem, quandoquidem et cogitationes ejusmodi vigiliam pariunt, in quibus anima quærit et dubitat, non illæ in quibus semper contemplatur, quum illæ quidem fines delent, hæc vero non.

8. Διὰ τί ἐν τοῖς ἐριστικοῖς οὐκ ἔνεστιν ἀδολεσχία; Ἢ ὅτι συλλογισμός ἐστι φαινόμενος, ἐν ὀλίγοις δ' ὁ συλλογισμός, καὶ ἐὰν μηκύνῃ, χρόνου γινομένου ὁ παραλογισμὸς δῆλος, καὶ ἔστιν ὃ ἔδωκεν ἀναλαβεῖν;

8. Cur in disputationibus contentiosis nugatio non incidit? An quod syllogismus res evidens est, isque paucis continetur; quin etiam si protrahatur tempore intercedente, ratiocinationis falsitas manifesta fit, et revocare quod dederit, licet?

9. Διὰ τί ποτε τῶν ἱστοριῶν ἥδιον ἀκούομεν τῶν περὶ ἓν συνεστηκυιῶν ἢ τῶν περὶ πολλὰ πραγματευομένων; Ἢ διότι τοῖς γνωριμωτέροις μᾶλλον προσέχομεν καὶ ἥδιον αὐτῶν ἀκούομεν· γνωριμώτερον δ' ἐστὶ τὸ ὡρισμένον τοῦ ἀορίστου; Τὸ μὲν οὖν ἓν ὥρισται, τὰ δὲ πολλὰ τοῦ ἀπείρου μετέχει.

9. Quamobrem tandem libentius narrationes audimus, quæ circa rem unam consistunt, quam quæ multas pertractant? An quod rebus magis adtendimus notioribus, easque libentius audimus; notius autem finitum est quam indeterminatum? Atqui unicum finitum est, multiplicia autem infinitum participant.

10. Διὰ τί ἡδόμεθα ἀκούοντες τὰ μήτε λίαν παλαιά, μήτε κομιδῇ νέα; Ἢ διότι τοῖς μὲν πόρρω ἀφ' ἡμῶν ἀπιστοῦμεν, ἐφ' οἷς δ' ἀπιστοῦμεν, οὐχ ἡδόμεθα· τὰ δ' ὥσπερ ἔτι αἰσθανόμεθα, καὶ περὶ τούτων ἀκούοντες οὐχ ἡδόμεθα;

10. Cur nos rerum narratio oblectat, quæ nec nimium veteres sunt, nec admodum novæ? An quod rebus fidem negamus quæ procul a nobis absunt, quibus vero fidem negamus, iis non oblectamur; has vero adhuc quasi sentimus, atque de his audientes non oblectamur?

ΤΜΗΜΑ ΙΘ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΑΡΜΟΝΙΑΝ.

SECTIO XIX.

QUÆ AD CONCENTUM PERTINENT.

1. Διὰ τί οἱ πονοῦντες καὶ οἱ ἀπολαύοντες αὐλοῦνται; Ἢ ἵνα οἱ μὲν ἧττον λυπῶνται, οἱ δὲ μᾶλλον χαίρωσιν;

1. Cur tam in laborando quam in fruendo tibia canunt? An laborantes quidem ut minus adfligantur, fruentes vero ut magis oblectentur?

2. Διὰ τί πορρωτέρω ὁ αὐτὸς τῇ αὐτῇ φωνῇ γεγωνεῖ μετ' ἄλλων ᾄδων καὶ βοῶν ἢ μόνος; Ἢ ὅτι τὸ ἀθρόως τι ποιεῖν, ἢ θλίβειν, ἢ ὠθεῖν οὐ τοσαυταπλάσιόν ἐστιν ὅσος ὁ ἀριθμός, ἀλλ' ὥσπερ ἡ γραμμὴ ἡ δίπους οὐ διπλάσιον, ἀλλὰ τετραπλάσιόν τι γράφει, οὕτω τὰ συντιθέμενα πλέον ἰσχύει κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἢ ὅταν ᾖ διῃρημένα; Ἀθρόων οὖν ὄντων μία γίνεται ἡ τῆς φωνῆς ἰσχὺς καὶ ἅμα ὠθεῖ τὸν ἀέρα, ὥστε πολλαπλάσιον προτέναι· καὶ γὰρ ἡ ἐκ πάντων φωνὴ μιᾶς ἑκάστης πολλαπλάσιος.

2. Cur idem voce eadem utens longius resonat, si cum aliis cantat aut clamat quam si solus? An quia viribus universis simul agere quidpiam, vel premere, vel trudere non tantuplum est quantus singulorum numerus est, sed quemadmodum linea bipedalis non duplum, sed quadruplum quid describit, sic composita numero plus valent quam ubi separata sunt? Ergo ubi universi simul agunt, vocis potentia una redditur, unoque impetu aera propellit, ita ut projicere multiplicem valeat copiam, quippe quum vox quæ ab omnibus proficiscitur, uniuscujusque multiplex sit.

3. Διὰ τί τὴν παρυπάτην ᾄδοντες μάλιστα ἀπορρήγνυνται, οὐχ ἧττον ἢ τὴν νήτην καὶ τὰ ἄνω, μετὰ δὲ διαστάσεως πλείονος; Ἢ ὅτι χαλεπώτατα ταύτην ᾄδουσι, καὶ αὕτη ἀρχή; τὸ δὲ χαλεπὸν διὰ τὴν ἐπίτασιν καὶ πίεσιν τῆς φωνῆς· ἐν τούτοις δὲ πόνος· πονοῦντα δὲ μᾶλλον διαφθείρεται.

3. Cur maxime in cantanda parhypate vox abrumpitur, non minus quam in nete superioribusque, sed cum majori dilatatione? An quod ejus cantus et perdifficilis est, et cantandi principium est? difficultas enim ab intentione pressuraque vocis pendet, atque in his labor consistit; corrumpi autem quæque potius solent, quoties labore obprimuntur.

Digitized by Google

4. Διὰ τί δὲ ταύτην χαλεπῶς, τὴν δ' ὑπάτην ῥᾳδίως, καίτοι δίεσις ἑκατέρας; Ἢ ὅτι μετ' ἀνέσεως ἡ ὑπάτη, καὶ ἅμα μετὰ τὴν σύστασιν ἐλαφρὸν τὸ ἄνω βάλλειν; Διὰ ταὐτὸ δ' ἔοικε καὶ τὰ πρὸς μίαν λεγόμενα πρὸς ταύτην, ἢ παρανήτην· δεῖ γὰρ μετὰ συννοίας καὶ καταστάσεως οἰκειοτάτης τῷ ἤθει πρὸς τὴν βούλησιν. Τοῦ δὲ δὴ μετὰ συμφωνίας τίς ἡ αἰτία;

4. Sed cur hæc difficile, hypate vero facile cantatur, etiamsi diesis sit utriusque intervallum? An quod hypate cum remissione cantatur; tum quoque leviter post systema adscenditur? Hæc eadem causa esse videtur, cur quæ ad unam (quæ violenta?) vocantur, ad hanc paranetemve fiant: nam cum mentis intentione conditioneque aptissima consuetudini adlaborandum est ut consilium adsequaris. Verum quænam causa est, cur cum symphonia fiat?

5. Διὰ τί ἥδιον ἀκούουσιν ᾀδόντων ὅσα ἂν προεπιστάμενοι τυγχάνωσι τῶν μελῶν ἢ ὧν μὴ ἐπίστανται; Πότερον ὅτι μᾶλλον δῆλος ὁ τυγχάνων ὥσπερ σκοποῦ, ὅταν γνωρίζωσι τὸ ᾀδόμενον, τοῦτο δ' ἡδὺ θεωρεῖν; Ἢ ὅτι ἡδὺ τὸ μανθάνειν; Τούτου δ' αἴτιον ὅτι τὸ μὲν λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην, τὸ δὲ χρῆσθαι καὶ ἀναγνωρίζειν ἐστίν. Ἔτι καὶ τὸ σύνηθες ἡδὺ μᾶλλον τοῦ ἀσυνήθους.

5. Cur suavius cantilenas quascumque antea noverimus, canere audimus quam eas quas ignoramus? Utrum quia, ubi quod cantatur adgnoscimus, melius patet cantorem veluti scopum adsequi; id autem contemplatu suave est? An quod discere lætabile est? Hujus autem rei causa est, quod alterum quidem capienda doctrina constat, alterum vero eo ut disciplina utamur eamque recognoscamus. Adde etiam quod res solita suavior quam insolita est.

6. Διὰ τί ἡ παρακαταλογὴ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τραγικόν; Ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν; παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλὲς καὶ ἐν μεγέθει τύχης, ἢ λύπης· τὸ δὲ ὁμαλὲς ἔλαττον γοῶδες.

6. Cur paracataloge in cantando tragica est? An propter inæqualitatem? adfectu namque plena est inæqualitas accommodaturque magnitudini calamitatis, aut mœroris; contra quod æquale est, minus est lugubre.

7. Διὰ τί οἱ ἀρχαῖοι ἑπταχόρδους ποιοῦντες ἁρμονίας τὴν ὑπάτην, ἀλλ' οὐ τὴν νήτην κατέλιπον; Πότερον τοῦτο ψεῦδος (ἀμφοτέρας γὰρ κατέλιπον, τὴν δὲ τρίτην ἐξῄρουν), ἢ οὔ, ἀλλ' ὅτι ἡ βαρυτέρα ἰσχύει τὸν τῆς ὀξυτέρας φθόγγον, ὥστε μᾶλλον ἡ ὑπάτη ἀπεδίδου τὸ ἀντίφωνον ἢ ἡ νήτη, ἐπεὶ τὸ ὀξὺ δυνάμεως μᾶλλον, τὸ δὲ βαρὺ ῥᾷον φθέγξασθαι;

7. Cur veteres, septem fidibus concentus disponentes hypaten, non vero neten relinquebant? Utrum falso id dicitur (earum enim utramque servarunt, sed triten tollebant), an non, sed quia gravior sonum valet acutioris, ita ut hypate magis antiphonum redderet quam nete? nam acutum vim desiderat pleniorem, grave vero exprimi facilius potest.

8. Διὰ τί ἡ βαρεῖα τὸν τῆς ὀξείας ἰσχύει φθόγγον; Ἢ ὅτι μεῖζον τὸ βαρύ; τῇ γὰρ ἀμβλείᾳ ἔοικε, τὸ δὲ τῇ ὀξείᾳ γωνίᾳ.

8. Cur gravis sonum valet acutæ? An quia majus quod grave est? grave enim obtuso, acutum vero acuto anguloe simile est.

9. Διὰ τί ἥδιον τῆς μονῳδίας ἀκούομεν, ἐάν τις πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν ᾄδῃ, καίτοι πρὸς χορδὰς καὶ τὸ αὐτὸ μέλος ᾄδουσιν ἀμφοτέρως; εἰ γὰρ ἔτι μᾶλλον τὸ αὐτό, πλέον ἔδει πρὸς πολλοὺς αὐλητάς, καὶ ἔτι ἥδιον εἶναι. Ἢ ὅτι τυγχάνων δῆλος τοῦ σκοποῦ μᾶλλον, ὅταν πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν; τὸ δὲ πρὸς πολλοὺς αὐλητὰς ἢ λύρας πολλὰς οὐχ ἥδιον, ὅτι ἀφανίζει τὴν ᾠδήν.

9. Cur solitariam cantilenam lubentius audimus, si ad tibiam quam si ad lyram cantet aliquis, etiamsi ad fides cantilenam eamdem modo utroque canant? nam si idem ita amplius esset, magis adhuc id fieri deberet, si ad multos tibicines caneret, atque etiam tunc suavius esse oporteret. An quoniam evidentius est cantorem scopum adsequi, ubi ad tibiam quam ubi ad lyram cantat? ad multos enim tibicines, vel multas lyras ubi canitur, gratius non est, quia cantilenam obfuscant.

10. Διὰ τί, εἰ ἥδιον ἡ ἀνθρώπου φωνή, ἡ ἄνευ λόγου ᾄδοντος οὐχ ἡδίων ἐστίν, οἷον τερετιζόντων, ἀλλ' αὐλός, ἢ λύρα; Ἢ οὐδ' ἐκεῖ, ἐὰν μὴ μιμῆται, ὁμοίως ἡδύ; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἔργον αὐτό· ἡ μὲν γὰρ φωνὴ ἡδίων ἡ τοῦ ἀνθρώπου, κρουστικὰ δὲ μᾶλλον τὰ ὄργανα τοῦ στόματος· διὸ ἥδιον ἀκούειν ἢ τερετίζειν.

10. Cur si vox hominis suavior est, non ejus qui sine sermone cantat, suavior, verbi gratia præludentis, sed tibia lyrave? An ne tunc quidem æque suavis est, nisi imitetur? Verum enimvero et propter laborem ipsum: vox enim hominis suavior quidem est; instrumenta vero pulsandi vim obtinent pleniorem: quamobrem suaviora auditu sunt quam prælusio.

11. Διὰ τί ἡ ἀπηχοῦσα ὀξυτέρα; Ἢ ὅτι ἔλαττον, ἀσθενεστέρα γινομένη;

11. Cur vox desinens acutior est? An quia minor, ut quæ imbecillior fit?

12. Διὰ τί τῶν χορδῶν ἡ βαρυτέρα ἀεὶ τὸ μέλος λαμβάνει; ἂν γὰρ δέηται ᾆσαι τὴν παραμέσην, σὺν ψιλῇ τῇ μέσῃ γίνεται τὸ μέσον οὐθὲν ἧττον· ἐὰν δὲ τὴν μέσην, δέον ἀμφω ψιλά, οὐ γίνεται. Ἢ ὅτι τὸ βαρὺ μέγα ἐστίν, ὥστε κρατερόν, καὶ ἔνεστιν ἐν τῷ μεγάλῳ

12. Quamobrem quæ gravior e fidibus est, huic semper actus modulandi committitur? nam si paramesen canere oportet, cum nuda mese fit tempus intermedium nihilo minus; at si mesen, etiamsi utraque nuda provenire deberet, non fit. An quia magnum quod grave est, atque eapro-

Digitized by Google

τὸ μικρόν; Καὶ τῇ διαλήψει δύο νῆται ἐν τῇ ὑπάτῃ γίνονται.

pter validum est, inestque in magno quod parvum est? Præterea duæ netæ in hypate continentur, quoad intervallum.

13. Διὰ τί ἐν τῇ διὰ πασῶν τοῦ μὲν ὀξέος ἀντίφωνον γίνεται τὸ βαρύ, τούτου δὲ τὸ ὀξὺ οὔ; Ἢ ὅτι μάλιστα μὲν ἐν ἀμφοῖν ἐστι τὸ ἀμφοῖν μέλος, εἰ δὲ μή, ἐν τῷ βαρεῖ; μεῖζον γάρ.

13. Cur in consonantia diapason grave quidem acuti antiphonum fit, gravis vero acutum non? An quod maxime quidem in utroque modulus utriusque continetur, sin vero minus, certe in gravi? majus enim hoc est.

14. Διὰ τί λανθάνει τὸ διὰ πασῶν, καὶ δοκεῖ ὁμόφωνον εἶναι, οἷον ἐν τῷ φοινικίῳ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ; τὰ γὰρ ἐν τοῖς ὀξέσιν ὄντα οὐχ ὁμόφωνα, ἀλλ' ἀνάλογον ἀλλήλοις διὰ πασῶν. Ἢ ὅτι ὥσπερ ὁ αὐτὸς εἶναι δοκεῖ φθόγγος; διὰ τὸ ἀνάλογον ἰσότης ἐπὶ φθόγγων, τὸ δ' ἴσον τοῦ ἑνός. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς σύριγξιν ἐξαπατῶνται.

14. Cur diapason consonantia latitat et unisonum esse videtur, velut in punicea (*alti* tibia punica) et homine (*alti* atropo)? consonantiæ namque diapason quæ ab acutis proveniunt instrumentis, non unisonæ videntur, sed ex proportione diapason sibi invicem respondent. An quoniam sonus quasi idem esse videtur? a proportione enim æqualitas in sonis pendet, æquale autem ad unitatem referendum est. Hoc eodem in fistulis etiam decipiuntur.

15. Διὰ τί οἱ μὲν νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο, αἱ δ' ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαί; Ἢ ὅτι οἱ μὲν νόμοι ἀγωνιστῶν ἦσαν, ὧν ἤδη μιμεῖσθαι δυναμένων καὶ διατείνεσθαι ἡ ᾠδὴ ἐγίνετο μακρὰ καὶ πολυειδής; Καθάπερ οὖν καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ μέλη τῇ μιμήσει ἠκολούθει ἀεὶ ἕτερα γινόμενα· μᾶλλον γὰρ τῷ μέλει ἀνάγκη μιμεῖσθαι ἢ τοῖς ῥήμασιν· διὸ καὶ οἱ διθύραμβοι, ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκέτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δ' εἶχον. Αἴτιον δ' ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ ἐλεύθεροι ἐχόρευον αὐτοί· πολλοὺς οὖν ἀγωνιστικῶς ᾄδειν χαλεπὸν ἦν, ὥστ' εὐαρμόνια μέλη ἐνῆδον· μεταβάλλειν γὰρ πολλὰς μεταβολὰς τῷ ἑνὶ ῥᾴον ἢ τοῖς πολλοῖς, καὶ τῷ ἀγωνιστῇ ἢ τοῖς τὸ ἦθος φυλάττουσιν· διὸ ἁπλούστερα ἐποίουν αὐτοῖς τὰ μέλη· ἡ δ' ἀντίστροφος ἁπλοῦν· ἀριθμὸς γάρ ἐστι καὶ ἑνὶ μετρεῖται. Τὸ δ' αὐτὸ αἴτιον καὶ διότι τὰ μὲν ἀπὸ τῆς σκηνῆς οὐκ ἀντίστροφα, τὰ δὲ τοῦ χοροῦ ἀντίστροφα· ὁ μὲν γὰρ ὑποκριτὴς ἀγωνιστὴς καὶ μιμητής, ὁ δὲ χορὸς ἧττον μιμεῖται.

15. Cur genus cantilenæ quod lex adpellatum est, non per antistrophos olim agebatur, verum cetera chorearum cantica? An quod olim quidem leges ad athletas musicos pertinebant, quorum, quum imitari atque pertendere possent, cantus jam et prolixus et varius fiebat? Itaque ut verba, sic etiam moduli imitationem sequebantur, ita ut semper alii fierent: imitari namque modulamine potius quam verbis necesse est: quamobrem dithyrambi etiam, postquam imitationi inservire cœperunt, antistrophis amplius non utuntur, quamquam antea uterentur. Cujus rei causa est, quod olim homines liberi choros agebant: itaque multos esse qui fungi cantu certatorio possent, erat difficile: quapropter modulos concinnos cantabant: uni enim crebro cantilenam variare facilius est quam vulgo, et athletæ quam qui mores servant: quocirca simpliciores illis faciebant modulos; antistrophus autem simplex est, quippe qui numerus est unitateque mensuratur. Hæc eadem causa est cur et in scena quidem antistrophi nullus sit usus, cantica vero chorica reciprocent: histrio namque simul et athleta et imitator est, chorus autem minus imitatur.

16. Διὰ τί ἥδιον τὸ ἀντίφωνον τοῦ συμφώνου; Ἢ ὅτι μᾶλλον διάδηλον γίνεται τὸ συμφωνεῖν ἢ ὅταν πρὸς τὴν συμφωνίαν ᾄδῃ; ἀνάγκη γὰρ τὴν ἑτέραν ὁμοφωνεῖν, ὥστε δύο πρὸς μίαν φωνὴν γινόμεναι ἀφανίζουσι τὴν ἑτέραν.

16. Qua de causa antiphonum gratius quam unisonum est? An quod tunc manifestior fit consonantia quam ubi voce unisona cantatur? alteram enim vocem idem sonare necesse est, ita ut, quum inde duæ proveniant voces adversus unam certantes, hæ alteram obfuscent.

17. Διὰ τί πέντε οὐκ ᾄδουσιν ἀντίφωνα; Ἢ ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ ἡ σύμφωνος τῇ συμφωνίᾳ, ὥσπερ ἐν τῷ διὰ πασῶν; ἐκείνη γὰρ ἐν τῷ βαρεῖ ἀνάλογον, ὡς ἡ ὀξεῖα ἐν τῷ ὀξεῖ (ὥσπερ οὖν ἡ αὐτή ἐστιν ἅμα καὶ ἄλλη)· αἱ δ' ἐν τῷ διὰ πέντε καὶ διὰ τεττάρων οὐκ ἔχουσιν οὕτως, ὥστ' οὐκ ἐμφαίνεται ὁ τῆς ἀντιφώνου φθόγγος· οὐ γάρ ἐστιν ὁ αὐτός.

17. Cur in diapente consonantia numquam antiphonis cantatur? An quod non eadem vox quæ simul resonat, ac ea quacum consonat, quemadmodum in diapason concinentia? ea enim in gravitate eamdem servat rationem quam acuta in acumine (itaque simul quasi eadem est et diversa vox); at vero in diapente atque diatessaron concinentiis non ita sese habent soni, ita ut non emergat antiphonus, quoniam idem non est.

18. Διὰ τί ἡ διὰ πασῶν συμφωνία ᾄδεται μόνη; μαγαδίζουσι γὰρ ταύτην, ἄλλην δ' οὐδεμίαν. Ἢ ὅτι μόνη ἐξ ἀντιφώνων ἐστὶ χορδῶν, ἐν δὲ τοῖς ἀντιφώνοις καὶ τὴν ἑτέραν ἐὰν ᾄδῃ, τὸ αὐτὸ ποιεῖ; ἡ γὰρ μία τρόπον τινὰ τὰς ἀμφοτέρων ἔχει φωνάς, ὥστε καὶ μιᾶς ᾀδομένης ἐν ταύτῃ τῇ συμφωνίᾳ ᾄδεται ἡ συμφωνία,

18. Cur sola diapason consonantia cantatur? hanc enim magadizant, nec ullam aliam. An quod hæc sola ex fidibus antiphonis constat, inque antiphonis si alteram canas, idem efficis? voces enim ambarum una quodam modo illa continet, ita ut in hoc consonandi genere tum ubi una canitur, tota canatur consonantia, tum ubi ambæ, aut ubi

www.fintool.com.cn

Digitized by Google

καὶ ἅμφω ᾄδοντες, ἡ τῆς μὲν ᾀδομένης, τῆς δ' αὐλουμένης, ὥσπερ μίαν ἅμφω ᾄδουσιν· διὸ μόνη μελῳδεῖται, ὅτι μιᾶς ἔχει χορδῆς φωνὴν τὰ ἀντίφωνα.

altera quidem voce canitur, altera vero tibia, quasi eamdem uterque canit : quamobrem solam hanc modulantur, eo scilicet quod antiphona vocem obtinent chordæ ejusdem.

19. Διὰ τί δὲ ταῖς ἀντιφώνοις τοῦτο μόναις ὑπάρχει; Ἢ ὅτι μόναι ἴσον ἀπέχουσι τῆς μέσης; Ἢ οὖν μεσότης ὁμοιότητά τινα ποιεῖ τῶν φθόγγων, καὶ ἔοικεν ἡ ἀκοὴ λέγειν ὅτι ἡ αὐτὴ καὶ ὅτι ἀμφότεραι ἔσχαται.

19. Sed cur solis antiphonis datum hoc est? An quod solæ pari intervallo distant a media? Itaque medietas similitudinem quamdam sonorum efficit, et sensus eas ambas et eamdem et extremas esse dicere videtur.

20. Διὰ τί, ἐὰν μέν τις τὴν μέσην κινήσῃ ἡμῶν, ἁρμόσας τὰς ἄλλας χορδάς, καὶ χρῆται τῷ ὀργάνῳ, οὐ μόνον ὅταν κατὰ τὸν τῆς μέσης γένηται φθόγγον, λυπεῖ καὶ φαίνεται ἀνάρμοστον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην μελῳδίαν· ἐὰν δὲ τὴν λιχανόν, ἤ τινα ἄλλον φθόγγον, τότε φαίνεται διαφέρειν μόνον, ὅταν κἀκείνῃ τις χρῆται; Ἢ εὐλόγως τοῦτο συμβαίνει; πάντα γὰρ τὰ χρηστὰ μέλη πολλάκις τῇ μέσῃ χρῆται, καὶ πάντες οἱ ἀγαθοὶ ποιηταὶ πυκνὰ πρὸς τὴν μέσην ἁπαντῶσι, κἂν ἀπέλθωσι, ταχὺ ἐπανέρχονται, πρὸς δ' ἄλλην οὕτως οὐδεμίαν. Καθάπερ ἐκ τῶν λόγων ἐνίων ἐξαιρεθέντων συνδέσμων οὐκ ἔστιν ὁ λόγος Ἑλληνικός, οἷον τὸ τέ καὶ τὸ καί, ἔνιοι δ' οὐθὲν λυποῦσι, διὰ τὸ τοῖς μὲν ἀναγκαῖον εἶναι χρῆσθαι πολλάκις, εἰ ἔσται λόγος, τοῖς δὲ μή, οὕτω καὶ τῶν φθόγγων ἡ μέση ὥσπερ σύνδεσμός ἐστι, καὶ μάλιστα τῶν καλῶν, διὰ τὸ πλειστάκις ἐνυπάρχειν τὸν φθόγγον αὐτῆς.

20. Cur si quis nostrum ceteris omnibus nervis concinnatis, mediam quidem turbet instrumentoque utatur, non solum ubi ad mediæ sonum devenerit, sed etiam ceteris modulandi partibus, molestiam adfert, atque incomposita adparet cantilena; sed si lichanon, aut quemquam sonum alium turbarit, tum duntaxat aliquid referre videtur, ubi ea ipsa quis utitur? An ratione hoc evenit optima? omnes enim egregiæ cantilenæ medio sæpe utuntur, omnesque boni poetæ crebro ad medium veniunt, et si discesserint, mox redeunt eodem; ad alium vero nullum hoc modo. Quemadmodum exemptis ex oratione quibusdam conjunctionibus, ut τέ et καί, oratio non est Græca; aliæ vero nullam molestiam adferunt, eo quod aliis quidem sæpe uti necesse est, ut omnino exstare possit oratio, aliis vero non, sic etiam medius veluti conjunctio est sonorum, maximeque pulchrorum, quoniam ejus sonus inest sæpissime.

21. Διὰ τί τῶν ᾀδόντων οἱ βαρύτερον ᾄδοντες τῶν ὀξὺ ᾀδόντων, ἐὰν ἀπᾴδωσι, μᾶλλον κατάδηλοι γίνονται; Ὁμοίως δὲ καὶ τῷ ῥυθμῷ οἱ ἐν τῷ βαρυτέρῳ πλημμελοῦντες κατάδηλοι μᾶλλον. Πότερον ὅτι πλείων ὁ χρόνος ὁ τοῦ βαρέος, οὗτος δὲ μᾶλλον αἰσθητός; Ἢ ὅτι ἐν πλείονι χρόνῳ πλείω αἴσθησιν παρέχει, τὸ δὲ ταχὺ καὶ ὀξὺ λανθάνει διὰ τὸ τάχος;

21. Qua de causa qui gravius cantant, si discrepant, deprehenduntur facilius quam qui cantant acute? Nec vero secus in numero qui peccant, evidentiores sunt si peccant in graviori. Utrum quod plus temporis gravis obtinet, talisque sonus plenius percipi potest? An quod longius tempus durans ampliorem etiam adfert sensum, velox autem et acutum ob velocitatem latet?

22. Διὰ τί οἱ πολλοὶ μᾶλλον ᾄδοντες τὸν ῥυθμὸν σώζουσιν ἢ οἱ ὀλίγοι; Ἢ ὅτι μᾶλλον πρὸς ἕνα τε καὶ ἡγεμόνα βλέπουσι, καὶ βραδύτερον ἄρχονται, ὥστε ῥᾷον τοῦ αὐτοῦ τυγχάνουσιν; ἐν γὰρ τῷ τάχει ἡ ἁμαρτία πλείων.

22. Quam ob causam multi, ubi cantant, potius numerum servant quam pauci? An quod multi potius unum ducemque respiciunt, tardiusque incipiunt, ita ut facilius adsequantur idem, quippe quum in celeritudine plus erroris committitur?

23. Διὰ τί διπλασία ἡ νήτη τῆς ὑπάτης; Ἢ πρῶτον μὲν ὅτι ἐκ τοῦ ἡμίσεος ἡ χορδὴ ψαλλομένη καὶ ὅλη συμφωνοῦσα διὰ πασῶν; Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν συρίγγων· ἡ γὰρ διὰ τοῦ μέσου τῆς σύριγγος τρήματος φωνὴ τῇ δι' ὅλης τῆς σύριγγος συμφωνεῖ διὰ πασῶν. Ἔτι ἐν τοῖς ἄλλοις τῷ διπλασίῳ διαστήματι λαμβάνεται τὸ διὰ πασῶν, καὶ οἱ αὐλοτρῦπαι οὕτω λαμβάνουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ διὰ πέντε τῷ ἡμιολίῳ, ὅτι οἱ τὰς σύριγγας ἁρμοττόμενοι εἰς μὲν τὴν ὑπάτην ἄκραν τὸν κηρὸν ἐμπλάττουσι, τὴν δὲ νήτην μέχρι τοῦ ἡμίσεος ἀναπληροῦσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν διὰ πέντε τῷ ἡμιολίῳ καὶ τὴν διὰ τεττάρων τῷ ἐπιτρίτῳ διαστήματι λαμβάνουσιν. Ἔτι οἱ ἐν τοῖς τριγώνοις ψαλτηρίοις τῆς ἴσης ἐπιτάσεως γινομένης συμφωνοῦσι διὰ πασῶν, ἡ μὲν διπλασία οὖσα, ἡ δ' ἡμίσεια τῷ μήκει.

23. Cur nete duplum est hypates? An primum quidem, quod ubi nervus et parte sui dimidia pulsatur et totus, concinit per consonantiam diapason? Eodem quoque modo se habet res in fistulis : vox enim quæ per medium foramen emergit, cum ea quæ totam fistulam permeat, concinit per consonantiam diapason. Quin etiam in ceteris duplo intervallo capitur consonantia diapason, itemque qui tibias forant, ita eam capiunt. Eodem modo et consonantiam diapente sesquialtero capiunt intervallo, quoniam qui fistulas concinnant, extremam quidem hypaten cera oblinunt, neten vero ad dimidium usque implent. Eodem quoque modo consonantiam diapente sesquialtero intervallo capiunt, diatessaron vero intervallo quod uni cum tertia parte æquale est. Præterea in triquetris psalteriis nervi, quorum alter quidem longitudine dupla, alter vero dimidia est, æque intenti diapason consonantiam reddunt.

www.jiptool.com.cn

Digitized by Google

24. Διὰ τί, ἐάν τις ψήλας τὴν νήτην ἐπιλάβῃ, ἡ ὑπάτη μόνη δοκεῖ ἀντηχεῖν; *Ἢ ὅτι συμφυὴς μάλιστα γίνεται τῷ φθόγγῳ ὁ ἀπὸ ταύτης ἦχος διὰ τὸ σύμφωνος εἶναι; Τῷ οὖν συναυξάνεσθαι τῷ ὁμοίῳ φαίνεται μόνος, οἱ δ' ἄλλοι διὰ μικρότητα ἀφανεῖς.

24. Cur, si quis neten pulsatam adprehenderit, hypate sola resonare videtur? An quod sonus qui ex hac proficisci solet, sono illius maxime cognatus est, utpote qui consonus est? Ergo quia una cum simili augetur, solus adparet; ceteri vero ob exiguitatem non sunt manifesti.

25. Διὰ τί μέση καλεῖται ἐν ταῖς ἁρμονίαις, τῶν δ' ὀκτὼ οὐκ ἔστι μέσον; *Ἢ ὅτι ἑπτάχορδοι ἦσαν αἱ ἁρμονίαι τὸ παλαιόν, τὰ δ' ἑπτὰ ἔχει μέσον;

25. Cur nervum medium in concentibus adpellamus, quum inter octo nullum medium sit? An quod olim concentus septem nervis constabant, septem autem medium obtinent?

26. Διὰ τί ἐπὶ τὸ ὀξὺ ἀπᾴδουσιν οἱ πλεῖστοι; Πότερον ὅτι ῥᾷον ὀξὺ ᾄσαι ἢ βαρύ; *Ἢ ὅτι χεῖρον τοῦ βαρέος; ἁμαρτία δ' ἐστὶ τοῦ χείρονος πρᾶξις.

26. Cur in acutum plerique discrepant? Utrum quod facilius acutum quam grave cantatur? An quod acutum gravi deterius est? peccare enim non aliud est quam rem agere deteriorem.

27. Διὰ τί τὸ ἀκουστὸν μόνον ἦθος ἔχει τῶν αἰσθητῶν; καὶ γὰρ ἐὰν ᾖ ἄνευ λόγου μέλος, ὅμως ἔχει ἦθος· ἀλλ' οὐ τὸ χρῶμα, οὐδ' ἡ ὀσμή, οὐδ' ὁ χυμὸς ἔχει. *Ἢ ὅτι κίνησιν ἔχει μόνον, οὐχὶ ἥν ὁ ψόφος ἡμᾶς κινεῖ (τοιαύτη μὲν γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει· κινεῖ γὰρ καὶ τὸ χρῶμα τὴν ὄψιν), ἀλλὰ τῆς ἑπομένης τῷ τοιούτῳ ψόφῳ αἰσθανόμεθα κινήσεως· αὕτη δ' ἔχει ὁμοιότητα ἔν τε τοῖς ῥυθμοῖς καὶ ἐν τῇ τῶν φθόγγων τάξει τῶν ὀξέων καὶ βαρέων, οὐκ ἐν τῇ μίξει, ἀλλ' ἡ συμφωνία οὐκ ἔχει ἦθος· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις αἰσθητοῖς τοῦτο οὐκ ἔστιν; αἱ δὲ κινήσεις αὗται πρακτικαί εἰσιν, αἱ δὲ πράξεις ἤθους σημασία ἐστίν.

27. Cur inter omnia quæ sensum movent, sola audibilia mores spectant? nam et si quid sine sermone modulamur, mores tamen præ se fert modulatio; iis vero caret tum color, tum odor, tum sapor. An quod motum solum hoc obtinet, non cujus ope sonus nos movet (talis enim vel ceteris adest, quippe quum etiam color visum movet), sed motum percipimus qui hujusmodi sonum insequitur: hic enim similitudinem præ se fert, tum in numeris, tum in sonorum ordine acutorum et gravium, non vero in mistione, quum symphonia mores non spectat; in ceteris autem rebus quæ sensu percipiuntur, hoc non inest? hi enim motus activi sunt, actiones autem morum sunt indices.

28. Διὰ τί νόμοι καλοῦνται οὓς ᾄδουσιν; *Ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται, ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασιν; Καὶ τῶν ὑστέρων οὖν ᾠδῶν τὰς πρώτας τὸ αὐτὸ ἐκάλεσαν ὅπερ τὰς πρώτας.

28. Cur leges adpellantur moduli quos canunt? An quod priusquam literas scirent, leges cantabant, ne eas oblivioni mandarent, uti apud Agathyrsos ad hunc usque diem facere solent? Ergo primas quoque posteriorum cantilenarum eodem adpellaverunt nomine, quo superiores vocabantur.

29. Διὰ τί οἱ ῥυθμοὶ καὶ τὰ μέλη φωνὴ οὖσα ἤθεσιν ἔοικεν, οἱ δὲ χυμοὶ οὔ, ἀλλ' οὐδὲ τὰ χρώματα καὶ αἱ ὀσμαί; *Ἢ ὅτι κινήσεις εἰσὶν ὥσπερ καὶ αἱ πράξεις; Ἤδη δ' ἡ μὲν ἐνέργεια ἠθικὸν καὶ ποιεῖ ἦθος, οἱ δὲ χυμοὶ καὶ τὰ χρώματα οὐ ποιοῦσιν ὁμοίως.

29. Cur numeri musici et modi qui ad vocem pertinent, moribus similes sunt, sapores vero non, sed ne colores quidem, aut odores? An quod motus sunt ejusdem generis cujus etiam actiones? Jam omnis quidem efficientia moralis res est, moresque condit; sapores vero et colores eodem modo non agunt.

30. Διὰ τί οὐδ' ὑποδωριστί, οὐδ' ὑποφρυγιστὶ οὐκ ἔστιν ἐν τραγῳδίᾳ χορικόν; *Ἢ ὅτι οὐκ ἔχει ἀντίστροφον; Ἀλλ' ἀπὸ σκηνῆς· μιμητικὴ γάρ.

30. Cur neque subdorius, nec subphrygius modus in tragœdiis choris adhibentur? An quoniam antistropho carent? De scena vero canuntur, quippe qui imitandi facultate pollent.

31. Διὰ τί οἱ περὶ Φρύνιχον ἦσαν μᾶλλον μελοποιοί; *Ἢ διὰ τὸ πολλαπλάσια εἶναι τότε τὰ μέλη ἐν ταῖς τραγῳδίαις τῶν μέτρων;

31. Cur Phrynichus ceterique ejus ætatis musici modulandi potius artem exercebant? An quod tum in tragœdiis modulaminum usus metris longe frequentior erat?

32. Διὰ τί διὰ πασῶν καλεῖται, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀριθμὸν δι' ὀκτώ, ὥσπερ καὶ διὰ τεττάρων καὶ διὰ πέντε; *Ἢ ὅτι ἑπτὰ ἦσαν αἱ χορδαὶ τὸ ἀρχαῖον, εἶτ' ἐξελὼν τὴν τρίτην Τέρπανδρος τὴν νήτην προσέθηκε, καὶ ἐπὶ τούτου ἐκλήθη διὰ πασῶν, ἀλλ' οὐ δι' ὀκτώ; δι' ἑπτὰ γὰρ ἦν.

32. Cur diapason consonantia vocatur, nec ratione numeri diaocto, ut et diatessaron et diapente? An quod antiquitus septem erant nervi; deinde Terpander tertia exempta neten adjunxit, ac ejus temporibus diapason adpellata est, non diaocto, quippe quæ per septem erat?

33. Διὰ τί εὐαρμοστότερον ἀπὸ τοῦ ὀξέος ἐπὶ τὸ βαρὺ ἢ ἀπὸ τοῦ βαρέος ἐπὶ τὸ ὀξύ; Πότερον ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς γίνεται ἄρχεσθαι; ἡ γὰρ μέση καὶ ἡγεμὼν ὀξυτάτη τοῦ τετραχόρδου, τὸ δ' οὐκ ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ'

33. Quamobrem concinnius de acuto in grave fit transitus quam de gravi in acutum? Utrum quod inchoamus, ubi a principio proficiscimur? nervus enim qui medius et dux est, acutissimus (primi) tetrachordi est; illo

Digitized by Google

ἀπὸ τελευτῆς. Ἢ ὅτι τὸ βαρὺ ἀπὸ τοῦ ὀξέος γενναιότερον καὶ εὐφωνότερον;

autem modo non a principio, sed a fine exordiamur. An quod grave generosius sonoriusque est post acutum?

34. Διὰ τί δὶς μὲν δι' ὀξειῶν καὶ δὶς διὰ τεττάρων οὐ συμφωνεῖ, δὶς δὲ διὰ πασῶν δέ; Ἢ ὅτι οὐδὲ δὶς δι' ὀξειῶν, οὐδὲ δὶς διὰ τεττάρων ἐστίν, τὸ δὲ διὰ τεττάρων καὶ διὰ πέντε;

34. Cur bis per acutos, aut bis diatessaron non consonant, bis autem diapason consonat? An quod (diapason) nec bis per acutos, neque bis diatessaron est, sed diatessaron ac diapente?

35. Διὰ τί ἡ διὰ πασῶν καλλίστη συμφωνία; Ἢ ὅτι ἐν ὅλοις ὅροις οἱ ταύτης λόγοι εἰσίν, οἱ δὲ τῶν ἄλλων οὐκ ἐν ὅλοις; ἐπεὶ γὰρ διπλασία ἡ νήτη τῆς ὑπάτης, οἵα ἡ νήτη δύο, ἡ ὑπάτη ἕν, καὶ οἵα ἡ ὑπάτη δύο, ἡ νήτη τέσσαρα, καὶ ἀεὶ οὕτως· τῆς δὲ μέσης ἡμιόλια· τὸ γὰρ διὰ πέντε ἡμιόλιον οὐκ ἐν ὅλοις ἀριθμοῖς ἐστιν· οἷον γὰρ ἓν τὸ ἔλαττον, τὸ μεῖζον τοσοῦτον δὲ καὶ ἔτι τὸ ἥμισυ· ὥστ' οὐχ ὅλα πρὸς ὅλα συγκρίνεται, ἀλλ' ἔπεστι μέρη. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ διὰ τεττάρων ἔχει· τὸ γὰρ ἐπίτριτόν ἐστιν ὅσον τεμεῖν ὃ καὶ ἔτι ἓν τῶν τεττάρων ἐπίτριτόν ἐστιν. Ἢ ὅτι τελειωτάτη ἐξ ἀμφοτέρων οὖσα, καὶ ὅτι μέτρον τῆς μελῳδίας; Διὰ παντὸς τοῦ φερομένου ἡ κατὰ μέσον κίνησις σφοδροτάτη, ἀρχομένου δὲ καὶ λήγοντος μαλακωτέρα· ὅτε δὲ σφοδροτάτη ἡ κίνησις, καὶ ἡ φωνὴ ὀξυτέρα τοῦ φερομένου· διὸ καὶ χορδαὶ ἐπιτεινόμεναι ὀξύτερον φθέγγονται· θᾶττον γὰρ ἡ κίνησις γίνεται. Ἡ δὲ φωνὴ ἠ ἀέρος, ἢ ἄλλου τινὸς φορά· τὴν ἀνὰ μέσον τὸν πόρον ὀξυτάτην δεῖ γίνεσθαι· ὥστ' εἰ τοῦτο μὴ συμβαίνει, οὐκ ἂν εἴη φορά τινος.

35. Cur diapason consonantia pulcherrima est? An quod integris terminis hujus proportiones continentur, ceterarum autem non integris? quum enim nete duplum hypates sit, qualia nete duo tenuerit, tale hypate unum habebit, et qualia hypate duo, nete quatuor, ac ita semper; at vero eadem nete mediæ sesquialtera est: diapente namque, id est proportio sesquialtera, non integris numeris continetur: quale enim minus unicum intra se continet, tantum et majus atque insuper dimidium: quamobrem non integri cum integris comparantur, sed partes adduntur. In consonantia quoque diatessaron eodem modo se habet res: proportio enim epitritos tantum est quantum illud et insuper una earum quatuor partium quibus ipsa epitritos est. An quod perfectissima est, quippe ex ambabus constans, et quoniam modulandi mensura est? Semper rei quæ fertur, motus in medio vehementissimus est; incipiente vero, vel cessante ignavior; ubi autem motus vehementissimus est, sonus rei quæ fertur, etiam fit acutior: hinc et chordæ, ubi intenduntur, acutius sonant: ocius enim fit motus. Quodsi autem vox aeris, aut alius cujusdam rei transitus est, quæ medio itinere redditur, acutissima fieri debet: hinc si id non adcidit, alicujus rei transitus non erit vox.

36. Διὰ τί, ἐὰν μὲν ἡ μέση κινηθῇ, καὶ αἱ ἄλλαι χορδαὶ ἠχοῦσι φθεγγόμεναι, ἐὰν δ' αὖ ἡ μὲν μένῃ, τῶν δ' ἄλλων τις κινηθεῖσα μόνη φθέγγεται; Ἢ ὅτι τὸ ἡρμόσθαι ἐστὶν ἁπάσαις, τὸ δ' ἔχειν πως πρὸς τὴν μέσην ἁπάσαις, καὶ ἡ τάξις ἡ ἑκάστης ἤδη δι' ἐκείνην; Ἀρθέντος οὖν τοῦ αἰτίου τοῦ ἡρμόσθαι καὶ τοῦ συνέχοντος οὐκέτι ὁμοίως φαίνεται ὑπάρχειν· μιᾶς δ' ἀναρμόστου οὔσης, τῆς δὲ μέσης μενούσης, εὐλόγως τὸ κατ' αὐτὴν ἐκλειπόμενον· ταῖς γὰρ ἄλλαις ὑπάρχει τὸ ἡρμόσθαι.

36. Cur, si nervus medius quidem turbatus est, ceteri quoque tinniunt sonantes; sin contra integro illo manente aliquis ex ceteris turbatus est, solus qui turbatus est (cum tinnitu) sonat? An quod concinnatio res est nervis omnibus communis, itemque certa quædam proportio, qua ad medium referuntur; quin imo uniuscujusque ordo ab hoc pendet? Ergo sublata causa qua concinnantur atque continentur, concentus non amplius æque adesse videtur; ubi vero nervo medio sibi constante, unus ex ceteris discrepavit, merito quod huic respondet, deficit: ceteri namque concinnatione prædili sunt.

37. Διὰ τί τοῦ ἐν φωνῇ ὀξέος ὄντος κατὰ τὸ ὀλίγον, τοῦ δὲ βαρέος κατὰ τὸ πολύ (τὸ μὲν γὰρ βαρὺ διὰ τὸ πλῆθος βαρύ, τὸ δ' ὀξὺ δι' ὀλιγότητα ταχύ), ἔργον μᾶλλον ᾄδειν τὰ ὀξέα ἢ τὰ βαρέα, καὶ ὀλίγοι τὰ ἄνω δύνανται ᾄδειν, καὶ οἱ νόμοι ὀρθιοι καὶ οἱ ὀξεῖς χαλεποὶ ᾆσαι διὰ τὸ ἀνατεταμένοι εἶναι, καίτοι ἔλαττον ἔργον τὸ ὀλίγον κινεῖν ἢ τὸ πολύ, ὥστε καὶ ἀέρα; Ἢ οὐ ταὐτό γε ὀξύφωνον εἶναι φύσει καὶ τὸ ὀξὺ ᾄδειν, ἀλλὰ φύσει μὲν ὀξύφωνα ἅπαντα δι' ἀσθένειαν, τῷ μὴ δύνασθαι πολὺν κινεῖν ἀέρα, ἀλλ' ὀλίγον, ὁ δ' ὀλίγος ταχὺ φέρεται, ἐν δὲ τῷ ᾄδειν τὸ ὀξὺ δυνάμεως σημεῖον; τὸ μὲν γὰρ σφοδρῶς φερόμενον ταχὺ φέρεται· διὸ τὸ ὀξὺ δυνάμεως σημεῖον· διὸ καὶ οἱ ἐκτικοὶ ὀξύφωνοι. Καὶ ἔργον τὰ ἄνω ᾄδειν· τὰ δὲ βαρέα κάτω.

37. Quare quum vocis acumen a paucitate pendet, gravitas autem a copia (grave enim ob multitudinem grave est, acutum vero ob paucitatem celere) cur, inquam, majus negotium est cantica canere acuta quam gravia, paucique reperiuntur qui superna cantare valeant, legesque rectæ et acutæ difficiles cantu, quia sursum intentæ sunt, quamquam minus negotium sit movisse quod exiguum quam quod multum est, ita ut vel in aere hoc idem adcidere oporteret? An vocem e natura mittere acutam non idem certe est quod acutum cantare, sed mittunt quidem naturaliter acutam vocem omnia propter imbecillitatem, eo quod aeris parum, non multum ciere possunt; parum autem aeris velociter fertur; in cantando vero vocis acumen vires integras significat: quod enim vehementer fertur, fertur celeriter: eapropter vocis acumen vires integras significat: unde et tabidi acutam profernnt vocem. Præterea laboriosum est superna cantare; gravia autem locum tenent inferiorem.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

38. Διὰ τί ῥυθμῷ καὶ μέλει καὶ ὅλως ταῖς συμφωνίαις χαίρουσι πάντες; Ἢ ὅτι ταῖς κατὰ φύσιν κινήσεσι χαίρομεν κατὰ φύσιν (σημεῖον δὲ τὸ τὰ παιδία εὐθὺς γενόμενα χαίρειν αὐτοῖς)· διὰ δὲ τὸ ἔθος τρόποις μελῶν χαίρομεν· ῥυθμῷ δὲ χαίρομεν διὰ τὸ γνώριμον καὶ τεταγμένον ἀριθμὸν ἔχειν, καὶ κινεῖν ἡμᾶς τεταγμένως; οἰκειοτέρα γὰρ ἡ τεταγμένη κίνησις φύσει τῆς ἀτάκτου, ὥστε καὶ κατὰ φύσιν μᾶλλον. Σημεῖον δέ· πονοῦντες γὰρ καὶ πίνοντες καὶ ἐσθίοντες τεταγμένα σώζομεν καὶ αὔξομεν τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν, ἄτακτα δὲ φθείρομεν καὶ ἐξίσταμεν αὐτήν· αἱ γὰρ νόσοι τῆς τοῦ σώματος οὐ κατὰ φύσιν τάξεως κινήσεις εἰσίν. Συμφωνίᾳ δὲ χαίρομεν, ὅτι κρᾶσίς ἐστι λόγον ἐχόντων ἐναντίων πρὸς ἄλληλα. Ὁ μὲν οὖν λόγος τάξις, ὃ ἦν φύσει ἡδύ· τὸ δὲ κεκραμένον τοῦ ἀκράτου πᾶν ἥδιον, ἄλλως τε κἂν αἰσθητὸν ὂν ἀμφοῖν τοῖν ἄκροιν ἐξ ἴσου τὴν δύναμιν ἔχοι· ἐν τῇ συμφωνίᾳ ὁ λόγος.

38. Cur numeris, modulis, ac denique consonantiis oblectantur omnes? An quod motibus naturalibus oblectamur secundum naturam (indicium, quod pueri nuper editi his oblectantur); modis tamen cantilenarum delectamur propter consuetudinem; sed enim rhythmo delectamur, quia cognitum ordinatumque numerum habet, movetque nos ordinate? motus enim familiarior naturæ est ordinatus quam inordinatus, ita ut quoque secundum naturam magis sit. Argumentum, quod ubi ordinate et laboramus et bibimus et edimus, naturam viresque et servamus et augemus; contra ubi inordinate, depravamus naturam atque de suo statu dimovemus: morbi enim non naturalis ordinis corporis motiones sunt. Consonantia vero delectamur, quod temperatio contrariorum est inter quæ proportio intercedit. Proportio igitur ordo est, quem modo natura suavem esse proposuimus; temperatum autem omne suavius quam intemperatum est, præsertim si, dum sensibile est, pariter vim habeat utriusque extremi: in consonantia enim proportio inest.

39. Διὰ τί ἡδιόν ἐστι τὸ σύμφωνον τοῦ ὁμοφώνου; Ἢ καὶ τὸ μὲν ἀντίφωνον σύμφωνόν ἐστι διὰ πασῶν; ἐκ παίδων γὰρ νέων καὶ ἀνδρῶν γίνεται τὸ ἀντίφωνον, οἳ διεστᾶσι τοῖς τόνοις ὡς νήτη πρὸς ὑπάτην· συμφωνία δὲ πᾶσα ἡδίων ἁπλοῦ φθόγγου (δι' ἃ δέ, εἴρηται), καὶ τούτων ἡ διὰ πασῶν ἡδίστη· τὸ ὁμόφωνον δ' ἁπλοῦν ἔχει φθόγγον. Μαγαδίζουσι δ' ἐν τῇ διὰ πασῶν συμφωνίᾳ, ὅτι καθάπερ ἐν τοῖς μέτροις οἱ πόδες ἔχουσι πρὸς αὐτοὺς λόγον ἴσον πρὸς ἴσον, ἢ δύο πρὸς ἕν, ἢ καί τινα ἄλλον, οὕτω καὶ οἱ ἐν τῇ συμφωνίᾳ φθόγγοι λόγον ἔχουσι κινήσεως πρὸς αὐτούς. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων συμφωνιῶν ἀτελεῖς αἱ θατέρου καταστροφαί εἰσιν, εἰς ἥμισυ τελευτῶσαι· ὁτὸ τῇ δυνάμει οὐκ ἴσαι εἰσίν· οὖσαι δ' ἄνισοι, διαφορὰ τῇ αἰσθήσει καθάπερ ἐν τοῖς χοροῖς ἐν τῷ καταλύειν μεῖζον ἄλλων φθεγγομένοις ἐστίν. Ἔτι δ' ὑπάτῃ συμβαίνει τὴν αὐτὴν τελευτὴν τῶν ἐν τοῖς φθόγγοις περιόδων ἔχειν· ἡ γὰρ δευτέρα τῆς νεάτης πληγὴ τοῦ ἄερος ὑπάτη ἐστίν. Τελευτώσαις δ' εἰς ταὐτόν, οὐ ταὐτὸν ποιούσαις, ἓν καὶ κοινὸν τὸ ἔργον συμβαίνει γίνεσθαι, καθάπερ τοῖς ὑπὸ τὴν ᾠδὴν κρούουσιν· καὶ γὰρ οὗτοι τὰ ἄλλα οὐ προσαυλοῦντες, ἐὰν εἰς ταὐτὸν καταστρέφωσιν εὐφραίνουσι μᾶλλον τῷ τέλει ἢ λυποῦσι ταῖς πρὸ τοῦ τέλους διαφοραῖς, τῷ τὸ ἐκ διαφόρων τὸ κοινὸν ἥδιστον ἐκ τοῦ διὰ πασῶν γίνεσθαι. Τὸ δὲ μαγαδίζειν ἐξ ἐναντίων φωνῶν· διὰ ταῦτα ἐν τῇ διὰ πασῶν μαγαδίζουσιν.

39. Cur suavius consonans unisono est? An antiphonum quoque consonum diapason est? ex pueris enim, adolescentibus virisque consistit antiphonum, qui ita distant inter se tonis ut nete et hypate; omnis autem consonantia sono simplici suavior est (cur autem ita sit, dictum jam est), atque omnium consonantiarum suavissima diapason est; sequisonum contra simplicem habet sonum. Magadizant autem in diapason consonantia, quia ut pedes carminum proportionem aut paris ad par, aut dupli ad unicum, aut aliam quamdam inter se obtinent, ita et soni qui consonantia continentur, motus proportionem inter se servant. Ceterarum igitur consonantiarum alterius exitus imperfecti sunt, quum finiant ad dimidium: quamobrem pares non sunt facultate, quumque dispares sint, discrimen percipit sensus, sicut in choris fit, ubi ad finem deventum est, ampliore quam alii voce utentibus. Adde quod hypatæ adcidit, ut ejus soni eumdem circuituum exitum habeant (cum nete): secundus enim ictus quem aeri infligit nete, hypate est. Quum autem finiant in idem, quamvis non idem faciant, evenit ut opus unum communeque inde redundet, non secus ac illis adcidit qui vocis cantui instrumentorum cantum jungunt; nam etsi cetera tibiarum cantu non prosequantur, si in idem desinant, fine magis delectantur quam differentiis finem præcedentibus molestantur, quia commune post diversa incidens suavissimum e consonantia diapason provenit. Magadizatio autem ex contrariis vocibus fit: hinc in consonantia diapason magadizant.

40. Διὰ τί ἥδιον ἀκούουσιν ᾀδόντων ὅσα ἂν προεπιστάμενοι τύχωσι τῶν μελῶν ἢ ἐὰν μὴ ἐπιστῶνται; Πότερον ὅτι μᾶλλον δῆλός ἐστιν ὁ τυγχάνων ὥσπερ σκοποῦ, ὅταν γνωρίζωσι τὸ ᾀδόμενον, γνωριζόντων δ' ἡδὺ θεωρεῖν; Ἢ ὅτι συμπαθής ἐστιν ὁ ἀκροατὴς τῷ τὸ γνώριμον ᾄδοντι; συνᾄδει γὰρ αὐτῷ· ᾄδει δὲ πᾶς γεγηθὼς ὁ μὴ διά τινα ἀνάγκην ποιῶν τοῦτο.

40. Cur lubentius canere audiunt modulos quos sciunt, quam quos ignorant? Utrum quoniam, ubi cantilenam adgnoscunt, melius patet cantorem veluti scopum adsequi; ubi autem adgnoscunt, contemplatu dulce est? An quod auditor eodem adficitur modo ac qui notam exprimit cantilenam, quippe qui socium sese præbet cantandi; solet autem quisque hilari animo cantare, nisi aliqua coactus necessitate id faciat?

41. Διὰ τί δὶς μὲν δι' ὀξειῶν, ἢ δὶς διὰ τεττάρων οὐ συμφωνεῖ, δὶς διὰ πασῶν δέ· Ἢ ὅτι τὸ μὲν διὰ πέντε

41. Cur bis per acutos, aut bis diatessaron non consonant, bis diapason vero consonant? An quod diapente

Digitized by Google

ἐστὶν ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ, τὸ δὲ δια τεττάρων ἐν ἐπιτρίτῳ, ὄντων δ' ἡμιολίων τριῶν ἑξῆς ἀριθμῶν, ἢ ἐπιτρίτων, οἱ ἄκροι πρὸς ἀλλήλους οὐδένα λόγον ἕξουσιν; οὔτε γὰρ ἐπιμόριοι, οὔτε πολλαπλάσιοι ἔσονται. Τὸ δὲ δὶα πασῶν ἐπειδή ἐστιν ἐν διπλασίῳ λόγῳ, δὶς τούτου γινομένου ἐν τετραπλασίῳ λόγῳ ἂν εἶεν οἱ ἄκροι πρὸς ἀλλήλους· ὥστ' ἐπεὶ συμφωνία εὔλογον ἐχόντων φθόγγον πρὸς ἀλλήλους ἐστί, λόγον δ' οἱ μὲν τὸ δὶς διὰ πασῶν διάλειμμα ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους φθόγγοι ἔχουσιν, οἱ δὲ τὸ δὶς διὰ τεττάρων, ἢ δὶς διὰ πέντε οὐκ ἔχουσιν, οἱ μὲν δὶς διὰ πασῶν σύμφωνοι εἶεν ἄν, οἱ δ' ἕτεροι οὔ, διὰ τὰ εἰρημένα.

www.libtool.com.cn

quidem consonantia posita in proportione sesquialtera est, diatessaron vero in epitrita; quum autem sesquialtera, aut epitrita tres numeros se invicem insequentes constituant, extremi nullam invicem proportionem habebunt: neque enim superparticulares, neque multiplices erunt. At diapason consonantia, quoniam dupla proportione consistit, hac geminata, quadruplam invicem proportionem extremi tenebunt, ita ut, quum consonantia ad sonos invicem bonam proportionem obtinentes pertineat, proportionemque soni habeant qui geminato diapason intervallo a se invicem distant, ii vero careant, qui bis diatessaron, aut bis diapente, idcirco soni quidem qui diapason gemiuato distant, consoni erunt, ceteri vero non erunt, ob eam quam reddidimus, causam.

42. Διὰ τί, ἐάν τις ψήλας τὴν νήτην ἐπιλάβῃ, ἡ ὑπάτη μόνη δοκεῖ ὑπηχεῖν; Ἢ ὅτι ἡ νεάτη λήγουσα καὶ μαραινομένη ὑπάτη γίνεται; Σημεῖον δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ὑπάτης τὴν νεάτην δύνασθαι ᾄδειν· ὡς γὰρ οὔσης αὐτῆς ᾠδῆς νεάτης, τὴν ὁμοιότητα λαμβάνουσιν ἀπ' αὐτῆς. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἠχὼ ᾠδή τίς ἐστιν, ἀφ' ἑστι φωνῆς τῆς νεάτης ληγούσης, ἦχος ὢν ὁ αὐτὸς τῷ τῆς ὑπάτης φθόγγῳ κινεῖ, εἰκότως τῇ ὁμοιότητι τὴν ὑπάτην ἡ νήτη δοκεῖ κινεῖν· τὴν μὲν γὰρ νεάτην ἴσμεν οὗ κινεῖται ἐπιληφθεῖσα, τὴν δ' ὑπάτην αὐτὴν ὁρῶντες ἀκατάληπτον οὖσαν, καὶ φθόγγου αὐτῆς ἀκούοντες, ταύτην οἰόμεθα ἠχεῖν· ὅπερ ἐπὶ πολλῶν ἡμῖν συμβαίνει, ἐφ' ὧν μήτε τῷ λογισμῷ, μήτε τῇ αἰσθήσει δυνάμεθα εἰδῆσαι τὸ ἀκριβές. Ἔτι εἰ πληγείσης τῆς νεάτης μάλιστα ἐντεταμένης συμβαίνει τὸν ζυγὸν κινεῖσθαι, οὐθὲν ἂν εἴη θαυμαστόν· κινηθέντος δὲ πάσας τὰς χορδὰς συγκινεῖσθαι καί τιν' ἦχον ποιεῖν οὐκ ἄλογον. Ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις ὁ τῆς νεάτης φθόγγος ἀλλότριός ἐστι καὶ λήγων καὶ ἀρχόμενος, τῇ δ' ὑπάτῃ λήγων ὁ αὐτός· οὗ προστεθέντος τῇ ἰδίᾳ αὐτῆς κινήσει, ἐκείνης δόξαι πάντ' αὐτὸν εἶναι οὐθὲν ἄτοπον. Ἔσται δὲ μείζων ἢ ὁ κοινὸς τῶν λοιπῶν χορδῶν ἦχος, ὅτι αἱ μὲν ὑπὸ τῆς νεάτης καθάπερ ὠσθεῖσαι μαλακῶς ἤχησαν, ἡ δὲ νεάτη πάσῃ τῇ αὐτῆς δυνάμει, οὖσα αὐτῶν σφοδροτάτη· ὥστ' εἰκότως καὶ τὸ δευτερεῖον αὐτῆς κρεῖττον ἂν εἴη ἢ τὸ τῶν ἄλλων· ὥστε καὶ βραχείας κινεῖσθαι, ὡς αὐταῖς τε γεγενημένης.

42. Cur, si quis neten, quum pulsaverit, adprehendat, sola hypate subsonare videtur? An quod nete, ubi desinit elanguescitque, in hypaten transit? Indicium autem est, quod post hypaten neten canere licet: quum enim carminis ultima sit chorda, similitudo ex ea petitur. Quum autem echo quoque cantus quidam sit, eaque eamdem moveat vocem a qua proficiscitur, id est a nete-desinente, quae sane sono respondet hypates, merito ob similitudinem nete movere hypaten videtur: nete enim quo se moveat adprehensa, novimus; at hypaten ipsam ubi videmus inadprehensam et tamen ejus sonum percipimus, ipsam sonare credimus: quod in multis nobis adcidit, in quibus neque ratiocinatione, neque sensu ad amussim veritatem adsequi possumus. Ad haec si, nete maxima cum intentione pulsata, adcidat ut jugum moveatur, nihil sane mirum fuerit; hoc autem moto nervos omnes una commoveri sonumque reddere aliquem rationi non repugnat. Sonus igitur netae alienus a ceteris est, et desinens et incipiens; cum hypate vero, ubi desinit, idem est: qui si ejus propriae motioni addatur, haudquaquam absurdum erit si universus sonus ab ea proficisci videatur. Amplior autem quam communis reliquorum nervorum sonus erit, quoniam illi quidem a nete quasi molliter impulsi sonarunt, nete autem quae fidium omnium vehementissima est, sua tota potentia, ita ut secundaria ejus actio merito validior quam ceterarum sit: hinc vel ubi levi motu agitantur, (ipsa resonabit).

43. Διὰ τί ᾖδιον τῆς μονῳδίας ἀκούομεν ἐάν τις πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν ᾄδῃ; Ἢ ὅτι πᾶν τὸ ᾖδιον μιχθὲν ἡδίονι ἕν ἐστιν; Ὁ δ' αὐλὸς ἡδίων τῆς λύρας, ὥστε καὶ ἡ ῥᾳδὴ τούτῳ μιχθεῖσα ἢ λύρᾳ ἡδίων ἂν εἴη, ἐπεὶ τὸ μεμιγμένον τοῦ ἀμίκτου ἥδιόν ἐστιν, ἐὰν ἀμφοῖν ἅμα τὴν αἴσθησίν τις λαμβάνῃ· οἶνος γὰρ ἡδίων τοῦ ὀξυμέλιτος διὰ τὸ μεμῖχθαι μᾶλλον αὐτοῖς τὰ ὑπὸ τῆς φύσεως μιχθέντα ἢ ὑφ' ἡμῶν· ἔστι γὰρ καὶ ὁ οἶνος μικτὸς ἐξ ὀξέος καὶ γλυκέος χυμοῦ. Δηλοῦσι δὲ καὶ αἱ οἰνώδεις ῥοαὶ καλούμεναι. Ἡ μὲν οὖν ᾠδὴ καὶ ὁ αὐλὸς μίγνυνται αὐτοῖς δι' ὁμοιότητα (πνεύματι γὰρ ἄμφω γίνεται)· ὁ δὲ τῆς λύρας φθόγγος, ἐπειδὴ οὐ πνεύματι γίνεται, ἢ ἧττον αἰσθητὸν ἢ ὁ τῶν αὐλῶν, ἀμικτότερός ἐστι τῇ φωνῇ· ποιῶν δὲ διαφορὰν τῇ αἰ-

43. Cur lubentius cantilenam solitariam audimus, ubi ad tibiam quam ubi ad lyram cantatur? An quia omne suavius quod mistum cum suaviori est, unum efficit? Atqui tibia quam lyra suavior est, ita ut cantilena quoque mista cum tibia suavior sit quam si lyrae misceretur, quoniam quod mistum est, non misto est suavius, modo quis sensum amborum adcipiat simul: vinum enim aceto mulso suavius est, quoniam quae natura miscuit, longe amplius invicem permista sunt quam quae nos, vinum quippe etiam ex acido ac dulci sapore mistum est. Probari hoc idem potest vel malis punicis, quae vinosa adpellamus. Ergo cantilena et tibia miscentur sibi mutuo ob similitudinem (spiritu enim utraque fiunt); sonus autem lyrae, quoniam non spiritu fit, aut minus sensibiliter quam tibiarum, minus voci admiscere se potest, atque quum ad sensum discri-

Digitized by Google

σθήσει ἧττον ἡδύνει, καθάπερ ἐπὶ τῶν χυμῶν εἴρηται. Ἔτι ὁ μὲν αὐλὸς πολλὰ τῷ αὑτοῦ ἦχῳ καὶ τῇ ὁμοιότητι συγκρύπτει τῶν τοῦ ᾠδοῦ ἁμαρτημάτων, οἱ δὲ τῆς λύρας φθόγγοι ὄντες ψιλοὶ καὶ ἀμιγέστεροι τῇ φωνῇ, καθ' ἑαυτοὺς θεωρούμενοι καὶ ὄντες αὐτοῖς συμφανῆ ποιοῦσι τὴν τῆς ᾠδῆς ἁμαρτίαν, καθάπερ κανόνες ὄντες αὐτῶν· πολλῶν δ' ἐν τῇ ᾠδῇ ἁμαρτανομένων, τὸ κοινὸν ἐξ ἀμφοῖν ἀναγκαῖον χεῖρον γίνεσθαι.

men pariat, minus demulcet, quomodo dictum de saporibus est. Adde quod tibia quidem sonitu suo cognationeque errores multos cantoris obcultat; soni vero lyræ quum nudi sint vocique admisceri minus possint, quippe quæ per se considerantur atque exsistunt, cantilenæ aberrationem nobis manifestam reddunt, perinde ac si ejus normæ essent; ubi vero multi in cantando errores committuntur, commune quod ex ambabus provenit, deterius fieri necesse est.

44. Διὰ τί τῶν μὲν ἑπτὰ μέση καλεῖται, τῶν δ' ὀκτὼ οὐκ ἔστι μέσον; Ἢ ὅτι ἑπτάχορδοι ἦσαν αἱ ἁρμονίαι τὸ παλαιόν, τὰ δ' ἑπτὰ ἔχει μέσον; Ἔτι ἐπειδὴ τῶν μεταξὺ τῶν ἄκρων τὸ μέσον μόνον ἀρχή τίς ἐστιν (ἔστι γὰρ τῶν θατέρου τῶν ἄκρων νευόντων ἔν τινι διαστήματι ἀνὰ μέσον ὃν ἀρχή), τοῦτ' ἔσται μέσον. Ἐπεὶ δ' ἔσχατα [μέσον] ἐστὶν ἁρμονίας νεάτη καὶ ὑπάτη, τούτων δὲ ἀνὰ μέσον οἱ λοιποὶ φθόγγοι, ὧν ἡ μέση καλουμένη μόνη ἀρχή ἐστι θατέρου τετραχόρδου, δικαίως μέση καλεῖται· τῶν γὰρ μεταξύ τινων ἄκρων τὸ μέσον ἦν ἀρχὴ μόνον.

44. Cur nervum medium inter septem vocamus, quum inter octo nullum medium sit? An quod olim concentus nervis septem constabant, septem autem medium habent? Præterea quum eorum quæ inter extrema continentur, solum medium principium quoddam est (quod enim in medio situm est eorum quæ aliquo intervallo ad alterutrum vergunt extremum, principium est), medium erit quod principium est. Quum autem extrema concentus nete et hypate sint, hisque interjaceant reliqui soni, quorum medius nominatus solus principium alterius tetrachordi est, jure medius vocatur: eorum enim quæ quibusdam extremis interjacent, medium solummodo principium erat.

45. Διὰ τί οἱ πολλοὶ ᾄδοντες σώζουσι μᾶλλον τὸν ῥυθμὸν ἢ οἱ ὀλίγοι; Ἢ ὅτι μᾶλλον πρὸς ἕνα τε καὶ ἡγεμόνα βλέπουσι, καὶ βραδύτερον ἄρχονται, ὥστε ῥᾷον τοῦ αὐτοῦ τυγχάνουσιν; ἐν μὲν γὰρ τῷ τάχει πλείων γίνεται ἡ ἁμαρτία, συμβαίνει δὲ τῷ ἡγεμόνι προσέχειν τοὺς πολλούς· ἰδιαζόμενος δ' οὐδεὶς ἂν αὐτῶν διαλάμψειεν ὑπεράρας τὸ πλῆθος· ἐν δὲ τοῖς ὀλίγοις μᾶλλον διαλάμπουσιν· διὸ καθ' αὑτοὺς ἐν αὑτοῖς μᾶλλον ἀγωνίζονται ἢ πρὸς τὸν ἡγεμόνα.

45. Cur melius multi cantando numerum servare possunt quam pauci? An quod multi magis unum ducemque respiciunt, tardiusque incipiunt, ita ut facilius idem adsequi possint? plus enim erroris solet committi in celeritate, adciditque ut in ducem multi animum advertant; segregans vero sese nemo eorum exsuperata multitudine clarere poterit; verum inter paucos facilius eminent: quamobrem inter eos secum invicem potius quam cum duce certant.

46. Διὰ τί ἐπὶ τὸ ὀξὺ ἀπᾴδουσιν οἱ πλεῖστοι; Ἢ ὅτι ῥᾷον ὀξὺ ᾄσαι ἢ βαρύ; Ἄδουσι γοῦν ὀξὺ μᾶλλον, καὶ ἐν ᾧ ᾄδουσιν, ἁμαρτάνουσιν.

46. Cur in acutum plerique discrepant? An quod acutum facilius quam grave cantatur? Acutum igitur crebrius cantant, atque in eo quod cantant, errorem committunt.

47. Διὰ τί οἱ ἀρχαῖοι ἑπταχόρδους ποιοῦντες τὰς ἁρμονίας τὴν ὑπάτην, ἀλλ' οὐ τὴν νήτην κατέλιπον; Ἢ οὐ τὴν ὑπάτην, ἀλλὰ τὴν νῦν παραμέσην καλουμένην ἀφῆρουν καὶ τὸ τονιαῖον διάστημα, ἐχρῶντο δὲ τῇ ἐσχάτῃ μέσῃ τοῦ ἐπὶ τὸ ὀξὺ πυκνοῦ; διὸ καὶ μέσην αὐτὴν προσηγόρευσαν. Ἢ ὅτι ἦν τοῦ μὲν ἄνω τετραχόρδου τελευτή, τοῦ δὲ κάτω ἀρχή, καὶ μέσον εἶχεν λόγον τόνῳ τῶν ἄκρων;

47. Cur veteres quum nervis septem concentus disponerent, hypaten, non vero neten, reliquerunt? An non hypaten reliquerunt, sed eam quæ paramese nostra ætate vocatur, tonique intervallum tollebant, ultima vero densi acuto propioris pro media utebantur? quamobrem mediam quoque eam adpellarunt. An quod superioris quidem tetrachordi finis, principium vero erat inferioris, et mediam tono proportionem inter extrema tenebat?

48. Διὰ τί οἱ ἐν τραγῳδίᾳ χοροὶ οὔθ' ὑποδωριστί, οὔθ' ὑποφρυγιστὶ ᾄδουσιν; Ἢ ὅτι μέλος ἥκιστα ἔχουσιν αὗται αἱ ἁρμονίαι, οὗ δεῖ μάλιστα τῷ χορῷ; Ἦθος δ' ἔχει ἡ μὲν ὑποφρυγιστὶ πρακτικόν· διὸ καὶ ἐν τε τῷ Γηρυόνῃ ἡ ἔξοδος καὶ ἡ ἐξόπλισις ἐν ταύτῃ πεποίηται· ἡ δ' ὑποδωριστὶ μεγαλοπρεπὲς καὶ στάσιμον· διὸ καὶ κιθαρῳδικωτάτη ἐστὶ τῶν ἁρμονιῶν· ταῦτα δ' ἅμφω χορῷ μὲν ἀνάρμοστα, τοῖς δ' ἀπὸ σκηνῆς οἰκειότερα· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἡρώων μιμηταί· οἱ δ' ἡγεμόνες τῶν ἀρχαίων μόνοι ἦσαν ἥρωες, οἱ δὲ λαοὶ ἄνθρωποι, ὧν ἐστιν ὁ χορός· διὸ καὶ ἁρμόζει αὐτῷ τὸ γοερὸν καὶ ἡσύχιον ἦθος καὶ μέλος· ἀνθρωπικὰ γάρ·

48. Cur tragœdiarum chori neque subdorio, nec subphrygio modo canunt? An quod modulamine minime præditi sunt hi modi, quo choro inprimis opus est? Mores vero subphrygius obtinet activos: quamobrem in Geryone exitus et armatus eo modo conscripti sunt; subdorius vero magnificus atque statarius est: quocirca et omnium maxime modorum citharæ convenit; sed hi ambo choro quidem non congruunt, histrionibus vero familiariores sunt: etenim hi heroas imitantur; veterum autem soli duces erant heroes, sed populi homines erant, quibus chorus consistit: quapropter et choro competunt mores modulique flebiles et tranquilli, quippe qui humani sunt; hæc autem ceteri

Digitized by Google

ταῦτα δ' ἔχουσιν αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι, ἥκιστα δ' αὐτῶν ἡ ὑποφρυγιστί· ἐνθουσιαστικὴ γὰρ καὶ βακχική. Κατὰ μὲν οὖν ταύτην πάσχομέν τι· παθητικοὶ δ' οἱ ἀσθενεῖς μᾶλλον τῶν δυνατῶν εἰσιν· διὸ καὶ αὕτη ἁρμόττει τοῖς χοροῖς· κατὰ δὲ τὴν ὑποδωριστὶ καὶ ὑποφρυγιστὶ πράττομεν, ὃ οὐκ οἰκεῖόν ἐστι χορῷ· ἔστι γὰρ ὁ χορὸς κηδευτὴς ἄπρακτος· εὔνοιαν γὰρ μόνον παρέχεται οἷς πάρεστιν.

modi praestant, atque inter eos minime subphrygius (phrygius?) : hic enim numinis adflatui atque orgiis convenit. Hoc igitur modo patimur aliquid ; sunt autem imbecilli validis patibiliores : quamobrem iste quoque modus choris convenit ; subdorio vero atque subphrygio agimus, quod choro proprium non est : est enim chorus curator otiosus, quippe qui benevolentiam duntaxat his praestat quibus adest.

49. Διὰ τί τῶν τὴν συμφωνίαν ποιούντων φθόγγων ἐν τῷ βαρυτέρῳ τὸ μαλακώτερον; Ἢ ὅτι τὸ μέλος τῇ μὲν αὐτοῦ φύσει μαλακόν ἐστι καὶ ἠρεμαῖον, τῇ δὲ τοῦ ῥυθμοῦ μίξει τραχὺ καὶ κινητικόν; Ἐπεὶ δ' ὁ μὲν βαρὺς φθόγγος μαλακὸς καὶ ἠρεμαῖός ἐστιν, ὁ δ' ὀξὺς κινητικός, καὶ τῶν ταὐτὸ μέλος ἐχόντων εἴη ἂν μαλακώτερος ὁ βαρύτερος ἐν ταὐτῷ μέλει μᾶλλον· ἦν γὰρ τὸ μέλος αὐτῷ μαλακόν.

49. Cur inter sonos qui harmoniam constituunt, graviores molliores sunt? An quod cantus sua quidem natura mollis est et quietus, sed admisti numeri ratione asper redditur et movendi vim adquirit? Quum igitur gravis quidem sonus mollis quietusque sit, acutus contra movendi facultate polleat, eorum quoque qui eamdem cantilenam habeat, mollior potius erit qui gravior eodem carmine contineatur; ejus namque cantus mollis erat.

50. Διὰ τί ἴσων πίθων καὶ ὁμοίων ἐὰν μὲν ὁ ἕτερος κενὸς ᾖ, ὁ δ' ἕτερος εἰς τὸ ἥμισυ διάμεστος, διὰ πασῶν συμφωνεῖ ἡ ἠχώ; Ἢ ὅτι διπλασία γίνεται καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἡμίσεως τῆς ἐκ τοῦ κενοῦ; τί γὰρ διαφέρει τοῦτο ἢ ἐπὶ τῶν συρίγγων; δοκεῖ γὰρ ἡ θάττων κίνησις ὀξυτέρα εἶναι, ἐν δὲ τοῖς μείζοσι βραδύτερον ὁ ἀὴρ ἁπαντᾷ, καὶ ἐν τοῖς διπλασίοις τοσούτῳ, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀνάλογον. Συμφωνεῖ δὲ διὰ πασῶν καὶ ὁ διπλασίων ἀσκὸς πρὸς τὸν ἥμισυν.

50. Cur parium similiumque doliorum si alterum quidem inane, alterum vero ad dimidium plenum sit, echo diapason consonantiam refert? An quod echo quoque e semipleno proveniens duplum echus inanis exsistit? quid enim interest num id hic eveniat, an in fistulis? motus namque celerior acutior esse videtur; ampliora vero aer tardius ingreditur, ut duplis duplo, sic ceteris pro portione. Uter autem duplus per consonantiam quoque diapason cum dimidiato consonat.

ΤΜΗΜΑ Κ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΘΑΜΝΟΥΣ ΚΑΙ ΛΑΧΑΝΩΔΗ.

SECTIO XX.

QUÆ AD FRUTICES ET OLERACEA PERTINENT.

1. Διὰ τί τὸ ἁλυκὸν ὕδωρ τὰ μὲν σέλινα δέχεται, τὸ δὲ πράσον οὔ; Ἢ ὅτι τοῦ μὲν ἀσθενεῖς αἱ ῥίζαι, τοῦ δ' ἰσχυραί; τὸ δ' ἰσχυρότερον ἀπαθέστερον.

1. Cur aquam salsam apium quidem recipit, porrum vero non? An quod alterius quidem radices imbecillæ, alterius vero validæ sunt? adfectibus enim melius resistit quod validius est.

2. Διὰ τί λέγεται·

μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἔσθιε, μήτε φύτευε;

Ἢ ὅτι καταψύχει τὰ σώματα (ὄῆλοι δ' ἡ τοῦ σπέρματος φθορά), τοῦτο δ' ὑπεναντίον πρὸς ἀνδρείαν καὶ θυμὸν ταὐτὸν ὂν τῷ γένει;

2. Cur dicunt :

Mentham belli tempore neque edito, nec serito ?

An quia refrigerat corpora, ut corruptione constat seminis, id autem adversum est fortitudini atque animo, quum genere sit idem?

3. Διὰ τί ἔνια ἄνθος ἔχοντα ἄκαρπά ἐστιν, οἷον σίκυος καὶ κολόκυνθα καὶ ῥοά; Ἢ οὐκ ἄκαρπα, ἀλλὰ ταῦτα καρπός ἐστιν; Περικάρπιον γοῦν ἐστι τὸ ἀνθοῦν, ὁ δὲ σίκυος περικάρπιον.

3. Cur aliqua fructu carent, quum florem habeant, ut cucumis, cucurbita, malus punica? An fructu non carent, sed hæc ipsa fructus sunt? Fructus igitur involucrum est quod florem gerit; cucumis autem fructus involucrum est.

4. Διὰ τί τῶν φυομένων τὰ μὲν ἕψανά, τὰ δ' ὠμὰ βρωτά; Ἢ ὅσων οἱ χυμοὶ μὴ εὐθὺς ἐδώδιμοι, τούτων πυρωθέντων γλυκύτεροι γίνονται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, ὅσων δ' εὐθύς, καὶ ὠμὰ ἐδώδιμα;

4. Cur eorum quæ terra gignit, alia quidem cocta, alia vero cruda sunt cibo idonea? An quorumcumque succi esculenti non protinus sunt, eorum igni expositorum dulciores redduntur a calore; quorumcumque autem protinus, hæc etiam cruda edi possunt?

5. Διὰ τί τὰ μὲν ἕψανά, τὰ δ' ὀπτανά; Ἢ ὅτι τὰ μὲν ὑγρότερα οὐ τοσοῦτον, τὰ δὲ ξηρότερα οὐ μᾶλλον

5. Cur alia quidem elixare, alia vero assare oportet? An quod humidiora quidem non eatenus, sicciora vero non

Digitized by Google

ξηρανθῆναι δεῖ; ἑψόμενα δὲ πάντα ὑγρότερα καὶ μαλακώτερα· τὰ δ' ἧττον ὑγρὰ ἂν πυρωθῇ, γίνεται ξηρά.

www.libtool.com.cn

6. Διὰ τί δὲ τὰ μὲν ἄβρωτά ἐστι, τὰ δὲ βρωτά; Ἢ διὰ τοὺς χυμούς; ὅσα γὰρ καὶ ὠμὰ ἀπέπτους ἔχει καὶ πυρούμενα μὴ μεταβάλλει, ἄβρωτα· ὅσων δὲ βρωτὸν μὲν ὁ χυμός, ἰσχυρότερος δέ, ταῦτα ἡδύσματά ἐστιν; τὰ γὰρ ἐν μικρῷ ἔχοντα πολλὴν δύναμιν τῶν βρωτῶν ἡδυντικὰ τῶν ἐν πολλῷ.

6. Cur porro alia quidem non esculenta sunt, alia vero esculenta? An causæ succi sunt? quæcumque enim et cruda ubi sunt, succum continent coctioni renitentem, et igni exposita non immutantur, cibo inepta sunt; quorumcumque autem succus esculentus quidem est, sed validior, hæc condimenta sunt? esculenta enim quæ exiguo corpore vim magnam obtinent, condire valent ea quæ in amplo.

7. Διὰ τίνα αἰτίαν τὰ μὲν μέχρι σπέρματος τῶν φυτῶν ζῇ, εἶτα ἐνεγκόντα αὐαίνεται, οἷον ἡ πόα καὶ τὰ καλούμενα λάχανα, τὰ δ' οὔ, ἀλλὰ πολλάκις φέρει, καὶ τῶν μέχρι σπέρματος ζώντων τὰ μὲν πολλὰ ἐπέτεια, τὸ δ' ἱπποσέλινον τῷ ὑστέρῳ ἔτει φέρει καρπόν, καὶ ἐνέγκαν ἐξαυαίνεται; Ἢ ἅπαντα μὲν μέχρι τούτου ἀκμάζει, ἕως ἂν κατὰ τὸ σπέρμα ἀκμάζῃ, ἐπεὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι μέχρι τριάκοντα ἐτῶν ἐπιδιδόασιν, ὁτὲ μὲν τῷ πλήθει, ὁτὲ δὲ τῇ παχύτητι· ὅταν δὲ μηκέτι δύνηται φέρειν, ὥσπερ ἐκεῖ, αὐαίνεται καὶ καταγηράσκει· τὰ δὲ βραδέως καὶ κατὰ λόγον; Δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν τὰ μὲν βραχύβια, τὰ δὲ μακρόβιά ἐστιν, ἄλλος ἔστω λόγος· ἐπεὶ δ' ἔστι πᾶσιν ὅρος ἡ τοῦ σπέρματος τελείωσις, ἀνάγκη τοῖς μὲν βραχυβίοις ἅπαξ, ἢ ὀλιγάκις ἐνεγκεῖν καρπόν, τοῖς δὲ μακροβίοις πολλάκις, ὥστε τὰ μὲν ἀσθενέστατα ἅπαξ ἐνέγκοι (διὸ ἀνάγκη αὐαίνεσθαι), καὶ τούτων τὰ μὲν δυνάμενα ἐνιαυτῷ ἐπέτεια εἶναι, τὰ δέ, ὥσπερ τὸ ἱπποσέλινον, τῷ ὑστέρῳ ἔτει, ὥσπερ τὰ δένδρα καὶ τὰ φυτά.

7. Quam ob causam stirpium aliæ quidem ad semen usque vivunt, deinde quum semen tulerint, exarescunt, ut gramen et quæ olera nominamus, aliæ vero non, sed sæpius ferunt, atque earum quoque quæ ad semen usque ferendum vivunt, pleræque quidem annuæ sunt, hipposelinum vero anno postero fructum fert, quumque tulerit, exarescit? An omnia quidem eatenus vigent, donec semine vigent, quum et homines ad annum trigesimum usque proficiunt, modo quidem copia, modo vero crassitudine; ubi autem semen ferre non amplius possunt, quemadmodum illic, obarescunt atque consenescunt; alia tandem tardius, idque pro portione? Verum quam ob causam aliis quidem longum vitæ spatium, aliis vero breve datum sit, ad alium relegetur tractatum; sed quum omnibus terminus sit perfectio seminis, quorum vita brevi quidem tempore continetur, hæc semel, aut rarenter, longæva vero sæpe fructificare necesse est, ita ut quæ imbecillissima sunt, semel proferant (eapropter exarescant necesse est), ac eorum ipsorum quæ uno anno proferre possunt, alia quidem annua sint, alia vero, ut hipposelinum, postero anno ferant, quemadmodum arbores et plantæ.

8. Διὰ τί σελίνου, ἐάν τις περιορύξας μέχρι κάτω πρὸς τὰς ῥίζας περιβάλλῃ τῶν καχρυδίων, εἶτα ἄνωθεν τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἁρδῇ, παμμεγέθεις γίνονται αἱ ῥίζαι; Ἢ διότι τὸ καχρύδιον θερμὸν ὂν καὶ σομφὸν κατέχει μὲν σύνολον τὴν τροφὴν καὶ οὐ προΐσταται ἄνω, πέττει δὲ θερμὸν ὄν, ὥστε πολλὴν τὴν αὔξησιν γίνεσθαι;

8. Cur, si quis apium radice tenus circumfodiat, atque polentam undique radicibus adjiciat, deinde terram adaggeret atque sic irriget, radices pergrandes pullulant? An quod natura polentæ calida quidem et fungosa quum sit, pabulum corrasum detinet, nec sursum demittit: quum vero calida, concoquit, ita ut amplum fiat incrementum?

9. Διὰ τί, ἐάν τις τὰς κολοκύνθας εὐθὺς μικρὰς οὔσας κρύψῃ τῇ γῇ, ἢ τοὺς σικύους, μείζους γίνονται; Ἢ διότι τὰ πνεύματα καὶ ὁ ἥλιος ξηραίνοντα ἀφαιροῦνται τὴν αὔξησιν, καὶ τοὺς ὄγκους ἐλάττους μὲν ποιοῦσι πάντων, στιφροτέρους δέ, ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων τά τ' ἐν προσηνέμοις καὶ εἰλώδεσι καὶ τὰ ἐν κοίλοις καὶ ἐφύδροις (τὰ μὲν γὰρ μεγάλα γίνονται καὶ σομφά, τὰ δὲ μικρὰ καὶ πυκνά)· ἐν δὲ τῇ γῇ κρυφθέντα ἐναντία πάσχοντα ἐναντίως ἀποβαίνει; · Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ εἰς ἀγγεῖα τιθέμενα, σίκυοι εἰς νάρθηκας κοίλους, ἢ καλυπτῆρας, καὶ ῥοιαὶ καὶ μῆλα εἰς χύτρας, τὰ μὲν μεγάλα, σομφὰ δέ, οἱ δὲ μικροὶ στερροὶ αὐξανόμενοι μὴ εἰς ἀντίτυπον. Αἰτία δ' ἡ τροφὴ πλείων γινομένη διὰ τὸ μήτ' ἀποπνεῖσθαι, μήτε ξηραίνεσθαι· τὸ γὰρ ἀποστέγον κωλύει ταῦτα πάσχειν.

9. Cur, si quis cucurbitas protinus parvulas condiderit sub terram, vel cucumeres, majores fiunt? An quod venti et sol exsiccando incrementum demunt, molemque omnium rerum minorem quidem, sed spissiorem reddunt, quemadmodum et arbores quæ loci vento solique exposita tenent, quæque in cavis manent et riguis (hæ enim magnæ fungosæque fiunt, illæ vero parvæ et spissæ); at vero terra obculta, quoniam contrario modo adliciuntur, contrario modo inde abeunt? Similiter et quæ vasis imponuntur, ut cucumeres in ferulas cavas, aut tegulas, et mala punica, aut quævis alia mala in ollas, ampla quidem redduntur, sed fungosa; parvi vero cucumeres solidi sunt, quia crescentes resistenti non innituntur. Causa autem est quod alimentum copiosius fit, quoniam flatu non aufertur, nec exarescit: id enim quod protegit, impedit quominus ita adficiantur.

Digitized by Google

10. Διὰ τί τα σπέρματα τῶν δριμέων φυτῶν δριμύτερά ἐστιν ἢ αἱ ῥίζαι καὶ τὰ φύλλα; Ἢ διότι ἐκ τοῦ σπέρματος γίνεται ἅπαντα, καὶ εἰς τὰ ἄλλα δίδοται μέρη ἐκ τούτου, οἱονεὶ ἐνυπάρχοντα, ὥς φασί τινες, καὶ οἱ χυμοὶ καὶ αἱ ὀσμαί, ἐπεὶ καὶ αἱ ὀσμαὶ ἴδιοι γίνονται ἅμα τοῖς σπέρμασιν ἅπασιν; Εἰ οὖν ἐκ τούτου καὶ τοῖς ἄλλοις ἡ δριμύτης ὑπάρχει, εὔλογον καὶ αὐτὸ ἐπάρχειν μάλιστα.

10. Cur plantarum acrium semina acriora sunt quam radices et folia? An quod e semine omnia oriuntur, ceterisque omnibus partibus ex eo, tamquam elementa quæ jam antea præsto erant, ut quidam aiunt, sapores et odores subpeditantur? nam odores proprii etiam apud omnes una cum seminibus proveniunt. Quodsi igitur acritudo ceteris quoque ex eo subpetit, ipsum etiam maxime hujusmodi esse ratio exigit.

11. Διὰ τί αἱ ῥαφανῖδες αἱ λεπταὶ δριμύτεραι; Ἢ ὅτι αἱ μείζους διὰ τὸν χρόνον πεπεμμέναι μᾶλλον;

11. Cur tenues radiculæ acriores sunt? An quod ampliores tempore magis concoctæ sunt?

12. Διὰ τί ἡ κάππαρις οὐκ ἐθέλει ῥᾳδίως ἐν τοῖς ἐργασίμοις γίνεσθαι χωρίοις (πολλοὶ γὰρ πεπείρανται καὶ ῥίζας μεταφέροντες καὶ σπέρματα καταβάλλοντες· ἐνιαχοῦ γὰρ λυσιτελεῖ μᾶλλον τῶν ῥόδων), ἀλλὰ φύεται μάλιστα ἐπὶ τῶν τάφων, ὅτι ἀβατώτατος ὁ τόπος ἐστίν; Περὶ δὲ δὴ τούτου καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, δεῖ λαβεῖν ὅτι οὐχ ἅπαντα ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης γίνεται, οὐδ' αὔξεται, ἀλλ' ἐνια ἐξ ἄλλων φθορᾶς καὶ ἐξ ἀρχῆς γίνεται καὶ αὐξάνεται, οἷον οἱ φθεῖρες καὶ αἱ τρίχες ἐν τῷ σώματι διαφθειρομένης τῆς τροφῆς, καὶ ἀεὶ τὸ χεῖρον ἔχοντος. Ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ἐν σώματι ἐνια γίνεται ἐκ περιττώματος τροφῆς, τοῦτο δ' ἐστὶν ἀπεψία, καὶ οὐ μὴ ἐδύνατο κρατῆσαι ἡ φύσις, τὰ μὲν προχειρότατα εἰς κύστιν καὶ κοιλίαν ἀποκρίνεται, ἐξ ἐνίων δὲ ζῷα γίνεται (διὸ καὶ αὐξάνονται ταῦτα ἐν γήρᾳ καὶ νόσοις), οὕτως ἐν τῇ γῇ τὰ μὲν ἐκ πεπεμμένης τῆς τροφῆς γίνεται καὶ αὐξάνεται, τὰ δ' ἐκ περιττωμάτων καὶ ἐναντίως ἐχόντων. Ἡ δὲ γεωργία πέττει καὶ ἐνεργὸν ποιεῖ τὴν τροφήν· ἐξ ἧς συνίστανται οἱ ἥμεροι καρποί. Ἃ μὲν οὖν ἐκ τοιαύτης γίνεται ἡμερότητος, ἥμερα καλεῖται διὰ τὸ ἀπὸ τέχνης ὠφελεῖσθαι, ὥσπερ παιδευόμενα· ὅσα δὲ μὴ δύναται, ἢ καὶ ἐξ ἐναντίως ἐχόντος συνίσταται, ταῦτα ἄγριά ἐστι καὶ οὐκ ἐθέλει γίνεσθαι ἐν γεωργησίμῳ· ἡ γὰρ γεωργία φέρει αὐτὰ παιδεύουσα· ἐκ γὰρ φθορᾶς γίνεται· ὧν καὶ ἡ κάππαρίς ἐστιν.

12. Cur capparis locis provenire cultis haud facile solet (multi namque tentarunt, et radicibus translatis et seminibus sparsis: passim enim majus præstat lucrum quam rosæ), sed crescit præcipue in sepulcris, quod (ubi?) maxime invius est locus? Igitur de hoc ceterisque generis ejusdem sumere illud oportet, quod non omnia eadem ex materia consistunt, aut augentur, sed sunt quæ ex aliorum corruptione vel e principio consistant et augeantur, ut pediculi et pili, ubi alimentum in corpore corrumpitur, et quotiescumque pejus se habet. Ergo ut eorum quæ in corpore exstant, nonnulla ab excremento proveniunt alimenti, hoc autem cruditas est, et quod natura superare non potuit: quorum ea quidem quæ in promptu maxime sunt, in vesicam et alvum secernuntur, aliqua vero animalia producunt (unde etiam in senectute et morbis hæc augentur), sic in terra alia quidem ex concocto alimento et consistunt et augentur, alia vero ab excrementis iisque quæ contrariam obtinent conditionem. Cultura autem concoquit redditque efficax alimentum: e quo mansueti fructus consistunt. Quæ igitur ex hujuscemodi mansuetudine procreantur, hæc mansueta adpellantur, eo quod arte juvantur et quasi educantur; quæ autem cumque nequeunt, aut etiam ex contraria elementorum conditione prodeunt, hæc sylvestria sunt cultisque locis crescere non solent, quippe quum cultus plantas sustinet atque educat: hæc enim corruptione fiunt: quo e genere capparis quoque est.

13. Διὰ τί, ἐάν τις ῥαφανίδων, ὅταν μάλιστα ἀκμάζωσι τοῦ χειμῶνος, ἀποτεμὼν τὰ φύλλα περισάξῃ τὴν γῆν καὶ καταπατήσῃ ὥστ' ἀποστέγειν τὸ ὕδωρ, αὗται ἐν τῷ θέρει γίνονται ἄπλετοι τὸ πάχος; Ἢ ὅτι τοῦ μὲν μὴ φθείρεσθαι τὸ περισεσάχθαι αἴτιον, κωλῦον τὸ ὕδωρ σήπειν, ἡ δὲ τροφή, ἣν ἄνω ἀφίει εἰς τὸν βλαστόν, εἰσέρχεται εἰς αὐτήν, ὥστ' ἀνάγκη αὐτὴν μείζω γίνεσθαι, ἢ ἀφιέναι παραβλαστάνουσαν ἄλλας ῥίζας, ὥσπερ τὰ κρόμμυα; καὶ γὰρ ταῦτα, ἐὰν μή τις ἐκτίλῃ ἐπέτεια, ἀλλ' ἐάσῃ τὸν χειμῶνα, πολλαπλάσια γίνεται. Τὰ μὲν οὖν κρόμμυα τῶν παραβλαστανόντων ἐστίν, ἡ δὲ ῥάφανος οὔ, ὥστ' ἀνάγκη αὐτὴν γίνεσθαι παχεῖαν διὰ τὸ πᾶσαν λαμβάνειν τὴν τροφήν.

13. Cur, si quis radicularum folia hyeme, quo tempore maxime vigent, absciderit terramque adaggerarit et conculcarit, ita ut aquam arceat, radiculæ per æstatem crassitudine mira proveniunt? An propterea quia ne corrumpantur quidem, causa adaggeratio est, quæ aquam putrefacere prohibet; alimentum vero, quod ad germen sursum transmittebat, radicem intrat, ita ut vel amplior fiat necesse sit, vel suo de latere radices alias mittat germinans modo ceparum? hæ enim multiplices fiunt, si quis quotannis non evellat, sed per hyemem relinquat. Cepæ itaque pertinent ad plantas quæ e latere germina mittunt; radicula vero non, ita ut necesse sit ipsam crassescere, quia omne recipit alimentum.

14. Διὰ τί, ἐάν τις σικύους, ἢ κολοκύνθας περὶ φρέαρ φυτεύσας, ὅταν ὡραῖοι ὦσι, καθελὼν εἰς τὸ φρέαρ ἀπο-

14. Cur, si quis cucumeres, aut cucurbitas apud puteum plantaverit, atque tempore opportuno in puteum demissos

Digitized by Google

στεγάσῃ, γίνονται δι' ἔτους χλωροί; Ἢ διότι ἡ τ' ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἀτμὶς ψύχουσα κωλύει ξηραίνεσθαι καὶ παρέχει θάλλοντα, καὶ τὸ ἀποστέγειν τούτους καὶ τὰ πνεύματα τρέφει τὰ ηὐξημένα· τοῦ δὲ διαμένειν αἴτιον τὸ ἔχειν τροφὴν ἐωμένων τῶν ριζῶν; καὶ γὰρ ἐάν τις ἀφελὼν τὴν βλάστην, ὅταν καρποφορήσωσι, καὶ ἀποτεμὼν περισάξῃ καὶ καταπατήσῃ τὴν γῆν περὶ τὰς ρίζας, πρωΐμους οἴσει σικύους, ὡς δυναμένων σώζεσθαι τῶν ριζῶν· οὐ γὰρ ἔσται σίκυος τῶν προετείων. Θᾶττον δ' αὐτοὶ τῶν σπειρομένων οἴσουσι καρπὸν διὰ τὸ πολὺ προϋπάρχειν τοῦ ἔργου τῇ φύσει τὰς ρίζας, τοῖς δὲ σπειρομένοις δεῖν γίνεσθαι τοῦτο πρῶτον, ἐν ᾗ περισάξεις ἀλέαν ποιεῖν, ὥστε σώζεσθαι καὶ θᾶττον ἐνιέναι βλαστόν· διὸ καὶ ἐάν τις χειμῶνος φυτεύσῃ σπέρμα σικύου ἐν ταλαρίσκοις καὶ ἄρδηται θερμῷ καὶ εἰς τὸν ἥλιον ἐκφέρῃ καὶ παρὰ πυρὶ τιθῇ, πρώϊμοι σφόδρα ἔσονται, ἐὰν ὡς ἔχει σὺν τοῖς ταλάροις εἰς τὴν ἱκνουμένην ὥραν εἰς τὴν γῆν φυτεύσῃ.

operuerit, virides per annum totum servabuntur? An quod vapor aquæ refrigerando efficit ne adsiccentur, servatque vegetos; tum protectio et spiritus (satis) alunt quæ jam adoleverunt; permanendi vero facultas ab eo pendet, quod relictis radicibus subpetit alimentum? nam si quis, ubi fructificarunt, germen abstulerit, eoque resecto terram adaggerarit conculcaritque circum radices, cucumeres feret præcoces, utpote quum radices valeant conservari: haud enim pertinebit cucumis ad plantas quæ annum prævertunt. Ferent autem isti fructum maturius quam qui seruntur, quoniam radices, bona pars scilicet laboris a natura exantlandi, jam antea præsto sunt, dum insitis eas primum enasci necesse est, quatenus terræ adaggeratio naturæ teporem inducit, ita ut radix et servari et germen immittere celerius queat: unde etiam fit ut, si quis hyeme cucumeris semen in qualis plantaverit eosque aqua irriget calida atque in apricum portet locum, collocetque apud ignem, præcoces admodum erunt, si eos versus tempus congruum una cum qualis nihilo immutato in terram plantaverit.

15. Διὰ τί ἀρδεύουσιν ἕωθεν, ἢ νυκτός, ἢ δείλης; Πότερον ἵνα μὴ ὁ ἥλιος ἀναλώσῃ; Ἢ ὅτι, ἐὰν ᾖ θερμὸν τὸ ὕδωρ, διαφθείρει τὰ ἀρδόμενα;

15. Cur mane noctuve, vel tempore pomeridiano irrigant? Utrum ne sol humorem absumat? An quod, si aqua calida sit, necat quæ irrigantur?

16. Διὰ τί τὰ εὐώδη οὐρητικά, καὶ σπέρματα καὶ φυτά; Ἢ ὅτι θερμὰ καὶ εὔπεπτα, τὰ δὲ τοιαῦτα οὐρητικά; ταχὺ γὰρ λεπτύνει ἡ ἐνοῦσα θερμότης, καὶ ἡ ὀσμὴ οὐ σωματώδης, ἐπεὶ καὶ τὰ μὴ εὐώδη, οἷον σκόροδα, διὰ τὴν θερμότητα οὐρητικά, μᾶλλον μέντοι συντηκτικά. Θερμὰ δὲ τὰ εὐώδη σπέρματα, διότι ὅλως ἡ ὀδμὴ διὰ θερμότητά τινα γίνεται· ἀλλὰ τὰ δυσώδη ἄπεπτά ἐστιν. Δεῖ δὲ μὴ μόνον εἶναι θερμά, ἀλλὰ καὶ εὔπεπτα, εἰ ἔσται οὐρητικά, ὅπως συγκατιόντα λεπτύνῃ τὰ ὑγρά.

16. Cur odorata, tam semina quam stirpes, movent urinam? An quia calida sunt concoctuque facilia; hujusmodi autem res urinam cient? calor namque insitus cito adtenuat, nec corpulentia præditus est odor, quandoquidem et ea quæ non odorata sunt, ut allia, caloris sui ratione vim movendi urinam habent, vel potius colliquandi. Semina autem odorata calida sunt, quia in universum odor a calore aliquo provenit; at vero quæ male olent, concoctioni apta non sunt. Esse autem debent non solum calida, sed etiam concoctu facilia quæ sunt provocatura urinam, ut una descendendo humores adtenuent.

17. Διὰ τί θᾶττον ἐκκαυλεῖ τῶν λαχάνων τὰ ἐκ παλαιοτέρου σπέρματος, οἷον τριετοῦς, ἢ διετοῦς ἢ τὰ ἐκ τῶν προσφάτων; Ἢ ὅτι ὡς ἐπὶ τῶν ζώων θᾶττον σπέρμα φέρει τὸ ἀκμάζον, οὕτω καὶ τῶν σπερμάτων τὰ μὲν λίαν παλαιὰ ἐξίκμασται τὴν δύναμιν, τὰ δ' ἀσθενέστερα διὰ τὸ ἔτι ἔχειν περίττωμα μὴ οἰκεῖον, τὰ δὲ μέσα τῷ χρόνῳ ἰσχυρότατα ἀπεληλυθότος τοῦ ὑγροῦ; Θᾶττον οὖν σπέρμα φέρει· τὸ δ' ἐκκαυλεῖν τοῦτό ἐστιν· ἐκ γὰρ τοῦ καυλοῦ τὸ σπέρμα.

17. Cur ocius caulem gignunt olera quæ semine vetustiori, ut trimo, aut bimo, prodierint quam quæ novo? An quod sicut in animantium genere semen id celerius profert quod viget, ita etiam seminum quæ vetusta admodum sunt, vires exhaustæ sunt; recentissima vero imbecilliora propterea sunt, quod excrementum adhuc continent alienum, dum quæ mediam tenent ætatem, validissima sunt, quia humor abiit? Celerius igitur semen ferunt; id autem ipsum caulis generatio est, quippe quum semen ex caule proveniat.

18. Διὰ τί πήγανον κάλλιστον καὶ πλεῖστον γίνεται, ἐάν τις ἐκφυτεύσῃ εἰς συκῆν; ἐκφυτεύεται δὲ περὶ τὸν φλοιὸν καὶ περιπλάττεται πηλῷ. Ἢ ὅτι θερμότητος δέονται αἱ ῥίζαι τοῦ πηγάνου καὶ ἁλέας (διὸ καὶ τὴν τέφραν ἐάν τις περιβάλλῃ, ὀνίνανται), ἡ δὲ συκῆ θερμή ἐστιν; Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ ὀπὸς πάντων δριμύτατος ὤν, καὶ ὁ πολὺς καπνός. Ἔχει οὖν τοιαύτην θερμότητα καὶ ἰκμάδα οἵαν καὶ ἡ τέφρα, ὥστ' εἰ ἐκείνην ὀνίνησιν, ἀναγκαῖον καὶ ἐν τῇ συκῇ μάλιστα εὐσθενεῖν, ὅσῳ ἡ μὲν τέφρα οὐκ ἐπιρρεῖ, τὸ δ' ἀπὸ τῆς συκῆς ἀεὶ ἐπιρρεῖ, οὐκ ἀναλισκομένου τοῦ ὑγροῦ τῇ συκῇ.

18. Quam ob causam ruta insita in ficum pulcherrima plurimaque provenit? inseritur vero circa corticem, lutoque circumoblinitur. An quod rutæ radices fomentum teporemque desiderant (quapropter cinere quoque circumjecto juvantur), ficus autem calida est? Quod tum succus omnium acerrimus docet, tum fumus copiosus. Habet igitur calorem atque humorem talem qualem etiam cinis: quamobrem si ille juvet, in ficu quoque eatenus necessario maxime vigebit, quatenus cinis quidem non adfluit, fici vero emolumentum perpetuo adfluit, utpote quum in ficu humor non exhauriatur.

Digitized by Google

19. Διὰ τί ἔνια τῶν φυτῶν ἀεὶ κενὸν φέρει τὸν καυλόν; Ἢ ὧν ἀνάγκη ἄλλο φύειν;

19. Cur stirpium nonnullæ caulem semper inanem edunt? An eæ quibus necesse est aliud gignere?

20. Διὰ τί ἐν τῇ Ἀττικῇ οἱ μὲν ἄλλοι καρποὶ γλυκύτατοι γίνονται, τὸ δὲ θύμον ὀριμύτατον, καίτοι καὶ τοῦτο καρπός τίς ἐστιν; [Ἢ ὅτι ἀγρὸς ἐκεῖνος λεπτός τε καὶ ξηρός ἐστιν], ὥστ' οὐ πολὺ ὑγρὸν τὰ φυόμενα ἔχει; Ὅσα μὲν οὖν φύσει γλυκέα ἐστί, διὰ μετριότητα τοῦ ἐνυπάρχοντος ὑγροῦ, ὅταν ἀπάγῃ ὁ ἥλιος τὸ πλεῖστον, τὸ ὑπολειπόμενον ῥᾳδίως πέττεται· τὸ γὰρ πολὺ ἔργον πεπάνθαι, τὸ δὲ μέτριον ῥᾷον· ὥστε γίνονται οἱ φύσει γλυκεῖς γλυκύτεροι. Ἐν δὲ τοῖς φύσει ξηροῖς τε καὶ μὴ γλυκέσι καρποῖς λείπεται δι' ὀλιγότητα τὸ οἰκεῖον, τοῦτο δ' ἐστὶν ἥκιστα γλυκύ· ἀφαιρεῖται γὰρ ὁ ἥλιος τὸ γλυκύτατον καὶ κουφότατον· οὗτοι δ' οὐκ ἔχουσι περιττὸν ὑγρόν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι καρποί.

20. Cur in Attica fructus ceteri quidem dulcissimi fiunt, thymum vero acerrimum, etiamsi id quoque fructus quidam sit? An quod ager ille tenuis siccusque est, ita ut non multum humoris contineant quæ in eo nascuntur? Ergo quæcumque dulcia sua sunt natura, in iis ob humoris contenti mediocritatem, quando sol partem aufert maximam, facile reliquum concoquitur: etenim multum concoquere negotium magnum est, mediocre vero facilius, ita ut fructus suapte natura dulces fiant dulciores. In fructibus vero naturaliter siccis et non dulcibus ob inopiam relinquitur proprius humor, qui nequaquam dulcis est: sol enim quantum dulcissimum est et levissimum, aufert; hi autem humore supervacuo carent, quem fructus ceteri obtinent.

21. Διὰ τί γλήχων καὶ τὰ λείρια καὶ τὰ κρόμμυα τὰ κρεμάμενα ὑπὸ τὰς τροπὰς ἀνθεῖ; Ἢ ἐνυπάρχει αὐτοῖς τροφὴ ἄπεπτος, ἡ τοῦ μὲν χειμῶνος οὐ πέττεται διὰ τὸ ψῦχος, ὑπὸ δὲ τὰς τροπὰς πεττομένης διὰ τὴν ὥραν ἡ αὔξησις γίνεται; Αὕτη δὲ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐπίρρυσιν ταχὺ μαραίνεται· οὐ γάρ τινα ἔχουσα ἀρχήν, οὐδέ τινα ἐπίρρυσιν ἀποξηραίνεται, ὥσπερ Σκύθαις διὰ τὸ παλλὴν τὴν χιόνα γίνεσθαι συμβαίνει τὸν σῖτον μένειν καὶ ταχὺ ἀνατρέχειν.

21. Cur pulegium et lilia et cepæ suspensa florent sub solstitii tempus? An inest crudum in his alimentum, quod hyeme quidem concoqui ob frigus nequit, quo vero sub solstitium propter tempestatem concocto fit incrementum? Hoc autem, quippe adfluxu carens, brevi marcescit: quum enim nec initium, neque adfluxum habet, exsiccatur, quemadmodum adcidit apud Scythas ut frumentum [diu in terra] maneat propter copiam nivis celeriterque emergat.

22. Διὰ τί τὸ κρόμμυον μόνον οὕτω περιττῶς δάκνει τὼ ὀφθαλμώ (διὸ καὶ τοὔνομά φασι τοῦτ' ἔχειν αὐτό, ὡς τὴν κόρην ποιεῖν συμμύειν), ἡ δ' ὀρίγανος οὔ, οὐδ' ἄλλα δριμέα ὄντα; καὶ γὰρ τὸ ἀνάρρινον μᾶλλον δάκνον οὐ ποιεῖ ὁμοίως δακρύειν προσφερόμενον, τὸ δὲ προσφερόμενον καὶ κατατρωγόμενον. Ἢ ὅτι διαφοραὶ πολλαὶ ἀκολουθοῦσιν ἑκάστοις τῶν δριμέων, ἃ ποιεῖ τὴν ἰδίαν ἑκάστου δύναμιν; Τὸ μὲν οὖν ἀνάρρινον διὰ τὸ θερμότερον εἶναι ξηραντικώτερόν ἐστι τῆς γινομένης ὑπ' αὐτοῦ συντήξεως, ἐπεὶ ποιεῖ γε δάκρυον ἐσθίοντι· προσφερόμενον δ' οὔ, ὅτι οὐκ ἀπατμίζει ἀπ' αὐτοῦ λεπτόν τι· ξηρότερον γάρ ἐστι καὶ θερμότερον· ἡ δ' ὀρίγανος καὶ τὰ τοιαῦτα θερμὰ ξηρά ἐστιν ἠρέμα. Δεῖ δὲ τὸ μᾶλλον δάκρυον ποιήσειν δηκτικὸν καὶ ὑγρὸν εἶναι καὶ γλίσχρον· διὸ καὶ τὸ ἔλαιον ποιεῖ δακρύειν, ἀσθενῆ ἔχον δῆξιν· διὰ γλισχρότητα γὰρ καὶ λεπτότητα παραδῦνον ποιεῖ τὸν πόνον, καὶ τὴν σύντηξιν διὰ τὸν πόνον. Τὸ δὲ κρόμμυον τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν ὥστε καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὴν ἀτμίδα αὐτοῦ θερμὴν καὶ λεπτὴν καὶ γλίσχραν εἶναι· ὥστε προσφερόμενον μέν, διὰ τὸ τὴν ἀτμίδα τοιαύτην εἶναι καὶ συναφιέναι ὑγρότητα λεπτήν, ποιεῖ δακρύειν, ἐσθιομένου δὲ ἡ ἀναθυμίασις διιοῦσα... τὸ δὲ σκόροδον θερμὸν μὲν καὶ δριμύ ἐστι καὶ ὑγρότητα ἔχει, ἀλλ' οὐ γλίσχρον· διὸ οὐ ποιεῖ δακρύειν.

22. Cur cepe sola tam eximie mordet oculos (unde nomen κρόμμυον quoque ipsi a Græcis impositum putant, a pupilla (κόρη) et connivendo (μύειν), quippe quæ pupillam connivere facit); origanum vero non, nec alia, quamquam acria sint? neque enim antirrhinum, quod mordacius est, admotum efficit æque ut lacrymæ profluant; at cepe et ubi admovetur, et ubi comeditur. An quod multiplex discrimen unicuique acri proprium est quod cuique peculiarem præstat virtutem? Antirrhinum ergo, quia calidius est, resiccare quod colliquat, amplius potest, quum comesum certe lacrymam ciet, admotum vero non, quia nullum tenuem mittit vaporem: est enim id et siccius et calidius; origanum vero ceteraque id genus calida leniter sicca sunt. Quod lacrymas autem moturum est, mordax id esse debet et humidum et lentum: quamobrem oleum quoque lacrymas ciet, quamvis leniter mordeat: subiens enim suam ob lentitiam atque tenuitatem dolorem movet, ac proinde colliquationem efficit. At cepe vim ejusmodi habet, ut et humore et vapore sit calido, tenui et lento, ita ut admotum quidem, eo quod vapor ejusmodi est humorque una emittitur tenuis, lacrymas moveat; ubi vero editur, permeans exhalatio [idem facere potest]; allium tandem calidum quidem est et acre humoremque continet, sed non lentum: quapropter lacrymam non movet.

23. Διὰ τί τὰ μύρτα ἐν τῇ χειρὶ θλιβέντα γλυκύτερα ἡμῖν δοκεῖ εἶναι τῶν μὴ τεθλιμμένων; Ἢ καθάπερ καὶ αἱ ῥᾶγες τετρυγημέναι τῶν βοτρύων γλυκύτε-

23. Quam ob causam myrta contusa in manu dulciora nobis esse videntur quam non contusa? An eodem modo quo et racemorum acini vindemiati dulciores sunt quam non vin-

Digitized by Google

ραί εἰσι τῶν ἀτρυγήτων; ὑπὸ γὰρ τοῦ γλεύκους ὄντος φύσει ἡδέος αἱ μὲν τετρυγημέναι βᾶγες ὥσπερ ἐοίκασιν ἡδυσμέναι (ἀνάπλεῳ γάρ εἰσι καὶ ἔξωθεν), αἱ δ' ἐπὶ τῶν βοτρύων ἀνήδυντοι. Ὁμοίως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν μύρτων φύσει γλυκέων καὶ τὴν γλυκύτητα ἐχόντων ἐντός. Ὥσπερ αἱ βᾶγες οὖν, ὅταν θλιφθῇ, ἀναπίμπλαται ἀπὸ τῆς ἐντὸς γλυκύτητος καὶ ἔξωθεν διαφαίνεται γλυκύτερα ὄντα.

demiati? etenim musto, quod natura suave est, vindemiati quidem acini quasi conditi esse videntur, quippe qui vel extrinsecus eo turgent; at qui e racemis pendent, condimento carent. Eodem itaque modo in myrtis quoque fit, quippe quæ natura dulcia sunt, intusque suam dulcedinem continent. In modum igitur uvarum, ubi comprimuntur, tum intestina dulcedine replentur, tum parte exteriori ob penetrationem dulciora adparent.

24. Διὰ τί τῶν τε μύρτων τὰ ἐλάττω ἀπυρηνότερά ἐστι, καὶ ἐν τοῖς φοίνιξι καὶ ἐπὶ τῶν βοτρύων,..... ἔνθα δ' αἱ μικραὶ βᾶγες οὐκ ἔχουσιν, ἢ ἐλάττους πυρῆνας; Ἢ διὰ τὸ ἀτελέστερα εἶναι οὐκ ἔχει ἀποκεκριμένον; τέλος γὰρ ὁ πυρὴν ἔχει τὸ σπέρμα. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐλάττους εἰσίν, ὡς ὄντα παραφυάδες καὶ ἀτελῆ. Καὶ ἧττον δὲ γλυκέα τῶν ἐχόντων πυρῆνας· ἀπεπτότερα γάρ ἐστιν, ἡ δὲ πέψις τελείωσίς ἐστιν.

24. Cur nucleo potius carent myrta minora, itemque in palmulis et uvis [illic quidem nullum adest os], hic vero uvarum acini, exigui ubi sunt, vinacea vel nulla continent, vel pauciora? An quia minus perfecta sunt, nihil habent quod a reliquo fructu separatum sit? finis enim nuclei semen est: quamobrem et minores sunt, utpote propagines a latere aduatæ atque imperfectæ. Minus quoque dulcia sunt quam quæ continent nucleos: sunt enim minus concocta; concoctio autem perfectio est.

25. Διὰ τί τῶν περικαρπίων τὰ μὲν πικρότερα τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν ἔχει, οἷον σίκυοι, τὰ δὲ πρὸς τὸ ἄκρον τὸ ἄνω, οἷον αἱ βάλανοι; Ἢ ὅτι τῶν μὲν ταύτῃ ἄπεπτος ἡ τροφὴ διὰ τὸ ἐπιρρεῖν κατὰ τὴν ῥίζαν ἀεί· τὰ δὲ ξηρὰ φύσει ἐστίν, ὥστ' ἀπαγομένου τοῦ γλυκέος ἐκ τοῦ ἄκρου καὶ πεπεμμένου ἤδη ξηραίνεται, καὶ λείπεται τὸ πικρὸν ὥσπερ οἱ ἅλες; ξηραινόμενον δὲ μᾶλλον πικρὸν γίνεται, καθάπερ ἐλαῖαι καὶ βάλανοι παλαιούμεναι πικραὶ γίνονται.

25. Quam ob causam fructuum alii quidem partem radici proximam habent amariorem, ut cucumeres, alii vero extremitatem superiorem apici proximam, ut glandes? An quod apud illos quidem parte ista crudum exstat alimentum, quoniam semper per radicem adfluit: hi vero sicci suapte natura sunt, ita ut succo dulci concoctoque ab extremitate abacto jam siccetur atque relinquatur amarum modo salis? ubi autem amplius exsiccatur, amarum redditur, ut et olivæ glandesque inveterascentes efficiuntur amaræ.

26. Διὰ τί ἔνια βλαστάνει οὐκ ἐν τῇ γῇ ὄντα, ἀλλ' ἐκτετμημένα, τὰ δὲ κείμενα, οἷον οἱ τῶν κρίνων καυλοὶ καὶ σκόροδα καὶ κρόμμυα; Ἢ ὅτι ἔχουσι τροφὴν ἅπαντα ἐν αὑτοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀφωρισμένῳ τόπῳ οὐθὲν φυτόν; Ἡ περιουσία οὖν ἐστι τῆς τροφῆς ἡ ποιοῦσα βλαστάνειν. Δῆλον δέ· καὶ γὰρ καὶ αἱ σκίλλαι καὶ οἱ βολβοὶ ταὐτὸ ποιοῦσιν. Αὔξεται δ' ἕκαστον οὐ τῷ ἔχειν, ἀλλ' ὅταν πεφθῇ καὶ διανεμηθῇ. Ἔχει μὲν οὖν καὶ ἔμπροσθεν, αὔξεται δέ, ὅταν ἡ ὥρα ἔλθῃ ἐν ᾗ τοῦτο γίνεται πεττούσης ὥρας, οἷον καὶ τὰ τῶν κροκοδείλων ᾠά· συνεχὲς δ' οὐκέτι, ὅτι οὐκ ἐπιρρεῖ ἄλλη τροφή.

26. Cur aliqua germinant non terra contenta, sed abscissa, alia vero recondita, ut caules liliorum, ut allia, ut cepæ? An quod omnes alimentum intra se continent, verum non in loco determinato ulla planta? Alimenti itaque abundantia id est quod germinare facit. Manifestumque est, quippe quum scillæ et bulbi idem faciunt. Crescit autem unaquæque, idque non eo quod in se continet alimentum, sed quando decoctum jam et digestum est. Continent igitur vel antehac alimentum, sed augentur tum duntaxat, quum tempestas advenerit, qua illud fit, concoquente scilicet ipsa tempestate, velut etiam ova crocodilorum; incrementum tamen continuare non licet, quoniam aliud non adfluit alimentum.

27. Διὰ τί ποτε τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα ὅσῳ ἂν ξηρότερα φυτεύηται, τοσούτῳ βελτίω γίνεται, τὰ δὲ ἄλλα χείρω; Ἢ ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα μάλιστα ὑγρασίας ἐστὶ πλήρη; Εὔκρατα οὖν γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον φυτευθέντα. Καὶ ὅτι ἧττον σήπεται, ὅταν ξηρανθέντα φυτευθῇ.

27. Cur tandem allia et cepæ quo sicciora seruntur, eo meliora evadunt, cetera autem deteriora? An quod omnia istiusmodi maxime plena humoris sunt? Itaque hoc modo plantata temperata fiunt. Adde quod minus putrent ubi siccata seruntur.

28. Διὰ τί ποτε τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα μόνα τῶν φυτῶν κείμενα βλαστάνει; Ἢ διότι ὑγρασίας ἐστὶ πλήρη καὶ τροφῆς; Ἡ περιουσία οὖν ἐστι τῆς τροφῆς ἡ ποιοῦσα βλαστάνειν. Δῆλον δέ· καὶ γὰρ αἱ σκίλλαι καὶ οἱ βολβοὶ ταὐτὸ ποιοῦσιν. Αὔξεται δέ, ὅταν ἡ ὥρα ἔλθῃ ἑκάστῳ.

28. Cur tandem allia et cepæ solæ ex plantis reconditæ germinant? An quod humore alimentoque sunt refertæ? Copia igitur alimenti id est quod germinare facit, idque constat argumento tum squillarum, tum etiam bulborum, qui idem faciunt. Crescere autem quodque solet, quum tempus ei venerit.

29. Διὰ τί τὰ τῷ ψυχρῷ ὕδατι ἀρδόμενα γλυκύτερα ἢ τὰ τῷ θερμῷ; Πότερον ὅτι ἐγκατακλειόμενον τὸ θερ-

29. Quam ob causam quæ aqua frigida irrigantur, dulciora quam quæ calida sunt? Utrum quod interclusum

Digitized by Google

μὸν ἁλμυρώτερον, ὥσπερ καὶ τὸ ἁλμυρώτερον θερμότερον, τὸ δὲ γλυκὺ ἐναντίον, ὥσπερ ψυχρόν· τροφὴ δὲ τοῖς λαχάνοις τὸ ὑγρόν, καὶ οἱ χυμοὶ ἐντεῦθεν;

www.libtool.com.cn

30. Διὰ τί τὰ σκόροδα ὄζει μᾶλλον ἐγκαυλοῦντα ἢ νέα ὄντα; Ἢ ὅτι νέων μὲν ὄντων ἔτι πολὺ ὑγρὸν ἀλλότριον ἐνὸν ἀφαιρεῖται τὴν δύναμιν αὐτῶν· ὅταν δὲ πεπανθῇ, ἐκκεκριμένου ἤδη τούτου, τότε τὴν οἰκείαν ἔχει ὀδμήν, αὕτη δ' ἐστὶ φύσει δριμεῖα; Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι καρποὶ οἱ πρόσφατοι ὄντες ὑδαρέστεροι· διὸ καὶ τὰ κρόμμυα ἧττον δριμέα τὰ νεώτερα.

30. Cur allia ubi excaulescunt, plenius quam recentia olent? An quod recentia quidem dum sunt, copia humoris alieni quam continent, vim iis aufert; quum autem maturuerint, secreto jam humore illo, tum proprium odorem obtinent, qui scilicet naturaliter acer est? Similiter etiam ceteri fructus recentes magis aquosi sunt: quapropter et cepæ recentiores minus acres sunt.

31. Διὰ τί τῶν μυρρινῶν μὲν μὴ τεταριχευμένων τὰ μύρτα ἀπορρεῖ μᾶλλον τῶν φύλλων, ταριχευομένων δὲ τῷ φύκει τὰ μὲν φύλλα ἀπορρεῖ, τὰ δὲ μύρτα οὐκ ἀπορρεῖ; Ἢ ἀταριχεύτων μὲν ὄντων οὕτως ἔχει διὰ τὴν φύσιν; ὅταν γὰρ πεπανθῇ, ἀπορρεῖν πέφυκε τὰ μύρτα. Τοῦτο δ' οὐ συμβαίνει κειμένων, ἀλλὰ μόνον κωλύει ἡ ἰκμὰς τοῦ φύκους μεταβάλλειν τὸ ἐν τῷ μύρτῳ ὑγρόν. Τὰ δὲ φύλλα ἀποπίπτει τοὐναντίον αὐτῶν ξηραινομένων, τὸ δὲ φῦκος ξηραίνει ἁλμυρὸν ὄν. Οὐ ταὐτὸ οὖν συμβαίνει ἐπί τε τῆς μυρρίνης οὖσι καὶ κειμένοις τοῖς φύλλοις.

31. Cur fructus myrtorum quidem non conditarum magis quam folia defluunt, conditarum autem alga folia quidem defluunt, fructus vero non? An non conditis quidem ita evenit propter naturam? postquam enim maturuerint, fructus suapte natura decidunt. Hoc vero repositis non evenit, sed algæ vapor prohibet tantummodo ne humor fructus immutetur. Folia contra siccescentibus arboribus decidunt; alga namque, utpote salsa, exsiccat. Ergo non idem foliis accidit arbori adhærentibus et repositis.

32. Διὰ τί οἱ σίκυοι πέπονες ἄριστοι γίνονται ἐν τοῖς ἑλώδεσι πεδίοις, οὖσιν ἐνύγροις, οἷον περὶ Ὀρχομενὸν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ; δοκεῖ δ' ἔνυδρος αὕτη ἡ χώρα εἶναι· ἔστι δὲ τὰ ἑλώδη ἔνυδρα· οἱ δὲ σίκυοι αὐτοὶ ὑγρότεροι· διὸ καὶ οἱ κηπαῖοι φαῦλοι εἰσίν. Πότερον ὅτι εἰς βάθος διὰ σκληρότητα τῆς γῆς ἀναγκάζονται φυτεύεσθαι; ἡ γὰρ πηλώδης καὶ πεδιὰς μάλιστα γίνεται σκληρά, οἱ δ' εἰς βάθος φυτευθέντες βελτίους. Ἢ διότι ξηρὰν δεῖ εἶναι τὴν γῆν διὰ τὸ αὐτὸ εἶναι ὑγρὸν φύσει; οὕτω γὰρ ἀντισπώμενον ἐπὶ τὸ μέσον ἥξει· ἡ δὲ ἑλωδεστέρα μέν, βαθεῖα δέ, τροφὴν ἴσχει, καὶ διὰ τὸ βάθος τῆς γῆς καὶ διὰ τὸν τόπον, καὶ οὐχ ὑπερβάλλουσαν διὰ τὸ ξηραίνεσθαι τὴν γῆν πάλιν.

32. Quam ob causam pepones optimi in palustribus fiunt campis, humidi quum sint, ut apud Orchomenum et in Ægypto? humida etenim hæc terra esse videtur: paludosa namque humida sunt; pepones vero ipsi humidiores sunt: quapropter et hortenses pravi sunt. Utrum quod ob terræ duritiem altius coguntur plantari? solum namque limosum ac planum maxime indurescit; qui autem altius insiti sunt, meliores sunt. An quod terram siccam esse oportet, quoniam planta ipsa natura humida est? ita enim retracta in medium veniet; solum vero aliquatenus palustre, sed profundum, alimentum continet, tum propter soli altitudinem, tum propter locum ipsum, neque nimium, quoniam solum rursus resiccatur.

33. Διὰ τί τὸ πήγανον δυσώδεις τοὺς ἱδρῶτας ποιεῖ, καὶ ἔνια τῶν μύρων; Ἢ ὅτι ὅσων ἐν τῇ ὀσμῇ βαρύτης ἐνι καὶ δριμύτης, ταῦτα κεραννύμενα ταῖς περιττωματικαῖς ὑγρότησι κακωδεστέραν ποιεῖ τὴν ὀσμήν;

33. Quam ob causam ruta et nonnulla unguenta sudores reddunt fœtidos? An quia quorumcumque in odore gravitas est atque acritudo, ea ubi superfluis admiscentur humoribus, graveolentiam augent?

34. Διὰ τί τὸ πήγανον βασκανίας φασὶ φάρμακον εἶναι; Ἢ διότι βασκαίνεσθαι δοκοῦσι λάβρως ἐσθίοντες, ἢ ὑφορώμενοί τινας δυσχερείας καὶ περὶ τὰ προσφερόμενα ὑπόπτως ἔχοντες; Ἐπιλέγουσι γοῦν, ὅταν τῆς αὐτῆς τραπέζης ἰδίᾳ τι προσφέρωνται, μεταδιδόντες, « ἵνα μὴ βασκάνῃς με. » Ἅπαντες οὖν μετὰ ταραχῆς τῶν βρωμάτων προσοίσονται τὸ διδόμενον ὑγρὸν ἢ σιτίον, ὑφ' ὧν ἢ καταλαμβανομένων ἢ ἀπεμουμένων μετεωρισθέντα τὰ σιτία συνεξέπεσε καὶ τὰ πνεύματα ὑπὸ τῶν ὑγρῶν πόνους καὶ στρόφους παρέχει. Τὸ πήγανον οὖν προεδεσθέν, θερμαντικὸν ὂν τῇ φύσει, ἠραίωσε τὸ δεχόμενον ἀγγεῖον τὰ σιτία καὶ τὸ ἄλλο σῶμα· διὸ ἔξωθεν τὸ ἐγκαταλαμβανόμενον πνεῦμα συμβαίνει.

34. Qua de causa rutam fascinationis remedium esse aiunt? An propterea quod tum effascinari se credunt, quum aut voraciter edunt, aut molestiam aliquam suspicantur, aut cibum habent suspectum quem capiunt? Addunt itaque quum de mensa eadem quid privatim sibi adsumunt tradentes: « ne me fascines. » Omnes ergo ciborum cum perturbatione sument qui iis datur, potum, vel cibum: quibus de causis quum detinentur, aut evomunt, alimenta fluitantia simul excidunt et flatus humoribus subditi dolores et tormina excitant. Igitur ruta præsumpta quæ suapte natura calefacere valet, tum vas quod recipit cibos, tum reliquum corpus rarefacit: ex quo fit ut flatus interclusus exire possit.

Digitized by Google

35. Διὰ τί ἡ ὀρίγανος ἐμβαλλομένη τῷ γλεύκει γλυκὺν ποιεῖ τὸν οἶνον; ἐμβάλλονται δὲ δύο κοτύλαι εἰς τὸν ἀμφορέα. Ἢ ὅτι ἐξαίρει δι' ὧν ἡ αὐστηρότης γίνεται, τὸ ὑδατῶδες καὶ τὸ τρυγῶδες ἀναδεχομένη τῇ ξηρότητι εἰς αὑτήν; Σημεῖον δὲ ὅτι ἐκ τούτων τὸ αὐστηρόν· οἱ γὰρ οἶνοι ἧττον μαλακοί, ἐὰν ὕδωρ παραχεθῇ, καὶ ἐὰν ἐν τῇ τρυγὶ πλείω χρόνον ἐάσῃ τις. Καὶ ὅταν ποιῶσι γλυκύ, ἡλιῶσι τὰς σταφυλὰς πολὺν χρόνον, καὶ ὁ ἥλιος ἀφαιρεῖ τὸ ὑδατῶδες καὶ τὸ λοιπὸν συμπέττει. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο ποιεῖ καὶ ἡ ὀρίγανος· ξηρὰ γὰρ καὶ θερμή, ὥστ' εἰκότως διαμένει.

35. Cur origanum musto injectum vinum dulce efficit? duæ autem in amphoram injiciuntur heminæ. An quoniam ea quæ austeritati ansam dant, tollit, quantum nempe in musto est aquosum et feculentum, id propter siccitatem in sese recipiens? Argumento est, austeritatem ab his pendere, quod vina, si iis aqua adfundatur, minus mollia fiunt, vel si diutius stare in fece sinantur. Præterea ubi passum conficiunt, uvas multum temporis soli exponunt, atque sol aufert aquosum et reliquum concoquit. Hoc autem idem facere vel origanum potest, quippe quod et siccum et calidum est: nec mirum igitur, si persistit.

36. Διὰ τί αἱ μέλαιναι μυρρίναι πυκνοφυλλότεραί εἰσι τῶν λευκῶν μυρρινῶν; Ἢ ὅτι ἀγριώτεραι τὸ γένος; Σημεῖον δὲ ὅτι γίνονται ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ ἥκιστα μεταβάλλουσιν ὑπὸ τῆς ἐπιμελείας. Τὰ δ' ἄγρια πάντα πυκνοφυλλότερα· διὰ γὰρ τὸ ἧττον πέττειν τὸν καρπὸν εἰς τὰ φύλλα ἡ τροφὴ τρέπεται.

36. Cur nigræ myrti fronde sunt densiori quam albæ? An quod nigræ genere sunt sylvestriores? Cujus rei indicium est quod locis incultis istæ proveniunt minimeque ex cultu mutantur. Atqui sylvestria omnia fronde sunt crebriori: quod enim minus suos fructus concoquunt, idcirco ad frondem alimentum se vertit.

ΤΜΗΜΑ ΚΑ

SECTIO XXI

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΑΛΦΙΤΑ ΚΑΙ ΜΑΖΑΝ ΚΑΙ ΤΑ ΟΜΟΙΑ.

QUÆ AD POLENTAM ET MAZAM CETERAQUE ID GENUS PERTINENT.

1. Διὰ τί ἡ πτισάνη καὶ τὸ ἄλευρον ἐλαίου ἐπιχεομένου λευκότερα γίνεται, καίτοι τὸ ἔλαιον πυρρόν; Ἢ ὅτι πέφυκε μιγνύμενον τῷ ὑγρῷ ἀφρίζειν, τοῦτο δ' ἡ λευκότης; ἡ δὲ μῖξις τρίψει καὶ κινήσει· μίγνυται δὲ μᾶλλον τοῖς σωματικοῖς· ἐν δὲ τοῖς ἑψήμασι τοῦτο συμβαίνει· διὸ καὶ λευκότερα ποιεῖ.

1. Cur ptisana et farina oleo infuso redduntur candidiora, etiamsi rufum oleum sit? An quod suapte natura spumare solet, ubi cum humore miscetur, hoc autem albedo est? mistio enim terendo agitandoque fit, misceturque potius rebus corpulentis; hoc autem in sorbitionibus evenit: quapropter et oleum eas candidiores reddit.

2. Διὰ τί ἡ ἐκ τοῦ πυροῦ τροφὴ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς σώμασι καὶ μᾶλλον τρόφιμος ἢ ἡ ἐκ τῶν κριθῶν; Ἢ διότι μετρίαν ἔχει γλισχρότητα, δεῖ δὲ τὴν τροφὴν ἔχειν τοῦτο; προσφῦναι γὰρ δεῖ καὶ προσκολληθῆναι τῷ σώματι· οὗ αἴτιον τὸ γλίσχρον. Ἀλλὰ ψαθυρώτερον· διὸ αἱ τετριμμέναι σφόδρα μᾶζαι τροφιμώτεραι τῶν ἀτρίπτων.

2. Cur cibus triticeus maxime corporibus nostris competit atque magis nutrit quam hordeaceus? An quod mediocrem habet lentitiam, hanc autem cibus habeat oportet? coalescere enim adglutinarique corpori debet: cujus rei causa est lentor. Hordeum vero fragilius est: quapropter maza vehementer trita validius alit quam non trita.

3. Διὰ τί τῶν μὲν ἀλεύρων τὰ πρῶτα, τῶν δ' ἀλφίτων τὰ τελευταῖα λαμπρότερα; Ἢ διότι τὸ μὲν καπυρὸν ὂν περιθραύεται, τὸ δὲ μαλακὸν ἐνθλίβεται; λαμπρότερον δ' ἐν ἀμφοτέροις τὸ ἐντός.

3. Cur farinæ quidem pars prima, polentæ vero ultima splendidior est? An hæc quidem obfringitur, utpote adusta; illa vero, quippe mollis, introrsum premitur? splendidius enim in utrisque quod intus est.

4. Διὰ τί οἱ ἄρτοι λευκότεροι φαίνονται ψυχροὶ ὄντες ἢ θερμοί; Ἢ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τρόπον τινὰ καὶ τὸ ἔλαιον λευκότερον τοῦ προσφάτου τὸ παλαιόν; αἴτιον γὰρ τῆς μελανίας τὸ ὕδωρ, τοῦτο δ' ἐν ἀμφοτέροις πλεῖον προσφάτοις οὖσιν· χρονιζομένοις δὲ διὰ τὸ ἐξατμίζειν λείπεται ἔλαττον τὸ ἐπιπολῆς. Ἐξατμίζει δὲ τοῦ μὲν ἐλαίου ἢ ὁ χρόνος, ἢ ὁ ἥλιος· ἐκ δὲ τῶν ἄρτων ψυχομένων τὸ θερμὸν ἐξιὸν ψυχρῶν μὲν ὄντων ἐξελήλυθεν, ἐν δὲ θερμοῖς οὖσιν ἔτι ἔνεστιν.

4. Cur panes frigidi albiores cernuntur quam calidi? An eadem quodammodo de causa, cur inveteratum quoque oleum candidius sit quam recens? causa namque nigroris aqua est, hæc autem in utrisque, ubi recentes sunt, uberior continetur, ubi vero inveterascunt, parciori copia in superficie residet propter evaporationem. Evaporatur porro ex oleo quidem vel tempore, vel sole; e panibus vero per refrigerationem quum exeat calor, e frigidis quidem jam exiit, calidis vero adhuc inest.

Digitized by Google

5. Διὰ τί οἱ ἀναλοι ἄρτοι πλείονα σταθμὸν ἔχουσι τῶν ἡλισμένων, τῶν ἄλλων αὐτοῖς ἴσων ὑπαρχόντων; εἰκὸς δ' ἦν τοὐναντίον· οἱ γὰρ ἅλες πρόσκεινταί τε καὶ βαρύτεροι τοῦ ὕδατός εἰσιν. Ἢ ὅτι ξηραίνουσιν οἱ ἅλες; διὸ καὶ σώζεται ἄσηπτα τὰ κεταριχευμένα· ἀναλίσκεται γὰρ καὶ ξηραίνεται τὸ ὑγρὸν ὑπ' αὐτῶν, ὃ σήπεται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. Καὶ ἐν τῷ ἄρτῳ οὖν ἀναλίσκεται τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ ἁλός, καὶ ἀποκνεῖ ἔξω· διὸ καὶ οἱ ἔωλοι ἄρτοι κουφότεροί εἰσι τῶν θερμῶν, ψυχρότεροι ὄντες. Ἐν δὲ τοῖς μὴ ἡλισμένοις τοῦτο τὸ ὑγρὸν πλεῖον ἐνυπάρχον ποιεῖ βαρυτέρους αὐτούς.

5. Cur panes non saliti plus ponderent quam saliti, modo cetera pari haberentur mensura? contrarium namque verisimilius erat, quum sal adjectum sit isque gravior sit quam aqua. An quia sal exsiccat? ex quo et a putredine liberа servantur quae sale condita sunt: absumitur enim a sale resiccaturque humor, qui calore putrescit. Et in pane igitur humor a sale consumitur ac foras efflatur: quocirca et panes hesterni leviores quam calidi sunt, utpote frigidiores. Contra in iis qui sale vacant, quum humor hicce largior insit, eos efficit graviores.

6. Διὰ τί οἱ μὲν ψυχροὶ ἄρτοι ἂν βρεχθέντες ἅψωνται ἀλλήλων, οὐ συνέχονται, οἱ δὲ θερμοί; Ἢ ὅτι οἱ μὲν ψυχροὶ μετὰ τῆς ἀτμίδος ἀφιᾶσι τὸ ἐν αὐτοῖς γλίσχρον ὑγρόν, οὗ ἐξελθόντος οὐ κολλῶνται (τὸ γὰρ ὕδωρ ᾧ ἐβρέχθησαν, ψαθυρώτερόν ἐστιν), οἱ δὲ θερμοὶ ἔχουσί τινα γλισχρότητα; Ὅταν μὲν οὖν βεβρεγμένων αὐτῶν ἡ ἀτμὶς ἐξίῃ, τὸ μὲν θερμὸν διαπνεῖ διὰ λεπτότητα, τὸ δὲ κολλῶδες συνεξιὸν αὐτῷ καὶ μιγνύμενον τῷ ὑγρῷ προσέρχεσθαι ποιεῖ ἐν αὐτοῖς.

6. Cur panes frigidi quidem madefacti, si se invicem tangant, non cohaerent, calidi vero cohaerent? An quod frigidi quidem lentum quem continebant, humorem cum vapore una emittunt: quo egresso, non conglutinantur (aqua enim, qua madefacti erant, fragilior est), calidi contra lentorem quemdam continent? Hicce igitur madefactis quum vapor exierit, calor quidem ob tenuitatem evaporatur, pars vero glutinosa una cum calore egrediens sequeque cum humore permiscens facit ut inter se panes coeant.

7. Διὰ τί τῶν ἁλεύρων τὰ ἄλφιτα λαμπρότερά ἐστι, τῶν δ' ἀλφίτων τὰ τελευταῖα; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ἄλφιτον καπυρὸν ὂν περιθραύεται, οἷον μάλιστα πάσχει πλεῖστον χρόνον κοπτόμενον, τὸ δὲ μαλακὸν καὶ λεπτὸν ἄλευρον, ὃ ἐστιν ἐντὸς τοῦ πυροῦ, ἐκθλίβεται πρῶτον; λαμπρότατον δ' ἐστὶν ἐν ἀμφοτέροις τὸ ἐντός.

7. Cur farina splendidior est polenta, ipsius vero polentae pars ultima? An quod polenta quidem, utpote adusta, obfringitur: quod maxime ei accidit ubi diutissime contunditur; mollis vero ac tenuis farina quam tritici meditullium occupat, exprimitur prima? est enim in utraque splendidissimum quod intus est.

8. Διὰ τί ἡ μὲν μᾶζα ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ, δυσδιαχωρητοτέρα γίνεται, ὁ δ' ἄρτος εὐδιαχωρητότερος; Ἢ διὰ τὸ τριφθῆναι σφόδρα τὸ σταὶς μικρότερον γίνεται; τὸ γὰρ γλίσχρον τοιοῦτόν ἐστιν· ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς πάντοθεν ἐξῄρηται τὸ ὑγρὸν τοῦ ἄρτου, ὥστε ψαθυρώτερον γίνεται τοῦ ὑγροῦ ἐξαιρεθέντος ὅλως, ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ, διὰ τὸ ἐν τῇ τρίψει μικρομερέστερον γεγονέναι· τὸ δὲ ψαθυρὸν εὐπεπτότερόν ἐστιν. Ἡ δὲ μᾶζα ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ, γλισχροτέρα γίνεται τοῦ ὑγροῦ μεμιγμένου· τὸ δὲ γλίσχρον οὐκ εὐδιαίρετον· τὰ δὲ τοιαῦτα δύσπεπτά ἐστιν· δεῖ γὰρ τὸ πεφθησόμενον διαιρεθῆναι εἰς μικρά.

8. Cur maza quidem, quo plenius teratur, eo difficilius ventem permeat; panis contra eo facilius? An tritura vehementi comminuitur farina triticea? leatum etenim quodque adfici ita solet; ignis vero humorem panis undique eximit, ita ut humore penitus sublato eo fragilior fit, quo vehementius tritus fuerit, quoniam tritura comminutae sunt ejus particulae; fragile autem omne concoquitur facilius. Maza contra quo amplius trita fuerit, eo tenacior humore admixto evadit; tenax autem omne dividi haud facile potest; hujusmodi autem res aegre concoquuntur: quod enim concoctionem recepturum est, dividi in parvas particulas debet.

9. Διὰ τί ἡ μὲν μᾶζα τριβομένη ἐλάττων γίνεται, τὸ δὲ σταὶς μεῖζον; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ἄλφιτον βρεχθὲν καὶ τριβόμενον συνίζει τῇ τοῦ ὑγροῦ κολλήσει διὰ τὸ ἀραιὸν εἶναι καὶ χονδρόν, τὸ δ' ἄλευρον μετεωρίζεται διὰ τὸ πυκνὸν εἶναι σφόδρα; τὰ γὰρ πυκνὰ τριβόμενα θερμαίνεται, θερμαινόμενα δὲ καὶ πνευματούμενα μετεωρίζεται, καθάπερ καὶ ἡ σάρξ.

9. Cur maza quidem terendo minor, farina vero triticea amplior redditur? An quod polenta quidem, dum madefit et teritur, humore adglutinando considet, quia rara et grumosa est: farina vero, quoniam spissa admodum est, turgescit? spissa etenim omnia subacta incalescunt, dum vero incalescunt atque in spiritum convertuntur, turgescunt: quomodo et caro.

10. Διὰ τί δὲ πυρούμενον τὸ σταὶς μεῖζον γίνεται ἢ ἡ μᾶζα; Ἢ ὅτι ἔχει ὑγρὸν οὐ κεχωρισμένον, ὥστ' ἐξιέναι θερμαινόμενον διὰ τὴν τρῖψιν· ἐξ οὗ θερμαινομένου πνεῦμα γίνεται, ἐκ δὲ τοῦ πλείονος ὑγροῦ ἀνάγκη γίνεσθαι πλεῖον πνεῦμα;

10. Sed cur farina triticea in igne amplior quam maza redditur? An quod humorem continet indiscretum, ita ut tritura calefactus egrediatur; hicce vero calefactus in spiritum convertitur; largior autem humor largiorem pariat spiritum necesse est?

Digitized by Google

11. Διὰ τί τοῦ μέλιτος κολλητικωτέρου ὄντος ἢ τοῦ ὕδατος, τὸ τῷ μελικράτῳ φυραθὲν ἄλευρον ψαθυρώτερον γίνεται, ὅταν ἑψηθῇ ἢ ὀπτηθῇ, ἢ τὸ τῷ ὕδατι; Ἢ διότι τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς πήγνυται καὶ συνίσταται, τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ μέλι συνιστᾷ μέν, ἀλλ' ἐπιξηραίνει; διὸ μᾶλλον ψαθυρὸν ποιεῖ· ἡ γὰρ ψαθυρότης ὑπὸ ξηρασίας γίνεται.

11. Quam ob causam quum mel tenacius quam aqua sit, farina aqua mulsa subacta fragilior redditur, ubi decocta, vel assata est, quam si aqua subacta esset? An quod altera quidem, aqua nimirum, igne cogitur atque consistit; mel vero contrahit quidem, sed adsiccat? quapropter potius fragilem reddit: fragilitas namque a siccitate provenit.

12. Διὰ τί οἱ δίπυροι ἄρτοι ψυχθέντες οὐ γίνονται σκληροί; Ἢ ὅτι ἔχει τινὰ ἐν αὑτῷ ὁ πυρὸς γλυκὺν καὶ γλίσχρον χυμόν, ὅς ἐστιν αὐτοῦ καθάπερ ψυχή; Σημεῖον δέ· ξηραινόμενος μὲν γὰρ ὅλως κενοῦται, νοτιῶν δὲ ἐκφύεται. Τοῦ οὖν χυμοῦ τούτου ἐνυπάρχοντος καὶ ἐν τῷ ἀλεύρῳ, καὶ μάλιστα τῷ καθαρωτάτῳ, σταιτὸς γενομένου τοῦ ἀλεύρου καὶ τριβομένου συμβαίνει αὐτό. Σημεῖον δέ· ἑψόμενον γὰρ διαχωρητικώτερον γίνεται. Ὀπτωμένου μὲν οὖν τὸ πρῶτον τοῦ ἄρτου, τὸ ψαθυρὸν καὶ ἐλαφρὸν τοῦ δὲ ὑγροῦ τοῦ ἐκ τοῦ ἄρτου ἀπατμίζει, καὶ τοῦ ἀλεύρου τὸ ἀχυρωδέστατον ἀποκαίεται. Ἐξαιρεθέντος δὲ καὶ τριβομένου πάλιν τοῦ σταιτός, τό τε τοῦ ἀλεύρου λειότατον καὶ τοῦ ὑγροῦ γλισχρότατον λειπόμενα μίγνυται μᾶλλον ἑαυτοῖς, διά τε τὸ τοιαῦτα καὶ μᾶλλον γεγονέναι, καὶ διὰ τὴν πύρωσιν· βαφῇ γὰρ ἡ μῖξις αὐτῶν ὁμοία γίνεται, ὥστε γίνεσθαι τὸ ὕστερον τριφθὲν σταὶς ὅμοιον τῷ ἑψομένῳ ἀλεύρῳ· καὶ γὰρ ἐκεῖνο, τριφθέντος τοῦ σταιτὸς καὶ λειφθέντος τοῦ λεπτοτάτου ἀλεύρου καὶ τοῦ γλισχροτάτου ὑγροῦ, πυρωθὲν κολλῶδες γίνεται καὶ ἀνεξίκμαστον· τό τε γὰρ γλίσχρον δυσδιαίρετον, καὶ τὸ πυκνὸν οὐθὲν δι' αὐτοῦ προΐεται. Ὑγρότατον οὖν τοῦτο καὶ διὰ πυρὸς πάσχει ἄρτος διὰ τὰ εἰρημένα· ἔχων δ' ἀεὶ ὑγρότητα οὐ γίνεται σκληρός.

12. Cur bis cocti panes refrigerati non indurescunt? An quod triticum dulcem quemdam ac lentum succum in se continet, qui veluti anima ejus est? Indicium quod, ubi siccatur, omnino exinanitur quidem; ubi autem madet, excrescit. Ergo quum humor hic in farina quoque insit, maximeque in ea quæ purissima est, ubi in massam conversa est atque teritur farina, coit. Argumento est quod decocta magis alvum subducit. Ubi primum igitur panis torretur, humoris portio fragilis et levis e pane evaporatur, et quantum in farina furfureum potius est, deuritur. Exempta vero massa ubi denuo teritur, pars farinæ lævissima et humoris lentissima, quæ supersunt, miscentur amplius sibi invicem, tum quia vel magis tales evaserunt, tum propter ignitionem: fit enim mistura eorum tincturæ consimilis, ita ut massa secundo trita similis farinæ elixæ efficiatur: nam hæc quoque, postquam massa subacta est, relicta parte farinæ tenuissima et humoris lentissima, ignis vi glutinosa redditur, neque exhauriri potest: nam et disjungi facile quod lentum est nequit, et nihil per se ipsum transmittit quod spissum est. Quum igitur humidissimus sit panis bis coctus, ob causas prædictas hoc quoque modo adficitur; quum autem semper intra se humiditatem contineat, non durescit.

13. Διὰ τί τῆς τροφῆς καὶ τῆς ξηρᾶς καὶ τῆς ὑγρᾶς ἐνίοις δυνάμεθα πολὺν χρόνον χρῆσθαι, οἷον τῇ γινομένῃ τροφῇ ἐξ ἀλφίτων καὶ ἀλεύρων καὶ τοῖς οἴνοις τοῖς αὐστηροῖς καὶ ὕδατι, τοῖς δ' οὐ δυνάμεθα, καὶ ταῦτα ἡδίοσιν οὖσιν; Ἢ ὅτι τὰ μέν ἐστι τῶν προσφερομένων ἐπιπολαστικὰ καὶ τρόφιμα, ὥστε καὶ ὅταν κενωθῶσι, τῆς πρώτης τροφῆς ἀναλωθείσης ἔτι ἐνεστιν ἐν τῷ σώματι πολλὴ δύναμις, ὡς μὲν πρὸς τὴν πρώτην ἐργασίαν τοῦ σώματος πεφθεῖσα, ὡς δὲ πρὸς τὸ τέλος καὶ τὴν ἐκ διαδοχῆς γινομένην ἄπεπτος, τοιαῦτα δ' ἐστὶ καὶ τῶν ἡδέων τὰ πλεῖστα; τὰ μὲν γὰρ λιπαρὰ καὶ γλυκέα καὶ πίονα ἥδιστα δοκεῖ εἶναι γευομένοις ἡμῖν, ταῦτα δ' ἐστὶ πάντα τρόφιμα καὶ οὐκ ἄπεπτα καὶ ἐπιπολαστικά, ἐν ᾗ ἂν ᾖ διαφορᾷ· ὥστ' ἐναυλον εἶναι τὴν δύναμιν, ἐάν τις αὐτῶν πληρωθῇ καὶ μὴ ταχὺ ἐκλίπῃ τὴν αἴσθησιν· οὐ γὰρ μόνον ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐνόντων γίνεται ἡ πλήρωσις, ἀλλὰ καὶ διαδοθείσης τῆς τροφῆς ἐν ἄλλοις μέρεσιν. Ἢ οὐ μόνον τοῦτο αἴτιον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ φύσει ἔνια σύμμετρα εἶνα καὶ οἰκεῖα ἡμῖν; πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα διὰ τὸ κατὰ φύσιν εἶναι μᾶλλον προσίεται τὰ σώματα, τὰ δὲ παρὰ φύσιν ἧττον. Ἄλλα τε ἄλλῃ κράσει ἁρμόττει, οἷον τὸ μέλι ταῖς με-

13. Cur nonnullis de genere cibi, tum humidi, tum sicci, multum temporis uti possumus, ut cibo qui ex polenta, vel farina fit, et vinis austeris, et aqua, aliis vero, quamvis suavioribus, non possumus? An quod eorum quæ in cibo adsumimus, alia quidem validius alunt atque superficiem petunt, ita ut vel post vacuationem, cibo priore consumpto, insit adhuc facultas multa in corpore, quæ quod ad primam quæ a corpore impertitur, elaborationem adtinet, concocta est, sed quod ad finem et ad subcedentem coquendi vicem, cruda? cujus generis et pars plurima suavium est: quæ enim pinguia et dulcia et opima sunt, ea nobis gustu suavissima esse videntur; hæc autem omnia valide nutriunt, concoctu non difficilia sunt et superficiem petunt, quamcumque tandem ad speciem pertinuerint: unde effieitur, si quis iis sese implerit, ut facultas eorum diutius immoretur, nec brevi sensus deficiat: non enim solum, dum in ventre sunt alimenta, fit plenitudo, sed digesta quoque alimonia, in aliis partibus. An non id solum causa est, verum etiam quod nonnulla naturæ consentanea sunt, nobisque familiaria? hujusmodi enim omnia, quia secundum naturam sunt, magis a corporibus recipiuntur; quæ vero præter naturam sunt, minus. Alia quoque aliis temperamentis congruunt,

Digitized by Google

λίτταις κατὰ φύσιν ἐστὶν ὥστε προσφέρεσθαι μόνον, καίτοι ἀσθενεῖς γέ εἰσι τὴν δύναμιν· ὥστε δεῖ λείπειν τὸ ἀναλισκόμενον, ἀλλ' εἶναι ἀνάλογον τὸ πλῆθος πρὸς τὴν ἰσχὺν τὴν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· ὥσθ' ὅσα τῶν ἡδέων τοιαῦτά ἐστι, διὰ μὲν τὸ ἐν τῇ φύσει ἧττον ὑπάρχειν ἡδέα φαίνεται, ὀλίγον δὲ χρόνον· εἶτα πληροῖ ταχύ. Τῶν δὲ κατὰ φύσιν ἀεὶ δέονται, ὥστε καὶ προσφερομένων συνεχῶς δι' αὐτὰ οὐ τῶν ἡδίστων, ἀλλ' ἑτέρων ἧττον πληροῦνται.

exempli gratia mel apibus secundum naturam est, ita ut eo tantummodo vescantur, quamquam viribus certe imbecillis sunt: ita ut relinquere debeat quod absumatur, sed ita ut copia proportione viribus hominum respondeat. Quæ igitur e suavibus ita sese habent, ea quoniam in naturali nostro contextu minus adsunt, suavia quidem videntur, sed parum temporis; dein cito replent; quæ autem secundum naturam sunt, iis semper indigent, ita ut, etiamsi adsidue iis vescantur, minus repleantur, non solum quam a rebus suavissimis, verum etiam quam ab aliis.

14. Διὰ τί τὰ αὐτὰ συνεθιζομένοις τε ἡδέα φαίνεται καὶ λίαν συνεχῶς προσφερομένοις οὐχ ἡδέα, τὸ δ' ἔθος ἐστὶ τὸ πολλάκις καὶ συνεχῶς τι ποιεῖν; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ἔθος ἕξιν δεκτικήν τινος ἐν ἡμῖν ποιεῖ, οὐ πλήρωσιν, τὸ δὲ συνεχῶς προσφέρεσθαί τι πληροῖ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ καθάπερ αἴτιον; ἔστι γάρ τι καὶ ἡ ἐπιθυμία. Αἱ μὲν οὖν ἕξεις γυμναζόμεναι αὔξονται καὶ ἐπιδιδόασιν· τὰ δ' ἀγγεῖα σαττόμενα οὐδὲν μείζω γίνεται· διόπερ τὸ μὲν ἔθος ὂν γυμνάσιον αὔξει τὴν δεκτικὴν ἕξιν· τὸ δὲ συνεχῶς προσφερόμενον σάττει μὲν καὶ πληροῖ τὴν ἐπιθυμίαν, ἧς πληρωθείσης οὐκέτι προσιέμεθα, αὔξει δ' οὐθὲν αὐτὴν διὰ τὰ προειρημένα ἐπὶ τῆς σάξεως. Ἔτι τὸ ἔθος οὐ τῷ ἀεὶ ἡδύνειν ἡδύ ἐστι (λυπεῖ γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐάν τις συνεχῶς ποιῇ), ἀλλὰ τῷ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔργου ἡδέως ἡμᾶς προσίεσθαι, καὶ πλείω χρόνον δύνασθαι ταὐτὸν ποιεῖν ἢ ἀσυνήθεις ὄντας. Ἐν ᾧ οὖν καὶ τοῦτο λυπεῖ ἡδὺ ὄν, ἐν ταὐτῷ καὶ τὰ ἄλλα ἡδέα· συνεχῶς γὰρ γινόμενα, ἢ προσφέρομενα ἀμφότερα λυπεῖ. Αἴτιον δὲ τὸ μὴ ἀπείρους ἡμᾶς ἐν αὐτοῖς δυνάμεις ἔχειν τὰς δεκτικὰς καὶ ποιητικάς, ἀλλὰ πεπερασμένας, αἳ τυγχάνουσαι τοῦ συμμέτρου αὐταῖς (τοῦτο γὰρ συνεχῶς ἐστιν αἰσθητὸν εἰς ἐπίδοσιν) αἱ μὲν πληροῦνται, αἱ δ' ἀδυνατοῦσιν ἐνεργεῖν.

14. Cur eadem et adsuescentibus suavia et admodum crebro utentibus non suavia videntur, quum tamen consuetudo eo constat ut sæpe et adsidue quidquam faciamus? An quia consuetudo quidem habitum rei cujuspiam capacem in nobis efficit, non satietatem; frequens autem usus desiderium et quasi causam implet? nam desiderium quoque aliquid est. Habitus ergo ubi exercitantur, augentur atque proficiunt; conceptacula vero infarcta nihilo ampliora redduntur: quamobrem consuetudo quidem quum exercitatio sit, auget habitum capientem; quod autem adsidue in cibo adsumitur, infarcit quidem implet-que desiderium, quo expleto non amplius recipimus; sed nullo modo auget illud ob ea quæ modo de infarctione retulimus. Ad hæc non ideo suavis consuetudo est, quia semper delectat (nam hujusmodi res vel molestæ sunt, si quis perpetuo eas faciat), sed eo quod operis principium libenter adimus, et diutius rem facere eamdem possumus quam si non adsueti essemus. Qua igitur re molestum hoc est, quamquam suave sit, hac eadem cetera quoque suavia: utraque enim, ubi perpetuo vel fiunt, vel pro cibo sumuntur, molesta sunt. Cujus rei causa est quod nos vires vel recipientes, vel agentes non infinitas, sed finitas intra nos habemus: quæ ubi sibi competentem modum adsecutæ fuerint (hunc enim continue augeri sentimus), alteræ quidem implentur, alteræ vero agere nequeunt.

15. Διὰ τί τὸ μὲν σταλὶς γίνεται τριβόμενον λευκόν, ἡ δὲ μᾶζα μελαντέρα; Πότερον ὅτι ξηραίνεται μᾶλλον τὸ ἐπιπολῆς ἐν τῷ ἀλφίτῳ, οἷον ἐν ὑγρῷ θερμόν, ὃ ποιεῖ τὴν λευκότητα; Ἢ διὰ τὸ πεπυρῶσθαι ἕλκει τὸ ὑγρὸν εἰς αὐτό, μεγαλομερέστερον ὄν;

15. Cur farina quidem triticea tritura albescit, maza vero nigrescit? Utrum quod polentæ pars superficiei proxima adsiccatur validius, quum res sit calida humori admista: id quod candorem gignit? An propter adustionem humorem ad sese adtrahit, ut quæ partibus majusculis constat?

16. Διὰ τί τὰ ἄλφιτα μᾶλλον τῷ ὕδατι συμμένει φυρόμενα ἢ τῷ ἐλαίῳ, ὄντι γλισχροτέρῳ, καίτοι κολλητικώτερον τὸ γλίσχρον, τὸ δ' ἔλαιον τοῦ ὕδατος γλισχρότερον; Ἢ ὅτι λεπτότερον τὸ ὕδωρ, ὥστ' εἰσέρχεται εἰς ἅπαν καὶ μαλακὰ ποιεῖ, συμφύεταί τε μᾶλλον καὶ συνθλίβεται πρὸς ἄλληλα, καίτοι θλιβόμενα χωρὶς τῆς τρίψεως;

16. Quam ob causam polenta aqua subacta melius cohæret quam oleo, etiamsi oleum tenacius sit, quamvis melius glutinetur quod lentum est, oleumque lentius sit quam aqua? An quod aqua tenuior est, ita ut usqueqnaque subeat atque molliat, coalescuntque et adprimuntur sibi invicem melius, etiamsi sine tritura comprimantur?

17. Διὰ τί οἱ ἄτριπτοι ἄρτοι καὶ οἱ σφόδρα τετριμμένοι ῥήγνυνται; Ἢ ὅτι οἱ μὲν ἄτριπτοι διὰ τὸ ἀσύνδετοι εἶναι; ἡ γὰρ τρῖψις συνδεῖ· προωδοποίηται οὖν τῷ ῥήγνυσθαι. Ἔτι ἀμιγεῖς καὶ πολὺ ἔχουσι τὸ ὑγρόν. Οἱ δὲ τετριμμένοι σφόδρα λίαν εἰσὶ ξηροὶ διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν ὑγρόν· θερμαινομένων γὰρ πᾶν ἐξέρχεται· ὥστ'

17. Cur panes, cum parum triti, tum nimium triti rumpuntur? An quod parum triti quidem rumpuntur, quia nexu carent? tritura enim colligat: ergo ad disruptionem via jam strata est. Adde quod multum humoris non remixti continent. At quos vehementer triveris, ii sicci admodum sunt, quoniam humoris parum continent: e concalescentibus enim

Digitized by Google

ἄμφω διὰ τὸ πολὺ ὑγρὸν ἐξιέναι ῥήγνυνται· πολὺ γὰρ ἐν μὲν τοῖς ἀτρίπτοις ἁπλῶς ἔνεστιν, ἐν δὲ τοῖς τετριμμένοις πρὸς τὸ ὑπόλοιπον.

omnis humor exit, ita ut ambo rumpantur quoniam humoris multum exit : multum enim absolute in iis continetur quos parum triveris, in vehementer tritis vero pro portione reliquorum elementorum.

18. Διὰ τί κουφότερον τὸ ῥόφημα γίνεται ἢ ἄμφω, τό θ' ὑγρὸν καὶ τὸ ἅλφιτον; Πότερον ὅτι μιγνυμένων πνεῦμα συγκατακλείεται; Ἢ ὅτι ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐν τοῖς ἁλφίτοις ἐξατμίζεται τοῦ ὕδατος, ὥστ' ἔλαττον γίνεται τὸ μεμιγμένον; ὁ δ' ἀήρ, εἰ καὶ μίγνυται, οὐθὲν ἂν κουφότερον ποιοῖ· ἔχει γὰρ βάρος καὶ ἀὴρ ἐν τῷ ἀέρι.

18. Cur universa sorbitio subacta levior fit quam ambo, cum humor, tum polenta? Utrum quia, dum miscentur, spiritus una includitur? An quia pars aquæ a calore polentæ insito evaporatur, ita ut copia diminuatur misturæ? aer enim, tametsi admiscetur, nihilo tamen leviorem efficeret : nam vel ipse aer in aere pondus habet.

19. Διὰ τί μετὰ τοῦ ἁλφίτου πινόμενον τὸ γάλα καὶ ὁ γλυκὺς φαίνεται γλυκύτερα; Πότερον παρὰ τὸ μὴ γλυκὺ μᾶλλον φαίνεται; τὸ γὰρ ἅλφιτον οὐ γλυκύ. Ἢ ὅτι ἐνδιατρίβει τὸ ἅλφιτον ἔχον γλυκύτητα, ὥστε πλείονι χρόνῳ ἡ αἴσθησις;

19. Quam ob causam lac vinumque dulce, quoties cum polenta bibitur, dulcius videtur? Utrum quod ad non dulce dulciora isthæc esse videntur? polenta enim dulcis non est. An quia polenta dulcedine instructa diutius immoratur, ita ut diutius perstet sensus?

20. Διὰ τί ἧττον ἄκρατον φαίνεται τὸ αὐτὸ πόμα μετὰ τοῦ ἁλφίτου πινόμενον; Πότερον ἢ ὅτι κεράννυσιν ἄλλο ἔχον μετ' ἄλλου; Ἢ ὅτι ἀντιφράττει τῷ πόματι καὶ ἀφανίζει, ἀντισπῶν εἰς αὑτό;

20. Cur idem potus minus meracus apparet, si cum polenta bibatur? Utrum quod aliud jam continens alii rei remiscetur? An quia viam obstruit potus, eumque evanescere facit ad sese retrahens?

21. Διὰ τί ὁ χόνδρος πλεῖον ὕδωρ δέχεται ἢ οἱ πυροὶ ἐξ ὧν ὁ τοιοῦτος ἐγένετο χόνδρος; Ἢ ὅτι ἄλευρά πώς ἐστιν ὁ χόνδρος, τὰ δ' ἄλευρα πλεῖον δέχεται; καὶ γὰρ γίνεται ὁ ὄγκος πλείων ἢ ὁ τῶν πυρῶν· σέσακται γὰρ καὶ τὰ ἐν τοῖς πυροῖς· τὰ δὲ πλείω χωρεῖ πλεῖον. Καὶ τοῦτο, καὶ ὅτι ἔχει θερμότητα καὶ τὰ ἄλευρα καὶ ὁ χόνδρος· τὸ δὲ θερμὸν καὶ ἕλκει μᾶλλον τὸ ὑγρόν, καὶ ἐξαναλίσκει ἐξατμίζον.

21. Cur alica plus aquæ recipit quam triticum, unde ejusmodi alica confecta est? An propterea quod alica farina quodammodo est, farina autem plus aquæ imbibit? moles enim amplior ejus quam tritici fit : nam constipata quoque sunt tritici elementa; atqui major moles plus capit. Cum propter hanc causam, tum quia calorem continent et farina et alica : quod enim calidum est, humorem id et efficacius adtrahit, et expeditius evaporando consumit.

22. Διὰ τί τὸ ἄλευρον τριβόμενον μεῖζον πολὺ γίνεται ἢ τὸ ἅλφιτον κατὰ λόγον; Ἢ ὅτι τὸ μὲν πολὺ ὕδωρ δέχεται, τὸ δ' ὀλίγον; Διὰ τί δὲ δέχεται πλεῖον; μᾶλλον γὰρ εἰκὸς τὸ ἅλφιτον· πεπύρωται γάρ, τὸ δ' ἄπυρον· μᾶλλον δὲ ξηρὸν τὸ πεπυρωμένον. Ἢ διότι τρῖψιν μᾶλλον δέχεται τὸ ἄλευρον; τούτου δ' αἴτιον τὸ μικρομερέστερον εἶναι. Ὥσπερ οὖν δσαπλάσιόν ἐστι δυνάμει τῇ μικρότητι, τοσαυταπλάσιον δέχεται τὸ ὕδωρ· κόλλῃ γὰρ χρῆται τῷ ὕδατι, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς μετήνεγκεν ἐν τοῖς Περσικοῖς εἰπών·

ἅλφιτον ὕδατι κολλήσας,

καὶ ἀναλίσκει πολὺ διὰ τοῦτο.

22 Cur farina per triturum multo magis turgescit quam polenta pro portione? An quod altera quidem multum aquæ recipit, altera vero parum? Sed qua de causa plus recipit? verisimilius enim erat polentam plus recipere, quippe quæ adusta est, dum farina ignem non sensit : omne enim adustum siccius est. An quia trituram pleniorem fariua patitur? cujus rei causa est quod partibus minutioribus constat. Quantuplo igitur propter particularum minutiam excedit ejus capacitas, tantuplo plus aquæ recipit, quippe quæ aqua pro glutine utitur, ut Empedocles quoque in carmine de rebus Persicis (*l.* Naturalibus) transferendo ait :

Polentam aqua glutinans,

multamque aquam proinde absumit.

23. Διὰ τί δὲ καὶ πεπυρωμένον τὸ σταὶς μεῖζον γίνεται ἢ ἡ μᾶζα; Ἢ ὅτι ἔχει ὑγρὸν οὐ κεχωρισμένον, ὥστ' ἐξιέναι θερμαινόμενον, οὐ πνεῦμα γινόμενον καὶ οὐ δυνάμενον ἐξιέναι ὁμοίως καὶ ἐν τῇ μάζῃ διὰ τὴν πυκνότητα τοῦ σταιτός; πυκνὸν γὰρ τὸ ἐκ μικρομερεστέρων. Αἴρει οὖν, καὶ ποιεῖ τὸν ὄγκον. Ἔτι δὲ καὶ πλεῖον ἔχει τὸ ὑγρόν, ἐξ οὗ θερμαινομένου πνεῦμα γίνεται· ἐκ δὲ τοῦ πλείονος ἀνάγκη γίνεσθαι πλεῖον.

23. Cur vero etiam igni mandata farina triticea magis turgescit quam maza? An quod humorem in se contiuet qui discretus non est, ita ut recalescens exeat, isque humor in spiritum non convertitur, nec exire pariter valet atque e maza propter tritici spissitudinem? spissum enim est quod partibus constat minutioribus. Idcirco extollit molemque efficit. Ad hæc plus humoris continet, quo recalescente spiritus fit; ex pluri autem plus fiat necessum est.

24. Διὰ τί οἱ περὶ τὴν τῶν σίτων ἐργασίαν, οἱ μὲν περὶ τὰς κριθὰς ἄχροοι γίνονται καὶ καταρροϊκοί, οἱ δὲ περὶ τοὺς πυροὺς εὐεκτικοί; Ἢ διότι εὐπεπτότερος ὁ πυρὸς τῆς κριθῆς; διόπερ καὶ αἱ ἀπόρροιαι.

24. Cur ex iis qui rem frumentariam tractant, qui hordeum quidem, decolores fiunt et in destillationes proclives, qui autem triticum, bonum adipiscuntur habitum? An quod facilius triticum concoqui quam hordeum potest, atque eapropter et effluvia?

Digitized by Google

25. Διὰ τί ὁ ἄρτος, ἐὰν μέν τις αὐτὸν ὀπτᾷ, σκληρότερος γίνεται, ἐὰν δέ τις αὐτὸν χλιαίνῃ, ὑγρότερος ἄχρι τινός; Ἢ ὅτι ὀπτωμένου αὐτοῦ τὸ ὑγρὸν ἐκπορεύεται (σκληρότερος οὖν γίνεται), ἐπιθερμαινομένου δὲ τὸ ὑγρὸν συσταθὲν διαχεῖται ὑπὸ τοῦ πυρός; διὸ ὑγρότεροι γίνονται.

25. Cur panis ubi torretur quidem, indurescit; ubi vero tepescit, humidior redditur aliquatenus? An quoniam, ubi torretur, humor exit (indurescit igitur); ubi autem amplius recalescit, humor coactus ab igne diffunditur, humidioresque proinde fiunt?

26. Διὰ τί τὰ μὲν ἄλευρα ψυχόμενα ἧττον σάττεται, τὰ δ' ἄλφιτα μᾶλλον; Ἢ ὅτι τὰ μὲν μικρομερῆ οὐ διαλείπει χώραν, καὶ τὰ βαρέα τῇ θλίψει τὰ πλείω ἐλάττω κατέχει τὸ ἴσον; Τὰ μὲν οὖν ἄλφιτα ἁδρά ἐστιν· ψυχόμενα οὖν ἐλάττω γίνεται, ὥστε τὸ ἔλαττον συμπιέζει τὸ πλέον· τὰ δ' ἄλευρα ὑπάρχει μὲν μικρομερῆ ὄντα, ὥστ' οὐ διὰ τοῦτο ψύχεται, ἀλλ' ἵνα ᾖ κουφότερα καὶ μὴ σάττηται διὰ τὴν θλῖψιν· βαρύτερον γὰρ φύσει τὸ ἄλευρον τοῦ ἀλφίτου ἐστίν.

26. Cur farina quidem refrigerando minus constipatur, polenta vero magis? An quod intercapedine quidem vacant quæ ex partibus constant minutis, et res graves pleraeque propter compressionem minus occupant spatium, modo eadem sit quantitas? Polenta itaque grandiuscula est: ergo siccata in minus contrahitur, ita ut quod minus est, plus comprimat; farina vero particulis quidem constat minutis, ita ut non ideo siccetur, sed ut levior efficiatur, nec constipetur compressione: natura enim gravior farina quam polenta est.

ΤΜΗΜΑ ΚΒ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΟΠΩΡΑΝ.

SECTIO XXII.

QUÆ AD FRUCTUS ARBORUM PERTINENT.

1. Διὰ τί τὴν ὀπώραν ὕστερον ἢ πρότερον φαγοῦσιν οὐκ ἀνάλογον τοῖς αὐτοῖς ὁ ὄγκος τῆς πληρώσεως γίνεται; Ἢ ὅτι βαρυτέρα ἐστὶν ἡ ὀπώρα τῶν σιτίων πολύ; Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ σῦκα, ἐὰν ὕστατα βρωθῇ· τελευταῖα γὰρ ἐμεῖται. Ἐὰν μὲν οὖν πρῶτα, διὰ βάρος κάτω πορευόμενα εὐρυχωρίαν ἄνω ποιεῖ, ὥστε ῥᾳδίως δέχεσθαι τὸν ὄγκον τῶν σιτίων· ἀνάπαλιν δ' εἰσελθόντα τὰ σιτία, διὰ τὸ μὴ κάτω φέρεσθαι, ταχὺ τοῦ ἄνω κενοῦ προσλαμβάνει.

1. Quam ob causam, prouti poma post, vel ante cibum eserint, repletionis moles iisdem non eadem fit pro portione? An quoniam ceteris esculentis genus pomorum longe gravius est? Quod etiam argumento ficuum constat, si ultimæ edantur: ultimæ enim evomuntur. Poma igitur primum ingesta, propter pondus deorsum vecta, spatium amplum efficiunt superne, ita ut moles ciborum facile recipiatur; at si ordine inverso ingrediantur cibi, quoniam deorsum non feruntur, cito vacuum superius occupant.

2. Διὰ τί τῶν γλυκέων ὄντων ὁμοιοτέρων ἡμῖν ἢ τῶν δριμέων, θᾶττον πληρούμεθα ὑπὸ τῶν γλυκέων; εἰκὸς δ' ἦν ἧττον· ὑπὸ γὰρ τῶν ὁμοίων ἧττον ἦν εἰκὸς πληροῦσθαι. Ἢ ὅτι οὐχ ὁμοίως τό τ' ἀγγεῖον πληροῦται ταχύ, ἐξ οὗ πληρούμεθα, καὶ τὸ τρεφόμενον, ἀλλ' ἐνίοτε ἡ μὲν κοιλία πλήρης ἐστίν, οἷον τῶν διψώντων, τὸ δὲ δίψος οὐδὲν ἧττόν ἐστιν; οὐ γὰρ τῷ ταύτην εἶναι πλήρη παυόμεθα διψῶντες, ἀλλὰ τῷ ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος τὸ αὑτῷ οἰκεῖον ἐσπακέναι, καὶ ὅταν ἐκεῖνα ἀπολάβῃ ἱκανῶς, τότε παυόμεθα διψῶντες, καὶ πεινῶντες δ' ὡσαύτως.

2. Quamobrem, quum dulcia nobis similiora quam acria sint, ocius a dulcibus replemur? congruum enim erat ut minus repleremur, quandoquidem a similibus minus saliari consentaneum erat. An quoniam non aeque cito repletur conceptaculum ex quo replemur, et corpus quod nutritur, sed venter quidem repletus aliquando est, ut eorum qui sitiunt, sitis tamen nihilo minor est? non enim ea de causa sitis cessat, quia venter plenus est, sed quia membra corporis omnia humorem commodum sibi adtraxerunt, atque ubi illa satis adceperunt, tunc sitire cessamus, eodemque modo fames cessat.

3. Διὰ τί θᾶττον πληρούμεθα ἀπὸ τῶν γλυκέων ἢ ἀπὸ τῶν δριμέων; Ἢ ὅτι θᾶττον παυόμεθα ἐπιθυμοῦντες τῶν γλυκέων; Ἢ ὡς μὲν ἡ κοιλία πληροῦται, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῶν γλυκέων; Οὐχ ὁμολογεῖται· ὅτι δ' ἡ ἐπιθυμία θᾶττον ὑπ' αὐτῶν πληροῦται, τοῦτ' ἂν εἴη λεκτέον. Ἢ ὅτι ἡ μὲν ἐπιθυμία, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἔστι μὲν ἔνδεια, καὶ ὅταν μηκέτι ἔχωμεν τροφήν, ἢ ὀλίγην; Τὰ μὲν οὖν δριμέα οὐκ ἔστι τρόφιμα, ἀλλὰ τροφὴν μὲν ὀλίγην ἔχει, τὸ δὲ περίττωμα πολύ. Εἰκότως οὖν πολλὰ ταῦτα ζητοῦμεν ἐσθίειν, καὶ οὐκ ἐμπιπλάμεθα αὐτῶν τὴν ἐπιθυμίαν, διὰ τὸ ἔτι προσ-

3. Cur ocius a dulcibus quam ab acribus replemur? An quia ocius dulcia adpetere desistimus? An sicuti quidem venter repletur, sic nos quoque dulcibus? Non constat, verum cur desiderium celerius his ipsis expleatur, id dicendum esset. An quia alimenti desiderium, ut uno verbo dicam, indigentia quidem est, atque tunc incidit, ubi vel nullum amplius cibum, vel pauculum habemus? Acria itaque non valide nutriunt, sed parum quidem alimoniæ, multum vero habent excrementi. Merito itaque magnam eorum copiam edere quærimus, nec eorum cupiditatem explemus, quoniam alimento adhuc indigemus, hæc vero

Digitized by Google

δεῖσθαι τροφῆς, ταῦτα δὲ μὴ ἔχειν τροφήν. Τὰ δὲ γλυκέα ἅπαντά ἐστι τροφή, καὶ ἀπὸ μικρῶν τοιούτων πολλὴν λαμβάνει τὸ σῶμα. Ὅταν οὖν ἀπολάβῃ πολλὴν τροφήν, οὐκέτι δύναται ἐσθίειν διὰ τὸ μὴ ὑποφέρειν. Εἰκότως οὖν θᾶττον ὑπὸ τῶν γλυκέων πληρούμεθα.

alimento carent. At dulcia tota cibus sunt, atque ex paucis ejusmodi escam corpus capit uberiorem. Ubi igitur multum cepit alimenti, non amplius edere potest, quia non tolerat. Rationi igitur congruit, si ocius a dulcibus repleamur.

4. Διὰ τί τὰ περικάρπια καὶ τὰ κρέα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν τοῖς ἀσκοῖς ἄσηπτα γίνεται, ὅταν σφόδρα φυσηθῶσι, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἀκριβῶς περιπωματιζομένοις ὡσαύτως; Ἢ διότι σήπεται μὲν κινούμενα, τὰ δὲ πλήρη ἀκίνητα; ἀδύνατον γὰρ ἄνευ κενοῦ κινηθῆναι, ταῦτα δὲ πλήρη.

4. Cur fructuum involucra et carnes et cetera id genus in utribus, si vehementer inflantur, a putredine immunes fiunt, nec minus quæ rebus diligentissime operculo obclusis continentur? An quoniam putrescunt quidem omnia dum moventur; quæ autem plena sunt, immota persistunt? haud enim fieri potest ut motus sine inani spatio fiat; atqui isthæc plena sunt.

5. Διὰ τί μετὰ τὰ σαπρὰ τῶν περικαρπίων ὁ οἶνος πικρὸς φαίνεται πινόμενος; Ἢ ὅτι τὴν πικρότητα ἔχει ἡ σαπρότης ἡ τοιαύτη; Τὸ οὖν ἐπιμένον ἐπὶ τῇ γλώττῃ, μιγνύμενον τῷ πόματι καὶ διαχεόμενον πικρὸν ποιεῖ τὸ πόμα· αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ ἧττον φαίνεται ἐσθιόμενον διὰ τὸ πολλῶν ἅπτεσθαι καὶ εἰς μικρὰ διανεμεῖσθαι τὸν τοιοῦτον χυμόν.

5. Cur vinum post putria fructuum involucra epotum amarum sentitur? An quia hujusmodi putredo amarore prædita est? Itaque quod in lingua remanet, potui admistum diffusumque, eum amarum efficit; ipsum autem pomum per se esitatum minus adparet, quia saporis id genus multa adlingit inque exigua distribuitur.

6. Διὰ τί τὰ τραγήματα ἐδεστέον; Ἢ ἕνεκα τοῦ πιεῖν ἱκανόν; οὐ γὰρ μόνον ποτέον τῆς δίψης χάριν τῆς ἐπὶ τοῖς σιτίοις, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ σιτίον.

6. Cur edenda bellaria sunt? An ut satis bibamus? non enim sitis gratia solum, quæ a cibis pendet, bibendum est, sed etiam post cibum.

7. Διὰ τί τὰ ὀπτὰ κάρυα ψυχθέντα χείρω γίνεται, καὶ ὁ ἄρτος δὲ καὶ ὁ βάλανος καὶ πολλὰ τῶν τοιούτων, θερμανθέντα δὲ πάλιν βελτίω; Ἢ διότι ψυχθέντος μὲν πέπηγεν ὁ χυμός, ἀναχλιανθέντος δὲ πάλιν χεῖται; ἡ δ' ἡδονὴ γίνεται διὰ τὸν χυμόν.

7. Cur nuces tostæ refrigeratæ deteriores redduntur, et panis quoque et glandes, et multa id genus alia, rursus calefacta vero meliora evadunt? An propterea quod refrigeratus quidem succus concrescit denuo, tepefactus vero rursus diffunditur? suavitas enim a succo pendet.

8. Διὰ τί ἐπὶ τῇ ἀπολαύσει τῆς ὀπώρας, οἷον σύκων καὶ τῶν τοιούτων, ἢ οἶνον ἄκρατον δεῖ ἐπιπίνειν, ἢ ὕδωρ; ταῦτα δὲ ἐναντία. Ἢ ὅτι ἡ ὀπώρα καὶ θερμή ἐστι καὶ ὑγρὰ διὰ τὴν γένεσιν; ἔχει γὰρ πολὺ πῦρ καὶ ὑγρότητα, ὥστε διὰ μὲν τὸ πῦρ οἷον ζέσιν ποιεῖ ὁ χυμὸς εἴσω, ὅπερ ἔξω τὸ γλεῦκος ποιεῖ· ἧττον δ' ἔχει δύναμιν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀκρόδρυα· τὸ δὲ τῆς ὑγρότητος πλῆθος ἀπεψίαν ποιεῖ. Τὸ μὲν οὖν ὕδωρ διὰ τὴν ψυχρότητα σβεννύει τὴν ζέσιν, ὁ δ' οἶνος διὰ τὴν θερμότητα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ὥσπερ γὰρ πῦρ ἐνίοτε πυρός, ἐὰν ᾖ ἔλαττον, ἀφαιρεῖται τὴν ἰσχύν. Μᾶλλον δὲ τῇ θερμότητι πεπτικός ἐστι τῆς ὑγρότητος, καὶ διὰ βάρος κατακρατεῖ τὸν τῆς ζέσεως ἐπιπολασμόν.

8. Cur post fructuum esitationem, ut ficuum ceterorumque generis ejusdem, vel vinum merum, vel aquam superbibere oportet? hæc autem contraria sunt. An quia genus pomorum et calidum et humidum propter generationem est? habet enim tum ignis copiam, tum humoris, ita ut per ignem quidem succus veluti fervorem intus excitet, quomodo mustum foris, sed minorem habet vim, quemadmodum et reliqui arborum fructus; humoris vero copia cruditatem efficit. Aqua igitur suo frigore fervorem exstinguit; vinum vero suo calore idem plerumque efficit, quippe quod perinde atque ignis interdum igni, modo minor sit, vires subtrahit. Potius tamen humorem suo calore concoquere valet, suoque pondere fervoris turgescentiam reprimit.

9. Διὰ τί τῶν ἰσχάδων γλυκύταται αἱ δίχα ἐσχισμέναι, οὔτε δ' αἱ πολυσχιδεῖς, οὔθ' αἱ ἀσχιδεῖς; Ἢ διότι ἐκ μὲν τῶν πολυσχιδῶν διαπέπνευκε καὶ ἐξίκμακε μετὰ τοῦ ὑγροῦ τὸ πλεῖστον τοῦ γλυκέος, ἐν δὲ ταῖς μεμυκυίαις πολὺ τὸ ὑδατῶδές ἐστι διὰ τὸ μὴ ἠτμικέναι· αἱ δ' ἐσχισμέναι μέν, μὴ εἰς πολλὰ δέ, ἀμφοτέρων τούτων ἐκτὸς εἰσι τῶν παθημάτων;

9. Quam ob causam caricæ bifidæ dulcissimæ sunt, nec multifidæ, nec fissura carentes? An quod ex multifidis quidem exhalata atque exsucta est una cum humore pars dulcedinis plurima; in obclusis vero humoris aquosi magna copia inest, quia vaporem non emiserunt; at quæ fissæ quidem sunt, non tamen fissura multiplici, immunes ab utroque isto adfectu sunt?

10. Διὰ τί ταῖς καμίνοις ψυχόμενα τὰ σῦκα σκληρότερα γίνεται, ἐὰν ψυχθῇ ἐν τῇ καμίνῳ ἢ ἂν ἐξαιρεθέντα ψυχθῇ; Ἢ ὅτι ἐν μὲν τῇ καμίνῳ ἐξατμίζει πᾶν

10. Cur si ficus in furno siccantur, duriores efficiuntur si in furno quam si exemptæ refrigerentur? An quoniam in furno quidem humor totus a calore evaporatur, foris

Digitized by Google

τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, ἔξω δὲ περιεστηκὼς ὁ ἀὴρ ψύχων κωλύει τὸ ὑγρὸν ἐξιέναι καὶ συνίστασθαι; μᾶλλον γὰρ ἐξατμίζει. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ξηρὰ σκληρά, τὰ δ' ὑγρὰ μαλακά.

11. Διὰ τί παρὰ τὰ στρυφνὰ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ φαίνεται γλυκύτερα, οἷον ἐάν τις βαλάνους, ἢ μύρτα, ἤ τι τῶν τοιούτων διατράγῃ; Ἢ εἰκότως, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων; πᾶν γὰρ τὸ αὐτὸ παρὰ τὸ ἐναντίον μᾶλλον φαίνεται, οἱ δὲ τῶν ἐναντίων χυμοὶ ἀντικείμενοί πώς εἰσιν. Ἢ ὅτι, καθάπερ ἐπὶ τῶν βαπτομένων, ὑπὸ τῶν στρυφνῶν ἡ γλῶττα προδιεργάζεται καὶ τοὺς πόρους ἀνοίγεται, ὥστε μᾶλλον διιέναι τὸ γλυκύ; καὶ γὰρ τὰ βαπτόμενα τούτου ἕνεκεν προβρέχουσιν ἐν τοῖς στρυφνοῖς, τῷ διεργασθὲν μᾶλλον δέχεσθαι τὴν βαφήν.

11. Cur ad acerba vinum, aut aqua epota dulcior sentitur, exempli gratia, si quis glandes, aut myrta, aut tale quid interea eserit? An merito ita fit, quemadmodum vel in ceteris rebus? omnia namque plenius eadem juxta sua contraria adparent, contrariorum autem sapores oppositi quodammodo inter se sunt. An quia ut in rebus quæ colore inficimus, ita etiam lingua acerbis prædisponitur, meatusque suos patefieri patitur, ut dulce facilius penetret? res enim inficiendas ideo humoribus acerbis ante humectant, quia res penitus elaborata melius colorem recipit.

12. Διὰ τί τὰ γλυκέα ἧττον δοκεῖ γλυκέα εἶναι θερμὰ ὄντα ἢ ὅταν ψυχθῇ; Πότερον ὅτι ἅμα δύο αἰσθήσεις γίνονται ἀμφοῖν, ὥσθ' ἡ τοῦ θερμοῦ ἐκκρούει τὴν ἑτέραν; Ἢ ὅτι καὶ τὸ γλεῦκος θερμόν; Ὥσπερ οὖν πῦρ γίνεται ἐπὶ πῦρ. Κωλύει οὖν ἡ θερμότης. Ἢ ὅτι τὸ πῦρ ἀφαιρεῖται τὰς δυνάμεις ἁπάντων διὰ τὸ κινητικὸν εἶναι; Ἐγγυτέρω οὖν τοῦ μεταβάλλειν ἐστὶ θερμὰ ὄντα, ἀποψυχθέντα δ' ἕστηκεν.

12. Cur dulcia minus dulcia esse videntur, calida ubi sunt, quam ubi refrigerata? Utrum quia simul ab utrisque duo sensus exsistunt, ita ut calidi sensus alterum excutiat? An quod etiam sapor dulcis calidus est? Itaque quasi ignis igni adjicitur: ergo calor est qui impedit. An quod ignis vires omnibus aufert, quia vim obtinet movendi? Calida igitur ubi sunt, propiora mutationi sunt; refrigerata vero restant.

13. Διὰ τί ποτε τὰ ἄχυρα τὰ μὲν σκληρὰ πέττει, τὰ δὲ πεπεμμένα οὐ σήπει; Ἢ ὅτι τὰ ἄχυρα θερμόν τε καὶ ὀλκόν ἐστιν; Τῇ μὲν οὖν θερμότητι πέττει, τῷ δ' ὀλκὸν εἶναι τὸν ἰχῶρα τὸν σηπόμενον δέχεται· διὸ οὐ σήπει.

13. Cur tandem paleæ dura quidem concoquunt, concocta vero non putrefaciunt? An quod paleæ et calidæ et adtrahentes sunt? Suò igitur calore concoquunt, eo vero quod adtrahunt, saniem putrescentem imbibunt: quapropter non putrefaciunt.

14. Διὰ τί τὰ σῦκα μαλακὰ καὶ γλυκέα ὄντα λυμαίνεται τοὺς ὀδόντας; Ἢ διὰ τὴν γλισχρότητα προσέρχεται τοῖς οὔλοις, καὶ παρεμπίπτει διὰ τῶν ὀδόντων εἰς τὰ διὰ μέσου διὰ τὸ μαλακὰ εἶναι, καὶ σῆψιν ποιεῖ ταχέως, ἅτε θερμὰ ὄντα; Τάχα δ' ἴσως καὶ διὰ τὴν σκληρότητα τῶν κεγχραμίδων ἐν τῇ τούτων κατεργασίᾳ πονοῦσι ταχέως οἱ ὀδόντες.

14. Qua de causa ficus, quum molles dulcesque sint, dentes obfendunt? An gingivis propter lentorem adhærescunt, seque per dentes in eorum interstitia, quia molles sunt, insinuant, et putredini cito causam dant, utpote calidi? Forsitan et ob granorum duritiem dentes celeriter laborant iis conficiendis.

ΤΜΗΜΑ ΚΓ.

SECTIO XXIII.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΟ ΑΛΜΥΡΟΝ ΥΔΩΡ ΚΑΙ ΘΑΛΑΤΤΑΝ.

QUÆ AD SALSAM AQUAM ET MARE PERTINENT.

1. Διὰ τί τὸ κῦμα οὐκ ἐπιγελᾷ ἐν τοῖς βαθέσι πελάγεσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς μικροῖς καὶ βραχέσιν; Ἢ ὅτι τὸ μικρὸν ὑγρὸν φερόμενον μᾶλλον διαιρεῖται ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἢ τὸ πολύ;

1. Cur fluctus in altis pelagis non subrident, sed in parvis et brevibus? An quia parum humoris, ubi fertur, magis dividitur a flatu quam multum?

2. Διὰ τί τὰ κύματα πρότερον φοιτᾷ ἐνίοτε τῶν ἀνέμων; Ἢ ὅτι πρὸς τῇ ἀρχῇ τοῦ πνεύματος ἡ θάλαττα ὠσθεῖσα πρώτη τὴν ἐχομένην ἀεὶ ταὐτὸν ποιεῖ; διόπερ οὔσης αὐτῆς συνεχοῦς καθάπερ μιᾷ πληγῇ συνεχεῖ πάσαις γίνεται· τὸ δ' ἐν ἑνὶ χρόνῳ γίνεται, ὥστε συμβαίνει τήν τε πρώτην καὶ τὴν ἐσχάτην ἅμα κι-

2. Cur fluctus interdum prius erumpunt quam venti? An quoniam circa flatus principium maris pars prima impulsa in partem sibi proximam semper eodem modo agit? quamobrem quum mare ipsum continuum sit, omnibus maris partibus quasi uno ictu continuo idem evenit, idque uno eodemque fit tempore, ita ut primam et ultimam partem

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

νεῖσθαι. Ὁ δ' ἀὴρ οὐ πάσχει τοῦτο, ὅτι οὐτ' ἐστὶν ἓν σῶμα συνεχές, τῷ πολλὰς πάντοθεν ἀντικρούσεις λαμβάνειν, αἱ πολλάκις κωλύουσι τὴν πρώτην καὶ νεανικωτάτην κίνησιν, τήν τε θάλασσαν οὐ ποιοῦσι τοῦτο διὰ τὸ βαρυτέραν καὶ δυσκινητοτέραν αὐτοῦ εἶναι.

simul moveri evenit. Quod aeri non adcidit, quia corpus unum continuum non est, eo quod multiplices undique repulsus subit qui saepe primum validissimumque movendi impetum impediunt, dum in mare eodem modo non agunt, quia gravius aere motuque difficilius est.

3. Διὰ τί τὰ πλοῖα γέμειν δοκεῖ μᾶλλον ἐν τῷ λιμένι ἢ ἐν τῷ πελάγει, καὶ θεῖ δὲ θᾶττον ἐκ τοῦ πελάγους πρὸς τὴν γῆν ἢ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸ πέλαγος; Ἢ ὅτι τὸ πλέον ὕδωρ ἀντερείδει μᾶλλον ἐκ τοῦ ὀλίγου, ἐν δὲ τῷ ὀλίγῳ δέδυκε, διὰ τὸ κρατεῖν αὐτοῦ μᾶλλον; ὠθεῖ γὰρ κάτω τὸ ὕδωρ ἄνωθεν. Ἐν μὲν οὖν τῷ λιμένι ὀλίγη ἐστὶν ἡ θάλασσα, ἐν δὲ τῷ πελάγει βαθεῖα· ὥστε καὶ ἄγειν πλέον δόξει ἐν τῷ λιμένι καὶ κινήσεται χαλεπώτερον διὰ τὸ δεδυκέναι μᾶλλον καὶ ἧττον ἀντερείδειν τὸ ὕδωρ· ἐν τῷ πελάγει δὲ τἀναντία τούτων ἐστίν.

3. Cur navigia onustiora in portu quam in alto esse videntur, celeriusque de alto in terram currunt quam de terra in altum? An quod plus aquae renititur validius iis quae e pauca veniunt; in pauca contra fundum petunt, quia magis eam domant? aquam enim superne deorsum pellunt. Ergo in portu quidem parum maris est, in alto vero profundum est mare: quapropter et plus pendere in portu videbuntur, et movebuntur aegrius, quia magis merguntur, et aqua minus renititur; at vero in alto horum contraria obtinent.

4. Διὰ τί, ὅταν τι ῥιφθῇ εἰς τὴν θάλατταν κυμαίνουσαν, οἷον ἡ ἄγκυρα, γαλήνη γίνεται; Ἢ διότι ἵσταται ἡ θάλαττα τῷ φερομένῳ, μεθ' οὗ ἀὴρ συγκαταφέρεται, ὃς ἐπ' εὐθείας κάτω φερόμενος καὶ ἐνταῦθα ἐπισπασθεὶς συνεπισπᾶται τὸ ἐκ πλαγίου κινοῦν τὴν θάλατταν; ὁ δὲ κλύδων τῆς θαλάττης οὐκ ἄνωθεν κάτω γίνεται, ἀλλ' ἐπιπολῆς· οὗ λήξαντος γαλήνη γίνεται. Ἔτι συνιοῦσα ἡ θάλασσα εἰς τὰ διαστάντα τῷ φερομένῳ δίνην ποιεῖ· ἡ δὲ δίνη κύκλῳ φέρεται. Ἐπεὶ δ' ἡ εὐθεῖα τοῦ κύκλου κατὰ σημεῖον ἅπτεται, τὰ δὲ κύματα ἐπ' εὐθείας λοξῆς φέρεται, συμβαίνοι ἂν αὐτὰ τοῦ ἐξωτάτου τῆς δίνης κατὰ σημεῖον ἅπτεσθαι, διά τε τὰ εἰρημένα καὶ διὰ τὴν τῆς δίνης φοράν, ἡ προσιοῦσα ἀπωθεῖται αὐτά. Ἀκύμου δ' ὄντος τοῦ κατ' αὐτὴν τόπου, γαλήνην ἐν τῇ ῥήξει αὐτῆς συμβαίνει γίνεσθαι, ὅτι συγκαταβὰς ὁ ἀὴρ τῷ ἐνεχθέντι κάτω, ἀναφερόμενος καὶ ὠθῶν ἄνω τὴν θάλατταν ὥσπερ πομφολυγοῖ αὐτήν· ἡ γὰρ πομφόλυξ ὑγροῦ ὑπ' ἀέρος κάτωθεν ἀνωθουμένου ἐστίν· πομφόλυξ δὲ πᾶσα λεία καὶ γαληνός ἐστιν. Σημεῖα δὲ τῶν εἰρημένων ἐστίν· μετέωρος γὰρ ἡ κατὰ τὸ ἐνεχθὲν κάτω θάλαττα τῆς πέριξ γίνεται μικρὸν ὕστερον.

4. Quam ob causam, ubi aliquid in mare aestuans jactum fuerit, ut ancora, tranquillitas oritur? An quod mare sistitur a re quae fertur, quacum aer fundum petit; hicce autem dum per directum deorsum fertur atque adtrahitur, secum adtrahit quod mare a latere concitat? aestus enim maris non superne deorsum fit, sed in superficie: quo sedato tranquillitas oritur. Ad haec, quum mare in ea spatia coit quae res descendens peperit, vorticem efficit; vortex autem circulo movetur. At quum linea recta circulum per punctum adtingat, fluctusque secundum lineam rectam obliquam ferantur, eveniet ut fluctus per punctum extimam vorticis partem adtingant, cum praedictam ob causam, tum propter vorticis motum, qui adcessu suo repellit eos. Quum autem fluctibus careat locus quem occupat vortex, evenit ut tranquillitas fiat quo loco rumpitur, quoniam aer, qui cum re descendente deorsum latus fuerat, superiora repetens, mareque sursum compellens, id quasi in bullas adtollit, quippe quum bulla ab humore consistat, qui inferne sursum ab aere pellitur; omnis autem bulla laevis tranquillaque est. Ea vero quae diximus, probantur eo quod maris pars rei descendenti respondens paulo post partem circumdantem in sublime adtollitur.

5. Διὰ τί ἐνίοτε πλοῖα θέοντα ἐν τῇ θαλάττῃ εὐδίας καταπίνεται καὶ ἀφανῆ γίνεται, ὥστε μηδὲ ναυάγιον ἀναπλεῖν; Ἢ ὅταν ἀντρώδης τόπος ἐν τῇ ὑπὸ τὴν θάλατταν γῇ ῥαγῇ, ἅμα εἰς τὴν θάλατταν καὶ ἔσω ἀκολουθεῖ τῇ τοῦ πνεύματος φορᾷ, ὁμοίως δὲ καὶ πάντῃ φερομένη κύκλῳ φέρεται κάτω; τοῦτο δ' ἔστι δῖνος. Τὰ δὲ περὶ Μεσήνην ἐν τῷ πορθμῷ πάσχει μὲν τοῦτο διὰ τὸν ῥοῦν (γίνονται γὰρ αἱ δῖναι ὑπὸ τούτου) καὶ καταπίνεται εἰς βυθὸν διὰ ταῦτά τε, καὶ ὅτι θάλαττά τε βαθεῖα καὶ γῆ ὕπαντρος μέχρι πόρρω. Φέρουσιν οὖν εἰς ταῦτα ἀποδιαζόμεναι αἱ δῖναι· διὸ οὐκ ἀναπλεῖ αὐτόθι τὰ ναυάγια. Ὁ δὲ ῥοῦς γίνεται, ὅταν παυσαμένου τοῦ προτέρου ἀντιπνεύσῃ ἐπὶ τῆς θαλάττης ῥεούσῃ

5. Cur interdum navigia, dum serena tempestate mare currunt, absorbentur atque evanescunt, adeo ut ne fragmentum quidem revehatur? An ubi locus cavernosus terrae subditae mari disrumpitur, simul in mare introrsumque flatus impetum sequuntur, hicce autem quum quaquaversus impulsu pari moveatur, in orbem deorsum fertur? hoc autem vortex est. Mari autem circa Messanam in freto quoque idem evenit propter aestum (fiunt enim eo ipso vortices), atque navigia ad fundum absorbentur, tum ob eam quam diximus causam, tum quod mare altum est, terraque ad longinquum usque spatium cavernosa. Ad has igitur cavernas vi illata deferunt vertices: quapropter inibi fragmenta non revehuntur. Aestus autem fit, ubi flatu desistente priori super mari fluente alii huic ex ad-

Digitized by Google

σης τῷ προτέρῳ πνεύματα, μάλιστα δ' ὅταν νότος ἀντιπνεύσῃ· ἀντιπνέοντα γὰρ ἀλλήλοις τὰ ῥεύματα παρεκθλίβεται ὥσπερ ἐν τοῖς ποταμοῖς, καὶ γίνονται αἱ δῖναι. Φέρεται δὲ ἐλιττομένη ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως ἄνωθεν ἰσχυρὰ οὖσα. Ἐπεὶ οὖν εἰς πλάγιον οὐκ ἔστιν ὁρμᾶν (ἀντωθεῖται γὰρ ὑπ' ἀλλήλων), ἀνάγκη εἰς βάθος ὠθεῖσθαι, ὥστε καὶ ὃ ἂν ληφθῇ ὑπὸ τῆς δίνης, ἀνάγκη συγκαταφέρεσθαι· διὸ ἀνάσιμα τὰ πλοῖα ποιοῦνται· ἤδη γὰρ ὀρθόν ποτε μνημονεύεται καταποθέν.

verso, maximeque uo. auster reflaverit: ubi enim undæ sibi invicem ex adverso flant, ad latera extruduntur, ut in fluminibus fit, atque oriuntur vortices. Principium autem motus, quippe superne validum, volvendo fertur. Igitur quum undis latera petere non liceat (impulsu namque repelluntur mutuo), compelli ad fundum necessarium est, ita ut id quoque deferri eodem una cogatur, quodcumque vortex comprehenderit. Eademque causa est, cur repanda construantur navigia: jam enim rectum aliquando absorptum esse memoriæ proditur.

6. Διὰ τί ἡ θάλαττα λευκοτέρα ἡ ἐν τῷ Πόντῳ ἢ ἡ ἐν τῷ Αἰγαίῳ; Πότερον διὰ τὴν ἀνάκλασιν τῆς ὄψεως τὴν γινομένην ἀπὸ τῆς θαλάττης εἰς τὸν ἀέρα; ὁ μὲν γὰρ περὶ τὸν Πόντον ἀὴρ παχὺς καὶ λευκός, ὥστε καὶ τῆς θαλάττης ἡ ἐπιφάνεια τοιαύτη φαίνεται, ὁ δ' ἐν τῷ Αἰγαίῳ κυανοῦς διὰ τὸ μέχρι πόρρω εἶναι καθαρός, ὥστε καὶ ἡ θάλαττα ἀνταυγοῦσα τοιαύτη φαίνεται. Ἢ ὅτι πᾶσαι αἱ λίμναι λευκότεραι τῆς θαλάττης, ὁ δὲ Πόντος ἐστὶ λιμνώδης διὰ τὸ πολλοὺς ποταμοὺς εἰς αὐτὸν ῥεῖν; αἱ δὲ λίμναι διαλευκότεραι τῆς θαλάττης καὶ τῶν ποταμῶν· γράφουσι γοῦν οἱ γραφεῖς τοὺς μὲν ποταμοὺς ὠχρούς, τὴν δὲ θάλατταν κυανέαν. Ἢ ὅτι διὰ μὲν τοῦ ποτίμου διέρχεται ταχὺ ἡ ὄψις, καὶ οὐκ ἀνακλᾶται πρὸς τὸν ἀέρα, ἀπὸ δὲ τῆς θαλάσσης [οὔ], οὔτ' ἄνω ἀνακλᾶται διὰ τὸ μὴ λεῖον εἶναι τὸ ὕδωρ· κάτω δ' ἀποκάμνει βαδίζουσα; διὸ μέλαινα φαίνεται. Ἐν δὲ τοῖς λιμνώδεσιν ἐπιπολῆς ὄντος τοῦ ποτίμου, κάτω δὲ τοῦ ἁλμυροῦ, οὐ διέρχεται, ἀλλ' ἀνακλᾶται πρὸς τὴν αὐγήν· διὸ φαίνεται λευκὴ ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς.

6. Cur mare in Ponto candidius quam in Ægæo est? Utrum propter visus refractionem factam de mari in aerem? est enim aer circa Pontum crassus et albidus, ita ut etiam maris superficies talis cernatur; in Ægæo vero cæruleus, quoniam ad longinquum usque spatium purus est: quocirca mare quoque relucens talis adparet. An quod lacus omnes quam mare candidiores sunt, Pontus autem in lacus speciem transit, eo quod multi in eum fluvii influunt? lacus enim magis quam mare et fluvii albo interstincti sunt: unde pictores flumina quidem pallida, mare vero cæruleum pingunt. An quia per aquam potulentam quidem visus cito permeat, neque ad aerem reflectitur; a mari autem sursum quoque non reflectitur, quoniam lævis aqua non est, deorsum vero progrediens fatiscit? quapropter nigrum esse videtur. In maris tandem partibus quæ lacum simulant, quum aqua potulenta superficiem tenet, salsa vero fundum, visus non permeat, sed ad lucem reflectitur: quapropter alba adparet ejus superficies.

7. Διὰ τί ἡ θάλαττα τοῦ ποτίμου ὕδατος ἧττον ψυχρά, καὶ τὰ ἁλυκὰ τῶν γλυκέων; Πότερον ὅτι πυκνότερον ἡ θάλαττα καὶ μᾶλλον σῶμα, τὰ δὲ τοιαῦτα ἧττον ψύχεται, ὥσπερ καὶ θερμαίνεται μᾶλλον; σωστικωτέρα γὰρ τοῦ θερμοῦ διὰ τὴν πυκνότητα. Ἢ ὅτι λιπαρωτέρα ἡ θάλαττα; διὸ καὶ οὐ σβέννυσι τὴν φλόγα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· τὸ δὲ λιπαρώτερον θερμότερον. Ἢ ὅτι γῆς πολὺ ἔχει, ὥστε ξηρότερον; τὸ δὲ ξηρότερον θερμότερον.

7. Cur mare minus quam aqua potulenta frigidum est, itemque salsæ minus quam dulces? Utrum quod mare spissius et corpulentius est, hujusmodi autem res minus refrigerantur, sicut etiam amplius incalescunt, quippe quæ calorem ob densitatem melius retinent? An quia mare pinguius est? quocirca et flammam non exstinguit. Idem quoque in ceteris rebus evenit: calidius enim quod pinguius est. An quoniam multum terræ continet, ita ut siccius sit? quod enim siccius, id calidius est.

8. Διὰ τί ἡ θάλαττα εὐδιοπτοτέρα τοῦ ποτίμου, παχυτέρα οὖσα; λεπτότερον γὰρ τὸ πότιμον τοῦ ἁλμυροῦ. Ἢ οὐ τὸ λεπτὸν αἴτιον, ἀλλ' εὐθυωρίαι τῶν πόρων πλεῖσται καὶ μέγισταί εἰσιν; Τὸ μὲν οὖν πότιμον πυκνὸν διὰ λεπτομέρειάν ἐστι, τὸ δ' ἁλμυρὸν μεγάλα ἔχει τὰ διάκενα. Ἢ ὅτι καθαρώτερον ἡ θάλαττα; γῆ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν, ἡ δ' ἄμμος βαρεῖα οὖσα ὑφίσταται· τὰ δὲ πότιμα γεώδη· αὐτὴ δ' ἐν τῷ μεταξὺ φερομένη ἀναθολοῦται ταχύ.

8. Cur mare melius perspicitur quam aqua potulenta, etiamsi crassius sit? potulenta enim salsa tenuior est. An tenuitas causa non est, sed rectitudo meatuum plurimorum atque amplissimorum? Potulenta itaque spissa propter tenuitatem suarum partium est, salsa vero ampla continet interstitia inania. An quia purius est mare? terra enim nulla in eo inest, arena vero suo pondere subsidit; at aquæ potulentæ terrosæ sunt, ipsumque mare inter terras decurrens cito turbatur.

9. Διὰ τί ἐν τοῖς βορείοις εὐδιοπτοτέρα ἡ θάλαττα ἢ ἐν τοῖς νοτίοις; Ἢ ὅτι ἐν τῇ γαλήνῃ χρῶμα ἔχει ἡ θάλαττα; λιπαρὸν γὰρ ἔνεστιν ἐν τῷ ἁλμυρῷ χυμῷ. Σημεῖον δέ· ἐκκρίνεται γὰρ ἔλαιον ἐν ταῖς ἁλέαις.

9. Cur aquilioniis tempestatibus melius perspicitur mare quam austrinis? An quia mare per tranquillitatem colore præditum est? inest enim aliquid pinguis in succo salso. Indicium autem est, quod per sudum oleum quoddam

Digitized by Google

Εὐδίας οὖν οὔσης καὶ ἀλεεινοτέρας τῆς θαλάττης, διὰ κουφότητα ἐπανθεῖ ἄνω ὁ τοιοῦτος χυμός. Τοῖς δὲ βορείοις ἧττον διὰ τὸ ψῦχος· ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ εὐδιοπτότερον τοῦ ἐλαίου· τὸ γὰρ ἔλαιον χρῶμα ἔχει, τὸ δ' ὕδωρ ἄχροον παρεμφαινόμενον σαφεστέραν ποιεῖ τὴν ἔμφασιν.

secernitur. Ergo ubi tempestas serena tepidiusque mare est, succus hujusmodi sua levitate superne efflorescit. Quod aquilonis tempestatibus minus fit propter frigus; est autem aqua translucidior quam oleum: id enim colore præditum est; aqua vero, utpote coloris expers, imagini esse admiscens eam clariorem reddit.

10. Διὰ τί λουσάμενοι τῇ θαλάττῃ θᾶττον ξηραίνονται, βαρυτέρᾳ οὔσῃ τῶν ποτίμων; Ἢ ὅτι παχυτέρα καὶ γεώδης ἡ θάλαττα; Ὀλίγον οὖν ἔχουσα τὸ ὑγρὸν ξηραίνεται θᾶττον.

10. Qua de causa qui mari se laverint, ocius resiccantur, etiamsi mare gravius sit quam aquæ potulentæ? An quia crassius et terrosum est mare? Ergo quum parum humoris contineat, cito siccatur.

11. Διὰ τί τὰ κύματα ἀνεμώδη; Ἢ ὅτι σημεῖά ἐστι πνεύματος ἐσομένου; ἔστι γὰρ τὸ πνεῦμα σύνωσις ἀέρος. Ἢ διὰ τὸ ἀεὶ προωθεῖσθαι γίνεται; προωθεῖ δ' οὐ συνεχές πω ὂν τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἀρχόμενον. Τὸ μὲν δὴ πρῶτον ὥσπερ προεμαράνθη, ἄλλο δὲ τοῦτο προέωσε καὶ ἄλλην πυκνότητα ἤγαγεν καὶ ἀπεμαράνθη· ὥστε δῆλον, ὅταν ἤδη τὸ προωθούμενον παρῇ, ὅτι ἥξει καὶ τὸ κινοῦν· ἀρχόμενον γὰρ τοῦτο ποιεῖ.

11. Cur fluctus ventosi sunt? An quia flatus futuri indices sunt? flatus enim compulsus aeris est. An ideo fit quia perpetuo propellitur? propellit autem flatus, ubi nondum continuus est, sed inchoat tantummodo. Primus igitur quasi emarcuit, mox autem hunc alter propellit, factaque altera densitate elanguit: quare ubi unda propulsa jam adest, propellentem quoque venturum esse palam fit: facit enim id ipsum ubi incipit.

12. Διὰ τί τὸ κῦμα προεκπίπτει τοῦ πνεύματος; Ἢ ὅτι οὐχ ἅμα παύεται τὸ πνεῦμα [τὸ] πνέον καὶ ἡ θάλαττα κυμαίνουσα, ἀλλ' ὕστερον ἡ θάλαττα, ἐνδέχεται τὸ κινῆσαν πνεῦμα φθαρῆναι πρὸ τοῦ γενέσθαι αἰσθητόν, ὥστ' οὐ πρότερον τὸ κῦμα πνεύματος, ἀλλὰ τὸ μὲν λανθάνει, τὸ δ' οὔ; Ἢ οὐχὶ τὰ πνεύματα ἅμα πανταχοῦ πνεῖ, ἀλλ' ὅθεν ἡ ἀρχὴ πρότερον; ἅμα δὲ πνεῖ καὶ τὴν πλησίον θάλατταν κινεῖ, αὕτη δὲ τὴν ἐχομένην, καὶ οὕτως ἂν ἐνδέχοιτο πρότερον τὸ κῦμα ἐκπίπτειν· ὑπὸ γὰρ τῆς θαλάσσης, καὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ἡ κίνησις ἡ θάττων τοῦ ἀέρος, ἢ τῆς θαλάττης.

12. Cur fluctus ante flatum prorumpit? An quia non simul ventus flare desistit et mare fluctuare, sed mare serius, ideo fieri potest ut qui moverit, flatus ante obcidat quam sensui patefiat, ita ut non fluctus flatum præcedat, sed hic quidem lateat, ille vero non? An flatus non ubique simul spirant, sed primum unde originem petunt? simul autem spirant et mare sibi proximum movent, hoc vero insequens, atque ita fieri poterit ut fluctus prius prorumpat: motus enim velocior aeris, vel maris, a mari, non a flatu provenit.

13. Διὰ τί ἐν τῇ θαλάττῃ μᾶλλον νεῖν δύνανται ἢ ἐν τοῖς ποταμοῖς; Ἢ ὅτι ὁ νέων ἀεὶ ἐπιστηριζόμενος ἐν τῷ ὕδατι νεῖ, ἐν δὲ τῷ σωματωδεστέρῳ μᾶλλον ἀποστηρίζεσθαι δυνάμεθα, σωματωδέστερον δ' ἐστὶ τὸ θαλάττιον ὕδωρ τοῦ ποταμίου; παχύτερον γάρ ἐστι καὶ μᾶλλον ἀντερείδειν δυνάμενον.

13. Cur in mari melius quam in fluviis natare possunt? An quod qui natat, semper aquæ adnitendo natat, adniti autem firmius ad id possumus, quod corpulentius est, aquaque marina fluviali corpulentior est? crassior enim et ad renitendum validior est.

14. Διὰ τί ποτε ἐν τῇ θαλάττῃ πλείω χρόνον διατελεῖν δύνανται ἢ ἐν τῷ ποταμῷ; Ἢ διότι τὸ ποτάμιον ὕδωρ λεπτόν ἐστιν; Μᾶλλον οὖν παρεισδυόμενον πνίγει.

14. Cur tandem in mari plus temporis valent tolerare quam in fluvio? An quia fluvialis aqua tenuis est? Magis igitur subiens strangulat.

15. Διὰ τί ἡ μὲν θάλαττα κάεται, τὸ δ' ὕδωρ οὔ; Ἢ κάεται μὲν κἀκεῖνο, ἡ δὲ θάλαττα ἧττον σβέννυσι τὸ πῦρ διὰ τὸ λιπαρωτέρα εἶναι; Σημεῖον δ' ὅτι λιπαρωτέρα· ἀπὸ γὰρ τῶν ἁλῶν ἔλαιον ἀφαιρεῖται. Ἢ καὶ ἧττον δύνανται οἱ πόροι ἁρμόττειν τῷ πυρὶ διὰ τὸ παχύτεροι εἶναι, καὶ μᾶλλόν γε δή, ἅτε καὶ τῶν ἁλῶν ἐνυπαρχόντων; Ὥσπερ οὖν τὸ ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ ἧττον σβεστικόν, καὶ τὸ ξηρὸν μᾶλλον κατὰ λόγον καυστικόν ἐστι, καὶ ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον τῷ ἐγγυτέρω τοῦ θερμοῦ εἶναι, τὸ ξηρότερον δὲ τῇ θαλάττῃ· ἄμφω δὲ ταῦτα μᾶλλον ὑπάρχει.

15. Cur mare quidem deuritur, aqua vero non? An et aqua deuritur, sed mare minus ignem exstinguit, quoniam pinguius est? Id vero pinguius esse eo probatur quod e sale depromitur oleum. An etiam meatus maris minus adaptari possunt igni, quia crassiores sunt, idque eo magis, quum sal insit? Ut igitur quod siccum est, minus exstinguere quam quod humidum potest, ita etiam quod amplius siccum est, pro portione urere valet, et alterum magis altero, quo propius ad calorem adcedit; mari autem major siccitas ineat: ei igitur isthæc ambo insunt plenius.

Digitized by Google

16. Διὰ τί ἀπὸ μὲν τῆς θαλάττης οὐκ ἀποπνεῖ ἔωθεν ψυχρόν, ἀπὸ δὲ τῶν ποταμῶν; Ἢ ὅτι ἡ μὲν θάλαττά ἐστιν ἐν ἀναπεπταμένοις τόποις, οἱ δὲ ποταμοὶ ἐν στενοῖς; Ἢ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς θαλάττης αὔρα εἰς πολὺν τόπον σκίδναται, ὥστ' εἶναι ἀσθενής, ἡ δ' ἀπὸ τῶν ποταμῶν ἀθρόως φέρεται καὶ μᾶλλον ἰσχύει· διὸ μᾶλλον εἰκότως φαίνεται ψυχρά. Ἢ οὐ τοῦτό ἐστιν αἴτιον, ἀλλ' οἱ μὲν ποταμοὶ ψυχροί εἰσιν, ἡ δὲ θάλαττα οὔτε θερμή, οὔτε ψυχρά; γίνεται δ' ἡ αὔρα καὶ ἡ ἀναπνοὴ θερμαινομένων, ἢ ψυχομένων τῶν ὑγρῶν· ὁπότερον γὰρ ἂν τούτων πάσχῃ, ἐξαιροῦται, ἐξαιρουμένου δὲ τοῦ ὕδατος ὁ ἀὴρ ὁ γινόμενος φέρεται, ὅ ἐστιν αὔρα. Τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ψυχρῶν ψυχρὸν εἰκότως ἀποπνεῖ, τὸ δ' ἀπὸ τῶν σφόδρα θερμῶν ἀποπνέον ψύχεται καὶ γίνεται ψυχρόν. Τοὺς μὲν οὖν ποταμοὺς ψυχροὺς ἅπαντας εὕροι τις ἄν, ἡ δὲ θάλαττα οὔτε ψυχρά, οὔτε θερμὴ σφόδρα ἐστίν. Οὔτ' οὖν τὸ ἀποπνέον ψυχρὸν ἀπ' αὐτῆς ἐστι, διὰ τὸ μὴ ψυχρὰν εἶναι, οὔτε ψύχεται ταχύ, διὰ τὸ μὴ θερμὴν εἶναι σφόδρα.

16. Quam ob causam de mari quidem mane aura frigida non spirat, de fluminibus vero spirat? An quoniam mare quidem in locis patulis situm est, flumina vero in angustis? Aura igitur maris in spatium dispergitur amplum ita ut reddatur imbecillis, fluminum autem confertim meat ampliusque valet: hinc frigidior merito adparet. An causa non in eo est, sed flumina quidem frigida sunt, mare vero nec calidum, neque frigidum est? fit enim aura et respiratio humore vel calescente, vel frigescente: utrum enim ex his passus fuerit, humor in aerem convertitur: quod si fiat, aer inde ortus procurrit, idque aura est. Quæ igitur a frigidis proficiscitur aura, frigida merito spirat; quæ vero a valde calidis, refrigeratur frigidaque fit. Fluvios igitur frigidos reperies omnes, mare autem neque frigidum, nec calidum valde est. Itaque nec frigidum est quod ab eo spirat, quia mare frigidum non est, nec cito refrigeratur, quia valde calidum non est.

17. Διὰ τί ἐν τοῖς μείζοσι πελάγεσι βραδύτερον καθίσταται κύματα ἢ ἐν τοῖς βραχέσιν; Ἢ ὅτι ἐκ τῆς πολλῆς κινήσεως βραδύτερον καθίσταται πᾶν ἢ ἐκ τῆς ὀλίγης; ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις πελάγεσι πλείων ἡ ἄμπωτις γίνεται ἢ ἐν τοῖς βραχέσιν. Οὐθὲν οὖν ἄλογον τὸ πλεῖον βραδύτερον καθίστασθαι.

17. Cur fluctus in majoribus pelagis tardius sedantur quam in brevibus? An quia res omnis tardius post motum copiosum quam post paucum ad pristinam conditionem redit? æstus enim in magnis pelagis amplior fit quam in parvis. Haudquaquam ergo rationi repugnat, si res copiosior tardius componatur.

18. Διὰ τί τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ ψυχρὸν μὲν οὐ πότιμον, θερμαινόμενον δὲ μᾶλλον γίνεται πότιμον, καὶ θερμὸν δ' ὂν καὶ ἀποψυχόμενον; Ἢ διότι εἰς τὸ ἐναντίον ἀπὸ τοῦ ἐναντίου πέφυκε μεταβάλλειν; ἔστι δὲ τὸ πότιμον τῷ ἁλμυρῷ ἀντικείμενον. Καὶ θερμαινομένου μὲν ἀφέψεται τὸ ἁλμυρόν, ψυχομένου δ' ὑφίσταται.

18. Cur aqua salsa frigida quidem potulenta non est, calfacta vero magis fit potulenta, sive calida, seu refrigerata bibatur? An propterea quod de contrario in contrarium res quæque mutari solita est? aqua enim potulenta salsæ obposita est. Tum ubi calescit quidem, portio salsa decoquitur, ubi vero refrigeratur, subsidit.

19. Διὰ τί τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ὕδατα γλυκέα [ὕδατα], ἀλλ' οὐχ ἁλμυρά; Ἢ διὰ τὸ ποτιμώτερα διηθούμενα γίνεσθαι, διηθεῖται δὲ τὸ ἐγγύτερον τῆς θαλάττης μᾶλλον;

19. Cur aquæ sitæ propter mare dulces magna ex parte sunt, non vero salsæ? An quia percolatæ potui aptiores redduntur, percolatur autem melius quæ mari propior est?

20. Διὰ τί τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ οὐκ ἀπόρρυτόν ἐστιν; Ἢ διότι τὸ μὲν βαρὺ στάσιμον, τὸ δ' ἁλμυρὸν βαρύ; διὸ καὶ τὰ θερμὰ μόνα τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων ἀπόρρυτά ἐστιν· ἔχει γὰρ κουφότητα ἐν αὐτοῖς, ἣ κρατεῖ τῆς κατὰ τὴν ἁλμυρίδα βαρύτητος· τὸ γὰρ θερμὸν κουφότερόν ἐστιν. Ἔτι τὰ μὲν ἀπόρρυτα διηθεῖται διὰ τῆς γῆς· ἠθουμένων δ' ἀεὶ μάλιστα ὑφίσταται τὸ παχύτατον καὶ βαρύτατον, ἐκκρίνεται δὲ τὸ κοῦφον καὶ καθαρόν· ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἁλμυρὸν βαρύ, τὸ δὲ γλυκὺ κοῦφον· διόπερ ἐστὶ γλυκέα τὰ ἀπόρρυτα. Τὸ δ' αὐτὸ αἴτιόν ἐστι καὶ διὰ τί τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ κινούμενον καὶ μεταβάλλον γλυκύτερον γίνεται· κουφότερον γὰρ καὶ ἀσθενέστερον διὰ τὴν κίνησιν γίνεται.

20. Cur aqua salsa deflua non est? An quia gravis quidem aqua stagnat, salsa autem gravis est? quapropter et calidæ tantummodo ex salsis defluæ sunt: habent enim levitatem intra se, quæ pondus salsuginis superat: calidum namque levius est. Adde quod aquæ profluentes per terram percolantur; dum autem percolantur, quantum crassissimum et gravissimum est, id semper magis magisque subsidit; quantum vero leve atque purum, secernitur: salsum enim grave, dulce vero leve est: hinc dulces defluæ sunt. Hoc idem quoque causa est, cur aqua salsa, ubi movetur transferturque, dulcior fiat: motu enim levior atque debilior redditur.

21. Διὰ τί ἐν τῇ Λιβύῃ ἐὰν ὀρύξῃ τις παρὰ τὴν θάλατταν, τὸ πρῶτον πότιμον, εἶθ' ἁλμυρὸν γίνεται ταχύ, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τόποις ἧττον ποιεῖ τοῦτο; Πότερον

21. Cur, si quis in Africa propter mare foderit, aqua principio dulcis, post brevi salsa prodit, dum ceteris in locis minus id evenit? Utrum quia prima quidem aqua in

Digitized by Google

ὅτι τὸ μὲν πρῶτον το ὑπάρχον ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ καὶ τὸ πεπεμμένον ὑπὸ τῆς γῆς ἐστιν, ὅταν δὲ χρονισθῇ, ἡ θάλαττα προσδιηθουμένη διὰ τὸ πρόσφατον εἶναι ποιεῖ ἁλμυρώτερον· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἢ οὐκ ἔχει, ἢ πολὺ ὕδωρ διὰ τὸ μὴ ξηραίνεσθαι τὸν τόπον;

loco ipso præsto jam erat concoctaque sub terra est; sin vero perstiterit, mare percolando additum, quippe recens, aquam reddit salsiorem; ceteris autem locis aqua vel nulla est, vel plurima, quia nempe locus non desiccatur?

22. Διὰ τί τοὺς ἅλας θᾶττον τήκει τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ ἢ τὸ πότιμον; Ἢ διότι τὸ μὲν τήκεσθαί ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ θερμοῦ εἰσιόντος διαιρεῖσθαι, ὥσθ' ὑγρὸν εἶναι, οὐ τήκει δὲ ἃ τὰ ὅλως μὴ δυνάμενα εἰσιέναι, ἢ τὰ οὕτως ὥστε μὴ θιγγάνειν· μόλις δὲ τήκει τὰ ῥᾳδίως διεξιόντα· τὰ δ' ἐπιόντα βιαζόμενα, ταῦτα τάχιστα διαιρεῖ; Οὐκ εἰσέρχεται δὲ τὰ λίαν μεγαλομερῆ· ὑπερέχει γὰρ τῶν πόρων· τὰ δὲ μικρομερέστερα διέρχεται οὐ ψαυόμενα. Ἔστι δὲ τὸ μὲν πότιμον λεπτόν, τὸ δ' ἁλμυρὸν παχύτερον· ὥστε τὸ μὲν ῥᾳδίως διὰ τὴν λεπτότητα διαδῦναν μόλις τήκει, τὸ δ' εἰσέρχεται μέν, ἧττον δέ, καὶ διὰ τὸ μεγαλομερέστερον εἶναι διαιρεῖ καὶ βιάζεται θᾶττον.

22. Cur sal liquat ocius aqua salsa quam potulenta? An quod liquatio eo constat ut ab humore, calore subeunte, fiat divisio, ita ut liquidum sit, non liquant autem tum quæ subire omnino non possunt, tum quæ ita subeunt ut non tangant; vix vero illa eliquant quæ facile transmeant; contra celerrime dirimunt quæ vi illata invadunt? Non subeunt autem quæ amplis admodum partibus constant, quippe quæ meatus excedunt; contra quæ minutioribus constant, transeunt sine tactione. Atqui potulenta quidem aqua tenuis, salsa vero crassior est, ita ut altera quidem sua tenuitate facile penetrans vix liquefaciat, altera vero subeat quidem, sed minus, atque propter suarum partium magnitudinem dirimat atque vim inferat celerius.

23. Διὰ τί τὸ ὕδωρ ἧττον φαίνεται λευκόν, ἐὰν κινῆται, οἷον καὶ ἡ φρίκη; διὸ καὶ Ὅμηρος ἀρχομένου φησὶ τοῦ πνεύματος (Ἰλ. η, 64)·

μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς.

Ἢ διὰ δύο αἰτίας, ἐγγύθεν μὲν τῆς ὄψεως οὔσης, διὰ τὸ διιέναι τὴν ὄψιν μᾶλλον ἠρεμοῦντος, κινουμένου δὲ μὴ εὐθυπορεῖν· τὸ δὲ διαφανὲς λευκὸν φαίνεται· δι' οὗ γὰρ μὴ διέρχεται ἡ ὄψις, μέλαν φησὶν εἶναι· διὸ καὶ ὁ ἀὴρ πόρρωθεν μέλας φαίνεται, ὁ δ' ἐγγὺς λευκός, καὶ θαλάττης τὸ μὲν ἐγγὺς λευκόν, τὸ δὲ πόρρωθεν κυανοῦν καὶ μέλαν· πόρρωθεν δέ, κινουμένης πως τῆς ὄψεως, καὶ τῷ διανακλᾶσθαι ἀθρόον τὴν ὄψιν, ἐὰν ἠρεμῇ, πρὸς τὸ φῶς, κινουμένου δὲ μὴ δύνασθαι;

23. Cur aqua minus candida adparet, si moveatur, ut in maris horrore fit? unde Homerus flatu oriente inquit:

et flatu nigrescit pontus eodem.

An duabus de causis: si prope quidem est visus, quod visio magis transmeat aqua manente; ubi vero movetur, directo tramite non progreditur; candidum namque esse videtur quod perlucidum est: per quod enim visus non transit, id atrum esse adfirmat: quamobrem aer quoque niger e longinquo, candidus vero qui propior est, adparet, et maris quod prope quidem adest, candidum, quod vero procul, cæruleum et nigrum; e longinquo vero, quando visus quodammodo movetur, causa etiam est quod confertim ad lucem reflectitur, ubi quiescit: quod fieri nequit, ubi movetur?

24. Διὰ τί ἐν τοῖς βαθέσι πελάγεσι τὸ κῦμα οὐκ ἐπιγελᾷ, ἀλλ' ἐν τοῖς μικροῖς; Πότερον ὅτι τὸ μικρὸν φερόμενον ὕδωρ διαιρεῖται ὑπὸ τοῦ ἀέρος μᾶλλον ἢ τὸ πολύ; διὸ θραύεται πατάξαν μᾶλλον. Ἐν μὲν οὖν τῷ βαθεῖ πολὺ τὸ κινούμενον, ἐν δὲ τῷ βραχεῖ ὀλίγον.

24. Cur fluctus in altis pelagis non subrident, sed in parvis? Utrum quoniam aqua pauca ubi movetur, ab aere magis dividitur quam multa? propterea illidens facilius frangitur. Atqui in alto multum, in brevi vero parum est quod movetur.

25. Διὰ τί οἱ πρὸς νότον τόποι ἁλυκώτερα τὰ ὕδατα ἔχουσιν; Ἢ διὰ τὸ τὴν θάλατταν ὑπὸ νότου ὠθεῖσθαι ὑπὸ τὴν γῆν κεράννυται;

25. Cur loca austrum versus spectantia aquas continent salsiores? An remiscetur propterea quod mare ab austro sub terram pellitur?

26. Διὰ τί τῶν ὑδάτων τὸ ἁλμυρὸν ἐπὶ τῷ γλυκεῖ οἴνῳ μᾶλλον ἐπιπολάζει ἢ ἐπὶ τῷ αὐστηρῷ; Πότερον ὅτι μᾶλλον ἔχει γῆν ὁ γλυκύς, ὥσπερ ἡ ἀσταφίς; Ἢ ὅτι βαρύτερος καὶ γλισχρότερος ὁ γλυκύς, ὥσθ' ἧττον μίγνυται, μὴ μιγνύμενον δ' ἐφίσταται;

26. Cur aqua salsa vino dulci magis quam austero supernatat? Utrum quod dulce plus terræ continet, sicuti uva passa? An quia gravius et lentius dulce est, ita ut minus misceatur; ubi vero non admiscetur, innatat aqua?

27. Διὰ τί ὅλως ἐφίσταται γεῶδες ὄν; ἡ γὰρ οἰκεία φορὰ κάτω. Πότερον ὅτι μᾶλλον ἔχει γῆν ὁ γλυκύς; Ἢ διὰ τὴν θερμότητα, καθάπερ οἱ ἅλες; ὅμοιον γὰρ ἐξανθήματι. Ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν; εἰ γὰρ οὐ διὰ τοῦτο, καὶ ἐπὶ τῷ γλυκεῖ μᾶλλον, οὐκ ἄλογον· θερμότατος γάρ.

27. Cur omnino innatat, etiamsi terrena sit? proprius namque hujus motus deorsum est. Utrum quod dulce plus terræ continet? An propter calorem modo sali? efflorescentiæ namque similis est. An alia de causa fit? nam si non propterea ita fiat, idque inprimis in vino dulci, rationi non repugnat: calidissimum enim est.

Digitized by Google

28. Διὰ τί τὰ κύματα πρότερον φοιτᾷ ἐνίοτε τῶν ἀνέμων; Ἢ διότι καὶ τελευτᾷ ὕστερον; τὸ γὰρ πρῶτον πνεῦμα ὡσανεὶ προδιαλύεται τοῦ ὠσθέντος κύματος· ἀφικνεῖται δ' οὐκ αὐτὸ τὸ πρῶτον ὠσθέν, ἀλλ' ἀεὶ ἡ ὦσις γίνεται τοῦ ἐχομένου.

28. Cur fluctus ante interdum veniunt quam venti? An quia etiam posterius desistunt? primus etenim flatus prius quasi dissolvitur quam fluctus quem impulit; devenit autem in terram non ea unda quæ prima impulsa est, sed semper impulsus ferit sequentem.

29. Διὰ τί αἱ κυματωδέστεραι γαῖ στερραὶ γίνονται πολλάκις οὕτω σφόδρα ὥσπερ ἠδαφισμέναι, καὶ ἡ μὲν κυματώδης γῆ στερρά, ἡ δ' ἄποθεν χαῦνος; Ἢ διότι ἡ μικρὰ ἄμμος οὐ πόρρωθεν ἐκβάλλεται ὑπὸ τοῦ κύματος, ἀλλ' ἡ μείζων μᾶλλον, ὥσπερ καὶ τῇ χειρὶ βάλλειν πόρρω οὐ τὸ ἐλάχιστον μάλιστα δυνατόν; Ἔπειτα πολλῶν κυκωμένων τὰ ἐλάχιστα ἐμπίπτοντα πυκνοῖ. Ἡ δὲ τοῦ κύματος λωφῶντος κίνησις ἐδαφίζει, κινεῖ δ' οὐκέτι. Διὰ μὲν οὖν τὸ τὰ μικρότατα μὴ πόρρω δύνασθαι πηδᾶν, ἐκ μικρῶν σφόδρα συντέθειται· διὰ δὲ τὸ πολλάκις κινεῖσθαι συνεχὴς γίνεται πιπτούσης ἄμμου, ἕως ἂν συναρμόσῃ· διὰ δὲ τὸ κῦμα τὸ τελευταῖον ἐδαφίζεται, καὶ τὸ ἠρέμα ὑγρὸν συγκολλᾷ· ἡ δὲ πόρρω ξηρά τε οὖσα διίσταται, καὶ ἐκ μειζόνων ἐστὶ λιθιδίων καὶ ἀνεδάφιστος.

29. Cur littora fluctuosiora solida sæpe efficiuntur adeo ut quasi pavimenta videantur, atque fluctuosa quidem terra solida est, remota vero laxa? An propterea quod fluctus arenam non minutam, sed majusculam potius, procul ejiciunt, uti et manus non quod minimum est, id maxime longe jacere potest? Tum etiam, ubi multa remiscentur, minima densant incidentia. Fluctuum vero residentium motio in pavimentum convertit, sed non amplius movet. Ergo quoniam minima procul prosilire nequeunt, ex admodum parvis coagmentatur; quoniam vero motu frequenti agitantur, continuum redditur, arena incidente, donec coaptaverit; fluctibus tandem ultimis in pavimentum convertitur, et humor sensim irrorans conglutinat; at pars remota oræ dehiscit, utpote sicca, lapillisque constat majoribus, et in pavimentum non convertitur.

30. Διὰ τί τῆς θαλάσσης τὰ ἄνω τῶν ἐν τῷ βάθει ἁλμυρώτερα καὶ θερμότερα; Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς φρέασι τοῖς ποτίμοις τὸ ἐπιπολῆς ἁλμυρώτερον τοῦ εἰς βάθος, καίτοι ἔδει τὸ κατωτέρω· βαρύτερον γὰρ τὸ ἁλμυρόν. Ἢ διότι ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἀνάγει ἀεὶ τὸ ἐλαφρότατον ἀπὸ τῶν ὑγρῶν; τὸ δὲ ποτιμώτερον ἀεὶ κουφότερον, μᾶλλον δ' ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἐγγυτέρω τόπων, ὥστε καὶ τῆς θαλάττης ἀπὸ τῶν ἐπιπολῆς, καὶ τῶν ποτίμων ἀνάγκη τὸ λειπόμενον ἁλμυρώτερον εἶναι, ἀφ' ὧν ἀνῆκται ἢ ἀφ' ὧν μηθέν, ἢ ἔλαττον τὸ γλυκύ. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ θερμότερα τὰ ἄνω· τὸ γὰρ ἁλμυρὸν θερμότερον τοῦ ποτίμου· διὸ καί φασί τινες τῶν ἡρακλειτιζόντων ἐκ μὲν τοῦ ποτίμου ξηραινομένου καὶ πηγνυμένου λίθους γίνεσθαι καὶ γῆν, ἐκ δὲ τῆς θαλάττης τὸν ἥλιον ἀναθυμιᾶσθαι.

30. Cur superior pars maris salsior et calidior est quam quæ in fundo? In puteis quoque similiter potui idoneis superficies salsior est quam pars fundo propior, quamquam inferius debuisset: gravius enim quod salsum est. An quia sol et aer partem humorum levissimam adsidue educunt? quo magis enim potulenta est aqua, eo levior semper est, potiusque de propioribus locis hauriunt, ita ut e maris etiam superficie hauriant, atque quod ab aquis dulcibus restat, salsior necessario esse debeat, ea unde aliquid eductum est, magis quam quibus nihil, vel parum dulcedinis. Propterea calidiora quoque sunt superiora: salsum enim quam potulentum calidius est: quapropter nonnullis Heracliti sectatoribus placet ex aqua potulenta siccata concretaque lapides terramque fieri, e mari autem solem exhalari.

31. Διὰ τί τῆς θαλάττης τὰ πρὸς τῇ γῇ γλυκύτερά ἐστιν; Ἢ διότι ἐν τῇ κινήσει μᾶλλόν ἐστιν; κινούμενον δὲ τὸ ἁλμυρὸν γλυκύτερον γίνεται. Ἢ ὅτι καὶ ἐν τῷ βάθει ἁλμυρώτερόν ἐστι τὸ ὕδωρ, τὰ δὲ πρὸς τῇ γῇ ἧττόν ἐστι βαθέα; διὸ καὶ ταχυῤῥιβαθῆ ἁλμυρά ἐστι, καὶ οὐχ ὁμοίως γλυκέα. Τούτου δ' αἴτιον ὅτι βαρὺ ὂν τὸ ἁλμυρὸν φέρεται μᾶλλον εἰς βάθος.

31. Cur maris pars terræ proxima dulcior est? An quia frequentius movetur? salsa enim aqua, ubi movetur, dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo quoque salsior est, minus autem alta quæ proxima terræ est? quamobrem et quæ statim a terra præcipiti altitudine descendunt, salsa sunt, et non æque dulcia. Cujus rei causa est quod salsum suo pondere ad fundum potius defertur.

32. Διὰ τί ἡ θάλαττα μόνον τῶν ὑδάτων κάεται, τὰ δὲ πότιμα καὶ ποτάμια οὔ; Πότερον ὅτι γῆν πολλὴν ἔχει; δηλοῦσι δ' οἱ ἅλες. Ἢ διότι λιπαρά; δηλοῖ δὲ τὸ ἐν τοῖς ἅλασιν ἐφιστάμενον ἔλαιον.

32. Cur mare solum omnium aquarum deuritur, aquæ vero potulentæ et fluviales non? Utrum quia multum continent terræ? quod salis argumento constat An quoniam pingue est? quod oleum demonstrat sali innatans.

33. Διὰ τί ἐν ταῖς λίμναις ἄμμος οὐ γίνεται, ἢ ἧττον ἢ ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ τοῖς ποταμοῖς; Ἢ ὅτι ἐν τῇ θαλάττῃ πέτραι γίνονται, καὶ ἡ γῆ ἐκκέκαυται μάλιστα, ἡ δ' ἄμμος ἐστὶ πέτρα ἐψηγμένη εἰς μικρὰ καὶ ἐλάχιστα μόρια, ψήχεται δὲ διὰ τὴν πληγὴν τῶν κυμάτων·

33. Cur in lacubus arena fit vel nulla, vel paucior quam in mari et fluviis? An quia saxa in mari inveniuntur, et terra exusta maxime est, arena autem saxum est in parva minimaque fragmenta contritum, teritur autem ictu flu-

Digitized by Google

ἐν δὲ ταῖς λίμναις οὐ γίνονται ὁμοίως πέτραι καθαραί, οὐδὲ θραύονται ὁμοίως διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι κύματα ὁμοίως· ἐν δὲ τοῖς ποταμοῖς μᾶλλον, ὅτι τὴν μὲν γῆν καταφέρουσι, τὰς δὲ πέτρας τῇ πληγῇ θραύουσιν;

tuum; at in lacubus saxa pura non æque inveniuntur, neque comminuuntur eodem modo, eo quod fluctus non pari modo excitantur; sed in fluviis potius, quoniam terram secum deferunt saxaque ictu comminuunt?

34. Διὰ τί, ὅταν ἡ λίμνη ἢ κοπάσῃ, ἢ ξηρὰ γένηται, ἀποκάεται ὁ σῖτος ἐν τῷ πεδίῳ μᾶλλον; Πότερον ὅτι τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῇ λίμνῃ ἀπατμίζον τῇ ἀτμίδι θερμαίνει τὸν ἀέρα, ὥστ' ἐλάττους καὶ ἀσθενεστέρους ποιεῖ τοὺς πάγους ἢ ἐν τοῖς κρίλοις καὶ προσελώδεσι τόποις; Ἢ ἐκ τῆς γῆς, ὥσπερ λέγεται, τὰ ψύχη ἄρχεται καὶ λανθάνει εἰσδυόμενα; Ξηρᾶς οὖν οὔσης τῆς λίμνης, διὰ πλείονος τόπου ἡ ψυχρότης πλείων προσπίπτουσα πήγνυσι καὶ ἀποκάει μᾶλλον. Ἐν δὲ ταῖς τοιαύταις χώραις τὰ ψύχη κάτωθεν γίνεται, ὥσπερ καὶ δοκεῖ, καίτοι ἡ γῆ θερμὴ τοῦ χειμῶνος, ἀλλὰ διὰ τὸ ἔφυγρον εἶναι κατέψυκται τὸ ἐπιπολῆς θερμὸν τὸ ἐν τῇ γῇ· τὸ γὰρ ὑγρὸν οὐθ' οὕτω πόρρω ἐστὶν ὥστε μὴ ψύχεσθαι, διὰ τὴν ἐνοῦσαν θερμότητα ἐν τοῖς ὑγροῖς, οὐθ' οὕτως ὀλίγον ὥστε μηθὲν ἰσχύειν, διὰ τὸ διάβροχον εἶναι τὴν γῆν. Οἷον οὖν διὰ τὴν ψύξιν αὐτοῦ συμβαίνει ἐπὶ κρυστάλλου περιπατεῖν καὶ οἰκεῖν.

34. Quam ob causam, ubi lacus vel defecit, vel exsiccatus est, frumentum in campo acrius deuritur? Utrum quod humor lacus dum evaporatur, aerem suo vapore calefacit, ita ut minus atque imbecillius reddat gelu quam locis cavis et paludibus vicinis? An de terra, ut vulgo dicitur, frigus incipit et subit clanculum? Lacu igitur sicco, frigus vehementius per spatium amplius invadens congelat deuritque amplius. Locis autem hujusmodi frigora inferne adveniunt, quemadmodum et vulgo creditur, quamquam terra caleat tempore hiberno; verum quia uvida est, calor qui telluris superficiem tenet, refrigeratus est: humor enim nec adeo procul est ut non refrigeretur propter calorem qui in liquidis inest, nec adeo paucus ut omni vi careat, quia terra permadida est. Fit igitur propter ejus refrigerationem ut quasi super glacie et ambuletur et habitetur.

35. Διὰ τί ἡ θάλαττα ἁλμυρὰ καὶ πικρά ἐστιν; Ἢ ὅτι ἐν τῇ θαλάττῃ πλείους εἰσὶν οἱ χυμοί; καὶ γὰρ τὸ ἁλμυρὸν καὶ τὸ πικρὸν ἅμα φαίνεται.

35. Cur mare salsum et amarum est? An quia in mari plures exstant sapores, quippe quum salsum et amarum simul adparent?

36. Διὰ τί τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ ὄστρακα καὶ λίθοι στρογγύλα γίνεται; Ἢ ὅτι ὁμοίως περιθραυόμενα τὰ ἔσχατα εἰς τὸ στρογγύλον σχῆμα ἔρχεται; τούτου γὰρ τὸ ἔσχατον ὅμοιον, ἡ δὲ θάλαττα πάντῃ κινοῦσα ὁμοίως περιθραύει.

36. Cur testæ et lapides in mari rotunda redduntur? An quia extrema pari modo circumfracta ad rotundam deveniunt speciem? hujus enim extrema similia sunt, mare autem quoquoversus agitando pariter circumundique frangit.

37. Διὰ τί ἐνιαχοῦ, ἐάν τις ὀρύξῃ παρὰ τὴν θάλατταν, τὸ μὲν πρῶτον πότιμόν ἐστιν ὕδωρ, εἶθ' ἁλμυρὸν γίνεται; Ἢ ὅτι αὐτῆς ἐστι τῆς θαλάττης τῆς διηθούσης ὑπὸ τὴν γῆν τὸ ὕδωρ; Εἰκότως οὖν τὸ πρῶτόν ἐστι γλυκύ· ἐλαφρότερον γάρ ἐστι τὸ γλυκὺ τοῦ ἁλμυροῦ, καὶ ἡ θάλαττα ἔχει τι τοῦ γλυκέος, ὃ μιχθὲν τῇ γῇ μᾶλλον ἐπιπολάζει· τὸ δ' ἁλμυρὸν διὰ τὸ βάρος καὶ διὰ τὸ τμητικὸν εἶναι κάτω φέρεται. Εἴτ' οὖν οὕτως, εἴτε κατὰ τὰς φλέβας ἐκ τῆς ἠπείρου ῥεῖ ἐπὶ τὴν θάλατταν τὸ γλυκὺ ὕδωρ, εἰκότως ἂν ἐπιπολῆς εἴη τῆς θαλάττης, ἢ μίγνυται αὐτῇ. Ἀνοιχθέντων δὲ τῶν πόρων, ὕστερον διὰ πλῆθος τὸ ἁλυκὸν κρατοῦν τοιοῦτο πᾶν ποιεῖ· συμβαίνει γὰρ περραγμένων τῶν ἄνω πόρων ἄλλην ὁδὸν ζητεῖν τὸ ἐπιρρέον· ἀνοιχθέντων δ' ἐνταῦθα πᾶν φέρεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν τοῦ σώματος φλεβῶν.

37. Quamobrem nonnusquam, si quis circa mare infodiat, prima quidem aqua potulenta est, post vero salsa efficitur? An propterea quod a mari ipso provenit aquam sub terram colanti? Merito igitur prima dulcis est: levior enim dulcis quam salsa est, et mare dulcis aliquid humoris in se habet, quod terræ admistum potius superficiem petit; salsum vero, quoniam et grave est et aptum ad secandum, inferiora petit. Sive igitur ita fiat, sive per venas ex continente in mare dulcis fluat aqua, rationi non repugnat eam in maris quod ei adniscetur, superficie reperiri. Meatibus vero patefactis, postea humor salsus copia sua vincens sibi similem totam reddit aquam: adcidit enim ut superis obseptis meatibus, iter aliud quærat aqua adfluens; contra patefactis universa isthuc fertur, quo modo in corporis venis fit.

38. Διὰ τί ἡ θάλαττα οὖσα βαρυτέρα τοῦ ποτίμου ὕδατος μᾶλλόν ἐστιν εὐδίοπτος; Πότερον ὅτι λιπαρωτέρα; τὸ δ' ἔλαιον ἐπιχυθὲν ποιεῖ μᾶλλον εὐδίοπτον· ἔχουσα δ' ἐν αὑτῇ λίπος εἰκότως μᾶλλον εὐδίοπτός ἐστιν. Ἢ οὐχ ἅπαν τὸ ἐλαφρότερον καὶ εὐδιοπτότερον; αὐτὸ γὰρ τὸ ἔλαιον ἐλαφρότερον τοῦ ὕδατος, εὐδιοπτότερον δ' οὔ. Ἢ οὐκ εὐδιοπτότερόν ἐστιν, ἀλλὰ

38. Cur mare, etiamsi gravius quam aqua potulenta sit, facilius perspicitur? Utrum quia pinguius est? nam oleum adfusum id reddit perlucidius, meritoque quum intra se pinguis aliquid habeat, perlucidius est. An non quidvis, quo levius, eo perlucidius est? ipsum enim oleum aqua levius est, verum non perlucidius. An non perlucidius est,

Digitized by Google

φαίνεται; τὸ γὰρ πότιμον ὕδωρ ἀπὸ τῆς γῆς, ἡ ἀπὸ ῥευμάτων ἐστίν, ἡ δὲ πηγὴ συναφίησι μετὰ τοῦ ὕδατος καὶ γῆν, ὥστε τῷ μὴ καθαρὰ εἶναι τὰ ῥεύματα συγκατάγει τὴν γῆν καὶ ἰλύν. Αὕτη οὖν ἐστιν ἡ αἰτία τοῦ ἧττον εἶναι εὐδίοπτον.

sed esse videtur? nam quum aqua potulenta aut a terra, aut a fluxu proveniat, fons suam aquam non sine terra emittit, ita ut, quum fluxus puri non sint, tum terram, tum cœnum secum devehat. Causa igitur hæc est cur minus perlucida sit.

39. Διὰ τί οἱ νέοντες ἐν τῇ θαλάττῃ λαπαροὶ γίνονται; εἰ γὰρ ὅτι πονοῦσι, καὶ οἱ τροχαζόμενοι ἰσχυρὸν πονοῦσι πόνον καὶ οὐ λαπάττονται. Ἢ ὅτι οὐ πᾶς πόνος ποιεῖ λάπαξιν, ἀλλ' ὁ μὴ ποιῶν σύντηξιν; ἡ δ' ἐν τῇ θαλάττῃ διατριβὴ καὶ ὅλως δοκεῖ βρωτικωτέρους ποιεῖν καὶ λαπαρούς· θερμή τε γάρ ἐστι καὶ ξηρὰ ἡ ἀπ' αὐτῆς ἀτμίς.

39. Qua de causa eorum qui in mari natant, venter subducitur? quodsi enim hoc a labore penderet, objici posset, quod currentium, etiamsi vehementem exantlent laborem, venter non relaxatur. An quia ventrem subducit non omnis labor, sed solus qui nullam adfert colliquationem? mora enim in mari in universum tum edaciores reddere, tum ventrem relaxare videtur: nam vapor maris calidus et siccus est.

40. Διὰ τί Πᾶσα λίμνη πότιμος οὖσα πλύνει καὶ ῥύπτει τὰ ἱμάτια; πλύνει μὲν γὰρ τὸ γλυκύ, ῥύπτει δὲ τὸ πικρόν, ἅμα δ' οὐχ οἷόν τ' ἔχειν ταῦτα. Ἢ οὐ τῷ πικρὸν εἶναι οὐθὲν ῥύπτει, ἀλλ' ἡ γλισχρότης ῥυπτικόν; διὸ καὶ τὰ ἀκροκώλια καὶ ὅσα μυξώδη τοιαῦτα· ὥστε καὶ τῶν πικρῶν ὅσα τούτου μετέχει. Ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ συμβέβηκε τοῦτο, ὥστε τῆς νιτρώδους δυνάμεως τὸ μὲν πικρὸν ἐκκεκαῦσθαι, ἐμμένειν δὲ τὸ λιπαρὸν καὶ γλίσχρον. Τούτῳ μὲν οὖν ῥύπτει, πλύνει δὲ τῷ ποτίμῳ αὐτῆς.

40. Cur lacus Pasa, qui potulentus est, lavat et detergit vestimenta? dulcedo enim lavat, amaritudo vero detergit: quæ quidem haberi simul non possunt. An nihil propter amarorem detergit, sed lentor detergere valet? quamobrem et trunculi, et quæcumque mucosa hujusmodi sunt, detergent, ita ut amara quoque, quæ hanc facultatem participant, [idem facere valeant]. In hoc autem lacu id ipsum eapropter adcidit quia nitrosæ quidem virtutis amaror deustus est, pingue vero et lentum remanet. Hoc igitur detergit, lavat autem suo dulci humore.

41. Διὰ τί τὸ γαληνίζον τῆς θαλάττης λευκὸν φαίνεται, τὸ δὲ κατάφορον μέλαν; Ἢ ὅτι τὸ ἧττον ὁρώμενον μελάντερον μᾶλλον φαίνεται, ἧττον δὲ φαίνεται τὸ κινούμενον τοῦ ἠρεμοῦντος; Ἢ διότι τὸ μὲν διαφαινόμενον λευκόν, τὸ δὲ μὴ διαφαινόμενον μέλαν ἧττον δὲ διαφαίνεται τὸ κινούμενον.

41. Cur mare tranquillum quidem albicat, quod defertur vero nigricat? An quia quod minus cernimus, nigrius id esse videtur, minus autem cernimus quod movetur quam quod quiescit? An quoniam candet quidem quod transspicitur, nigret vero quod adspectui pervium non est, minus autem id transspicitur quod movetur.

ΤΜΗΜΑ ΚΔ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΑ ΘΕΡΜΑ ΥΔΑΤΑ.

SECTIO XXIV.

QUÆ AD AQUAS CALIDAS PERTINENT.

1. Διὰ τί τὸ θερμὸν ὕδωρ, ἐὰν ἐπικεχρισμένοι ὦσιν ἐλαίῳ, ἧττον θερμόν ἐστι καταχεόμενον, τοῦ ἐλαίου θερμοῦ ὄντος; Ἢ διὰ τὸ λεαίνειν ὀλισθαίνει καὶ ἧττον ἐνδύνει;

1. Cur aqua calida si adfundatur, minus calida est ubi peruncti oleo sumus, etiamsi oleum calidum sit? An quia lævigat oleum, delabitur aqua, minusque subit?

2. Διὰ τί τὰ ὕδατα ἐν τοῖς φρέασι μετὰ μεσημβρίαν γίνεται τοῦ θέρους θερμά; Ἢ διότι τηνικαῦτα ἤδη κεκράτηκε τὸ θερμὸν τὸν ἀέρα, πρὸ μεσημβρίας δὲ τὸ θερμὸν λύει τὸ ψυχρὸν καὶ παύει; οὐχ ἅμα δὲ πέπαυται καὶ κρατεῖ, ἀλλ' ὅταν ἐπιχρονίσῃ.

2. Cur puteorum aquæ calidæ inde a meridie æstate reddunturʔ An quia tunc aerem jam vicit calor, ante meridiem vero calor frigus solvit eique finem imponit? non enim simul alter cessat, alter superat, sed immorando.

3. Διὰ τί τὸ ὕδωρ θερμότερον ἐνίοτε τῆς φλογὸς γινόμενον οὐ κατακάει τὰ ξύλα, ἡ δὲ φλὸξ κατακάει; Ἢ ὅτι ἡ μὲν φλὸξ λεπτομερές, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς πνεῦμα, τὸ δ' ὕδωρ μεγαλομερές, ὥστ' οὐκ εἰσδύεται; ἡ δὲ φλὸξ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀνθράκων διὰ λεπτότητα εἰσιὸν διαλύει.

3. Cur aqua, etiamsi interdum calidior fiat quam flamma, ligna tamen non deurit, flamma vero deurit? An quia flamma subtilis est, itemque spiritus ab ea proficiscens; aqua vero magnis constat particulis, ita ut non subeat? flamma enim carbonumque calor ob tenuitatem subeuntes resolvunt.

Digitized by Google

4. Διὰ τί τὸ μὲν ὕδωρ τὸ ζέον οὐ τήκει, ἡ δὲ κοιλία τήκει; Πότερον ὅτι τὸ μὲν θερμὸν τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ εἰσέρχεται διὰ λεπτότητα, τὸ δ' ὕδωρ οὐκ εἰσέρχεται διὰ παχύτητα; *Ἢ διότι καὶ τὰ ἄλλα κωλύει τήκεσθαι τὸ ὑγρόν; οὐθὲν γὰρ ἐν ὑγρῷ τήκεται· ἐν δὲ τῇ κοιλίᾳ τὸ ὑγρὸν εἰς τὴν κύστιν ὑπονοστοῦν οὕτω λύει.

4. Cur aqua fervens quidem non liquefacit, venter autem liquefacit? Utrum quia ventris quidem calor sua tenuitate subit, aqua vero sua crassitudine non subit? An quod cetera quoque liquefieri humor prohibet? nulla enim res in humore liquefit; at in ventre humor in vesicam se recipiens ita solvit.

5. Διὰ τί τῶν ἀγγείων ὁ πυθμὴν οὐ κάει ἐνόντος τοῦ ὕδατος καὶ ζέοντος, ἀλλὰ καὶ φέρουσι τοῦ πυθμένος ἐχόμενοι, ἐξαιρεθέντος δὲ κάει; *Ἢ ὅτι σβέννυται τὸ ἐγγινόμενον θερμὸν ἐν τῷ πυθμένι ὑπὸ τοῦ ὕδατος; διὸ καὶ οὐ τήκεται τὰ τηκτά, ἂν μὴ ψόφος ἐμπέσῃ.

5. Cur fundus vasorum non urit, etiamsi aqua fervens insit, sed vel fundum tenentes deportant, aqua vero exempta urit? An quod calor ad fundum perveniens exstinguitur ab aqua? hinc quoque non liquantur res liquabiles, nisi sonitus supervenerit.

6. Διὰ τί οὐχ ὑπερζεῖ τοῦ χειμῶνος ὁμοίως καὶ τοῦ θέρους τὸ ὕδωρ, οὐ μόνον ὁμοίως θερμαινόμενον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον καὶ ὁμοίως θερμὸν ὄν, καὶ ἔτι μᾶλλον; *Ἢ διότι ἡ ὑπέρζεσίς ἐστιν ἡ ἀναβολὴ τῶν πομφολύγων; Τὸ μὲν οὖν ὕδωρ αὐτὸ θερμαίνεται τότε οὐθὲν ἧττον ἢ τοῦ ψύχους, αἱ δὲ πομφόλυγες αἴρεσθαι οὐ δύνανται ὁμοίως διὰ τὸ τὸν περιέχοντα ἀέρα εἶναι ψυχρόν, ἀλλ' ἐλάττους τε τὰ μεγέθη αἴρονται ὑπὸ τοῦ ψύχους ὀλιβόμεναι, καὶ διακόπτοντος τοῦ ἀέρος ταχὺ διαπίπτουσιν, ὥστ' ἐλάττους τε τῷ ὄγκῳ καὶ τῷ πλήθει γίνονται τοῦ χειμῶνος, τοῦ δὲ θέρους τοὐναντίον· ἡ δὲ ὑπέρζεσις γίνεται διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἀφροῦ.

6. Cur aqua non perinde hiberno tempore ut æstivo effervet, etiamsi non solum pari concalfiat igni, sed vel pleniori, ac tantumdem caleat, vel etiam vehementius? An quod aquæ effervescentia bullarum expulsio est? Aqua igitur ipsa nihilo minus tunc quam per frigus calefit, sed bullæ non æque elevari possunt quia ambiens aer frigidus est, sed mole minores elevantur, quippe quum frigore comprimuntur et aere dirimente cito concidunt, ita ut et pauciores et mole minores fiant hyeme; at æstate contra: effervescentia enim propter copiam magnitudinemque spumæ fit.

7. Διὰ τί τὸ μὲν θερμὸν ὕδωρ ῥυτιδοῖ, τὸ δὲ πῦρ θερμὸν ὄν, οὔ; *Ἢ ὅτι τὸ μὲν πῦρ ποιεῖ πνεῦμα, ὥστ' ὀγκοῖ; περιτείνεται γὰρ τὸ δέρμα· ἡ δὲ κάμψις ῥυτίς ἐστιν.

7. Cur calida quidem aqua rugat, ignis vero, etiamsi calidus sit, non? An quia ignis quidem spiritum creat, ita ut tumefaciat? circum enim cutis obtenditur; flexura autem ruga est.

8. Διὰ τί τῶν ἀγγείων οἱ πυθμένες θερμαινομένου τοῦ ὕδατος, ἕως ἂν ᾖ ψυχρὸν τὸ ὕδωρ, θερμότεροί εἰσιν; *Ἢ διότι ψυχροῦ μὲν ἔτι ὄντος τοῦ ὕδατος ἐγκατακλείεται τὸ θερμὸν καὶ ἀντιπεριίσταται εἴσω, κωλυόμενον ἐξιέναι, ὅταν δὲ διαθερμανθῇ τὸ ἐνὸν ὕδωρ, οὐκέτι ἀποστέγοντος, ἀλλὰ διαπνέοντος καὶ ἐλάττονος γινομένου τοῦ πυρός, ψυχρότερος γίνεται ὁ πυθμήν, ὁμοίως ὥσπερ καὶ τὰ βαλανεῖα; καὶ γὰρ ταῦτα τοῦ χειμῶνος θερμότερα ἢ τοῦ θέρους διὰ τὸ ἐγκατακλείεσθαι τὸ θερμὸν ἐν τῷ χειμῶνι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ θέρει ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὄντος ψυχροῦ.

8. Cur fundi vasorum, ubi calfacimus aquam, tam diu calidiores sunt, dum aqua ipsa frigida est? An quoniam aqua adhuc frigida, calor includitur circumobsistiturque intus, quum ei exitus denegetur; at vero aqua quam continent vasa, concalfacta, quoniam non amplius coercet, sed perspirat diminuiturque ignis, fundus frigidior redditur, non secus ac balneæ? nam hæ quoque hyeme quam æstate calidiores sunt, quoniam calor hiberno potius quam æstivo tempore ab aere ambiente qui frigidus est, includitur.

9. Διὰ τί τὸ μὲν ὕδωρ ζέον οὐκ ἐκπαφλάζει, τὸ δ' ἕτνος καὶ ἡ φακῆ, καίτοι κουφότερον τὸ ὕδωρ τούτων, τὰ δὲ κοῦφα ῥᾷον ῥῖψαι πόρρω; Ποιεῖ δὲ καὶ τὸ ἀργύριον ταὐτό, καὶ τοῦτο καθαιρόμενον· διὸ οἱ ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ καλλύνοντες κερδαίνουσιν· τὸ γὰρ διαρριπτούμενον συγκαλλύνοντες λαμβάνουσι τὰ λείψανα. *Ἢ διότι ποιεῖ μὲν τὸν ἐκπαφλασμὸν τὸ θερμὸν ἐξατμίζον καὶ βιαζόμενον τὰ ἀντικρούοντα τῇ κατὰ φύσιν αὐτοῦ φορᾷ; Τὸ μὲν οὖν ὕδωρ διὰ κουφότητα καὶ λεπτότητα οὐκ ἀποβιάζεται, ὥστ' οὐκ ἀθροίζεται πολὺ θερμόν, ἀλλὰ πρὶν ἁλισθῆναι φθάνει διακόψαν τὸ ἀεὶ προσελθόν· τὰ δ' ἔχοντα ἐν αὑτοῖς σῶμα, οἷον τὰ ῥοφήματα, ἢ ὁ ἄργυρος, διὰ βάρος τὸ σωματοειδὲς

9. Cur aqua fervens quidem bullas cum stridore non adtollit, fresa vero legumina atque lenticula adtollunt, quamquam his levior aqua est, leviaque procul projiciuntur facilius? Quin etiam argentum idem hoc facit, idque ubi depuratur: hinc qui in officinis argentariis vasa mundant, lucrum faciunt: disjectum enim converrentes reliquias sibi adsciscunt. An quia evaporando quidem calor illataque vi iis quæ suo naturali impetui obstant, bullas ac stridorem excitat? Aquæ igitur, quoniam levis et tenuis est, vis non infertur, ita ut multum caloris non colligatur, sed antequam congregetur, jam diremit is qui subinde adcedit; at vero quæ corpulentum quid intra sese continent, ut sorbitiones, vel argentum, hæc quum propter gravitatem

Digitized by Google

ἔχοντα πολύ, καὶ ἀντεπωθοῦντα διὰ τὸ ἀποδιάζεσθαι, βίᾳ ἐξιόντος ἀποσφαιρίζεται ᾗ ἂν κρατήσῃ τὸ θερμόν· οὐ γὰρ δίεισι διὰ πυκνότητα, ἀλλὰ κρατεῖ, ἕως ἂν ὑπὸ τοῦ ἐπιρρέοντος θερμοῦ ἀπορριφθῇ. Γίνεται δὲ πληγὴ οὐκ ὦσις, διὰ τὸ ταχὺ φέρεσθαι τὸ θερμὸν κάτωθεν ἄνω.

multum corporis continent atque resistunt, quoniam vis iis infertur, vi exeunte calore, in globum colligantur, ubicumque vicerit calor : propter densitatem enim non pertransit, sed vincunt, dum calor a tergo superfluens ea ejaculatus sit. Fit autem ictus, non impulsus, quoniam calor inferne sursum fertur celeriter.

10. Διὰ τί τὰ μὲν ὀλίγον χρόνον ἐν τῷ θερμῷ βραχόμενα ἀνοιδεῖ, τὰ δὲ πολὺ συμπίπτει καὶ γίνεται ῥυσά; Ἢ διότι τὸ θερμὸν ἐκ πεπηγότος ὑγρὸν ποιεῖ, ἐκ δ' ὑγροῦ πνεῦμα, τὰ δὲ πυκνὰ ἀραιοῖ; Τὸ μὲν οὖν πρῶτον θερμαῖνον τὰ πεπηγότα ὑγρότερα ποιεῖ, καὶ ἐξ ὑγρῶν πνευματοποιοῦν ὀγκηρὰ ποιεῖ διαχέον· ὅταν δὲ μᾶλλον θερμαίνῃ τὸ πέριξ, ἀραιὸν ποιεῖ, ὥστ' ἀποπνεῖται ἡ ἀτμίς, καὶ τὸ ὑγρὸν ξηραινόμενον συμπίπτειν ποιεῖ τοὺς ὄγκους· συμπιπτόντων δὲ ῥυσοῦται τὸ πέριξ δέρμα πάντων· ᾗ δ' ἀνωμάλως, ταύτῃ ῥυσὸν γίνεται.

10. Qua de causa quæ parum quidem temporis calida in aqua maduerunt, tument; quæ vero multum, collabuntur et corrugantur? An quoniam calor ex concreto humidum facit, ex humore vero spiritum, densaque rarefacit? Principio igitur concreta calefaciens reddit humidiora, atque spiritum ex humidis creans diffundendo tumefacit; ubi vero amplius calfacit ambiens, rarefacit, ita ut vapor exspiret, humorque exsiccando moles concidere faciat? quibus collapsis cutis ambiens omnium rugatur; qua parte autem inæqualiter hoc fit, ea rugosa efficitur.

11. Διὰ τί ὑπὸ τῶν θερμῶν ὑδάτων μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ψυχρῶν πήγνυνται λίθοι; Πότερον ὅτι τῇ τοῦ ὑγροῦ ἐκλείψει γίνεται λίθος, μᾶλλον δ' ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἢ τοῦ ψυχροῦ ἐκλείπει τὸ ὑγρόν, καὶ ἀπολιθοῦται δὴ διὰ τὸ θερμόν, καθάπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι τάς τε πέτρας καὶ τοὺς λίθους καὶ τὰ θερμὰ τῶν ὑδάτων γίνεσθαι; Ἢ τὸ θερμὸν ἀπολιθοῖ, καὶ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ δὲ λιθοῦται διὰ τὸ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάγου τὸ ὑγρὸν ἀναλίσκουσαν σκληρύνειν; Δῆλον οὖν ἐκ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τὸ ἁπλῶς.

11. Cur aquis calidis potius quam frigidis lapides concrescunt? Utrum quod lapis defectu humoris consistit, caloreque potius quam frigore humor deficit, lapidescitque nimirum calore, quo modo etiam Empedocles lapides et saxa aquasque calidas fieri refert? An calor in lapidem convertit, sed frigore etiam fiunt lapides, quum nimium gelu humorem absumendo indurat? E frigoris igitur excessu patet etiam quidnam simplex efficiat.

12. Διὰ τί ἐν τῷ θερμῷ ὕδατι ἐὰν τὸν πόδα ἔχῃ τις, ἠρεμοῦντος μὲν ἧσσον δοκεῖ εἶναι θερμόν, ἐὰν δὲ κινηθῇ, θερμότερον; Ἢ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος, ἐὰν ἐν τῷ πνεύματι τροχάζῃ τις, ἀεὶ ὁ προϊστάμενος ἀὴρ ψυχρότερος· εἰς δὲ τὸ ῥᾳδιώτερον εἰσιὼν μᾶλλον σἰσθάνεται;

12. Cur, si in aqua pedem quis teneat calida, quiescente quidem pede aqua minus calida esse videtur, moto vero calidior? An eodem modo quo vel circa totum corpus, si quis per ventum cucurrerit, semper aer obstans frigidior est, idque eo melius sentit qui cursum agit, quo longius progressus fuerit

13. Διὰ τί ἐν τῷ ἡλίῳ μᾶλλον ἢ τῇ σκιᾷ τὰ θερμὰ ψύχεται; Πότερον ὅτι τὸ θερμὸν τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ πλείονος φθείρεται; Ἢ ὅτι ἐν μὲν τῇ σκιᾷ τὸ ψυχρὸν περιεστηκὸς θλίβει τὸ ἐνὸν θερμὸν καὶ οὐκ ἐᾷ ἐπεξιέναι, ὅπερ καὶ τοῖς θνήσκουσι ποιεῖ τὸ ψυχρὸν προσχεόμενον; ἐγκατακλείει γὰρ τὸ θερμὸν καὶ κωλύει ἐξιέναι, καὶ ὅλως τοῦ χειμῶνος ἅπασι συμβαίνει τὰ ἔσωθεν θερμότερα· ἐν δὲ τῷ ἡλίῳ οὐδενὸς ἀντιφράττοντος φέρεται καὶ θᾶττον ἀπολείπει.

13. Cur amplius in sole quam in umbra res calidæ refrigerantur? Utrum quia minor calor a majori deletur? An quod in umbra quidem frigus circumstans calorem qui inest, reprimit, nec exire sinit? Quod idem moribundis aqua adfusa frigida advehit, quippe quæ calorem intercludit et exire vetat; denique per hyemem omnibus adcidit ut calidiores habeant partes interiores; at in sole re nulla obstruente, fertur ac cito deficit.

14. Διὰ τί τὸ ἐν τῷ ἡλίῳ θερμαινόμενον ὕδωρ ὥστε λούεσθαι οὐκ ἔστιν ὑγιεινότερον; Πότερον ὅτι διὰ τὸ ψύχεσθαι, καὶ ἔτι ἐπεὶ τὸ σωμάτιον φρίττειν ποιεῖ; Ἢ ποιεῖ μὲν καὶ τοῦτο, ἀλλὰ κἂν πολλάκις λούηταί τις, νοσερόν ἐστιν; τὸ μὲν γὰρ θερμὸν ὅλως πεπτικόν ἐστι καὶ ξηραντικόν, τὸ δὲ ψυχρὸν σταλτικόν, ὥστ' ἄμφω ποιεῖ τι ἀγαθόν· διὸ καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ ψυχρὸν λουομένοις καὶ τὸ θερμὸν τὸ ὑπὸ τοῦ πυρὸς χρήσιμον· τὸ δ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς θερμότητος

14. Cur aqua minus salubris ad lavandum est quam sol tepefacit? Utrum quia refrigeratur, atque insuper quia horrorem movet corpori? An efficit quidem etiam istud, verumtamen et si quis ea sæpe lavetur, morbida est? calor enim omnino vim coquendi et siccandi obtinet, frigus vero restringendi, ita ut utraque aliquid boni adferant : quapropter aqua et frigida et calida ex igne balneum præstat commodum; at quæ sole tepuerit, ob sui caloris imbecil-

Digitized by Google

οὐδέτερον τούτων ποιεῖ, ἀλλ' ὑγραίνει ὥσπερ τὸ τῆς σελήνης φῶς.

15. Διὰ τί τὸ ἐν τῷ ἡλίῳ θερμανθὲν ὕδωρ οὐκ ἀγαθόν; Ἢ ὅτι τὰ ψυχόμενα ῥιγοῦν ποιεῖ;

16. Διὰ τί τὰ ἐν Μαγνησίᾳ καὶ τὰ ἐν Ἀταρνεῖ θερμὰ πότιμά ἐστιν; Ἢ διότι ἐμβάλλει ὕδωρ πλεῖον ἀπορρέοντι τῷ θερμῷ, οὗ ἡ μὲν ἁλμυρότης ἀφανίζεται, ἡ δὲ θερμότης διαμένει;

17. Διὰ τί ἐν Μαγνησίᾳ τὰ θερμὰ τοῦ μὲν θερμὰ εἶναι ἐπαύσατο, ἁλμυρὸν δ' ἦν τὸ ὕδωρ; Ἢ πλεῖον ἐπεχύθη ἅμα ψυχρὸν ἐπὶ τὰς πηγὰς ἀλλότριον, καὶ ἐναπέσβεσε τὴν θερμότητα; ἡ δὲ γῆ ἁλμυρὰ μὲν ἦν, θερμὴ δ' οὔ, διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος τοῦ ἐμβάλλοντος. Ὅμοιον οὖν συνδέη τῷ διὰ τῆς τέφρας ὕδατι ἠθουμένῳ· καὶ γὰρ τοῦτο διὰ θέρμης ἠθούμενον ἐκείνην μὲν καταψύχει, καὶ αὐτὸ ψυχρὸν γίνεται, ἁλμυρόν τε καὶ πικρὸν διὰ τὴν τέφραν ἐστίν. Ἐπεὶ δὲ τὸ προσιὸν ἠλλοτριωμένον ἐστί, δι' ἄλλην αἰτίαν ἐκράτησεν ἡ θερμότης ἐνοῦσα ἐν τῇ γῇ τῆς ψυχρότητος τοῦ ὕδατος δι' ὀλιγότητα, καὶ ἐγένετο πάλιν θερμά.

18. Διὰ τί τὰ ὅλα τῶν θερμῶν ὑδάτων ἁλμυρά; Ἢ διότι τὰ πολλὰ διὰ γῆς ἠθεῖται στυπτηριώδους (δηλοῖ δ' ἡ ὀσμὴ αὐτῶν), κεκαυμένης δέ; ἡ δὲ τέφρα πάντων ἁλμυρὰ καὶ θείου ὄζει· διὸ καὶ συγκάει οὕτως ὥσπερ ὁ κεραυνός. Πολλὰ οὖν θερμά ἐστιν ἀπὸ ἐπισημάνσεως κεραυνῶν.

19. Διὰ τί τὰ θερμὰ λουτρὰ ἱερά; Ἢ ὅτι ἀπὸ τῶν ἱερωτάτων γίνονται θείου καὶ κεραυνοῦ.

ΤΜΗΜΑ ΚΕ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΑΕΡΑ.

1. Διὰ τί ἐν τοῖς ἀσκοῖς τοῖς πεφυσημένους ἐναπολαμβανόμενα τὰ μέλη πόνον παρέχει; Πότερον διὰ τὴν πίεσιν τοῦ ἀέρος; ὥσπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς ἔξωθεν πιέζουσι τὸν ἀσκὸν ἐνδίδωσιν ὁ ἀήρ, ἀλλ' ἀπωθεῖ, οὕτω καὶ τὰ ἐντὸς ἐναπολαμβανόμενα θλίβει ὁ ἀήρ. Ἢ διότι βίᾳ κατέχεται καὶ πεπίληται; Ἔξω οὖν πάντῃ ὁρμῶν κατὰ φύσιν προσαπερείδεται πρὸς τὸ ἐντὸς ἀπειλημμένον σῶμα.

2. Διὰ τί ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς παρὰ τοὺς ποταμοὺς γίνονται οἱ καλούμενοι βούμυκοι, οὓς μυθολογοῦσι ταύρους ἱεροὺς εἶναι τοῦ θεοῦ; ἔστι δὲ τὸ γινόμενον ψόφος ὅμοιος φωνῇ ταύρου, ὥσθ' αἱ βόες οὕτω διατίθενται ἀκούσαι ὥσπερ ταύρου μυκωμένου. Ἢ ὅτι ὅσοι ποταμοὶ λιμνάζουσιν εἰς ἕλη, ἢ ὅσα ἕλη λιμνάζονται, ἢ ὑπὸ θαλάττης ἀντικρούονται, ἢ τὸ πνεῦμα ἀφιᾶσιν ἀθροώτερον, ἐν τοῖς τοιούτοις γίνεται τοῦτο; Αἴτιον δ' ὅτι αἱ κοιλίαι τῆς γῆς γίνονται. Οὕτως οὖν κλυζόμε-

litatem neutrum illorum præstat, sed humectat perinde ac lunæ lux.

15. Cur aqua sole calfacta bona non est? An quia quæ refrigerantur, rigorem advehunt?

16. Cur aquæ calidæ Magnesiæ et Atarneæ potulentæ sunt? An quoniam aquæ copia in defluentem calidam incidit, cujus salsugo quidem tollitur, calor vero perstat?

17. Cur Magnesiæ aquæ calidæ quidem esse desierunt, salsa tamen erat aqua? An quod aquæ copia frigidæ alienæ derepente in fontes infusa est caloremque exstinxit? terra enim salsa quidem erat, calida tamen non, propter aquæ irruentis copiam. Proximum igitur adcidit ei quod aquæ quam per cinerem colamus: hæc enim transmissa per calidum cinerem et cinerem frigidum reddit, et ipsa frigida fit, salsaque et amara propter cinerem est. Sed quum aqua quæ adcesserat, alienigena esset, alia de causa calor qui terræ inest, frigus aquæ propter paucitatem vicit, atque suum calorem aquæ receperunt.

18. Cur aquæ calidæ salsæ sunt universæ? An quod pleræque per terram aluminosam percolantur (quod odore earum constat), sed perustam? omnium autem rerum cinis salsus est sulfurque redolet: quapropter et modo fulminis urit. Et quidem multa fulminis tactu calida exstiterunt.

19. Cur calidæ balneæ sacræ habentur? An propterea quod a sulfure atque fulmine, rebus sanctissimis nimirum, proveniunt?

SECTIO XXV.

QUÆ AD AEREM PERTINENT.

1. Cur membra in utribus inclusa inflatis dolent? Utrum propter pressuram aeris? ut enim vel extrinsecus utrem prementibus aer non cedit, sed repellit, sic etiam quæ intus includuntur, aer comprimit. An quia per vim aer detinetur stipaturque? Foras itaque suapte natura quaquaversus ruens insuper ad corpus innititur quod intus inclusum est.

2. Cur in paludibus juxta fluvios sitis fiunt sonitus qui boum mugitus adpellantur, quos tauros numini sacros esse fabulantur? est sane fremitus qui exoritur, voci tauri similis, ita ut vaccæ, eo audito, non secus adficiantur quam si taurum audivissent mugientem. An quia quicumque fluvii stagnando in paludes convertuntur, aut quæcumque paludes restagnant, et vel a mari retorquentur, vel flatum satis confertum emittunt, in hujusmodi hoc evenit? Causa vero est, quod in terra fiunt cavi. Hoc

www.ibtool.com.cn

Digitized by Google

νον τὸ ὕδωρ, διὰ τὸ ἐνεῖναι ῥεῦμα ἐν τῇ τοιαύτῃ λιμνασίᾳ, ἀπωθεῖται τὸν ἀέρα διὰ στενοῦ εἰς εὐρυτέραν κοιλίαν, οἷον εἴ τις εἰς ἀμφορέα κενὸν κατὰ τὸ στόμιον ποιοῖ ψόφον, μυκήματι ὁμοιον γίνεται· καὶ γὰρ ἡ μύκησις διὰ τοῦτο γίνεται τὸ σχῆμα τοῖς βουσίν. Πολλὰς δὲ καὶ ἀτόπους φωνὰς ποιοῦσι τὰ σχήματα τῶν κοιλιῶν ἀνώμαλα ὄντα, ἐπεὶ καὶ ἀμφορέως τὸν πύνδακα ἐάν τις ἀφελὼν διὰ τοῦ πυθμένος τρίβῃ ἔλκων ἔσω καὶ ἔξω, εἰ τρίψει διὰ τοῦ καταδήματος, ψόφον ποιεῖ, ὥστε φεύγειν τὰ θηρία, ὅταν οἱ ὀπωροφύλακες κατασκευάσωσιν αὐτό.

igitur modo ubi aqua fluctuat, quoniam fluxus in ejusmodi redundatione invenitur, aerem per angustias depellit in cavum ampliorem, eodem modo quo si quis in amphoram inanem strepitum per osculum moverit, mugitui similis fit sonus : mugitus etenim bobus per id ipsum figuræ genus evenit. Multas autem mirasque voces efficiunt figuræ cavernarum, inæquales si sint : nam et amphoræ fundum si quis detracto operculo, vicissim introrsum ac extrorsum trahens perterat, dummodo per intercapedinem terat, sonum tam ingentem reddit ut feræ fugentur, quando pomariorum custodes id moliti sunt.

3. Διὰ τί ὁ ἀὴρ οὐχ ὑγρός, ἁπτόμενος τοῦ ὕδατος; τῶν γὰρ ἄλλων οὐθὲν ὅ τι οὐχ ὑγρόν, ἂν ἅψηται. Ἢ διότι τὸ ἔσχατον αὐτῶν ἅμα, τὸ δ' ἐπίπεδον ἑκατέρου οὐχ ἕτερον; Τὰ μὲν οὖν ἄλλα βαρύτερα, ὁ δ' ἀὴρ οὐ βέπει κατωτέρω τοῦ ἐσχάτου. Ἅπτεται μὲν οὖν, ὅτι οὐθὲν μεταξύ, οὐ βρέχεται δέ, ὅτι ἀεὶ ἄνωθεν τοῦ ὕδατος.

3. Cur aer, ubi aquam tangit, humidus non est? nihil enim de ceteris est quod, si tetigerit, humidum non reddatur. An quia eorum extima una sunt, nec plano diverso distinguuntur? Igitur cetera graviora quidem sunt; aer vero deorsum non vergit ultra extremum. Itaque tangit quidem, quia nihil interjacet; non vero humectatur, quia semper supra aquam est.

4. Διὰ τί μέσων νυκτῶν καὶ μεσημβρίας μάλιστα εὐδία γίνεται; Ἢ διότι ἡ νηνεμία ἐστὶν ἀέρος στάσις, ἕστηκε δὲ μάλιστα, ὅταν κρατῇ ἢ κρατῆται, μαχόμενος δὲ κινεῖται; Κρατεῖ μὲν οὖν μάλιστα μέσων νυκτῶν, κρατεῖται δὲ μεσημβρίας· τότε μὲν γὰρ ὁ ἥλιος πορρωτάτω, τότε δ' ἐγγυτάτω γίνεται. Ἔτι ἄρχεται τὰ πνεύματα ἢ περὶ ἕω, ἢ περὶ δυσμάς, λήγει δὲ τὸ μὲν ἕωθεν, ὅταν κρατηθῇ, τὸ δ' ἀπὸ δυσμῶν, ὅταν παύσηται κρατῶν. Συμβαίνει οὖν τὰ μὲν μεσημβρίας παύεσθαι, τὰ δὲ μέσων νυκτῶν.

4. Cur nocte media et meridie maxime obtinet serenitas? An quia venti tranquillitas aeris statio est, restat autem maxime, ubi aut vincit, aut vincitur; pugnans vero movetur? Vincit itaque maxime nocte media, vincitur vero meridie : media enim nocte sol maxime removetur, meridie vero proxime adcedit. Ad hæc flatus vel ortu solis, vel obitu incipiunt; cessat autem qui ortu cœperit, ubi victus est, qui vero vesperi, ubi parta victoria desinit. Itaque fit ut alii quidem meridie, alii vero nocte media cessent.

5. Διὰ τί ὑποφωσκούσης ἕω καὶ ἤδη πρωὶ μᾶλλόν ἐστι ψῦχος ἢ τῆς νυκτός, ἐγγυτέρω ὄντος τοῦ ἡλίου ἡμῶν; Ἢ ὅτι πρὸς ἡμέραν δρόσος καὶ πάχνη πίπτει, ταῦτα δ' ἐστὶ ψυχρά; Ὥσπερ οὖν ῥανθέντος τοῦ παντὸς τόπου ὑγρῷ ψυχρῷ γίνεται κατάψυξις.

5. Cur prima luce et jam mane frigus amplius est quam noctu, quum sol a nobis propius absit? An quoniam die instante ros cadit atque pruina, quæ frigida sunt? Ergo quasi rigato loco universo frigido humore, refrigeratio obtinet.

6. Διὰ τί ἐν τῷ Πόντῳ καὶ ψύχη μάλιστα καὶ πνίγη; Ἢ διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ἀέρος; τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος οὐ δύναται διαθερμαίνεσθαι, τοῦ δὲ θέρους, ὅταν θερμανθῇ, κάει διὰ τὴν παχύτητα. Ἡ δ' αὐτὴ αἰτία καὶ διότι τὰ ἑλώδη τοῦ μὲν χειμῶνος ψυχρά, τοῦ δὲ θέρους θερμά. Ἢ διὰ τὴν τοῦ ἡλίου φοράν; τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος πόρρω γίνεται, τοῦ δὲ θέρους ἐγγύς.

6. Cur in Ponto maxime et frigora et æstus fiunt? An propter aeris crassitudinem? hyeme enim penitus incalescere nequit; æstate vero, quando calefactus est, urit propter crassitudinem. Hoc idem quoque causa est, cur regiones paludosæ hyeme quidem frigidæ, æstate vero calidæ sint. An propter solis cursum? hyeme enim procul abit; per æstatem vero prope adcedit.

7. Διὰ τί τῆς νυκτὸς αἱθρία μᾶλλον ἢ μεθ' ἡμέραν; Ἢ καὶ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς ταραχῆς ὁ ἥλιος αἴτιος; ταῦτα γὰρ κινήσεώς τινος γενομένης συμβαίνει γίνεσθαι. Αἴτιον τοίνυν τὸ θερμόν. Ὅταν οὖν τοῦτο μὴ παρῇ, ἠρεμεῖ τὸ πᾶν, καὶ αἰρομένου τοῦ ἡλίου μᾶλλον ἢ τοὐναντίον, καὶ τό·

μήποτ' ἀπ' ἠπείρου

τοῦτ' ἐστίν, ὅτι οὗ πλείστη κίνησις, ἐκεῖ ἥκιστα ἄν τι μένοι καὶ συσταίη, μὴ ὁμαλοῦ ὄντος καὶ κρατοῦντος

7. Cur noctu potius quam interdiu serenum obtinet? An quod et flatus et perturbationis causa sol est? isthæc enim motu quodam facto oriri evenit. Calor igitur causa est. Ob eamque rem ubi is abest, quiescit universum, et sole abeunte magis quam si contrarium obtineat; id quoque quod dici solet :

Ne umquam a continente

hoc sibi vult, quod ubi motus maximus est, ibi minime quidquam vel manere, vel consistere potest, quippe quum æquabilis non est, neque vincit res quæ consistere

Digitized by Google

τοῦ συνισταμένου. Τοῦ μὲν δὴ χειμῶνος ἡ θάλαττα τοιοῦτον, τοῦ δὲ θέρους ἡ γῆ.

8. Διὰ τί, ὅταν διαχυθῇ τὸ ὑγρὸν εἰς ἀσκούς, οὐ μόνον τὸ ὑγρὸν δέχεται ὁ πίθος μετὰ τῶν ἀσκῶν, ἀλλὰ καὶ ἄλλο προσλαμβάνει; Ἢ ὅτι ἐν τῷ ὑγρῷ ἐνυπάρχει ὁ ἀήρ; Οὗτος οὖν ὅταν μὴ ἐν τῷ πίθῳ ἐνῇ, οὐ δύναται ἐκκρίνεσθαι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ πίθου· ἐκ γὰρ τοῦ μείζονος χαλεπώτερον ἐκθλῖψαι ὁτιοῦν καὶ ὑγρὸν καὶ πνεῦμα, ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν σπόγγων· ὅταν δὲ μερίζηται εἰς μικρά, ἐκθλίβεται ἐκ τοῦ ἀσκοῦ μετὰ τοῦ ἐνόντος, ὥσθ' ἡ τοῦ ἀέρος χώρα κενὴ γίνεται· διὸ καὶ τοὺς ἀσκοὺς καὶ ἔτι ἄλλο ὑγρὸν δέχεται ὁ πίθος. Καὶ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ οἴνου τοῦτο γίνεται, ὅτι πλείων ἀὴρ ἐν τῷ οἴνῳ ἔνεστιν ἢ ἐν τῷ ὕδατι. Ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ ταὐτὸ ἀγγεῖον τήν τε κονίαν καὶ τὸ ὕδωρ χωρεῖν ἅμα, ὅσον ἑκάτερον χωρὶς ἐγχεόμενον· ἔοικε γὰρ πολλὰ εἶναι τὰ διάκενα τῆς τέφρας. Ὅτε οὖν λεπτότερον, τὸ ὕδωρ δικδύνει μᾶλλον καὶ συσσάττει ἤδη ὥστε πυκνοῦσθαι, καὶ διὰ τὸ παρ' ἕκαστον τῶν μερῶν εἶναι τὴν σάξιν (μᾶλλον γὰρ σάττεται κατὰ μικρὸν σαττόμενον ἅπαν ἢ ἀθρόον), τούτου δὲ γινομένου ὑποκαταβαίνειν τὴν κονίαν· ἅμα δὲ καὶ ἡ τέφρα εἰς αὐτὴν δέχεται τὸ ὑγρὸν διὰ τὸ ἔχειν κοιλίας· ἡ δὲ βαλλομένη τέφρα εἰς τὸ ὕδωρ θερμὴ οὖσα τέμνει αὐτὸ καὶ ἐξαεροῖ. Καὶ πρότερον δ' ὕδατος ἐγχυθέντος καὶ ὕστερον κονίας ἐμπιπτούσης τὸ αὐτὸ γίνεται, ὥστε καὶ τὸ ὕδωρ ἔχοι ἂν κοιλίας καὶ διάκενα αὐτὸ ἐν αὑτῷ. Ἢ οὐ τὸ ὕδωρ τὸ δεχόμενον τὴν κονίαν, ἀλλ' ἡ κονία τὸ ὕδωρ; τὸ γὰρ λεπτομερέστερον εἰκὸς εἶναι τὸ εἰσιόν. Ἔτι καὶ ἐκ τῆς πείρας δῆλον· ὅταν γὰρ ἐπιπάττηται ἡ τέφρα, καθ' ὃν ἂν τόπον ἐπιπάττηται, εἰς τοῦτον συρρεῖ τὸ ἄλλο ὕδωρ· ἔδει δὲ τὸ ἐναντίον, εἴπερ ἦν τὸ ὕδωρ τὸ δεχόμενον. Ἢ οὐ συμβαίνει τοῦτο, ἐὰν πρότερον ἐγχυθῇ τὸ ὕδωρ καὶ σφόδρα διαμεστώσῃ, ἀλλ' ἐὰν ὁτιοῦν ἐπιβληθῇ, ὑπερχεῖται, ἐὰν δ' ἅπαξ ὑπερχυθῇ καὶ ἐπιπέσῃ ἡ τέφρα, ἤδη συμβαίνει; ἡ γὰρ τέφρα ἦν δεχομένη. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὅτι οἱ βόθυνοι τὴν ἐκβληθεῖσαν ἐξ αὐτῶν γῆν οὐ δέχονται· ἔοικε γὰρ δὴ ἀήρ τις προκαταλαμβάνων τὸν τόπον, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δέχεσθαι.

debet. Mare itaque hyeme, terra vero æstate hujusmodi est.

8. Quam ob causam humor ubi diffunditur in utres, non solum humorem una cum utribus capit dolium, sed insuper et alium recipit? An quoniam aer in humore inest? Hicce igitur, dum in dolio quidem est, excerni propter dolii magnitudinem non potest: e majori enim spatio exprimitur difficilius quicumque humor, vel spiritus, quemadmodum etiam e spongiis; at ubi digeritur, exprimitur de utre una cum humore iis contento, ita ut locus quem occuparat aer, inanis fiat: propterea quoque dolium et utres et humorem insuper alium capit. Magisque in vino id adcidit, quia plus in vino aeris inest quam in aqua. Huic rei simile est quod cineris et aquæ tantumdem simul vas idem capit, quantum alteriusutrius seorsum infundi potest: cineris enim crebra interstitia esse videntur. Quum igitur tenuior sit aqua, penetrat magis et jam constipat, ita ut condensetur, vel quoniam particulatim constipatio agitur (constipatur enim quodcumque plenius, ubi paulatim, quam ubi universa moles simul constipatur), eoque facto subit cinis, simulque humorem intra se propter cavos quos continet, recipit: nam quum cinis qui *in* aquam injicitur, calidus sit, aquam dirimit vertitque in aerem. Idem quoque fit si primum aqua infundatur, post vero cinis incidat, ita ut aqua etiam cavos et spatia inania in se contineret. An non aqua cinerem recipit, sed cinis aquam? quod enim subtilius est, id subire congruum est. Constat item experimento: ubi enim cinis inspergitur, quo loco inspersus fuerit, in eum reliqua aqua confluit; contrarium vero fieri debuisset, si aqua cinerem caperet. An non hoc evenit, si prius aqua infusa sit et vas adfatim impleverit, sed quodcumque injectum fuerit, redundat; sin autem semel redundaverit atque cinis inciderit, jam tunc evenit? cinis enim id erat quod recipiebat. Hoc idem quoque ratio est cur foveæ terram ejectam non recipiant: locum enim aer quidam præoccupasse videtur, atque eapropter non recipere.

9. Διὰ τί ὁ ἀὴρ παχύτερος ὢν τοῦ φωτὸς διέρχεται διὰ τῶν στερεῶν; Ἢ διότι τὸ μὲν φῶς κατ' εὐθείαν φέρεται μόνον; διὸ καὶ διὰ τῶν ἀραιῶν οὐ διορᾷ ἡ ὄψις, οἷον κισήριδος· ἐπαλλάττουσι γὰρ οἱ πόροι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ ὑάλῳ· ὁ δ' ἀὴρ οὐ κωλύεται διὰ τὸ μὴ εὐθυπορεῖν οὗ διέρχεται.

9. Cur aer qui luce crassior est, solida permeat? An quia lux quidem recta tantummodo fertur? propterea oculus quoque non transspicit per rara, ut per pumicem: meatus enim alternant, sed non in vitro; at aer non impeditur, quoniam qua transit, non recto tramite meat.

10. Διὰ τί ὁ ἀὴρ ψυχρὸς μὲν γίνεται διὰ τὸ ἅπτεσθαι τοῦ ὕδατος, δίυγρος δ' οὔ, κἂν σφόδρα τις φυσᾷ εἰς τὸ ὕδωρ ὥστε κυμαίνειν; ὅτι δὲ ψυχρός, δηλοῖ μεθιστάμενος· ψύχει γὰρ ἀπὸ τῶν ὑδάτων. Ἢ ὅτι ψυχρὸς μὲν πέφυκεν εἶναι καὶ θερμός, ὥστε μεταβάλλει τῇ ἁφῇ οὗ ἄν τινος ἅπτηται, ὑγρὸς δ' οὐκέτι διὰ

10. Cur aer tacta aqua frigidus quidem redditur, humidus vero non, etiamsi quis in aquam vehementer inflarit, ita ut fluctus moveantur? eum enim frigidum reddi tunc constat quum transportatur: qui enim ab aquis spirat, refrigerat. An quia frigidus quidem et calidus suapte natura esse potest, ita ut rei tactu immutetur, quamcumque

τὸ κουφότερος εἶναι; Καὶ οὐδέποτε εἰς τὸ βάθος τοῦ ὕδατος ἔρχεται, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ ἐπιπέδου ἅπτεται, κἂν βιάζηται κάτω, καὶ τὸ ὕδωρ ἔτι κατωτέρω φέρεται, ὥστε μήποτε εἰς βάθος ἰέναι.

tetigerit, humidus vero idcirco esse non item potest, quia levior est. Nec umquam fundem aquæ petit, sed superficiem semper tangit, etiamsi deorsum cogatur, dum aqua inferius adhuc fertur, ita ut numquam ad fundum eat.

11. Διὰ τί ὁ ἐκ τῶν πομφολύγων καὶ κάτωθεν ἀνιὼν οὐ διερὸς ἐξέρχεται; Ἢ διότι οὐκ ἐπιμένει τὸ ὑγρόν, ἀλλ' ὀλισθαίνει τὸ ὕδωρ; τὸ δ' ἐπὶ τῇ πομφόλυγι καὶ ἔλαττόν ἐστιν ἢ ὥστε διερεῖν.

11. Cur aer bullis contentus, etiamsi inferne adscendens, non madidus emergit? An quia humor non insidet, sed delabitur aqua? quæ enim constituit bullas, vel minor est quam ut humefacere valeat.

12. Διὰ τί ὁ ἀὴρ οὐκ ἀναπίμπλησι, τὸ δ' ὕδωρ; καὶ εἰς τὸν ἀέρα γὰρ μετατιθέμενον διερόν. Ἢ ὅτι ὥσπερ οὐδ' ὁ λίθος; οὐ γὰρ πᾶν ἐστιν ἀναπληστικόν, ἀλλὰ τὸ γλίσχρον, ἢ ὑγρόν.

12. Cur aer non implet, aqua autem implet, quippe quæ etiam translata in aerem madet? An eadem de causa cur et lapis implere nequeat? nec enim omnia implere valent, sed quæ lenta sunt, aut humida.

13. Ἢ ὅτι ὁ ἀὴρ ἄνω φέρεται; ὁ γὰρ ἀσκὸς ὅταν μὲν κενὸς ᾖ, κάτω φέρεται, ὅταν δὲ φυσηθῇ, ἄνω ἐπιμένει διὰ τοῦτον ἀναφέρειν. Εἰ δ' ὁ ἀὴρ ἀνακουφίζει καὶ κωλύει κάτω φέρεσθαι, διὰ τί βαρύτεροι γίνονται φυσηθέντες; καὶ πῶς, ὅτε μὲν βαρύτερός ἐστιν, ἐπιμένει, κουφότερος δὲ γενόμενος καταφέρεται;

13. An propterea quod aer sursum fertur? uter enim ubi inanis quidem est, deorsum fertur, ubi vero inflatus, supra manet, quia aer elevat. Sed si aer elevet atque prohibeat quominus deorsum feratur, cur inflati graviores efficiuntur? et quomodo, ubi gravior quidem est, manet, levior vero factus defertur?

14. Διὰ τί ὁ ἀὴρ οὐκ ἄνω φέρεται; εἰ γὰρ τὰ πνεύματα τούτου κινουμένου ὑπὸ τοῦ θερμοῦ γίνεται, πέφυκε δὲ τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι, καὶ τὸ πνεῦμα εἰς τὸ ἄνω ἐβάδιζεν, εἴπερ τό τε κινοῦν εἰς τὸ ἄνω θεῖ καὶ τὸ κινούμενον οὕτω πέφυκε φέρεσθαι· νῦν δὲ φαίνεται λοξὴν τὴν φορὰν ποιούμενος.

14. Cur aer non sursum fertur? nam si flatus aere a calore moto fiant, ignisque sublimia petere natus sit, flatus quoque sursum meare debuisset, siquidem tum res movens sursum currit, tum quod movetur, suapte natura ita fertur; nunc vero tramite ferri obliquo patet.

15. Διὰ τί τὸ ἀφ' ἕω ψυχρότερον ἢ τὸ ἀφ' ἑσπέρας; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ἐγγύτερον μέσων νυκτῶν, τὸ δὲ μεσημβρίας, ἔστι δ' ἡ μεσημβρία θερμότατον διὰ τὸ εἶναι ἐγγύτατον ἡλίου, αἱ δὲ μέσαι νύκτες ψυχρότεραι διὰ τὸ ἐναντίον;

15. Cur aurora frigidior quam vespera est? An quoniam altera quidem noctis medio propior est, altera vero meridiei, est autem meridies diei pars calidissima, quia soli proxima est, noctes vero mediæ frigidiores propter obpositam causam?

16. Διὰ τί αἱ νύκτες τῶν ἡμερῶν ἐν ταῖς ἁλέαις πνιγηρότεραι; Ἢ διὰ τὴν ἄπνοιαν; οἱ γὰρ ἐτησίαι καὶ πρόδρομοι τὰς νύκτας ἧττον πνέουσιν.

16. Cur per æstum noctes molestiores quam dies sunt? An propter flatus absentiam? anniversarii namque et prævii venti noctu minus spirant.

17. Διὰ τί τὰ ἐν τοῖς ἀσκοῖς ἄσηπτα φυσηθεῖσι, καὶ ἐν τοῖς περιπωματιζομένοις; Ἢ διότι σήπεται μὲν κινούμενα, ἅπαντα δὲ τἀ πλήρη ἀκίνητα, ταῦτα δὲ πλήρη;

17. Cur incorrupta durant quæ utribus continentur inflatis, aut vasis operculo clausis? An quia putrent omnia, dum moventur; immota vero omnia sunt quæ plena; isthæc autem plena sunt?

18. Διὰ τί τῆς αἰθρίας μᾶλλον ψῦχος γίνεται ἢ ἐπινεφέλων ὄντων; τὰ δ' ἄστρα καὶ ὁ οὐρανὸς θερμός. Ἢ ὅτι οὐθὲν ἀποστέγει ἐν τῇ αἰθρίᾳ τὴν ἀτμίδα, ἀλλὰ διαχεῖται· ἐν δὲ τοῖς ἐπινεφέλοις ἀποστέγεται; Καὶ βορείων γε ἢ νοτίων διὰ τὸ αὐτό· ὁ μὲν γὰρ νότος ἄγει τὸ τοιοῦτον, ὁ δ' ἀπωθεῖ. Καὶ ἀτμίζειν δὲ φαίνεται βορείοις μᾶλλον ἢ νοτίοις, καὶ χειμῶνος ἢ θέρους. Ἢ παρὰ τὸ ἀνόμοιον; Ἢ ὅτι θερμοῦ ψυχομένου ἐστὶν ἡ ἀτμίς;

18. Quam ob causam aere sudo frigus fit acrius quam nubilo? stellæ enim calidæ sunt, uti et cœlum. An quia aere sudo nihil est quod vaporem arceat, sed diffunditur; at cœlo nubilo arcetur? Et aquilone magis quam austro, eadem de causa: auster enim hujusmodi res colligit, aquilo vero repellit. Et quidem aquilone magis quam austro evaporari videmus, et hyeme potius quam æstate. An propter dissimilitudinem? An quia vapor tum adest ubi calidum refrigeratur?

19. Διὰ τί ἀὴρ ὁ ἐλάττων θερμότερος τοῦ πλείονος; αἱ γὰρ στενοχωρίαι ἀλεεινότεραι. Ἢ διότι κινεῖται μᾶλλον ὁ πολύς, ἡ δὲ κίνησις ποιεῖ ψυχρόν; Σημεῖον δὲ τούτου, ὅτι κινούμενα ψύχεται τὰ θερμά.

19. Cur minor aeris copia majori calidior est? angusta enim omnia sunt tepidiora. An quia magis movetur copiosior; motus autem frigidum reddit? Cujus rei indicium est quod calida ubi moventur, refrigerantur.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

20. Διὰ τί ὕδωρ μὲν καὶ γῆ σήπεται, ἀὴρ δὲ καὶ πῦρ οὐ σήπεται; Ἢ ὅτι θερμότατον γίνεται τὸ σηπόμενον ἅπαν, πυρὸς δ' οὐθὲν θερμότερον; Ἢ ὅτι ψυχθῆναι δεῖ πρότερον, τὸ δὲ πῦρ ἀεὶ θερμόν, ὁ δ' ἀὴρ πυρὸς πλήρης· σήπεται δ' οὐθὲν θερμόν, ἀλλὰ ψυχθέν· γῆ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ θερμὰ καὶ ψυχρὰ γίνεται;

20. Cur aqua quidem et terra putrent, aer vero et ignis non putrent? An quoniam omne quod putret, calidissimum fit, igne autem calidius nihil est? An quia refrigerari prius oportet, ignis autem calidus semper est, aerque igne refertus est; nihil vero putret, dum calidum est, sed refrigeratum; at terra et aqua et aer cum calida, tum frigida fiunt?

21. Διὰ τί τὰ ἐπινέφελα ἀλεεινότερα τῶν αἰθρίων; Πότερον ὡς οἱ ἀρχαῖοι ἔλεγον, ὅτι τὰ ἄστρα ψυχρά; Ἢ λίαν τοῦτό γ' ἄτοπον, ἀλλὰ διότι ἀτμίζει; Ἐπισημαντέον δ' ὅτι ἐν νηνεμίᾳ ἡ δρόσος καὶ ἡ πάχνη γίνεται. Ὅταν μὲν οὖν αἰθρία ᾖ, διαπνεῖ τὸ θερμόν, ὑφ' οὗ ἀνάγεται τὸ ὑγρόν, ὥστε ψυχρὸς ὁ ἀήρ· διὸ καὶ δροσίζει ἀφιέμενον τὸ ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ θερμοῦ· ὅταν δ' ἐπινέφελον ᾖ, ἀποστέγεται· διὸ οὐ γίνεται δρόσος, οὐδὲ πάχνη ὄντων ἐπινεφέλων. Περὶ οὖν τὴν γῆν ὑπομένον τὸ θερμὸν ποιεῖ τὴν ἀλέαν.

21. Cur cœlum nubilum tepidius est quam serenum? Utrum, ut veteres dicebant, quia stellæ frigidæ sunt? An id absurdum admodum est, sed quia vapores emittit? Animadvertendum autem est quod vento silente ros et pruina consistunt. Ubi igitur serenum est, calor perspirat, quo humor evehitur, ita ut aer frigidus fiat: qua de causa etiam rorat humore a calore demisso; at ubi nubilum est, arcetur: quocirca nec ros, neque pruina fit, dum nubilum est. Ergo calor ad terram remanens teporem efficit.

22. Διὰ τί ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τῶν οἰκων ὁ ἀὴρ διευριπίζει, καὶ μάλιστα ταῖς εὐδίαις; Ἢ διότι ὁ ἀὴρ πολύκενός τίς ἐστι τὴν σύγκρισιν; Ὅταν οὖν ἄρξηται εἴσω ῥεῖν, συγχωρεῖ ὁ ἐν τῷ οἰκήματι ἀὴρ καὶ συστέλλεται· τούτου δὲ συμπίπτοντος τῷ χρόνῳ πολυκενώτερος γίνεται ὁ ἔξωθεν, καὶ χώραν πολλὴν ἴσχει. Εἰς ταύτην οὖν τὴν χώραν πίπτει ὁ ἐκ τοῦ οἰκήματος ἀήρ, ὧν πλησίον, καὶ φέρεται εἰς ταύτην τὴν χώραν διὰ τὸ κρέμασθαι καὶ τὴν τοῦ κενοῦ φύσιν μὴ δύνασθαι ἀντιστηρίζειν. Κατὰ πολλὰ δ' αὐτοῦ μέρη τούτου συμβαίνοντος, ἕπεται αὐτῷ ὁ πλησίον διὰ τὴν πρόσοψιν· εἶτα πολλοῦ ἔξωθεν φερομένου ὁ μὲν ἔσω τόπος πολύκενος γίνεται, ὁ δ' ἔξω πυκνότερος, καὶ πάλιν ἔξωθεν εἴσω φέρεται, καὶ ταῦτα ἀλλάσσονται.

22. Cur in altis sedibus aer freti more reciprocat, præsertim quum cœlum serenum est? An quod aer in contextu suo multa continet interstitia? Ergo ubi hic intro fluere cœperit, cedit et contrahitur aer quem domus continet: quo concidente, tempore augetur numerus interstitiorum in eo qui foris est, et spatium multum continet. In hoc igitur spatium aer domus incidit, quippe quum prope adsit, ferturque in hoc spatium, quoniam suspensus est et natura inanis fulcire nequit. Quod ubi per multas ejus partes eveniat, proximus hunc aer insequitur ob propulsionem; tum hujus copia foras profluente, locus internus multa adquirit interstitia vacua; externus contra spissescit, rursusque foris introrsum fertur, atque hæc alternant.

ΤΜΗΜΑ ΚϚ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥΣ ΑΝΕΜΟΥΣ.

1. Διὰ τί ὁ καικίας μόνος τῶν ἀνέμων ἐφ' ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη; Ἢ ὅτι ἀφ' ὑψηλοτέρων τόπων πνεῖ; ἔστι γὰρ τὰ πρὸς ἕω ὑψηλότερα τῶν πρὸς ἑσπέραν (σημεῖον δὲ τὸ τῆς πρὸς ἑσπέραν θαλάττης μέγεθος καὶ βάθος)· πνέων δ' ἄνωθεν εἰς τοὐναντίον γραμμὴν ποιεῖ τῇ φορᾷ τὰ κοῖλα πρὸς τὴν γῆν ἔχουσαν, προσπίπτων δέ, ὡς εἴρηται, τοῖς πρὸς ἑσπέραν τῆς γῆς τόποις, καὶ συστέλλων τὰ νέφη διὰ τὸ τῆς γραμμῆς σχῆμα, τῇ ἐκεῖθεν ἀνακλάσει ἐπ' αὐτὸν ὠθεῖ αὐτά. Ποιεῖ δὲ μόνος τοῦτο τῶν λοιπῶν τῷ τοὺς μὲν ὑψηλοτέρους, τοὺς δ' ἐναντίους εἶναι τόπους, πρὸς οὓς ἐκ τοῦ κάτωθεν, ἢ ἐπ' εὐθείας τὴν φορὰν γίνεσθαι συμβαίνει, τὰ κυρτὰ πρὸς τὴν γῆν ἐχούσης, ὥστ' ἀνάκλασιν μὴ γίνεσθαι τοῦ πνεύματος τῷ μὴ πρὸς τὴν γῆν ἐχούσης ἀέρα ἔχειν τὴν τελευτὴν τῆς φορᾶς, ἐν ᾧ οὐδὲ νέφη ἐστὶ περὶ τὴν γῆν· τοῖς δ' ἧττον κοίλοις καὶ τῷ ἀπηλιώτῃ τῷ μὴ

SECTIO XXVI

QUÆ AD VENTOS PERTINENT.

1. Cur cæcias solus ventorum nubes ducit ad se? An quoniam de locis eminentioribus spirat? sunt enim partes quæ ad solem orientem vergunt, eminentiores quam quæ ad obcasum (indicium maris obcidui magnitudo facit et altitudo), quumque desuper in adversum spiret, lineam itinere suo terram versus concavam describit, regionemque terræ invadens, ut dixi, obciduam, nubesque ob lineæ suæ figuram contrahens, ad se suo inde reflexu eas pellit. Solus autem hoc præ ceteris facit, quia alia quidem loca editiora, alia vero contraria sunt, quæ versus aut inferne, aut e directo flatus ferri evenit, linea partem convexam terram versus obvertente, ita ut reflexus effici non queat, eo quod, linea faciem concavam non ad terram obversam habente, in aerem desinit venti iter, in quo non adsunt circa terram nubes; minus cavis vero et subsolano [idem non evenit], quoniam humidus non est, ita ut, quum nubes

16.

Digitized by Google

εἶναι ὑγρόν· ὥστ' οὐ συνιστὰς ἧττον καταφανής ἐστιν αὐτοῦ ποιῶν τοῦτο ὃ ποιεῖ.

cogat, minus manifesto quam cæcias id ipsum faciat quod facit.

2. Διὰ τί βορέαι μὲν ἐτήσιοι γίνονται, νότοι δ' οὔ; Ἢ γίνονται μὲν καὶ νότοι, ἀλλ' οὐ συνεχεῖς, ὅτι πόρρω ἡμῶν ἡ ἀρχὴ τοῦ νότου ἐστίν, ὑπὸ δὲ τῷ βορέᾳ οἰκοῦμεν; Ἔτι οἱ μὲν ἐτησίαι βορέαι καθεστηκότος τοῦ ἀέρος πνέουσι (θέρους γὰρ πνέουσιν), οἱ δὲ νότοι ἦρος, ὅθ' ἧττον ἕστηκε τὰ περὶ τὸν ἀέρα. Πρὸς δὲ τούτοις ὁ μὲν νότος ὑγρός, τῷ δ' ὑγρῷ ὁ ἄνω τόπος ἀλλότριός ἐστιν· διὸ ταχὺ διαλύεται τὰ ἐν αὐτῷ συνιστάμενα ὑγρά. Καὶ τὰ ὑγρὰ πλανητικά ἐστιν, ὥστ' οὐ μένων ἐν ταὐτῷ τόπῳ συμμεθίστησι καὶ τὴν τοῦ ἀέρος κίνησιν· κινουμένου δὲ μὴ ἐν ταὐτῷ πνεύματα ἄλλα συμβαίνει γίνεσθαι· ἔστι γὰρ πνεῦμα ἀέρος κίνησις.

2. Cur aquilones quidem anniversarii fiunt, austri vero non fiunt? An fiunt quidem et austri, sed non continui, quia initium austri procul a nobis est, sub aquilone vero habitamus? Præterea aquilones anniversarii tranquillo aere flant, quippe qui per æstatem flant, dum austri vere oriuntur, quando aer minus stabilis est. Adde etiam quod auster quidem humidus est, ab humido autem superior locus alienus est: quamobrem humores qui eo in loco consistunt, cito dissolvuntur. Humores præterea erratici sunt, ita ut, quum eodem loco non maneat, secum transportet et aeris motum: quum autem non loco eodem moveatur, efficitur ut flatus alii oriantur: flatus enim motus aeris est.

3. Διὰ τί νότος πνεῖ μετὰ πάχνην; Ἢ διότι ἡ μὲν πάχνη γίνεται πέψεως γινομένης, μετὰ δὲ τὴν πέψιν καὶ τὴν ἀποκάθαρσιν ἡ μεταβολὴ εἰς τοὐναντίον γίνεται, ἐναντίον δὲ τῷ βορρᾷ νότος ἐστίν; Διὰ ταὐτὸ δὲ καὶ μετὰ τὴν χιόνα πνεῖ νότος. Ὅλως δὲ καὶ ἡ χιὼν καὶ ἡ χάλαζα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη ἀποκάθαρσις πέψεως σημεῖόν ἐστιν· διὸ καὶ μετὰ τὸν ὑετὸν καὶ τὰς τοιαύτας χειμασίας πίπτει τὰ πνεύματα.

3. Cur auster post pruinam flat? An quia pruina obtinente concoctione oritur, mutatio autem post concoctionem purgationemque fit in contrarium, aquilonique contrarius auster est? Hæc eadem causa est cur post nivem auster spiret. Omnino autem et nix et grando et imber et omnis id genus purgatio concoctionis indicium est: unde fit etiam ut post imbres ceterasque ejusdem generis tempestates flatus cadant.

4. Διὰ τί αἱ τροπαὶ πνέουσιν; Ἢ διὰ τὸ αὐτὸ ὃ καὶ οἱ εὔριποι ῥέουσιν; μέχρι γὰρ τοῦ ῥεῖν καὶ ἡ θάλαττα φέρεται καὶ ὁ ἀήρ· εἶθ' ὅταν ἀντιπέσῃ καὶ μηκέτι δύνηται τὰ ἀπόγεια προάγειν διὰ τὸ μὴ ἰσχυρὰν ἔχειν τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως καὶ φορᾶς, πάλιν ἀνταποδίδωσιν.

4. Quamobrem flant tropæi? An eadem ratio est cur et euripi fluant? nam et mare et aer feruntur, donec profluunt; deinde ubi in obicem incidunt, nec amplius propellere valent terrestres, quia principium motus atque impetus habent imbecillum, tunc rursus reciprocant.

5. Διὰ τί αἱ τροπαὶ ἐκ τῆς θαλάττης εἰσίν; Ἢ ὅτι ἡ θάλαττα πλησίον; Ἢ ὅτι ἐναντίον ἐστὶ τῇ ἀπογείᾳ ἡ τροπαία, καὶ ἔστιν ἡ τροπαία οἷον ἀναστροφὴ ἀπογείας; ἡ δ' ἀπογεία τὸ ἐκ τῆς γῆς πρὸς τὴν θάλατταν πνεῦμα γινόμενον, ἡ δὲ τροπαία ἡ τούτου παλίρροια· ὥστ' ἀνάγκη ἐκ θαλάττης εἶναι. [Ἢ ἡ θάλαττά ἐστι] διὰ τὸ εἰς τὴν θάλατταν ἀθροισθῆναι τὸν ῥυέντα ἀέρα; τοῦ δὲ μὴ εἰς τὴν γῆν τοῦτο συνίστασθαι καὶ τοῦ ἀνακάμπτειν ἀπιὸν αἴτιον, ὅτι ἡ θάλαττα ἐν κοίλῳ ἐστίν· ὁ δ' ἀήρ, ὥσπερ τὸ ὕδωρ, ῥεῖ ἀεὶ εἰς τὸ κοιλότατον.

5. Cur tropæi de mari veniunt? An quia mare vicinum est? An quia tropæus terrestri obpositus, estque tropæus quasi inversio terrestris? terrestris enim flatus est ex terra ad mare profluens; hujus vero reciprocatio tropæus est, ita ut de mari eum venire necessum sit. An e mari venit, quoniam aer fluens collectus in mare est? ratio enim cur nec in terram consistat, et reflectatur abiens, quod mare in cavo situm est; aer autem modo aquæ semper ad id fluit quod cavissimum est.

6. Διὰ τί οἱ ἐκνεφίαι ὕδατος γενομένου θᾶττον παύονται; Ἢ ὅτι αἱ κοιλίαι συμπίπτουσι τοῦ νέφους, ὕδατος γενομένου, ἐν αἷς ἡ ἀρχὴ τοῦ πνεύματος συνίσταται;

6. Cur procellæ, hoc est venti qui excussi nubibus sæviunt, post imbrem ocius cessant? An quoniam post imbrem nubium cavi considunt, in quibus flatus origo consistit?

7. Διὰ τί οὐχ οἱ αὐτοὶ ἄνεμοι πανταχοῦ ὑέτιοί εἰσιν; Ἢ ὅτι οὐχ οἱ αὐτοὶ πανταχοῦ πρὸς ὄρη ἀντιπνέουσιν, ἀλλ' ἕτεροι κεῖνται πρὸς ἕτερα ὄρη; οἷον γὰρ πρὸς ἀνάντη μόλις ῥεόντων, ἐνταῦθα ὑφίσταται μᾶλλον τὰ νέφη, οὗ ἀδυνατεῖ ἔτι προωθεῖν αὐτὰ ἄνεμος· ὑφιστάμενα δὲ καὶ πιεζόμενα ῥήγνυται.

7. Cur non iidem venti imbrem ubique adferunt? An quia non iidem montibus ubique obcurrunt, sed alii aliis montibus sunt objecti? quum enim ægre contra adclivia fluunt, nubes ibi magis consistunt, ubi eas amplius ventus propellere nequit; ubi autem consistunt et comprimuntur, rumpuntur.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

8 Διὰ τί αἱ μὲν καθαραὶ δύσεις εὐδιεινὸν σημεῖον, αἱ δὲ τεταραγμέναι χειμερινόν; Ἢ ὅτι χειμὼν γίνεται συνισταμένου καὶ πυκνουμένου τοῦ ἀέρος; Ὅταν μὲν οὖν κρατῇ ὁ ἥλιος, διακρίνει καὶ αἰθριάζει αὐτόν, ὅταν δὲ κρατῆται, ἐπινεφῆ ποιεῖ. Ἐὰν μὲν οὖν ἰσχυρὰ ᾖ ἡ σύστασις, εὐθὺς ἡμέρας γίνεται χειμών· ἐὰν δ' ἀσθενεστέρα, μὴ παντάπασι δὲ κρατουμένη, τὸ συνιστάμενον ἐξωθεῖται πρὸς τὰς δύσεις, ἐνταῦθα δὲ μένει διὰ τὸ παχύτατον εἶναι τὸν περὶ τὴν γῆν ἀέρα τοῦ χειμῶνος. Ταχὺ δὲ συνίσταται καὶ ὁ ἄλλος διὰ τὸ ἔχειν ἀρχὴν καὶ ἔρεισμα, ὃ δέξεται καὶ ἀθροίσει τὸ προσιὸν καθάπερ ὄρθρος· ὥσπερ γὰρ ἐν τροπῇ ἑνὸς ἀντιστάντος καὶ οἱ ἄλλοι μένουσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἀέρος· διὸ ταχὺ καὶ ἐξαίφνης ἐνίοτε γίνεται καὶ ἐπινέφελα. Ὅταν οὖν αἱ δύσεις τεταραγμέναι ὦσι, σημεῖόν ἐστιν ἰσχυρὸν ὅτι οὐ κεκράτηκεν ὁ ἥλιος τῆς συστάσεως, πολὺν χρόνον ἐναντιούμενος αὐτῇ, ὥστ' εἰκότως ἔστι συστῆναι πλέον. Καὶ ἧττον δ' ἐστὶ φοβερόν, ὅταν προχειμάσαντος ᾖ ὅταν ἐξ εὐδίας τοῦτο συμβῇ· ἐκείνως μὲν γὰρ ἔοικεν ὥσπερ ὑπόλειμμά τι εἶναι, οὕτω δ' ἀρχὴ συστάσεως.

8. Quam ob causam obcasus purus quidem serenum indicat, turbulentus vero tempestatem hyemalem? An quod hyems aere consistente spissescenteque fit? Ergo ubi sol vincit, discernit serenumque reddit aerem; ubi vero vincitur, nubibus obfuscat. Quodsi igitur concrementum validum est, hyems continuo luce prima erumpit; si vero imbecillius, nec tamen ex toto subcumbens, obcasum versus depellitur quod consistit, ibique manet, eo quod aer terræ proximus hyeme crassissimus est. Mox reliquus quoque consistit, quoniam initium fulcimentumque obtinet, quod suscipere atque colligere possit quantum adcesserit, quo modo et diluculum: ut enim in acie conversa in fugam, uno consistente, ceteri quoque restant, sic et circa aerem fieri solet: quamobrem cito ac repente interdum prodeunt loca obnubila. Ubi igitur obcasus turbatus est, validum signum subpeditat, concrementum non victum esse a sole, etiamsi diu cum eo pugnaverit, ita ut merito plus consistere possit. Et quidem minus timendum, ubi hyeme prægressa quam ubi post serenum id adciderit, quippe quum illa ratione veluti reliquiæ quædam sunt; hac vero initium concrementi.

9. Διὰ τί λέγεται·

οὐ ποτε νυκτερινὸς βορέας τρίτον ἶκετο φέγγος;

Ἢ διότι ἀσθενῆ τὰ πνεύματα τὰ ἀπὸ τῆς ἄρκτου, ὅταν ᾖ νυκτερινά; σημεῖον γὰρ ὅτι οὐ πολὺς ὁ κινηθεὶς ἀήρ, τὸ τηνικαῦτα πνεῦσαι ὅτε ὀλίγη θερμότης ὑπῆρχεν· ἡ δ' ὀλίγη ὀλίγον ἐκίνει ἀέρα. Τελευτᾷ δ' ἐν τρισὶ πάντα, καὶ τὰ ἐλάχιστα ἐν τῇ πρώτῃ τριάδι, ὥστε καὶ τοῦτο τὸ πνεῦμα.

9. Cur dici solet:

Tertia lux numquam nocturno aquilone laborat?

An quod flatus septemtrionales imbecilli sunt, ubi noctu spirant? argumento enim est non copiosum esse aerem motum, quod eo tempore spirabat, quo calor exiguus suberat: exiguus namque calor exiguum aerem movebat. Atqui res omnes terno numero finiuntur minimæque primo ternario, ita ut hic quoque ventus iisdem finibus circumscribi debeat.

10. Διὰ τί ὁ βορέας πυκνότερον πνεῖ ἢ ὁ νότος; Ἢ ὅτι ὁ μὲν βορέας γειτνιῶν τῇ οἰκουμένῃ οὐ λανθάνει ὀλιγοχρόνιος ὤν (ἅμα γὰρ πνεῖ καὶ πάρεστιν), ὁ δὲ νότος οὐκ ἀφικνεῖται διὰ τὸ πόρρωθεν πνεῖν;

10. Cur aquilo crebrius quam auster spirat? An quoniam aquilo, utpote parti orbis terrarum habitatæ vicinus, non latet ubi parum temporis flat (nam simul atque spirat, etiam adest); at auster, quia e longinquo flat, non pervenit?

11. Διὰ τί ὁ νότος ἧττον μετὰ χειμερινὰς νύκτας πνεῖ ἢ μεθ' ἡμέρας; Ἢ ὅτι καὶ τῆς νυκτὸς ὁ ἥλιος ἐγγύς ἐστι τῇ πρὸς νότον χώρᾳ, καὶ ἀλεεινότεραι αἱ νύκτες ἐκεῖ ἢ πρὸς ἄρκτον αἱ ἡμέραι, ὥστε πολὺς κινεῖται ὁ ἀήρ, καὶ οὐθὲν ἐλάττων ἢ μεθ' ἡμέραν; Ἀλλ' αἱ θερμότεραι ἡμέραι κωλύουσι μᾶλλον πνεῖν, ξηραίνουσαι τὰς ὑγρότητας.

11. Cur auster minus hibernis noctibus quam diebus spirat? An quia sol etiam noctu australi regioni propinquus est, et noctes ibi tepidiores quam dies aquilonem versus sunt? Itaque aeris multum movetur, et nihilo minus quam interdiu; sed dies calidiores, quum humores exsiccant, impediunt quominus impensius flet.

12. Διὰ τί ἐπὶ κυνὶ ὁ νότος πνεῖ, καὶ τοῦτο ὥσπερ τι ἄλλο γίνεται τεταγμένως; Ἢ διότι θερμὰ τὰ κάτω, τοῦ ἡλίου πόρρω ὄντος, ὥστε πολλὴ ἡ ἀτμὶς γίνεται; Καὶ πολλοὶ δὴ ἔπνεον, εἰ μὴ διὰ τοὺς ἐτησίας· νῦν δ' οὗτοι κωλύουσιν. Ἢ ὅτι ἐπὶ πᾶσι μὲν σημαίνει τοῖς ἄστροις δυομένοις, ἢ ἐπιτέλλουσιν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐπὶ τούτῳ; Δῆλον οὖν ὅτι πνεύματα μάλιστα ἐπὶ τούτῳ καὶ μετ' αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ πνίγει, καὶ πνεύματα εἰκότως ἐπ' αὐτῷ τὰ θερμότατα κινεῖται· ὁ δὲ νότος θερμός ἐστιν.

12. Cur auster canículæ tempore flat, idque ordine fit, si quid aliud? An propterea quod regio inferior sole remoto calida est, ita ut vapor copiosus fiat? Et multi revera austri spirarent, nisi anniversariis impedirentur; nunc vero anniversarii prohibent. An quia sideribus omnibus occidentibus, vel orientibus signum datur, sed præcipue hoc sidere? Constat itaque flatus maxime hujus sideris tempore ac post id vigere. Verum quum æstu præstat, flatus quoque ejus tempore calidissimos moveri consentaneum est; auster autem calidus est.

www.libnol.com.cn

Digitized by Google

13. Διὰ τί ἐπ' Ὠρίωνι γίνονται αἰόλοι μάλιστα αἱ ἡμέραι καὶ ἀκαιρίαι τῶν πνευμάτων; Ἢ ὅτι ἐν μεταβολῇ ἀεὶ πάντα ἀοριστεῖ μάλιστα, ὁ δ' Ὠρίων ἀνατέλλει μὲν ἐν ἀρχῇ ὀπώρας, δύνει δὲ χειμῶνος, ὥστε διὰ τὸ μήπω καθεστάναι μίαν ὥραν, ἀλλὰ τὴν μὲν γίνεσθαι, τὴν δὲ παύεσθαι, διὰ ταῦτα ἀνάγκη καὶ τὰ πνεύματα ἀκατάστατα εἶναι διὰ τὸ ἐκπαμφοτερίζειν τὰ ἐξ ἑκατέρας; Καὶ χαλεπὸς δὴ λέγεται καὶ δύνων, καὶ ἀνατέλλων ὁ Ὠρίων διὰ τὴν ἀοριστίαν τῆς ὥρας· ἀνάγκη γὰρ ταραχώδη εἶναι καὶ ἀνώμαλον.

13. Qua de causa Orionis exortu dies maxime variant flatuumque intempestivi obtineat impetus? An quoniam in mutatione semper omnia maxime sunt indeterminata; atqui oritur quidem Orion ineunte fructuum tempestate, obcidit vero hyeme, ita ut, quum nondum constat tempestas ulla, sed alia quidem incipit, alia vero cessat, flatus etiam inconstantes esse necesse est, utpote quum in utramque partem vergunt quæ ab utraque proveniunt? Et quidem difficilem esse Orionem cum orientem, tum obcidentem perhibent propter temperatis instabilitatem: turbulentum enim atque inæquabilem esse necesse est.

14. Διὰ τί ὁ νυκτερινὸς βορέας τριταῖος λήγει; Πότερον ὅτι ἀπὸ μικρᾶς καὶ ἀσθενοῦς ἀρχῆς, ἡ τρίτη δὲ κρίσιμος; Ἢ ὅτι ἀθρόος ἡ ἐκχυσις, ὥσπερ τῶν ἐκνεφιῶν; Ταχεῖα οὖν ἡ παῦλα.

14. Cur aquilo nocte exorsus die tertia cessat? Utrum quia ex parvo imbecillique initio prodit, tertia autem dies decretoria est? An quoniam universus simul modo procellarum nubibus excussarum funditur? Compendio igitur cessat.

15. Διὰ τί βορέαι πλεῖστοι πνέουσι τῶν ἀνέμων; Ἢ διὰ τὸ πρὸς τούτῳ τὴν οἰκουμένην τῷ τόπῳ ὑποκεῖσθαι ὄντι ὑψηλῷ καὶ ἔξω τροπῶν καὶ πλήρει χιόνος, ἡ οὐδέποτε ἔνια ὄρη λείπει; Τὸ πολὺ οὖν ὑγραινομένων τῶν πεπηγότων πολλάκις πνεῦμα γίνεται, τοῦτο δ' ἐστὶ βορέας, τὸ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς ἄρκτου τόπων πνεῦμα.

15. Cur plurimi ventorum aquilones spirant? An quoniam pars orbis terrarum habitata huic loco subdita est eminentiori et extra solstitium posito nivisque pleno: quæ nix montibus nonnullis numquam deest? Plerumque igitur tabescentibus concretis humoribus sæpe fit ventus; is autem aquilo est, flatus nimirum qui ab ursæ regione venit.

16. Διὰ τί οἱ νότοι πνέουσι μὲν χειμῶνος καὶ ἔαρος ἀρχομένου καὶ μετοπώρου λήγοντος, εἰσὶ δὲ κυματοειδεῖς καὶ συνεστραμμένοι, καὶ τοῖς ἐν Λιβύῃ ὁμοίως ψυχροὶ ὡς οἱ βορέαι ἐνταῦθα; Ἢ διότι πλησίον τοῦ ἡλίου ὄντος ἀνάγκη κινεῖσθαι τὰ πνεύματα, ὁ δ' ἥλιος τοῦ χειμῶνος πρὸς νότον φέρεται καὶ τοῦ μὲν ἔαρος ἀρχομένου, τοῦ δὲ μετοπώρου τελευτῶντος ἤδη θερμαίνει, τὸ δὲ θέρος πρὸς βορέαν φέρεται, ἐκείνους δ' ἀπολείπει τοὺς τόπους; θερμὸς δ' ἐστὶ διὰ τὸ μίγνυσθαι τὸ πνεῦμα τῷ κατὰ Λιβύην ἀέρι θερμῷ ὄντι, καὶ διὰ τοῦτο μεγαλοκύμων νοτίζειν ποιεῖ τὸ θέρος, ἐμπίπτων εἰς τὴν θάλατταν.

16. Cur austri quidem tum hyeme atque ineunte vere, tum autumno cessante spirant, undabundique sunt et contorti, atque Africanis non minus frigidi quam regionis nostræ incolis aquilones? An propterea quod sole propinquo spiritum moveri necesse est, sol autem per hyemem austrum versus fertur, et ineunte vere desinenteque autumno jam calfacit, æstate contra septemtriones petit et loca relinquit illa? calidus enim propterea est, quia spiritus aeri Africæ miscetur, qui calidus est: hinc etiam in mare prorumpens magnos excitat fluctus, facitque australem æstatem.

17. Διὰ τί ὁ νότος δυσώδης; Ἢ ὅτι ὑγρὰ καὶ θερμὰ ποιεῖ τὰ σώματα, ταῦτα δὲ σήπεται μάλιστα; Οἱ δ' ἐκ τῆς θαλάττης νότοι ἀγαθοὶ φυτοῖς· ἐκ θαλάττης γὰρ αὐτοῖς προσπίπτει· καὶ τῆς Ἀττικῆς τῷ Θριασίῳ πεδίῳ αἴτιον, διότι πεπηγυμένος ἀφικνεῖται· αἱ δ' ἐρυσίβαι γίνονται ὑπὸ ὑγρότητος θερμῆς μέν, ἀλλοτρίας δέ.

17. Cur auster male olet? An quoniam humida et calida reddit corpora, hæc autem maxime putrescunt? Austri vero ex mari provenientes stirpibus prosunt: nam ex mari in eas incidunt, et Thriasio campo terræ Atticæ auster [fertilitatis] causa est, quoniam refrigeratus adcedit; rubigo autem per humorem calidum, sed alienum consistit.

18. Διὰ τί ἄνεμος γίνεται πρὸ τῶν ἐκλείψεων ὡς τὰ πολλά, ἀκρόνυχον μὲν πρὸ τῶν μεσονυκτίων ἐκλείψεων, μεσόνυκτιον δὲ πρὸ τῶν ἑῴων; Ἢ διότι ἀμαυροῦται τὸ θερμὸν τὸ ἀπὸ τῆς σελήνης διὰ τὸ πλησίον ἤδη φορὰν εἶναι, ἐν ᾧ γενομένῳ ἔσται ἡ ἔκλειψις; Ἀνιεμένου οὖν ᾧ κατείχετο ὁ ἀὴρ καὶ ἠρέμει, πάλιν κινεῖται καὶ γίνεται πνεῦμα τῆς ὀψιαίτερον ἐκλείψεως ὀψιαίτερον.

18. Cur ventus magna ex parte ante lunæ defectus excitatur, prima quidem vespera ubi defectus media fit nocte; media vero nocte, ubi mane? An quoniam calor lunæ propterea hebetatur, quia cursus jam proximus est, quo ubi pervenerit, defectus incidet? Remittente itaque calore, quo detinebatur aer ac quiescebat, rursum movetur ac in flatum convertitur, idque eo serius, quo serius evenit defectus.

19. Διὰ τί ὁ νότος οὐκ ἀρχόμενος, ἀλλὰ λήγων ὑέτιος; Πότερον ὅτι πόρρωθεν συνάγει τὸν ἀέρα, γίνεται δὲ συνιστάντος τὸ ὕδωρ, συνίσταται δ' ὕστερον ἢ ἄρχεται; Ἢ ὅτι ἀρχομένου θερμός ἐστιν ὁ ἀὴρ ἔτι διὰ

19. Cur auster non incipiens, sed desinens imbrem adfert? Utrum quod aerem cogit e longinquo, fit autem pluvia ubi cogit, cogitur autem postea quam cœperit? An quoniam incipiente eo calidus adhuc aer est, quum

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

τὸ ἐκ τοιούτου ἐληλυθέναι, ἐπιχρονιζόμενος δὲ ψυχθεὶς συνίσταται μᾶλλον εἰς ὕδωρ;

20. Διὰ τί ὁ νότος, ὅταν μὲν ἐλάττων ᾖ, αἴθριός ἐστιν, ὅταν δὲ μέγας, νεφώδης καὶ χρονιώτερος; Πότερον, ὥσπερ τινὲς λέγουσι, διὰ τὴν ἀρχήν; ἐὰν μὲν γὰρ ἀπ' ἐλάττονος, αἴθριος, ἐὰν δ' ἀπὸ πλείονος ὁρμήσῃ, νεφελώδης. Ἢ ὅτι ἐλάττων ἀρχόμενός ἐστιν, ὥστ' οὐ πολὺν ἀέρα ὠθεῖ, ἐπὶ τέλει δ' εἴωθε γίνεσθαι μέγας; διὸ καὶ παροιμιάζεται·

ἀρχομένου γε νότου καὶ λήγοντος βορέαο.

21. Διὰ τί προΐεται τοῦ χειμῶνος ἀπὸ τῆς ἕω τὰ πνεύματα, τοῦ θέρους δὲ καὶ ἀφ' ἑσπέρας; Ἢ ὅτι ὅταν μηκέτι κρατῇ ὁ ἥλιος, ἀφιέμενος ὁ ἀὴρ ῥεῖ; Δύνων τ' οὖν καταλείπει νέφη, ἀφ' ὧν οἱ ζέφυροι· καὶ ὅσον ἂν ἐπαγάγῃ ἐκείνοις τοῖς ἐν τῷ κάτω ἡμισφαιρίῳ οἰκοῦσιν, ἑωθινὸν πνεῦμα γίνεται· τἀναντία δέ, ὅταν δύνῃ ἐν τῷ κάτω μέρει, ἐκείνοις τε ζεφύρους ποιήσει καὶ ἐνταῦθα ἑωθινὸν πνεῦμα ἀπὸ τοῦ ἑπομένου ἀέρος αὐτῷ. Διὰ τοῦτο κἂν καταλάβῃ ἄλλον ἄνεμον, μείζων γίνεται αἰρομένου, ὅτι προσέθηκεν.

22. Διὰ τί οἱ κύνες τὰ ἴχνη ἥκιστα εὑρίσκουσι ζεφύρου πνέοντος; Ἢ διότι μάλιστα συγχεῖ διὰ τὸ συνεχέστατος εἶναι τῶν ἀνέμων καὶ μάλιστα ὑπὸ τὴν γῆν πνεῖν;

23. Διὰ τί, ὅταν ἀστέρες διάττωσιν, ἀνέμου σημεῖον; Ἢ ὅτι ὑπὸ τοῦ πνεύματος φέρονται, καὶ πρότερον ἐκεῖ γίνεται πνεῦμα ἢ παρ' ἡμῖν; διὸ καὶ ἀφ' οὗ ἂν τόπου φέρωνται οἱ ἀστέρες, ἐν τούτῳ καὶ τὸ πνεῦμα γίνεται.

24. Διὰ τί μεγίστας νεφέλας τῶν ἀνέμων ὁ ζέφυρος ἄγει; Ἢ διότι ἐκ πελάγους πνεῖ καὶ κατὰ τὴν θάλατταν; Ἐκ πολλοῦ οὖν καὶ συνάγει.

25. Διὰ τί οἱ ἐπὶ τέλει ἄνεμοι μέγιστοι; Ἢ ὅτι ὅταν ἀθρόοι ἐκπνεύσωσιν, ὀλίγον τὸ θερμόν;

26. Διὰ τί, ἐὰν περὶ ἰσημερίαν λίψ πνεύσῃ, ὕδωρ γίνεται; Ἢ ὅτι καθ' ὃν ἂν ἥ ὁ ἥλιος τόπον τοῦ κόσμου, τὰ ἐντεῦθεν πνεύματα κινεῖ; διὸ καὶ ἡ τῶν πνευμάτων περίστασις κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου φορὰν γίνεται. Ἐπεὶ δ' ἡ ἰσημερία μεθόριόν ἐστι χειμῶνος καὶ θέρους, ὅταν συμβῇ τὸν ἥλιον κατὰ τὴν ἡμῖν φαινομένην ἰσημερίαν ὑπερβεβληκέναι ἢ ἐκλείπειν τοῦ ἀκριβοῦς ὅρου καὶ εἶναι μᾶλλον ἐν τοῖς χειμερίοις, συμβαίνει τοὺς ἐκ τούτου τοῦ μέρους ἀνέμους πνεῖν, ὧν ἐστι πρῶτος λίψ, ὢν ὑγρὸς φύσει. Ὄντος δὲ τοῦ ἡλίου μᾶλλον ἐν τῷ χειμερίῳ μέρει τοῦ κόσμου, καὶ κινοῦντος τὰ ἐν αὐτῷ πνεύματα, τὰ χειμῶνος ἔργα συμβαίνει γίνεσθαι· τούτων δ' ἐστὶν ὁ ὄμβρος. Ἔτι δ' ἐπειδὴ ἡ ἰσημερία ἐστὶ καθάπερ χειμὼν καὶ θέρος ἰσοκρατής, ἐὰν ὁποτερῳοῦν αὐτῶν τι προστεθῇ, εὔσημον τὴν ῥοπὴν ποιεῖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰσαζόντων ζυγῶν· ἐπεὶ δ' ὁ λίψ

προfectus ab hujusmodi sit; processu autem temporis refrigeratus in aquam potius cogitur?

20. Quam ob causam auster ubi minor quidem est, serenus est, ubi vero major, nubilus et diuturnior? Utrum, ut quidam aiunt, propter initium? nam si ex minori proficiscatur principio, serenus est: sin vero ex ampliori, nubilus. An quia minor est lucipiens, ita ut non multum aeris pellat; versus finem contra magnus fieri solet? unde et proverbium fertur:

quum cessat boreas, quumque auster surgere cœpit.

21. Cur tempore hiberno ab ortu emittuntur flatus, æstivo vero ab occasu? An quoniam ubi sol non amplius vincit, aer libere profluit? Occidens igitur nubes relinquit, unde favonii prodeunt, et quodcumque secum adduxerit ad eos qui inferius hemisphærium incolunt, spiritus fit orientalis; contra ubi in parte inferiori obcidit, favonios illis, subsolanum vero hic ope aeris qui eum insequitur, faciet. Unde fit ut, si quem alium ventum occuparit, augetur sublato, quod eum sibi adjunxit.

22. Cur flante favonio canes vestigia pessime legunt? An quia plurimum confundit, quoniam ventorum omnium continentissimus est atque maxime sub terram flat?

23. Quam ob causam, ubi stellæ prosiliunt, venti indicium datur? An propterea quod a flatu feruntur, priusque ibi quam apud nos flatus fit? hinc etiam, undecumque stellæ feruntur, eo in loco flatus fit.

24. Cur nubes maximas ventorum favonius agit? An quia de alto spirat ac super mari? Ex amplo igitur spatio colligit etiam.

25. Cur venti ad postremum vehementissimi? An quia, postquam conferti efflarunt, caloris parum relinquitur?

26. Cur, si circa æquinoctium africus spiravit, aqua fit? An quia, quemcumque mundi locum occuparit sol, inde flatus excitantur? propterea et pro solis cursu vicissitudo flatuum agitur. Atqui quum æquinoctium hyemis atque æstatis confinium sit, quando evenit ut sol eo tempore quod nobis æquinoctium esse videtur, aut justum transgressus sit limitem, aut retro manserit atque potius in regione restiterit hyemali, adcidit ut venti ex illa regione spirent, quorum primus africus est natura humidus. Ubi vero sol in parte mundi hiberna adest, flatusque regionis ejusdem movet, evenit ut hyems suis fungatur muneribus: cujus generis imber est. Ad hæc, quum æquinoctium tamquam æquilibrium hyemis atque æstatis sit, si alterutri earum quidquam additum sit, notabile efficit momentum, ut in æquilibribus

Digitized by Google

ἔκ τε τῆς χειμερίου τάξεώς ἐστι καὶ ὑγρὸς φύσει, προστεθεὶς ἐν τῇ ἰσημερίᾳ βορὴν χειμῶνος ἐποίησε καὶ ὄμβρον· ὁ γὰρ ὄμβρος χειμών ἐστιν οἰκειότατος τῷ πνεύσαντι πνεύματι.

lancibus; at quum africus hiberni ordinis sit naturaque humidus, in æquinoctio additus hyemale momentum imbremque adfert: imber enim hyems est vento tunc flanti familiarissima.

www.libtool.com.cn

27. Διὰ τί ὁ νότος καὶ ὁ εὖρος θερμότεροι ὄντες τῶν ἐναντίων, ὁ μὲν τοῦ βορέου, ὁ δὲ τοῦ ζεφύρου, ὑδατωδέστεροί εἰσιν, καίτοι διὰ ψυχρότητα ὕδωρ ἐξ ἀέρος γίνεται; οὐ γὰρ διὰ τὸ ἀπωθεῖν τὸν βορέαν ἐντεῦθεν γίνεται τὰ νέφη· ὁ γὰρ ζέφυρος καὶ ὁ εὖρος ἀπάγουσιν ἄμφω (ὁμοίως γὰρ πλάγιοι), καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες, ὅθεν πνέουσιν. Πότερον ὅτι ἀντιπερίσταται τὸ ψυχρὸν εἴσω μᾶλλον, ὅταν ᾖ ἔξω τὸ θερμὸν μᾶλλον; Ἢ ἔστι μέν τι καὶ τὸ ὅθεν πνέουσιν, αἰθρίους εἶναι (καὶ γὰρ εὖρος ἀπ' ἠοῦς ἐστιν, ἥδε δ' ἡ χώρα πρὸς ἑσπέραν κεῖται, καὶ ζέφυρος), ἀλλὰ καὶ διότι πρότερον θερμαινόμενος ὁ ἀήρ, ὥσπερ καὶ τὰ ὕδατα, τάχιστα καὶ μάλιστα ψύχεται; Φέρεται οὖν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ εὔρου ἀπ' ἀνατολῆς ἀὴρ θερμός, ὁ δ' ἀπὸ τοῦ νότου ἀπὸ μεσημβρίας. Ὅταν οὖν ἔλθωσιν εἰς τὸν ψυχρότερον τόπον ταχὺ πήγνυνται καὶ συνίστανται εἰς ὕδωρ, καὶ μᾶλλον ὁ εὖρος ποιεῖ ὕδωρ, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἡλίου μᾶλλον φέρει τὸν ἀέρα, καὶ ὁμοίως θερμόν. Ὁ δὲ νότος λήγων ὑδατώδης, ὅτι ψυχρὸς ὁ πρῶτος φερόμενος ἀὴρ ἀπὸ τῆς θαλάττης, ὁ δὲ τελευταῖος διάθερμος ὢν ἀπὸ τῆς γῆς κομίζει. Ἢ οὐ μόνον τοῦτ' αἴτιον, ἀλλ' ὅτι καὶ μείζων λήγων ὁ νότος γίνεται; διὸ καὶ ἡ παροιμία εἰς αὐτόν·

ἀρχομένου τε νότου.

Οἱ δὲ μείζους ψυχρότεροι· ὥστε πηγνύει ὕστερον τὰ νέφη. Ἢ διὰ τοῦτο ὑδατωδέστερος ἢ ἀρχόμενος;

27. Cur auster atque eurus, etiamsi flatibus sibi objectis calidiores sint, alter quidem aquilone, alter vero favonio, aquæ fertiliores sunt, quamquam propter frigus aer in aquam convertitur? haud enim quod aquilo hinc nubes pellit, ideo fit: nam et favonius et eurus ambo nubes abigunt (pari enim modo transversi sunt); quin etiam ceteri omnes, unde spirant. Utrum quia frigus amplius intro circumobsistitur, ubi calor extra amplior adest? An aliquid sane etiam eo confert regio, unde spirant, ut sereni sint (eurus namque ab ortu venit, nostra vero regio, æque ac favonius, versus occasum sita est); verum fit etiam quoniam aer præcalfactus celerrime ac plenissime refrigeratur, quomodo etiam aquæ? Igitur aer ab euro quidem, quippe ab ortu, calidus fertur, itemque ab austro, utpote a meridie. Ubi igitur ad frigidiorem locum devenere, compendio concrescunt atque in aquam consistunt, magisque eurus aquam agit, quoniam aerem potius de sole, nec minus calidum, ducit. Auster vero cessans aquam mittit, quoniam aer qui primus ex mari fertur, frigidus est, ultimus autem qui penitus calidus est, ex terra adfert. An non id solum causa est, sed etiam quod ad postremum auster crescit? unde et de illo fertur proverbium:

quumque auster surgere cœpit.

Atqui vehementiores sunt frigidiores, ita ut postmodum nubes cogat. An id ipsum ratio est cur fertilior aqua quam principio sit?

28. Διὰ τί οἱ ἄνεμοι ξηραίνουσι ψυχροὶ ὄντες; Ἢ διότι ἀτμίζειν ποιοῦσιν οἱ ψυχρότεροι; Διὰ τί δὲ μᾶλλον ἢ ὁ ἥλιος; Ἢ διότι ἀπάγουσι τὴν ἀτμίδα, ὁ δ' ἥλιος καταλείπει; Ὑγραίνει μὲν οὖν μᾶλλον, ξηραίνει δ' ἧττον.

28. Cur venti siccant, etiamsi frigidi sint? An quoniam qui frigidiores sunt, vaporem eliciunt? Sed cur amplius siccant quam sol? An quia vaporem abigunt; sol autem relinquit? Magis itaque humectat, minus vero exsiccat.

29. Διὰ τί ὁ καικίας μόνος τῶν ἀνέμων ἐφ' ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη, ὥσπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει·

Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὥστε καικίας νέφος;

οἱ γὰρ ἄλλοι, ὅθεν ἂν πνέωσιν, ἐνταῦθα ἀναστέλλουσιν. Πότερον αἴτιον ὅτι ἅμα ὁ ἐναντίος πνεῖ; Ἢ οὐκ ἂν ἐλάνθανεν, ἀλλὰ πέφυκε τὸ πνεῦμα κύκλου γραμμὴν φέρεσθαι; Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι περὶ τὴν γῆν πνέουσιν· τοῦτο δὲ τὸ κοῖλον τῆς γραμμῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ οὐκ ἐπὶ τὴν γῆν ἐστιν, ὥστ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πνέων ἐφ' ἑαυτὸν τὰ νέφη ἄγει.

29. Cur unus ventorum cæcias nubes ad se vocat: quod etiam proverbium declarat:

Ut cæcias nubes, sic ille trahit opes?

ceteri namque, unde spirant, inde remittunt. Utrum causa est quod ventus adversus eodem tempore spirat? An non latuisset, sed ventus hic suapte natura circulari linea fertur? Ergo ceteri quidem circum terram flant, hic vero cœlum versus suæ lineæ cavum, non vero ad terram dirigit, ita ut suam originem flando repetens nubes ad se ducat.

30. Διὰ τί ἀπὸ μὲν τῆς θαλάττης οὐκ ἀποπνεῖ ἔωθεν ψυχρόν, ἀπὸ δὲ τῶν ποταμῶν; Ἢ ὅτι ἡ μὲν θάλαττά ἐστιν ἐν ἀναπεπταμένοις τόποις, οἱ δὲ ποταμοὶ ἐν στενοῖς; Ἡ οὖν ἀπὸ τῆς θαλάττης αὔρα εἰς πολὺν τόπον σκίδναται, ὥστ' εἶναι ἀσθενής, ἡ δ' ἀπὸ τῶν ποταμῶν ἀθρόος φέρεται καὶ μᾶλλον ἰσχύει· διὸ μᾶλλον εἰκότως φαίνεται ψυχρά. Ἢ οὐ τοῦτ' ἐστὶν αἴτιον, ἀλλ' οἱ μὲν ποταμοὶ ψυχροί εἰσιν, ἡ δὲ θάλαττα οὔτε θερμή,

30. Quam ob causam de mari quidem mane aura frigida non spirat, de fluminibus vero spirat? An quoniam mare quidem in locis patulis situm est, flumina vero in angustis? Aura igitur maris in amplum locum dispalatur, ita ut imbecillis sit, fluminum autem universa simul fertur atque amplius valet: quapropter frigidior merito adparet. An causa non in eo est, sed flumina quidem frigida sunt, mare vero neque calidum, nec frigidum? fit namque aura

Digitized by Google

οὔτε ψυχρά; γίνεται δ' ἡ αὔρα καὶ ἀποπνοὴ θερμαινομένων ἢ ψυχομένων· ὁπότερον γὰρ ἂν τούτων πάσχῃ, ἐξαιροῦται, ἐξαιρουμένου δὲ τοῦ ὕδατος ὁ ἀὴρ γινόμενος φέρεται, ὅ ἐστιν αὔρα. Τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ψυχρῶν ψυχρὸν εἰκότως ἀποπνεῖ, τὰ δ' ἀπὸ τῶν σφόδρα θερμῶν ἀποπνέοντα ψύχεται καὶ γίνεται ψυχρά. Τοὺς μὲν οὖν ποταμοὺς ψυχροὺς ἅπαντας εὕροι τις ἄν, ἡ δὲ θάλαττα οὔτε ψυχρά, οὔτε θερμὴ σφόδρα ἐστίν. Οὔτ' οὖν τὸ ἀποπνέον ψυχρὸν ἀπ' αὐτῆς ἐστι, διὰ τὸ μὴ ψυχρὰν εἶναι σφόδρα; οὔτε ψύχεται ταχύ, διὰ τὸ μὴ θερμὴν εἶναι σφόδρα.

ac exhalatio humoribus vel calescentibus, vel frigescentibus: utrum enim ex his passa fuerit aqua, in aerem convertitur: quod ubi fit, aer inde ortus fertur, idque aura est. Quodsi igitur a frigidis proficiscatur, frigida merito spirat; quæ vero a valde calidis flant, refrigerantur ac frigidæ fiunt. Fluvios igitur frigidos comperire omnes possumus; mare autem nec frigidum, neque calidum valde est. Itaque nec frigidum est quod ab eo spirat, quia mare valde frigidum non est, nec cito refrigeratur, quia valde calidum non est.

31. Διὰ τί ὁ ζέφυρος εὐδιεινὸς καὶ ἥδιστος δοκεῖ εἶναι τῶν ἀνέμων, καὶ οἷον καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ Ἠλυσίῳ πεδίῳ (Ὀδ. δ, 567)·

ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο διαπνείουσιν ἀῆται;

Ἢ πρῶτον μὲν ὅτι ἔχει τὴν τοῦ ἀέρος κρᾶσιν; οὔτε γὰρ θερμὸς ὥσπερ οἱ ἀπὸ μεσημβρίας καὶ ἕω, οὔτε ψυχρὸς ὥσπερ οἱ ἀπὸ τῆς ἄρκτου, ἀλλ' ἐν μεθορίῳ ἐπὶ τῶν ψυχρῶν καὶ θερμῶν πνευμάτων· γειτνιῶν δ' ἀμφοῖν τῆς δυνάμεως αὐτῶν κοινωνεῖ· διὸ καὶ εὔκρατός ἐστι καὶ πνεῖ ἔαρος μάλιστα. Ἔτι τὰ πνεύματα περιίσταται ἢ εἰς τἀναντία, ἢ εἰς τὰ δεξιά. Μετὰ οὖν τὸν βορέαν πνέων (ἐπὶ δεξιὰ γὰρ ὁ τόπος) εὐδοκιμεῖ, ὥσπερ παρὰ χαλεπὸν πρᾶος. Καὶ ἅμα ὅταν ἀποχειμάσῃ, εὐδία εἴωθε γίνεσθαι ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ὁ δὲ βορέας χειμέριος ἄνεμος. [Καὶ ὁ ἀπηλιώτης δ' ἐν τῷ μέσῳ ὢν τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν πνευμάτων ἧττον αὐτοῖς κοινωνεῖ· ἀπηλιώτης μὲν γὰρ πνέων τὰ πρὸς νότου πνεύματα κινεῖ (ἐνταῦθα γὰρ ἡ μετάστασις αὐτοῦ ἐστιν), κινῶν δ' οὐ μίγνυται αὐτοῖς· ὁ δὲ ζέφυρος καὶ κινεῖται ὑπὸ τῶν νοτίων, καὶ πνέων κινεῖ τὰ βόρεια· τελευτᾷ γὰρ ἐνταῦθα ἡ περίοδος τῶν πνευμάτων· διὸ τῶν μὲν τὴν τελευτήν, τῶν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχων ἐν αὐτῷ δικαίως ἡδύς ἐστι καὶ δοκεῖ εἶναι.]

31. Cur favonius serenus ac jucundissimus ventorum omnium est, et qualem Homerus in campo Elysio cecinit:

Sed zephyri adsidue spirant auræque salubres?

An primum quidem quod aeris temperiem obtinet? neque enim calidus est, ut qui de meridie ortusque spirant, neque frigidus, ut qui de septemtrionibus, sed in confinibus frigidorum et calidorum flatuum situs est, et quum utrisque vicinus sit, particeps utrorumque virium evadit: quapropter et temperatus est, et vere maxime spirat. Ad hæc flatus transeunt vel in sibi adversos, vel in dextros. Itaque quum post aquilonem spiret (a dextro enim situs est locus), bona gaudet fama, veluti mitis ad immitem comparatus. Tum simul atque ab impetu remisit, serenum magna ex parte subsequi solet; aquilo vero ventus byemalis est. [Subsolanus quoque, quamvis in medio calidorum et frigidorum situs, minorem communionem cum iis init: ubi enim spirat subsolanus, flatus vergentes ad austrum movet quidem (istluc enim transferri solet), sed quum moveat, non miscetur iis; favonius vero et movetur a ventis australibus, et ipse, ubi spirat, movet aquilonares: hic enim desinit ventorum circuitus: quamobrem quum favonius alterius quidem finem, alterius vero initium in sese contineat, merito suavis et est, et esse videtur.]

32. Διὰ τί ἐπὶ κυνὶ νότος πνεῖ; Ἢ ὅτι ἐπὶ πᾶσι μὲν σημαίνει τοῖς ἄστροις δυομένοις ἢ ἐπιτέλλουσιν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐπὶ τούτῳ; Δῆλον οὖν ὅτι πνεύματα μάλιστα ἐπὶ τούτῳ καὶ μετ' αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ πνίγει, καὶ πνεύματα εἰκότως ἐπ' αὐτῷ τὰ θερμότατα κινεῖται· ὁ δὲ νότος θερμός ἐστιν. Ἐπεὶ δ' εἴθισται μάλιστα ἐκ τῶν ἐναντίων εἰς τὰ ἐναντία μεταβάλλειν, πρὸ κυνὸς δ' οἱ πρόδρομοι πνέουσιν ὄντες βορέαι, εἰκότως μετὰ κύνα νότος πνεῖ, ἐπειδὴ ἐπισημαίνει μέν, ἐπιτέλλουσι δὲ τοῖς ἄστροις· τὸ δ' ἐπισημαίνειν ἐστὶ μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ποιεῖν· μεταβάλλει δὲ πάντα εἰς τοὺς ἐναντίους, ἢ τοὺς ἐπὶ δεξιὰ ἀνέμους τὰ πνεύματα. Ἐπεὶ δὲ βορέας εἰς τοὺς ἐπιδεξίους μεταβάλλει, εἴη ἂν αὐτῷ λοιπὸν εἰς νότον μεταβάλλειν. Ἔστι δὲ καὶ ἡ μετὰ τὰς χειμερινὰς τροπὰς πεντεκαιδεκάτη νότιος, διὰ τὸ τὰς μὲν τροπὰς ἀρχήν τινα εἶναι, κινεῖν δὲ τὸν κατ' αὐτὴν μάλιστα ἀέρα τὸν ἥλιον, εἶναι δ' ἐν ταύταις ταῖς τροπαῖς πρὸς νότον. Καθάπερ οὖν καὶ τὰ ἀπ' ἀνατο-

32. Cur auster caniculæ tempore flat? An quia omnibus sideribus tum orientibus, tum obcidentibus signum datur, sed canicula præcipue? Manifestum itaque est flatus præcipue tum ejus ortu, tum post ortum fieri. Sed quum æstus tunc vigeant, ventos quoque calidissimos per id tempus moveri congruum est; auster autem calidus est. Quum autem ex contrariis in contraria maxime commutari soleat, atque ante ortum caniculæ præcursores flent, qui aquilones sunt, merito post caniculam auster spirat, quandoquidem signum datur quidem, sed sideribus orientibus; signum datum autem eo constat ut aeris mutationem faciat; mutantur vero flatus omnes in ventos vel adversos, vel a dextra sitos; sed quum aquilo transeat in dextros, nihil ei restat nisi ut in austros transeat. Quin etiam dies quintus decimus post solstitium hibernum austrinus est, eo quod bruma initium quoddam est, moveturque a sole is potissimum aer qui huic proximus est; sol autem his solstitiis ad austrum vergit. Ut igitur ubi regiones ortui proximas

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

λῆς κινῶν ἀπηλιώτας ἀνέμους ἤγειρεν, οὕτω καὶ τὰ ἀπὸ μεσημβρίας κινῶν νότους ἐγείρει· οὐκ εὐθὺ δ' ἀπὸ τροπῶν ποιεῖ τοῦτο διὰ τὸ βραχυτάτας ποιεῖσθαι τὰς μεταστάσεις τότε, ἀλλ' ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ διὰ τὸ τὸν χρόνον τοῦτον συμμέτρως ἔχειν τῇ κατὰ τὴν μετάστασιν πρώτῃ φαντασίᾳ· ὅλου γάρ ἐστι μέρος εὐσημότατον ὁ εἰρημένος χρόνος.

movet, flatus excitat subsolanos, ita ubi regiones meridiei proximas movet, austros evocat; nec tamen statim a solstitio id facit, quoniam brevissimas tunc agit distantias, sed quintodecimo die, quia tempus id respondet primæ discessus sensioni: totius enim id tempus pars admodum conspicua est.

8. Cur metuentes et sitiunt et rigent, quæ quidem adfectiones adversæ inter se sunt? An rigent quidem refrigescentes, sitiunt vero calescentes, quia calor et humor in metuendo superiora deserunt loca? Id autem colore alvoque constat: facies enim pallet, alvus vero interdum

Digitized by Google

ἐκλείπειν τὸ θερμὸν ἐκ τῶν ἄνωθεν τὸ ῥῖγος γίνεται, διὰ δὲ τὸ ὑγρὸν ἡ δίψα.

solvitur. Ergo quod calor locis superioribus deficit, rigor oritur; quod vero humor, sitis.

9. Διὰ τί τοῦ τε φόβου λύπης τινὸς ὄντος καὶ τῆς ἀλγηδόνος, οἱ μὲν ἀλγοῦντες ἀναβοῶσιν, οἱ δὲ φοβούμενοι συσπῶσιν; Ἢ οἱ μὲν ἀλγοῦντες κατέχουσι τὸ πνεῦμα (διὸ ἀθρόον ἐξιὸν μετὰ φωνῆς ἐξέρχεται), τῶν δὲ φοβουμένων κατέψυκται τὸ σῶμα καὶ τὸ θερμὸν κάτω ἐνήνεκται, ὃ ποιεῖ πνεύματα; Ἦ οὖν ἐνήνεκται μάλιστα, ἐνταῦθα καὶ ποιεῖ αὐτά· διὸ καὶ ἀποψοφοῦσιν οἱ φοβούμενοι· ἡ δὲ φωνή ἐστι φορὰ πνεύματος ἄνω πως καὶ διά τινων γινομένη. Τοῦ δὲ τοὺς ἀλγοῦντας κατέχειν τὸ πνεῦμα αἴτιον, ὅτι ταῖς ἐνυπαρχούσαις ἡμῖν βοηθείαις φύσει εὐθὺς πάντες παθόντες ἄνευ λογισμοῦ χρώμεθα, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ζῷα· τὰ μὲν γὰρ κέρασι, τὰ δ' ὀδοῦσι, τὰ δ' ὄνυξιν ἀμύνεται· πρὸς δὲ τὰ ἀλγήματα πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα βοηθεῖ ἡ θερμότης· ὃ ποιεῖ ὁ κατέχων τὸ πνεῦμα· θερμαίνει γὰρ καὶ ἐκπέττει τὸ ἄλγημα, συστέλλων ἐντὸς τὸ θερμὸν τῷ πνεύματι.

9. Quam ob causam, quum et metus et dolor quædam sint ægritudo, qui dolent quidem, clamant, qui vero metuunt, silent? An qui dolent quidem, spiritum retinent (quapropter is confertus erumpens cum sono exit); metuentium vero corpus refrigeratum est calorque deorsum vectus: id quod flatus gignit? Quo igitur hic potissimum se contulerit, ibidem et flatus gignit: quapropter et pedunt metuentes; vox autem spiritus sursum versus elatio est quæ certo quodam modo et certis quibusdam partibus absolvitur. Causa vero cur dolentes spiritum retineant, est quod inditis a natura nobis præsidiis, aliquo detrimento adfecti, sine ulla cogitatione confestim utimur omnes, ut etiam ceteræ animantes: aliæ namque cornibus, aliæ vero dentibus, aliæ tandem unguibus repugnant; atqui dolores vel omnes, vel plurimos calor adjuvat: id quod facit qui spiritum cohibet: calfacit enim et percoquit dolorem contracto introrsus per spiritum calore.

10. Διὰ τί τοῖς φοβουμένοις αἱ κοιλίαι λύονται καὶ οὐρητιῶσιν; Ἢ τὸ θερμὸν τὸ ἐν ἡμῖν ἐστιν ὥσπερ ζῷον; Ἴσῃ οὖν φεύγει ὅ τι ἂν φοβηθῇ. Ἔξωθεν οὖν γινομένων τῶν θ' ὑπὸ τῆς ἀγωνίας φόβων καὶ τῶν τοιούτων, καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν εἰς τὰ κάτω καὶ ἐκ τῶν ἐπιπολῆς εἰς τὰ ἐντός, ἐκθερμαινόμενοι δ' οἱ περὶ τὴν κοιλίαν τόποι καὶ τὴν κύστιν διαλύονται, καὶ ποιοῦσιν αὐτὰς εὐτρεπεῖς· καὶ γὰρ τὰ ἄνηθα καὶ τὰ ἀψίνθια καὶ ὅσα οὐρητικά, θερμαντικά. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πρὸς τὴν κοιλίαν φάρμακα τὰ κάτω θερμαντικά, καὶ τὰ μὲν τῶν εἰσενεχθέντων μόνων λυτικά, τὰ δὲ καὶ ἑτέραν σύντηξιν ποιεῖ, οἷον τὸ σκόροδον εἰς τὸ οὖρον. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῖς τοιούτοις ἡ ἐκ τῶν ἐπιπολῆς θερμασία εἰς τούτους τοὺς τόπους συνιοῦσα ὀρᾷ.

10. Cur metuentibus alvus solvitur micturiuntque ipsi? An calor nobis insitus quasi animans est? Hicce ergo rem quamcumque timuerit, defugit. Quod quum extrinsecus tum a trepidatione ortus metus, tum ceteri hujus generis metus invadunt, idque superne deorsum, et a superficie ad partes, internas, alvi, inquam, vesicæque regiones, utpote penitus concalescentes, dissolvuntur hasque partes turbatu faciles reddunt: nam et anethum et absinthium, et quæcumque urinam movent, calefacere valent. Eodem modo et medicamenta quæ alvo adhibentur ac deorsum agunt, calorifica sunt, et partim quidem eorum ingesta tantummodo solvere valent, partim vero et aliam colliquationem gignunt, ut allium versus urinam. Idem autem quod hujusmodi medicamenta, calor quoque efficit qui de superficie ad hæc loca coit.

11. Διὰ τί οἱ φοβούμενοι συσπῶσι τὰ αἰδοῖα; εἰκὸς γὰρ ἦν τοὐναντίον, τοῦ θερμοῦ εἰς τοῦτον τὸν τόπον ἀθροιζομένου τῶν φοβουμένων, ἀνίεσθαι αὐτά. Ἢ οἱ φοβούμενοι σχεδὸν ἅπαντες ὥσπερ ῥιγοῦντές εἰσιν; Ἐκλελοιπότος οὖν ἐκ τῶν ἐπιπολῆς τοῦ θερμοῦ συσπῶσιν· διὸ καὶ βομβυλιάζουσιν οἱ δεινῶς δεδιότες. Δοκεῖ δὲ συσπᾶν τὸ ἐπιπολῆς καὶ τὸ δέρμα τῶν ῥιγούντων, ἅτε τοῦ θερμοῦ ἐκκεχριμένου· διὸ καὶ φρίττουσιν. Συσπᾶται δὲ καὶ ἡ ὀσχέα τοῦ αἰδοίου ἄνω, καὶ συνεφέλκονται καὶ οἱ ὄρχεις αὐτοῖς συστελλομένων. Θᾶττον δὲ φαίνεται ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων· ὁ γὰρ φόβος ἐκκρίνει, καὶ πολλοῖς τῶν ἀγωνιώντων καὶ τῶν περιφόβων συγκινεῖ ἡ τῆς γονῆς πρόεσις.

11. Cur metuentes pudenda contrahunt? e contrario enim, ut remitterentur, congruum erat, quum calor metuentium in eum locum se colligat. An metuentes omnes fere similes rigentibus sunt? Quum igitur calor superficiem deseruit, contrahunt: quamobrem ventris quoque murmur citatur iis quos timor vehemens detinet. Superficies autem rigentium et cutis videntur contrahere, utpote excreto calore: ex quo et horrent. Scrotum quoque pudendi sursum convellitur, atque una cum eo apud metuentes, dum stringuntur, testiculi quoque adtrahuntur: quod citius in re venerea patet: metus enim excernit, multosque trepidantes, aut perterritos genituræ commovet emissio.

www.jingpool.com.cn

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ ΚΗ.

www.libtool.com.cn

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ ΚΑΙ ΑΚΟΛΑΣΙΑΝ, ΚΑΙ ΕΓΚΡΑΤΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΚΡΑΣΙΑΝ.

1. Διὰ τί ἔνιοι κάμνουσιν, ὅταν ἐθισθέντες ἀκολάστως ζῆν μὴ ἀκολάστως διαιτῶνται, οἷον Διονύσιος ὁ τύραννος, ἐπεὶ ἐν τῇ πολιορκίᾳ ἐπαύσατο πίνων ὀλίγον τινὰ χρόνον, εὐθὺς ἐφθισίασεν, ἕως πάλιν εἰς τὴν μέθην μετέβαλεν; Ἡ μέγα μέν τι καὶ τὸ ἔθος ἐστὶν ἑκάστοις; φύσις γὰρ ἤδη γίνεται. Καθάπερ ἂν ἰχθὺς ἐν ἀέρι, ἢ ἄνθρωπος ἐν ὕδατι διατελῶν φαύλως ἂν ἴσχοι, οὕτω καὶ οἱ τὰ ἔθη μεταβάλλοντες χαλεπῶς ἀπαλλάττουσιν, καὶ τὸ πάλιν εἰς τὰ εἰωθότα ἐλθεῖν σωτηρία γίνεται αὐτοῖς ὥσπερ εἰς φύσεως κατάστασιν. Ἔτι δὲ καὶ συντηκτικοὶ γίνονται, εἰωθότες τροφῇ χρῆσθαι δαψιλεῖ τῇ ἰδίᾳ· μὴ λαμβάνοντες γὰρ τὴν εἰωθυῖαν ὥσπερ ὅλως μὴ λαμβάνοντες διατίθενται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ περιττώματα τροφῇ μεμιγμένα πολλῇ ἀφανίζεται, αὐτὰ δὲ ἐπιπολάζει μόνα ὄντα, καὶ φέρεται εἰς ὄμματα ἢ πνεύμονα· προσενεγκαμένοις δὲ τροφὴν κατακεραννύμενα ὑδαρῆ γίνεται καὶ ἀβλαβῆ· γίνεται δὲ τοῖς ἀκολάστως ζῶσι πλείω τὰ περιττώματα ἄχρι τινὸς λήξασι τοῦ εἰωθότος βίου, διὰ τὸ πολλὴν ἀκαταχώριστον ἐν αὐτοῖς ὕλην ὑπάρχειν ἐκ τοῦ προτέρου βίου, ἧς τηκομένης ὑπὸ τοῦ συμφύτου θερμοῦ, καθάπερ χιόνος πολλῆς, ῥεύματα ἀδρὰ συμβαίνει γίνεσθαι.

2. Διὰ τί κατὰ δύο μόνας αἰσθήσεις ἀκρατεῖς λέγομεν, οἷον ἁφὴν καὶ γεῦσιν; Ἢ διὰ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις; Ἅτε οὖν κοιναὶ οὖσαι ἀτιμότατα εἰσί· διὸ καὶ μάλιστα, ἢ μόναι ἐπονείδιστοί εἰσιν· ὥστε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον εἶναί φαμεν, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι.

3. Διὰ τί ἀκρατεῖς λέγονται κατὰ τὰς ἐπιθυμίας μόνον, οὔσης τῆς ἀκρασίας καὶ περὶ τὴν ὀργήν; Ἢ ὅτι ἀκρατὴς μέν ἐστιν ὁ παρὰ τὸν λόγον τι πράττων καὶ ἀκρασία ἡ παρὰ τὸν λόγον ἀγωγή, εἰσὶ δ' αἱ μὲν ἐπιθυμίαι, ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν, παρὰ τὸν λόγον, αἱ δ' ὀργαὶ μετὰ λόγου, οὐχ ὡς κελεύσαντος τοῦ λόγου, ἀλλ' ὡς δηλώσαντος τὸν προπηλακισμόν, ἢ τὴν αἰτίαν;

4. Διὰ τί τὴν μὲν ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην ἐπὶ τῶν νέων καὶ πλουσίων μάλιστα ἐξετάζομεν, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἐπὶ τῶν πενήτων; Ἢ ὅτι οὗ μάλιστα δεῖταί τις, εἰ τούτου ἀπέχεται, μᾶλλον θαυμάζοιτ' ἂν ἢ τῶν ἐναντίων; Ὁ μὲν οὖν πένης εὐπορίας δεῖται, ὁ δὲ νέος καὶ πλούσιος ἀπολαύσεως.

SECTIO XXVIII.

QUÆ AD CONTINENTIAM ET INCONTINENTIAM, AD TEMPERANTIAM ET INTEMPERANTIAM PERTINENT.

1. Cur aliqui ægrotant, ubi incontinenter vivere adsueti victus ratione utuntur non incontinenti, ut Dionysius tyrannus, quum per obsidionem aliquantum temporis a potatione destitisset, tabe protinus laboravit, donec ad ebriositatem rediit? An consuetudo res magna cuique est? jam enim natura fit. Ut piscis in aere, aut homo in aqua degens male haberet, ita et qui morem mutant solitum, difficulter inde se expediunt, atque salus iis fit, si ad solita rursus redeant, perinde quasi suæ naturæ statum resumpsissent. Tabescunt item qui alimento copioso, idque peculiari, uti solebant: quod enim cibo solito non vescuntur, perinde adficiuntur ac si nullum penitus capiant. Quin etiam residua copioso mista alimento evanescunt; ipsa autem sola ubi manent, emergunt, ferunturque in oculos, aut in pulmonem; cibo vero ingesto temperantur, aquosaque et innoxia redduntur; augentur autem residua apud incontinenter viventes, ubi aliquantisper a solita victus ratione destiterint, eo quod multa iis inest materia indigesta a priori victus ratione proveniens, qua tabescente a calore insito, modo nivis copiosæ, evenit ut fluxiones spissæ fiant.

2. Cur duorum tantummodo sensuum ratione homines incontinentes vocamus, id est tactus et gustus? An propter voluptates, quæ pariter nobis ac ceteris animantibus per hosce sensus eveniunt? Quippe igitur communes, et vilissimæ sunt: quapropter et maxime, aut solæ probro sunt, ita ut hominem eis victum vituperemus, et intemperantem atque incontinentem adpellemus, quoniam a turpissimis voluptatibus vincitur.

3. Cur homines incontinentes ratione tantum cupidinum dicimus, quum etiam in irascendo incontinentia insit? An quia incontinens quidem est qui præter rationem aliquid agit, et incontinentia est adsuetudo præter rationem; sunt autem cupidines quidem, ut in universum dicamus, præter rationem, iræ vero cum ratione, non tamen ita ut ratio jubeat, sed ut injuriam causamve (contumeliamve?) significet?

4. Cur continentiam quidem et temperantiam in juvenibus atque ditibus maxime probamus, justitiam vero in pauperibus? An quia, si quis re abstineat cujus maxime indiget, magis admirationi erit quam si a rebus contrariis? Pauper igitur facultatibus indiget, juvenis vero et dives voluptate.

Digitized by Google

5. Διὰ τί ἧττον ἀνέχονται διψῶντες ἢ πεινῶντες; Πότερον ὅτι λυπηρότερον; Σημεῖον δὲ τοῦ λυπηροτέρου, ὅτι ἥδιον τὸ διψῶντα πιεῖν ἢ πεινῶντα φαγεῖν· τὸ δ' ἐναντίον τῷ ἡδεῖ λυπηρότερον. Ἢ διότι μᾶλλον δεῖται το θερμὸν τοῦ ὑγροῦ ἢ τὸ ξηρὸν ὧ ζῶμεν; Ἢ ὅτι δυοῖν ἡ δίψα ἐπιθυμία, ποτοῦ καὶ τροφῆς, ἡ δὲ πεῖνα ἑνὸς μόνου, τροφῆς;

5. Cur minus sitim quam famem toleramus? Utrum quia sitis res magis molesta est? Hujus autem majoris molestiæ indicium est, quod suavius sitiens bibit quam esuriens edit; molestius autem quod suavi adversum est. An quia calor quo vivimus, humidum magis quam siccum desiderat? An quia sitis rerum duarum cupido est, potus inquam et cibi, fames vero unius tantummodo, nimirum cibi?

6. Διὰ τί ἧττον καρτεροῦμεν διψῶντες ἢ πεινῶντες; Ἢ διότι λυπούμεθα μᾶλλον; Σημεῖον δὲ τῆς λύπης ἡ ἡδονὴ σφοδροτέρα. Εἶτα ὁ μὲν διψῶν δυοῖν ἐνδεής, τροφῆς τε καὶ καταψύξεως (ἄμφω γὰρ ἔχει τὸ ποτόν), ὁ δὲ πεινῶν θατέρου μόνον.

6. Cur minus sitire quam famem ferre perseveramus? An quia ægrius ferimus? Hujus autem ægritudinis indicium est voluptas vehementior. Tum etiam qui sitit quidem, res duas desiderat, cibum nempe atque refrigerationem (ambo enim potus præstat); qui esurit vero, alteram tantum.

7. Διὰ τί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονήν, οὗ ἂν ὑπερβάλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται (οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις· τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ, ἀπ' ἐνίων δ' ἐν τῷ λάρυγγι· διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου φάρυγγα εὔχετο ἔχειν) οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν οὐκέτι; Ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις; Ἅτε οὖν οὖσαι κοιναί, ἀτιμόταται εἰσὶ καὶ μάλιστα, ἢ μόναι ἐπονείδιστοι, ὥστε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. Οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τά τ' ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει· ὁρῶν μὲν γὰρ ὁ ὁρῶν, ἢ καὶ ὀσφραινόμενος, χαίρει ὅτι ἀπολαύει, καὶ ὅταν πληρωθῇ, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ, ὥσπερ οὐδ' ἡμῖν ἡ τοῦ ταρίχου ὀδμή, ὅταν ἄδην ἔχωμεν τοῦ φαγεῖν· ὅταν δ' ἐνδεεῖς ὦμεν, ἡδέα· ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα.

7. Cur qui quod ad voluptatem tactus aut gustus adtinet, modum prætergressi fuerint, ejus rei quo modum excesserunt, intemperantes vocantur (nam et qui circa rem veneream incontinentes sunt, et qui circa luxum ciborum, intemperantes vocantur; rerum vero ad cibos pertinentium partim quidem in lingua, partim vero in gutture residet suavitas: unde et Philoxenus gruis gulam precabatur habere); at vero qui visus, vel auditus ratione modum excesserunt, non item? An quoniam voluptates a sensibus hisce provenientes communes nobis cum ceteris animantibus sunt? Ergo ut communes, vilissimæ sunt, atque vel maxime vel solæ probrosæ, ita ut hominem his victum reprehendamus, et incontinentem intemperantemque adpellemus, quod a turpissimis voluptatibus vincitur. Sed quum sensus quinque sint, cetera quidem animalia a duobus tantum, quæ modo dixi, voluptatem petunt, ceteris vel nihil omnino delectantur, vel per adcidens ita adficiuntur: qui enim videt, dum videt, vel etiam olfacit, gaudet, quia fruitur; ubi vero repletus est, hujusmodi res ei non amplius suaves sunt, quemadmodum ne nobis quidem salsamenti odor, ubi esu satiati sumus; ubi vero indigemus, suavis est; sed rosæ odor semper suavis est.

8. Διὰ τί ἧττον κατέχουσι τὸν γέλωτα παρόντων τῶν γνωρίμων; Ἢ ὅταν σφόδρα ἐξηρτημένον ᾖ τι, εὐκίνητόν ἐστιν, ἡ δ' εὔνοια εἰπεῖν μᾶλλον γελοῖον, ὥστε κινεῖ;

8. Cur minus risum retinent præsentibus amicis? An ubi aliquid arctissime conjunctum est, tunc facile movetur; benevolentia autem, ut ita dicam, risum potius excitare valet, ita ut moveat?

ΤΜΗΜΑ ΚΘ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ ΚΑΙ ΑΔΙΚΙΑΝ.

SECTIO XXIX.

QUÆ AD JUSTITIAM AC INJUSTITIAM PERTINENT.

1. Διὰ τί μείζονος ὄντος ἀδικήματος, ἐάν τις βλάπτῃ εἰς τὸ μεῖζον ἀγαθόν, τῆς δὲ τιμῆς οὔσης μείζονος ἀγαθοῦ, ἡ τῶν χρημάτων ἀδικία μᾶλλον δοκεῖ, καὶ οἱ ἄδικοι μᾶλλον εἶναι δοκοῦσι περὶ τὰ χρήματα; Ἢ διότι αἱροῦνται τὰ χρήματα μᾶλλον τῆς τιμῆς, καὶ πᾶσίν ἐστι κοινότατον, ἡ δὲ τιμὴ ὀλίγοις, καὶ ὀλιγάκις συμβαίνει ἡ χρῆσις αὐτῆς;

1. Quam ob causam, quum eo major sit injuria quo quis majus in bonum noxam inflixerit, honorque majus sit bonum, injuria pecuniaria frequentior esse videtur injustique potius re pecuniaria occupari videntur? An quia pecuniam honori anteponunt, omnibusque communis est maxime; honor autem paucis, raroque incidit ejus usus?

2. Διὰ τί παρακαταθήκην δεινότερον ἀποστερεῖν ἢ δάνειον; Ἢ ὅτι αἰσχρὸν ἀδικεῖν φίλον; Ὁ μὲν οὖν τὴν παρακαταθήκην ἀποστερῶν φίλον ἀδικεῖ· οὐδεὶς γὰρ

2. Cur depositum fraudare gravius est quam mutuum? An quod amico injuriam facere turpe est? Depositum igitur qui fraudat, amico injuriam facit: nemo enim quidquam

Digitized by Google

παρακατατίθεται μὴ πιστεύων· οὗ δὲ τὸ χρέος, οὐ φίλος· οὐ γὰρ δανείζει, ἐὰν ᾖ φίλος, ἀλλὰ δίδωσιν. Ἢ ὅτι μεῖζον τὸ ἀδίκημα; πρὸς γὰρ τῇ ζημίᾳ καὶ τὴν πίστιν παραβαίνει, δι' ἣν εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, δεῖ ἀπέχεσθαι τοῦ ἀδικεῖν. Ἔτι τὸ μὴ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι φαῦλον· ὁ μὲν οὖν ἔδωκεν ὡς φίλῳ, ὁ δ' ἀπεστέρησεν ὡς ἐχθρόν· ὁ δὲ δανείζων οὐχ ὡς φίλος ἔδωκεν. Ἔτι τῶν μὲν ἡ δόσις φυλακῆς καὶ ἀποδόσεως χάριν, τῶν δὲ καὶ ὠφελείας· ἧττον δ' ἀγανακτοῦμεν ἀποβάλλοντες, εἰ κέρδος θηρεύομεν, οἷον οἱ ἁλιεῖς τὰ δελέατα· προφανὴς γὰρ ὁ κίνδυνος. Ἔτι παρακατατίθενται μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ ἐπιβουλευόμενοι καὶ ἀτυχοῦντες, δανείζουσι δ' οἱ εὐπορούντες· δεινότερον δ' ἐστὶ τὸν ἀτυχοῦντα ἢ τὸν εὐτυχοῦντα ἀδικεῖν.

deponit nisi confidens; at is cui debetur, amicus non est: non enim mutuum dat, sed donat quis, si amicus est. An quia major injuria? præter damnum enim fides violatur: id quod causa est, siquid aliud, cur abstinere oporteat ab injuria. Ad hæc non par pari reddere vitio datur: alter igitur credidit tamquam amico, alter vero fraudat tamquam inimicum; at qui mutuum dedit, non dedit ut amicus. Præterea depositi quidem datio custodiendi reddendique gratia fit; mutui vero etiam lucri; minus autem ægre ferimus jacturam, si quæstum venemur, ut piscatores escæ jacturam: periculum enim manifestum erat. Adde etiam quod plerumque deponunt qui insidiis petuntur fortunaque laborant adversa; mutuo vero dant opulenti; gravius autem est injuriam infortunato quam fortunato intulisse.

3. Διὰ τί ἐνίοις δικαστηρίοις τοῖς γένεσι μᾶλλον ἢ ταῖς διαθήκαις ψηφιοῦνται; Ἢ ὅτι γένους μὲν οὐκ ἔστι καταψεύσασθαι, ἀλλὰ τὸ ὂν ἀποφαίνειν· διαθῆκαι δὲ πολλαὶ ψευδεῖς ἤδη ἐξηλέγχθησαν οὖσαι;

3. Quamobrem in foris nonnullis gentis potius quam testamenti ratione sententia fertur? An propterea quod de gente quidem ementiri non licet, sed vera fateri necesse est; testamenta autem multa jam falsa esse redarguerunt?

4. Διὰ τί ἡ πενία παρὰ τοῖς χρηστοῖς τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς φαύλοις ἐστίν; Ἢ διὰ τὸ ὑπὸ πάντων μισεῖσθαι καὶ ἐξελαύνεσθαι πρὸς τοὺς ἐπιεικεῖς καταφεύγει, οἰομένη μάλιστα παρὰ τούτοις σωτηρίας τυχεῖν καὶ διαμεῖναι· εἰ δὲ πρὸς πονηροὺς ἔλθοι, οὐκ ἂν διαμεῖναι ἐν τῇ αὐτῇ δυνάμει αὐτούς, ἀλλ' ἢ κλέπτειν, ἢ λῃΐζεσθαι, ὧν γινομένων οὐκ ἂν ἔτι εἶναι αὐτὴν παρ' αὐτοῖς; Ἢ ὅτι τοὺς ἐπιεικεῖς οἴεται τῶν ἀνθρώπων ἄριστα ἂν αὐτῇ χρῆσθαι, καὶ ἥκιστα ἂν ὑβρισθῆναι ὑπ' αὐτῶν; Καθάπερ οὖν τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας πρὸς τοὺς ἐπιεικεῖς τιθέμεθα, οὕτω καὶ αὐτὴ ὑπὲρ αὐτῆς διατάττεται. Ἢ ὅτι θήλεια οὖσα ἀπορωτέρα ἐστίν, ὥστε τῶν ἐπικῶν δεῖται; Ἢ ὅτι αὐτὴ κακὸν οὖσα πρὸς τὸ κακὸν οὐκ ἂν ἔλθοι; εἰ γὰρ τὸ κακὸν ἕλοιτο, παντάπασιν ἂν δυσίατον εἴη.

4. Cur paupertas apud homines bonos potius esse quam apud pravos solet? An quia ab omnibus odio habetur atque expellitur, ad probos perfugit, rata maxime apud eos salutem adsequi ac permanere se posse; e contrario, si pravos adiisset, numquam eos in eadem fortuna perstituros, sed vel furta, vel latrocinia patraturos esse: quibus factis fore ut non amplius apud illos esset? An quia probos optime se usuros, minimeque sibi contumeliam illaturos esse existimat? Itaque ut nos pecuniarum deposita probis credimus, sic etiam hæc de se ipsa statuit. An quia, utpote femina, aliquatenus inops consilii est, ita ut probis opus habeat? An quoniam quum ipsa malum sit, numquam mala adibit? nam si malum elegisset, omnino irremediabile foret.

5. Διὰ τί οὐχ ὁμοίως αἱ ἀδικίαι μείζους περὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ ἄλλα, οἷον ὁ μικρὸν εἰπὼν οὐκ ἂν καὶ τὸ ἀπόρρητον εἴποι, ἀλλ' ὁ ἕνα προδοὺς καὶ πόλιν, ὥσπερ ὁ ὀβολὸν ἀποστερήσας καὶ τάλαντον; Ἢ ὅτι ἀπὸ μείζονος ἀδικίας ἔνια ἐλάττω ἐστὶ δι' ἀδυναμίαν.

5. Cur non eodem modo injuriæ quæ verba ceteresque res spectant, aliæ aliis majores sunt, verbi causa, qui leve aliquid dixit, nefandum non item dicet, dum qui unum prodidit, vel rempublicam prodet, sicut qui obolum abstulit, etiam talentum auferet? An quia nonnulla, etiamsi a majori proveniant injustitia, minora tamen sunt propter impotentiam?

6. Διὰ τί παρακαταθήκην αἰσχρὸν ἀποστερῆσαι μικρὰν ἢ πολὺ δανεισάμενον; Ἢ ὅτι ὁ τὴν παρακαταθήκην ἀποστερῶν τὸν ὑπολαβόντα εἶναι αὐτὸν ἐπιεικῆ ἐξαπατᾷ; Ἢ ὅτι ὁ τοῦτο κἂν ἐκεῖνο ποιήσειεν;

6. Cur depositum parvum fraudare turpius est quam mutuum magnum? An quoniam qui depositum fraudat, hominem decipit a quo probus ipse existimatur? An quoniam qui hoc facit, illud etiam faceret?

7. Διὰ τί ἄνθρωπος μάλιστα παιδείας μετέχων ζώων ἁπάντων ἀδικώτατόν ἐστιν; Ἢ ὅτι πλείστου λογισμοῦ κεκοινώνηκεν; Μάλιστα οὖν τὰς ἡδονὰς καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐξήτακεν· ταῦτα δ' ἄνευ ἀδικίας οὐκ ἔστιν.

7. Cur homo, etiamsi omnium animalium maxime educationis particeps sit, omnium tamen injustissimus est? An quia rationis plurimæ particeps est? Voluptates igitur et felicitatem maxime rimatus est; hæc autem sine injuria rimari non licet.

8. Διὰ τί ὁ πλοῦτος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ παρὰ τοῖς φαύλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐπιεικέσιν ἐστίν; Ἢ διότι τυφλὸς ὢν τὴν διάνοιαν οὐ δύναται κρίνειν, οὐδ' αἱρεῖσθαι τὸ βέλτιστον;

8. Cur opulentia magna ex parte apud pravos potius quam apud probos invenitur? An quia fortuna, cæca quum sit, mentem discernere atque eligere optimum non potest

Digitized by Google

9. Διὰ τί δικαιότερον εἶναι νενόμισται τοῖς τετελευτηκόσιν ἢ τοῖς ζῶσιν ἐπαμύνειν; Ἢ ὅτι οἱ μὲν ζῶντες δύναιντ' ἂν αὐτοῖς ἐπαρκέσαι, ὁ δὲ τετελευτηκὼς οὐκέτι;

9. Cur justius habetur vita functis opem ferre quam vivis? An quia vivi quidem sibi ipsi subcurrere possent, defunctus vero non amplius?

10. Διὰ τί ὑγιαίνοντι μὲν ὁ συνὼν οὐδὲν ὑγιέστερος γίνεται, οὐδ' ἰσχυρῷ, ἢ καλῷ εἰς τὰς ἕξεις ἐπιδίδωσιν οὐθέν, δικαίῳ δὲ καὶ σώφρονι καὶ ἀγαθῷ; Ἢ διότι τὰ μὲν ἀμίμητα, τὰ δὲ μιμητὰ τῇ ψυχῇ· ἀγαθὸς δὲ τῇ ψυχῇ, ὑγιὴς δὲ τῷ σώματι; Ἐθίζεται οὖν χαίρειν ὀρθῶς καὶ λυπεῖσθαι· ὁ δ' ὑγιεῖ συνὼν οὐκέτι· οὐ γὰρ ἐν τῷ τισι χαίρειν, ἢ μὴ ὁ ὑγιής· οὐθὲν γὰρ τούτων ποιεῖ ὑγίειαν.

10. Quam ob causam qui cum sano quidem versatus fuerit, nihilo redditur sanior, neque qui cum robusto, aut pulchro, quidquam habitu suo proficit, qui cum justo autem et temperato et bono, proficit? An quoniam alia quidem imitari non possumus, alia vero animo imitamur; est autem quisque bonus virtute animi, sanus vero corporis? Adsuescit igitur recte lætari ac contristari; qui vero cum sano conversatur, non item: haud enim sanus eo sanus est quod lætatur quibusdam rebus, vel non lætatur, quandoquidem nihil ex his rebus sanitatem creat.

11. Διὰ τί δεινότερον γυναῖκα ἀποκτεῖναι ἢ ἄνδρα, καίτοι βέλτιον τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος φύσει; Ἢ διότι ἀσθενέστερον, ὥστ' ἐλάττω ἀδικεῖ; Ἢ ὅτι οὐ νεανικὸν τὸ ἰσχυρίζεσθαι πρὸς τὸ πολὺ ἧττον;

11. Cur mulierem interfecisse iniquius est quam virum, quamquam naturæ ratione mas femina præstantior est? An quia femina imbecillior est minusque proinde injuriam facit? An quia strenuum facinus non est, si contendatur adversus id quod longe infirmius est?

12. Διὰ τί ποτε τῷ φεύγοντι ἐν τῷ δικαστηρίῳ τὴν δεξιὰν στάσιν διδόασιν; Ἢ διότι ἐπανισοῦν βούλονται; Πλεονεκτοῦντος οὖν τοῦ διώκοντος τὴν στάσιν τῷ φεύγοντι διδόασιν. Εἶθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ φεύγοντες παραφυλάττονται· ἐπιδέξια δ' ἡ φυλακὴ γίνεται, ἐὰν ὁ φεύγων ἔχῃ τὴν ἐν δεξιᾷ στάσιν.

12. Quam ob causam tandem reo dexter apud judicem locus datur? An quia compensare volunt? Quum igitur meliores partes fert adcusator, reo locus conceditur. Tum etiam rei magna ex parte sibi cavent; cautio autem dextre fit, si locum dextrum teneat reus.

13. Διὰ τί ποτε, ὅταν τῷ φεύγοντι καὶ τῷ διώκοντι φαίνωνται αἱ ψῆφοι ἴσαι, ὁ φεύγων νικᾷ; Ἢ ὅτι ὁ μὲν φεύγων ἐν τῷ ἀγῶνι μόνον ἀκήκοεν αὐτοῦ πρὸς ἃ δεῖ αὐτὸν ἀπηγορεῖσθαι καὶ τοὺς μάρτυρας παρασχέσθαι πρὸς τὰ κατηγορημένα ἔχεσθαι, εἴ τι μέλλουσιν ὠφεληθῆναι, οὐ ῥᾴδιον δὲ τὸ μαντεύσασθαί τινα ὧν δεῖ αὐτὸν παρασκευάσασθαι ἢ μάρτυρας ἢ ἄλλο τεκμήριον ὅτι οὐθὲν ἀδικεῖ· τῷ δὲ διώκοντι ἔστιν ὅπως βούλεται, καὶ πρὸ τοῦ τὴν δίκην κλητεύσασθαι, ἐνστήσασθαι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἤδη κεκληκότα, πλασάμενον ὅ τι βούλεται πιθανόν, κατηγορεῖν αὐτοῦ; Ὁρῶν δὴ κατὰ πάντα ταῦτα ἐλαττούμενον ὁ νομοθέτης τὸν φεύγοντα, προσέθετο τῷ φεύγοντι ὅ τι ἂν οἱ δικασταὶ ἀμφιδοξήσωσιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτ' ἄν τις ἴδοι· ἐν γὰρ τοῖς φόβοις ὄντες πολλὰ παραλιμπάνουσιν ὧν αὐτοὺς ἔδει εἰπεῖν, ἢ πρᾶξαι, οἱ δὲ φεύγοντες ἀεὶ ἐν μείζοσι κινδύνοις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τυγχάνουσιν ὄντες, ὥστ' εἰ παραλιμπάνουσιν ὧν δεῖ αὐτούς, εἴπερ ἐξισοῦνται τοῖς δικαίοις, δῆλον ὅτι εἰ μὴ παρελίμπανον, ἐκράτουν ἄν. Ἔτι δ' ἕκαστος ἡμῶν μᾶλλον ἂν προέλοιτο τοῦ ἀδικοῦντος ἀποψηφίσασθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ ἢ τοῦ μὴ ἀδικοῦντος καταψηφίσασθαι ὡς ἀδικεῖ, οἷον εἴ τις φεύγει δουλείας ἢ ἀνδροφονίας· τούτων γὰρ ἑκάστου ὄντων, ἃ κατηγορεῖ αὐτῶν, μᾶλλον ἂν ἀποψηφίσασθαι ἑλοίμεθα ἢ μὴ ὄντων καταψηφίσασθαι· ἔστι γάρ, ὅταν τις ἀμφιδοξῇ, τὰ ἐλάττω τῶν ἁμαρτημάτων αἱρετέον· δεινὸν γὰρ καὶ τὸ τοῦ δούλου ὡς ἐλεύθερος ἐστι καταγνῶναι, πολὺ δὲ δεινότερον, ὅταν τις τοῦ ἐλευθέρου ὡς δούλου καταψηφίσηται. Ἔτι δ' ἐὰν ὁ μὲν τύχῃ ἐγκαλῶν, ὁ δ' ἀμφισβητῶν ὑπὲρ ὁτουοῦν, οὐκ εὐθὺς οἰόμεθα δεῖν

13. Cur tandem, si subfragia pari numero adcusatori et reo adparcant, reus vincit? An quia reus quidem, ubi agitur causa, tunc primum ea audit ab adcusatore contra quæ sese defendere testesque adhibere debet, ut hæreant crimina illata, siquid inde emolumentum capere velint rei; facile autem nemini est divinare res quarum testes præstare debet aut aliud argumentum se nullam injuriam intulisse; at vero adcusator, vel antequam in jus vocetur, rem disponere potest, prout sibi libitum fuerit, et ubi jam adcessivit, fictis quæcumque voluerit, criminibus verisimilibus, reo inferre; Quum igitur legislator omnibus hisce minui partes rei videret, tribuit ei quodcumque ambigunt judices. Verum enimvero hoc quoque animadvertere licet: quos metus tenet, multa omittunt eorum quæ vel dictu, vel factu sibi necessaria erant; atqui rei plerumque in majori versantur periculo semper, ita ut, si omittant quibus opus habent, constet eos, dummodo æque valeant utrique causæ instrumenta, victuros fuisse, si nihil omisissent. Ad hæc nostrum unusquisque nocentem malit liberare tamquam innocentem quam innocentem condemnare tamquam nocentem, ut si de adsertione libertatis aut homicidio agitur: quodsi enim omnia crimina quæ reis infert adcusator, vera essent, mallemus absolvere quam condemnare, si falsa essent, quippe quum ambigente aliquo, errores leviores præferendi sunt: nam etsi grave etiam sit liberum adseruisse qui servus est, longe tamen gravius est, si quis liberum servitutis condemnet. Item si alter quidem invehat crimen, alter vero litiget de quacumque tandem re

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ἀποδοῦναι τῷ ἐγκαλοῦντι, ἀλλὰ νέμεσθαι τὸν κεκτημένον, ἕως ἂν κριθῇ. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν πλειόνων, ὅταν ἰσάζῃ τὸ πλῆθος τῶν τε φασκόντων ἀδικεῖν καὶ τῶν μὴ ὁμολογούντων, ὥσπερ ὅτε ἐξ ἀρχῆς ὁ μὲν ἐνεκάλει, ὁ δ' ἀπηρνεῖτο, οὐκ οἰόμεθα δεῖν τὸν νομοθέτην προστιθέναι τῷ ἐγκαλοῦντι, ἀλλὰ τὸν φεύγοντα κύριον εἶναι, ἕως ἂν ὑπεροχήν τινα ἔχῃ ὁ ἀδικῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κριτῶν, ἐπειδὴ οὐδεμίαν ὑπεροχὴν ἰσασθεισῶν τῶν ψήφων, κατὰ χώραν εἴασεν ὁ νομοθέτης ἔχειν. Ἔτι δὲ τῶν μὲν ἀξιολόγων ἁμαρτημάτων μεγάλαι καὶ αἱ κολάσεις εἰσίν, ὥστ' ἀδίκως μὲν καταψηφισαμένους καὶ μὴ γνοῦσιν οὐκ ἔστιν ἐπανορθοῦσθαι καιρὸν λαβόντας· ἀπολύσασι δὲ παρὰ τὸ προσῆκον, εἰ μὲν οὕτως εὐλαβῶς ὥστε μηθὲν ἔτι ποτὲ ἁμαρτεῖν, τί ἂν καὶ μέγα ἡμαρτηκότες οἱ κριταὶ εἴησαν, τοιοῦτον ἄνθρωπον ἀπολύσαντες θανάτου; Εἰ δέ τι ἐξ ὑστέρου ἁμαρτάνοι, δι' ἀμφότερα ἂν αὐτὸν κολάζεσθαι ἀξιοῖ. Ἢ ὅτι ἀδικωτέρου μέν ἐστιν ἀνδρὸς ταῦτα ἀδικεῖν ἢ ἧττον εἰκός ἐστιν ἀδίκως ἐγκαλεῖσθαι; τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν καὶ δι' ὀργὴν καὶ διὰ φόβον καὶ δι' ἐπιθυμίαν καὶ δι' ἄλλα πολλὰ γίνεται, καὶ οὐ μόνον ἐκ προνοίας· τὸ δ' ἀδίκως ἐγκαλεῖν ὡς τὸ πολὺ ἐκ προνοίας ἐστίν· ὥστ' ἐπεὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι γεγόνασι, τὸ δ' ἀδίκως τὸν ἐγκαλοῦντα ἐγκαλεῖν καὶ τὸν φεύγοντα ἀδικεῖν, φαύλου κριθέντος τοῦ ἀδίκως ἐγκαλοῦντος τὸ νικᾶν τῷ φεύγοντι ὁ νομοθέτης ἀπένειμεν. Ἔτι δὲ καὶ αὐτοὶ οὕτως ἔχομεν πρὸς τοὺς θεράποντας, ὥσθ' ὅταν ὑποπτεύσωμέν τι αὐτοὺς ἡμαρτηκέναι καὶ μηθὲν ἀκριβὲς ἔχωμεν, ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς ὑπολαμβάνωμεν πεπραχέναι, οὐκ εὐθὺς ἐπὶ τὸ κολάζειν ἐρχόμεθα, καὶ ἐὰν μηθὲν μᾶλλον δυνώμεθα ἐξετάσαι, ἀφίεμεν ταύτης τῆς αἰτίας. Ἔτι μείζω μὲν ἀδικεῖ ὁ ἐκ προνοίας ἀδικῶν ἢ ὁ μὴ ἐκ προνοίας. Ὁ μὲν δὴ συκοφαντῶν ἀεὶ ἐκ προνοίας ἀδικεῖ, ὁ δ' ἕτερόν τι ἀδικῶν τὰ μὲν δι' ἀνάγκην, τὰ δὲ δι' ἄγνοιαν, τὰ δ' ὅπως ἔτυχεν ἀδικεῖν αὐτῷ συμπίπτει. Ὅταν δ' ἴσαι γένωνται αἱ ψῆφοι, ὁ μὲν διώκων κέκριται ὑπὸ τῶν ἡμίσεων ἐκ προνοίας ἀδικεῖν, ὁ δὲ φεύγων ὑπὸ τῶν λοιπῶν αὖ ἀδικεῖν μέν, οὐ μέντοι γε ἐκ προνοίας, ὥστ' ἐπεὶ ἀδικεῖν μείζω κέκριται ὁ διώκων τοῦ φεύγοντος, εἰκότως ὁ νομοθέτης νικᾶν ἔκρινε τὸν τὰ ἐλάττω ἀδικοῦντα. Ἔτι δ' ἀεὶ μὲν ἀδικώτερός ἐστιν ὁ μὴ οἰόμενος λανθάνειν ὃν ἀδικεῖ καὶ ὅμως ἀδικῶν ἢ ὁ οἰόμενος λανθάνειν· ὁ μὲν γὰρ ἀξίως τινὶ ἐγκαλῶν οὐκ οἴεται λανθάνειν τοῦτον ὃν συκοφαντεῖ, οἱ δ' ἄλλο τι ἀδικοῦντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἰόμενοι λανθάνειν ὃν ἀδικοῦσιν ἐπιχειροῦσιν ἀδικεῖν, ὥστ' ἀδικώτεροι ἂν κρίνοιντο οἱ διώκοντες ἢ οἱ φεύγοντες.

non, protinus rem criminanti restituendam esse censemus sed possidenti tenendam, donec judicatum sit. Eodem modo etiam si plures adsint, ubi par est numerus eorum qui adserunt injuriam numero eorum qui non fatentur, pariter ac ubi primo alter quidem criminabatur, alter vero infitias ibat, legislatorem non criminanti favere debere opinamur, sed reum jubere dominum rei esse tantisper dum aliquatenus superior evadat qui injuriam infert. Idem quoque de judicibus arbitrandum est, quum, si par sit numerus subfragiorum, nullam prærogativam loci ergo habere sivit legislator. Magnis item delictis magna subplicia statuta sunt, ita ut si injusta sententia condemnarint, recognoverint, nec errorem, data occasione corrigere nequeant; sed si contra quam fas erat liberarint, si hoc ita caute quidem fecerint ut nihil unquam postea delinquat, reus, quid magni, quæso, erraverint judices, hominem ejusmodi a morte liberantes? Si vero posthac etiam aliquid deliquerit, propter utrumque delictum mulctandum esse præcipiet judex. An quia viri quidem est iniquioris injustum esse erga delicta quæ inique crimini adsignari minus probabile est? injuria enim propter iram, propter metum, propter cupidinem ac propter multas alias causas infligitur, non tantum consulto; adcusatio autem injusta consulto plerumque fit, ita ut, ubi par est numerus subfragiorum, adcusatorem injuste criminatum esse et reum deliquisse adfirmantium, quum improbus habeatur qui injuste adcusat, victoriam legislator reo impertiat. Item nos etiam ipsi cum servis ita agimus, ut ubi eos deliquisse aliquid suspicamur, nec aliquid certi habemus, sed tamen commisisse existimamus, non protinus ad plectendum veniamus, atque si nihil amplius explorare possimus, hac culpa eos absolvimus. Item graviorem quidem facit injuriam qui consulto, quam qui non consulto injuriatur. Atqui calumniator semper consulto injuriatur; qui vero aliud quid injuste facit, alias quidem per necessitatem, alias vero per imprudentiam injuriam infert; alias tandem, prout fors tulerit, evenit ei ut injurietur. Ubi autem pares sententiæ sunt, adcusator quidem consulto injuriam fecisse dimidio judicatur sententiarum, reus vero fecisse quidem injuriam reliquo sententiarum dimidio adscritur, non tamen consulto, ita ut, quum graviorem adcusator quam reus fecisse injuriam judicetur, merito legislator eum vincere decreverit qui injuriam fecerit leviorem. Adde etiam quod semper injustior quidem est qui se latiturum non esse putat eum cui injuriam infert, et tamen facit injuriam, quam qui se latere posse existimat; atqui qui injuste crimen cuiquam objicit, eum quem calumniatur se latiturum esse non arbitratur; qui vero aliam quamdam injuriam faciant, latituros sese plerumque eum existimant cui injuriam infligere conantur, ita ut judicari injustiores adcusatores debeant quam rei.

14. Διὰ τί ποτε, ἐὰν μέν τις ἐκ βαλανείου κλέψῃ, ἢ ἐκ παλαίστρας, ἢ ἐξ ἀγορᾶς, ἢ τῶν τοιούτων τινός, θανάτῳ ζημιοῦται, ἐὰν δέ τις ἐξ οἰκίας, διπλοῦν τῆς ἀξίας τοῦ κλέμματος ἀποτίνει; Ἢ ὅτι ἐν μὲν ταῖς οἰκίαις φυλάξαι ὁπωσοῦν ἔστιν (καὶ γὰρ ὁ τοῖχος ἰσχυρός, καὶ κλεῖς ἔστι, καὶ οἰκέταις τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ πᾶσιν

14. Cur tandem, si quis ex balneo quidem furatus est, aut ex palæstra, aut ex foro, aut ex aliquo ejusmodi loco, morte mulctatur; si quis vero ex domo privata, furti pretium duplum rependit? An quia in domibus quidem custodire quocumque tandem modo licet (nam et paries firmus, et clavis est, et servis domesticis curæ est omnibus ut

ἐπιμελές ἐστιν ὅπως σώζηται τὰ ἐνόντα)· ἐν δὲ τῷ βαλανείῳ καὶ ἐν τοῖς οὕτω κοινοῖς οὖσιν ὥσπερ τὸ βαλανεῖον ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ κακουργεῖν; οὐδὲν γὰρ ἰσχυρὸν ἔχουσι πρὸς τὴν φυλακὴν οἱ τιθέντες ἀλλ' ἢ τὸ αὐτῶν ὄμμα, ὥστ' ἂν μόνον τις παρεβλέψῃ, ἐπὶ τῷ κλέπτοντι ἤδη γίνεται· διὸ ὁ νομοθέτης οὐχ ἱκανοὺς ὄντας ἡγησάμενος εἶναι φύλακας, τὸν νόμον αὐτοῖς ἐπέστησεν ἀπειλοῦντα σφοδρῶς ὡς οὐ βιωσομένοις ἐάν τι σφετερίζωνται τῶν ἀλλοτρίων. Ἔτι δ' εἰς μὲν τὴν οἰκίαν ἐπὶ τῷ κεκτημένῳ ἐστὶν ὅν τινα ἂν βούληται εἰσδέχεσθαι, καὶ ᾧ μὴ πιστεύει εἰσφέρεσθαι· τῷ δ' ἐν τῷ βαλανείῳ θεμένῳ τι οὐκ ἔξεστιν οὐθένα κωλῦσαι οὔτ' εἰσιέναι, οὔτ' εἰσελθόντα μὴ παρὰ κλέπτην τὸ αὐτοῦ ἱμάτιον θέσθαι ἀποδύντα ἄν· ἀλλ' ὡς οὐ βούλεται, ἐν τῷ αὐτῷ ἥ τε τοῦ κλέπτου ἐσθὴς καὶ ἡ τοῦ μέλλοντος ἀπολλύναι ἀναμεμιγμέναι κεῖνται· διὸ ὁ νομοθέτης τῷ μὲν ἑκόντι εἰσδεξαμένῳ τὸν κλέπτην καὶ αὐτῷ ἡμαρτηκότι οὐ λίαν μεγάλαις τιμωρίαις βεβοήθηκεν, τοῖς δ' ἐξ ἀνάγκης κοινωνοῦσι τῆς εἰς τὸ βαλανεῖον εἰσόδου καὶ τῆς ἀναμίξεως μεγάλας τιμωρίας φανερός ἐστι καθιστὰς τοῖς κλέπτουσιν. Ἔτι δ' οἱ μὲν ἐν τοῖς οὕτω κοινοῖς οὖσι τῷ βουλομένῳ εἰσιέναι κλέπτοντες καταφανεῖς ἅπασι γίνονται ὅτι φανεροί εἰσιν, ὥστε περιγενόμενοι οὐδὲ καρπισμοῦ ἕτι χάριν ἐπιεικεῖς εἶναι δοκεῖν βούλονται, ὡς μάτην αὐτοῖς ὂν πρὸς τοὺς γνόντας πλάττεσθαι ὅτι ἐπιεικεῖς εἰσιν· καταφανῶς οὖν ἤδη πονηροὶ διατελοῦσιν ὄντες· οἱ δ' ἑνὶ μόνῳ φανεροὶ γενόμενοι πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπιχειροῦσι πείθειν, ἀποτίσαντές τι, ὅπως μὴ καταφανεῖς αὐτοὺς ποιήσῃ· διὸ οὐ παντελῶς ἂν εἶεν πονηροὶ διὰ τέλους, ἀνθ' ὧν ὁ νομοθέτης ἐλάττω αὐτοῖς τὰ ἐπιζήμια ἐποίησεν. Ἔτι δὲ τῶν ἁμαρτιῶν μάλιστα αἰσχύνουσι τὴν πόλιν αἱ ἐν τοῖς κοινοτάτοις συλλόγοις τε καὶ συνόδοις γινόμεναι, ὥσπερ καὶ τιμὴν φέρουσι πολὺ μάλιστα αἱ ἐν τῷ κοινῷ εὐταξίαι· καταφανεῖς γὰρ μάλιστα διὰ τῶν τοιούτων καὶ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις. Συμβαίνει οὖν οὐ μόνον ἰδίᾳ τὸν ἀπολέσαντα βλάπτεσθαι ἐκ τῶν τοιούτων τινός, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν πόλιν λοιδορίας γίνεσθαι· διὸ καὶ τὸν κλέψαντα ταῖς μείζοσι ζημίαις ἐκόλασε τῶν ἐξ οἰκίας τινὸς ἀφειλομένων. Ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐξ οἰκίας τινὸς ἀπολέσας ἐν τοιούτῳ τόπῳ τυγχάνει ὤν, ὅθεν ῥᾴδιον μήτε παθόντα, μήτε χλευασθέντα ὑπό τινων, οἴκοι ὄντα τὸ ἀτύχημα φέρειν· τῷ δ' ἥ τε ἀποχώρησις ἐργώδης γεγυμνωμένῳ. Προσέτι δὲ χλευάζεσθαι ὑπό τινων ὑπάρχει τοῖς πολλοῖς, ὃ πολὺ δυσχερέστερόν ἐστι τῆς ἀπωλείας· διὸ καὶ ὁ νομοθέτης μείζους αὐτοῖς ζημίας ἐνέγραψεν. Ἔτι δὲ παραπλήσια τούτοις πολλὰ φαίνονται νενομοθετηκότες, οἷον καὶ ἐὰν μέν τις ἄρχοντα κακῶς εἴπῃ, μεγάλα τὰ ἐπιτίμια, ἐὰν δέ τις ἰδιώτην, οὐθέν. Καὶ καλῶς· οἴεται γὰρ τότε οὐ μόνον εἰς τὸν ἄρχοντα ἐξαμαρτάνειν τὸν κακηγοροῦντα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν πόλιν ὑβρίζειν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸν ἐν τῷ λιμένι κλέπτοντα οὐ μόνον τὸν ἰδιώτην βλάπτειν, ἀλλὰ καὶ τὴν

serventur quæ insunt); at in balneis ceterisque locis æque communibus ac balneum facilis ei qui vult, facinoris perpetratio est? nil enim ad custodiam validum qui sua posuerunt, habent præter oculos suos, ita ut si modo adspectum diverterit quis, in rem est furi: quamobrem legislator ratus non sufficientes adesse custodes, legem adhibuit iis minitantem acerrime, vitam futuram nemini qui alienas res sibi vindicarit. Item in domum quidem penes dominum est, quemcumque velit, recipere, et cui non confidat ad introducendum; at ei qui in balneis quidquam posuit, prohibere neminem licet nec ingredi, nec ingressum vestem suam exutam non deponere prope furem, sed quomodo non vult, eodem in loco furis et amissuri vestimenta promiscue jacent: quapropter legislator ei quidem qui sua sponte furem suam in domum exceperit ipseque erraverit, non magnis admodum subpliciis consuluit; in gratiam vero eorum qui communem balnearum aditum conversationemque habeant necesse est, subplicia furibus magna statuit manifesto. Item ii quidem qui in locis quorum aditus patet cuicumque velit, furtum committunt, omnibus manifesti fiunt, quia conspicui sunt, ita ut vitæ servati ne commodi quidem gratia probi esse videri velint, utpote quum incassum iis est si se probos apud eos ementiantur qui rem norunt: jam ergo palam improbi esse perstant; at qui uni tantum palam fuerint, ceteris persuadere conantur, data pœna aliqua, ne eos prodat: quocirca hi non omnino per totam vitam pravi erunt: quorum vice legislator iis pœnas leviores perscripsit. Item ea potissimum delicta dedecus reipublicæ adferunt quæ in conventibus collegiisque maxime publicis committuntur, quemadmodum et honorem ferunt longe maximum quæ integre publice aguntur: hujusmodi enim actibus et sibi et ceteris conspicui sunt maxime. Evenit igitur ut ex aliquo ejusmodi actu non solum privatim qui suum amisit, detrimento adficiatur, verum etiam in rempublicam maledicta prodantur: quapropter et pœnis gravioribus castigavit hunc furem legislator quam qui privatis quibusdam ex ædibus furati sunt. Item qui ex domo rem suam amiserit, in ejusmodi versatur loco, unde facile ei est nihil passo, nec irriso ab aliquibus, domi manentem suum perferre casum; illi vero discessus laboriosus est, quippe nudo. Præterea plerisque evenit ut irrideantur a quibusdam: quod longe molestius quam rei jactura est: qua de causa et pœnas legislator his statuit graviores. Quin etiam complura his similia legislatores statuerunt manifesto, exempli gratia si quis magistratui quidem maledixerit, graves pœnas, si vero privato, nihil. Idque recte quidem: tunc enim non tantum in magistratum deliquisse qui maledixit, opinatur, sed in rempublicam etiam contumeliose egisse. Pari autem ratione et qui in portu furatus est, non solum privatim obfendisse, verum etiam reipublicæ de-

Digitized by Google

πόλιν αἰσχύνειν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὗ κοινῇ που συνερχόμεθα.

15. Διὰ τί ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐὰν ἴσαι γένωνται ψῆφοι τοῖς ἀντιδίκοις, ὁ φεύγων νικᾷ; Ἢ ὅτι ὁ φεύγων ὑπὸ τοῦ διώκοντος οὐθὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἴσοις αὐτῷ ἤδη ἔμελλε νικᾶν;

16. Διὰ τί ἐπὶ μὲν κλοπῇ θάνατος ἡ ζημία, ἐπὶ δὲ ὕβρει, μείζονι οὔσῃ ἀδικίᾳ, τίμησις τί χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι; Ἢ διότι τὸ μὲν ὑβρίζειν ἀνθρώπινόν ἐστι πάθος, καὶ πάντες πλέον, ἢ ἔλαττον αὐτοῦ μετέχουσι, τὸ δὲ κλέπτειν οὐ τῶν ἀναγκαίων; Καὶ ὅτι ὁ κλέπτειν ἐπιχειρῶν καὶ ὑβρίζειν ἂν προέλοιτο.

15. Cur si in foro sententiæ pares adversariis fiant, reus vincit? An quod reus nullo ab adcusatore detrimento adfectus est, sed dummodo eadem utatur conditione, jam victor evadet?

16. Cur super furto quidem pœna capitalis statuta est; super insolentia vero, quæ gravior injuria est, æstimatio quid patiendum, aut quantum solvendum sit? An propterea quod insolentia quidem humana quædam adfectio est, omnesque plus minusve ejus participes sunt; at furtum non ad res necessarias pertinet? Adde quod qui furari conatur, etiam insolens esse mallet.

ΤΜΗΜΑ Λ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΦΡΟΝΗΣΙΝ ΚΑΙ ΝΟΥΝ ΚΑΙ ΣΟΦΙΑΝ.

1. Διὰ τί πάντες ὅσοι περιττοὶ γεγόνασιν ἄνδρες ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, ἢ πολιτικήν, ἢ ποίησιν, ἢ τέχνας φαίνονται μελαγχολικοὶ ὄντες, καὶ οἱ μὲν οὕτως ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι τοῖς ἀπὸ μελαίνης χολῆς ἀρρωστήμασιν, οἷον λέγεται τῶν θ' ἡρωϊκῶν τὰ περὶ τὸν Ἡρακλέα; καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔοικε γενέσθαι ταύτης τῆς φύσεως· διὸ καὶ τὰ ἀρρωστήματα τῶν ἐπιληπτικῶν ἀπ' ἐκείνου προσηγόρευον οἱ ἀρχαῖοι ἱερὰν νόσον. Καὶ ἡ περὶ τοὺς παῖδας ἔκστασις καὶ ἡ πρὸ τῆς ἀφανίσεως ἐν Οἴτῃ τῶν ἑλκῶν ἔκφυσις γενομένη τοῦτο δηλοῖ· καὶ γὰρ τοῦτο γίνεται πολλοῖς ἀπὸ μελαίνης χολῆς. Συνέβη δὲ καὶ Λυσάνδρῳ τῷ Λάκωνι πρὸ τῆς τελευτῆς γενέσθαι τὰ ἕλκη ταῦτα. Ἔτι δὲ τὰ περὶ Αἴαντα καὶ Βελλεροφόντην, ὧν ὁ μὲν ἐκστατικὸς ἐγένετο παντελῶς, ὁ δὲ τὰς ἐρημίας ἐδίωκεν· διὸ οὕτως ἐποίησεν Ὅμηρος (Ἰλ. ζ, 200–202)·

> Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
> ἦτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἷος ἄλᾶτο,
> ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων·

Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τῶν ἡρώων ὁμοιοπαθεῖς φαίνονται τούτοις· τῶν δ' ὕστερον Ἐμπεδοκλῆς καὶ Πλάτων καὶ Σωκράτης καὶ ἕτεροι συχνοὶ τῶν γνωρίμων· ἔτι δὲ τῶν περὶ τὴν ποίησιν οἱ πλεῖστοι· πολλοῖς μὲν γὰρ τῶν τοιούτων γίνεται νοσήματα ἀπὸ τῆς τοιαύτης κράσεως τῷ σώματι, τοῖς δ' ἡ φύσις δῆλη ῥέπουσα πρὸς τὰ πάθη. Πάντες δ' οὖν, ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς, εἰσί, καθάπερ ἐλέχθη, τοιοῦτοι τὴν φύσιν. Δεῖ δὴ λαβεῖν τὴν αἰτίαν πρῶτον ἐπὶ παραδείγματος προχειρισαμένους· ὁ γὰρ οἶνος ὁ πολὺς μάλιστα φαίνεται παρασκευάζειν τοιούτους οἵους λέγομεν τοὺς μελαγχολικοὺς εἶναι, καὶ πλεῖστα ἤθη ποιεῖν πινόμενος, οἷον ὀργίλους, φιλανθρώπους, ἐλεήμονας, ἰταμούς, ἀλλ' οὐχὶ τὸ μέλι οὐδὲ τὸ γάλα, οὐδὲ τὸ ὕδωρ.

SECTIO XXX.

QUÆ AD PRUDENTIAM ET MENTEM ET SAPIENTIAM PERTINENT.

1. Cur viros, qui claruerunt vel in studiis philosophiæ, vel in republica administranda, vel in carmine pangendo, vel in artibus exercendis, melancholicos omnes fuisse videmus, et alios quidem ita ut etiam morbis ab atra bile oriundis infestarentur, sicut inter heroas de Hercule fertur? hic enim ea fuisse natura videtur: unde et comitialium adcessiones ab illo prisci sacrum nominabant morbum. Furor etiam quo erga pueros ardebat, et eruptio ulcerum, quæ ei in Œta, antequam e medio hominum tolleretur, adcidit, idem hoc probant: id enim multis quoque ab atra bile evenit. Et Lysandro Lacedæmonio ante obitum genus id ulcerum fuisse evenit. Adde Ajacem et Bellerophontem, quorum alter quidem penitus furiosus est factus, alter vero loca sectabatur deserta: unde sic cecinit Homerus:

> Ast hic quando etiam gravior dis omnibus, errat
> campo in Aleïo et absque alio trans avia rura,
> ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Quin etiam alios multos ex heroum ordine morbis iisdem laborasse comperimus; inter recentiores vero Empedoclem, Platonem, Socratem, et alios complures insignes, itemque poetas plerosque: nam multis id genus hominibus morbi ab ejusmodi temperamento corpori infliguntur; aliorum vero natura in hos adfectus manifesto vergit. Quid multa igitur? omnes, ut dictum jam est, natura hujusmodi præditi sunt. Ergo causa primum proposito exemplo deprehendenda est: vinum enim immodicum tales maxime homines reddere videtur, quales melancholicos esse adfirmamus, moresque pervarios condere, potui adhibitus, ut iracundos, humanos, misericordes, alacres, quorum nihil nec mel, nec lac, nec aqua, nec ejusmodi aliquid aliud efficit.

Digitized by Google

οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. Ἴδοι δ' ἄν τις ὅτι παντοδαπὸς ἀπεργάζεται, θεωρῶν ὡς μεταβάλλει τοὺς πίνοντας ἐκ προσαγωγῆς· παραλαβὼν γὰρ ἀπεψυγμένους ἐν τῷ νήφειν καὶ σιωπηλοὺς μικρῷ μὲν πλείων ποθεὶς λαλιστέρους ποιεῖ, ἔτι δὲ πλείων ῥητορικοὺς καὶ θαρραλέους, προϊόντας δὲ πρὸς τὸ πράττειν ἰταμούς, ἔτι δὲ μᾶλλον πινόμενος ὑβριστάς, ἔπειτα μανικούς, λίαν δὲ πολὺς ἐκλύει καὶ ποιεῖ μωρούς, ὥσπερ τοὺς ἐκ παίδων ἐπιλήπτους, ἢ καὶ ἐχομένους τοῖς μελαγχολικοῖς ἄγαν. Ὥσπερ οὖν ὁ εἷς ἄνθρωπος μεταβάλλει τὸ ἦθος πίνων καὶ χρώμενος τῷ οἴνῳ ποσῷ τινι, οὕτω καθ' ἕκαστον τὸ ἦθός εἰσί τινες ἄνθρωποι· οἷος γὰρ οὗτος μεθύων νῦν ἐστιν, ἄλλος τις τοιοῦτος φύσει ἐστίν, ὁ μὲν λάλος, ὁ δὲ κεκινημένος, ὁ δ' ἀρίδακρυς· ποιεῖ γάρ τινας καὶ τοιούτους· διὸ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν (Ὀδ. τ, 122?)·

καί μέ φησι δακρυπλώειν βεβαρημένον οἴνῳ·

καὶ γὰρ ἐλεήμονες ποτε γίνονται καὶ ἄγριοι καὶ σιωπηλοί· ἔνιοι γὰρ αὖ ἀποσιωπῶσι, καὶ μάλιστα τῶν μελαγχολικῶν ὅσοι ἐκστατικοί. Ποιεῖ δὲ καὶ φιλητικοὺς ὁ οἶνος· σημεῖον δὲ ὅτι προάγεται ὁ πίνων καὶ τῷ στόματι φιλεῖν, οὓς νήφων οὐδ' ἂν εἷς φιλήσειεν ἢ διὰ τὸ εἶδος, ἢ διὰ τὴν ἡλικίαν. Ὁ μὲν οὖν οἶνος οὐ πολὺν χρόνον ποιεῖ περιττόν, ἀλλ' ὀλίγον, ἡ δὲ φύσις ἀεί, ἕως τις ἂν ᾖ· οἱ μὲν γὰρ θρασεῖς, οἱ δὲ σιωπηλοί, οἱ δ' ἐλεήμονες, οἱ δὲ δειλοὶ γίνονται φύσει· ὥστε δῆλον ὅτι διὰ τὸ αὐτὸ ποιεῖ ὅ τ' οἶνος καὶ ἡ φύσις ἑκάστου τὸ ἦθος· πάντα γὰρ κατεργάζεται τῇ θερμότητι ταμιευόμενα. Ὅ τε δὴ χυμὸς καὶ ἡ κρᾶσις ἡ τῆς μελαίνης χολῆς πνευματικά ἐστιν· διὸ καὶ τὰ πνευματώδη πάθη καὶ τὰ ὑποχονδριακὰ μελαγχολικά οἱ ἰατροί φασιν εἶναι, καὶ ὁ οἶνος δὲ πνευματώδης τὴν δύναμιν· διὸ δή ἐστι τὴν φύσιν ὅμοια ὅ τ' οἶνος καὶ ἡ κρᾶσις. Δῆλοι δ' ὅτι πνευματώδης ὁ οἶνός ἐστιν ὁ ἀφρός· τὸ μὲν γὰρ ἔλαιον θερμὸν ὂν οὐ ποιεῖ ἀφρόν, ὁ δ' οἶνος πολύν, καὶ μᾶλλον ὁ μέλας τοῦ λευκοῦ, ὅτι θερμότερος καὶ σωματωδέστερος. Καὶ διὰ τοῦτο ὅ τ' οἶνος ἀφροδισιαστικοὺς ἀπεργάζεται, καὶ ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ' ἀλλήλων εἶναι, καὶ οἱ μελαγχολικοὶ οἱ πλεῖστοι λάγνοι εἰσίν· ὅ τε γὰρ ἀφροδισιασμὸς πνευματώδης. Σημεῖον δὲ τὸ αἰδοῖον, ὡς ἐκ μικροῦ ταχεῖαν ποιεῖται τὴν αὔξησιν διὰ τὸ ἐμφυσᾶσθαι. Καὶ ἔτι πρὶν δύνασθαι προΐεσθαι σπέρμα, γίνεταί τις ἡδονὴ ἐπὶ παισὶν οὖσιν, ὅταν ἐγγὺς ὄντες τοῦ ἥβᾶν ξύωνται τὰ αἰδοῖα δι' ἀκολασίαν· γίνεται δὲ δῆλον διὰ τὸ πνεῦμα διεξιέναι διὰ τῶν πόρων, δι' ὧν ὕστερον τὸ ὑγρὸν φέρεται, ἥ τ' ἔκχυσις τοῦ σπέρματος ἐν ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἡ ῥῖψις ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὠθοῦντος φανερὸν γίνεσθαι· ὥστε καὶ τῶν ἐδεσμάτων καὶ ποτῶν εὐλόγως ταῦτ' ἐστὶν ἀφροδισιαστικά, ὅσα πνευματώδη τὸν περὶ τὰ αἰδοῖα ποιεῖ τόπον· διὸ καὶ ὁ μέλας οἶνος οὐδενὸς ἧττον τοιούτους ἀπεργάζεται, οἷοι καὶ οἱ μελαγχολικοί, πνευματώδεις.

Intelligere autem licebit id varios reddere homines, si quis animadvertat, ut paulatim bibentes immutet: ubi enim vinum frigentes perque sobrietatem tacere solitos adcepit, paulo liberaliori quidem poculo sumptus loquaciores eos reddit; tum largiori potu eloquentes ac audaces; posthac vero ad agendum alacres; majori adhuc copia bibitum contumeliosos, deinde furiosos; permagna tandem enervat fatuosque reddit in modum eorum qui inde a pueritia morbo laborant comitiali, aut qui vitiis ab atra bile oriundis admodum detinentur. Igitur ut homo unicus bibens et certa quadam vini mensura utens mores immutat, ita etiam sunt qui singulis morum generibus respondeant, homines aliqui: qualis enim iste vinolentus nunc est, talis alius quidam suapte natura est, hic quidem loquax, ille vero commotus, alius tandem in lacrymas proclivis: nam tales vinum quoque nonnullos reddit: unde et Homerus cecinit:

me victum Baccho lacrymas effundere dicunt:

quippe misericordes interdum redduntur, alias efferi, alias taciturni: sunt enim qui rursus taceant, et maxime melancholicorum qui mente alienantur. Quin etiam ad amandum proclives reddit vinum: indicio est, quod saepe qui potat, vel ad osculandum eos adducitur quibus nemo sobrius dare osculum velit, vel propter speciem, vel propter aetatem. Vinum itaque non per longum tempus insignes reddit, sed per breve; natura vero semper quousque vivit quis: alii namque audaces, alii taciturni, aliis misericordes, alii ignavi suapte natura fiunt, ita ut eamdem esse causam constet, cur tum vinum, tum natura uniuscujusque mores fingat: omnia namque elaborant, dum calore dispensantur. Succus igitur et temperamentum atrae bilis flatuosa sunt: quocirca et adfectus flatuosos praecordiorumque morbos atrae bili medici tribuunt; sed vinum quoque facultate sua flatuosum est: quamobrem sane similem et vinum sortitur naturam et temperamentum. Constat autem vinum flatuosum esse e spuma: oleum enim, quamvis calidum, nihil spumat; vinum vero large, ampliusque nigrum quam album, quia calidius et corpulentius est. Hinc quoque fit ut in venerem proclives reddat vinum meritoque Bacchus et Venus se invicem comitari dicantur et melancholici plerique libidinosi sint: concubitus enim et flatuosus est. Cujus indicium penis est, quippe qui cito ex parva in molem augescit insignem propter inflationem. Atque praeterea priusquam semen projicere queant, oritur voluptas quaedam, pueri dum sunt, ubi jam pubi propinqui incontinentiae ergo pudendum fricant: fit hoc nimirum, quia flatus per meatus transit, per quos postea humor fertur; et seminis quoque in concumbendo effusionem projectionemque a spiritu impellente fieri perspicuum est, ita ut inter esculenta quoque ac potulenta merito ea libidinem moveant, quae regionem circa genitalia flatu implent: ex quo fit etiam ut vinum nigrum ante quodvis aliud tales reddat, quales et melancholici sunt,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Δῆλοι δ' εἰσὶν ἐπ' ἐνίων· σκληφροὶ γὰρ οἱ πλείους τῶν μελαγχολικῶν, καὶ αἱ φλέβες ἐξέχουσιν· τούτου δ' αἴτιον οὐ τὸ τοῦ αἵματος πλῆθος, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος. Διότι δ' οὐδὲ πάντες οἱ μελαγχολικοὶ σκληφροί, οὐδὲ μέλανες, ἀλλ' οἱ μᾶλλον καταχώχιμοι, ἄλλος λόγος· περὶ οὗ δ' ἐξ ἀρχῆς προειλόμεθα διεξελθεῖν, ὅτι ἐν τῇ φύσει εὐθὺς ὁ τοιοῦτος χυμὸς ὁ μελαγχολικὸς κεράννυται· θερμοῦ γὰρ καὶ ψυχροῦ κρᾶσίς ἐστιν· ἐκ τούτων γὰρ τῶν δυοῖν ἡ φύσις συνέστηκεν· διὸ καὶ ἡ μέλαινα χολὴ καὶ θερμότατον καὶ ψυχρότατον γίνεται· τὸ γὰρ αὐτὸ πάσχειν πέφυκε ταῦτ' ἄμφω, οἷον καὶ τὸ ὕδωρ ὂν ψυχρόν, ὅμως ἐὰν ἱκανῶς θερμανθῇ, οἷον τὸ ζέον, τῆς φλογὸς αὐτῆς θερμότερόν ἐστι, καὶ λίθος καὶ σίδηρος διάπυρα γενόμενα μᾶλλον θερμὰ γίνεται ἄνθρακος, ψυχρὰ ὄντα φύσει. Εἴρηται δὲ σαφέστερον περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ πυρός. Καὶ ἡ χολὴ δ' ἡ μέλαινα φύσει ψυχρὰ καὶ οὐκ ἐπιπολαίως οὖσα, ὅταν μὲν οὕτως ἔχῃ ὡς εἴρηται, ἐὰν ὑπερβάλλῃ ἐν τῷ σώματι, ἀποπληξίας, ἢ νάρκας, ἢ ἀθυμίας ποιεῖ, ἢ φόβους· ἐὰν δ' ὑπερθερμανθῇ, τὰς μετ' ᾠδῆς εὐθυμίας καὶ ἐκστάσεις καὶ ἐκζέσεις ἑλκῶν καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ἀπὸ τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς ἐγγινομένη οὐδὲν τὸ ἦθος ποιεῖ διαφόρους, ἀλλὰ μόνον νόσημά τι μελαγχολικὸν ἀπειργάσατο· ὅσοις δ' ἐν τῇ φύσει συνέστη κρᾶσις τοιαύτη, εὐθὺς οὗτοι τὰ ἤθη γίνονται παντοδαποί, ἄλλος κατ' ἄλλην κρᾶσιν, οἷον ὅσοις μὲν πολλὴ καὶ ψυχρὰ ἐνυπάρχει, νωθροὶ καὶ μωροί, ὅσοις δὲ λίαν πολλὴ καὶ θερμή, μανικοὶ καὶ εὐφυεῖς καὶ ἐρωτικοὶ καὶ εὐκίνητοι πρὸς τοὺς θυμοὺς καὶ τὰς ἐπιθυμίας, ἔνιοι δὲ καὶ λάλοι μᾶλλον. Πολλοὶ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ νοεροῦ τόπου τὴν θερμότητα ταύτην νοσήμασιν ἁλίσκονται μανικοῖς, ἢ ἐνθουσιαστικοῖς, ὅθεν Σίβυλλαι καὶ Βάκιδες καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες, ὅταν μὴ νοσήματι γένωνται, ἀλλὰ φυσικῇ κράσει. Μάραχος δ' ὁ Συρακούσιος καὶ ἀμείνων ἦν ποιητής, ὅτ' ἐκσταίη. Ὅσοις δ' ἂν ἐπανθῇ τὴν ἄγαν θερμότητα πρὸς τὸ μέσον, οὗτοι μελαγχολικοὶ μέν εἰσι, φρονιμώτεροι δέ, καὶ ἧττον μὲν ἔκτοποι, πρὸς πολλὰ δὲ διαφέροντες τῶν ἄλλων, οἱ μὲν πρὸς παιδείαν, οἱ δὲ πρὸς τέχνας, οἱ δὲ πρὸς πολιτείαν. Πολλὴν δὲ καὶ εἰς τοὺς κινδύνους ποιεῖ διαφορὰν ἡ τοιαύτη ἕξις τοῦ ἐνίοτε ἀνωμάλους εἶναι μὲν τοῖς φόβοις πολλοὺς τῶν ἀνδρῶν· ὡς γὰρ ἂν τύχωσι τὸ σῶμα ἔχοντες πρὸς τὴν τοιαύτην κρᾶσιν, διαφέρουσιν αὐτοὶ αὑτῶν· ἡ δὲ μελαγχολικὴ κρᾶσις, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς νόσοις ἀνωμάλους ποιεῖ, οὕτω καὶ αὐτὴ ἀνώμαλός ἐστιν· ὁτὲ μὲν γὰρ ψυχρά ἐστιν ὥσπερ ὕδωρ, ὁτὲ δὲ θερμή· ὥστε φοβερόν τι ὅταν εἰσαγγελθῇ, ἐὰν μὲν ψυχροτέρας οὔσης τῆς κράσεως τύχῃ, δειλὸν ποιεῖ· προωδοποίηκε γὰρ τῷ φόβῳ, καὶ ὁ φόβος καταψύχει (δηλοῦσι δ' οἱ περίφοβοι· τρέμουσι γάρ)· ἐὰν δὲ μᾶλλον θερμή, εἰς τὸ μέτριον κατέστησεν ὁ φόβος, καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἀπαθῆ. Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰς καθ' ἡμέραν ἀθυμίας· πολλάκις γὰρ οὕτως ἔχομεν

flatulentos nimirum. Id quod in nonnullis patescit: melancholici enim magna ex parte macilenti sunt venæque turgent: cujus causa est non sanguinis, sed flatus copia. Sed cur non omnes melancholici nec macilenti, nec nigri sint, sed ii tantum qui amplius detinentur, alius sermo est; nunc de eo quod principio pertractandum elegimus, [dicendum est]: humorem nempe hujusmodi melancholicum protinus naturæ admisceri, quippe qui e calido et frigido conflatus est: nam ex hisce duobus natura constitit: quamobrem atra etiam bilis et calidissima et frigidissima fit: eadem namque res isthæc ambo suapte natura patitur, ut etiam aqua, tametsi frigida sit, tamen, si satis concalfacta fuerit, velut quæ fervet, calidior quam flamma ipsa fit, itemque lapis et ferrum ubi incanduerunt, carbone calidiora evadunt, etiamsi natura frigida sint. Sed de his dictum planius est ubi de igni loquebamur. Atra autem bilis, quæ natura frigida est, idque non superficie tenus, quando ita quidem sese habet ut dictum jam est, si modum in corpore excedat, morbos adtonitos, aut torpores, aut animæ dejectiones, aut timores parit; sin vero admodum incaluerit, hilaritates cum cantu et mentis alienationes et ulcerum eruptiones et alia hujusmodi. Plerisque igitur e victu quotidiano redundans mores varios nequaquam conciliat, sed morbum quemdam melancholicum tantummodo creat; at quorumcumque in natura tale temperamentum constiterit, mox hi multifarios adsciscunt mores, alius pro alio temperamento, exempli gratia quibuscumque quidem multa et frigida inest, hi torpidi fiunt et fatui; quibuscumque vero permulta et calida, ii furiosi, ingenui, in amorem proclives, et ira cupidineque facile permoventur; nonnulli etiam loquaces potius fiunt. Multi etiam propterea quod ille calor sedi mentis vicinus est, morbis capiuntur furiosis, vel qui numinis inflatui tribuuntur: unde Sibyllæ et Bacides et omnes numinis adflatu perciti oriuntur, ubi non morbo, sed naturali temperamento tales facti sunt. Maracus autem, civis Syracusanus, vel poeta præstantior erat, quotiescumque mente alienabatur. At quibuscumque propter vehementem calorem medium versus efflorverit, ii melancholici quidem sunt, sed prudentiores et insoliti quidem minus, sed multis in rebus ceteris præstantiores, alii quidem in studiis literarum, alii vero in artibus, alii tandem in republica administranda. Magnum etiam ad subeunda pericula discrimen hujusmodi habitus adfert, quatenus multi viri interdum metu inæqualiter permoventur: prout enim forte hujusmodi temperamenti ratione se habuerit corpus eorum, a se ipsi differunt: temperamentum enim melancholicum quemadmodum in morbis inæquales reddit, ita et ipsum inæquabile est, quippe quod alias quidem frigidum in modum aquæ, alias vero calidum est, ita ut ubi formidolosum quidquam denuntiatum est, si temperamentum forte frigidius habuerit, ignavum reddit: jam enim metui aditum patefecit, et metus refrigerat, ut ex iis constat qui metu perculsi sunt: tremunt enim; sed si calidum potius est, metus ad mediocritatem reducit, atque ipsius metus tempore intrepidum reddit. Similiter se habet etiam, quod ad quotidianas animæ dejectiones adtinet: sæpenumero enim ita dispositi sumus ut

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ὥστε λυπεῖσθαι, ἐφ' ὅτῳ δέ, οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν· ὁτὲ δ' εὐθύμως, ἐφ' ᾧ δ', οὐ δῆλον. Τὰ δὴ τοιαῦτα πάθη καὶ τὰ παλαιὰ λεχθέντα κατὰ μέν τι μικρὸν πᾶσι γίνεται· πᾶσι γὰρ μέμικταί τι τῆς δυνάμεως· ὅσοις δ' εἰς βάθος, οὗτοι δ' ἤδη ποιοί τινές εἰσι τὰ ἤθη· ὥσπερ γὰρ τὸ εἶδος ἕτεροι γίνονται οὐ τῷ πρόσωπον ἔχειν, ἀλλὰ τῷ ποιόν τι τὸ πρόσωπον, οἱ μὲν καλόν, οἱ δ' αἰσχρόν, οἱ δὲ μηθὲν ἔχοντες περιττόν, οὗτοι δὲ μέσοι τὴν φύσιν, οὕτω καὶ οἱ μὲν μικρὰ μετέχοντες τῆς τοιαύτης κράσεως μέσοι εἰσίν, οἱ δὲ πλήθους ἤδη ἀνόμοιοι τοῖς πολλοῖς· ἐὰν μὲν γὰρ σφόδρα κατακορὴς ᾖ ἡ ἕξις, μελαγχολικοί εἰσι λίαν· ἐὰν δέ πως κραθῶσι, περιττοί. Ῥέπουσι δ', ἂν ἀμελῶσιν, ἐπὶ τὰ μελαγχολικὰ νοσήματα, ἄλλοι περὶ ἄλλο μέρος τοῦ σώματος, καὶ τοῖς μὲν ἐπιληπτικὰ ἀποσημαίνει, τοῖς δ' ἀποπληκτικά, ἄλλοις δ' ἀθυμίαι ἰσχυραί, ἢ φόβοι, τοῖς δὲ θάρρη λίαν, οἷον καὶ Ἀρχελάῳ συνέβαινε τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ. Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης δυνάμεως ἡ κρᾶσις, ὅπως ἂν ἔχῃ ψύξεώς τε καὶ θερμότητος· ψυχροτέρα μὲν γὰρ οὖσα τοῦ καιροῦ δυσθυμίας ποιεῖ ἀλόγους· διὸ αἵ τ' ἀγχόναι μάλιστα τοῖς νέοις, ἐνίοτε δὲ καὶ πρεσβυτέροις. Πολλοὶ δὲ καὶ μετὰ τὰς μέθας διαφθείρουσιν ἑαυτούς. Ἔνιοι δὲ τῶν μελαγχολικῶν ἐκ τῶν πότων ἀθύμως διάγουσιν· σβέννυσι γὰρ ἡ τοῦ οἴνου θερμότης τὴν φυσικὴν θερμότητα. Τὸ δὲ θερμὸν τὸ περὶ τὸν τόπον ᾧ φρονοῦμεν καὶ ἐλπίζομεν, ποιεῖ εὐθύμους, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ πίνειν εἰς μέθην πάντες ἔχουσι προθύμως, ὅτι πάντας ὁ οἶνος ὁ πολὺς εὐέλπιδας ποιεῖ, καθάπερ ἡ νεότης τοὺς παῖδας· τὸ μὲν γὰρ γῆρας δύσελπί ἐστιν, ἡ δὲ νεότης ἐλπίδος πλήρης. Εἰσὶ δέ τινες ὀλίγοι οὓς πίνοντας δυσθυμίαι λαμβάνουσι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν δι' ἣν καὶ μετὰ τοὺς πότους ἐνίους. Ὅσοις μὲν οὖν μαραινομένου τοῦ θερμοῦ αἱ ἀθυμίαι γίνονται, μᾶλλον ἀπάγχονται· διὸ καὶ οἱ νέοι ἢ καὶ οἱ πρεσβῦται μᾶλλον ἀπάγχονται· τὸ μὲν γὰρ γῆρας μαραίνει τὸ θερμόν, τῶν δὲ τὸ πάθος φυσικὸν ὂν καὶ αὐτὸ τὸ μαραινόμενον θερμόν· ὅσοις δὲ σβεννυμένου, ἐξαίφνης οἱ πλεῖστοι διαχρῶνται ἑαυτούς, ὥστε θαυμάζειν πάντας διὰ τὸ μηθὲν ποιῆσαι σημεῖον πρότερον. Ψυχροτέρα μὲν οὖν γινομένη ἡ κρᾶσις ἡ ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, ὥσπερ εἴρηται, ποιεῖ ἀθυμίας παντοδαπάς, θερμοτέρα δ' οὖσα εὐθυμίας· διὸ καὶ οἱ μὲν παῖδες εὐθυμότεροι, οἱ δὲ γέροντες δυσθυμότεροι· οἱ μὲν γὰρ θερμοί, οἱ δὲ ψυχροί· τὸ γὰρ γῆρας κατάψυξίς τις. Συμβαίνει δὲ σβέννυσθαι ἐξαίφνης ὑπό τε τῶν ἐκτὸς αἰτιῶν, ὡς καὶ παρὰ φύσιν τὰ πυρωθέντα, οἷον ἄνθρακα ὕδατος ἐπιχυθέντος· διὸ καὶ ἐκ μέθης ἔνιοι ἑαυτοὺς διαχρῶνται· ἡ γὰρ ἀπὸ τοῦ οἴνου θερμότης ἐπείσακτός ἐστιν, ἧς σβεννυμένης συμβαίνει τὸ πάθος. Καὶ μετὰ τὰ ἀφροδίσια οἱ πλεῖστοι ἀθυμότεροι γίνονται, ὅσοι δὲ περίττωμα πολὺ προΐενται μετὰ τοῦ σπέρματος, οὗτοι εὐθυμότεροι· κουφίζονται γὰρ περιττώματός τε καὶ πνεύματος καὶ θερμοῦ ὑπερβολῆς· ἐκεῖνοι δ' ἀθυμότεροι πολ-

contristemur, sed qua de causa, dicere non possimus; alias contra ut hilares simus, sed quamobrem, non constet. Adfectus igitur hujusmodi, itemque illi quos supra memoravimus, parva quadam proportione consistunt in omnibus omnes enim aliquid illius facultatis sibi admistum habent; sed quibuscumque ad fundum usque admistum est, ii jam morum qualitate quadam insignes sunt: ut enim specie varii simus, non quod faciem habemus, sed quia faciem certa quadam qualitate præditam, alii quidem pulchram, alii vero turpem, et qui nihil eximii habent, ii media sunt natura, sic etiam qui leviter quidem hujusmodi temperamentum participant, ii medium tenent, magnæ vero copiæ participes jam dissimiles multitudini sunt: nam si perquam merus habitus sit, melancholici admodum sunt; sin autem quemdam in modum temperati sint, insignes. Hi tamen si parum sibi consulant, in morbos ab atra bile oriundos vergunt, alii parte alia sui corporis, atque apud alios quidem morbus comitialis signum sui dat, apud alios vero adtonitus, apud alios animæ dejectiones validæ, aut timores, apud alios tandem audacia permagna: quod etiam Archelao regi Macedoniæ usu eveniebat. Causa vero hujusmodi facultatis temperamentum est, prout refrigerationis et caliditatis ergo se habuerit: nam si ultra modum frigidum sit, animi dejectiones creat ratione carentes: quapropter et suspendia maxime quidem apud juvenes, interdum tamen et apud ætate provectiores obcurrunt. Multi etiam post ebrietatem sese interimunt. Nonnulli vero ex melancholicis post compotationes dejecto sunt animo: calor enim naturalis a calore vini exstinguitur. Calor autem, qui eam detinet sedem qua et sapimus et speramus, facit ut hilares simus, atque hac de causa omnes ut ad vinolentiam usque potent, prompto animo dispositi sunt, quia omnes spe bona vini copia adficit, quemadmodum juventus pueros: senectus enim desperare solet, juventus vero spe plena est. Sunt autem pauci quidam qui inter potandum animum dejiciant eadem de causa, cur etiam post potum nonnulli dejiciant. Quibuscumque igitur calore emarcescente fiunt animi dejectiones, ii sibi laqueo potius gulam frangunt: quare et juvenes, vel etiam senes, laqueo potius se interimunt: senectus enim calorem marcescere facit, illorum vero adfectus secundum naturam est, et ipsum quod marcescit, calidum est; quibus autem caloris exstinctione animus dejicitur, ii plerumque repente sibi manus inferunt, ita ut omnes mirentur, quoniam antea nullum signum dederant. Ubi igitur temperamentum ab atra bile oriundum frigidius fit, varias, ut dictum est, animi dejectiones gignit; ubi vero calidius, hilaritates: quocirca et pueri quidem lætiores, senes vero tristiores sunt: illi enim calidi, hi vero frigidi sunt, quippe quum refrigeratio quædam sit senectus. Adcidit vero ut calor subito causis quoque externis exstinguatur, quemadmodum et præter naturam rebus candentibus evenit, ceu carboni aqua superinfusa: unde fit etiam ut post ebrietatem nonnulli sibi ipsi manus inferant: calor enim ex vino proveniens adventitius est: quo exstincto supervenit adfectus. Et post coitum quoque animum plerique plus minusve dejiciunt: qui vero copiam excrementi cum semine projiciunt, ii hilariores evadunt, quippe quum excremento et flatu atque calore nimio levan-

www.nbuoi.com.cn

Digitized by Google

λάκις· καταψύχονται γὰρ ἀφροδισιάσαντες διὰ τὸ τῶν ἱκανῶν τι ἀφαιρεθῆναι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο τὸ μὴ πολλὴν τὴν ἀπορροὴν γεγονέναι. Ὡς οὖν ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, διὰ μὲν τὸ ἀνώμαλον εἶναι τὴν δύναμιν τῆς μελαίνης χολῆς ἀνώμαλοί εἰσιν οἱ μελαγχολικοί· καὶ γὰρ ψυχρὰ σφόδρα γίνεται καὶ θερμή· διὰ δὲ τὸ ἠθοποιὸς εἶναι (ἠθοποιὸν γὰρ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν μάλιστα τῶν ἐν ἡμῖν ἐστιν), ὥσπερ ὁ οἶνος πλείων καὶ ἐλάττων κεραννύμενος τῷ σώματι, ποιεῖ τὸ ἦθος ποιούς τινας ἡμᾶς· ἄμφω δὲ πνευματικά, καὶ ὁ οἶνος καὶ ἡ μέλαινα χολή. Ἐπεὶ δ' ἔστι καὶ εὔκρατον εἶναι τὴν ἀνωμαλίαν καὶ καλῶς πως ἔχειν, καὶ ὅπου δεῖ θερμοτέραν εἶναι τὴν διάθεσιν καὶ πάλιν ψυχράν, ἢ τοὐναντίον διὰ τὸ ὑπερβολὴν ἔχειν, περιττοὶ μέν εἰσι πάντες οἱ μελαγχολικοί, οὐ διὰ νόσον, ἀλλὰ διὰ φύσιν.

tur; illi vero tristiores sæpe redduntur : coitu enim refrigerantur, eo quod de elementis utilibus aliquid subtrahitur : id quod effluvii paucitate probatur. Ut igitur summam dictorum colligamus, melancholici inæquales propterea sunt, quia vis atræ bilis inæqualis est, quippe quæ vehementer tum frigida, tum calida redditur; quoniam autem obtinet vim morum instituendorum (mores enim calidum condit et frigidum omnium maxime quæ nostro corpore continentur), idcirco nos morum qualitate adficit quadam, ceu vinum, prout majori minorive copia corpori admiscetur; flatuosa autem sunt ambo, et vinum, et atra bilis. Quumque fieri etiam possit ut inæqualitas bene temperata sit et recte aliquatenus sese habeat, cum ubi calidior, tum ubi frigida requiritur rerum conditio, aut ubi contra, quia nimia jam habetur copia, melancholici omnes quidem insignes sunt, non propter morbum, sed propter naturam.

2. Διὰ τί κατ' ἐνίας μὲν τῶν ἐπιστημῶν ἕξιν ἔχειν λέγομεν, κατ' ἐνίας δ' οὔ; Ἢ καθ' ὅσας εὑρετικοί ἐσμεν, ἕξιν ἔχειν λεγόμεθα; τὸ γὰρ εὑρίσκειν ἀφ' ἕξεως.

2. Cur erga alias quidem scientias habitudinem habere nos dicimus, erga alias vero non? An erga eas tantum, in quibus inveniendi facultate pollemus? inventio enim ex habitu est.

3. Διὰ τί τῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος φρονιμώτατον; Πότερον ὅτι μικροκεφαλώτατον κατὰ λόγον τοῦ σώματος; Ἢ ὅτι ἀνωμάλως ἐλάχιστον; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μικροκέφαλον, καὶ αὐτῶν οἱ τοιοῦτοι μᾶλλον τῶν μεγαλοκεφάλων φρονιμώτεροι.

3. Cur omnium animantium homo prudentissimus est? Utrum quia capite minimo est sui corporis pro portione? An quia inæqualiter minimum est? ob id enim ipsum capite quoque parvo præditus est, et inter homines ipsos qui hujusmodi sunt, prudentiores sunt quam qui magno.

4. Διὰ τί δοκεῖ ἡμῖν πλείων εἶναι ἡ ὁδός, ὅταν μὴ εἰδότες πόση τίς ἐστι, βαδίζωμεν, μᾶλλον ἢ ὅταν εἰδότες, ἐὰν τὰ ἄλλα ὁμοίως τύχωμεν ἔχοντες; Ἢ ὅτι τὸ εἰδέναι πόση ἐστὶν εἰδέναι τὸν ἀριθμόν; τὸ γὰρ ἄπειρον καὶ ἀναρίθμητον ταὐτόν, καὶ πλέον ἀεὶ τὸ ἄπειρον τοῦ ὡρισμένου. Ὥσπερ οὖν εἰ ἤδει ὅτι τοσήδε ἐστί, πεπερασμένην αὐτὴν ἀνάγκη εἶναι, οὕτως εἰ μὴ οἶδε πόση τίς ἐστιν, ὡς ἀντιστρέφοντος παραλογίζεται ἡ ψυχή, καὶ φαίνεται αὕτη εἶναι ἄπειρος, ἐπεὶ τὸ ποσὸν ὡρισμένον ἐστὶ καὶ τὸ ὡρισμένον ποσόν. Ὅταν τοίνυν μὴ φαίνηται ὡρισμένον, ὥσπερ ἄπειρον δόξει εἶναι, διὰ τὸ τὸ πεφυκὸς ὡρίσθαι, ἂν μὴ ᾖ ὡρισμένον, ἄπειρον εἶναι. Καὶ τὸ φαινόμενον μὴ ὡρίσθαι φαίνεσθαι ἀνάγκη πως ἀπέραντον.

4. Cur iter nobis longius tum esse videtur, ubi ignari quantum sit, ambulamus, quam ubi gnari, dummodo rebus ceteris eodem modo habeamus? An quod nosse quantum sit, nosse ejus numerum est? indeterminatum enim et innumerabile idem sunt, ac indeterminatum semper plus quam determinatum est. Ergo quemadmodum, si novisset aliquis tantum id esse, finitum id esse necesse esset, sic etiam si ignoret quantum sit, quasi reciprocetur, perperam ratiocinatur anima, infinitumque esse videtur iter, quia quantitas finitum est, et finitum quantitas. Ubi ergo terminatum non esse videtur, velut infinitum esse videbitur, quoniam quodcumque natura sua determinari potest, id, si determinatum non sit, infinitum est. Atque id quoque infinitum quodammodo videri necesse est quod terminatum esse non videtur.

5. Διὰ τί πρεσβύτεροι μὲν γινόμενοι μᾶλλον νοῦν ἔχομεν, νεώτεροι δ' ὄντες θᾶττον μανθάνομεν; Ἢ ὅτι ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἑαυτοῖς ἡμῖν δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρησόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργάνοις, σώματι μὲν χεῖρα, ψυχῇ δὲ νοῦν; ἔστι γὰρ καὶ ὁ νοῦς τῶν φύσει ἐν ἡμῖν ὥσπερ ὄργανον ὑπάρχων· αἱ δ' ἄλλαι ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι τῶν ὑφ' ἡμῶν ποιητῶν εἰσιν, ὁ δὲ νοῦς τῶν φύσει. Καθάπερ οὖν τῇ χειρὶ οὐκ εὐθὺς γενόμενοι χρώμεθα βέλτιστα, ἀλλ' ὅταν ἡ φύσις αὐτὴν ἐπιτελέσῃ (προϊούσης γὰρ τῆς ἡλικίας ἡ χεὶρ μάλιστα δύναται ἀποτελεῖν τὸ ἑαυτῆς ἔργον), τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ νοῦς τῶν φύσει οὐκ εὐθύς, ἀλλ' ἐπὶ γήρως ἡμῖν μάλιστα παραγίνεται καὶ τότε ἀποτελεῖται μάλιστα, ἂν μὴ ὑπό τινος πηρωθῇ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ φύσει ὑπάρχοντα·

5. Cur senescentes quidem amplius mente valemus, juniores vero dum sumus, ocius discimus? An quia deus instrumenta nobis ipsis duo inserit, quorum opera instrumentis externis uti valeremus, manum quidem corpori, animo vero mentem? est enim mens quoque rebus quæ natura nobis quasi instrumentum insunt, adnumeranda; at ceteræ scientiæ artesque nostra opera sunt; mens vero ad res naturales pertinet. Ut igitur manu non statim inde ab ortu optime utimur, sed ubi eam natura perfecit (procedente namque ætate manus suum opus maxime absolvere potest), ita etiam mens, quæ ad res naturales pertinet, non protinus, sed in senectute maxime nobis subvenit, atque tunc potissimum perficitur, nisi casu aliquo mutiletur, quemadmodum ceteræ

Digitized by Google

Ὕστερον δὲ τῆς τῶν χειρῶν δυνάμεως ὁ νοῦς παραγίνεται ἡμῖν, ὅτι καὶ τὰ τοῦ νοῦ ὄργανά ἐστι τῶν τῆς χειρός· ἔστι γὰρ νοῦ μὲν ὄργανον ἐπιστήμη (τούτῳ γάρ ἐστι χρήσιμος, καθάπερ αὐλοὶ αὐλητῇ), χειρῶν δὲ πολλὰ τῶν φύσει ὄντων· ἡ δὲ φύσις αὐτή τ' ἐπιστήμης πρότερον, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς γινόμενα. Ὧν δὲ τὰ ὄργανα πρότερα, καὶ τὰς δυνάμεις πρότερον εἰκὸς ἐγγίνεσθαι ἡμῖν· τούτοις γὰρ χρώμενοι ἕξιν λαμβάνομεν, καὶ ἔχει ὁμοίως τὸ ἑκάστου ὀργανον πρὸς αὐτό, καὶ ἀνάπαλιν, ὡς τὰ ὄργανα πρὸς ἄλληλα, οὕτω τὰ ὄργανα πρὸς αὐτά. Ὁ μὲν οὖν νοῦς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν πρεσβυτέροις οὖσιν ἡμῖν μᾶλλον ἐγγίνεται· μανθάνομεν δὲ θᾶττον νεώτεροι ὄντες διὰ τὸ μηδέν πω ἐπίστασθαι· ὅταν δ' ἐπιστώμεθα, οὐκέτι ὁμοίως δυνάμεθα, δυνάμεθα δ' ἔχεσθαι, καθάπερ καὶ μνημονεύομεν μᾶλλον οἷς ἂν ἔωθεν πρῶτον ἐντυγχάνωμεν, ἔπειτα προϊούσης τῆς ἡμέρας οὐκέτι ὁμοίως διὰ τὸ πολλοῖς ἐντετυχηκέναι.

quoque res quæ natura nobis insunt; mens vero posterior quam manuum facultas nobis adcedit, quoniam instrumenta etiam mentis posteriora sunt quam manuum instrumenta: est enim mentis instrumentum scientia (menti namque utilis scientia est, ut tibicini tibia), manuum vero instrumenta res multæ earum quæ natura exstant; atqui tum natura ipsa, tum res omnes quas facit, scientia anteriores sunt. Quarum autem rerum instrumenta anteriora sunt, harum facultates quoque prius nobis supervenire congruum est: his enim utentes habitum adquirimus, atque eadem est ratio uniuscujusque rei instrumenti ad rem ipsam, itemque ratione inversa, quæ ratio intercedit inter instrumenta sibi invicem comparata, eadem etiam inter instrumenta et res ipsas. Mens igitur ea de causa nobis senioribus potius supervenit, discimus autem ocius juniores dum sumus, quia nihil adhuc scimus; ubi vero scimus, non æque bene amplius discere possumus, verum rebus insistere valemus, quomodo etiam meminisse melius ea valemus quibuscumque mane primum incidimus, deinde procedente die non amplius æque bene, quoniam multis rebus obcurrimus.

6. Διὰ τί ἀνθρώπῳ πειστέον μᾶλλον ἢ ἄλλῳ ζώῳ; Πότερον ὥσπερ Πλάτων Νεοκλεῖ ἀπεκρίνατο, ὅτι ἀριθμεῖν μόνον ἐπίσταται τῶν ἄλλων ζώων; Ἢ ὅτι θεοὺς νομίζει μόνον; Ἢ ὅτι μιμητικώτατον; μανθάνειν γὰρ δύναται διὰ τοῦτο.

6. Cur homini potius quam cuiquam ex ceteris animantibus credendum est? Utrum, ut Plato Neocli respondit, quia solus inter reliquas animantes novit numerare? An quia solus deos exstare putat? An quia omnium maxime vim obtinet imitandi? hinc enim discere potest.

7. Διὰ τί οὐ χαίρομεν θεώμενοι, οὐδ' ἐλπίζοντες ὅτι τὸ τρίγωνον δύο ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς ἐντὸς γωνίας, οὐδὲ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐθέν, εἰ μὴ τῇ θεωρίᾳ, αὕτη δ' ὁμοίως ἐστὶν ἡδεῖα κἂν εἰ τρισὶν ὀρθαῖς, ἢ πλείοσιν ἴσας ἔσχεν, ἀλλ' ὅτι Ὀλυμπίᾳ ἐνικῶμεν, καὶ περὶ τῆς ναυμαχίας τῆς ἐν Σαλαμῖνι χαίρομεν, καὶ μεμνημένοι καὶ ἐλπίζοντες τοιαῦτα, ἀλλ' οὐ τἀναντία τοῖς τοιούτοις; Ἢ ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖς τοιούτοις χαίρομεν ὡς γενομένοις, ἢ οὖσιν, ἐπὶ δὲ τοῖς κατὰ φύσιν ὡς κατὰ ἀλήθειαν θεωρίας ἡδονήν, ὡς ἔχει, μόνην ἡμῖν ποιεῖν, τὰς δὲ πράξεις τὴν ἀπὸ τῶν συμβαινόντων ἀπ' αὐτῶν; Ἀνομοίων οὖν οὐσῶν τῶν πράξεων, καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἀπ' αὐτῶν γίνεται τὰ μὲν λυπηρά, τὰ δ' ἡδέα· φεύγομεν δὲ καὶ διώκομεν καθ' ἡδονὴν καὶ λύπην ἅπαντα.

7. Cur non delectamur videntes, vel sperantes triangulum duobus rectis pares angulos internos vel habere, vel habiturum esse, neque ulla alia re generis ejusdem, nisi contemplationis ergo; hæc tamen æque jucunda est, etiamsi tribus rectis, aut etiam pluribus pares angulos haberet; sed tunc delectamur, quum aut ludis Olympiæ nos vicisse, aut pugnam navalem apud Salamina meminimus, aut tale quid futurum speramus, non vero ubi his contraria? An quoniam hisce rebus quidem delectamur, quod vel fuerunt, vel sunt, res vero naturales, utpote res veræ, contemplationis tantummodo gaudium, quod ita sese habent, nobis præstant; sed res gestæ gaudium ab eventis eorum proveniens? Quum igitur res gestæ dissimiles sint, eventa quoque earum modo quidem tristia, modo vero læta veniunt; omnia autem lætitiæ tristitiæve ratione aut vitamus, aut persequimur.

8. Διὰ τί μέχρι ὑγείας πραγματεύονται οἱ ἰατροί; ἰσχναίνει γάρ, εἶτα ἐκ τούτου ξηραίνει, εἶτα ὑγείαν ἐποίησεν, εἶτα ἐνταῦθα ἔστη. Πότερον οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐκ τούτου γενέσθαι ἄλλο; Ἢ εἰ δυνατόν, ἄλλης ἐπιστήμης, καὶ ἔσται ὅ τις ἐξ ὑγείας ποιήσει ἄλλο τι; Εἰ δὴ γίνεται ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ τῶν μεταξύ, δῆλον ὅτι ἀρρωστεῖ, ἢ ξηρότερος, ἢ ὑγρότερος, ἤ τι τοιοῦτον. Ποιεῖ δὴ ἐκ ψύχους ἧττον σφόδρα, καὶ τέλεον ὠδὶ θερμὸν καὶ ὠδὶ ξηρόν, ἢ ὑγρὸν μεταβαῖνον ἐκ τῶν ἐναντίων, ἢ μεταξύ, ἕως ἂν ἔλθῃ εἰς τὸ οὕτως ἔχειν, ὃ ἦν τοῦ ὑγιαίνειν, ἔκ τε τούτου οὐ πέφυκεν ἄλλο τι ὂν ἢ τὸ μεταξύ. Δύναται μὲν οὖν ποιῆσαι ὁ ἔχων· ὡς γὰρ ἦλθεν, ἀναλῦσαι δύναται καὶ ἀπελθεῖν· οὐ μὴν ἥ γε τέχνη τούτου ἐστίν· ἀεὶ γὰρ βέλτιον· ὥστε οὐδ' ἄλλη, οὔτ' αὐτὴ ποιήσει ἐξ ὑγείας ἄλλο τι· οὐθὲν γὰρ ἐγίνετο ἢ τὸ ἐναντίον τού-

8. Cur medici ad sanitatem usque tantummodo suam operam præstant? emaciat enim, deinde posthac siccat, tum sanitatem præstat, posthac ibi sistitur? Utrum fieri non potest ut ex sanitate aliud quidquam fiat? An si quid fieri possit, id aliam spectat scientiam, exstabitque aliquid aliud quod ex sanitate facere aliquis possit? Quodsi igitur vel ex contrariis, vel ex mediis fiant (si quæ fiant), manifesto ægrotat, vel quod siccior est, vel quod humidior, vel aliud quid hujuscemodi. Igitur ex frigore facit multo minus frigidum, et postremo huc usque calidam, vel huc usque siccam, vel humidam rem transeuntem e contrariis aut mediis, dum ad eum deveniat habitum, qui sanitati proprius erat: ex quo quidem suapte natura nihil aliud provenire potest nisi quid medium. Ergo qui ita sese habet, facere quidem potest: ut enim venit, sic discedere et abire potest; sed hæc non tractat ars: semper enim melius persequitur: hinc nec ulla alia, nec eadem ipsa de sanitate quidquam aliud

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

του, εἴπερ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη. Οὕτω καὶ ἐπὶ οἰκίας οὐδὲν ποιήσειεν ἂν τοὐναντίον. Οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῃ τέχνῃ ἐκ τούτου ποιήσουσα, πλὴν ὡς μέρους, οἷον ἡ σκυτικὴ ὑπόδημα ἐκ προχείματος· ἑξ ἑκατέρου γὰρ γίνεται διττῶς, ἢ συντιθεμένου, ἢ φθειρομένου.

faciet : nihil enim fieret, nisi ejus contrarium, quandoquidem eadem est scientia. Sic quoque, ubi de domo agitur, nihil contrarium faciet ars. Nulla igitur ars alia est quæ ex hoc quidquam faciat, nisi veluti ex parte, quemadmodum ars sutoria e calceamento discisso alium calceum facit : ex utroque enim fit, sed bifariam, vel componendo, vel destruendo.

9. Διὰ τί τὸν φιλόσοφον τοῦ ῥήτορος οἴονται διαφέρειν; Ἢ ὅτι ὁ μὲν φιλόσοφος περὶ αὐτὰ τὰ εἴδη τῶν πραγμάτων διατρίβει, ὁ δὲ περὶ τὰ μετέχοντα, οἷον ὁ μὲν τί ἐστιν ἀδικία, ὁ δὲ ὡς ἄδικος ὁ δεῖνα, καὶ ὁ μὲν τί ἡ τυραννίς, ὁ δὲ οἷόν τι ὁ τύραννος;

9. Cur philosophum differre ab oratore putant? An quia philosophus quidem ipsis rerum formis occupatus est, orator vero rebus formarum participibus, verbi causa ille quidem quid injustitia sit, spectat, hic vero hunc illumve injustum esse probat, et ille quidem quid tyrannis sit, hic vero quale quid sit tyrannus?

10. Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί εἰσιν; Ἢ ὅτι ἥκιστα λόγου σοφίας κοινωνοῦσι διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι, καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸ πολὺ τοῦ βίου εἰσί, τὰ δὲ καὶ ἐν ἀπορίαις; ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαστικά.

10. Cur artifices Bacchici improbi sunt magna ex parte? An quia minime sese studio sapientiæ dedunt, eo quod in artibus necessariis majorem ætatis suæ partem consumunt, vitæque plurimam partem traducunt in incontinentia, partem etiam in inopia? hæc enim ambo improbitatem gignere valent.

11. Διὰ τί οἱ ἐξ ἀρχῆς τῆς μὲν κατὰ τὸ σῶμα ἀγωνίας ἆθλόν τι προὔταξαν, σοφίας δ' οὐθὲν ἔθηκαν; Ἢ ὅτι ἐπιεικῶς δεῖ τοὺς κριτάς, ἃ παρὰ διάνοιάν ἐστιν, ἢ μηθὲν χείρους τῶν ἀγωνιστῶν εἶναι, ἢ κρείττους, εἰ δ' ἔδει σοφίᾳ τοὺς πρωτεύοντας ἀγωνίζεσθαι καὶ ἆθλον προὐτίτακτο, κριτῶν ἂν ἠπόρουν αὐτοῖς· ἐπὶ δὲ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἅπαντός ἐστι κρῖναι τῇ ὄψει μόνῃ θεασάμενον; Ἔτι δ' ὁ ἐξ ἀρχῆς κατασκευάζων οὐκ ἐβούλετο τοιαύτην ἀγωνίαν προθεῖναι τοῖς Ἕλλησιν, ἐξ ὧν ἔμελλον στάσεις καὶ ἔχθραι μεγάλαι ἔσεσθαι, οἷον οἱ ἄνθρωποι, ὅταν τις ἢ ἐκκριθῇ, ἢ προσδεχθῇ εἴς τι τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἀθλημάτων, οὐ πάντῃ χαλεπῶς φέρουσιν, οὐδ' εἰς ἔχθραν καθίστανται τοῖς κρίνουσιν, ὑπὲρ δὲ τοῦ φρονιμωτέρους ἢ μοχθηροτέρους εἶναι τοὺς κρίνουσι μάλιστα ὀργίζονται καὶ ἀγανακτοῦσιν· στασιῶδες δὲ καὶ μοχθηρὸν τὸ τοιοῦτόν ἐστιν. Ἔτι δὲ δεῖ τῆς ἀγωνίας τὸ ἆθλον κρεῖττον εἶναι· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γυμνικῶν ἀθλημάτων τὸ ἆθλον αἱρετώτερον καὶ βέλτιον τῆς ἀγωνίας· σοφίας δὲ τί ἂν ἆθλον βέλτιον γένοιτο;

11. Cur veteres corporis quidem certaminibus præmium posuerunt, sapientiæ vero nullum instituerunt? An quia judices rerum quæ rationem spectant, ad minimum vel nihilo deteriores, vel præstantiores certantibus esse debent; quodsi autem homines sapientia excellentes certare deberent iisque propositum esset præmium, arbitris eorum carerent; at vero in certaminibus gymnicis quisque suo tantum adspectu intuens judicare potest? Præterea qui olim præmia instituit, tale hominibus Græcis certamen proponere nolebat, ut ex eo seditiones inimicitiæque magnæ exorirentur, quo modo homines, ubi certamine corporis aliquo excluditur quis, aut in id admittitur, non moleste omnino ferunt, neque cum judicibus inimicitiam ineunt; at eo quod sapientiores, aut praviores judicati sunt, sententiam ferentibus admodum subcensent, ægreque judicium ferunt : quæ quidem res seditiosa et prava est. Ad hæc præmium præstantius esse certamine debet : certaminum enim gymnicorum præmium optatius et præstantius quam corcertatio est; sapientia vero quodnam præmium præstantius esse possit?

12. Διὰ τί ἄλλο νοεῖ καὶ ποιεῖ ἄνθρωπος μάλιστα; Ἢ ὅτι τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη; Ἢ ὅτι ὁ μὲν νοῦς πολλῶν ἐστιν, ἡ δ' ὄρεξις ἑνός; Ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος τῷ νῷ τὰ πλεῖστα ζῇ, τὰ δὲ θηρία ὀρέξει καὶ θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ.

12. Cur homo maxime aliud cogitat, aliud facit? An quia contrariorum eadem scientia est? An quia mens quidem ad plures res pertinet, adpetitus vero ad unam tantummodo? Atqui homo mente maxima ex parte vivit, bestiæ vero adpetitu, ira cupiditateque.

13. Διὰ τί φρόνιμοί τινες κτώμενοι, οὐ χρώμενοι διατελοῦσιν; Πότερον ὅτι τῷ ἔθει χρῶνται; Ἢ διὰ τὸ ἐν ἐλπίδι ἡδύ;

13. Cur nonnulli prudentes perpetuo rem adquirunt, non impendunt? Utrum quod consuetudinem servant? An propter oblectamentum quod in spe positum est?

14. [Διὰ τί οἱ βαθέως καὶ ἥδιστα καθεύδοντες οὐδὲν ἐνύπνιον ὁρῶσιν; Ἢ] ὅτι ἡ αἴσθησις καὶ ἡ διάνοια τῷ ἠρεμεῖν τὴν ψυχὴν ἐνεργεῖ· ὃ καὶ ἡ ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, ὅτι τὴν ψυχὴν ἵστησιν· κινουμένης γὰρ καὶ φερομένης οὔτ' αἰσθέσθαι, οὔτε διανοηθῆναι δυνατόν· διὸ καὶ τὰ παιδία καὶ οἱ μεθύοντες καὶ οἱ μαινόμενοι ἀνόητοι· διὰ γὰρ

14. [Quam ob causam qui altum et suavissime dormiunt, nullum insomnium vident? An] quia et sensus et intelligentia eo agunt quod animus requiescit : qua quidem requie vel ipsa scientia (gr. ἐπιστήμη) constare videtur, quippe quæ animum sistit (græce ἵστησιν) : ubi enim animus movetur ac fertur, fieri non potest ut aliquid vel sentiatur, vel intelligatur : ex quo fit etiam ut amentes sint et

Digitized by Google

τὸ πλῆθος τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνυπάρχοντος πλείστη κίνησις αὐτοῖς καὶ σφοδροτάτη συμβαίνει, λιγούσης δὲ ταύτης ἐμφρονέστεροι γίνονται· ἀταράχου γὰρ οὔσης τῆς διανοίας μᾶλλον ἐφιστάναι δύνανται αὐτήν. Οἱ τ' ἐν τῷ καθεύδειν ἐνυπνιαζόμενοι ἱσταμένης τῆς διανοίας, καὶ καθ' ὅσον ἠρεμεῖ, ὀνειρώττουσιν· μάλιστα γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις ἡ ψυχὴ κινεῖται· περιισταμένου γὰρ τοῦ θερμοῦ ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος εἰς τὸν ἐντὸς τόπον, τότε πλείστη καὶ σφοδροτάτη κίνησις ὑπάρχει, οὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ ὑπολαμβάνουσι τότε ἠρεμεῖν καὶ καθ' αὑτὴν εἶναι, καὶ μάλιστα ὅταν μηδὲν ἴδωσιν ἐνύπνιον· συμβαίνει δὲ τοὐναντίον· διὰ γὰρ τὸ ἐν πλείστῃ κινήσει εἶναι καὶ μηδὲ κατὰ μικρὸν ἠρεμεῖν, οὐδὲ διανοεῖσθαι δύναται· ἐν πλείστῃ δὲ κινήσει, ὅταν ἥδιστα καθεύδῃ, εἰκότως ἐστίν, ὅτι τότε μάλιστα καὶ πλεῖστον θερμὸν ἀθροίζεται εἰς τὸν εἴσω τόπον. Ὅτι δ' ἐν τῇ κινήσει οὖσα ἡ ψυχὴ οὐ μόνον ὕπαρ, ἀλλ' οὐδ' ἐν τοῖς ὕπνοις δύναται διανοεῖσθαι, κἀκεῖνο σημεῖον· ἐν γὰρ τοῖς μετὰ τὴν πρόσεισιν τῶν σιτίων ὕπνοις ἥκιστα ἔστιν ἐνύπνια ὁρᾶν, τότε δὲ μάλιστα συμβαίνει κινεῖσθαι αὐτὴν διὰ τὴν ἐπεισενεχθεῖσαν τροφήν, τό τ' ἐνύπνιόν ἐστιν, ὅταν διανοουμένοις καὶ πρὸ ὀμμάτων τιθεμένοις ὕπνος ἐπέλθῃ· διὸ καὶ ταῦτα μάλιστα ὁρῶμεν ἃ πράττομεν, ἢ μέλλομεν, ἢ βουλόμεθα· περὶ γὰρ τούτων μάλιστα πλειστάκις λογισμοὶ καὶ φαντασίαι ἐπιγίνονται. Καὶ οἱ βελτίους βελτίω τὰ ἐνύπνια ὁρῶσι διὰ ταῦτα, ὅτι καὶ ἐγρηγορότες περὶ βελτιόνων διανοοῦνται, οἱ δὲ χεῖρον ἢ τὴν διάνοιαν, ἢ τὸ σῶμα διακείμενοι χείρω· καὶ γὰρ ἡ τοῦ σώματος διάθεσις πρὸς τὴν τῶν ἐνυπνίων φαντασίαν συμβλητικόν· τοῦ γὰρ νοσοῦντος καὶ αἱ τῆς διανοίας προθέσεις φαῦλαι, καὶ ἔτι διὰ τὴν ἐν τῷ σώματι ταραχὴν ἐνοῦσαν ἡ ψυχὴ οὐ δύναται ἠρεμεῖν. Οἱ δὲ μελαγχολικοὶ διὰ τοῦτο ἐξάττουσιν ἐν τοῖς ὕπνοις, ὅτι πλείονος τῆς θερμασίας οὔσης μᾶλλον τοῦ μετρίου ἡ ψυχὴ ἐν κινήσει, σφοδροτέρας δὲ τῆς κινήσεως οὔσης οὐ δύνανται καθεύδειν.

infantes et ebrii et insani : propter copiam enim caloris qui inest, motus plurimus vehementissimusque iis evenit : quo desistente prudentiores fiunt : ubi enim mens turbae expers est, facilius eam sistere possunt. Et quidem qui inter dormiendum somniant, dum sistitur mens, et quatenus quiescit, insomnia vident : jactatur enim animus maxime in somnis : nam quum calor reliquo e corpore ad regionem circumobsistitur interiorem, tunc motus plurimus vehementissimusque subest, non quemadmodum vulgus existimat, animum nempe tunc quiescere et secum esse, atque inprimis ubi nullum somnium vident ; sed contra adcidit : quia enim in motu plurimo est ac ne paulisper quidem quiescit, ne cogitare quidem potest ; rationi autem congruit in plurimo motu eum tunc esse ubi suavissime quis dormit, propterea quia tunc maxime et larga caloris copia in regionem adcumulatur interiorem. Animum vero concitatum non solum inter vigilandum, sed vel in somnis cogitare non posse, argumentum illud etiam est, quod in somnis, quos cibo ingesto agimus, minime insomnia videre licet ; tunc autem maxime adcidit ut animus propter cibum superingestum concitetur, somniumque ipsum obcurrit, ubi cogitantibus nobis et ante oculos res ponentibus somnus supervenit : quapropter et ea maxime videmus, quae agimus, aut acturi sumus, aut volumus : de his enim inprimis saepissime ratiocinationes imaginationesque nobis obveniunt. Meliores quoque meliora insomnia vident, quod etiam vigilantes meliora cogitant ; qui vero deterius vel mente, vel corpore sunt adfecti, deteriora, quippe quum etiam adfectio corporis aliquid ad insomniorum imaginationem conferre valet : nam apud aegrotum propositiones quoque mentis vitiosae sunt, atque praeterea propter perturbationem in corpore obviam animus quiescere nequit. Melancholici autem idcirco in somnis exsiliunt, quod quum calor amplior subest, animus moveri ultra modum cogitur ; quum vero motus vehementior sit, dormire non possunt.

ΤΜΗΜΑ ΛΑ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ.

1. Διὰ τί τρίψαντες τὸν ὀφθαλμὸν παυόμεθα τῶν πταρμῶν; Ἢ ὅτι ἀναπνοὴ ταύτῃ γίνεται τῷ ὑγρῷ; δακρύει γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς μετὰ τὴν τρῖψιν· ὁ δὲ πταρμὸς διὰ πλῆθος ὑγροῦ. Ἢ ὅτι τὸ ἔλαττον θερμὸν φθείρεται ὑπὸ τοῦ πλείονος; ὁ δ' ὀφθαλμὸς τριφθεὶς πλείω λαμβάνει θερμότητα τῆς ἐν τῇ ῥινί. Διὰ τοῦτο δὲ κἄν τις αὐτὴν τὴν ῥῖνα τρίψῃ, παύεται ὁ πταρμός.

2. Διὰ τί τῷ ἑνὶ ὀφθαλμῷ ἀκριβέστερον ὁρῶσιν ἢ τοῖν δυοῖν; Ἢ ὅτι πλείους οὖσαι κινήσεις τοῖν δυοῖν γίνονται, οἷον τοῖς διεστραμμένοις; Οὔκουν μία ἡ κίνησις· τοῦ δ' ἑνὸς ἁπλῆ. Ἧττον οὖν ὁρῶσιν ἀκριβέστερον.

SECTIO XXXI.

QUAE AD OCULOS PERTINENT.

1. Cur oculo perfricato sternutare cessamus? An quia hac humoris respiratio fit? lacrymam enim oculus perfricatus emittit ; sternutamentum autem humoris copia excitatur. An quia minor calor a copiosiore destruitur? oculus enim perfricatus plus caloris sibi adsciscit quam nares continent. Hanc ob causam etiam, si quis nasum perfricuerit ipsum, sternutamentum desinit.

2. Cur uno oculo exquisitius cernitur quam duobus? An quia plures motus duobus excitantur, quemadmodum oculis distortis? Ergo unicus motus non est ; unius vero simplex est. Itaque minus exquisite cernitur.

Digitized by Google

3. Διὰ τί ὀργιζόμενοι μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς μᾶλλον ἐπιδιδόασι πρὸς τὸ ἐρυθριᾶν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ ὦτα; Ἢ διότι οἱ μὲν καταψύχονται ἐν τῇ αἰδοῖ (ἐν ὀφθαλμοῖς γὰρ αἰδώς), ἀντιβλέπειν οὐ δύνανται, καὶ ἡ δειλία κατάψυξίς τίς ἐστιν ἐνταῦθα· μεθίσταται δ' εἰς τοὐναντίον τῷ ἔμπροσθεν τὸ ὄπισθεν, τὰ δ' ὦτα ἀντίκειται; διὸ καὶ μάλιστα ἐρυθριῶσιν αἰσχυνόμενοι. Ἐν δὲ τῷ κνήθεσθαι ἐπὶ τὸ αἰσθητικώτερον καὶ κινητικώτερον ἡ βοήθεια ὡς ἀδικουμένου· φοβουμένοις γὰρ ἐνταῦθα ἐκλείπει μάλιστα.

3. Cur iratis quidem oculorum potius rubor augetur, pudefactis vero aurium? An quoniam oculi quidem refrigerantur per pudorem (pudor enim in oculis est), respicere nequeunt, ignaviaque hujus loci refrigeratio est; pars posterior autem contrario modo immutatur ac anterior, aures vero ex adverso positæ sunt? quapropter et maxime [hac parte] erubescunt pudibundi. In scalpendo vero præsidium ad eam partem, tamquam violatam, adhibetur, quæ et sensu et motu promptior est: nam metuentibus hic inprimis deficit.

4. Διὰ τί θατέρου καταληφθέντος ὀφθαλμοῦ ὁ ἕτερος ἀτενίζει μᾶλλον; Ἢ διότι ἐκ ταὐτοῦ ἤρτηνται αἱ ἀρχαὶ τῶν ὀφθαλμῶν; Θατέρου οὖν κινουμένου καὶ ἡ κοινὴ ἀρχὴ κινεῖται, ἐκείνης δὲ κινουμένης καὶ ὁ ἕτερος. Ληφθέντος οὖν θατέρου ἡ κίνησις κινήσει αὐτόν, ὥστε δύναται ἀτενίζειν μᾶλλον.

4. Cur altero oculo adprehenso alter intentius tuetur? An quia oculorum origines ex eodem dependent? Ubi igitur alter movetur, communis quoque movetur origo: quo moto alter etiam oculus movetur. Altero itaque adprehenso, motio ipsum movebit, ita ut intentius tueri possit.

5. Διὰ τί οἱ ἐκ γενετῆς τυφλοὶ οὐ γίνονται φαλακροί; Ἢ ὅτι πημαίνει τὰ ὄμματα ὑγρότης οὖσα πολλὴ ἐν τῷ περὶ τὴν κεφαλὴν τόπῳ; διὸ τῶν ῥευματικῶν εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς τάς τε περὶ τοὺς κροτάφους φλέβας κάουσι, πυκνοῦντες τοὺς τῶν ὑγρῶν πόρους, καὶ ξύουσι τὴν κεφαλήν, διατέμνοντες τὸ ἐν αὐτῇ δέρμα. Ἐπεὶ οὖν πημαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ ἐν αὐτῇ περίττωμα γινόμενον, κωλύοι ἂν αὐτοὺς ταὐτὸ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς γίνεσθαι, πλέον συνιστάμενον ἐν αὐτῇ· ἐπεὶ δ' ἐκ περιττωμάτων θριξὶ φύεται, τοῦτο δ' ἐν τῇ τῶν τυφλῶν κεφαλῇ ἐκ γενετῆς ἐστι πολύ, εἰκότως οὐκ εἰσὶ φαλακροί.

5. Quam ob causam qui cœci inde ab ortu sunt, calvi non fiunt? An quia humor, ubi redundat in capitis regione, oculos lædit? qua de causa quibus fluxiones oculos urgent, venas temporum deurunt, quo humoris meatus arctentur, et caput quoque, dissecta in eo cute, radunt. Quum igitur residua quæ in capite gignuntur, oculos lædunt, eadem hæc prohibebunt quominus oculi inde a principio gignantur, dummodo major copia in ipso consistat; at quum e residuis capillus proveniat, eaque in capite cœcorum inde ab ortu redundent, merito non calvi sunt.

6. Διὰ τί οἱ ἐξόφθαλμοι καπνίζονται μᾶλλον; Ἢ ὅτι τάχιστα προσπίπτει πρὸς τὰ προέχοντα;

6. Cur qui prominentibus sunt oculis, magis a fumo infestantur? An quia fumus citissime rebus prominentibus incidit?

7. Διὰ τί εἰς μὲν τὰ δεξιὰ ἀμφοτέρας τὰς ὄψεις ἅμα διαστρέφειν δυνάμεθα, καὶ εἰς τὰ ἀριστερά, καὶ πρὸς τὴν ῥῖνα, καὶ εἰς τὸ ἀριστερὸν δέ, ἢ τὸ δεξιὸν τὴν ἑτέραν, ἅμα δ' εἰς τὸ δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν ἀδυνατοῦμεν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὸ κάτω καὶ εἰς τὸ ἄνω; ἅμα μὲν γὰρ ἐπὶ ταὐτὸ δυνάμεθα, χωρὶς δ' οὔ. Ἢ ὅτι αἱ ὄψεις δύο οὖσαι ὁμοίως ἐξ ἑνὸς συνήρτηνται, ὅσα δὲ τοιαῦτα, ἄκρου θατέρου κινουμένου ἀνάγκη θάτερον ἀκολουθεῖν ἐπὶ ταὐτό; τῷ γὰρ ἑτέρῳ ἄκρῳ ἡ ἀρχὴ θάτερον ἄκρον. Εἰ οὖν τὸ ἓν ἀδύνατον ἅμα εἰς τἀναντία κινεῖσθαι, ἀδύνατον καὶ τὰς ὄψεις· τὰ μὲν γὰρ ἄκρα εἰς τἀναντία ἂν κινοῖτο, εἰ τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω κινοῖτο, ἡ δ' ἀρχὴ ἀμφοῖν ἂν ἀκολουθοίη· ὅπερ ἀδύνατον. Ἡ δὲ διαστροφή ἐστι τῶν ὀμμάτων διὰ τὸ ἀρχὴν ἔχειν τὰς σφαίρας, καὶ μέχρι τοῦ στρέφεσθαι εἰς τὰ ἄνω καὶ κάτω καὶ εἰς πλάγιον. Ὅταν οὖν ἔχουσαι ὡς ἂν ὁμοίως ἔχοιεν τῇ θέσει ἀλλήλαις καὶ ἐν μέσῳ τοῦ ἐπὶ τὸ ἄνω καὶ κάτω κινεῖσθαι καὶ εἰς πλάγιον, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἑαυτῶν λάβωσι τὴν ὄψιν, αὗται μὲν ἀδιάστροφοί τε καὶ μάλιστα ἀκίνητοι τῇ θέσει· ὅσαι δ' ἐπὶ ταὐτοῦ σημείου λάβωσι τὰς ὄψεις, ἀδιά-

7. Quam ob causam dextrorsum quidem utrumque oculum simul retorquere possumus, itemque sinistrorsum, et ad nares, atque etiam alterum dextrorsum sinistrorsumve; simul vero dextrorsum ac sinistrorsum non possumus; eodem modo et deorsum sursumque? simul enim in eamdem partem possumus; seorsum vero non. An propterea quod, etiamsi dupli existent oculi, ex eadem tamen origine æqualiter dependent; quæcumque autem hujusmodi sunt, eorum quoties alterum extremum movetur, reliquum sequatur eodem necesse est? alterius enim extremi principium extremum alterum est. Quodsi igitur una eademque res simul in partes adversas moveri nequeat, nec oculi ita moveri poterunt, quippe quum extrema in partes moverentur adversas, si alter quidem sursum, alter vero deorsum moveretur: origo namque utrumque sequi debebit: id quod fieri nequit. Oculorum vero distortio evenit, quia globi principio prædicti sunt ac aliquo usque sursum et deorsum et latera versus convertuntur. Ubi igitur ita positi ut situ sibi invicem simili respondeant atque medium teneant movendi sese sursum deorsumque ac latera versus, eodem sui puncto intuitus recipiant, tunc quidem distorsione carent et situ maxime immobiles sunt; at quicumque eodem in puncto intuitus recipiunt, etiamsi discre-

www.libtopi.com.cn

Digitized by Google

στροφοι μέν εἰσι, διαφέρουσι δ' ἀλλήλων, καίτοι κρύπτεται τοῦ μέλανός τι καὶ τοῖς ἄνω βάλλουσι τὰ λευκά, οἷον μελλέπταρμοι· ἕτεροι δ' εἰς τὸ πλάγιον, ὥσπερ οἱ μανικοί· οἱ δ' εἰς τοὺς μυκτῆρας, ὥσπερ τὰ τραγικὰ πρόσωπα, καὶ οἱ στρυφνοί· σύγκουν γὰρ τὸ βλέμμα. Ὅσοι δὲ μήθ' ὁμοίως κειμένων τῶν σφαιρῶν ἐπὶ ταὐτῷ σημείῳ ἔχουσι τὰς ὄψεις, ἢ ὁμοίως μὲν κειμένων μὴ ἐπὶ τῷ αὐτῷ δέ, οὗτοι διεστραμμένοι εἰσίν· διὸ ὑποβλέπουσι καὶ συνάγουσι τὰ ὄμματα· πειρῶνται γὰρ ἐπὶ ταὐτὸν καταστῆσαι σχῆμα τὴν σφαῖραν, ὥστε τὸν μὲν ἑῶσι, τὸν δὲ σχηματίζουσι τῶν ὀφθαλμῶν· ἐὰν γὰρ μὴ κατ' αὐτὸ σημεῖον τεθῶσιν αἱ ὄψεις, ἀνάγκη διεστράφθαι· ὥσπερ γὰρ τοῖς ὑποβάλλουσιν ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν [τὸ ἓν] δύο φαίνεται (καὶ γὰρ ἐκείνοις κεκίνηται ἡ ἀρχή), καὶ τούτοις ὁμοίως. Ἐὰν μὲν οὖν ἄνω κινηθῇ ὁ ὀφθαλμός, τὸ πέρας κάτω τῆς ὄψεως γίνεται, ἐὰν δὲ κάτω, ἄνω τὸ πέρας· ἑνὶ δ' ὀφθαλμῷ μεθισταμένῳ κινεῖσθαι μὲν τὸ ὁρώμενον δοκεῖ διὰ ταὐτὸ ἄνω, ἢ κάτω, ὅτι καὶ ἡ ὄψις, δύο δ' οὐ φαίνεται, ἂν μὴ δύο αἱ ὄψεις ὦσι, καὶ διαστρέφει. Τοιαύτη μὲν τῷ ἑτεροφθάλμῳ γίνεται, ὥστε δύο φαίνεσθαι· κατὰ τὴν θέσιν δὲ γίνεται τῷ μὴ κατὰ μέσον τοῦ ὄμματος κεῖσθαι.

pent inter se, distorsione quidem careut, licet etiam par aliqua nigredinis obculatur iis qui albuginem sursum retrahunt, verbi gratia qui sternutaturi sunt; alii vero ad latera retrahunt, ut furiosi; alii tandem nares versus, ut tragicæ larvæ hominesque torvi: sic enim cogitabundus fit adspectus. Quicumque vero intuitus puncto eodem collocatos habent, globis tamen non eundem situm servantibus, aut quibus his eumdem situm servantibus intuitus non idem punctum obcupant, hi distorti sunt: quapropter et suspiciunt et oculos contrahunt: globum namque eumdem in habitum collocare conantur, ita ut alterum quidem oculum loco relinquant, alterius vero situm immutent: nisi enim idem punctum obcupent intuitus, necessario distorquentur, quippe quum perinde ac illis qui [digitum] oculo subjiciunt, res una geminari videtur (nam apud istos quoque principium dimotum est), sic et his. Ergo si oculus sursum dimotus est, intuitus extremum inferiora petit; sin vero deorsum, superiora; oculo autem uno de situ suo dimoto, moveri quidem sursum deorsumve eamdem ob causam res adspecta videtur, quia nempe intuitus quoque ita se movet, sed duæ res non adparent, nisi duplex intuitus adsit, atque hoc etiam distorquet. Talis sane strabonum fit intuitus, ita ut res duæ adpareant; pendet autem a situ, eo quod non medio oculo collocatus est.

8. Διὰ τί οἱ μύωπες μικρὰ γράμματα γράφουσιν; ἄτοπον γὰρ τὸ μὴ ὀξὺ ὁρῶντας ποιεῖν ἔργον ὀξὺ ὁρώντων. Πότερον ὅτι μεγάλα φαίνεται τὰ μικρά, ἐὰν ᾖ ἐγγύς, οἱ δὲ προσάγοντες γράφουσιν; Ἢ διὰ τὸ συνάγοντας τὰ βλέφαρα γράφειν; δι' ἀσθένειαν γὰρ τῆς ὄψεως, ἂν μὲν ἀναπεπταμένοις γράφωσι τοῖς ὄμμασι, διασπωμένη ἡ ὄψις ἀμβλὺ ὁρᾷ, οὕτω δὲ ἀθρόως προσπίπτει· γωνίαν δὲ μικρὰν ποιοῦσα ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ μικρὰ γράφειν.

8. Quamobrem lusciosi literas minutas scribunt? mirum enim est, qui acute non cernunt, rem facere acute cernentibus propriam. Utrum quia parva prope posita magna esse videntur, illi autem re oculis admota scribunt? An quia contractis palpebris scribunt? propter visus enim imbecillitatem, si diductis quidem oculis scribant, intuitus distractus obtuse cernit; sic vero confertim incidit, angulumque exiguum faciens, necessario exiguas literas scribere cogit.

9. Διὰ τί ὀφθαλμιάσαντες ἔνιοι ὀξύτερον ὁρῶσιν; Ἢ διὰ τὸ ἀποκεκαθάρθαι τὰ ὄμματα; πολλάκις γὰρ ἡ ἔξω πυκνότης ἀποστέγει τὴν ὄψιν, ἀποδακρύσαντι δὲ λύεται· διὸ καὶ τὸ ἀποδάκνεσθαι συμφέρει, οἷον κρόμμυον· θάτερον δὲ πολέμιον, οἷον ὀρίγανον.

9. Cur nonnulli post lippitudinem acutius vident? An quia purificati oculi sunt? sæpe enim exterior densitas intuitum obtegit, quæ lacryma emissa solvitur: quamobrem et prodest, si rebus mordentibus oculi detergantur, ut cepe; alterum vero noxium est, ut origanum.

10. Διὰ τί τῇ μιᾷ ὄψει ἀπαθέστεροι; Ἢ διότι ἔλαττον ἡ ψυχὴ πάσχει, ὥστ' ἔλαττον τὸ πάθος;

10. Cur uno oculo intuentes minus adficimur? An quia minus animus adficitur, ita ut minor sit adfectus?

11. Διὰ τί τοῖς διισταμένοις δύο φαίνεται; Ἢ διότι οὐκ ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον ἑκατέρου τῶν ὀμμάτων ἡ κίνησις; Ὥσπερ οὖν δύο ὁρᾶν τὸ δὶς ὁρᾶν οἴεται ἡ ψυχή. Ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῶν δακτύλων τῆς ἐπαλλάξεως· δύο γὰρ τὸ ἓν δοκεῖ, ὡς δὶς ἁπτομένῃ ἑνί.

11. Cur distractis oculis res duplices adparent? An propterea quod oculi utriusque motus non ad punctum idem devenit? Ubi ergo bis videt animus, perinde ac si geminum vidisset existimat. Simile quid evenit etiam, ubi digitos intricamus: unica namque res animo gemina esse videtur, quippe qui bis tangit, etiamsi unicus sit.

12. Διὰ τί οὐ διαφέρουσιν αἱ αἰσθήσεις αἱ ἐν τοῖς δεξιοῖς τῶν ἀριστερῶν, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κρείττω τὰ δεξιά; Πότερον διὰ τὸ ἔθος, ὅτι εὐθὺς ὁμοίως ἀμφοῖν ἐθιζόμεθα αἰσθάνεσθαι; τὰ δὲ δεξιὰ τῷ ἔθει δοκεῖ διαφέρειν, ἐπεὶ ἐθισθεῖσιν ἀμφιδέξιοι γίνονται. Ἢ ὅτι τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι πάσχειν τί ἐστι, τὰ δὲ δεξιὰ

12. Cur sensus dextri lateris sinistri non præstantiores sunt, quum in ceteris omnibus dextra præstent? Utrum ex consuetudine, quia statim utrisque pariter sentire consuescimus? pars enim dextra consuetudine præstare videtur, quippe ambidextri per consuetudinem fiunt. An quia sensus quidem adfectio quædam est, latus autem dextrum

Digitized by Google

διαφέρει τῷ ποιητικώτερα εἶναι καὶ ἀπαθέστερα τῶν ἀριστερῶν;

sinistro præstat quod sinistro magis activum est et adfectibus minus obnoxium?

13. Διὰ τί ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις κρείττω τὰ δεξιά, ἐν δὲ ταῖς αἰσθήσεσιν ὅμοια; Ἢ διότι ταῦτα μὲν ὁμοίως ἐθιζόμεθα κατ' ἀμφότερα τῷ ἔθει; Ἔτι τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι πάσχειν τί ἐστιν, ἡ δὲ τῶν δεξιῶν διαφορὰ τῷ εἰς τὸ ποιεῖν, καὶ οὐκ εἰς τὸ πάσχειν.

13. Cur in ceteris quidem dextra præstantiora sunt, in sensibus vero paria? An quia hæc quidem pariter ab utroque latere consuetudine adsuescimus? Adde tamen quod sensus quidem adfectio quædam est; dextrarum autem partium excellentia in agendo, non in patiendo consistit.

14. Διὰ τί τὸ γυμνάζεσθαι ἀσύμφορον πρὸς ὀξυωπίαν; Ἢ ὅτι ξηρὸν ποιεῖ τὸ ὄμμα ἡ γυμνασία, ὥσπερ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα, ἡ δὲ ξηρότης σκληρύνει τὸ δέρμα πᾶν, ὥστε καὶ τὸ ἐπὶ τῇ κόρῃ; διὸ καὶ οἱ πρεσβῦται οὐκ ὀξὺ ὁρῶσιν· καὶ γὰρ τῶν γερόντων σκληρόδερμα, ἅμα δὲ καὶ ῥυσά, ὥστ' ἐπικαλύπτεται ἡ ὄψις.

14. Cur exercitatio oculorum acumini non prodest? An quia exercitatio oculum siccum reddit, sicut etiam reliquum corpus, siccitas autem totam cutem indurat, atque hinc et eam qua pupilla tegitur? quapropter et seniores non acute cernunt: senum enim oculi tunica dura simul et rugosa teguntur, ita ut visus obveletur.

15. Διὰ τί οἱ μύωπες βλέπουσι μὲν οὐκ ὀξύ, γράφουσι δὲ μικρά, καίτοι τὸ μικρὸν ὀξὺ βλέποντος καθορᾶν ἐστιν; Ἢ διότι ἀσθενῆ ἔχοντες τὴν ὄψιν συνάγουσι τὰ βλέφαρα εἰς μικρόν; ἀθρόα γὰρ ἐξιοῦσα ἡ ὄψις μᾶλλον ὁρᾷ, ἀναπεπταμένου δὲ τοῦ ὄμματος διασπᾶται. Διὰ μὲν οὖν τὴν ἀσθένειαν συνάγουσι τὸ βλέφαρον, διὰ δὲ τὸ ἐκ μικροῦ ὁρᾶν μικρὸν μέγεθος ὁρῶσιν· ὅσον δ' ὁρῶσι μέγεθος, τοσοῦτον καὶ γράφουσιν.

15. Cur lusciosi quidem acute non cernunt, literas tamen scribunt minutas, etiamsi rem minutam perspicere illi proprium sit qui acute cernit? An quia, quum visionem habent imbecillem, palpebras contrahunt in angustum? ubi enim confertim excidit intuitus, melius videt; contra diducto oculo dispergitur. Propter imbecillitatem igitur palpebras contrahunt; quia vero per angustum spatium transspiciunt, exiguam molem cernunt, quantamque cernunt, tantam et scribunt.

16. Διὰ τί οἱ μύωπες συνάγοντες τὰ βλέφαρα ὁρῶσιν; Ἢ δι' ἀσθένειαν τῆς ὄψεως, ὥσπερ καὶ οἱ πρὸς τὰ πόρρω τὴν χεῖρα προσάγοντες, οὕτω καὶ τὰ βλέφαρα πρὸς τὰ ἐγγὺς προστίθενται ὥσπερ χεῖρα; τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα ἀθροωτέρα ἡ ὄψις ἐξίῃ, δι' ἐλάττονος ἐξιοῦσα, καὶ μὴ εὐθὺς ἐξ ἀναπεπταμένου ἐξιοῦσα διασπασθῇ· ὁρᾷ δ' ἡ πλείων μείζον.

16. Cur lusciosi contractis palpebris cernunt? An propter visus imbecillitatem, quo modo qui res remotas intuentes manum oculis admovent, sic et hi res propinquas intuentes palpebras, quasi manum, admovent? quod faciunt, ut intuitus per spatium exiens minus magis confertus exeat, nec protinus ex patulo proficiscens distrahatur; videt autem majus, qui copiosior est.

17. Διὰ τί εἰς τὸ πλάγιον κινοῦσι τὸν ὀφθαλμὸν οὐ φαίνεται δύο τὸ ἕν; Ἢ ὅτι ἐπὶ τῆς αὐτῆς γίνεται γραμμῆς ἡ ἀρχή; δύο δὲ φαίνεται ταύτης μεταβαλλούσης ἄνω, ἢ κάτω· εἰς δὲ πλάγιον οὐδὲν διαφέρει, ἐὰν μὴ ἅμα καὶ ἄνω. Τί δὴ ἐπὶ μὲν τῆς ὄψεως ἔστιν ὥστε φαίνεσθαι τὸ ἓν δύο, ἂν πως τεθῶσιν οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς ἀλλήλους, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων οὐκ ἔστιν; Ἢ καὶ ἐπὶ τῆς ἁφῆς γίνεται τῇ ἐπαλλάξει τῶν δακτύλων τὸ ἓν δύο, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐ γίνεται, ὅτι οὔτ' ἔξω ἀποτεινομένων αἰσθάνεται, οὐδὲ δύο; Γίνεται δὲ διὰ τοῦτο διόπερ καὶ ἐπὶ τῶν δακτύλων· μιμεῖται γὰρ τὴν ὄψιν.

17. Cur non res una geminari videtur, ubi in latus oculum vertimus? An quia principium eamdem occupat lineam? tunc enim res geminari videtur, ubi illud sursum deorsumve transfertur; in latus vero transferre nil refert, nisi una etiam sursum. Cur igitur in videndo quidem aliquo modo fieri potest ut res una geminari videatur, si certo quodam modo ad se invicem oculi collocentur; in ceteris vero sensibus idem fieri non licet? An etiam circa tactum fit, ubi digitos intricamus, ut res una duæ esse videantur; in ceteris vero hoc non fit, quia ceteri nec res remotas foris percipiunt, neque binas? Fit autem eadem de causa cur et circa digitos: tactus enim visum imitatur.

18. Διὰ τί τοῦ μὲν ἄλλου σώματος τὰ ἀριστερὰ ἀσθενέστερα, τῶν δ' ὀφθαλμῶν οὔ, ἀλλ' ὁμοίως ὀξύ; Ἢ ὅτι τὰ μὲν δεξιὰ τῷ ποιητικὰ εἶναι διαφέρουσι, τῷ δὲ παθητικὰ οὐ διαφέρουσιν, αἱ δ' ὄψεις παθητικαί;

18. Cur reliquæ quidem corporis partes sinistræ invalidiores, oculorum vero non, sed eodem acumine præditæ sunt? An quia partes dextræ quidem, eo quod activi sunt, excellunt, non vero quod patibiles; oculi autem patibiles sunt?

19. Διὰ τί τῇ ὄψει πρὸς μὲν τὰ ἄλλα ἀτενίζοντες χεῖρον διατιθέμεθα, πρὸς δὲ τὰ χλωρὰ καὶ ποώδη, οἷον λάχανα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, βέλτιον; Ἢ ὅτι πρὸς μὲν τὸ λευκὸν καὶ μέλαν ἥκιστα δυνάμεθα ἀτενίζειν (ἅμφω γὰρ λυμαίνεται τὴν ὄψιν), τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν χρωμάτων μέσον ἔχει τούτων; διὸ μετρίως τῆς ὄψεως διατι-

19. Quam ob causam, ubi ceteras quidem res intente intuemur, visu pejus disponimur, ubi vero res virides et herbidas, ut olera ceteraque his similia, melius? An quia album quidem nigrumque colorem minime intente possumus intueri (ambo enim visui nocent), colores autem hujusmodi medium inter hos tenent? quapropter quum me-

18.

Digitized by Google

θεμένης οὐδ' ἐξαδυνατοῦμεν αὐτῇ, βέλτιον δὲ διατιθέμεθα. Τάχα δ' ἴσως καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἰσχυρότερον πονοῦντες χεῖρον ἔχομεν, τὸ μέσον δὲ βέλτιστα διατίθησι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὴν ὄψιν· πρὸς μὲν γὰρ στερεὰ ἀτενίζοντες πονοῦμεν αὐτήν, πρὸς δὲ τὰ ὑγρὰ μηδενὸς ἀντιφράττοντος οὐ διαπονοῦμεν· τὰ δὲ χλωρὰ στερεά τε μετρίως, καὶ ὑγρὸν ἐν αὐτοῖς ἱκανόν· διὸ βλάπτει τ' οὐθέν, καὶ διαναγκάζει τὴν ὄψιν πρὸς τούτοις εἶναι διὰ τὸ τὴν τοῦ χρώματος κρᾶσιν σύμμετρον ἔχειν πρὸς τὴν ὄψιν.

diocri modo visus adficiatur, eo nihil debilitamur, imo vero melius disponimur. Et forsan, quemadmodum circa corpora nostra, ubi vehementius laboramus, deterius habemus, dum mediocris labor optimam adfert dispositionem, ita etiam oculis: ubi enim in res solidas visum intendimus, eo laboramus; ubi vero in humidas, nihilo intercipiente, non laboramus; virides autem res solidae mediocriter sunt, itemque satis humoris intra sese continent: quapropter cum nullo detrimento adficiunt, tum visum sibi immorari cogunt, eo quod inter coloris hujusmodi temperamentum et visum mediocris intercedit proportio.

20. Διὰ τί τὰ μὲν ἄλλα ἀμφοτέροις τοῖς ὀφθαλμοῖς μᾶλλον ὁρῶμεν, τὸ δ' εὐθὺ τὸ ἐπὶ τῶν στίχων τῷ ἑνὶ προσάγοντες πρὸς τὰ γράμματα μᾶλλον καθορῶμεν; Ἢ ἀμφότεραι μὲν αἱ ὄψεις συμπίπτουσαι, καθάπερ λέγουσιν οἱ περὶ τὰ ὀπτικά, ταραχὴν παρέχουσιν, ἐπειδὰν δὲ τῇ μιᾷ θεωρῶμεν, πρὸς εὐθεῖαν τὴν ὄψιν, ὥσπερ πρὸς κανόνα, μᾶλλον φαίνεται τὸ εὐθύ;

20. Cur cetera quidem melius ambobus oculis cernimus, versuum vero rectitudinem uno literis admoventes perspicimus melius? An quia intuitus ambo ubi concidunt, ut auctores de rebus ad visionem pertinentibus loquuntur, perturbationem adferunt; ubi vero uno inspicimus, ad rectum intuitum, tamquam ad regulam, melius adparet quod rectum est?

21. Διὰ τί ὁ καπνὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς μᾶλλον δάκνει; Ἢ ὅτι μόνοι ἀσθενέστατοι; ἀεὶ γὰρ τὰ ἔσω τοῦ σώματος ἀσθενέστατα. Σημεῖον δ' ὅτι καὶ τὸ ὄξος καὶ ἕκαστον τῶν ὁριμέων τὴν μὲν ἔξω σάρκα οὐ δάκνει, τὴν δ' ἐντός, ὅτι ἀραιοτάτη τοῦ σώματος καὶ μάλιστ' ἔχει πόρους· αἱ γὰρ ὄψεις διά τινων πόρων ἐκπίπτουσιν, ὥστε τὸ ἔσω δηκτικώτατον ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἀποπίπτει· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κρόμμυον, καὶ ὅσα ἄλλα δάκνει τοὺς ὀφθαλμούς· τὸ δ' ἔλαιον μάλιστα τῶν ὑγρῶν, ὅτι λεπτομερέστατον, τοιοῦτον δ' ὂν εἰσδύνει διὰ τῶν πόρων· τὸ δ' ὄξος ἐν φαρμάκῳ τῇ ἄλλῃ σαρκί.

21. Cur fumus oculos inprimis infestat? An quia soli infirmissimi sunt? infirmissimae namque semper sunt corporis partes interiores. Indicium autem est, quod acetum et quodque acre carnem exteriorem quidem non mordent, sed interiorem, quia rarissima pars corporis est, maximeque referta meatibus: intuitus enim per quosdam meatus excidunt, ita ut quod intus maxime mordet, de carne decidat; eodem modo cepe quoque et quaecumque alia oculos mordent: oleum vero omnium maxime humorum id facit, quia tenuissimum est; hujusmodi autem quum sit, per meatus se insinuat; acetum tandem reliquae carni pro medicamento est.

22. Διὰ τί ὁ ὀφθαλμὸς μόνον τοῦ σώματος, ἀσθενέστατος ὤν, οὐ ῥιγοῖ; Ἢ ὅτι πίων ἐστὶν ὁ ὀφθαλμός, σαρκὸς δ' οὐθέν, τὰ δὲ τοιαῦτα ἀῤῥιγά ἐστιν; οὐ γὰρ δὴ ὅτι γε πῦρ ἐστιν ἡ ὄψις, διὰ τοῦτο οὐ ῥιγοῖ· οὐ γὰρ τοιοῦτόν γ' ἐστὶ τὸ πῦρ ὥστε θερμαίνειν.

22. Cur oculus solus totius corporis non riget, etiamsi infirmissimus sit? An quia pinguis est, nec carnis quidquam in se continet, quae autem talia sunt, frigus non sentiunt: haud enim revera quia oculus ignis est, ideo non riget: nam talis certe ignis non est ut calfacere valeat.

23. Διὰ τί δάκρυα, ἐὰν μὲν κλαίοντες ἀφιῶμεν, θερμά ἐστιν, ἐὰν δὲ πονοῦντες τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύωμεν, ψυχρά; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ἄπεπτον ψυχρόν, τὸ δὲ πεπεμμένον θερμόν; ἡ δὲ μαλακία ὅλως πᾶσά ἐστιν ἐξ ἀπεψίας, καὶ τῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς πονούντων ἄπεπτόν ἐστι τὸ δάκρυον· διὸ ψυχρόν. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἰατροὶ οἴονται σημεῖον εἶναι μεγάλης νόσου τοὺς ψυχροὺς ἱδρῶτας, τοὺς δὲ θερμοὺς τοὐναντίον ἀπαλλακτικούς· ὅταν μὲν γὰρ ᾖ τὸ περίττωμα πολύ, οὐ δύνατται τὸ ἐντὸς θερμὸν πέττειν, ὥστ' ἀνάγκη ψυχρὸν εἶναι· ὅταν δ' ὀλίγον, κρατεῖ· γίνονται δ' ἐκ τῶν περιττωμάτων αἱ ἀῤῥωστίαι.

23. Cur lacrymae, quas flentes quidem emittimus, calidae sunt, quas vero oculis laborantes, frigidae? An quia crudum quidem frigidum est, quod vero concoctum, calidum? languor enim omnis omnino ex cruditate proficiscitur, et lacryma eorum qui valetudine oculorum laborant, cruda, ac propterea frigida est. Hinc et medici sudores frigidos signum gravis esse morbi existimant, calidos contra salutares: ubi enim residua adsunt multa, a calore interiori concoqui non possunt, ita ut frigida necessario sint; ubi vero pauca, vincit calor; morbi autem e residuis gignuntur.

24. Διὰ τί ποτε εὐκινήτων ὄντων τῶν δεξιῶν μερῶν ὁ ὀφθαλμὸς ὁ ἀριστερὸς μᾶλλον τοῦ δεξιοῦ συνάγεται; Ἢ ὅτι τὰ ἀριστερὰ πάντα ὑγρότερα τῶν δεξιῶν ἐστι, τὰ δ' ὑγρότερα μᾶλλον συνάγεσθαι πέφυκεν; Εἶτα εἰς τὸ

24. Quare tandem, quum partes dextrae facile moventur, oculus sinister magis quam dexter contrahitur? An propterea quod omnia sinistra dextris humidiora sunt, humidiora autem suapte natura contrahi plenius possunt? Prae-

www.libpol.com.cn

Digitized by Google

δεξιὸν μᾶλλον ἀποτελεῖν δύναται, τοῦ ἀριστεροῦ δυναμένου καὶ καθ' αὑτό.

terea in dextrum magis agi potest, dum sinister vel ex se moveri potest.

25. Διὰ τί ἀμφότεροι κατ' ἀσθένειάν τινα τῶν ὀφθαλμῶν διακείμενοι, ὅ τε μυωψ καὶ ὁ πρεσβύτης, ὁ μὲν ἐγγὺς προσάγει, ἄν τι βούληται ἰδεῖν, ὁ δὲ πόρρω ἀπάγει; Ἢ ὅτι οὐχ ὁμοία ἡ ἀσθένεια παρέπεται αὐτοῖς; ὁ μὲν γὰρ πρεσβύτης αὐτὸ ἰδεῖν ἀδύνατός ἐστιν· οὗ δὴ συμπίπτει ἡ ὄψις αὐτῷ, ἀπάγει τὸ θεώμενον, ἅτε καὶ μάλιστα μέλλων ὄψεσθαι· πόρρω δὲ συμπίπτει· ὁ δ' αὐτὸ μὲν ὁρᾷ, ποῖα δὲ κοῖλα καὶ ποῖα ἐξέχοντα τοῦ ὁρωμένου, οὐκέτι δύναται κρίνειν, ἀλλὰ περὶ ταῦτα ἀπατᾶται. Τὰ δὲ κοῖλα καὶ τὰ ἐξέχοντα μάλιστα τῇ αὐγῇ κρίνεται. Πόρρωθεν μὲν οὖν οὐ δύναται τῇ αὐγῇ καταμαθεῖν πῶς ἐπιβάλλει ἐπὶ τὸ ὁρατόν· ἐγγύθεν δὲ μᾶλλον καταφανής ἐστιν.

25. Quam ob causam et lusciosus et senex qui ambo adfectum suum imbecillitati cuidam oculorum debent, alter quidem prope admovet, si quid inspicere velit, alter vero procul abducit? An quia dissimilis imbecillitas eos infestat? senex enim rem ipsam videre non potest: quo loco enim ejus intuitus concidunt, eo rem videndam abducit, quippe sic etiam visurus maxime; procul autem concidunt; ille vero ipsam quidem rem videt, sed quænam habeat res conspecta cava, quasve prominentias, discernere non amplius valet, sed in his fallitur. Atqui cava et prominentiæ splendore discernuntur maxime. Procul igitur splendore percipere nequit, quomodo incidat in rem videndam; prope autem magis manifestus est.

26. Διὰ τί τῶν ζῴων ἄνθρωπος ἢ μόνον, ἢ μάλιστα διαστρέφεται; Ἢ ὅτι ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἐπίληπτον ἐν τῇ νεότητι γίνεται, ὅτε καὶ διαστρέφεσθαι συμβαίνει πᾶσιν;

26. Cur homo aut solus, aut maxime animantium [oculi] distorquetur? An quia vel solus, vel maxime comitiali morbo in juventute laborat, quando et distortio omnibus adcidit?

27. Διὰ τί οἱ ἄνθρωποι μόνοι τῶν ἄλλων ζῴων τὰ ὄμματα διαστρέφονται; Πότερον διὰ τὸ ἐλάχιστον διάστημα εἶναι τῶν ὀμμάτων, καὶ ἐπ' εὐθείας, ὥστ' εὔδηλον σφόδρα γίνεται τὸ μὴ κατωρθωμένον; Ἢ δίοτι τῶν ἄλλων μονόχροα τὰ ὄμματά ἐστι μᾶλλον; εἰ δ' ἦν ἓν χρῶμά τι τοῦ ὄμματος, οὐκ ἦν διαστροφή. Ἢ διότι μόνοι ἐν τῷ γένει ἐπίληπτοι γίνονται τῶν ζῴων, ἡ δ' ἐπίληψις διαστροφὴν ποιεῖ, ὅταν γένηται, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων μορίων; Ἀλλ' ἐνίοις οὐδὲ παντελῶς γίνεται ἡ διαστροφή, ὅσοις τὸ ἀρρώστημα.

27. Cur uni inter reliquas animantes homini oculi distorquentur? Utrum quod oculos minimo interstitio discretos atque in linea recta positos homo habet, ita ut mendum quodque perquam evidens fiat? An quia ceterorum animantium oculi magis unicolores sunt? quodsi enim unicus quidam oculorum color esset, distortio non fieret. An quia soli ex omnium animantium genere morbo comitiali adfliguntur, comitialis autem morbus ubi incidit, distortionem facit, quemadmodum et in ceteris membris? Nonnullis tamen perquam sero fit distortio, quibus nempe et morbus.

28. Διὰ τί πρὸς τὸν λύχνον καὶ πρὸς τὸν ἥλιον προστησάμενοι τὴν χεῖρα πρὸ τοῦ φωτὸς μᾶλλον ὁρῶμεν; Ἢ ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ λύχνου φῶς προσπῖπτον μὲν ἡμῶν πρὸς τὴν ὄψιν ἀσθενεστέραν ποιεῖ δι' ὑπερβολήν; φθείρει γὰρ αὐτὰ καὶ τὰ συγγενῆ τῇ ὑπερβολῇ· εἰρχθέντα δ' ὑπὸ τῆς χειρὸς τὴν μὲν ὄψιν οὐ πημαίνει, τὸ δ' ὁρώμενον ὁμοίως ἐστὶν ἐν φωτί· διὸ ἡ μὲν μᾶλλον ὁρᾷ, τὸ δ' ὁρώμενον οὐδὲν ἧττον ὁρᾶται.

28. Quam ob causam manu præ lucerna, aut sole ante lumen objecta melius cernimus? An quia solis lucernæve lux nostris incidens oculis visionem reddit ob nimietatem infirmiorem? pervertunt enim vel res cognatæ ipsæ præ exsuperantia; at vero manu ita cohibitæ et visionem non lædunt, et res videnda æque in luce posita est: unde visio quidem plenius agit, res vero videnda nihilo minus cernitur.

29. Διὰ τί χεὶρ μὲν καὶ ποὺς διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ δεξιὰ τὰ ἀριστερά, ὄμμα δὲ καὶ ἀκοὴ οὔ; Ἢ ὅτι τὰ στοιχεῖα τὰ εἰλικρινῆ ἀδιάφορα, ἐν δὲ τοῖς ἐκ τῶν στοιχείων ἡ διαφορά, αὗται δ' αἱ αἰσθήσεις εἰσὶν ἐξ εἰλικρινῶν, ἡ μὲν ὄψις πυρός, ἡ δ' ἀκοὴ ἀέρος.

29. Cur manus quidem et pes dexter differentiam exhibent, si cum sinistris conferantur, oculus vero et auditus non? An quia sincera elementa discrimine carent; differentia vero iis inest quæ ex elementis conflantur, sunt autem sensus isti e sinceris elementis compositi, visus quidem ex igne, auditus vero ex aere?

ΤΜΗΜΑ ΛΒ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΩΤΑ.

SECTIO XXXII.

QUÆ AD AURES PERTINENT.

1. Διὰ τί τὰ ὦτα ὄντα ἀναιμότατα τοῦ προσώπου, ὅταν αἰσχύνωνται, ἐρυθριᾷ μάλιστα; Πότερον ὅτι εἰς τὸ κενὸν μάλιστα πορεύεσθαι πέφυκε τὸ ἀλλότριον

1. Cur aures, quæ omnium maxime partium faciei exsangues sunt, erubescunt maxime apud pudibundos? Utrum quod alienus humor inane suapte natura maxime

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ὑγρόν, ὥσθ' ὅταν διαλυθῇ ὑπὸ τῆς θερμότητος, ἡ γίνεται αἰσχυνομένοις, συνέρχεται εἰς ταῦτα; Ἢ διότι ἐπὶ τοῖς κροτάφοις ἐπίκεινται, εἰς οὓς τὸ ὑγρὸν ἀθροίζεται μάλιστα; αἰσχυνομένων δ' εἰς τὸ πρόσωπον ἔρχεται ἡ ὑγρότης· διὸ καὶ ἐρυθριῶσιν. Τοῦ δὲ προσώπου ἥκιστα βάθος ἔχει τὰ ὦτα, καὶ φύσει θερμότατα καὶ εὔχροα, ἐὰν μὴ ἀπηρτημένα πόρρωθεν ᾖ τῷ ψύχει· διὸ καὶ εὐχρούστατον τῶν ἐν τῷ προσώπῳ μορίων· ὥσθ' ὅταν σκεδασθῇ ἡ θερμότης, μάλιστα ἐπιπολῆς οὖσα ἐν τούτοις ποιεῖ ἐρυθριᾶν.

ádire solet, ita ut quum calore per pudorem orto resolutus fuerit, statim se in aures colligat? An quia temporibus impositæ sunt, in quibus maxime humor adcumulatur? apud pudibundos enim humor faciem petit: quapropter et erubescunt. Aures vero omnium faciei partium minimam habent profunditatem, naturaque calidissimæ sunt et coloratæ (fuissent), nisi longe frigoris ergo distarent: ideo et hæc particula omnium faciei particularum coloris est optimi, ita ut quum dispersus fuerit calor, quum maxime superficiem tenet in iis, ruborem excitat.

2. Διὰ τί τὰ ὦτα ἐν τῇ θαλάττῃ ῥήγνυται τοῖς κολυμβῶσιν; Πότερον διὰ τὸ κατέχειν τὸ πνεῦμα πληρούμενον βιάζεται; Ἢ εἰ τοῦτ' αἴτιον, ἔδει καὶ ἐν τῷ ἀέρι; Ἢ ὅτι μὴ ὑπεῖκον διακόπτεται θᾶττον, καὶ ἀπὸ σκληροτέρου ἢ μαλακοῦ; Τὸ οὖν πεφυσημένον ἧττον ὑπείκει· τὰ δ' ὦτα, ὥσπερ εἴρηται, ὑπὸ τοῦ κατέχεσθαι τὸ πνεῦμα ἐμφυσᾶται, ὥστε τὸ ὕδωρ, σκληρότερον ὂν τοῦ ἀέρος, προσπῖπτον διακόπτει.

2. Cur urinantibus aures, dum intra mare sunt, rumpuntur? Utrum retento spiritu repletæ auri vis infertur? An si hoc causa fuisset, idem vel in aere fieri deberet? An quia quod non cedit, disrumpitur ocius, idque a re duriori quam a molli facilius? Quod itaque inflatum est, minus cedit; aures vero, ut dictum jam est, spiritu retento inflantur, ita ut aqua, quæ aere durior est, incidens dilaceret.

3. Διὰ τί οἱ κολυμβηταὶ σπόγγους περὶ τὰ ὦτα καταδοῦνται; Ἢ ἵνα ἡ θάλαττα βίᾳ ἰοῦσα μὴ ῥηγνύῃ τὰ ὦτα; οὕτω μὲν γὰρ οὐ γίνεται, ὥσπερ ἀφῃρημένων, πλήρη.

3. Cur urinantes spongias adligant auribus? An ne mare per vim obcurrens aures rumpat? haud enim ita implentur, ut exemptis spongiis.

4. Διὰ τί ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος πικρός ἐστιν; Ἢ διότι ἰδρώς ἐστι σαπρός; Ἔστιν οὖν ἁλμυρὸν σαπρόν· τὸ δὲ σαπρὸν ἁλμυρὸν πικρόν.

4. Cur sordes aurium amaræ? An quia putridus sudor sunt? Sunt igitur salsedo putrida; salsedo autem putrida amara est.

5. Διὰ τί οἱ σπογγεῖς διατέμνονται τὰ ὦτα καὶ τοὺς μυκτῆρας; Ἢ ὅπως εὐπνούστεροι ὦσιν; ταύτῃ γὰρ ἐξιέναι δοκεῖ τὸ πνεῦμα. Ἀνατέμνουσι δὲ καὶ τὸν τόπον καὶ πρὸς εὔπνοιαν· πονεῖν γὰρ δή φασι μᾶλλον αὐτοὺς ἐν τῇ δυσπνοίᾳ, τῷ μὴ δύνασθαι προΐεσθαι θύραζε· ὅταν δ' ὥσπερ ἐξεράσωσι, κουφίζονται. Ἄτοπον οὖν εἰ μὴ δύνανται τυγχάνειν ἀναπνοῆς καταψύξεως χάριν, ἀλλ' ἔοικε τοῦτο ἀναγκαιότερον εἶναι. Ἢ εὐλόγως ὁ πόνος πλείων κατέχουσιν, ὀγκουμένων καὶ διατεινομένων; φαίνεται δὲ καὶ αὐτόματός τις εἶναι φορὰ τοῦ πνεύματος ἔξω· εἰ δὲ καὶ εἴσω, σκεπτέον. Ἔοικε δὲ ὁμοίως γὰρ ἀναπνοὴν ποιοῦσι τοῖς κολυμβηταῖς λέβητα καταφέντες· οὐ πίμπλαται γὰρ οὗτος τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τηρεῖ τὸν ἀέρα· μετὰ βίας γὰρ ἡ κάθεσις· ὀρθὸν γὰρ ὅτιοῦν παρεγκλιθὲν εἰσρεῖ.

5 Cur spongiarii suas dissecant aures et nares? An ut spiritui magis pervii sint? hac enim exire videtur spiritus. Dissecant autem hunc locum et ut facilior fiat respiratio, laborare quippe per difficultatem spirandi eo se dicunt magis quod foras emittere halitum non possunt; levantur vero hoc quasi evomito. Mirum igitur si inspirationem quæ refrigerationis gratia fit, adsequi nequeant; sed hoc magis necessarium esse videtur. An merito plus in retinendo laboris est, quum extumescant distendanturque? videtur enim spiritus aliquatenus et sponte foras ferri; an vero et introrsum, considerandum est. Videtur tamen: eodem enim modo lebete demisso respirationem urinatoribus concilliant: haud enim aqua lebes impletur, sed aera servat: per vim enim demittitur: unaquæque enim res ad perpendiculum posita simulac inclinatur, influit aqua.

6. Διὰ τί ἔνιοι τὰ ὦτα σκαλεύοντες βήττουσιν; Ἢ ὅτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πόρου τῷ πνεύμονι καὶ τῇ ἀρτηρίᾳ ἡ ἀκοή; Σημεῖον δέ, ὅτι ἀναπηροῦνται καὶ γίνονται ἐνεοί. Θερμαινομένου οὖν τῇ τρίψει συντήκεται ἐπὶ τὴν ἀρτηρίαν ἀπὸ τοῦ πόρου κάτωθεν ὑγρόν· ὃ ποιεῖ τὴν βῆχα.

6. Cur nonnulli, ubi scalpunt aures, tussiunt? An quia auditus eidem foramini cum pulmone et aspera arteria impositus est? Indicium autem est, quod mutilantur et obmutescunt. Dum itaque meatus perfricando incalescit, humoris aliquid ex eo deorsum in arteriam colliquatur: id quod tussim movet.

7. Διὰ τί τὸ ἀριστερὸν οὖς θᾶττον συμφύεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ὅταν τρυπηθῇ; διὸ καὶ αἱ γυναῖκες τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι τῶν ὤτων. Ἢ ὅτι τὰ ἀριστερὰ ὑγρὰ καὶ θερμὰ μᾶλλον, συμφύεται δὲ τὰ

7. Cur sinistra auris ocius magna ex parte, ubi perforata est, coalescit? quocirca et mulieres alteram quidem aurem marem vocant, alteram vero feminam. An quia partes sinistræ humidiores calidioresque sunt? quæ enim hujusce-

Digitized by Google

τοιαῦτα μάλιστα; διὸ καὶ ἐν φυτοῖς τοῖς χλωροῖς ἡ σύμφυσις, καὶ τὰ τῶν νέων δὲ ἕλκη μᾶλλον συμφύεται ἢ τὰ τῶν πρεσβυτέρων. Σημεῖον δὲ ὅτι ὑγρὰ μᾶλλον καὶ ὅλως θηλυκώτερα τὰ ἀριστερά.

modi sunt, coalescunt facillime: unde in plantis etiam viridibus fit coalescentia, et ulcera juniorum magis coalescunt quam seniorum. Probant autem hæc, partes sinistras humidiores esse, atque in universum magis effeminatas.

8. Διὰ τί τοῖς μὲν αἰσχυνομένοις ἄκρα τὰ ὦτα ἐπιφοινίσσεται, τοῖς δ' ὀργιζομένοις οἱ ὀφθαλμοί; Ἢ ὅτι ἡ μὲν αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς καταψυξίς τις μετὰ φόβου, ὥστ' εἰκότως ἀπολείπει τὸ θερμὸν τοὺς ὀφθαλμούς, χωριζόμενον δ' εἰς τὸν δεκτικώτατον φέρεται τόπον· τοιοῦτος δ' ὁ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ὤτων· (ὁ γὰρ ἄλλος ὀστώδης)· ὀργιζομένοις δ' ἐπανέρχεται τὸ θερμόν, μάλιστα δὲ γίνεται φανερὸν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς διὰ τὴν χρόαν οὖσαν λευκήν;

8. Quam ob causam pudefactis quidem aures summæ rubescunt, iratis vero oculi? An quia pudor quidem in oculis refrigeratio quædam cum timore est, ita ut calor jure oculos deserat; sese sejungens enim locum sui capacissimum petit, qualis summarum aurium regio est (reliqua namque aurium regio ossibus scatet); apud irascentes contra calor superiora repetit, sed maxime manifestus fit in oculis propter album eorum colorem?

9. Διὰ τί ὁ ἦχος ὁ ἐν τοῖς ὠσίν, ἐάν τις ψοφήσῃ, παύεται; Ἢ ὅτι ὁ μείζων ψόφος τὸν ἐλάττω ἐκκρούεται;

9. Cur aurium sonitus adcito strepitu cessat? An quia minorem strepitum amplior expellit?

10. Διὰ τί, ἐὰν εἰς τὸ οὖς ὕδωρ ἐγχυθῇ, ἔλαιον προσεγχέονται, οὐ δυναμένου τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ ἐξελθεῖν δι' ἄλλου ὑγροῦ; Πότερον διὰ τὸ ἐπιπολῆς γίνεσθαι τὸ ἔλαιον τοῦ ὕδατος, καὶ διὰ γλισχρότητα αὐτοῦ ἔχεσθαι τὸ ὕδωρ ἐξιόντος τοῦ ἐλαίου, ἵνα συνεξίῃ τὸ ὕδωρ; Ἢ ἵνα ὀλισθηροῦ τοῦ ὠτὸς γενομένου ἐξέλθῃ τὸ ὕδωρ; τὸ γὰρ ἔλαιον λεῖον ὂν ποιεῖ ὀλισθαίνειν.

10. Cur, si aqua in aurem infusa fuerit, oleum superinfundunt, etiamsi humor qui jam inest, alius humoris vi exire non possit? Utrum ut, quoniam oleum superficiei aquæ innatat, eique aqua præ lentore adhæret, exeunte oleo aqua simul exeat? An ut lubrica facta aure aqua exeat? oleum enim, utpote læve, lapsui ansam dat.

11. Διὰ τί ἧττον ὦτα ῥήγνυται τοῖς κολυμβῶσιν, ἐὰν προεγχέωσιν εἰς τὰ ὦτα ἔλαιον; Ἢ τοῦ μὲν ῥήγνυσθαι τὰ ὦτα εἴρηται πρότερον ἡ αἰτία, τὸ δ' ἔλαιον ἐγχυθὲν εἰς τὰ ὦτα τὴν ὕστερον θάλατταν ἀπολισθαίνειν ποιεῖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἔξω τοῦ σώματος συμβαίνει τοῖς ἀλῃλιμμένοις, ὀλισθαίνουσα δὲ πληγὴν οὐ ποιεῖ εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ ὠτός; διόπερ οὐ ῥήγνυσιν.

11. Cur minus aures urinantibus rumpuntur, si oleum antea infundant? An ratio quidem cur rumpantur aures, ante exposita est; oleum vero in aures infusum facit ut mare postea superveniens delabatur, quomodo in partibus corporis exterioribus apud unguento delibutos fit; labens autem ictum parti interiori auris non infligit? quapropter non disrumpit.

12. Διὰ τί τῶν ὤτων ἀναίμων ὄντων μάλιστα οἱ αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν; Ἢ ἕκαστον εἰς τὸ κενὸν ἑκάστου μάλιστα φέρεται; Δοκεῖ δὴ τοῦ αἰσχυνομένου ἄνω θερμὸν φέρεσθαι τὸ αἷμα. Εἰς οὖν τὸ κενώτατον ἐρυθριᾶν ποιεῖ. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν γνάθων. Ἔτι δὲ καὶ ὅτι λεπτότατον τὸ δέρμα τὸ περιτεταμένον· μάλιστα δὴ φαίνεται δι' αὐτά.

12. Quam ob causam aures, quum exsangues sint, pudore erubescunt maxime? An res quæque in uniuscujusque spatium inane maxime fertur? Videtur itaque apud pudibundum sanguis calidus sursum ferri. In inanissimo igitur loco ruborem excitat: quod idem in genis usu venit. Adde quod tenuissima est cutis, quæ auri circumtenditur: maxime igitur per eas translucet.

13. Διὰ τί οὐδεὶς χασμώμενος τὸ οὖς σκαλεύει; Ἢ ὅτι ὅτε χασμᾶται, ἐμφυσᾶται καὶ ἡ μῆνιγξ, δι' ἧς ἀκούει; Σημεῖον δέ· ἥκιστα γὰρ ἀκούουσι χασμώμενοι· τὸ γὰρ πνεῦμα, ὥσπερ καὶ κατὰ τὸ στόμα, καὶ εἰς τὰ ὦτα ἐντὸς πορευόμενον, ἐξωθεῖται τὸν ὑμένα καὶ κωλύει τὸν ψόφον εἰσιέναι. Ἐὰν οὖν οὕτως ἔχοντος ἅψηται τῆς ἀκοῆς ὡς σκαλεύειν, μάλιστ' ἂν βλάψειεν· πρὸς ἀντιπῖπτον γὰρ ἡ πληγὴ γίνεται, καὶ οὐ πρὸς ὑπεῖκον τὸ τοῦ πνεύματος. Τὸ δὲ δέρμα καὶ τὴν μήνιγγα ἀφεστάναι τῶν στερεῶν δῆλον, ὥστε πόνον μάλιστα οὕτω ποιεῖ, καὶ τραυματίζοι ἄν.

13. Cur nemo oscitans aurem scalpit? An quia membrana, per quam audit, etiam inflatur, ubi oscitat? Indicium autem est quod minime audiunt oscitantes: spiritus enim ut in os, ita etiam in aures introrsum devectus membranam expellit, ac prohibet quominus sonus ingrediatur. Quodsi igitur hac rerum conditione auditum scalpendo tangat quis, maximam noxam inferet: ictus enim renitenti infligitur, non vero cedenti, spiritui nimirum. Cutem autem et membranam a solidis partibus discessisse certum est, ita ut dolorem sic maxime pariat, atque vel vulnus infligere possit.

www.hkbook.com.cn

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ ΛΓ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΜΥΚΤΗΡΑ.

www.libtool.com.cn

1. Διὰ τί ὁ πταρμὸς λυγμὸν μὲν παύει, ἐρυγμὸν δ' οὐ παύει; Ἢ διότι οὐ τοῦ αὐτοῦ τόπου τὸ πάθος ἑκάτερον, ἀλλ' ὁ μὲν ἐρυγμὸς κοιλίας, ὁ δὲ λυγμὸς τοῦ περὶ τὸν πνεύμονα κατάψυξις καὶ ἀπεψία πνεύματος καὶ ὑγροῦ; κοινωνοῦσι δ' οἱ περὶ τὸν ἐγκέφαλον τόποι τῷ πνεύμονι, οἷον τοῖς ὠσίν. Φανερὸν δέ· ἅμα γὰρ ἐνεοὶ καὶ κωφοὶ γίνονται, καὶ αἱ νόσοι ἀντιπερίστανται αἱ τοῦ ὠτὸς εἰς τὰ τοῦ πνεύμονος πάθη· ἐνίοις δὲ σκαλεύουσι τὸ οὖς βῆχες ἐγγίνονται. Τὸ δὲ περὶ τὸν πταρνύμενον τόπον εἶναι τῆς ῥινὸς κοινωνίαν τῷ πνεύμονι δηλοῖ ἡ ἀναπνοὴ κοινὴ οὖσα, ὥστε πτάρνυται μὲν θερμαινομένου αὐτοῦ, τῷ δὲ συμπάσχειν ὁ κάτω τόπος, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ λυγμός. Ἡ δὲ θερμασία πέττει· διὸ ὄξος τε παύει λυγμὸν καὶ ἀπνευστία, ἐὰν ἠρεμαία ᾖ ἡ λύγξ· ἐκθερμαίνει γὰρ τὸ πνεῦμα κατεχόμενον· ὥστε καὶ ἐν τῷ πταρμῷ ἡ ἀντικατάσχεσις γενομένη τοῦ πνεύματος τοῦτο ποιεῖ, καὶ οἰκείως ἡ ἔκπνευσις γίνεται καὶ ἐκ τοῦ ἄνω τόπου· ἀδύνατον γὰρ πτάρειν μὴ ἐκπνέοντα. Ἡ οὖν ὁρμὴ ῥήγνυσι τὸ ἐγκατειλημμένον πνεῦμα, ὃ ποιεῖ τὸν λυγμόν.

1. Cur sternutamentum singultum quidem sedat, ructus vero non sedat? An quia non partis ejusdem utraque adfectio est, sed ructus quidem ventriculi, singultus vero refrigeratio loci circa pulmonem cruditasque spiritus atque humoris est? regionibus enim cerebro vicinis cum pulmone communio est, exempli gratia cum auribus. Constat autem: simul enim et surdi et muti fiunt, et morbi aurium in pulmonis adfectus transeunt, nonnullisque tusses superveniunt scalpentibus aurem. Inter locum autem narium sternutando dicatum et pulmonem communionem intercedere respiratio docet, quæ communis utrique est, ita ut hoc calfacto sternuamus; adfectum autem hunc participans calefit etiam inferior, qui singultus est sedes. Calor vero concoquit: quamobrem acetum etiam retentioque spiritus finem imponunt, si singultus levis sit: spiritus enim retentus percalfacit, ita ut etiam inter sternutandum spiritus retentio in loco opposito idem efficiat, et convenienter quoque exspiratio fit, idque superiori de loco, quippe quum fieri nequeat ut quis sternutet, nisi exspiret. Impetus itaque spiritum interclusum dispellit, qui singultum ciet.

2. Διὰ τί, ἐάν τις μέλλων πτάρνυσθαι τρίψῃ τὸν ὀφθαλμόν, ἧττον πτάρνυται; Ἢ διότι τὸ ποιοῦν τὸν πταρμὸν θερμότης τίς ἐστιν, ἡ δὲ τρῖψις θερμότητα ποιεῖ, ἡ διὰ τὸ πλησίον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν τὸν τόπον ᾧ πτάρνυται, ἀφανίζει τὴν ἑτέραν, ὥσπερ τὸ ἔλαττον πῦρ ὑπὸ τοῦ πλείονος μαραινόμενον;

2. Cur si quis sternutaturus oculum perfricaverit, minus sternutat? An propterea quod sternutamentum a quodam excitatur calore, fricatio autem calorem ciet: qui calor, quoniam locus quo sternutamus, oculis propinquus est, alterum calorem tollit, quemadmodum minor ignis ab ampliori emarcescit?

3. Διὰ τί δὶς πτάρνυται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἡ πλεονάκις; Ἢ διότι δύο εἰσὶ μυκτῆρες; Καθ' ἕτερον οὖν διέσχισται τὸ φλέβιον, δι' οὗ πνεῦμα ῥεῖ.

3. Cur bis sternuere magna ex parte solemus, non vero semel, aut sæpius? An quia duæ adsunt nares? Per utramque itaque narem venula diffissa est, per quam spiritus manat.

4. Διὰ τί πρὸς τὸν ἥλιον βλέψαντες πτάρνυνται μᾶλλον; Ἢ διότι κινεῖ θερμαίνων; Καθάπερ οὖν πτεροῖς θιγγάνοντες· ἀμφότεροι γὰρ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν· τῇ γὰρ κινήσει θερμαίνοντες ἐκ τοῦ ὑγροῦ θᾶττον πνεῦμα ποιοῦσιν, τούτου δ' ἡ ἔξοδος πταρμός.

4. Quam ob causam, quum solem adspexerint, sternutant frequentius? An quia sol calfaciens movet? Perinde igitur fit atque iis qui nares penna sollicitant: idem enim utrique faciunt, quippe qui per motum calfacientes ocius spiritum ex humore faciunt; hujus autem exitus sternutatio est.

5. Διὰ τί λύγγα παύει πταρμὸς καὶ πνεύματος ἐπίσχεσις καὶ ὄξος; Ἢ ὅτι ὁ μὲν πταρμός, διότι ἀντιπερίστασίς ἐστι τοῦ κάτω πνεύματος, ὥσπερ αἱ ἄνω φαρμακεῖαι πρὸς τὴν κάτω κοιλίαν; Ἡ δ' ἀπνευστία τὰς ἀσθενεῖς λύγγας, ὅτι ἡ μικρὰ ὁρμὴ τοῦ πνεύματος ἡ ἀνιοῦσα, ὥσπερ περὶ τὴν βῆχα, ἐάν τις κατάσχῃ, παύεται, οὕτω καὶ ἐνταῦθα καὶ κατέσπασε καὶ κατέπνιξε καὶ συναπεβιάσατο. Τὸ δ' ὄξος παύει, ὅτι τὸ περιεστὸς ὑγρὸν καὶ κωλῦον ἀπερυγεῖν ἐπνευμάτωσε τῇ θερμασίᾳ· ἔστι γὰρ ἐρυγμὸς μέν, ὅταν πνευματωθῇ τὸ ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ ὑγρὸν καὶ πεφθῇ, ἡ δὲ λύγξ, ὅταν ὑφ' ὑγροῦ κατέχηται πνεῦμα περιττὸν περὶ τὸν πνευ-

5. Cur singultus sternutamento finitur et retentione spiritus et aceto? An quia sternutamentum quidem, quum spiritus inferioris translatio sit, agit quemadmodum medicina sursum purgans in ventrem inferiorem? Respirationis vero cessatio leves tollit singultus, eo quod exiguus spirandi impetus superiora petens, eodem modo quo tussis, si quis retineat, desistit, sic etiam hic detrahit et strangulat ac secum deorsum cogit. Acetum tandem idcirco sedat, quia humorem circumstantem ac prohibentem eructationem in spiritum calore suo convertit: fit enim ructus quidem, ubi superioris ventris humor in spiritum conversus atque concoctus fuerit; singultus vero, ubi spiritus superfluus ab humore circa locum spiritui

Digitized by Google

ματικὸν τοπον· τοῦτο γὰρ ὁρμῶν καὶ μὴ δυνάμενον διακόψαι σπασμὸν ποιεῖ, ὁ δὲ σπασμὸς οὗτος καλεῖται λύγξ, καὶ διὰ τοῦτο ῥιγώσαντας λύγξ λαμβάνει, ὅτι τὸ ψῦχος τὸ ὑγρὸν ποιεῖ συνιστὰν ἐκ τοῦ πνεύματος ἔτι· περιλαμβανόμενον δὲ τὸ ἄλλο πηδᾷ, οὗ ἡ κίνησις λυγμός ἐστιν.

deputatum retinetur : hic enim irruens, nec dissindere valens, convulsionem adfert, quæ convulsio adpellatur singultus; inde etiam fit ut singultus post rigorem oriatur, quia frigus ex eo quod adhuc spiritus erat, cogendo humorem facit; reliquus vero spiritus interclusus exsilit : cujus commotio singultus est.

6. Διὰ τί ἐνίοις ὕδωρ ψυχρὸν προσχέομεν [καὶ] πρὸς τὸ πρόσωπον, ἡνίκα αἷμα ῥεῖ ἐκ τῶν μυκτήρων; Ἢ ἀντιπερίσταται εἴσω τὸ θερμόν; Ἂν οὖν ἐπιπολῆς τύχῃ αἷμα, ἐξυγραίνει μᾶλλον.

6. Cur aquam nonnullis frigidam in faciem infundimus, ubi e naribus sanguis effluit? An calor intus circumobsistitur? Quodsi igitur in superficie adfuerit sanguis, eum reddit liquidiorem.

7. Διὰ τί τὸν μὲν πταρμὸν θεὸν ἡγούμεθα εἶναι, τὴν δὲ βῆχα, ἢ τὴν κόρυζαν οὔ; Ἢ διότι ἐκ τοῦ θειοτάτου τῶν περὶ ἡμᾶς, τῆς κεφαλῆς, ὅθεν ὁ λογισμός ἐστι, γίνεται; Ἢ ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἀπὸ νοσούντων γίνεται, τοῦτο δ' οὔ;

7. Cur sternutamentum quidem pro numine habemus, non vero tussem, neque gravedinem? An quia de capite membrorum præcipue nostrorum divino, unde cogitatio est, fit? An quia ceteri quidem adfectus ab ægrotis proveniunt, hic vero non?

8. Διὰ τί τρίψαντες τὸν ὀφθαλμὸν παυόμεθα τῶν πταρμῶν; Ἢ ὅτι ἀνάπνοια ταύτῃ γίνεται τῷ ὑγρῷ; δακρύει γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς μετὰ τρῖψιν, ὁ δὲ πταρμὸς διὰ πλῆθος ὑγρότητος. Ἢ ὅτι τὸ ἔλαττον θερμὸν φθείρεται ὑπὸ τοῦ πλείονος, ὁ δ' ὀφθαλμὸς τριφθεὶς πλείω λαμβάνει θερμότητα τῆς ἐν τῇ ῥινί; Διὰ ταῦτα δὲ ἐάν τις αὐτὴν τὴν ῥῖνα τρίψῃ, παύεται ὁ πταρμός.

8. Cur oculo perfricato sternutare desistimus? An quia humor hac respirat? lacrymam enim oculus post frictionem emittit; sternutamentum autem humoris copia excitatur. An quia minor calor deletur ab ampliori, oculus autem perfricatus plus caloris sibi adsciscit quam qui in naso aderat? Hinc etiam fit ut, si nasum quis perfricet ipsum, sternutamentum desistat.

9. Διὰ τί τῶν μὲν ἄλλων πνευμάτων αἱ ἔξοδοι, οἷον φύσης καὶ ἐρυγμοῦ, οὐχ ἱεραί, ἡ δὲ τοῦ πταρμοῦ ἱερά; Πότερον ὅτι τριῶν τόπων ὄντων, κεφαλῆς καὶ θώρακος καὶ τῆς κάτω κοιλίας, ἡ κεφαλὴ θειότατον, ἔστι δὲ φῦσα μὲν ἀπὸ τῆς κάτω κοιλίας πνεῦμα, ἐρυγμὸς δὲ τῆς ἄνω, ὁ δὲ πταρμὸς τῆς κεφαλῆς; Διὰ τὸ ἱερώτατον οὖν εἶναι τὸν τόπον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐντεῦθεν ὡς ἱερὸν προσκυνοῦσιν. Ἢ ὅτι ἅπαντα τὰ πνεύματα σημαίνει τοὺς εἰρημένους τόπους βέλτιον ἔχειν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· μὴ διαχωρούντων γὰρ κουφίζει τὸ πνεῦμα διεξιόν· ὥστε καὶ ὁ πταρμὸς τὸν περὶ τὴν κεφαλὴν τόπον, ὅτι ὑγιαίνει καὶ δύναται πέττειν; ὅταν γὰρ κρατήσῃ ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ θερμότης τὴν ὑγρότητα, τὸ πνεῦμα τότε γίνεται πταρμός· διὸ καὶ τοὺς ἐκθνήσκοντας κινοῦσι πταρμικῷ, ὡς ἐὰν μὴ τούτῳ δύνωνται πάσχειν, ἀσώτους ὄντας· ὥσθ' ὡς σημεῖον ὑγείας τοῦ ἀρίστου καὶ ἱερωτάτου τόπου προσκυνοῦσιν ὡς ἱερόν, καὶ φήμην ἀγαθὴν ποιοῦνται.

9. Cur ceteri quidem spirituum exitus, ut flatus ventris, ut ructus, sacri non sunt, sternutamentum vero sacrum est? Utrum quoniam, quum tres sint loci, caput, pectus et venter inferior, caput maxime divinus est, estque flatus quidem spiritus ab inferiori ventre qui provenit, ructus vero qui a superiori, sternutamentum tandem qui e capite? Quia igitur locus sacerrimus est, spiritum quoque hinc exeuntem ut sacrum venerantur. An quia spiritus omnes partes quas modo dixi, plerumque melius sese habere significant? ubi enim alvus constipata est, flatus levat, ita ut sternutamentum quoque capitis locum bene valere poseque concoquere indicio sit? ubi enim capitis calor humorem vicerit, tunc spiritus in sternutamentum convertitur : quamobrem etiam qui animo linquuntur, sternutatorio excitant, tamquam si, ubi hoc adfici nequeunt, spes nulla salutis sit. Perinde igitur quasi bonæ iudicium valetudinis partis optimæ atque sacerrimæ sternutamentum, tamquam sacrum, venerantur atque pro bono habent omine.

10. Διὰ τί ἄνθρωπος πτάρνυται μάλιστα τῶν ἄλλων ζῴων; Πότερον ὅτι τοὺς πόρους εὐρεῖς ἔχει, δι' ὧν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ῥύμη εἰσέρχεται; τούτοις γὰρ πληρουμένοις πνεύματος πτάρνυται. Ὅτι δ' εὐρεῖς, σημεῖον ὅτι ἥκιστα ὀσφραντικὸν τῶν ζῴων· ἀκριβέστεροι δ' οἱ λεπτοὶ πόροι. Εἰ οὖν εἰς μὲν τοὺς εὐρεῖς πλεῖον καὶ πλεονάκις εἰσέρχεται τὸ ὑγρόν, οὗ πνευματουμένου ὁ πταρμὸς γίνεται, τοιούτους δὲ μάλιστα τῶν ζῴων οἱ ἄνθρωποι ἔχουσι, πλειστάκις ἂν πτάρνυντο εἰκότως, ὅσοις ἐλάχιστοι οἱ μυκτῆρες, ὥστε τὸ θερμανθὲν ὑγρὸν

10. Cur homo reliquorum maxime animantium sternutat? Utrum quia meatus obtinet latos, per quos spiritus ac impetus intrant? his enim spiritu impletis sternuit. Amplos autem esse eo probatur, quod omnium minime animantium homo olfactu valet, meatus quippe angusti exquisitiores sunt. Quodsi igitur amplos quidem meatus plus humoris ac sæpius subeat, quo in spiritum converso sternutamentum fit, talesque homines maxime animantium habent, merito sæpissime sternutabunt, quibus nares brevissimæ, ita ut

Digitized by Google

ταχὺ ἐξιέναι δύναται πνεῦμα γενόμενον, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις διὰ μῆκος καταψύχεται πρότερον.

humor concalfactus celerius exire conversus in spiritum possit; in ceteris vero præ longitudine narium antea refrigeretur.

11. Διὰ τί οἱ μὲν ἀπὸ μέσων νυκτῶν ἄχρι μέσης ἡμέρας οὐκ ἀγαθοί πταρμοί, οἱ δ' ἀπὸ μέσης ἡμέρας ἄχρι μέσων νυκτῶν; Ἢ ὅτι ὁ μὲν πταρμὸς μᾶλλον δοκεῖ ἐπισχεῖν τοὺς ἀρχομένους καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ; διὸ ὅταν μέλλωσιν ἀρχομένοις συμβῆναι, μάλιστα ἀποτρεπόμεθα τοῦ πράττειν. Ἡ μὲν οὖν ἠὼς καὶ τὸ ἀπὸ μέσων νυκτῶν οἷον ἀρχή τις· διὸ εὐλαβούμεθα πτάρειν, μὴ κωλύσωμεν ὡρμημένον· πρὸς δείλης δὲ καὶ ἐπὶ μέσας νύκτας οἷον τελευτή τις καὶ ἐναντίον ἐκείνῳ, ὥστ' ἐν τῷ ἐναντίῳ ταὐτὸν αἱρετέον.

11. Cur sternutamenta, quæ de media quidem nocte ad meridiem usque fiunt, infausta sunt, quæ vero de meridie ad noctem mediam, fausta? An quia eos quidem sternutamentum potius inhibere videtur qui inchoant atque in principio sunt? quapropter quando inchoantibus nobis adcidere debent, ab agendo inprimis amovemur. Aurora itaque et tempus a media inde nocte quasi initium quoddam sunt: quapropter sternutare veremur, ne inceptum inhibeamus; tempus vero post meridiem atque ad mediam usque noctem veluti finis quidam est, temporique illi contrarium, ita ut in contraria rerum conditione idem optandum sit.

12. Διὰ τί οἱ πρεσβῦται χαλεπῶς πτάρνυνται; Πότερον οἱ πόροι συμπεπτώκασι δι' ὧν τὸ πνεῦμα; Ἢ ὅτι αἴρειν τὰ ἄνω οὐκέτι δυνάμενοι ῥᾳδίως, εἶτα βίᾳ ἀφιᾶσι κάτω;

12. Cur senes laboriose sternutant? Utrum apud eos meatus quos spiritus permeat, conciderunt? An quia senes partes superiores non amplius facile elevare possunt, ac deinceps per vim deorsum emittunt?

13. Διὰ τί, ἐάν τις ἀπνευστιάζῃ, ἡ λύγξ παύεται; Ἢ διότι ἡ μὲν ὑπὸ καταψύξεως γίνεται (διὸ καὶ οἱ φοβούμενοι καὶ οἱ ῥιγοῦντες λύζουσιν), κατεχόμενον δὲ τὸ πνεῦμα ἐκθερμαίνει τὸν ἐντὸς τόπον;

13. Cur si spiritum quis retineat, singultus desistit? An quia hic quidem a refrigeratione fit (quamobrem et qui timent, et qui rigent, singultiunt); spiritus vero retentus locum percalfacit internum?

14. Διὰ τί οἱ κωφοὶ ἐκ τῶν μυκτήρων διαλέγονται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ; Ἢ ὅτι ὁ πνεύμων ἐστὶ τούτοις πεπονηκώς; τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ κωφότης, πλήρωσις τοῦ τόπου τοῦ πνευμονικοῦ. Οὔκουν ῥᾳδίως ἡ φωνὴ φέρεται, ἀλλ' ὥσπερ τὸ πνεῦμα τῶν πνευστιώντων, ἢ ἀσθμαινόντων δι' ἀδυναμίαν ἀθρόον, οὕτως ἐκείνοις ἡ φωνή. Βιάζεται οὖν καὶ διὰ τῶν μυκτήρων· βιαζομένη δὲ τῇ τρίψει ποιεῖ τὸν ἦχον· ἔστι γὰρ ἡ διὰ τῶν ῥινῶν διάλεκτος γινομένη, ὅταν τὸ ἄνω τῆς ῥινὸς εἰς τὸν οὐρανόν, ᾗ συντέτρηται, κοῖλον γένηται· ὥσπερ κώδων γὰρ ὑπηχεῖ, τοῦ κάτωθεν στενοῦ ὄντος.

14. Cur surdi e naribus magna ex parte loquuntur? An quia pulmo eorum laborat? surditas enim id ipsum est, repletio nimirum regionis pulmonariæ. Vox itaque expedita non fertur, sed quemadmodum spiritus anhelantium, vel ægre respirantium propter imbecillitatem confertim emittitur, sic apud illos vox. Vi itaque et nares permeare cogitur; coacta autem per adtritum sonum efficit: sermo enim per nares emittitur, ubi pars naris superior, qua in palatum pervia est, excavata fuerit: resonat namque tintinnabuli instar, quia pars inferior angusta est.

15. Διὰ τί μόνον ὁ πταρμὸς ἡμῖν καθεύδουσιν οὐ γίνεται, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, ἅπαντα ἐγρηγορόσιν; Ἢ ὅτι ὁ μὲν πταρμὸς γίνεται καὶ ὑπὸ θερμοῦ τινος κινήσαντος τὸν τόπον τοῦτον ἀφ' οὗ γίνεται; διὸ καὶ ἀνακύπτομεν πρὸς τὸν ἥλιον, ὅταν βουλώμεθα πτάρειν. Ὅτι καθευδόντων ἡμῶν ἀντιπεριίσταται τὸ θερμὸν ἐντός· διὸ καὶ γίνεται τὰ κάτω θερμὰ τῶν καθευδόντων, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ πολὺ αἴτιόν ἐστι τοῦ ἐξονειρώττειν ἡμᾶς. Εἰκότως οὖν οὐ πταρνύμεθα· ἀπαλλαγέντος γὰρ τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐκ τῆς κεφαλῆς, ὃ κινεῖν πέφυκε τὸ ἐνταῦθα ὑγρόν, οὗ ἐξαιρουμένου γίνεται ὁ πταρμός, καὶ τὸ συμβαῖνον πάθος εἰκὸς μὴ γίνεσθαι. Ἀποφοῦσι δὲ μᾶλλον ἢ πτάρνυνται, καὶ ἐρεύγονται καθεύδοντες ἢ ἐγρηγορότες, ὅτι ἐκθερμαινομένου τοῦ περὶ τὴν κοιλίαν τόπου ἐν τοῖς ὕπνοις μᾶλλον ἐκπνευματοῦσθαι συμβαίνει τὰ περὶ αὐτὴν ὑγρά, πνευματούμενα δ' εἰς τοὺς ἔγγιστα τόπους φέρεσθαι· ἐνταῦθα γὰρ καὶ συναπωθεῖται ὑπὸ τοῦ ἐν τῷ ὕπνῳ γινομένου πνεύματος· καθεκτικώτερος γάρ ἐστιν ἢ προετικώτερος ὁ καθεύδων τοῦ πνεύματος· διὸ καὶ συστέλλει τὸ θερμὸν ἐντός· ὁ δὲ κατέχων τὸ πνεῦμα

15. Cur sternutamentum solum nobis dormientibus non fit, sed, prope dixerim, omnia, dum vigilamus? An quia sternutamentum quidem etiam a calore fit quodam, qui partem eam commovit qua efficitur? hinc et faciem soli objicimus, ubi sternuere volumus. [An] quia dormientibus nobis calor intus circumobsistitur? quamobrem et dormientium partes inferiores incalescunt, spiritusque copia causa est cur genituram sponte emittamus. Merito igitur non sternutamus: ubi enim calor e capite discessit, qui ejus loci humorem suapte natura movet, quo in aera converso sternutamentum obtinet, adfectionem quoque inde provenientem non obvenire rationi consentaneum est. Dormientes autem magis quam vigilantes pedunt ac eructant potius quam sternutant, quia, quum ventris regio in somnis calefit, adcidit ut humores circa eum magis in aerem convertantur, atque in aerem conversi loca proxima adeant. eo namque simul et a spiritu qui per somnum gignitur, compelluntur: spiritum enim potius retinere quam emittere solet qui dormit: quapropter et intus calorem contrahit; at qui spiritum retinet, eum ipsum deorsum pellit:

www.liboo.com.cn

Digitized by Google

ὠθεῖ κάτω αὐτό· παρὰ φύσιν γάρ ἐστι τῷ πνεύματι ἡ κάτω φορά· διὸ καὶ χαλεπόν ἐστι κατέχειν τὸ πνεῦμα. Τὸ δ' αὐτὸ αἴτιον καὶ τοῦ καθεύδειν ἡμῖν ἐστιν· οὔσης γὰρ τῆς ἐγρηγόρσεως κινήσεως, ταύτης δ' ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις ἡμῶν γινομένης μάλιστα ἐν τῷ ἐγρηγορέναι ἡμᾶς, δῆλον ὡς καὶ ἠρεμούντων ἡμῶν καθεύδοιμεν ἄν· ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν πῦρ κινητικόν ἐστι τῶν ἐν ἡμῖν μορίων, τοῦτο δ' ἐν τῷ ὕπνῳ ἐντὸς περίισταται, λιπὸν τὸν περὶ τὴν κεφαλὴν τόπον οὗ ἐστι τὸ αἰσθητήριον, ἠρεμοίη ἂν μάλιστα ἡμῶν τότε τὰ αἰσθητήρια· ὃ εἴη ἂν αἴτιον τοῦ καθεύδειν.

præter naturam enim spiritus inferiora petit : unde fit etiam ut difficile sit spiritum retinere. Quin etiam cur dormiamus, hæc eadem causa est : quum enim vigilia motus sit, isque membra nostra sentiendi officio adcommodata magis dum vigilamus, exerceat, constat nos dormituros etiam esse, dum quiescimus. Quum vero ignis quidem membra nostra movere possit, hicce autem per somnum intus circumsistitur, relicta capitis regione, ad quam sensuum instrumenta pertinent, tunc maxime nostra sensuum instrumenta quiescent : quæ quidem res causa erit dormiendi.

16. Διὰ τί πτάραντες καὶ οὐρήσαντες φρίττουσιν; Ἢ ὅτι κενοῦνται αἱ φλέβες ἀμφοτέροις τούτοις τοῦ πρότερον ἐνυπάρχοντος ἀέρος θερμοῦ, κενωθέντων δὲ ἄλλος ἀὴρ ἔξωθεν εἰσέρχεται ψυχρότερος τοῦ προϋπάρχοντος ἐν ταῖς φλεψίν, τοιοῦτος δ' εἰσιὼν ποιεῖ φρίττειν;

16. Quam ob causam, ubi sternutarunt, aut minxerunt, horrent? An quia utraque hac re venæ aeris calidi inanes redduntur, quem ante continebant; inanes autem aer extrinsecus alius subit illo frigidior, qui ante in venis aderat; talis autem subiens aer facit ut horreamus?

17. Διὰ τί τοὺς λυγμοὺς οἱ πταρμοὶ παύουσιν; Ἢ ὅτι ὁ λυγμὸς οὐχ ὥσπερ οἱ ἐρυγμοὶ ἀπὸ τῆς τὰ σιτία δεχομένης κοιλίας ἐστίν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος; συμβαίνει δὲ μάλιστα ἀπὸ καταψύξεως ἐκ ῥίγους καὶ λύπης καὶ φαρμακείας τῆς ἄνω μάλιστα γίνεσθαι· θερμὸς γὰρ ὢν φύσει ὁ τόπος, ὅταν καταψυχθῇ, οὐ προσίεται τὸ πνεῦμα πᾶν, ἀλλ' ὥσπερ πομφόλυγας ποιεῖ· διὸ καὶ τὸ πνεῦμα κατασχοῦσι παύεται (ἐκθερμαίνεται γὰρ ὁ τόπος), καὶ τὸ ὄξος, θερμαντικὸν ὄν, προσφερόμενον. Τοῦ δὴ θερμοῦ συμβαίνοντος ἀπὸ θερμασίας καὶ τοῦ ἐγκεφάλου, τῶν ἄνω τόπων εἰς τὸν πνεύμονα συντετρημένων, θερμοῦ τοῦ πνεύμονος ὄντος, ἥ τε πρὸ τοῦ πταρμοῦ κατοχὴ καὶ ἡ ἄνωθεν κατάκρουσις λύει τὸ πάθος.

17. Cur singultibus sternutamenta finem imponunt? An propterea quod singultus non quemadmodum ructus, a ventre qui ciborum conceptaculum est, sed a pulmone proficiscitur? adcidit enim ut maxime a refrigeratione quæ rigori, aut dolori, aut ventris purgationi, idque inprimis superioris, debetur, proveniat : quum enim locus ille calidus sua natura sit, ubi refrigeratus est, omnem spiritum non admittit, sed quasi bullas excitat : quamobrem cum retento spiritu singultus finitur (sic enim pars ista percalescit), tum aceto adsumpto, quoniam acetum calfacere valet. Quum itaque calor et a calefaciendo et a cerebro proveniat, locique superiores foraminibus pervia in pulmonem qui ipse calidus est, sint, efficitur ut retentio spiritus, quæ sternutationi antecedit, et depulsio quæ a partibus superioribus fit, adfectum solvant.

18. Διὰ τί οἱ οὐλότριχες, καὶ οἷς ἐπέστραπται τὸ τρίχιον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σιμότεροι; Ἢ εἴπερ ἡ οὐλότης ἐν παχύτητι, ἡ δὲ παχύτης μετὰ σκληρότητος, σκληρὸν δ' ὂν τὸ αἷμα θερμόν, ἡ δὲ θερμότης οὐ ποιεῖ περίττωσιν, τὸ δ' ὀστοῦν ἐκ περιττώματος, ὁ δὲ χόνδρος ὀστοῦν, εὐλόγως ἂν ἐκλειψις εἴη τοῦ μορίου· Σημεῖον δὲ τὸ τὰ παιδία πάντα εἶναι σιμά.

18. Cur crispi et quibus capillus intortus est, magna ex parte simiores sunt? An si crispitudo a crassitudine pendet, crassitudo autem non sine duritia constat, et durus sanguis calidus est, calorque residua non gignit, os vero e residuis, cartilagoque os est, merito deminutio partis consequetur? Indicium autem est, quod infantes omnes simi sunt

ΤΜΗΜΑ ΛΔ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΚΑΙ ΤΑ ΕΝ ΑΥΤΩ.

SECTIO XXXIV.

QUÆ AD OS ET AD EA QUÆ IN EO SUNT PERTINENT.

1. Διὰ τί οἱ μανοὺς ἔχοντες τοὺς ὀδόντας οὐ μακρόβιοι; Ἢ ὅτι τὰ μακρόβια πλείους ἔχουσιν, οἷον τὰ ἄρσενα τῶν θηλειῶν, ἄνδρες γυναικῶν, πρόβατα προβάτων; Οἱ οὖν ἀραιώδοντες ὥσπερ ἂν ἐλάττονας ἔχουσιν ὀδόντας ἐοίκασιν.

1. Cur qui raris dentibus sunt, vivaces non sunt? An quia vivacia pluribus dentibus prædita sunt ut mares feminis, viri mulieribus atque oves ovibus? Qui itaque raris dentibus sunt, pauciores habentibus aliquatenus similes sunt.

2. Διὰ τί οἱ ὀδόντες ἰσχυρότεροι τῶν σαρκῶν ὄντες ὅμως τοῦ ψυχροῦ αἰσθάνονται μᾶλλον; Ἢ ὅτι ἐπὶ τοὺς

2. Cur dentes, qui robustiores quam caro sunt, frigus tamen amplius sentiunt? An quia meatibus infixi, quo-

Digitized by Google

πόρους προσπεφύκασιν, ἐν οἷς ὀλίγον ὂν τὸ θερμὸν ταχὺ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ κρατούμενον ποιεῖ τὴν ἀλγηδόνα;

quorum exiguus calor celeriter a frigore vincitur movetque dolorem.

3. Διὰ τί τοῦ ψυχροῦ μᾶλλον αἰσθάνονται οἱ ὀδόντες ἢ τοῦ θερμοῦ, ἡ δὲ σὰρξ τοὐναντίον; Πότερον ὅτι ἡ μὲν σὰρξ τοῦ μέσου καὶ εὔκρατος, οἱ δ' ὀδόντες ψυχροί, ὥστε τοῦ ἐναντίου μᾶλλον αἰσθητικοί; Ἢ διότι λεπτῶν πόρων εἰσίν, ἐν οἷς μικρὸν τὸ θερμόν, ὥστε ταχὺ πάσχουσιν ὑπὸ τοῦ ἐναντίου, ἡ δὲ σὰρξ θερμόν, ὥστ' οὐδὲν πάσχει ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, τοῦ δὲ θερμοῦ ταχὺ αἰσθάνεται; ὥσπερ γὰρ πῦρ ἐπὶ πυρὶ γίνεται.

3. Cur dentes frigidum amplius quam calidum sentiunt, caro vero e contrario? Utrum propterea quod caro quidem mediocri bonoque temperamento prædita est, dentes vero frigidi sunt, ita ut contrarium sentiant plenius? An quoniam meatus habent angustos, quibus calor inditus exiguus est, ita ut a contrario cito adficiantur; caro vero calida est, ita ut nullo modo adficiatur a frigido calidumque compendio sentiat? fit enim quasi igni ignis superadditus.

4. Διὰ τί ἡ γλῶττα σημαντικὸν πολλῶν; καὶ γὰρ τῶν πυρετῶν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι, καὶ ἐὰν χάλαζαι ἐνῶσιν, καὶ τῶν ποικίλων προβάτων ποικίλαι. Ἢ ὅτι ὑγρότητος δεκτικόν, καὶ ἐπὶ τῷ πνεύμονι ἐπίκειται, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τῶν πυρετῶν; Πολύχροα δὲ πάντα διὰ τὴν πολύχροιαν τῶν ὑγρῶν· βάπτεται δὲ πρῶτον δι' οὗ πρῶτον ἠθεῖται· ἡ δὲ γλῶττα τοιοῦτον. Αἵ τε χάλαζαι διὰ τὸ σομφὴν εἶναι συλλέγονται· ἔστι γὰρ ἡ χάλαζα οἱονεὶ ἴονθος ἄπεπτος ἐν τοῖς ἐντός.

4. Cur lingua rerum index multarum est? nam et febrium signum dat in morbis acutis, et grandinum, si quæ insunt, et pecoris versicoloris varia est. An quia humoris capax est, et super pulmone posita, unde febrium principium ducitur? Versicolora autem omnia sunt propter humorum varios colores; inficitur tamen iis primum per quod primum colantur; lingua autem hujusmodi est. Grandines vero lingua propterea contrahit, quod spongiosa est, quippe quum grando veluti varus crudus in partibus interioribus est.

5. Διὰ τί ἡ γλῶττα γλυκεῖα μὲν οὐ γίνεται, πικρὰ δὲ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ὀξεῖα; Ἢ ὅτι διαφθοραὶ ταῦτ' ἐστί, τῆς δὲ φύσεως οὐκ αἰσθάνεται;

5. Cur lingua dulcis quidem non fit, amara vero salsa et acida fit? An quod corruptiones isthæc sunt; naturam vero non sentit?

6. Διὰ τί, ὅσας ἂν χρόας ἔχῃ τὸ δέρμα, τοσαύτας ἔχει καὶ ἡ γλῶττα; Πότερον ὅτι ἓν μέρος ἐστὶν ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἔξωθεν, ἀλλ' ἐντὸς περιείληπται; διὰ δὲ τὸ λεπτὸν εἶναι ταύτῃ τὸ δέρμα καὶ ἡ μικρὰ ποικιλία ἐμφαίνεται. Ἢ διότι τὸ ὕδωρ ἐστὶν ὃ ποιεῖ μεταβάλλειν τὰς χρόας, ἡ δὲ γλῶττα μάλιστα πάσχει ὑπὸ τοῦ πόματος;

6. Cur totidem coloribus lingua variat quot cutis? Utrum quia membrum quoddam est cuivis alii parti externæ æquiparandum, quamquam intus concluditur? verum quia tenuis hac parte cutis est, vel exigua in ea varietas deprehendi potest. An quia aqua id est, quod facit ut colores mutentur; lingua autem a potione maxime adficitur?

7. Διὰ τί ἐκ τοῦ στόματος καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν πνέουσιν; φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχρόν, ἀάζουσι δὲ θερμόν. Σημεῖον δὲ ὅτι θερμαίνει, ἐὰν πλησίον προσάγῃ τις τὴν χεῖρα τοῦ στόματος. Ἢ ἀμφοτέρως ὁ ἀὴρ κινούμενος ψυχρός, ὁ δὲ φυσῶν κινεῖ τὸν ἀέρα οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ διὰ στενοῦ τοῦ στόματος; Ὀλίγον οὖν ἐκπνέων πολὺν κινεῖ τὸν θύραθεν, ἐν ᾧ τὸ θερμὸν ὂν τὸ ἐκ τοῦ στόματος οὐ φαίνεται δι' ὀλιγότητα· ὁ δ' ἀάζων ἀθρόον ἐκπνεῖ· διὸ θερμόν· ἔστι γὰρ φυσασμοῦ τῷ διαφέρειν τῇ συστροφῇ· ὁ δ' ἀσμὸς ἀθρόου ἔκπνευσις.

7. Cur halitum ex ore tum calidum, tum frigidum reddimus, quippe qui frigidum quidem efflamus, calidum vero halamus? Indicio autem est quod, si manus ori propius admoveatur, calefacit. An utroque modo aer commotus calidus est; verum qui efflat, non confertim aera movet, sed per ostium angustum? Parum igitur efflans multum externum aerem movet, in quo calor ex ore profectus ob exiguitatem delitescit? at qui halat, confertum, atque eam ob rem calidum, efflat aerem: pertinet enim ad efflationem, quippe qui stipatione tantummodo ab ea differat: halatio namque conferti aeris efflatio est.

8. Διὰ τί, ἐὰν σφόδρα καὶ ἀθρόον ἐκπνεύσωσιν, ἀδυνατοῦσι πάλιν ἐκπνεῦσαι; Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦ ἀναπνεῦσαι· ἀδυνατοῦσι γὰρ δὶς ἐφεξῆς ποιεῖν αὐτό. Ἢ ὅτι τὸ μὲν δίωσίς τίς ἐστι, τὸ δὲ συναγωγὴ τόπου, ἃ ἄχρι τινός ἐστι δυνατὰ γίνεσθαι; Φανερὸν οὖν ὅτι ἐναλλὰξ ἀνάγκη ἄμφω γίνεσθαι, καὶ ἀδύνατον δὶς ἐφεξῆς.

8. Cur, si vehementer confertimque exspirarunt, iterum exspirare nequeunt? quod idem in inspirando etiam adcidit: bis enim deinceps id facere nequeunt. An quoniam alterum quidem transpulsio quædam, alterum vero contractio loci est: quæ aliquo usque tantummodo fieri possunt? Constat igitur necessario ambo hæc vicissim fieri debere, bis vero deinceps non posse.

9. Διὰ τί ἑτέρου τόπου ὄντος ᾗ τὰ σῖτα καὶ τὸ ποτὸν διεξέρχεται καὶ ᾗ ἀναπνέομεν, ἐὰν μείζω ψωμὸν καταπίωμεν, πνιγόμεθα; Οὐδὲν δὴ ἄτοπον· οὐ γὰρ μόνον ἐάν τι ἐμπέσῃ εἰς τὸν τόπον τοῦτον, ἀλλὰ κἂν ἔτι φραχθῇ,

9. Quam ob causam, quum alius locus sit qua cibi potusque transeunt, alius qua spiramus, ubi grandiorem bolum devoravimus, strangulamur? Haudquaquam sane absurdum est: non modo enim si aliquid in hunc locum

Digitized by Google

οὕτω μᾶλλον πνιγόμεθα· ταῦτα δὲ παράλληλά ἐστι, καθ' ὅ τε τὰ σιτία δεχόμεθα καὶ καθ' ὃ ἀναπνέομεν. Ὅταν οὖν ἐμπέσῃ μείζων ψωμός, καὶ ἡ ἀναπνοὴ συμφράττει, ὥστε μὴ εἶναι τῷ πνεύματι ἔξοδον.

inciderit, verum etiam si obstructus fuerit, æque, imo magis strangulamur; ubivis autem æque a se invicem distant, quo cibum recipimus, et quo respiramus. Quodsi igitur justo amplius frustum inciderit, aer inspiratus auget angustiam, ita ut spiritui exitus denegetur.

www.tibtool.com.cn

10. Διὰ τί, ὅσοι τὴν διὰ χειρὸς τομὴν ἔχουσι δι' ὅλης, μακροβιώτατοι; Ἢ διότι τὰ ἄναρθρα βραχύβια καὶ ἀσθενῆ; Σημεῖον δὲ τῆς μὲν ἀσθενείας τὰ νέα, τῆς δὲ βραχυβιότητος τὰ ἔνυγρα. Δῆλον ἄρα ὅτι τὰ ἠρθρωμένα τοὐναντίον· τοιαῦτα δέ, ὧν καὶ τὰ φύσει ἄναρθρα μάλιστα ἤρθρωται· τῆς δὲ χειρὸς τὸ ἔσω ἀναρθρότατον.

10. Cur qui manus cæsuram per totam habent pertinentem, longævissimi sunt? An quia brevis ætatis imbecillaque sunt quæ articulis carent? Imbecillitatis autem indicium est juventus; vitæ vero brevis aquatilia. Constat igitur articulata contra sese habere; hujusmodi autem illa sunt, apud quæ partes suapte natura articulis carentes maxime articulatæ nihilominus sunt; manus autem pars interior articulo maxime caret.

11. Διὰ τί ἐν τῷ μακρὸν ἀναπνεῖν ἑλκόντων μὲν εἴσω τὸ πνεῦμα συμπίπτει ἡ κοιλία, ἐκπνεόντων δὲ πληροῦται; πιθανὸν δ' ἐστὶ τοὐναντίον συμβαίνειν. Ἢ ὅτι τῶν μὲν ἀναπνεόντων συμπιεζουμένη ταῖς πλευραῖς κάτω, καθάπερ αἱ φῦσαι, προογκεῖν φαίνεται;

11. Quam ob causam, ubi longam facimus respirationem, venter introrsum quidem spiritum trahentibus concidit, exspirantibus vero repletur? veri enim simile est ut contra eveniat. An quia inspirantibus quidem venter costis deorsum compressus follium instar prominere videtur?

12. Διὰ τί ἀναπνέομεν; Ἢ καθάπερ τὸ ὑγρὸν εἰς πνεῦμα διαλύεται, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα εἰς τὸ πῦρ; Τὸ τῆς φύσεως οὖν θερμὸν ὅταν τὸ πολὺ τοῦ πνεύματος πῦρ ποιήσῃ, ἀλγηδόνα ἐμποιεῖ, τοῖς δὲ πόροις καὶ ὄγκον· διόπερ ἐξωθοῦμεν τὸ πῦρ μετὰ τοῦ πνεύματος. Ὅταν δ' ἐξέλθῃ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ πῦρ, συμπιπτόντων τῶν πόρων καὶ καταψυχομένων ἀλγηδόνες γίνονται. Ἕλκομεν οὖν τὸ πνεῦμα πάλιν. Εἶτα ἀνοίξαντες τοῦ πνεύματος τοὺς πόρους καὶ βοηθήσαντες, πάλιν γίνεται τὸ πῦρ, καὶ πάλιν ἀλγοῦντες ἐκπέμπομεν, καὶ διὰ τέλους τοῦτο πράττομεν, καθάπερ καὶ σκαρδαμύσσομεν κατὰ τὸ καταψύχεσθαι τὸ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν σῶμα καὶ ξηραίνεσθαι. Καὶ βαδίζομεν οὖν προσέχοντες τῇ βαδίσει τὸν νοῦν, κυβερνωμένης δὲ τῆς διανοίας αὐτοῖς. Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον καὶ τὰ περὶ τὴν ἀναπνοὴν ποιοῦμεν· μηχανώμενοι γὰρ τὸν ἀέρα ἕλκειν ἀναπνέομεν, καὶ πάλιν ἕλκομεν.

12. Quam ob causam respiramus? An quemadmodum humor dissolvitur in spiritum, sic et spiritus in ignem? Calor itaque naturalis ubi maximam spiritus partem in ignem convertit, dolorem movet, atque meatus etiam tumefacit: quamobrem ignem una cum spiritu expellimus: quibus profectis, meatibus concidentibus atque refrigescentibus, dolores excitantur. Rursum igitur spiritum trahimus. Deinde postquam apertis spiritus meatibus, opem tulimus, ignis iterum gignitur, atque iterum præ dolore spiritum reddimus, idque perpetuo facimus, sicuti etiam nictamur, ut corpus oculi [vicissim] refrigeremus et adsiccemus. Ambulamus etiam, ingressui nostro animum non adtendentes, sed ita ut mens ipsis gubernetur. Hunc ergo in modum spirandi quoque munus exsequimur: aerem enim trahere molientes inspiramus, atque rursum adtrahimus.

ΤΜΗΜΑ ΛΕ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΤΑ ΥΠΟ ΤΗΝ ΑΦΗΝ.

1. Διὰ τί μᾶλλον φρίττομεν ἑτέρου θιγόντος πως ἢ αὐτοὶ ἡμῶν; Ἢ ὅτι αἰσθητικωτέρα ἡ ἁφὴ τοῦ ἀλλοτρίου ἢ ἡ τοῦ οἰκείου; τὸ γὰρ συμφυὲς ἀναίσθητον. Καὶ φοβερώτερον τὸ λάθρα καὶ ἐξαπιναίως γινόμενον, ὁ δὲ φόβος κατάψυξις· ἡ δ' ἀλλοτρία ἁφὴ πρὸς τὴν οἰκείαν ἄμφω ταῦτα ἔχει. Καὶ ὅλως δὲ παθητικὸν ἕκαστον πέφυκεν ἢ μᾶλλον, ἢ μόνον ὑπ' ἄλλου ἢ ὑφ' αὑτοῦ, οἷον καὶ ἐπὶ τοῦ γαργαλίζεσθαι συμβαίνει.

SECTIO XXXV.

QUÆ AD TACTUM PERTINENT.

1. Cur inhorrescimus magis, ubi alius certo quodam modo nos tangit, quam ubi nosmet ipsi? An quia tactus rem melius alienam quam propriam sentit? quod enim cognatum est, id sensum effugit. Quin etiam quod clanculum atque subito fit, terribilius est; metus enim refrigeratio quædam est; at vero tactus alienus, si cum proprio conferatur, utrumque hoc habet. Denique unumquodque ab alio vel unice, vel magis quam a se ipso suapte natura adficitur, quemadmodum etiam in titillando adcidit.

2. Διὰ τί γαργαλίζονται τὰς μασχάλας καὶ τὰ ἐντὸς τῶν ποδῶν; Ἢ διὰ τὴν λεπτότητα τοῦ δέρματος; Καὶ ὧν ἀσυνήθης ἡ ἁφή, οἷον τούτων καὶ τοῦ ὠτός.

2. Cur in alis et pedum parte interiori titillantur? An propter cutis tenuitatem? Præterea titillamur partibus quarum tactus insolens est, ut cum harum, tum auris.

Digitized by Google

3. Διὰ τί φρίττουσιν οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πάντες; Ἢ ὅτι οὐδ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πάντες ἡδόμεθα, ὥσπερ οὐδὲ λυπούμεθα ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πάντες; Ὁμοίως δὴ οὐ φρίττομεν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς· ἔστι γὰρ ἡ αὐτὴ κατάψυξίς τις· διὸ οἱ μὲν τοῦ ἱματίου δακνομένου φρίττουσιν, οἱ δὲ πρίονος ἀκονουμένου ἢ ἑλκομένου, οἱ δὲ κισήρεως τεμνομένης, οἱ δ' ὄνου λίθον ἀλοῦντος.

3. Cur non iisdem rebus inhorrescunt omnes? An quia nec iisdem omnes delectamur, quemadmodum nec easdem ægre ferimus omnes? Eodem itaque modo nec iisdem omnes inhorrescimus: idem enim horror est, refrigeratio nempe quædam: eapropter alii quidem ubi vestis mordetur, inhorrescunt, alii vero, ubi serra vel acuitur, vel trahitur, alii porro, ubi pumex secatur, alii tandem, ubi superior molæ lapis inferiorem adterit.

4. Διὰ τί τοῦ μὲν θέρους ὄντος θερμοῦ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ, τὰ σώματα θιγγανόντων ψυχεινότερά ἐστι τοῦ θέρους ἢ τοῦ χειμῶνος; Πότερον ὅτι ὁ ἱδρὼς καὶ ἡ ἴδισις καταψύχει τὰ σώματα, τοῦτο δ' ἐν μὲν τῷ θέρει γίνεται, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι οὔ; Ἢ ὅτι ἀντιπερίσταται ἐναντίως τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμὸν τῇ ὥρᾳ, καὶ ἔσω φεύγει ἐν τῷ θέρει (διὸ καὶ ἱδρῶτα ἀνίησιν), ἐν δὲ τῷ χειμῶνι ἀποστέγει τὸ ψῦχος καὶ ἀτμίζει τὸ σῶμα ὥσπερ ἡ γῆ;

4. Quam ob causam, quum æstas quidem calida, hyems vero frigida sit, corpora tactu frigidiora per æstatem sunt quam per hyemem? Utrum quoniam a sudore et transpiratione refrigerantur corpora; hoc autem æstate quidem fit, hyeme vero non? An quia in contrarium tempestati tum frigus, tum calor circumobsistitur, intusque per æstatem calor refugit: quapropter et sudorem emittit; per hyemem vero frigus arcet, et corpus perinde quasi terra vaporem emittit?

5. Διὰ τί φρίττουσιν αἱ τρίχες ἐν τῷ δέρματι; Ἢ ὅταν σπάσωσι τὸ δέρμα, εἰκότως ἐξανέστησαν; συσπῶσι δὲ καὶ ὑπὸ ῥίγους καὶ ὑπ' ἄλλων παθῶν.

5. Quare pili in cute inhorrescunt? An merito, ubi cutem contraxerint, exsurgunt? contrahunt enim tum propter rigorem, tum propter alias adfectiones.

6. Διὰ τί αὐτὸς αὑτὸν οὐθεὶς γαργαλίζει; Ἢ ὅτι καὶ ὑπ' ἄλλου ἧττον, ἐὰν προαίσθηται, μᾶλλον δ', ἂν μὴ ὁρᾷ· ὥσθ' ἥκιστα γαργαλισθήσεται, ὅταν μὴ λανθάνῃ τοῦτο πάσχων; ἔστι δ' ὁ γέλως παρακοπή τις καὶ ἀπάτη· διὸ καὶ τυπτόμενοι εἰς τὰς φρένας γελῶσιν· οὐ γὰρ ὁ τυχὼν τόπος ἐστὶν ᾧ γελῶσιν. Τὸ δὲ λαθραῖον ἀπατητικόν· διὰ τοῦτο καὶ γίνεται ὁ γέλως καὶ οὐ γίνεται ὑπ' αὐτοῦ.

6. Cur nemo se ipse titillat? An quia ab alio quoque minus titillatur, si rem præsentit, magis vero, si non videt, ita ut minime titilletur, ubi non ignorat se hoc pati? risus namque fraus quædam et deceptio est: quapropter et qui septo transverso vulnerantur, rident: haud enim locus quilibet est quo ridemus. Clandestinum autem omne fraudulentum est: qua de causa modo fit risus a titillatione, modo vero non fit.

7. Διὰ τί ποτε τὰ χείλη μάλιστα γαργαλιζόμεθα; Ἢ διότι δεῖ τὸ γαργαλιζόμενον μὴ πρόσω τοῦ αἰσθητικοῦ εἶναι, ἔστι δὲ τὰ χείλη περὶ τὸν τόπον τοῦτον μάλιστα; Διὰ τοῦτο δὲ γαργαλίζεται τὰ χείλη τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν τόπων, ἃ ἐστιν εὔσαρκα. Εὐκινητότατα οὖν μάλιστά ἐστιν.

7. Cur tandem labris maxime titillamur? An quia membrum quod titillatur, non longe a sentiendi sede abesse debet, labra autem circa eum maxime locum posita sunt? Eapropter autem omnium maxime locorum capitis titillantur, quæ carne multa prædita sunt. Mobilissima igitur præcipue sunt.

8. Διὰ τί, ἐάν τις τὸν περὶ τὰς μασχάλας τόπον κνήσῃ, ἐκγελῶσιν, ἐὰν δέ τινα ἄλλον, οὔ; Ἢ διὰ τί πτερῷ τὰς ῥῖνας κνήσαντες πτάρνυνται; Ἢ τόποι εἰσὶ τῶν φλεβίων, ὧν καταψυχομένων, ἢ τοὐναντίον πασχόντων ὑγραίνονται; Ἢ εἰς πνεῦμα ἐκ τοῦ ὑγροῦ διαλύεται, ὥσπερ ἐὰν τὰς ἐπὶ τοῦ τραχήλου πιέσῃ τις φλέβας, καθεύδουσιν. Ἡ μὲν ἡδονὴ θερμασία τίς ἐστιν· τοῦτο δέ, ὅταν πλέον τὸ πνεῦμα ἐγγένηται, ἀθρόον ἔξω ἀφίεμεν. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ πταρμῷ τῷ πτερῷ διαθερμάναντες καὶ κινήσαντες διελύσαμεν εἰς πνεῦμα· πλέονος δὲ γενομένου ἐξεώσαμεν.

8. Cur, si quis regionem alarum scalpat, in risum effunduntur, si quam aliam vero, non? vel quænam ratio est cur naribus penna scalptis sternutent? An loca quædam venularum exstant, quibus vel refrigeratis, vel contra adfectis venulæ ipsæ humectantur? An in spiritum ex humore fit dissolutio, quemadmodum dormiunt si venas cervicis premat quis. Voluptas quidem concalfactio quædam est: eapropter autem spiritum, ubi plus adest, confertum foras mittimus. Eodem modo quoque in sternutando penna calefacientes et moventes humorem in spiritum dissolvimus; ubi vero plus adest, expellimus.

9. Διὰ τί μετὰ τὰ σιτία φρίττομεν πολλάκις; Ἢ ὅτι ψυχρὰ εἰσπορευόμενα ἀπὸ πρώτης κρατεῖ μᾶλλον τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ ἢ κρατεῖται;

9. Cur sæpenumero ingesto cibo inhorrescimus? An quod frigida primo introitu vincunt magis naturalem calorem quam vincuntur?

10. Διὰ τί τὸ περιαγόμενον ἐναλλὰξ τοῖς δακτύλοις δύο φαίνεται; Ἢ διότι δυσὶν αἰσθητηρίοις ἁπτόμεθα;

10. Quam ob causam quod digitis alternantibus circumagitur, duo esse videtur? An quia duplici sentiendi in-

Digitized by Google

τοῖς γὰρ ἐντὸς τῶν δακτύλων, κατὰ φύσιν ἔχοντες τὴν χεῖρα, ἀμφοτέροις οὐ δυνατὸν εἰπεῖν.

strumento tangimus? ambobus enim digitorum partibus interioribus simul nuntiare non possumus, dum manus conditionem obtinet naturalem.

ΤΜΗΜΑ ΛϚ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΠΟΝ.

1. Διὰ τί τοῦ προσώπου τὰς εἰκόνας ποιοῦνται; Πότερον ὅτι τοῦτο δηλοῖ ποῖοί τινες; Ἢ ὅτι μάλιστα γινώσκεται;

2. Διὰ τί τὸ πρόσωπον ἱδίουσι μάλιστα, ἀσαρκότατον ὄν; Ἢ διότι εὐίδρωτα μὲν ὅσα ὕφυγρα καὶ ἀραιά, ἡ δὲ κεφαλὴ τοιαύτη; ὑγρότητα γὰρ οἰκείαν ἔχει πλείστην. Δηλοῦσι δ' αἱ φλέβες τείνουσαι ἐντεῦθεν, καὶ οἱ κατάρροι γινόμενοι ἐξ αὐτῆς, καὶ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός, καὶ οἱ πόροι πολλοί· σημεῖον δ' αἱ τρίχες, ὅτι πολλοὶ πόροι εἰσὶ περαίνοντες ἔξω. Οὔκουν ἐκ τῶν κάτω ὁ ἱδρώς, ἀλλ' ἐκ τῆς κεφαλῆς γίνεται· διὸ ἱδίουσι καὶ πρῶτον μάλιστα τὸ μέτωπον· ὑπόκειται γὰρ τὸ πρῶτον· τὸ δ' ὑγρὸν κάτω ῥεῖ, ἀλλ' οὐκ ἄνω.

3. Διὰ τί ἐν τῷ προσώπῳ μάλιστα οἱ ἴονθοι; Ἢ διότι μανὸς ὁ τόπος καὶ ὑγρότητα ἔχει; Σημεῖον δ' ἥ τε τῶν τριχῶν ἔκφυσις καὶ ἡ τῶν αἰσθήσεων δύναμις· ὁ δ' ἴονθος ὥσπερ ἐξάνθημα ὑγρότητός τινος ἀπέπτου.

SECTIO XXXVI.

QUÆ AD FACIEM PERTINENT.

1. Cur faciei effigies faciunt? Utrum quod, qualesnam simus, ea indicat? An quod ea præcipue agnoscitur?

2. Cur facie maxime sudant, etiamsi carnis expertissima sit? An quia in sudorem proclivia sunt quæcumque humidiuscula ac rara sunt, caput autem hujusmodi est? plurimum enim continet humorem proprium. Argumento sunt venæ inde tendentes et destillationes quæ ex eo originem petunt, cerebrique humiditas et meatus multi; probant autem capilli multos adesse meatus foras pertinentes. Sudor igitur non ex partibus inferioribus, sed ex capite oritur: hinc et maxime fronte primum sudant: prima enim subjecta est, humorque deorsum, non vero sursum fluit.

3. Cur in facie maxime oriuntur vari? An quia locus rarus est humoremque continet? Argumento autem sunt et pilorum eruptio et sentiendi potentia: varus enim quasi humoris cujusdam crudi efflorescentia est.

ΤΜΗΜΑ ΛΖ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΟΛΟΝ ΤΟ ΣΩΜΑ.

1. Διὰ τί ἀεὶ τοῦ σώματος ῥέοντος, καὶ τῆς ἀπορροῆς γινομένης ἐκ τῶν περιττωμάτων, οὐ κουφίζεται τὸ σῶμα, ἐὰν μὴ ἰδίᾳ; Ἢ διότι ἐλάττων ἡ ἔκκρισις γίνεται; ὅταν γὰρ ἐξ ὑγροῦ μεταβάλλῃ εἰς ἀέρα, πλέον γίνεται ἐξ ἐλάττονος· τὸ γὰρ διακρινόμενον πλέον, ὥστ' ἐν πλείονι χρόνῳ ἡ ἔκκρισις.

2. Διὰ τί δὲ τοῦτο; Ἢ διότι δι' ἐλαττόνων πόρων ἡ ἔξοδός ἐστιν; τὸ γὰρ γλίσχρον καὶ τὸ κολλῶδες μετὰ μὲν τοῦ ὑγροῦ ἐκκρίνεται διὰ τὴν κατάμιξιν, μετὰ δὲ τοῦ πνεύματος ἀδυνατεῖ· μάλιστα δὲ τοῦτ' ἐστὶ τὸ λυποῦν· διὸ καὶ οἱ ἔμετοι τῶν ἱδρώτων κουφίζουσι μᾶλλον, ὅτι συνεξάγουσι τοῦτο, ἅτε παχύτεροι καὶ σωματωδέστεροι ὄντες. Ἢ καὶ ὅτι τῇ μὲν σαρκὶ πόρρω οὗτος ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ γλίσχρον καὶ κολλῶδες, ὥστ' ἔργον μεταστῆσαι, τῇ δὲ κοιλίᾳ ἐγγύς; ἢ γὰρ ἐν ταύτῃ γίνεται, ἢ πλησίον· διὸ καὶ δυσεξάγωγος ἄλλως.

3. Διὰ τί αἱ τρίψεις σαρκοῦσιν; Ἢ ὅτι αὐξητικώτατον τῶν ἐν τῷ σώματι τὸ θερμόν ἐστιν; τοῦ μὲν γὰρ ἐνυπάρχοντος μείζους οἱ ὄγκοι γίνονται διὰ τὸ ἀεὶ αὐτὸ ἐν κινήσει εἶναι καὶ εἰς τὸ ἄνω φέρεσθαι καὶ πνευματοῦν τὰ ἐν ἡμῖν ὑγρά, ὃ ἐν τῇ τρίψει γίνεται· ἐκλεί-

SECTIO XXXVII.

QUÆ AD TOTUM CORPUS PERTINENT.

1. Quam ob causam, quum corpus semper fluat, defluxusque ab excrementis proficiscatur, non levatur corpus, nisi sudet? An quia minus excernitur? ubi enim ex humore in aerem fit transitus, plus oritur ex minori: plus namque est quod percolatur, ita ut ampliori tempore excernatur.

2. Sed cur ita fit? An quia per minores meatus fit exitus? quod enim lentum ac glutinosum est, cum humore quidem excernitur propter admistionem, cum spiritu vero nequit; id autem maxime est quod molestat: hinc et vomitus magis quam sudores levant, quoniam id una educunt, quippe qui crassiores corpulentioresque sunt. An etiam quia a carne quidem remotus est locus qui humorem lentum glutinosumque continet, ita ut nonnisi cum labore transferatur; ventri vero propior? aut enim in eo fit, aut prope: hinc et alio modo difficulter educitur.

3. Cur carnem implent frictiones? An quia eorum quæ in corpore continentur, maxime augendi facultate præstat calor? eorum enim quæ jam antea aderant, moles augetur, quia semper ipse in motu est sursumque fertur ac in spiritum convertit humores qui nobis continentur: id quod

Digitized by Google

ποντος δὲ φθίνει καὶ ἐλαττοῦται τὸ σῶμα. Ἢ ὅτι ὀγκοτέρα τῆς τροφῆς γίνεται ἡ σὰρξ διὰ τὴν θερμασίαν (ἅπαν γὰρ τὸ θερμὸν ἐπισπαστικὸν τοῦ ὑγροῦ ἐστιν, ἡ δ' εἰς τὴν σάρκα διαδιδομένη τροφὴ ὑγρά ἐστι), καὶ ἐπιδέχεται τὴν τροφὴν μᾶλλον διὰ τὴν ἀραίωσιν; ἀραιοτέρα γὰρ γινομένη μᾶλλον δύναται δέχεσθαι ὥσπερ σπογγιά, ἡ δὲ τρῖψις εὔπνουν καὶ ἀραιὰν ποιεῖ τὴν σάρκα καὶ κωλύει συστάσεις γίνεσθαι κατὰ τὸ σῶμα. Τούτου δὲ μὴ ὄντος οὐδὲ συντήξεις γίνονται· αἱ γὰρ ἀτροφίαι καὶ αἱ συντήξεις ἐκ τῶν ἀθροισθέντων εἰσίν· εὐπνούστερα δὲ καὶ ἀραιότερα καὶ ὁμαλέστερα γινόμενα εἰκὸς μᾶλλον ὀγκοῦσθαι· τῆς τε γὰρ τροφῆς δεκτικώτερα καὶ τῶν ἐκκρίσεων προεκτικώτερα γίνεται. Ὅτι οὐ δεῖ πυκνοῦν τὴν σάρκα πρὸς ὑγίειαν, ἀλλ' ἀραιοῦν· ὥσπερ γὰρ πόλις ὑγιεινή ἐστι καὶ τόπος (διὸ καὶ ἡ θάλαττα ὑγιεινή), οὕτω καὶ σῶμα τὸ εὔπνουν μᾶλλον ὑγιεινόν ἐστι τοῦ ἐναντίως ἔχοντος· δεῖ γὰρ ἢ μὴ ὑπάρχειν μηδέν, ἢ τούτου ὡς τάχιστα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ δεῖ οὕτως ἔχειν τὸ σῶμα ὥστε λαμβάνον εὐθὺς ἐκκρίνειν τὴν περίττωσιν, καὶ εἶναι ἐν κινήσει ἀεὶ καὶ μηδέποτε ἠρεμεῖν· τὸ μὲν γὰρ μένον σήπεται, ὥσπερ καὶ ὕδωρ τὸ μὴ κινούμενον· σηπόμενον δὲ νόσον ποιεῖ· τὸ δ' ἐκκρινόμενον πρὸ τοῦ διαφθαρῆναι χωρίζεται. Τοῦτο οὖν πυκνουμένης μὲν τῆς σαρκὸς οὐ γίνεται (ὥσπερεὶ γὰρ ἐμφράττονται οἱ πόροι), ἀραιουμένης δὲ συμβαίνει· διὸ καὶ οὐ δεῖ ἐν τῷ ἡλίῳ γυμνὸν βαδίζειν (συνίσταται γὰρ ἡ σὰρξ καὶ κομιδῇ ἀποσαρκοῦται· τὸ μὲν γὰρ ἐντὸς ὑγρὸν διαμένει, τὸ δ' ἐπιπολῆς ἀπαλλάττεται ἐξατμιζόμενον, ὥσπερ καὶ τὰ κρέα τὰ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν μᾶλλον τὰ ἐντὸς ὑγρά ἐστιν), οὐδὲ τὰ στήθη γυμνὰ ἔχοντα βαδίζειν ἐν ἡλίῳ (ἀπὸ γὰρ τῶν ἄριστα ᾠκοδομημένων τοῦ σώματος ὁ ἥλιος φέρει ὃ ἥκιστα δεῖται ἀφαιρέσεως), ἀλλὰ μᾶλλον τὰ ἐντὸς ξηραντέον. Ἐκεῖθεν μὲν οὖν διὰ τὸ πόρρω εἶναι, ἐὰν μὴ μετὰ πόνου, οὐκ ἔστιν ἱδρῶτα ἄγειν· ἀπὸ τούτων δὲ διὰ τὸ πρόχειρα εἶναι ῥᾴδιον ἀναλῶσαι τὸ ὑγρόν.

per frictionem fieri solet; deficiente vero calore, tabescit ac diminuitur corpus. An quia turgescit caro ad alimentum recipiendum propter calorem (calidum enim omne humorem adtrahere valet; alimentum autem quod in carnem digeritur, humidum est), atque alimentum amplius recipit propter raritatem? rarescens enim instar spongiæ magis recipere valet; frictio autem spiritui perviam ac raram reddit carnem atque impedit quominus concrementa in corpore fiant. Quod ubi non obtinet, colliquamenta etiam non gignuntur: alimoniæ enim defectus et colliquationes e materia congesta fieri solent: quæ ubi spiritui magis pervia, rarior et æquabilior fit, magis turgescere consentaneum est: nam et alimenti capacior redditur et excrementa melius projicere valebit. [An] quia ad secundam valetudinem conciliandam caro non densa, sed rara reddenda est? ut enim urbs locusque salubris est, prouti flatui pervius (quapropter et mare salubre est), ita etiam corpus flatui pervium salubrius est quam quod contrario modo sese habet: aut enim nullum adesse debet [excrementum], aut corpus ab eo quam primum liberandum est, atque corpus ita regendum est, ut simulac excrementum admiserit, confestim illud excernat, sitque semper motui deditum, nec umquam quiescat: quod enim manet, putrescit, sicut et aqua quæ non movetur, putrescens autem morbum contrahit: quod vero excernitur, antequam corrumpatur, secluditur. Hoc itaque, si caro densatur quidem, non evenit (meatus enim quasi obcluduntur); sin vero rarefit, adcidit: quamobrem et in sole nudo corpore ambulandum non est (spissatur namque caro et valenter obcluditur: quod enim intus est, humidum manet, quod vero in superficie, emisso vapore discedit: qua ratione et in carnibus assis magis quam in elixis humidæ sunt partes internæ); nec pectore nudo in sole ambulandum est (sol enim corporis partibus optime conditis adimit quæ nullo modo egent ademptione); sed interiora potius siccanda sunt. Inde igitur, ut e remoto, nonnisi cum labore, sudor elici potest; ab istis vero, quia in promptu sunt, facile exhauriri potest humor.

4. Διὰ τί ψυχθέντες ἀπὸ τῆς αὐτῆς θερμασίας καιόμεθα μᾶλλον καὶ ἀλγοῦμεν; Πότερον διὰ τὴν πυκνότητα στέγει ἡ σὰρξ τὸ προσπῖπτον θερμόν; διὸ μόλιβδος ἐρίου θερμότερος. Ἢ βίαιος γίνεται τοῦ θερμοῦ ἡ δίοδος διὰ τὸ πεπηγέναι ὑπὸ ψυχροῦ τὸ σῶμα;

4. Quamobrem, ubi perfriximus, ab eodem calore magis urimur atque dolemus? Utrum caro propter densitatem magis coercet calorem incidentem? quare plumbum calidius quam lana est. An violentus fit caloris transitus, quia corpus frigore congelatum est?

5. Διὰ τί αἱ ξηροτρῖβίαι στερεὰν τὴν σάρκα παρασκευάζουσιν; Ἢ ὅτι διὰ τὴν τρῖψιν τῆς θερμασίας ἐπιγινομένης τὸ ὑγρὸν καταναλίσκεται; Πρὸς δὲ τούτοις ἡ σὰρξ τριβομένη πυκνοῦται· ἅπαντα δ' ὅσα πλείονος τρίψεως τυγχάνει, πυκνοῦται καὶ στερεὰ γίνεται. Θεωρῆσαι δὲ τὸ τοιοῦτον ἔστιν ἐπὶ πολλῶν· τὸ γὰρ σταῖς, ἢ πηλός, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἐὰν μὲν ὕδωρ ἐπιχέας ἕλκῃς, ὑγρὰ καὶ κλυδῶντα διαμένει, ἐὰν δὲ πλείω τρῖψιν προσάγῃς, πυκνοῦταί τε καὶ στερεοῦται ταχέως καὶ γλίσχρα γίνεται.

5. Cur siccæ frictiones carnis soliditatem moliuntur? An quia propter frictionem, superveniente calore, consumitur humor? Adde quod caro perfricata densatur: quæcumque enim pleniorem experiuntur frictionem, densantur atque solidescunt omnia. Hujusmodi quid autem multis in rebus animadvertere licet: massam farinæ enim, vel lutum, vel aliam hujus generis rem, infusa quidem aqua si trahas, humida et fluctuantia manent; sin vero pleniorem admoveas frictionem, densantur ac solidescunt celeriter lentaque reddunt.

Digitized by Google

6. Διὰ τί αἱ τρίψεις μᾶλλον σαρκοῦσι τῶν δρόμων; Ἢ ὅτι οἱ μὲν δρόμοι περιψύχουσι τὴν σάρκα καὶ οὐ δεκτικὴν τροφῆς παρασκευάζουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν συσσείεται κάτω, τὰ δ' ἐπὶ πολλοῦ τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ ἐπιτελουμένου παντελῶς λεπτυνόμενα εἰς πνεῦμα διακρίνεται, ἡ δὲ παλάμη τῇ τρίψει τὴν σάρκα ἀραιὰν καὶ δεκτικὴν αὐτῆς παρασκευάζει; Καὶ ἡ ἔξωθεν δ' ἁφὴ ἐναντιουμένη διὰ τῆς πιλήσεως τῇ φορᾷ αὐτὸν συνέχει μᾶλλον, καὶ ἀνάκλασιν τῆς σαρκὸς ποιεῖται.

6. Cur frictiones magis quam cursus carnem implent? An quia cursus quidem carnem admodum refrigerant, nec alimenti capacem reddunt, sed partim quidem deorsum conquassantur, partim vero adaucto calore naturali, penitus adtenuata in spiritum discernuntur; palma autem fricando carnem raram alimentique capacem reddit? Tum pertractatio quæ extrinsecus admovetur, propter spissationem resistens motu suo ipsum continet potius ac carnis efficit repercussionem.

ΤΜΗΜΑ ΛΗ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΧΡΟΑΝ.

SECTIO XXXVIII.

QUÆ AD COLOREM PERTINENT.

1. Διὰ τί τὸν μὲν κηρὸν καὶ τοῦλαιον λευκαίνει ὁ ἥλιος, τὴν δὲ σάρκα μελαίνει; Ἢ ὅτι τὰ μὲν λευκαίνει ἀπάγων τὸ ὕδωρ (φύσει γὰρ τὸ ὑγρὸν μέλαν διὰ τὴν μῖξιν τοῦ γεώδους), τὴν δὲ σάρκα ἐπικαίει;

1. Cur cera quidem et oleum sole albescunt, caro vero nigrescit? An quia illa quidem candefacit sol educta aqua (suapte enim natura humor niger est propter terreni admistionem); carnem vero adurit?

2. Διὰ τί οἱ ἁλιεῖς καὶ πορφυρεῖς καὶ ἁπλῶς οἱ τὴν θάλατταν ἐργαζόμενοι πυρροί εἰσιν; Πότερον ὅτι ἡ θάλαττα θερμὴ καὶ αὐχμώδης ἐστὶ διὰ τὴν ἅλμην, τὸ δὲ τοιοῦτον πυρρὰς ποιεῖ τὰς τρίχας, καθάπερ ἥ τε κονία καὶ τὸ ἀρσενικόν; Ἢ τὰ μὲν ἐκτὸς γίνονται θερμότεροι, τὰ δ' ἐντὸς περιψύχονται διὰ τὸ βρεχομένων αὐτῶν ἀεὶ ξηραίνεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὰ πέριξ; τούτων δὲ τοῦτο πασχόντων αἱ τρίχες ξηραινόμεναι λεπτύνονται καὶ πυρροῦνται. Καὶ πάντες δ' οἱ πρὸς ἄρκτον πυρρότριχες καὶ λεπτότριχές εἰσιν.

2. Quam ob causam piscatores et purpurarii, ac in universum qui rem exercent marinam, rufi sunt? Utrum quod mare calidum ac aridum est propter salsedinem; tales autem res rufos reddunt capillos, ut lixivia et auripigmentum? An parte quidem exteriori calidiores fiunt, interiori vero refrigerantur, quia, madentibus illis, semper a sole exsiccantur partes circumdantes? ita enim ubi adficiuntur istæ, capilli siccescentes adtenuantur ac rufescunt. Præterea omnes plagæ septemtrionalis incolæ rufis et tenuibus sunt capillis.

3. Διὰ τί οἱ μὲν ἐν ἱματίῳ δρόμοι καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου εἰς ἱμάτιον χρῖσις ἄχρους ποιεῖ; Ἢ ὅτι ἡ μὲν εὔπνοια εὔχροιαν ποιεῖ, ἡ δὲ κατάπνιξις τοὐνσντίον; Διὰ δὴ τὸ συνθερμαινόμενον τὸ ἐπιπολῆς ὑγρὸν μὴ διαψύχεσθαι ἄχροιαν ποιεῖ· ἄμφω δὲ ταὐτὸν ποιεῖ, ἡ ἐν τῷ ἱματίῳ ἴδισις καὶ ἡ εἰς τὸ ἱμάτιον ἄλειψις· ἐγκατακλείεται γὰρ ἡ θερμότης. Οἱ δὲ γυμνοὶ δρόμοι ἄχρουν ποιοῦσι διὰ τοὐναντίον, ὅτι καταψύχει ὁ ἀὴρ τὰς συνισταμένας ἐκκρίσεις καὶ διαπνεῖ τὸ σῶμα. Ἔτι τὸ ἔλαιον ὑγρὸν ὂν καὶ λεπτόν, ὑπαλειφθὲν καὶ τοὺς πόρους ἐμφράττον, οὔτε τὸ ἐκ τοῦ σώματος ὑγρὸν καὶ πνεῦμα ἔξω ῥεῖν ἐᾷ, οὔτε τὸ ἐκτὸς πνεῦμα ἐντός· διὸ καταπνιγόμενα ἐν τῷ σώματι ὑγρὰ περιττώματα σηπόμενα ἄχροιαν ποιεῖ.

3. Qua de causa cursus quos induti quidem agimus, et olei quæ sub vestem fit, perunctio decolores reddit? An quia spiritus facilis quidem adcessus bonum conciliat colorem, subfocatio vero contrarium efficit? Quia itaque humor superficiei proximus una incalescens non perflatur, coloris defectum creat: idem enim efficiunt ambæ, sudatio quæ sub veste fit, et olei sub vestem perunctio: calor namque intus includitur. At vero cursus quos nudi peragimus, caloris defectum creant propter contrariam causam, quia aer consistentia refrigerat excrementa ac corpus perflat. Ad hæc oleum, quum humidum et tenue sit perunctumque meatus obstruat, nec humorem spiritumque e corpore provenientes foras fluere, nec externum spiritum intrare sinit: quapropter excrementa humida, dum in corpore subfocantur, putrescendo coloris defectum creant.

4. Διὰ τί ἡ εὔπνοια εὔχρους ποιεῖ; Ἢ ὅτι ἄχροια ἔοικεν εἶναι οἷον σῆψίς τις χρωτός; Ὅταν οὖν τὸ ἐπιπολῆς ὑγρὸν καὶ θερμὸν ᾖ, τοῦτο συμβαίνει χλωρὸν γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ψυχθῇ καὶ ἀποπνεύσῃ τὸ θερμόν.

4. Qua de causa spiritus facilis adcessus bonum conciliat colorem? An quod decoloratio quasi quædam superficiei putredo esse videtur? Ubi igitur superficies humida et calida est, evenit ut pallescat, nisi refrigerata fuerit ac calorem exhalarit.

5. Διὰ τί οἱ μὲν ἱδρώσαντες ἐκ τῶν γυμνασίων εὔχροοί εἰσιν εὐθύς, οἱ δ' ἀθληταὶ ἄχροοι; Ἢ διότι ὑπὸ μὲν τοῦ μετρίου πόνου τὸ θερμὸν ἐκκάεται καὶ ἐπιπολάζει, ὑπὸ δὲ τῶν πολλῶν ἐξηθεῖται μετὰ τοῦ ἱδρῶτος καὶ τοῦ

5. Cur qui sudarunt quidem post exercitia, confestim colorati sunt, athletæ vero decolores? An quia modico quidem labore exuritur calor superficiemque petit, multo vero una cum sudore et spiritu colatur, rarescente inter laborandum

Digitized by Google

πνεύματος, ἀραιουμένου τοῦ σώματος ἐν τῷ πονεῖν; Ὅταν μὲν οὖν ἐπιπολάσῃ τὸ θερμόν, εὔχροοι γίνονται καθάπερ οἵ τε θερμαινόμενοι καὶ αἰσχυνόμενοι· ὅταν δ' ἐκλίπῃ, ἄχροοι. Οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται μέτρια γυμνάζονται, οἱ δ' ἀθληταὶ πολλά.

corpore? Ubi igitur superficiem petiit calor, colorati evadunt, quemadmodum incalescentes pudibundique; ubi vero defecit, decolores. Atqui privati mediocriter se exercent, athletæ vero multum.

6. Διὰ τί μᾶλλον καίονται ὑπὸ τοῦ ἡλίου οἱ καθεζόμενοι τῶν γυμναζομένων; Ἢ ὅτι οἱ ἐν κινήσει ὄντες ὥσπερ ῥιπίζονται ὑπὸ τοῦ πνεύματος διὰ τὸ κινεῖν τὸν ἀέρα, οἱ δὲ καθήμενοι οὐ πάσχουσι τοῦτο;

6. Quam ob causam magis sole uruntur sedentes quam qui sese exercent? An quia qui in motu sunt, spiritu quasi flabello ventilantur, quoniam aerem movent; sedentibus vero idem non evenit?

7. Διὰ τί ὁ μὲν ἥλιος ἐπικάει, τὸ δὲ πῦρ οὔ; Ἢ διότι λεπτότερός ἐστιν ὁ ἥλιος καὶ μᾶλλον δύναται διαδύεσθαι εἰς τὴν σάρκα· τὸ δὲ πῦρ, ἐὰν καὶ ἐπικαύσῃ, ἄνω μόνον ποιεῖ τὸ χρῶμα, τὰς φοῖδας καλουμένας, εἴσω δ' οὐκ εἰσδύεται;

7. Cur sol quidem adurit, ignis vero non? An quia sol tenuior est carnemque amplius subire potest; ignis vero, etiamsi adurat, superne tantummodo colorem efficit, id quod phœdas vocant, introrsum vero non subit?

8. Διὰ τί τὸ πῦρ οὐ ποιεῖ μέλανας, ὁ δ' ἥλιος ποιεῖ· τὸν δὲ κέραμον ποιεῖ, ὁ δ' ἥλιος οὔ; Ἢ οὐχ ὁμοίως ἑκάτερον ποιεῖ, ἀλλ' ὁ μὲν ἐπικάων τὴν χρόαν μελαίνει, τὸ δὲ πῦρ τὸν κέραμον ἀναπιμπλᾷ ἢ ἀναφέρει ἀσβόλῳ, τοῦτο δ' ἐστὶ λεπτὴ σμαρίλη, ἀποθραυομένων ἅμα καὶ καομένων τῶν ἀνθράκων· τοὺς δ' ἀνθρώπους ὁ μὲν ἥλιος μελαίνει, τὸ δὲ πῦρ οὔ, ὅτι τοῦ μὲν μαλθακὴ ἡ θερμότης καὶ διὰ μικρομέρειαν δύναται τὸ δέρμα αὐτὸ κάειν, ὥστε διὰ τὸ τῆς σαρκὸς μὴ ἅπτεσθαι οὐκ ἀλγεινόν, διὰ δὲ τὸ κάειν μέλαν ποιεῖ· τὸ δὲ πῦρ ἢ οὐχ ἅπτεται, ἢ εἴσω διέρχεται, ἐπεὶ μέλανα καὶ τὰ πυρίκαυτα γίνεται, ἀλλ' οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν τόπον κάει οὗ ἡ χροιά;

8. Cur ignis quidem nigros non reddit, sol vero reddit, etiamsi fictile nigro tingat colore, sol vero non? An non eadem ratione uterque agit, sed alter quidem adurendo colorem nigrat, ignis vero fictile implet fuligine quam evehit; hæc autem tenuis favilla est, comminutis simul et ustis carbonibus; homines contra sol quidem nigros reddit, ignis vero non, quia illius quidem calor lenis est ac propter subtilitatem cutem ipsam urere potest, ita ut, quum carnem non tangat, dolorem non infligat, urendo vero nigrorem invehat; ignis contra vel non tangit, vel intro penetrat, quippe quum igni ambusta etiam nigrescunt; verum non tantum illum locum urit a quo color pendet?

9. Διὰ τί οἱ γηράσκοντες μελάντεροι γίνονται; Ἢ ὅτι πᾶν σηπόμενον μελάντερον γίνεται πλὴν εὐρῶτος, τοῦτο δ' ἐστὶ γῆρας καὶ σαπρότης; Ἔτι ἐπειδὴ τὸ αἷμα ξηραινόμενον μελάντερον γίνεται, εἰκότως ἂν μελάντεροι εἶεν οἱ πρεσβύτεροι· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ χρῶζον ἡμῶν τὰ σώματα φυσικῶς.

9. Cur senescentes nigrescunt? An quia omne putrescens nigrior evadit, excepto situ, senectus autem id ipsum putrorque est? Ad hæc quum sanguis siccescens nigrior evadit, merito nigriores erunt seniores: sanguis etenim id est quod naturaliter nostra corpora inficit.

10. Διὰ τί περὶ τὴν πρὸς τῶν σίτων ἐργασίαν οἱ μὲν περὶ τὰς κριθὰς ἄχροοι γίνονται καὶ καταρροϊκοί, οἱ δὲ περὶ τοὺς πυροὺς εὐεκτικοί; Ἢ διότι εὐπεπτότερος ὁ πυρὸς τῆς κριθῆς, ὥστε καὶ αἱ ἀπόρροιαι;

10. Cur eorum qui rem frumentariam tractant, qui hordeum quidem, decolores redduntur ac in destillationes proclives, qui vero triticum bene habiti? An quia concoctu facilius est triticum quam hordeum, atque hinc etiam effluvia?

11. Διὰ τί ὁ μὲν ἥλιος τὸ μὲν ἔλαιον λευκαίνει, τὴν δὲ σάρκα μελαίνει; Ἢ ὅτι τοῦ μὲν ἐλαίου ἀπάγει τὸ γεῶδες, τοῦτο δ' ἦν τὸ μέλαν, ὥσπερ τὸ γεῶδες τοῦ οἴνου, τὴν δὲ σάρκα μελαίνει ὅτι κάει; τὸ γὰρ γεῶδες καόμενον ἅπαν γίνεται μέλαν.

11. Cur oleum quidem candefacit sol, carnem vero nigrat? An quia ex oleo quidem partem terrenam educit, hæc autem nigror erat, quemadmodum vini pars terrena, carnem vero nigram reddit, quoniam urit? omne enim terrenum, ubi uritur, nigrescit.

Digitized by Google

ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ ΑΝΕΚΔΟΤΑ

PROBLEMATA INEDITA.

www.libtool.com.cn

ΤΜΗΜΑ Α.

SECTIO I.

σ'. Διὰ τί τῶν [ἐν] τῷ γάλακτι τρεφομένων ἀλεκτρυόνων οἱ ὄρχεις εὐμεγέθεις καὶ εὔπεπτοι γίνονται; Ὅτι τὸ αἷμα ἔχει ἐν αὐτῷ ὀρρόν, ὅνπερ ἕλκει ὁ νεφρὸς κατ' ἔλλειψιν τοῦ οὔρου, ἔχει δὲ καὶ θορόν, ὅνπερ οἱ ὄρχεις ἕλκοντες τρέφονται, ὃς παχύτερός ἐστιν οὔρου, λεπτότερος δ' αἵματος, ὃ καὶ σχῆμά ἐστιν αὐτοῦ, ἀλλ' ἕως μὲν ἡ φύσις πολλῆς δεῖται τροφῆς, ὡς ἐπὶ παιδίων, καὶ τὸν θορὸν εἰς τὸ πᾶν ἀναλίσκει σῶμα· ὅταν δ' οὐ χρείαν ἔχῃ πολλῆς, τοῦτον περὶ τὸ ἠβάσκειν περὶ τοὺς ὄρχεις συνάγει τῶν τε θηλειῶν καὶ τῶν ἀρρένων, ὡς ἔστιν ἰδεῖν τότε τοὺς ὄρχεις εὐρυνομένους καὶ τρίχας φυομένας περὶ τὴν ἥβην. Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν τοῦ θήλεος ἡ φύσις χρείαν ἔχουσα πολλοῦ αἵματος πρός τε τροφὴν τῷ βρέφει καὶ πρὸς γάλακτος γένεσιν, τοῦτον τὸν θορὸν ἀπὸ τῶν ὄρχεων λαμβάνουσα ἀναμίγνυσι τῷ αἵματι καὶ οὕτως ἀπεργάζεται τὸ γάλα. Οἱ οὖν ὄρχεις τῶν ἀλεκτρυόνων πλέον ἕλκουσιν ἐκ τοῦ γάλακτος τοῦ βρωθέντος ὑπὸ τοῦ ἀλεκτρυόνος διὰ τὴν ὁμοιότητα καὶ ὅτι τὸ οἰκεῖον ἑαυτῶν, τὸν θορὸν λέγω, πάλιν εὑρίσκουσιν ἐν τῷ γάλακτι, καὶ οὕτω γίνονται εὐτραφεῖς οἱ ὄρχεις καὶ εὔπεπτοι καὶ τρόφιμοι.

1. Cur testes gallorum gallinaceorum quos lacte saginant, amplissimi et coctu faciles efficiuntur? Quoniam sanguis non modo serum in se continet, quod ren trahit deficiente urina, sed etiam genituram, qua adtracta nutriuntur testes, eaque crassior est urina tenuiorque sanguine: id quod ejus speciem constituit; sed quamdiu natura multo indiget alimento, ut apud infantes, genituram quoque in universum impendit corpus; ubi autem multo opus non habet, hanc pubertatis tempore circa testes colligit cum feminarum, tum marium, quemadmodum tunc videre licet testes amplificari pilosque circa pubem pullulare. Ubi vero post conceptionem feminæ natura multo sanguine indiget ut fœtum nutriat et lac molliatur, hanc genituram a testibus revocatam sanguini remiscet atque ita lac efficit. Testes itaque gallorum plus adtrahunt e lacte quam e gallorum cibo, cum propter similitudinem, tum quia rursus rem sibi familiarem, genituram nimirum, in lacto reperiunt, atque hoc modo turgidi, concoctu faciles et alibiles redduntur.

β'. Διὰ τί, εἰ τὸ δριμὺ γεννᾶται ἀπὸ πολλῆς θερμότητος, τὸ δὲ δριμείας ποιότητος μετέχον μᾶλι ἐπαινοῦσιν, εἰ γε καὶ μετρίως αὐτὸ βούλονται εἶναι θερμόν; Φημὶ ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐστι δριμύ, ἀλλ' εὔκρατον, ἡ δὲ γλῶττα τῇ οἰκείᾳ θερμότητι θερμαίνουσα αὐτὸ πλέον ἐπὶ τὸ δριμὺ μετάγει· πᾶν γὰρ γλυκὺ θερμαινόμενον πρῶτον μὲν δριμὺ γίνεται, ὕστερον δ' ὑπερθερμαινόμενον ἄγαν πικρὸν ἀποτελεῖται. Τὸ δὲ σάκχαρ παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς οὕτω λεγόμενον μέλιτός ἐστι πῆξις, τοῦ ἡλίου τὴν ἐν τῷ ἀέρι δρόσον πηγνύοντος ἐπὶ τὸ γλυκύ, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ὄρει τῷ Λιβάνῳ καλουμένῳ γίνεται τοιοῦτον· ἔστι δ' ὅμοιον χόνδρῳ ἅλατος, λευκόν, εὔθρυπτον, γλυκύ. Ἔστι δὲ ῥυπτικῆς καὶ αὐτὸ δυνάμεως [ὡσαύτως] τῷ μέλιτι τῷ μετέχειν ἰχωροειδοῦς τινος ῥύψεως, ὅθεν καὶ ἐψόμενον καὶ τοῦτο μεταβάλλον οὐκέτι μὲν σμήχει ὡς τὸ ἀνεφθον, τρέφει δὲ μᾶλλον ἐσθιόμενον, ἢ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενον. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα διαφορὰ μέλιτος χαλβανώριον λεγόμενον, τῶν μελισσῶν βοσκομένων ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄρει τὰ ἄνθη, ἐν ᾧ καὶ χαλβάνη γίνεται, καὶ τοῦ μέλιτος λαμβάνοντος τῆς ποιότητος, ὅπερ δύναται πρὸς ἀμβλυωπίαν ἐγχριόμενον ποιεῖν, θερμῆς μᾶλλον δυνάμεως ὄν. Ὁμοίως καὶ τὸ θύμον ὂζον ποιεῖ πρὸς ψυχρὰν γαστέρα, καὶ τὸ Ποντικὸν [ἀφίνθιον] πικρὸν ὄν, καὶ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς ποιότητος ἡ δύναμις αὐτοῦ. Τὸ δ' Αἰγύπτιόν ἐστιν ὑγρὸν καὶ ὑδατῶδες τῷ πολλῆς μετέχειν ὑγρότητος τὰ ἄνθη ἐπὶ πολὺ ποτιζόμενα τῷ ποταμῷ. Τὸ δὲ πάντων ἄριστον τὸ νησιωτικὸν καὶ τῶν παραθαλαττίων ὀρῶν καὶ τόπων, ὡς ἀπείρητον καὶ ξηρότερον, καὶ τὸ Ὑμήττιον ἐν τῷ Ὑμηττίῳ ὄρει τῆς Ἀττικῆς μάλιστα ἔχοντι ἄνθη βοτανῶν καὶ δένδρων εὐώδη καὶ καθαρὰ καὶ εὔχροα καὶ λεπτομερῆ.

2. Quamobrem, si acrimonia a caloris copia producitur, mel commendant acris qualitatis particeps, etiamsi illud modice quoque calidum esse velint? Censeo id non per sese esse acre, sed temperatum, verum lingua proprio suo calore illud amplius calefaciens ad acrimoniam deflectit: omne enim dulce, ubi calefit, primum quidem acre redditur, post vero nimium incalescens admodum amarum efficitur. Quod autem saccharum appellant Indi, mellis coagulum est, sole rorem qui acri inest, ad dulcedinem cogente, quemadmodum et in monte Libano dicto simile quid generatur; est autem salis glebulæ simile, candidum, fragile, dulce. Vim id quoque detergendi habet ad modum mellis, quoniam serosæ cujusdam detersionis particeps est: unde et coctum, hoc mutato, non amplius detergit uti incoctum, sed nutrit potius, sive comeditur, sive foris adplicatur. Exstat et alia species mellis galbanorium dicta, apibus nempe flores depascentibus in monte illo, in quo et galbanum oritur, melleque hanc qualitatem adtrahente, idque adversus oculorum hebetudinem illitum facere potest, utpote viribus calidioribus præditum. Quin etiam quod thymum redolet, adversus ventris frigus facit, uti et Ponticum, quod amarum est, atque pro qualitatis discrimine ejus vires differunt. Ægyptium vero humidum est et aquosum, quoniam flores multi humoris participes sunt, quippe qui large fiumine rigantur. Omnium vero optimum est insulare quodque e montibus et locis maritimis provenit, utpote excrementorum expers et siccius, itemque Hymettium, in Hymettio Atticæ monte genitum, inprimis plantarum arborumque flores suaveolentes, puros, bene coloratos et subtiles continente.

γ'. Διὰ τί τὸ γάλα ψυχρόν ἐστι καὶ τοιοῦτον ὂν εὐάλλοίωτον καὶ τρόφιμον ὑπάρχει; Ὅτι καθ' ὃ ἐξ αἵματος μετεβλήθη, κατὰ τοῦτο ῥᾷον μετέρχεται εἰς αἷμα καὶ σχεδὸν

3. Cur lac frigidum est, atque etiamsi ejusmodi sit, facile subigitur probeque nutrit? Quoniam, quatenus e sanguine immutato provenit, eatenus facilius in sanguinem transit et

Digitized by Google

θεμένης οὐδ' ἐξαδυνατοῦμεν αὐτῇ, βέλτιον δὲ διατιθέμεθα. Τάχα δ' ἴσως καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἰσοδρότερον πονοῦντες χεῖρον ἔχομεν, τὸ μέσον δὲ βέλτιστα διατίθησι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὴν ὄψιν· πρὸς μὲν γὰρ στερεὰ ἀτενίζοντες πονοῦμεν αὐτήν, πρὸς δὲ τὰ ὑγρὰ μηδενὸς ἀντιφράττοντος οὐ διαπονοῦμεν· τὰ δὲ χλωρὰ στερεά τε μετρίως, καὶ ὑγρὸν ἐν αὐτοῖς ἱκανόν· διὸ βλάπτει τ' οὐθέν, καὶ διαναγκάζει τὴν ὄψιν πρὸς τούτοις εἶναι διὰ τὸ τὴν τοῦ χρώματος κρᾶσιν σύμμετρον ἔχειν πρὸς τὴν ὄψιν.

diocri modo visus adficiatur, eo nihil debilitamur, imo vero melius disponimur. Et forsan, quemadmodum circa corpora nostra, ubi vehementius laboramus, deterius habemus, dum mediocris labor optimam adfert dispositionem, ita etiam oculis: ubi enim in res solidas visum intendimus, eo laboramus; ubi vero in humidas, nihilo intersepiente, non laboramus; virides autem res solidæ mediocriter sunt, itemque satis humoris intra sese continent: quapropter cum nullo detrimento adficiunt, tum visum sibi immorari cogunt, eo quod inter coloris hujusmodi temperamentum et visum mediocris intercedit proportio.

20. Διὰ τί τὰ μὲν ἄλλα ἀμφοτέροις τοῖς ὀφθαλμοῖς μᾶλλον ὁρῶμεν, τὸ δ' εὐθὺ τὸ ἐπὶ τῶν στίχων τῷ ἑνὶ προσάγοντες πρὸς τὰ γράμματα μᾶλλον καθορῶμεν; Ἢ ἀμφότεραι μὲν αἱ ὄψεις συμπίπτουσαι, καθάπερ λέγουσιν οἱ περὶ τὰ ὀπτικά, ταραχὴν παρέχουσιν, ἐπειδὰν δὲ τῇ μιᾷ θεωρῶμεν, πρὸς εὐθεῖαν τὴν ὄψιν, ὥσπερ πρὸς κανόνα, μᾶλλον φαίνεται τὸ εὐθύ;

20. Cur cetera quidem melius ambobus oculis cernimus, versuum vero rectitudinem uno literis admoventes perspicimus melius? An quia intuitus ambo ubi concidunt, ut auctores de rebus ad visionem pertinentibus loquuntur, perturbationem adferunt; ubi vero uno inspicimus, ad rectum intuitum, tamquam ad regulam, melius adparet quod rectum est?

21. Διὰ τί ὁ καπνὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς μᾶλλον δάκνει; Ἢ ὅτι μόνοι ἀσθενέστατοι; ἀεὶ γὰρ τὰ ἔσω τοῦ σώματος ἀσθενέστατα. Σημεῖον δ' ὅτι καὶ τὸ ὄξος καὶ ἕκαστον τῶν ὁριμέων τὴν μὲν ἔξω σάρκα οὐ δάκνει, τὴν δ' ἐντός, ὅτι ἀραιοτάτη τοῦ σώματος καὶ μάλιστ' ἔχει πόρους· αἱ γὰρ ὄψεις διά τινων πόρων ἐκπίπτουσιν, ὥστε τὸ ἔσω δηκτικώτατον ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἀποπίπτει· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κρόμμυον, καὶ ὅσα ἄλλα δάκνει τοὺς ὀφθαλμούς· τὸ δ' ἔλαιον μάλιστα τῶν ὑγρῶν, ὅτι λεπτομερέστατον, τοιοῦτον δ' ὂν εἰσδύνει διὰ τῶν πόρων· τὸ δ' ὄξος ἐν φαρμάκῳ τῇ ἄλλῃ σαρκί.

21. Cur fumus oculos inprimis infestat? An quia soli infirmissimi sunt? infirmissimæ namque semper sunt corporis partes interiores. Indicium autem est, quod acetum et quodque acre carnem exteriorem quidem non mordent, sed interiorem, quia rarissima pars corporis est, maximeque referta meatibus: intuitus enim per quosdam meatus excidunt, ita ut quod intus maxime mordet, de carne decidat; eodem modo cepe quoque et quæcumque alia oculos mordent: oleum vero omnium maxime humorum id facit, quia tenuissimum est; hujusmodi autem quum sit, per meatus se insinuat; acetum tandem reliquæ carni pro medicamento est.

22. Διὰ τί ὁ ὀφθαλμὸς μόνον τοῦ σώματος, ἀσθενέστατος ὤν, οὐ ῥιγοῖ; Ἢ ὅτι πίων ἐστὶν ὁ ὀφθαλμός, σαρκὸς δ' οὐθέν, τὰ δὲ τοιαῦτα ἀῤῥιγά ἐστιν; οὐ γὰρ δὴ ὅτι γε πῦρ ἐστιν ἡ ὄψις, διὰ τοῦτο οὐ ῥιγοῖ· οὐ γὰρ τοιοῦτόν γ' ἐστὶ τὸ πῦρ ὥστε θερμαίνειν.

22. Cur oculus solus totius corporis non riget, etiamsi infirmissimus sit? An quia pinguis est, nec carnis quidquam in se continet, quæ autem talia sunt, frigus non sentiunt: haud enim revera quia oculus ignis est, ideo non riget: nam talis certe ignis non est ut calfacere valeat.

23. Διὰ τί δάκρυα, ἐὰν μὲν κλαίοντες ἀφιῶμεν, θερμά ἐστιν, ἐὰν δὲ πονοῦντες τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύωμεν, ψυχρά; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ἄπεπτον ψυχρόν, τὸ δὲ πεπεμμένον θερμόν; ἡ δὲ μαλακία ὅλως πᾶσά ἐστιν ἐξ ἀπεψίας, καὶ τῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς πονούντων ἄπεπτόν ἐστι τὸ δάκρυον· διὸ ψυχρόν. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἰατροὶ οἴονται σημεῖον εἶναι μεγάλης νόσου τοὺς ψυχροὺς ἱδρῶτας, τοὺς δὲ θερμοὺς τοὐναντίον ἀπαλλακτικούς· ὅταν μὲν γὰρ ᾖ τὸ περίττωμα πολύ, οὐ δύναται τὸ ἐντὸς θερμὸν πέττειν, ὥστ' ἀνάγκη ψυχρὸν εἶναι· ὅταν δ' ὀλίγον, κρατεῖ· γίνονται δ' ἐκ τῶν περιττωμάτων αἱ ἀῤῥωστίαι.

23. Cur lacrymæ, quas flentes quidem emittimus, calidæ sunt, quas vero oculis laborantes, frigidæ? An quia crudum quidem frigidum est, quod vero concoctum, calidum? languor enim omnis omnino ex cruditate proficiscitur, et lacryma eorum qui valetudine oculorum laborant, cruda, ac propterea frigida est. Hinc et medici sudores frigidos signum gravis esse morbi existimant, calidos contra salutares: ubi enim residua adsunt multa, a calore interiori concoqui non possunt, ita ut frigida necessario sint; ubi vero pauca, vincit calor; morbi autem e residuis gignuntur.

24. Διὰ τί ποτε εὐκινήτων ὄντων τῶν δεξιῶν μερῶν ὁ ὀφθαλμὸς ὁ ἀριστερὸς μᾶλλον τοῦ δεξιοῦ συνάγεται; Ἢ ὅτι τὰ ἀριστερὰ πάντα ὑγρότερα τῶν δεξιῶν ἐστι, τὰ δ' ὑγρότερα μᾶλλον συνάγεσθαι πέφυκεν; Εἶτα εἰς τὸ

24. Quare tandem, quum partes dextræ facile moventur, oculus sinister magis quam dexter contrahitur? An propterea quod omnia sinistra dextris humidiora sunt, humidiora autem suapte natura contrahi plenius possunt? Præ-

Digitized by Google

δεξιὸν μᾶλλον ἀποτελεῖν δύναται, τοῦ ἀριστεροῦ δυναμένου καὶ καθ' αὑτό.

terea in dextrum magis agi potest, dum sinister vel ex se moveri potest.

25. Διὰ τί ἀμφότεροι κατ' ἀσθένειάν τινα τῶν ὀφθαλμῶν διακείμενοι, ὅ τε μύωψ καὶ ὁ πρεσβύτης, ὁ μὲν ἐγγὺς προσάγει, ἄν τι βούληται ἰδεῖν, ὁ δὲ πόρρω ἀπάγει; Ἢ ὅτι οὐχ ὁμοία ἡ ἀσθένεια παρέπεται αὐτοῖς; ὁ μὲν γὰρ πρεσβύτης αὐτὸ ἰδεῖν ἀδύνατός ἐστιν· οὗ δὴ συμπίπτει ἡ ὄψις αὐτῷ, ἀπάγει τὸ θεώμενον, ὅτε καὶ μάλιστα μέλλων ὄψεσθαι· πόρρω δὲ συμπίπτει· ὁ δ' αὐτὸ μὲν ὁρᾷ, ποῖα δὲ κοῖλα καὶ ποῖα ἐξέχοντα τοῦ ὁρωμένου, οὐκέτι δύναται κρίνειν, ἀλλὰ περὶ ταῦτα ἀπατᾶται. Τὰ δὲ κοῖλα καὶ τὰ ἐξέχοντα μάλιστα τῇ αὐγῇ κρίνεται. Πόρρωθεν μὲν οὖν οὐ δύναται τῇ αὐγῇ καταμαθεῖν πῶς ἐπιβάλλει ἐπὶ τὸ ὁρατόν· ἐγγύθεν δὲ μᾶλλον καταφανής ἐστιν.

25. Quam ob causam et lusciosus et senex qui ambo adfectum suum imbecillitati cuidam oculorum debent, alter quidem prope admovet, si quid inspicere velit, alter vero procul abducit? An quia dissimilis imbecillitas eos infestat? senex enim rem ipsam videre non potest: quo loco enim ejus intuitus concidunt, eo rem videndam abducit, quippe sic etiam visurus maxime; procul autem concidunt; ille vero ipsam quidem rem videt, sed quænam habeat res conspecta cava, quasve prominentias, discernere non amplius valet, sed in his fallitur. Atqui cava et prominentiæ splendore discernuntur maxime. Procul igitur splendore percipere nequit, quomodo incidat in rem videndam; prope autem magis manifestus est.

26. Διὰ τί τῶν ζώων ἄνθρωπος ἢ μόνον, ἢ μάλιστα διαστρέφεται; Ἢ ὅτι ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἐπίληπτον ἐν τῇ νεότητι γίνεται, ὅτε καὶ διαστρέφεσθαι συμβαίνει πᾶσιν;

26. Cur homo aut solus, aut maxime animantium [oculis] distorquetur? An quia vel solus, vel maxime comitiali morbo in juventute laborat, quando et distortio omnibus adcidit?

27. Διὰ τί οἱ ἄνθρωποι μόνοι τῶν ἄλλων ζώων τὰ ὄμματα διαστρέφονται; Πότερον διὰ τὸ ἐλάχιστον διάστημα εἶναι τῶν ὀμμάτων, καὶ ἐπ' αὐθείας, ὥστ' εὔδηλον σφόδρα γίνεται τὸ μὴ κατωρθωμένον; Ἢ δίοτι τῶν ἄλλων μονόχροα τὰ ὄμματά ἐστι μᾶλλον; εἰ δ' ἦν ἓν χρῶμά τι τοῦ ὄμματος, οὐκ ἦν διαστροφή. Ἢ διότι μόνοι ἐν τῷ γένει ἐπίληπτοι γίνονται τῶν ζώων, ἡ δ' ἐπίληψις διαστροφὴν ποιεῖ, ὅταν γένηται, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων μορίων; Ἀλλ' ἐνίοις ὀψὲ παντελῶς γίνεται ἡ διαστροφή, ὅσοις τὸ ἀρρώστημα.

27. Cur uni inter reliquas animantes homini oculi distorquentur? Utrum quod oculos minimo interstitio discretos atque in linea recta positos homo habet, ita ut mendum quodque perquam evidens fiat? An quia ceterorum animantium oculi magis unicolores sunt? quodsi enim unicus quidam oculorum color esset, distortio non fieret. An quia soli ex omnium animantium genere morbo comitiali adfliguntur, comitialis autem morbus ubi incidit, distortionem facit, quemadmodum et in ceteris membris? Nonnullis tamen perquam sero fit distortio, quibus nempe et morbus.

28. Διὰ τί πρὸς τὸν λύχνον καὶ πρὸς τὸν ἥλιον προστησάμενοι τὴν χεῖρα πρὸ τοῦ φωτὸς μᾶλλον ὁρῶμεν; Ἢ ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ λύχνου φῶς προσπῖπτον μὲν ἡμῶν πρὸς τὴν ὄψιν ἀσθενεστέραν ποιεῖ δι' ὑπερβολήν; φθείρει γὰρ αὐτὰ καὶ τὰ συγγενῆ τῇ ὑπερβολῇ· εἰρχθέντα δ' ὑπὸ τῆς χειρὸς τὴν μὲν ὄψιν οὐ πημαίνει, τὸ δ' ὁρώμενον ὁμοίως ἐστὶν ἐν φωτί· διὸ ἡ μὲν μᾶλλον ὁρᾷ, τὸ δ' ὁρώμενον οὐδὲν ἧττον ὁρᾶται.

28. Quam ob causam manu præ lucerna, aut sole ante lumen objecta melius cernimus? An quia solis lucernæve lux nostris incidens oculis visionem reddit ob nimietatem infirmiorem? pervertunt enim vel res cognatæ ipsæ præ exsuperantia; at vero manu ita cohibitæ et visionem non lædunt, et res videnda æque in luce posita est: unde visio quidem plenius agit, res vero videnda nihilo minus cernitur.

29. Διὰ τί χεὶρ μὲν καὶ ποὺς διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ δεξιὰ τὰ ἀριστερά, ὄμμα δὲ καὶ ἀκοὴ οὔ; Ἢ ὅτι τὰ στοιχεῖα τὰ εἰλικρινῆ ἀδιάφορα, ἐν δὲ τοῖς ἐκ τῶν στοιχείων ἡ διαφορά, αὗται δ' αἱ αἰσθήσεις εἰσὶν ἐξ εἰλικρινῶν, ἡ μὲν ὄψις πυρός, ἡ δ' ἀκοὴ ἀέρος.

29. Cur manus quidem et pes dexter differentiam exhibent, si cum sinistris conferantur, oculus vero et auditus non? An quia sincera elementa discrimine carent; differentia vero iis inest quæ ex elementis conflantur, sunt autem sensus isti e sinceris elementis compositi, visus quidem ex igne, auditus vero ex aere?

ΤΜΗΜΑ ΛΒ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΩΤΑ.

SECTIO XXXII.

QUÆ AD AURES PERTINENT.

1. Διὰ τί τὰ ὦτα ὄντα ἀναιμότατα τοῦ προσώπου, ὅταν αἰσχύνωνται, ἐρυθριᾷ μάλιστα; Πότερον ὅτι εἰς τὸ κενὸν μᾶλιστα πορεύεσθαι πέφυκε τὸ ἀλλότριον

1. Cur aures, quæ omnium maxime partium faciei exsangues sunt, erubescunt maxime apud pudibundos? Utrum quod alienus humor inane suapte natura maxime

Digitized by Google

ὑγρόν, ὥσθ' ὅταν διαλυθῇ ὑπὸ τῆς θερμότητος, ἢ γίνεται αἰσχυνομένοις, συνέρχεται εἰς ταῦτα; Ἢ διότι ἐπὶ τοῖς κροτάφοις ἐπίκεινται, εἰς οὓς τὸ ὑγρὸν ἀθροίζεται μάλιστα; αἰσχυνομένων δ' εἰς τὸ πρόσωπον ἔρχεται ἡ ὑγρότης· διὸ καὶ ἐρυθριῶσιν. Τοῦ δὲ προσώπου ἥκιστα βάθος ἔχει τὰ ὦτα, καὶ φύσει θερμότατα καὶ εὔχροα, ἐὰν μὴ ἀπηρτημένα πόρρωθεν ᾖ τῷ ψύχει· διὸ καὶ εὐχρούστατον τῶν ἐν τῷ προσώπῳ μορίων· ὥσθ' ὅταν σκεδασθῇ ἡ θερμότης, μάλιστα ἐπιπολῆς οὖσα ἐν τούτοις ποιεῖ ἐρυθριᾶν.

ādire solet, ita ut quum calore per pudorem orto resolutus fuerit, statim se in aures colligat? An quia temporibus impositæ sunt, in quibus maxime humor adcumulatur? apud pudibundos enim humor faciem petit: quapropter et erubescunt. Aures vero omnium faciei partium minimam habent profunditatem, naturaque calidissimæ sunt et coloratæ (fuissent), nisi longe frigoris ergo distarent: ideo et hæc particula omnium faciei particularum coloris est optimi, ita ut quum dispersus fuerit calor, quum maxime superficiem tenet in iis, ruborem excitat.

2. Διὰ τί τὰ ὦτα ἐν τῇ θαλάττῃ ῥήγνυται τοῖς κολυμβῶσιν; Πότερον διὰ τὸ κατέχειν τὸ πνεῦμα πληρούμενον βιάζεται; Ἢ εἰ τοῦτ' αἴτιον, ἔδει καὶ ἐν τῷ ἀέρι; Ἢ ὅτι μὴ ὑπεῖκον διακόπτεται θᾶττον, καὶ ἀπὸ σκληροτέρου ἢ μαλακοῦ; Τὸ οὖν πεφυσημένον ἧττον ὑπείκει· τὰ δ' ὦτα, ὥσπερ εἴρηται, ὑπὸ τοῦ κατέχεσθαι τὸ πνεῦμα ἐμφυσᾶται, ὥστε τὸ ὕδωρ, σκληρότερον ὂν τοῦ ἀέρος, προσπῖπτον διακόπτει.

2. Cur urinantibus aures, dum intra mare sunt, rumpuntur? Utrum retento spiritu repletæ auri vis infertur? An si hoc causa fuisset, idem vel in aere fieri deberet? An quia quod non cedit, disrumpitur ocius, idque a re duriori quam a molli facilius? Quod itaque inflatum est, minus cedit; aures vero, ut dictum jam est, spiritu retento inflantur, ita ut aqua, quæ aere durior est, incidens dilaceret.

3. Διὰ τί οἱ κολυμβηταὶ σπόγγους περὶ τὰ ὦτα καταδοῦνται; Ἢ ἵνα ἡ θάλαττα βίᾳ ἰοῦσα μὴ ῥηγνύῃ τὰ ὦτα; οὕτω μὲν γὰρ οὐ γίνεται, ὥσπερ ἀφῃρημένων, πλήρη.

3. Cur urinantes spongias adligant auribus? An ne mare per vim obcurrens aures rumpat? haud enim ita implentur, ut exemptis spongiis.

4. Διὰ τί ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος πικρός ἐστιν; Ἢ διότι ἰδρώς ἐστι σαπρός; Ἔστιν οὖν ἁλμυρὸν σαπρόν· τὸ δὲ σαπρὸν ἁλμυρὸν πικρόν.

4. Cur sordes aurium amaræ? An quia putridus sudor sunt? Sunt igitur salsedo putrida; salsedo autem putrida amara est.

5. Διὰ τί οἱ σπογγεῖς διατέμνονται τὰ ὦτα καὶ τοὺς μυκτῆρας; Ἢ ὅπως εὐπνούστεροι ὦσιν; ταύτῃ γὰρ ἐξιέναι δοκεῖ τὸ πνεῦμα. Ἀνατέμνουσι δὲ καὶ τὸν τόπον καὶ πρὸς εὔπνοιαν· πονεῖν γὰρ δή φασι μᾶλλον αὐτοὺς ἐν τῇ δυσπνοίᾳ, τῷ μὴ δύνασθαι προΐεσθαι θύραζε· ὅταν δ' ὥσπερ ἐξεράσωσι, κουφίζονται. Ἄτοπον οὖν εἰ μὴ δύνανται τυγχάνειν ἀναπνοῆς καταψύξεως χάριν, ἀλλ' ἔοικε τοῦτο ἀναγκαιότερον εἶναι. Ἢ εὐλόγως ὁ πόνος πλείων κατέχουσιν, ὀγκουμένων καὶ διατεινομένων; φαίνεται δὲ καὶ αὐτόματός τις εἶναι φορὰ τοῦ πνεύματος ἔξω· εἰ δὲ καὶ εἴσω, σκεπτέον. Ἔοικε δὲ ὁμοίως γὰρ ἀναπνοὴν ποιοῦσι τοῖς κολυμβηταῖς λέβητα καταφέντες· οὐ πίμπλαται γὰρ οὗτος τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τηρεῖ τὸν ἀέρα· μετὰ βίας γὰρ ἡ κάθεσις· ὀρθὸν γὰρ ὁτιοῦν παρεγκλιθὲν εἰσρεῖ.

5 Cur spongiarii suas dissecant aures et nares? An ut spiritui magis pervii sint? hac enim exire videtur spiritus. Dissecant autem hunc locum et ut facilior fiat respiratio, laborare quippe per difficultatem spirandi eo se dicunt magis quod foras emittere halitum non possunt; levantur vero hoc quasi evomito. Mirum igitur si inspirationem quæ refrigerationis gratia fit, adsequi nequeant; sed hoc magis necessarium esse videtur. An merito plus in retinendo laboris est, quum extumescant distendanturque? videtur enim spiritus aliquatenus et sponte foras ferri; an vero et introrsum, considerandum est. Videtur tamen: eodem enim modo lebete demisso respirationem urinatoribus conciliant: haud enim aqua lebes impletur, sed aera servat: per vim enim demittitur: unaquæque enim res ad perpendiculum posita simulac inclinatur, influit aqua.

6. Διὰ τί ἔνιοι τὰ ὦτα σκαλεύοντες βήττουσιν; Ἢ ὅτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πόρου τῷ πνεύμονι καὶ τῇ ἀρτηρίᾳ ἡ ἀκοή; Σημεῖον δέ, ὅτι ἀναπηροῦνται καὶ γίνονται ἀνεοί. Θερμαινομένου οὖν τῇ τρίψει συντήκεται ἐπὶ τὴν ἀρτηρίαν ἀπὸ τοῦ πόρου κάτωθεν ὑγρόν· ὃ ποιεῖ τὴν βῆχα.

6. Cur nonnulli, ubi scalpunt aures, tussiunt? An quia auditus eidem foramini cum pulmone et aspera arteria impositus est? Indicium autem est, quod mutilantur et obmutescunt. Dum itaque meatus perfricando incalescit, humoris aliquid ex eo deorsum in arteriam colliquatur: id quod tussim movet.

7. Διὰ τί τὸ ἀριστερὸν οὖς θᾶττον συμφύεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ὅταν τρυπηθῇ; διὸ καὶ αἱ γυναῖκες τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι τῶν ὤτων. Ἢ ὅτι τὰ ἀριστερὰ ὑγρὰ καὶ θερμὰ μᾶλλον, συμφύεται δὲ τὰ

7. Cur sinistra auris ocius magna ex parte, ubi perforata est, coalescit? quocirca et mulieres alteram quidem aurem marem vocant, alteram vero feminam. An quia partes sinistræ humidiores calidioresque sunt? quæ enim hujusce-

Digitized by Google

τοιαῦτα μάλιστα; διὸ καὶ ἐν φυτοῖς τοῖς χλωροῖς ἡ σύμφυσις, καὶ τὰ τῶν νέων δὲ ἕλκη μᾶλλον συμφύεται ἢ τὰ τῶν πρεσβυτέρων. Σημεῖον δὲ ὅτι ὑγρὰ μᾶλλον καὶ ὅλως θηλυκώτερα τὰ ἀριστερά.

modi sunt, coalescunt facillime: unde in plantis etiam viridibus fit coalescentia, et ulcera juniorum magis coalescunt quam seniorum. Probant autem hæc, partes sinistras humidiores esse, atque in universum magis effeminatas.

8. Διὰ τί τοῖς μὲν αἰσχυνομένοις ἄκρα τὰ ὦτα ἐπιφοινίσσεται, τοῖς δ' ὀργιζομένοις οἱ ὀφθαλμοί; Ἢ ὅτι ἡ μὲν αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς καταψυξίς τις μετὰ φόβου, ὥστ' εἰκότως ἀπολείπει τὸ θερμὸν τοὺς ὀφθαλμούς, χωριζόμενον δ' εἰς τὸν δεκτικώτατον φέρεται τόπον· τοιοῦτος δ' ὁ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ὤτων· (ὁ γὰρ ἄλλος ὀστώδης)· ὀργιζομένοις δ' ἐπανέρχεται τὸ θερμόν, μάλιστα δὲ γίνεται φανερὸν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς διὰ τὴν χρόαν οὖσαν λευκήν;

8. Quam ob causam pudefactis quidem aures summæ rubescunt, iratis vero oculi? An quia pudor quidem in oculis refrigeratio quædam cum timore est, ita ut calor jure oculos deserat; sese sejungens enim locum sui capacissimum petit, qualis summarum aurium regio est (reliqua namque aurium regio ossibus scatet); apud irascentes contra calor superiora repetit, sed maxime manifestus fit in oculis propter album eorum colorem?

9. Διὰ τί ὁ ἦχος ὁ ἐν τοῖς ὠσίν, ἐάν τις ψοφήσῃ, παύεται; Ἢ ὅτι ὁ μείζων ψόφος τὸν ἐλάττω ἐκκρούεται;

9. Cur aurium sonitus adcito strepitu cessat? An quia minorem strepitum amplior expellit?

10. Διὰ τί, ἐὰν εἰς τὸ οὖς ὕδωρ ἐγχυθῇ, ἔλαιον προσεγχέονται, οὐ δυναμένου τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ ἐξελθεῖν δι' ἄλλου ὑγροῦ; Πότερον διὰ τὸ ἐπιπολῆς γίνεσθαι τὸ ἔλαιον τοῦ ὕδατος, καὶ διὰ γλισχρότητα αὐτοῦ ἔχεσθαι τὸ ὕδωρ ἐξιόντος τοῦ ἐλαίου, ἵνα συνεξίῃ τὸ ὕδωρ; Ἢ ἵνα ὀλισθηροῦ τοῦ ὠτὸς γενομένου ἐξέλθῃ τὸ ὕδωρ; τὸ γὰρ ἔλαιον λεῖον ὂν ποιεῖ ὀλισθαίνειν.

10. Cur, si aqua in aurem infusa fuerit, oleum superinfundunt, etiamsi humor qui jam inest, alius humoris vi exire non possit? Utrum ut, quoniam oleum superficiei aquæ innatat, eique aqua præ lentore adhæret, exeunte oleo aqua simul exeat? An ut lubrica facta aure aqua exeat? oleum enim, utpote læve, lapsui ansam dat.

11. Διὰ τί ἧττον ὦτα ῥήγνυται τοῖς κολυμβῶσιν, ἐὰν προεγχέωσιν εἰς τὰ ὦτα ἔλαιον; Ἢ τοῦ μὲν ῥήγνυσθαι τὰ ὦτα εἴρηται πρότερον ἡ αἰτία, τὸ δ' ἔλαιον ἐγχυθὲν εἰς τὰ ὦτα τὴν ὕστερον θάλατταν ἀπολισθαίνειν ποιεῖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἔξω τοῦ σώματος συμβαίνει τοῖς ἀληλιμμένοις, ὀλισθαίνουσα δὲ πληγὴν οὐ ποιεῖ εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ ὠτός; διόπερ οὐ ῥήγνυσιν.

11. Cur minus aures urinantibus rumpuntur, si oleum antea infundant? An ratio quidem cur rumpantur aures, ante exposita est; oleum vero in aures infusum facit ut mare postea superveniens delabatur, quomodo in partibus corporis exterioribus apud unguento delibutos fit; labens autem ictum parti interiori auris non infligit? quapropter non disrumpit.

12. Διὰ τί τῶν ὤτων ἀναίμων ὄντων μάλιστα οἱ αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν; Ἢ ἕκαστον εἰς τὸ κενὸν ἑκάστου μάλιστα φέρεται; Δοκεῖ δὴ τοῦ αἰσχυνομένου ἄνω θερμὸν φέρεσθαι τὸ αἷμα. Εἰς οὖν τὸ κενώτατον ἐρυθριᾶν ποιεῖ. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν γνάθων. Ἔτι δὲ καὶ ὅτι λεπτότατον τὸ δέρμα τὸ περιτεταμένον· μάλιστα δὴ φαίνεται δι' αὐτά.

12. Quam ob causam aures, quum exsangues sint, pudore erubescunt maxime? An res quæque in uniuscujusque spatium inane maxime fertur? Videtur itaque apud pudibundum sanguis calidus sursum ferri. In inanissimo igitur loco ruborem excitat: quod idem in genis usu venit. Adde quod tenuissima est cutis, quæ auri circumtenditur: maxime igitur per eas translucet.

13. Διὰ τί οὐδεὶς χασμώμενος τὸ οὖς σκαλεύει; Ἢ ὅτε χασμᾶται, ἐμφυσᾶται καὶ ἡ μῆνιγξ, δι' ἧς ἀκούει; Σημεῖον δέ· ἥκιστα γὰρ ἀκούουσι χασμώμενοι· τὸ γὰρ πνεῦμα, ὥσπερ καὶ κατὰ τὸ στόμα, καὶ εἰς τὰ ὦτα ἐντὸς πορευόμενον, ἐξωθεῖται τὸν ὑμένα καὶ κωλύει τὸν ψόφον εἰσιέναι. Ἐὰν οὖν οὕτως ἔχοντος ἅψηται τῆς ἀκοῆς ὡς σκαλεύειν, μάλιστ' ἂν βλάψειεν· πρὸς ἀντιπῖπτον γὰρ ἡ πληγὴ γίνεται, καὶ οὐ πρὸς ὑπεῖκον τὸ τοῦ πνεύματος. Τὸ δὲ δέρμα καὶ τὴν μήνιγγα ἀφεστάναι τῶν στερεῶν δῆλον, ὥστε πόνον μάλιστα οὕτω ποιεῖ, καὶ τραυματίζοι ἄν.

13. Cur nemo oscitans aurem scalpit? An quia membrana, per quam audit, etiam inflatur, ubi oscitat? Indicium autem est quod minime audiunt oscitantes: spiritus enim ut in os, ita etiam in aures introrsum devectus membranam expellit, ac prohibet quominus sonus ingrediatur. Quodsi igitur hac rerum conditione auditum scalpendo tangat quis, maximam noxam inferet: ictus enim renitenti infligitur, non vero cedenti, spiritui nimirum. Cutem autem et membranam a solidis partibus discessisse certum est, ita ut dolorem sic maxime pariat, atque vel vulnus infligere possit.

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ ΛΓ.

ΟΣΑ ΠΕΡΙ ΜΥΚΤΗΡΑ.

www.libtool.com.cn

1. Διὰ τί ὁ πταρμὸς λυγμὸν μὲν παύει, ἐρυγμὸν δ' οὐ παύει; Ἢ διότι οὐ τοῦ αὐτοῦ τόπου τὸ πάθος ἑκάτερον, ἀλλ' ὁ μὲν ἐρυγμὸς κοιλίας, ὁ δὲ λυγμὸς τοῦ περὶ τὸν πνεύμονα κατάψυξις καὶ ἀπεψία πνεύματος καὶ ὑγροῦ; κοινωνοῦσι δ' οἱ περὶ τὸν ἐγκέφαλον τόποι τῷ πνεύμονι, οἷον τοῖς ὠσίν. Φανερὸν δέ· ἅμα γὰρ ἐνεοὶ καὶ κωφοὶ γίνονται, καὶ αἱ νόσοι ἀντιπερίστανται αἱ τοῦ ὠτὸς εἰς τὰ τοῦ πνεύμονος πάθη· ἐνίοις δὲ σκαλεύουσι τὸ οὖς βῆχες ἐγγίνονται. Τὸ δὲ περὶ τὸν πτερνύμενον τόπον εἶναι τῆς ῥινὸς κοινωνίαν τῷ πνεύμονι δηλοῖ ἡ ἀναπνοὴ κοινὴ οὖσα, ὥστε πτάρνυται μὲν θερμαινομένου αὐτοῦ, τῷ δὲ συμπάσχειν ὁ κάτω τόπος, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ λυγμός. Ἡ δὲ θερμασία πέττει· διὸ ὄξος τε παύει λυγμὸν καὶ ἀπνευστία, ἐὰν ἠρεμαία ᾖ ἡ λύγξ· ἐνθερμαίνει γὰρ τὸ πνεῦμα κατεχόμενον· ὥστε καὶ ἐν τῷ πταρμῷ ἡ ἀντικατάσχεσις γενομένη τοῦ πνεύματος τοῦτο ποιεῖ, καὶ οἰκείως ἡ ἔκπνευσις γίνεται καὶ ἐκ τοῦ ἄνω τόπου· ἀδύνατον γὰρ πτάρειν μὴ ἐκπνέοντα. Ἡ οὖν ὁρμὴ ῥήγνυσι τὸ ἐγκατειλημμένον πνεῦμα, ὃ ποιεῖ τὸν λυγμόν.

1. Cur sternutamentum singultum quidem sedat, ructum vero non sedat? An quia non partis ejusdem utraque adfectio est, sed ructus quidem ventriculi, singultus vero refrigeratio loci circa pulmonem cruditasque spiritus atque humoris est? regionibus enim cerebro vicinis cum pulmone communio est, exempli gratia cum auribus. Constat autem: simul enim et surdi et muti fiunt, et morbi aurium in pulmonis adfectus transeunt, nonnullisque tusses superveniunt scalpentibus aurem. Inter locum autem narium sternutando dicatum et pulmonem communionem intercedere respiratio docet, quæ communis utrique est, ita ut hoc calfacto sternuamus; adfectum autem hunc participans calefit etiam inferior, qui singultus est sedes. Calor vero concoquit: quamobrem acetum etiam retentioque spiritus finem imponunt, si singultus levis sit: spiritus enim retentus percalfacit, ita ut etiam inter sternutandum spiritus retentio in loco opposito idem efficiat, et convenienter quoque exspiratio fit, idque superiori de loco, quippe quum fieri nequeat ut quis sternutet, nisi exspiret. Impetus itaque spiritum interclusum dispellit, qui singultum ciet.

2. Διὰ τί, ἐάν τις μέλλων πτάρνυσθαι τρίψῃ τὸν ὀφθαλμόν, ἧττον πτάρνυται; Ἢ διότι τὸ ποιοῦν τὸν πταρμὸν θερμότης τίς ἐστιν, ἡ δὲ τρῖψις θερμότητα ποιεῖ, ἡ διὰ τὸ πλησίον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν τὸν τόπον ᾧ πτάρνυται, ἀφανίζει τὴν ἑτέραν, ὥσπερ τὸ ἔλαττον πῦρ ὑπὸ τοῦ πλείονος μαραινόμενον;

2. Cur si quis sternutaturus oculum perfricaverit, minus sternutat? An propterea quod sternutamentum a quodam excitatur calore, fricatio autem calorem ciet: qui calor, quoniam locus quo sternutamus, oculis propinquus est, alterum calorem tollit, quemadmodum minor ignis ab ampliori emarcescit?

3. Διὰ τί δὶς πτάρνυται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἢ πλεονάκις; Ἢ διότι δύο εἰσὶ μυκτῆρες; Καθ' ἕτερον οὖν διέσχισται τὸ φλέβιον, δι' οὗ πνεῦμα ῥεῖ.

3. Cur bis sternuere magna ex parte solemus, non vero semel, aut sæpius? An quia duæ adsunt nares? Per utramque itaque narem venula diffissa est, per quam spiritus manat.

4. Διὰ τί πρὸς τὸν ἥλιον βλέψαντες πτάρνυνται μᾶλλον; Ἢ διότι κινεῖ θερμαίνων; Καθάπερ οὖν πτεροῖς θιγγάνοντες· ἀμφότεροι γὰρ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν· τῇ γὰρ κινήσει θερμαίνοντες ἐκ τοῦ ὑγροῦ θᾶττον πνεῦμα ποιοῦσιν, τούτου δ' ἡ ἔξοδος πταρμός.

4. Quam ob causam, quum solem adspexerint, sternutant frequentius? An quia sol calfaciens movet? Perinde igitur fit atque iis qui nares penna sollicitant: idem enim utrique faciunt, quippe qui per motum calfacientes ocius spiritum ex humore faciunt; hujus autem exitus sternutatio est.

5. Διὰ τί λύγγα παύει πταρμὸς καὶ πνεύματος ἐπίσχεσις καὶ ὄξος; Ἢ ὅτι ὁ μὲν πταρμός, διότι ἀντιπερίστασίς ἐστι τοῦ κάτω πνεύματος, ὥσπερ αἱ ἄνω φαρμακεῖαι πρὸς τὴν κάτω κοιλίαν; Ἡ δ' ἀπνευστία τὰς ἀσθενεῖς λύγγας, ὅτι ἡ μικρὰ ὁρμὴ τοῦ πνεύματος ἡ ἀνιοῦσα, ὥσπερ περὶ τὴν βῆχα, ἐάν τις κατάσχῃ, παύεται, οὕτω καὶ ἐνταῦθα καὶ κατέσπασε καὶ κατέπνιξε καὶ συναπεβιάσατο. Τὸ δ' ὄξος παύει, ὅτι τὸ περιεστὸς ὑγρὸν καὶ κωλῦον ἀπερυγεῖν ἐπνευμάτωσε τῇ θερμασίᾳ· ἔστι γὰρ ἐρυγμὸς μέν, ὅταν πνευματωθῇ τὸ ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ ὑγρὸν καὶ πεφθῇ, ἡ δὲ λύγξ, ὅταν ὑφ' ὑγροῦ κατέχηται πνεῦμα περιττὸν περὶ τὸν πνευ-

5. Cur singultus sternutamento finitur et retentione spiritus et aceto? An quia sternutamentum quidem, quum spiritus inferioris translatio sit, agit quemadmodum medicina sursum purgans in ventrem inferiorem? Respirationis vero cessatio leves tollit singultus, eo quod exiguus spirandi impetus superiora petens, eodem modo quo tussis, si quis retineat, desistit, sic etiam hic detrahit et strangulat ac secum deorsum cogit. Acetum tandem idcirco sedat, quia humorem circumstantem ac prohibentem eructationem in spiritum calore suo convertit: fit enim ructus quidem, ubi superioris ventris humor in spiritum conversus atque concoctus fuerit; singultus vero, ubi spiritus superfluus ab humore circa locum spiritui

Digitized by Google

ματικὸν τοπον· τοῦτο γὰρ ὁρμῶν καὶ μὴ δυνάμενον διακόψαι σπασμὸν ποιεῖ, ὁ δὲ σπασμὸς οὗτος καλεῖται λύγξ, καὶ διὰ τοῦτο ῥιγώσαντας λύγξ λαμβάνει, ὅτι τὸ ψῦχος τὸ ὑγρὸν ποιεῖ συνιστὰν ἐκ τοῦ πνεύματος ἔτι· περιλαμβανόμενον δὲ τὸ ἄλλο πηδᾷ, οὗ ἡ κίνησις λυγμός ἐστιν.

deputatum retinetur: hic enim irruens, nec dissindere valens, convulsionem adfert, quæ convulsio adpellatur singultus; inde etiam fit ut singultus post rigorem oriatur, quia frigus ex eo quod adhuc spiritus erat, cogendo humorem facit; reliquus vero spiritus interclusus exsilit: cujus commotio singultus est.

6. Διὰ τί ἐνίοις ὕδωρ ψυχρὸν προσχέομεν [καὶ] πρὸς τὸ πρόσωπον, ἡνίκα αἷμα ῥεῖ ἐκ τῶν μυκτήρων; Ἢ ἀντιπερίσταται εἴσω τὸ θερμόν; Ἂν οὖν ἐπιπολῆς τύχῃ αἷμα, ἐξυγραίνει μᾶλλον.

6. Cur aquam nonnullis frigidam in faciem infundimus, ubi e naribus sanguis effluit? An calor intus circumobsistitur? Quodsi igitur in superficie adfuerit sanguis, eum reddit liquidiorem.

7. Διὰ τί τὸν μὲν πταρμὸν θεὸν ἡγούμεθα εἶναι, τὴν δὲ βῆχα, ἢ τὴν κόρυζαν οὔ; Ἢ διότι ἐκ τοῦ θειοτάτου τῶν περὶ ἡμᾶς, τῆς κεφαλῆς, ὅθεν ὁ λογισμός ἐστι, γίνεται; Ἢ ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἀπὸ νοσούντων γίνεται, τοῦτο δ' οὔ;

7. Cur sternutamentum quidem pro numine habemus, non vero tussem, neque gravedinem? An quia de capite membrorum præcipue nostrorum divino, unde cogitatio est, fit? An quia ceteri quidem adfectus ab ægrotis proveniunt, hic vero non?

β'. Διὰ τί, εἰ τὸ δριμὺ γεννᾶται ἀπὸ πολλῆς θερμότητος, τὸ δὲ δριμείας ποιότητος μετέχον μέλι ἐπαινοῦσιν, εἴ γε καὶ μετρίως αὐτὸ βούλονται εἶναι θερμόν; Φημὶ ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐστι δριμύ, ἀλλ' εὔκρατον, ἡ δὲ γλῶττα τῇ οἰκείᾳ θερμότητι θερμαίνουσα αὐτὸ πλέον ἐπὶ τὸ δριμὺ μετάγει· πᾶν γὰρ γλυκὺ θερμαινόμενον πρῶτον μὲν δριμὺ γίνεται, ὕστερον δ' ὑπερθερμαινόμενον ἄγαν πικρὸν ἀποτελεῖται. Τὸ δὲ σάκχαρ παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς οὕτω λεγόμενον μέλιτός ἐστι πῆξις, τοῦ ἡλίου τὴν ἐν τῷ ἀέρι δρόσον πηγνύοντος ἐπὶ τὸ γλυκύ, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ὄρει τῷ Διβάνῳ καλουμένῳ γίνεται τοιοῦτον· ἔστι δ' ὅμοιον χόνδρῳ ἅλατος, λευκόν, εὔθρυπτον, γλυκύ. Ἔστι δὲ ῥυπτικῆς καὶ αὐτὸ δυνάμεως [ὡσαύτως] τῷ μέλιτι τῷ μετέχειν ἰχωροειδοῦς τινος ῥύψεως, ὅθεν καὶ ἑψόμενον καὶ τοῦτο μεταβάλλον οὐκέτι μὲν σηπήσει ὡς τὸ ἄνεφθον, τρέφει δὲ μᾶλλον ἐσθιόμενον, ἢ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενον. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα διαφορὰ μέλιτος χαλβανόριον λεγόμενον, τῶν μελισσῶν βοσκομένων ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄρει τὰ ἄνθη, ἐν ᾧ καὶ χαλβάνη γίνεται, καὶ τοῦ μέλιτος λαμβάνοντος τῆς ποιότητος, ὅπερ δύναται πρὸς ἀμβλυωπίαν ἐγχριόμενον ποιεῖν, θερμῆς μᾶλλον δυνάμεως ὄν. Ὁμοίως καὶ τὸ θύμων ὄζον ποιεῖ πρὸς ψυχρὰν γαστέρα, καὶ τὸ Ποντικὸν [ἀψίνθιον] πικρὸν ὄν, καὶ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς ποιότητος ἡ δύναμις αὐτοῦ. Τὸ δ' Αἰγύπτιόν ἐστιν ὑγρὸν καὶ ὑδατῶδες τῷ πολλῆς μετέχειν ὑγρότητος τὰ ἄνθη ἐπὶ πολὺ ποτιζόμενα τῷ ποταμῷ. Τὸ δὲ πάντων ἄριστον τὸ νησιωτικὸν καὶ τῶν παραθαλαττίων ὀρῶν καὶ τόπων, ὡς ἀπείριττον καὶ ξηρότερον, καὶ τὸ Ὑμήττιον ἐν τῷ Ὑμηττίῳ ὄρει τῆς Ἀττικῆς μάλιστα ἔχοντι ἄνθη βοτανῶν καὶ δένδρων εὐώδη καὶ καθαρὰ καὶ εὔχροα καὶ λεπτομερῆ.

2. Quamobrem, si acrimonia a caloris copia producitur, mel commendant acris qualitatis particeps, etiamsi illud modice quoque calidum esse velint? Censeo id non per sese esse acre, sed temperatum, verum lingua proprio suo calore illud amplius calefaciens ad acrimoniam deflectit: omne enim dulce, ubi calefit, primum quidem acre redditur, post vero nimium incalescens admodum amarum efficitur. Quod autem saccharum appellant Indi, mellis coagulum est, sole rorem qui acri inest, ad dulcedinem cogente, quemadmodum et in monte Libano dicto simile quid generatur; est autem salis glebulæ simile, candidum, fragile, dulce. Vim id quoque detergendi habet ad modum mellis, quoniam serosæ cujusdam detersionis particeps est: nude et coctum, hoc mutato, non amplius detergit uti incoctum, sed nutrit potius, sive comeditur, sive foris adplicatur. Exstat et alia species mellis galbanorium dicta, apibus nempe flores depascentibus in monte illo, in quo et galbanum oritur, melleque hanc qualitatem adtrahente, idque adversus oculorum hebetudinem illitum facere potest, utpote viribus calidioribus præditum. Quin etiam quod thymum redolet, adversus ventris frigus facit, uti et Ponticum, quod amarum est, atque pro qualitatis discrimine ejus vires differunt. Ægyptium vero humidum est et aquosum, quoniam flores multi humoris participes sunt, quippe qui largiter flumine rigantur. Omnium vero optimum est insulare quodque e montibus et locis maritimis provenit, utpote excrementorum expers et siccius, itemque Hymettium, in Hymettio Atticæ monte genitum, inprimis plantarum arborumque flores suaveolentes, puros, bene coloratos et subtiles continente.

γ'. Διὰ τί τὸ γάλα ψυχρόν ἐστι καὶ τοιοῦτον ὂν εὐαλλοίωτον καὶ τρόφιμον ὑπάρχει; Ὅτι καθ' ὃ ἐξ αἵματος μετεβλήθη, κατὰ τοῦτο ῥᾷον μετέρχεται εἰς αἷμα καὶ σχεδὸν

3. Cur lac frigidum est, atque etiamsi ejusmodi sit, facile subigitur probeque nutrit? Quoniam, quatenus e sanguine immutato provenit, eatenus facilius in sanguinem transit et

Digitized by Google

αἱμά ἐστι λευκαινόμενον ὑπὸ φύσεως, ὁμιλοῦν δὲ τῷ ἀέρι πλέον ψύχεται. Βδαλλόμενον δ' ἔτι ποσῶς θερμόν ἐστι, μὴ ὁμιλοῦν τῷ ἀέρι, καὶ σώζει τὴν οἰκείαν δύναμιν, ὡς καὶ τὸ σπέρμα· λευκὸν δὲ καὶ ψυχρὸν ποσῶς ἐστιν, ὅτι ὑπ' ἀδένων λευκῶν καὶ ἀναίμων καὶ ἧττον θερμῶν ὄντων ἐν τοῖς μαστοῖς μεταβάλλεται. Οὐ δεῖ δ' αὐτὸ πυτίᾳ πηγνύειν· καποστόμαχος γὰρ καὶ δυσανάδοτος· ἀλλὰ μᾶλλον ὀπῷ συκῆς, ἢ ἐχίνῳ ὄρνιθος πλύνας, ἢ κνήκῳ. Ἡ μέντοι πτισάνη εὐαλλοίωτος μέν, ἀλλ' ἧττον τρόφιμος· ὁ δὲ χόνδρος τοῦ ἅλικος τρόφιμος μέν, δυσαλλοίωτος δέ, ὅθεν καὶ ὀξυμέλιτι ἐσθίεται τριβείς.

propemodum sanguis est naturæ vi albescens; aerem vero tangens impensius refrigeratur. Ubi mulgetur vero, quadantenus adhuc calidum est, utpote aerem non tangens, servatque propriam virtutem, uti et semen; album vero et aliquatenus frigidum est, quia a glandulis albis exsanguibusque et minus calidis in mammis immutatur. Non autem coagulo cogendum est: ventris enim orificio nocet et difficulter distribuitur, sed potius succo ficulno, aut echino gallinæ loto, aut cnico. Ptisana vero subigitur quidem facile, sed nutrit minus, dum alicæ granum nutrit quidem, sed difficulter subigitur: unde et aceto mulso tritum comeditur.

δ'. Διὰ τί τὰ ἐν τῷ πνεύμονι ἕλκη ἀνίατα; Πρῶτον μὲν ὅτι πᾶν τὸ δεόμενον ἰάσεως ἠρεμίας δεῖται, ὡς καὶ τό· ποδὸς ἄκος ἀκινησίη· ἡ γὰρ κίνησις σύρροιαν ποιεῖ χυμῶν περιττῶν, οὗτοι δὲ φλεγμονάς· ὁ δὲ πνεύμων ἀεικίνητος διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς ἀναπνοῆς. Ἄλλως τε τὸ ἕλκος ἀεὶ ἐπίπαγον ποιοῦν οὐ δεῖται ἀνακαθάρσεως· οὐ δύναται δέ, εἰ μὴ βηχί, ἀνακαθαίρεσθαι, ἡ δὲ βῆξ σύντονος οὖσα κίνησις σκαράσσει τὸ ἕλκος καὶ ἀνευρύνει. Ἄλλως τε ὑγρὸν καὶ θερμὸν τὸ μόριον καὶ εὔσηπτον, καὶ [τὸ] βρόγχιον τοῦ πνεύμονος ἀναδρωθὲν οὐ δύναται γενέσθαι, εἰ μὴ ὑπὸ μόνης φύσεως πάλιν ἐκ σπέρματος.

4. Cur pulmonis ulcera curari nequeunt? Primum quidem quia omne quod sanari debet, quiete indiget, uti testatur effatum illud: « pedis cura immobilitas »: motus enim confluvio humorum superfluorum ansam dat, hi vero inflammationibus; at pulmo semper movetur propter respirationis necessitatem. Præterea ulcus semper concrementum generat quod repurgari debet; nonnisi tussi autem, repurgari nequit; at tussis, utpote motus validus, ulcus vellicat ac dilatat. Quin etiam humidum et calidum putredinique obnoxium est membrum, et fistula pulmonis corrosa nequit generari, nisi iterum a sola natura e semine.

ε'. Διὰ τί οἱ φρενιτικοὶ ἐν μὲν τῷ πάθει ἰσχυροί, ἀπαλλαγέντες δὲ ἀσθενεῖς; Ὅτι ξηρὰ δυσκρασία κατέχει τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰ νεῦρα, αὕτη δὲ τόνον δίδωσι τοῖς νεύροις πρὸς ἐνέργειαν· ὕστερον μέντοι ἀπαλλαγέντες αἰσθάνονται λοιπὸν τοῦ κόπου, τῆς διακριτικῆς διανοίας καθαρᾶς ἐπιστοιχούσης τοῖς πάθεσιν. Καὶ ἐνυγρανθέντα δὲ τὰ νεῦρα μαλακὰ γίνεται καὶ ἀσθενῆ.

5. Quamobrem phrenitici per ipsum quidem morbum validi sunt, liberati vero debiles? Quia sicca intemperies cerebrum obcupat et nerva, hæc autem nervis vigorem impertit ad agendum: postea vero liberati jam sentiunt lassitudinem, intellectu discernente puro ad adfectus adcedente. Nervi quoque madefacti molles et debiles redduntur.

ς'. Διὰ τί οἱ πετραῖοι ἰχθύες εὔπεπτοι; Ἐπειδὴ πᾶν τὸ πρὸς ταῖς πέτραις ὕδωρ καὶ γαλήνης οὔσης κινεῖται· σκληρὸν γὰρ καὶ μαλακὸν ἐναντιότητα ἔχοντα οὐ δύναται ἡσυχάζειν ἀλλήλοις ὁμιλοῦντα, τὸ δὲ κινούμενον λεπτότερον γίνεται τοῦ ἠρεμοῦντος. Καὶ οἱ ἰχθύες οὖν τῷ ὕδατι συγκινούμενοι ἀπέριττοι γίνονται. Τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ αἱ πτέρυγες συνεχῶς κινούμενοι εὔπεπτοί εἰσιν.

6. Quamobrem pisces saxatiles facile concoquuntur? Quia omnis aqua saxa adluens vel per tranquillitatem movetur: res enim dura et res mollis, quippe inter se obpositæ, quiescere nequeunt, ubi se invicem tangunt, et res quæ movetur, tenuior redditur quiescente. Pisces itaque, quippe qui una cum aqua moventur, excrementorum quoque expertes efficiuntur. Eodem modo aliæ etiam, quum continuo motu agitantur, concoctu faciles sunt.

ζ'. Διὰ τί ἐπὶ τῶν συνεχῶν πυρετῶν ἐν ταῖς παρακμαῖς οὐ λούομεν αὐτούς; Ὅτι οἱ παρὰ φύσιν χυμοὶ ἄπεπτοί εἰσιν ἔτι καὶ παχεῖς καὶ ἀντέχονται τῶν σωμάτων, οἱ δὲ κατὰ φύσιν λεπτοὶ καὶ εὐδιάρρυτοι. Τὸ θερμὸν οὖν τοῦ λουτροῦ ἑλκύσει τῇ βίᾳ προτέρους ὡς λεπτοὺς τοὺς κατὰ φύσιν ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος, ἐὰν καὶ ἐν ἀπεψίᾳ λούσωμεν.

7. Cur in febribus continuis per decrementa non lavamus ægrotos? Quia humores præter naturam adhuc concoctu difficiles et crassi sunt, partibusque firmiter adhærent; humores vero secundum naturam tenues sunt et facile diffluunt. Balnei itaque calor morbi initio primum vi sua adtrahet humores secundum naturam, utpote tenues, si et per cruditatem lavemus.

η'. Διὰ τί ἐπὶ τῶν ἑκτικῶν ὕδωρ παρέχουσιν οἱ ἰατροὶ πρὸ τῆς τροφῆς βραχύ; Ἵνα τὰ κατεξηραιμένα στερεὰ μόρια προϋγράνωσι καὶ ἐπιτήδεια γένωνται πρὸς φύσιν στερεᾶς τροφῆς· οὕτω γὰρ καὶ οἱ κονιαταὶ προσραίνουσι τὸν τοῖχον ὕδατι καὶ οὕτω χρίουσι τὴν κονίαν.

8. Quamobrem in febribus hecticis paululum aquæ ante cibum propinant medici? Ut partes solidas desiccatas antea humectent, eæque aptæ fiant ad alimentum solidum adglutinandum: nam sic quoque artifices tectorii parietem aqua rigant atque tum demum calcem illinunt.

θ'. Διὰ τί τὰ γλυκέα αὔξει σπλῆνα καὶ ἧπαρ; Ὅτι τὸ μὲν ἧπαρ τῇ ὁμοιότητι τῆς κράσεως ἕλκει ῥᾷον τὰ γλυκέα· θερμὰ γὰρ καὶ ὑγρὰ ἀμφότερα· ὁ δὲ σπλὴν ἕλκων τὸ τρυγῶδες τοῦ αἵματος ἐκ τοῦ ἥπατος συνεφέλκεται καὶ αἷμα πλεῖον τῷ εἶναι πλῆθος, τοῦτο δὲ γίνεται μᾶλλον, ὅταν ἐρρωμένην ἔχῃ τὴν ἑλκτικήν· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐπισπᾶν καὶ σπλὴν εἴρηται.

9. Quamobrem dulcia augent lienem et jecur? Quia jecur quidem temperamenti similitudine facilius adtrahit dulcia: calida enim et humida sunt ambo; lien vero, quum partem fæculentam sanguinis e jecore adtrahit, una trahit plus sanguinis, quia magna copia adest; hoc autem magis evenit, quando validam obtinet facultatem tractoriam: ab adtrahendo enim splen adpellatus est.

ι'. Διὰ τί οἱ τὸν κρόταφον πληγέντες σφοδρῶς ἀπόλλυνται; Ὅτι ὁ μῦς οὗτος ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου ἐκπέφυκεν, ὅθεν καὶ πλησίον αὐτοῦ ὑπάρχει. Συμπάσχων οὖν ὁ ἐγκέφαλος καὶ

10. Quamobrem gravi temporum vulnere icti pereunt? Quia iste musculus ex ipso cerebro provenit: unde et ei vicinus est. Cerebrum igitur adfectus et doloris particeps factum atque

www.intool.com.cn

Digitized by Google

συναλγῶν καὶ συναπολαύων τῆς πληγῆς συστέλλεται, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα πιλοῦται καὶ πλατύνεται, καὶ οὕτως ἡ ψυχὴ μὴ εὐπορουῦσα τοῦ ἐπιτηδείου ὀργάνου ἀφίπταται ἐκ τοῦ σώματος· δεσμοῦ γὰρ φθορὰ λύσιν τῶν συμπλακέντων ἀποτελεῖ.

simul vulnere perfruens contrahitur; una cum eo vero et spiritus animalis stipatur et complanatur, atque sic anima instrumento idoneo destituta evolat e corpore: vinculi enim pernicies rerum colligatarum solutionem efficit.

ια'. Διὰ τί οἱ ἐμβρόντητοι ἀπόλλυνται, ἢ νωδοῦνται καὶ ἀνόητοι γίνονται; Τῷ αὐτῷ πάλιν λόγῳ· ὁ γὰρ ἄμετρος κτύπος τῆς βροντῆς διὰ τῆς ἀκοῆς εἰσιὼν εἰς ἐγκέφαλον πλήττει πάλιν σφοδρῶς τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα, καὶ τοῦτο πάλιν συστέλλεται καὶ παχύνεται καὶ ἀνόμοιον ψυχῇ γίνεται πρὸς ἐνέργειαν. Εἰ δ' ἀμέτρως παχυνθείη, καὶ χωρισμὸν ποιεῖται τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ διὰ τοῦτο θάνατον.

11. Cur tonitru perculsi pereunt, aut voce et mente privantur? Eadem rursus ratione: immanis enim tonitrus strepitus per auditum intrans cerebrum, rursus violenter ferit cerebrum et spiritum animalem, atque hic rursus contrahitur ac spissatur dissimilisque fit animæ ad agendum. Quodsi vero ultra modum spissatur, separationem quoque animæ et corporis, atque hinc mortem, efficit.

ιβ'. Διὰ τί τοῦ ᾠοῦ τὸ μὲν λεκιθῶδες εὔπεπτόν ἐστι, τὸ δὲ λευκὸν δύσπεπτον; Ὅτι τὸ μὲν χρυσοειδὲς θερμόν ἐστι, τὸ δὲ λευκὸν ὑγρὸν καὶ ψυχρόν. Ἴσθι οὖν ὅτι ἐκ τεσσάρων στοιχείων ἐστὶν· τὸ μὲν γὰρ ὀστρακῶδες ἔοικε τῇ γῇ, ψυχρὸν καὶ ξηρὸν ὑπάρχον, τὸ δ' ὑγρὸν τῷ ὕδατι, ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν τυγχάνον, τὸ δ' ἐν αὐτῷ πνεῦμα τῷ ἀέρι, ὑγρὸν καὶ θερμόν, τὸ δὲ λεκιθῶδες τῷ πυρί, θερμὸν καὶ μετρίως ξηρὸν ὄν· μετέχει δὲ καὶ τῆς χροιᾶς τοῦ πυρός, καὶ εἴ μοι συγχωροίης εἰπεῖν, ἔοικεν εἶναι μίμημα κόσμου· καὶ αὐτὸ γὰρ σφαιροειδές, ἐκ στοιχείων τεσσάρων, μετέχον καὶ δυνάμεως ζωτικῆς.

12. Quamobrem vitellus quidem ovi facile concoquitur, albumen vero difficulter? Quia res aureæ quidem calidæ sunt, albæ vero humidæ et frigidæ. Scito igitur ovum e quatuor elementis compositum esse: pars enim testacea terræ similis est, quippe frigida et sicca; liquida vero aquæ, utpote humida et frigida; spiritus porro qui eo continetur, aeri, utpote humidus et calidus; vitellus tandem igni, quum calidus et modice siccus sit; ignis quoque coloris particeps est, atque si mihi veniam dicendi concedas, mundi imago esse videtur: nam ipsum quoque globum refert, e quatuor elementis conflatum, facultatis vitalis insuper particeps.

ιγ'. Διὰ τί τῶν κωλικῶν ἡ κόπρος βολβιτώδης; Διότι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ φλέγματος ἔχει τὴν γένεσιν τὸ πάθος, τοῦτο δὲ τῷ πλήθει σηπόμενον πνεύματα τίκτει, ἃ τινα τὴν κόπρον προσυπενδυόμενα, καὶ διογκοῦντα ταύτην, καὶ φυσῶντα ὡς τὴν τῶν βοῶν ποιεῖ, ὅθεν πολλάκις καὶ ἐπινήχεται ὕδατι διὰ τὴν κουφότητα τοῦ πνεύματος. Καὶ ἡ τῶν βοῶν δὲ διαπνευματοῦται κόπρος διὰ τὸ πολλῇ τροφῇ κεχρῆσθαι ἀχυρώδει καὶ τῷ πλήθει πνεύματα πλεῖστα τίκτειν.

13. Quamobrem colicorum stercus fimum refert bubulum? Quia morbus plerumque e pituita originem petit, hæc autem propter copiam putrescens flatus gignit, qui stercus subeuntes et tumefacientes inflantesque bubulo simile efficiunt: unde sæpe et aquæ innatat propter flatus levitatem. Boum stercus item flatibus penetratur, quoniam multo utuntur alimento paleæ simili, atque propter hanc copiam plurimos gignunt flatus.

ιδ'. Διὰ τί ἐπὶ τῶν τὴν μήνιγγα τὴν παχεῖαν τοῦ ἐγκεφάλου τετρωμένων μύκητες ἐξίασι διὰ τῆς διαιρέσεως; Ὅτι ἀεὶ τοῦ ἐγκεφάλου ἀτμοὺς γεννῶντος καὶ διαφοροῦντος αὐτοὺς διὰ τῶν ῥαφῶν τοῦ κρανίου, νῦν εὑρίσκοντες ἀναπέτειαν πλείστην τῆς διαιρέσεως, δι' αὐτῆς ἐξίασιν ἀθρόως, καὶ ὁμιλοῦντες ψυχρῷ τῷ ὀστέῳ πήγνυνται καὶ τῇ ἁπλότητι ἐξαπλοῦνται καὶ λαμβάνουσι σχῆμα μυκήτων, ἄνωθεν μὲν ὄντες πλατεῖς, κάτωθεν δὲ στενοί· οὕτω γὰρ καὶ καπνὸς εὑρίσκων πολλὰς ὀπὰς καὶ θυρίδα μίαν, ῥᾷον καὶ ἀθρόως διὰ τῆς θυρίδος ἐξειςιν ἢπερ διὰ τῶν ὀπῶν.

14. Cur apud crassæ cerebri membranæ vulnera passos fungi per incisuram prodeunt? Quia cerebro semper vapores generante ac per calvarii suturas dissipante, hi vapores nunc, reperta amplissima incisuræ apertura, per eam confertim exeunt et, contacto osse frigido, coagulantur et simplicitate sua explicantur ac figuram fungorum induunt, quum superne quidem lati, inferne vero angusti sint: sic enim et fumus, inveniens multa foramina et fenestram unicam, facilius ac confertim per fenestram exit quam per foramina.

ιε'. Διὰ τί τὸ φλέγμα παχὺ ὄν, καὶ διὰ τοῦτο κατωφερές, πολλάκις τῶν ποδῶν ἄνεισιν ἐπὶ τὴν κεφαλήν, ἢ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς; Φημὶ ὅτι οὐ τὸ φλέγμα καθ' ἑαυτὸ ἄνεισιν, ἀλλ' ἡ ἀποκριτικὴ δύναμίς ἐστιν ἡ ἑνὸς ἑκάστου μορίου ἀποδιώκουσα ἐπὶ τὸ ἄνω, ἄχρις ἂν εἰς τὸ ἀσθενέστερον πάντων τῶν μορίων ἀποδιωχθὲν ἔλθῃ, κἀκεῖνο δι' ἀσθένειαν μὴ δυνηθῇ ἀποσείσασθαι, ἀλλὰ μείνῃ ὑπ' αὐτοῦ βαρούμενον καὶ ῥευματιζόμενον· οὕτω γὰρ ἐάν τις ἄνθρακα πυρὸς πολλῶν παρόντων ῥίψῃ τινί, κακεῖνος ἑτέρῳ, καὶ ἄλλος ἄλλῳ, τῇ ἰσχύι αὐτὸν ἀπορρίψουσιν, ἄχρις ἂν εἰς τὸν ἀσθενέστατον ἐλθὼν ἀπομείνῃ.

15. Quamobrem pituita, etiamsi crassa sit, atque propterea inferiora petat, sæpe a pedibus ad caput, vel ad oculos adscendit? Censeo pituitam non per se adscendere, sed facultatem secernentem eam esse quæ ab unaquaque parte sursum abspellit, donec ad omnium partium debilissimam abspulsa veniat, eaque propter debilitatem non possit excutere, sed perstet pituita gravata et fluxione laborans: sic enim si quis carbonem igneum, multis præsentibus, ad aliquem rejiciat, hic vero ad alium, aliusque ad alium, vi eum rejicient, donec ad debilissimum perveniens loco manserit.

ιϛ'. Διὰ τί ἐν λοιμικῇ καταστάσει πολλοὶ ἀπόλλυνται κατὰ πάθος ἓν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν, καὶ δοκεῖ ὥσπερ ἀνατρέπειν τὴν ἀπὸ τῶν ἀστέρων εἱμαρμένην; Φημὶ ὅτι ὅσοι ἐκληρώθησαν ἀπὸ τῆς ἀστρῴας κινήσεως κατὰ τὴν αὐτῶν ἀπόκλεξιν ὀλιγοχρόνιοι, οὗτοι θᾶττον ἐλέγχονται καὶ ἁλίσκονται ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ κινούμενοι· οὕτω

16. Cur in constitutione pestilenti moriuntur multi uno affectu, idque plerumque eadem ætate, videturque quasi subvertere fatum a sideribus profectum? Censeo quicumque ipsorum ortu a siderum motu brevem ætatem sortiti sunt, hos citius redargui et capi peste motos: sic enim et domus

Digitized by Google

γὰρ καὶ οἰκία παλαιὰ καὶ σαθρὰ θᾶττον ὑπ' ἀνέμου σφοδροῦ καταπίπτει ἢπερ ἡ ἰσχυρὰ καὶ νέα διά τινα τοιαύτην ἀστρῴαν ἀπόρροιαν λοιμικήν.

vetusta et vieta citius a vento vehementi dejicitur quam valida et nova propter aliquod ejusmodi siderum effluvium pestilens.

ιζ'. Διὰ τί ὁ πολὺς δῆμος ἐπὶ τῶν κραιπαλῶν φησιν οἶνον οἴνῳ διαλύεσθαι, τὴν ἐξ αὐτοῦ κεφαλαλγίαν; Φημὶ τοῦτο ἰδιωτικὸν μέν, ἀληθὲς δὲ τυγχάνειν· τὴν γὰρ ἀπὸ τῆς πολλῆς θερμότητος γενομένην ἔκλυσιν ἕτερος οἶνος εἰσιὼν καὶ ἀποδιώκων αὐτήν, ῥώννυσι ταῦτα καὶ παρασκευάζει διώκειν καὶ ἀποκρούεσθαι τὰ συναχθέντα ὑπ' αὐτοῦ πνεύματα βαροῦντα τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα ὁ κεκραμένος ἐκλύει τὴν τοῦ προτέρου θερμότητα δι' ἣν καὶ ἡ ἔκλυσις· ὀλίγος μὲν γὰρ οἶνος πινόμενος ὑγείαν ποιεῖ, σύμμετρος δ' εὐφροσύνην, ἄμετρος δὲ μέθην καὶ παραφροσύνην, καθὼς καὶ Θέογνις ὁ ποιητὴς εἶπεν περὶ τοῦ συμμέτρου οἴνου φάσκων (210-11 ed. Schneid.)·

οἶνος πινόμενος πουλὺς κακός· ἢν δέ τις αὐτὸν
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακός, ἀλλ' ἀγαθός·

ὅθεν οὐκ ἀσκόπως μυθεύουσι τῷ Διονύσῳ βάκχην ἕπεσθαι διὰ τὴν ἐκ τοῦ οἴνου χορείαν· σατύρους δὲ διὰ τὴν εὐκινησίαν· Λύδην δὲ διὰ τό τινας ἐκλύεσθαι ἐξ αὐτοῦ· πάρδον δὲ διὰ τὴν ποικίλην φαντασίαν τῶν οἰνωμένων· διάφορον γὰρ ἕκαστος καὶ ποικίλον ἀναδέχεται λογισμὸν ὑπὸ τοῦ οἴνου κινούμενος· πολύστικτος γὰρ καὶ ἡ δορὰ τοῦ ζῴου· μίαν δὲ βάκχην μανεῖσαν καὶ δράσασαν φόνον, τὴν Ἀγαυὴν μητέρα τοῦ Πενθέως· πολλοὶ γὰρ ὑπερμεθυσθέντες ἐτράπησαν εἰς φόνον· τυμνὸν δὲ τὸν Διόνυσον διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου γινομένην φανέρωσιν τῶν πινόντων τοῦ λογισμοῦ· ποθῆσαι δ' Ἀφροδίτην καὶ Ἀριάδνην· τοῖς γὰρ οἰνωθεῖσι παρέπεται πλείστη γυναικῶν ἐπιθυμία ἔχειν δὲ καὶ φαλακρόν τι διὰ τὸ μάλιστα τὸν ἐγκέφαλον ἐρημοῦν καὶ βλάπτειν καὶ μωραίνειν τὸν πολὺν οἶνον· ὅθεν καὶ Μάρωνα προσηγόρευσαν· ἔχειν δὲ καὶ Πᾶνα, τουτέστιν αὐτὸ τὸ πᾶν εἶναι τοῦ οἴνου τὴν δύναμιν, ἢ πάλιν διὰ τὴν διάφορον χροιὰν καὶ δύναμιν τοῦ οἴνου· καὶ γὰρ οὗτος πολυσχημάτιστός ἐστι καὶ πολυχρώματος· ὑπὸ πυρὸς δὲ κεραυνωθέντα καὶ ἐν τῷ μηρῷ βληθέντα, διότι πολλάκις ὁ οἶνος ἡλιαζόμενος τελειοῦται τῇ κράσει καὶ τῇ δυνάμει τοῖς κεράμοις κρυπτόμενος· τέσσαρας δὲ γυναῖκας εἶναι ἀδελφὰς διὰ τὸ τέσσαρας τροπὰς ἔχειν τὸν οἶνον. Ἄκουε δὲ καὶ περὶ τοῦ Πανός, ὅτι βούλονται αὐτὸν εἶναι τὸ πᾶν τοῦ κόσμου· δύο μὲν γὰρ κέρατα περιτιθέασι τῇ κεφαλῇ διὰ τὴν διπλῆν φύσιν τοῦ παντός· τὸ γὰρ πᾶν ἄρρεν καὶ θῆλυ τὸ κατὰ μέρος κατέστηκεν, ὥσπερ καὶ ἥλιος καὶ σελήνη· ὁ μὲν γάρ ἐστι παρεκτικὸς ἀντὶ σπέρματος τῶν ἰδίων φωτῶν πρὸς τὴν σελήνην, ἡ δὲ δεκτικὴ ὑπάρχει καθάπερ καὶ τὸ θῆλυ γένος· ἔτι γε μὴν ζωὴ καὶ θάνατος, γένεσις καὶ φθορά, ὡς δηλοῖ σελήνης τὰ φῶτα αὐξανόμενα καὶ μειούμενα καὶ ἡ σφαῖρα κινουμένη καθ' ἑκάστην ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς, οἱ δ' ἑπτὰ ἀστέρες ἐναντίαν ὁδὸν ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολάς, ὡς δείκνυσι τοῦτο πλέον πάντων τῇ ὄψει τῶν κινουμένων ἀστέρων. Ἔχει δὲ καὶ τὸ σῶμα διφυές, τὸ μὲν ἄνω ἀνθρωποειδές, τὸ δὲ κάτω προβατοειδές, διότι καὶ τοῦ παντὸς τὸ μὲν ἄνω μέρος περιέχει λογικοὺς δυνάμεις, τὸ δὲ κάτω καὶ ἀλόγους· μὴ ἠρεμεῖν δὲ τῇ στάσει διὰ τὴν ἀεικινησίαν τῆς φορᾶς καὶ τὴν ῥευστὴν φύσιν τῆς ὕλης· πεφιλῆκέναι δὲ τὴν Ἠχώ· ποθεῖ γὰρ ἡ οὐρανία σφαῖρα τὴν ἐναρμόνιον κίνησιν καὶ τῇ ταύτης ἐφέσει κυκλοφορικῶς ἀεὶ φέρεσθαι. Ἀναλογεῖ δὲ τῷ οἴνῳ τὸ αἷμα κατὰ κρᾶσιν καὶ οὐσίαν· ὥσπερ γὰρ ἐξεθέ-

17. Cur vulgus de crapulis dicit, vinum vino solvi, capitis nempe dolorem ab eo profectum? Censeo hoc vulgare quidem, sed verum esse: debilitatem enim a caloris copia profectum aliud vinum intrando depellens, corroborat hæc, et molitur depulsionem ac discussionem flatuum ab eo collectorum, qui caput et corpus gravant, atque inprimis vinum temperatum dissolvit prioris vini calorem, a quo pendet etiam debilitas: parum enim vini si bibitur, sanitatem facit, modica vero copia hilaritatem, immodicaque ebrietatem et delirium, ut Theognis quoque poeta refert, de modico vino inquiens:

Multum vinum si bibitur, malum est: si quis vero id
bibat perite, non malum est, sed bonum:

unde haud inepte fabulantur, Bacchum insequi baccham propter vini choream; item satyros propter agilitatem, Lydamque, quia nonnulli resolvuntur a vino, pardumque propter variam vinolentorum imaginationem: diversum enim ac varium recipit ratiocinium unusquisque qui a vino agitatur: multis namque maculis distincta est pellis animalis; bacchamque unam furore perculsam homicidium perpetrasse, Agaven nempe matrem Penthei: multi enim ultra modum inebriati ad homicidium se converterunt; nudum vero fingunt Bacchum propter consilii patefactionem quem bibentibus parit vinum; cupivisse autem Venerem ac Ariadnen: vinolentos enim comitatur plurima mulierum cupido; exhibere et calvitiem quamdam, quia inprimis cerebrum vastat pervertitque ac infatuat copia vini: unde et Maroni cognomen ei indiderunt; adesse ei et Panem, id est ipsum universum esse vini facultatem, aut rursus propter varium vini colorem et facultatem: nam illud quoque versicolor est et diversissimas induit species; fulminis igne ictum ac femore receptum, quia solis ardori expositum vinum sæpe, quod ad temperamentum et facultatem, perficitur, intra fictilia latens; quatuor tandem sorores uxores esse Baccho, quia quatuor mutationes subit vinum. Audi et de Pane, quod eum mundi universitatem esse censent: duo enim cornua circumponunt capiti propter duplicem universi naturam: nam universum pro singulis partibus masculum est ac femininum, quemadmodum et sol lunaque: ille enim seminis loco propriam lucem præbet lunæ, hæc vero recipit, uti et sexus femineus; quin etiam vita et mors, ortus ac interitus, ut docet lunæ jubar augmento et decremento sphæræque motus quotidianus ab ortu ad obcasum, septemque siderum contrario itinere meantium ab obcasu ad ortum, ut omni alia re melius demonstrat siderum quæ moventur, inspectato cursu. Habet et corpus geminum, superne quidem humanum, inferne vero ovillum, quia universi item pars superior rationales continet facultates, inferior vero et ratione carentes; numquam autem stando quiescere fingunt Panem propter sempiternum motus tenorem et caducam materiæ naturam; amasse autem Echo: cupit enim cœlestis sphæra motum modulatum ac hujus adpetitu itinere orbiculari perpetuo ferri. Respondet autem vino sanguis, cum temperie, tum substantia: quemadmodum enim exposuimus vinum esse quadripartitum,

Digitized by Google

ρεθα τὸν οἶνον τετραμερῆ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ αἷμα· ἔχει γὰρ τὸ ὑδατωδέστατον μέρος ὅπερ ἕλκουσιν οἱ νεφροί· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀναλογοῦν ὡς ἄνθος, ὅπερ ἕλκει ἡ χολοδόχος κύστις, καὶ τὸ παχὺ καὶ τρυγῶδες, ὅπερ ὁ σπλὴν ἕλκει, καὶ αὐτὸ τὸ οἰνῶδες καὶ καθαρὸν τοῦ αἵματος, ὅπερ ἀναδιδόμενον, καθάπερ καὶ οἶνος, ἐν τῷ σώματι τρέφει τὰ μόρια.

eodem modo et sanguis: habet namque partem aquæ persimilem, quam trahunt renes: eodem modo et partem flori respondentem, quam trahit vesicula fellea; item partem crassam et fæculentam, quam trahit lien; habet quoque ipsam partem vinosam ac puram sanguinis, quæ adscendens ad modum vini, in corpore nutrit membra.

ιη'. Διὰ τί τρωθεῖσα βάλανος καὶ γνάθου τὰ λεπτὰ οὐ κολλᾶται; Καθὰ ὅσα ἀπὸ σπέρματος γέγονεν ἀπὸ φύσεως, ταῦτα παλιγγενεσίαν οὐχ ὑπομένει τὴν αὐτήν, ὡς νεῦρον, φλέψ, ὑμένες καὶ τὰ παραπλήσια. Εἰκότως οὖν καὶ ταῦτα νευροειδῆ ὄντα τελείαν οὐχ ὑπομένει τὴν γένεσιν· τὰ μέντοι ἐξ ἀρχῆς ἐξ αἵματος διαπλασθέντα πάλιν γεννᾶται· τῷ δὲ παντὸς βίον κεκτῆσθαι σπέρμα * δὲ ὄν.

18. Quamobrem glans vulnerata ac pars tenuis genarum non conglutinantur? Quatenus omnia quæ e semine construxit natura, hæc non iterum eamdem admittunt generationem, ut nervus, vena, membranæ et similia. Merito igitur et hæc, utpote nervosa, perfectam non admittunt generationem; quæ vero primitus e sanguine constructa sunt, iterum generantur; semine autem indigent, quia universi vitam participant.

ιθ'. Διὰ τί τὰ γίγαρτα καὶ τὰ σήσαμα καὶ κεγχραμίδες ὑγιῆ καταπινόμενα πάλιν ὠμὰ διὰ γαστρὸς ἐκκρίνεται; Ἢ διὰ τὴν πολλὴν σμικρότητα καὶ ξηρότητα οὐ πέττεται; Ἢ ὅτι τὸ τέλειον περιέχουσι τῆς γεννητικῆς σπορᾶς; διὸ καὶ σφαιροειδῆ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον σῶα παραμένουσιν· τοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα τελειότερόν ἐστι παρὰ τῷ θεῷ παρὰ πάντα τὰ σχήματα, λέγω δὲ τὰ τετράγωνα, κυβοειδῆ, πυραμοειδῆ, κυλινδροειδῆ, ὠοειδῆ, φακοειδῆ καὶ τὰ ὅμοια.

19. Quamobrem vinacea, sesama, et grana ficulna, si integra devorantur, rursus cruda per ventrem excernuntur? An propter insignem exiguitatem ac siccitatem non concoquuntur? An quia perfectionem continent sationis generatricis? idcirco et, globosa quum sint, plerumque incolumia manent: hæc enim figura perfectior est apud deum præter omnes alias, quadratum inquam, cubum, pyramidem, cylindrum, ovum, lenticulam et similia.

κ'. Διὰ τί ἐπὶ τῆς ἐμφράξεως τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἡ κατακλεὶς κατασπᾶται; Ὅτι ἡ ἀπὸ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος στελεχιαία φλὲψ ἀνιοῦσα πρὸς τὴν κατακλεῖν ἀπὸ τῆς ἐμφράξεως καὶ πληρώσεως εὐρυνομένη τὸ μῆκος μειοῖ καὶ σπᾷ ἐπὶ τὸ κάτω, καθάπερ τὸ ἔντερον πληρούμενον σαρκῶν, ἢ ἄλλων σωμάτων τινῶν, αὖτη δ' Ὁκομένη συγκατασπᾷ καὶ τὴν κατακλεῖν καὶ οὕτω τὴν ὀδύνην ἐπιφέρει. Ἔχουσι δὲ ξηροβήχιον· ἡ γὰρ δυσκρασία τοῦ ἥπατος ἀνιοῦσα πρὸς τὰ ἀναπνευστικὰ ἐπεγείρει ταῦτα πρὸς ἀπόκρισιν, καὶ ποιεῖ ἐπ' αὐτὰ βῆχα.

20. Quamobrem obstructa jocinoris superficie convexa, jugulum detrahitur? Quia vena caudicalis a convexa jocinoris superficie orta, indeque ad jugulum adscendens, dum ab obstructione et repletione dilatatur, longitudinem minuit ac deorsum trahit, quemadmodum intestinum carnibus, aut aliis quibusdam corporibus, repletum; hæc autem vena, dum trahitur, una detrahit quoque jugulum, atque sic dolorem infert. Habent autem tussiculam siccam: jocinoris enim intemperies ad respirationis instrumenta adscendens, excitat hæc ad excernendum, lisque tussim infert.

κα'. Διὰ τί ἡ μήτρα παρὰ πάντα τὰ μόρια ἐνδοθεν τραχεῖα γέγονεν, ἐξοχὰς ἔχουσα ἃς καλοῦσι κοτυληδόνας; Διὰ τὴν ἀντοχὴν τῶν σπερμάτων· πᾶν γὰρ ὑγρὸν εὐόλισθόν ἐστιν ἐν λείῳ σώματι· οὕτω γὰρ καὶ οἱ κονιῶντες τοὺς τοίχους προσκολάπτουσιν αὐτοὺς πρὸς τὸ τὰ κοιλώματα γίνεσθαι τῆς διαμονῆς τῶν κονιῶν ἀσφαλίσματα· τούτου γὰρ χάριν καὶ αὐτὸ τὸ σπέρμα κολλώδες κατεσκεύασεν ἡ φύσις πρὸς ἀντοχὴν τῆς διαμονῆς.

21. Quamobrem matrix præter omnes alias partes intus aspera est eminentiis instructa quas acetabula adpellant? Ad semen retinendum: omnis enim humor facile delabitur a corpore lævi: nam sic et qui parietes calce oblinunt, hos tundunt, ut foveæ tutamenta fiant adhærendæ calcis: hujus enim gratia ipsum quoque semen glutinosum paravit natura, ut adhærendo perstaret.

κβ'. Διὰ τί ἐν ἀρίστῳ πολλοὶ ὑπερεμπλησθέντες οὔρου καὶ αἰδεσθέντες ἐξουρῆσαι παρελύθησαν, καὶ ἰσχουρίαν ὑπέμειναν; Ὅτι τῇ ὑπερπληρώσει σφόδρα διαταθεῖσα ἡ οὐροδόχος κύστις καὶ ἄγαν ἐξογκωθεῖσα τὴν ἐν τῷ χιτῶνι κατὰ φύσιν ὑγρότητα ἐξέθλιψε καὶ διὰ τοῦτο κατεξήρανε ταύτην καὶ εἰς ξηρὰν δυσκρασίαν μετερρύθμισε, καὶ οὐκέτι ἠδυνήθη συσταλῆναι, καθάπερ καὶ βύρσα ὑπερξηρανθεῖσα οὐκέτι ἐκταθῆναι ἠδυνήθη, εἰ μὴ ἐν ὑδρελαίῳ ἐνυγρανθῇ. Ἡ δὲ στραγγουρία τὸ ἐναντίον, ἥ τις γίνεται διὰ παράλυσιν τοῦ μυὸς τοῦ κλείοντος τὸν τράχηλον τῆς οὐροδόχου κύστεως, ἢ δι' Ἕλκωσιν αὐτῆς, ἢ διὰ λίθου παρουσίαν, δακνομένης, ἢ βαρουμένης καὶ ἐρεθιζομένης ἐκκρίνειν αὐτὸ τὸ πρὸς ὀλίγον συναγόμενον οὖρον ἐν αὐτῷ. Δυσουρία δὲ κοινόν ἐστιν ὄνομα, τουτέστι τὸ δυσχερῶς οὐρεῖν, ὡς δυσπεψία καὶ δυσπνοΐα καὶ δύσπνοια.

22. Quamobrem multi post immodicam urinæ per prandium repletionem mingere veriti resolutionem ac urinæ retentionem passi sunt? Quia immodica repletione admodum distensa valdeque tumefacta vesica urinaria humorem naturaliter tunicæ inditum expressit, atque ideo eam desiccavit ac ad siccam intemperiem migrare jussit, nec amplius contrahi potuit, quemadmodum et corium ultra modum desiccatum non amplius extendi potest, nisi aqua et oleo humectetur. Urinæ autem stillicidium contrarium est, fitque ob resolutionem musculi cervicem vesicæ urinariæ claudentis, aut propter ipsius ulcerationem, aut quia calculus in ea adest, quum mordeatur, aut gravetur, atque ad excernendam excitetur urinam ipsam quæ pedetentim in ea colligitur. Urinæ vero difficultas commune nomen est significatque quod ægre mingunt, quemadmodum coquendi, audiendi et respirandi difficultas.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ Β.

α'. Διὰ τί οἱ τὴν κάτω κοιλίαν ῥευματιζόμενοι κατάδιψοι γίνονται; Ὅτι τῶν ὑγρῶν κάτω φερομένων, ἀναξηραίνεται τὰ πρὸς τῷ στομάχῳ· κατὰ ξηρότητα δὲ τὸ δίψος.

β'. Διὰ τί δακρύουσιν οἱ λυπούμενοι; Πνεύματος πάθος ἐστὶν ἡ λύπη· ἀνατρέχει οὖν ἐπὶ τὴν μήνιγγα, καὶ ἀθρόως ἐκθλίβει τὸ παρακείμενον ὑγρόν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς χαίρουσι γίνεται.

γ' Τίνι διαφέρει σπάδων εὐνούχου; Ὅτι ὁ μὲν εὐνοῦχος μειράκιον ὤν, τῶν διδύμων ἐστέρηται, ὁ δὲ σπάδων προκόψας ἤδη τὴν ἡλικίαν.

δ'. Διὰ τί οἱ σπάδοντες οὐ φέρουσι γένεια; Ὅτι ὑστεριεῖ ἐπ' αὐτῶν τὸ θερμόν· ὑπὸ θερμασίας γὰρ αὔξονται τρίχες.

ε'. Διὰ τί οἱ μὲν εὐνοῦχοι ὀξύφωνοι, οἱ δὲ γάλλοι οὔ; Ὅτι οἱ μὲν στενοὺς ἔχοντες τοὺς πόρους ἐκτέμνονται, οἱ δὲ ἤδη εὐρυτέρους ἀποκόπτονται· διὰ στενοῦ δὲ πνεῦμα φερόμενον λεπτὸν ἠχεῖ, δι' εὐρυτέρου δὲ βαρύτερον.

ς'. Διὰ τί μετὰ τὴν ξηρὰν καὶ ὑγρὰν τροφὴν ἐρευγόμεθα; Ὅτι κτᾶται τούτοις πνεῦμα. Τῆς οὖν ἀσθενεστέρας τροφῆς κάτω χωριζομένης, λεπτομερὲς ὂν τὸ πνεῦμα ἐπὶ τοὺς ἄνω τόπους ἑαυτὸ κουφίζει.

ζ'. Διὰ τί πλέον τινές τινων συνουσιάζουσιν; Ὅτι μᾶλλόν τινές τινων θερμότεροι.

η'. Διὰ τί οἱ ἀπὸ φωτὸς εἰς συνηρεφεῖς οἴκους εἰσελθόντες οὐχ ὁρῶσιν εὐθέως; Ὅτι τὸ μέλαν παχὺ ὄν, ἀποκρύπτει τὴν βλεπτικὴν οὐσίαν ταύτην ἐπιμείνασα. *

θ'. Διὰ τί αἱ γυναῖκες τὴν ὑστέραν παθοῦσαι παρακόπτουσιν; Ὅτι νευρώδης οὐσία ἐστίν· ἔχει δὲ τὰς ἀρχὰς ἀπὸ στομάχου καὶ μηνίγγων, ὅθεν καταπέπλεκται.

ι'. Διὰ τί ἔμμηνα γίνεται; Ὅτι ταῖς θηλείαις ἀργότερον βίον ζώσαις τὸ περίττωμα πολὺ πλέον, πολὺ δὲ τὸ αἷμα παντοχοῦ. Τὸ περισσὸν οὖν ἐκκρίνεται κουφισμοῦ χάριν.

α'. Διὰ τί ἐπὶ τοῖς λοιμοῖς, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὀφθαλμίαι προκατάρχονται; Ὅτι τοῦ πνεύματος πεῖσίς ἐστιν ὁ λοιμός. Τροπῆς οὖν περὶ αὐτὸ γινομένης, ἄνω φερόμενον τὸ πνεῦμα τὴν ὅρασιν ταράσσει· ἐκεῖ γὰρ μᾶλλόν ἐστι λεπτὸν καὶ εὐρούστερον.

ιβ'. Διὰ τί οἱ τρομικοὶ πίνοντες παραφέρονται; Ὅτι πολύθερμος ὁ οἶνος. Πολὺς οὖν γενόμενος τοῖς νευρώδεσιν ὑπεισέρχεται καὶ ταράσσει τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτοῖς, τοῦτο δ' ἐπὶ μήνιγγας φέρεται.

ιγ'. Διὰ τί τὰ μὲν ἄλογα ζῷα τεχθέντα περιπατεῖ εὐθέως, οἱ δ' ἄνθρωποι οὔ; Ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων ἴσον ἐν παντὶ μέρει τὸ θερμόν, ἐπὶ δὲ τῶν βρεφῶν πλεῖον περὶ τὴν κεφαλήν. Ὅταν οὖν ὁμαλισθῇ πανταχοῦ τὸ θερμόν, ἀνίσταται.

ιδ'. Διὰ τί οἱ σπώμενοι πυρέξαντες ἀπαλλάσσονται τοῦ σπᾶσθαι; Ὅτι θλιβομένου τοῦ ἐν τοῖς νεύροις πνεύματος καὶ ψυχομένου ὁ σπασμὸς γίνεται, ὑπὸ θερμασίας δὲ λύεται, θερμὸς δ' ὁ πυρετός.

SECTIO II.

1. Cur admodum siticulosi redduntur qui ventris inferioris fluxione laborant? Quia humoribus inferiora petentibus, desiccantur partes ori ventriculi vicinæ; a siccitate autem pendet sitis.

2. Cur lacrymantur mœrentes? Spiritus adfectus est mœror: recurrit igitur ad cerebri membranam et confertim exprimit humorem illic obvium. Idem et gaudentibus evenit.

3. Qua re differt spado ab eunucho? Quod eunuchum quidem adolescentuli ætate testibus privarunt, spadonem vero provecta jam ætate.

4. Cur spadones barbam non gignunt? Quia calor eorum tardat: a calore enim augentur pili.

5. Cur eunuchi quidem acutam habent vocem, galli vero non? Quia illi quidem, dum tennes habent meatus, exsecantur, hi vero, ubi jam latiores, castrantur; spiritus autem per angustum iter means, tenue sonat; per latius vero gravius.

6. Cur eructamus post alimentum, cum siccum, tum humidum? Quia una cum his spiritum sibi comparat. Dum igitur alimentum debilius deorsum secernitur, spiritus, utpote subtilis, ad superiora elevatur.

7. Quamobrem frequentius alii aliis coeunt? Quia alii aliis calidiores potius.

8. Quamobrem qui e luce profecti opaca intrant cœnacula, non confestim vident? Quia nigrum, utpote crassum, obcuilit substantiam visus, ei insidens.

9. Quamobrem mulieres utero laborantes delirant? Quia nervosa substantia est, originemque petit a ventriculi orificio et cerebri membranis: unde implicatus est.

10. Cur fit menstrua purgatio? Quia feminæ vitam degentes otiosiorem multo majorem excrementi copiam colligunt, multusque sanguis ubique adest. Superfluus igitur excernitur levandi gratia.

11. Cur in pestibus plerumque auspicantur lippitudines? Quia spiritus adfectus est pestis. Mutatio igitur circa illum ubi obtinet, spiritus superiora petens visum turbat: illic e. im tenuis potius et liquidior est.

12. Quamobrem tremebundi delirant bibentes? Quia calidissimum est vinum. Aucta igitur ejus copia, nervosas partes subit et spiritum turbat in iis obvium, hicce autem ad cerebri membranas fertur.

13. Quamobrem animalia ratione quidem carentia statim post partum obambulantur, homines vero non? Quia apud animalia ratione quidem carentia in omni parte æqualis adest calor, apud infantes vero major caput occupat. Ubi igitur ad æquabilitatem ubique redactus est calor, surgunt.

14. Cur nervorum distentione adfecti febre correpti convulsione liberantur? Quia convulsio fit compresso ac refrigerato spiritu qui nervis continetur; a calore autem solvitur, febrisque calida est.

Digitized by Google

ιε'. Διὰ τί ἐπὶ ταῖς χολαῖς οἱ μέλαιναν χολὴν ἐμέσαντες κινδυνώδεις; Ὅτι μηκέτι τῆς χολώδους ὑποστάσεως οὔσης, τὸ ἀπὸ τοῦ ἥπατος αἷμα ἕλκεται.

15. Cur inter varias bilis species qui atram bilem evomuerunt, periculo patent? Quia ubi non amplius adest biliosum sedimentum, sanguis a jecore trahitur.

ις'. Διὰ τί ἀπουρήσαντες ἀναπνέομεν; Ὅτι πληρωθεῖσα ἡ κύστις ὑποκείμενον τὸ ἀπευθυσμένον ἔντερον θλίβει. Ἐνεθείσης οὖν αὐτῆς, τὸ ἐπισχεθὲν ἐν τῷ ἐντέρῳ πνεῦμα ὀλισθαίνει.

16. Quamobrem post mictionem flatum emittimus? Quia vesica repleta comprimit intestinum rectum subjectum. Relaxata igitur ea, flatus in intestino retentus elabitur.

ιζ'. Διὰ τί χασμησάμενοι, ἢ πολὺ οὐρήσαντες, ὑποφρίττομεν; Ὅτι τοῦ θερμοῦ πνεύματος μέρος τι συντρέχει. Ἀκολούθως οὖν ἐκ παραδρομῆς ὑποψύγομεν.

17. Quamobrem oscitati, vel multa urina emissa, inhorrescimus? Quoniam calidi spiritus pars aliqua concurrit. Consequenter igitur e transitu leviter refrigeramur.

ιη'. Διὰ τί ἐπὶ τῶν λευκῶν, ἢ ἀλφῶν αἷμα οὐχ ὑπακούει κεντούμενον; Ὅτι ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν πόρων τὸ θερμὸν ὑποκεχώρηκεν, ἢ διέπνευσεν.

18. Cur in vitiligine alba, aut alpho, sanguis punctus non obedit? Quia e superficiei meatibus recessit, vel diffiatus est calor.

ιθ'. Διὰ τί αἱ συλλαβοῦσαι κισσῶσιν; Ὅτι τῶν παρὰ φύσιν ἐστὶν ἡ σύλληψις, νευρώδες δὲ τὸ σπλάγχνον, στομάχου δὲ πάθος ἡ κίσσα, ὥσπερ ὄρεξις καὶ ἀνορεξία.

19. Quamobrem mulieres post conceptum pica laborant? Quia ad res præter naturam pertinet conceptio, nervosumque est viscus; oris autem ventriculi adfectus est pica, quemadmodum ciborum adpetitus ac fastidium.

κ'. Διὰ τί οἱ τεταρταῖοι χρονιώτεροι τῶν ἄλλων τύπων; Ὅτι περὶ τὸ γεῶδες τοῦ σώματος σύγκριμα γίνεται, βαρὺ δὲ τὸ γεῶδες, ὅθεν βραδεῖς οἱ τεταρταῖοι.

20. Quamobrem quartanæ diuturniores sunt quam reliquæ febrium species? Quia terrenum corporis concrementum obcupat, grave autem est terrenum: unde tardæ sunt quartanæ.

κα'. Διὰ τί τῶν περὶ τὰ ἄρθρα ἀποπρησθέντων οὐ κατουλοῦται τὰ ἕλκη, ἐπί τινων τε τηρεῖται τοῦτο; Ὅτι πλείων ἐν τοῖς ἄρθροις ἡ ὕλη. Φερομένη οὖν ἡ ὕλη ἐκεῖσε δριμύτερον γίνεται καὶ ἀναξηραίνει. Ἢ ὅτι τῶν ἄρθρων τὸ πέρας χόνδρος ἐστίν; Ἀπολισθαίνουσα οὖν ἡ κατούλωσις οὐ κρατεῖ.

21. Quamobrem ambustis partibus articulis vicinis, cicatrix ulceribus non obducitur, idque apud nonnullos observatur? Quia abundat materia in articulis. Dum igitur huc defertur materies, acre quid oritur ac desiccat. An quia articulorum extremum cartilago est? Delabens igitur cicatrix non hæret.

κβ'. Διὰ τί τὸ ὄμβριον ὕδωρ ἐλαφρόν ἐστιν, καίπερ ἀπὸ θαλάσσης ἁρπαζόμενον, ἔστι δὲ τοῦτο βαρύ; Ῥητέον ὅτι ἀναληφθὲν τοῦτο καὶ γυμνασθὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος λεπτύνεται καὶ ὑπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὸ ἀέρος γίνεται κοῦφον· τὸ δὲ κοῦφον ἄνω φερόμενον ἐκχεῖται κατὰ πλείονα συναθροισμόν.

22. Quamobrem aqua pluvia levis est, etiamsi e mari rapiatur, quod grave est? Dicendum, eam a spiritu correptam et exercitatam adtenuari atque vi aeris ambientis levem fieri; leve autem superiora petens effunditur, ubi magna copia collectum est.

γ'. Διὰ τί τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοις, ὀδοῦσι, νεύροις; Ὅτι τῆς γεώδους συγκρίσεώς ἐστι ταῦτα πάντα· ψυχρὸν δὲ τὸ γεῶδες. Ἐπιψυχόμενα οὖν βλάπτεται.

23. Cur frigidum inimicum est ossibus, dentibus, nervis? Quia hæc omnia ad terrenam pertinent coagmentationem, frigidum autem est terrenum. Superaddita igitur refrigeratio noxam iis infert.

κδ'. Διὰ τί ἡ χιὼν ψυχρὰ οὖσα καίει; Καθ' ὑπερβολὴν πυκνώσεως· ἔμπυκνος γὰρ ἡ χιών, αἱ δ' ἀκρότητες ἴσαι, θερμαί τε καὶ ψυχραί.

24. Quamobrem nix, etiamsi frigida sit, urit? Propter immodicam densitatem: densa enim est nix; extrema autem paria sunt, sive calida, seu frigida.

κε'. Διὰ τί οἱ φρενιτικοὶ μὲν μικρόσφυκτοι, μεγαλόσφυκτοι δὲ οἱ ληθαργικοί; Ὅτι οἱ μὲν ἀραιουμένου τοῦ ἐν τοῖς μήνιγξι πνεύματος παραφέρονται, οἱ δὲ παχυνομένου βαρύνονται.

25. Quamobrem phrenitici parvum quidem pulsum habent, lethargici vero magnum? Quia illi quidem rarefacto spiritu qui cerebri membranis continetur, delirant, hi vero spissato gravantur.

κς'. Διὰ τί τῶν πυρετῶν λυομένων ὑρ' ἱδρῶτος, οἱ καρδιακοὶ διαφέρονται; Ὅτι ἐφ' ὧν διαπνεῖ τὰ νοσοποιοῦντα, ἐφ' ὧν δὲ διαλύεται τὸ σύγκριμα.

26. Cur, quum febres sudore solvuntur, cardiaci per halitum dissipantur? Quia apud illos quidem diffiantur morborum causæ, apud hos vero dissolvitur coagmentum.

κζ'. Διὰ τί χειμῶνος πεινα λέοι γινόμεθα μᾶλλον καὶ καταπέσομεν τὴν τροφήν; Ὅτι πυκνουμένου τοῦ σώματος ἔξωθεν, τὸ θερμὸν εἰς τὸ βάθος ἀποκλείεται, ὑπὸ θερμασίας δ' ἡ τροφὴ πέττεται.

27. Cur hyeme potius famem sentimus ac cibum concoquimus? Quia, dum corpus extra densatur, calor ad fundum includitur; a calore autem coquitur alimentum.

κη'. Διὰ τί οἱ πλεῖον συνουσιάσαντες αἷμα ἔσθ' ὅτε ἀποκρίνουσιν; Ὅτι τῆς σπερματικῆς οὐσίας ἐκκενωθείσης, προχειρότερον αἵματος ὑγρὸν οὐκ ἔστιν.

28. Cur qui frequentius coeunt, interdum sanguinem excernunt? Quia vacuata substantia seminali, nullus humor sanguine promptius se obfert.

κθ'. Διὰ τί τὸ μέλι τοῖς μὲν ἕλκεσι δριμὺ τυγχάνει, τῇ δὲ γεύσει γλυκύ; Ὅτι τοῖς ἕλκεσιν ἀπεξηραμμένοις ἡ ὑπὸ τοῦ

29. Cur mel ulceribus quidem acre est, gustu vero dulce? Quia ulceribus, utpote desiccatis, melis incidit tenuitas, acre au-

Digitized by Google

μέλιτος προσπίπτει λεπτότης, δριμὺ δὲ τὸ λεπτόν· ἡ δὲ γεῦσις ὑγρὰ οὖσα τῆς ἐν τῷ μέλιτι λειότητος ἀντιλαμβάνεται.

tem est quod tenue; gustus vero quum humidus sit, melle percipit lævitatem.

λ'. Διὰ τί τὰ νεῦρα νυσσόμενα μὲν φλεγμονὰς ἐπιφέρει, κοπτόμενα δ' οὐκέτι; Ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα διὰ τῶν στενῶν πόρων ἀνωμάλως τῇ διαιρέσει προσπῖπτον ἀποστρέφεται καὶ εἰς αὐτὸ πιλοῦται, ἐπὶ δὲ τῆς τελείας διακοπῆς διαπνεῖ.

30. Quamobrem nervi puncti quidem inflammationes adferunt, contusi vero non amplius? Quia spiritus per angustos meatus inæqualiter incisuræ incidens deflectitur et in se ipse colligitur; in perfecta vero scissione diffiatur.

λα'. Διὰ τί οἱ πρὸ τῆς σημασίας ἱδρῶτες χαλεποί; Ὅτι οἱ μὲν μετὰ τῆς σημασίας γίνονται κατ' ἄνεσιν, οἱ δὲ πρὸ τῶν σημασιῶν κατ' ἐκθλιψιν.

31. Cur sudores adcessionem præcedentes graves? Quia sudores adcessionem comitantes quidem relaxatione fiunt, qui vero eam præcedunt, per expressionem.

λβ'. Διὰ τί οἱ νήστεις δυσῶδες ἔχουσι τὸ στόμα; Ὅτι τῆς ἐν τῷ στομάχῳ δριμύτητος μὴ κατακιρναμένης νεαρᾷ τροφῇ ἡ ἀναθυμίασις ἀηδὴς γίνεται.

32. Cur jejuni fœtidum habent os? Quoniam, ubi acrimonia os ventriculi obcupans non remiscetur cibo recenti, exhalatio fit gravis.

λγ'. Διὰ τί ἐν ταῖς καρδίαις οὐδὲν γίνεται πάθος; Ὅτι διὰ τὴν κυριότητα αὐτῆς φθάνει τοῦ πάθους ὁ κίνδυνος.

33. Quamobrem in corde nullus consistit morbus? Quia propter magnum ejus momentum periculum morbum antevertit.

λδ'. Διὰ τί ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς σκάψαντες γλυκὺ εὑρίσκομεν ὕδωρ; Ὅτι παχὺ τὸ τῆς θαλάττης ὕδωρ, ἐκ πολλῶν συνεστός. Τὸ λεπτομερὲς οὖν αὐτῆς διὰ τῆς γῆς παρεισδύνει· γλυκὺ δὲ τὸ λεπτόν, ὥσπερ παχὺ τὸ ἁλμυρόν.

34. Quamobrem in littore fodientes dulcem reperimus aquam? Quia crassa est aqua marina, quippe e multis constans. Itaque subtiles ejus partes per tellurem subeunt; dulce autem est tenue, quemadmodum crassum salsum.

λε'. Διὰ τί τὰ πυρίκαυτα δυσκατούλωτά ἐστιν; Ὅτι πάντες ἀθρόως ἀφανίζονται οἱ πόροι καὶ πάσχουσιν ὅμοιον τῇ νεκρώσει, δυσέκληπτος δ' ἡ ἀποκεκλεισμένη κατ' αὐτὰ ὕλη.

35. Cur igne ambustis difficulter cicatrix inducitur? Quia meatus omnes simul evanescunt et morti aliquid simile patiuntur, difficulterque educitur materies iis inclusa.

ς'. Διὰ τί οἱ πρεσβῦται φίλοινοι; Ὅτι χρόνῳ κατεψυγμένοι χρείαν ἔχουσι τοῦ θερμοῦ, θερμαντικὸς δ' ὁ οἶνος.

36. Quamobrem vinosi sunt senes? Quoniam ætate refrigerati calore opus habent; calefacere autem valet vinum.

λζ'. Διὰ τί μᾶλλον τὰ δεξιὰ τῶν ἀριστερῶν εὐσαρκότερα; Ὅτι μᾶλλον αὐτῶν κινουμένων καὶ αἱ ὗλαι συνεπαδιδόασιν.

37. Quamobrem dextra sinistris carnosiora? Quia, quum magis moveantur, materiæ quoque simul augentur.

λη'. Διὰ τί ἐπὶ τῶν ἀριστερῶν ὤμων τὰ φορτία φέρομεν; Ὅτι τῶν ἀριστερῶν δυσκινήτων ὄντων πλείων ἡ ἐπιμονὴ τῆς ὕλης, ἐπὶ δὲ τῶν εὐκινητοτέρων ἐλάττων.

38. Quamobrem onera gerimus in humero sinistro? Quia, quum sinistra difficulter moveantur, melius fulcitur materies, in partibus vero mobilioribus minus.

Λοιπὸν τοίνυν περὶ τῶν κοινῶν συμπτωμάτων διελθεῖν καιρός, κοινὰ δὲ συμπτώματα λέγομεν ὅσα πάσαις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνει ταῖς ἡλικίαις, οἷον περὶ ἰλίγγων καὶ πταρμῶν καὶ χάσμης, ἔτι δὲ λυγμοῦ καὶ σκοτοδινήσεως καὶ ἐρυγμῶν τε καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, αὐτά τε διὰ τί γίνεται, καὶ πῶς διατεθέντων τῶν σωμάτων, καὶ διὰ τί τούτων ἔνια μέν ἐστιν ἀλλήλων λύσις, ἔνια δ' οὔ, καὶ ποίοις ἐργωδῶς γίνεται, μετὰ δὲ ταῦτα περί τε φαλακρῶν καὶ μαδίσεως τριχῶν, καὶ ὅλως διὰ τί αὔξονται καὶ φθείρονται τρίχες καὶ ὄνυχες, καὶ κατὰ ποίους καιρούς, καὶ διὰ τί μέλαιναι καὶ πυρραὶ καὶ λευκαὶ γίνονται τρίχες, πρὸς δὲ τούτοις περί τε φωνῆς καὶ τῶν περὶ φωνὴν συμπτωμάτων, οἷον διὰ τί ὀξεῖαι καὶ βαρεῖαι γίνονται, καὶ πῶς ἀπορρήγνυνται, καὶ διὰ τί ἔνιοι διὰ τῶν ῥινῶν φθέγγονται, καὶ πάλιν περὶ ἀκοῆς καὶ ὀσμῆς καὶ γέλωτος, εἶτα περὶ ναυτίας, καὶ διὰ τί οἱ μὲν τοῦτο πάσχουσιν, οἱ δ' οὔ, καὶ ποῖοι μάλιστα.

Ceterum jam tempus est ut de adcidentibus communibus disseramus; adcidentia autem communia vocamus quæcumque omnibus ætatibus vulgo eveniunt, ut de vertiginibus, de sternutationibus, de oscitatione, insuper de singultu, de obfuscatione, de ructibus omnibusque hujusmodi, quamobrem ipsa fiant, et qua corporis conditione, et quamobrem alia quidem ab aliis liberent, alia vero non, ac quibusnam moleste eveniant, post hæc de calvis et pilorum defluvio, et in universum quamobrem augeantur et pereant pili et ungues, et quibus obcasionibus, tum quare nigri rufique et albi fiant pili, præterea de voce ejusque adcidentibus, e. g. quamobrem acuta et gravis reddatur, et quomodo abrumpatur, et quare nonnulli per nares loquantur, atque porro de auditu et olfactu et risu, deinde de nausea, et quare alii quidem hoc patiantur, alii vero non, et quinam maxime.

λθ'. Διὰ τί κάτω μὲν βλέποντες ἰλιγγιῶμεν ἀφ' ὑψηλοῦ, ἄνω δ' οὔ; Ἢ ὅτι ὁ μὲν ἴλιγγός ἐστι κινουμέ-

39. Quare ab alto deorsum quidem spectantes vertigine adficimur, sursum vero non? An quia vertigo fit, ubi in-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

νου τοῦ ἄκρου τῆς ὄψεως, οἷον τοῦ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ· ἰλιγγιῶμεν γὰρ ὅταν παρατρέχωσι πολλοί, ἂν τὴν ὄψιν ἐφ' ἕκαστον ἐπιβάλωμεν, ὑπὸ τῶν παρατρεχόντων κινουμένης τῆς ὄψεως. Ὄντος δὲ τοιούτου τοῦ ἰλιγγιᾶν, ὅταν κάτω βλέπωμεν, ἐὰν μὲν ἀπὸ βραχέος, οὐκ ἰλιγγιῶμεν, διὰ τὸ ἐπερείδεσθαι τὴν ὄψιν· ἐὰν δ' ὑψόθεν φερομένη κάτω ἡ ὄψις πρὶν ἀπερείσασθαι κινῆται, καὶ τὸ ἄκρον ἐκεῖνο κινεῖται· ἄνω δ' ὅταν βλέπωμεν, ποῦ οἰσθήσεται ἰοῦσά τε φέρεται; Εἰκότως οὖν κάτω βλέπουσι γίνεται ἰλιγγος.

tuitus extremum movetur, verbi gratia quod intra cerebrum est : vertigine enim adficimur, quando prætereunt multi, dummodo unicuique intuitum injiciamus, quippe quum intuitus a prætereuntibus movetur. Quum autem vertigo hujusmodi ressit, quando deorsum spectamus, parvo quidem intercedente intervallo, vertiginem non sentimus, quia intuitus fulcitur ; si vero ex alto inferiora petens intuitus, antequam fulcimentum inveniat, moveatur, extremum hoc itidem movetur ; sursum vero ubi spectamus, quo abibit profectusque fertur? Merito igitur deorsum spectantibus evenit vertigo.

μ'. Διὰ τί μόνον ἡμῖν ὁ πταρμὸς τῆς νυκτός, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, οὐ γίνεται, τὰ δ' ἄλλα, ὡς εἰπεῖν, ἅπαντα ἃ καὶ τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς νυκτός; Ἢ ὅτι ὁ μὲν πταρμὸς γίνεται ὑπὸ θερμοῦ τινος κινήσαντος τὸν τόπον τοῦτον ἀφ' οὗ γίνεται; διὸ καὶ ἀνακύπτομεν πρὸς τὸν ἥλιον ὅταν βουλώμεθα πταρῆναι· καθευδόντων δ' ἡμῶν ἀντιπερισπᾶται τὸ θερμόν· διὸ καὶ γίνεται τὰ κάτω θερμὰ τῶν καθευδόντων καὶ τὸ πνεῦμα πολύ. Εἰκότως οὖν οὐ πταρνύμεθα· ἀπαλλαγέντος γὰρ τοῦ θερμοῦ ἐκ τῆς κεφαλῆς, ὃ κινεῖν πέφυκε τὸ ἐνταῦθα ὑγρόν, οὗ ἐξωθουμένου πέφυκεν ὁ πταρμὸς γίνεσθαι, καὶ τὸ συμβαῖνον πάθος εἰκὸς οὐ γίνεσθαι.

40. Quamobrem sola sternutatio nobis plerumque noctu non evenit, reliqua vero, ut ita dicam, omnia quæ interdiu, et noctu? An quia sternutatio fit a calore quodam movente locum illum qui ei ansam dat? hinc etiam caput ad solem erigimus, ubi sternutare volumus; dormientibus vero nobis undique retrahitur calor : propterea et partes inferiores incalescunt nobis dormientibus et spiritus copia augetur. Merito igitur non sternutamus : ubi enim e capite ablerit calor, qui naturaliter movet humorem ibi obvium, cujus expulsio sternutationem producere solet, nil mirum, adfectum consequentem etiam non fieri.

μα'. Διὰ τί τρίψαντες τὸν ὀφθαλμὸν παυόμεθα τῶν πταρμῶν; Ἢ ὅτι ἡ ἀναπνοὴ ταύτῃ γίνεται τῷ ὑγρῷ; δακρύει γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς μετὰ τὴν τρίψιν, ὁ δὲ πταρμὸς ἐκ πλήθους ὑγρότητος. Ἢ ὅτι τὸ ἔλαττον θερμὸν φθείρεται ὑπὸ τοῦ πλείονος, ὁ δ' ὀφθαλμὸς τριφθεὶς πλείω λαμβάνει θερμότητα τῆς ἐν τῇ ῥινί; Διὰ τοῦτο δὲ καί, ἤν τις τὴν αὑτοῦ ῥῖνα τρίψῃ, παύεται ὁ πταρμός.

41. Quamobrem fricato oculo sternutationibus finem imponimus? An quia exhalationem ibi reperit humor? lacrymatur enim oculus post frictionem, sternutatio autem ab humoris copia provenit. An quia minor calor a majore deletur, oculusque fricatus majorem capit calorem quam qui in naribus aderat? Propterea et, si quis nares suas fricet, cessat sternutatio.

μβ'. Διὰ τί ἰλιγγιῶσιν εἰς ταὐτὸ βλέποντες, κἂν κύκλον κινούμενον ἴδωσιν; ἄτοπον γάρ τι τὴν ἠρεμίαν τῇ κινήσει ταὐτὸ ποιεῖν ἐναντία ὄντα. Ἢ ὅτι διίστησι καὶ ἡ στάσις τὰ τῷ κινεῖσθαι σωζόμενα; τῆς ὄψεως γὰρ στάσης τοῦ ἑνὸς μορίου καὶ τὰ ἄλλα συνεχῆ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἵσταται· ὁ δὲ κυκλεύων, ὥσπερ καὶ Ἡράκλειτός φησι, κἂν μεταταράττῃ, ἵσταται. Τοῦτο δὴ δεῖ νοῆσαι πάσχοντα καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ χωρίς· τὰ μὲν γὰρ καὶ ἠθροισμένα εἰς ταὐτὸ τὰ βαρέα ποιεῖ τὸν ἰλιγγον. Ἡ μὲν οὖν ἠρεμία διὰ τοῦτο ποιεῖ ἰλιγγον· ἡ δὲ δίνησις τὰ βαρέα καὶ τὰ κοῦφα διίστησι, τὰ μὲν βαρέα εἰς τὸ μέσον, τὰ δὲ κοῦφα ἐπὶ τὸ ἔσχατον, δέον ἅμα τούτου τὸ εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ κύπτειν ἰλίγγους ποιεῖ· χωρίζεται γὰρ τὰ μὲν βαρέα κάτω, τὰ δ' ἐλαφρὰ ἄνω· φανερὰν δ' ἐκ τούτων οὐδεμίαν κίνησιν τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ κινεῖται.

42. Quamobrem vertigine adficimur eamdem rem intuentes, itemque circulum ubi moveri videmus? absurdum enim est quietem idem efficere ac motus, quum contraria sint. An quoniam quies disjicit quæ motu servantur? intuitu enim unius partis stante reliquæ ei continuæ in cerebro stant; nam qui in orbem vertitur, uti et Heraclitus dicit, etiamsi locum mutet, stat. Opinari sane oportet, hoc idem quoque seorsum pati quæ capiti insunt : quæ enim in eumdem locum colliguntur, gravia nempe, vertiginem efficiunt. Quies igitur hanc ob causam vertiginem adfert; gyrus vero gravia et levia disjicit, gravia quidem ad medium, levia vero ad extremum, quum ambo deberent conjuncta esse. Propterea reclinatio etiam vertigines creat : secedunt enim gravia quidem deorsum, levia vero sursum; propter hæc autem nullum motum manifestum faciunt quæ capiti insunt.

μγ'. Διὰ τὶ ἰλιγγιῶσι καὶ δι' ἔνδειαν καὶ διὰ πλησμονήν; Ἢ ὅτι δι' ἔνδειαν μὲν σύντηξις γίνεται εἰς τὰ κενά, διὰ πλήρωσιν δὲ περιττώσεως ὑπερβολὴ εἰς τοὺς πλήρεις πόρους, ταῦτα δ' ἀμφότερα βαρύνει καὶ ἐφίστησι τὰς περιόδους, τοῦτο δ' ἐστὶν ἴλιγγος;

43. Quamobrem vertigine adficiuntur tum propter defectum, tum propter plenitudinem? An quia propter defectum colliquatio fit ad loca vacua, propter repletionem vero excrementorum redundantia ad meatus plenos, hæc autem ambo gravant et circuitus sistunt, idque vertigo est?

Digitized by Google

μδ'. Διὰ τί τὸ σκορδινᾶσθαι ἡδύ; Ἢ ὅτι ἐξ ὕπνου πνεῦμα τῇ διατήξει καὶ τῇ κινήσει ποιούμενον ἰὸν ὁμαλῶς διὰ τῶν ἄρθρων ἡδονὴν ποιεῖ; Ὅτι δὲ πνεῦμα ποιεῖ, δῆλον· χασμᾶν γὰρ ἅμα ποιεῖ.

44. Quamobrem pandiculatio jucunda? An quia spiritus quem colliquatione et motu creat somnus, æquabiliter articulos percurrens voluptatem facit? Quod autem spiritus eam efficit, manifestum est: simul enim oscitationem adfert.

με'. Διὰ τί ὁ πταρμὸς λυγμὸν μὲν παύει, ἐρευγμὸν δ' οὐ παύει; Ἢ διότι οὐ τοῦ αὐτοῦ τόπου γε ἑκάτερον τὸ πάθος, ἀλλ' ὁ μὲν ἐρευγμὸς κοιλίας, ὁ δὲ λυγμὸς τοῦ περὶ τὸν πνεύμονα κατάψυξις καὶ ἀπεψία πνεύματος καὶ ὑγροῦ, κοινωνοῦσι δ' οἱ περὶ τὸν ἐγκέφαλον τόποι τῷ πνεύμονι, οἷον τοῖς τε ὠσίν; φανερὸν δὲ τῷ ἅμα [ἐνιοι] εἶναι οἳ καὶ κωφοὶ γίνονται. Καὶ αἱ νόσοι ἀντιπερίστανται αἱ τοῦ ὠτὸς εἰς τὰ τοῦ πνεύματος πάθη. Ἐνίοις δὲ σκαλεύουσι τὸ οὖς βῆχες γίνονται. Τὸ δὲ περὶ τὸν πταρνύμενον τῆς ῥινὸς τόπον δηλοῖ ἡ ἀναπνοὴ κοινὴ οὖσα, ὥστε πτάρνυται μὲν θερμαινομένου, ταὐτὸ δὲ συμπάσχει ὁ κάτω τόπος. Ἡ δὲ θερμασία πέττει· διὸ ὄξος μὲν παύει λυγμὸν καὶ ἀπνευστισμοί, ἐὰν ἠρεμαία ἡ λύξ ᾖ· ἐκθερμαίνει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ κατεχόμενον, ὥστε καὶ ἐν τῷ πταρμῷ ἥ τε κατάσχεσις γινομένη τοῦ πνεύματος τοῦτο ποιεῖ, καὶ τότε ἀθρόως ἔκπνευσις γίνεται καὶ τοῦ κάτω τόπου· ἀδύνατον γὰρ πταρῆναι [μὴ] ἐκπνέοντα. Ἡ οὖν ὁρμὴ ῥηγνύει τὸ ἐγκατειλημμένον πνεῦμα ὃ ποιεῖ τὸν λυγμόν.

45. Cur sternutatio singultui quidem finem imponit, ructui vero non? An quia non ad eumdem locum pertinet uterque adfectus, sed ructus ad ventriculum, dum singultus spiritus humorisque qui circa pulmonem sunt, refrigeratio ac cruditas est; commune autem aliquid habeant cum pulmone loca circa cerebrum, verbi gratia cum auribus? Constat eo quod simul muti sunt qui surdi nascuntur. Morbi quoque auris vicissim transformantur in pulmonis adfectus, nonnullisque, ubi aurem scalpunt, tussis evenit. Quod de narium loco sternutationi destinato diximus, probat respiratio quæ utrique communis est, ita ut sternutatio fiat hoc loco incalescente, ejusdemque adfectus particeps fiat locus inferior. Calor autem concoquit: propterea acetum et spiritus retentio singultui finem imponunt, si placidus sit singultus: excalefacit enim spiritus retentus, ita ut spiritus retentio quæ sternutando evenit, idem quoque faciat, atque tum subito fit exspiratio, etiam ex inferiori loco: fieri enim nequit sternutatio nisi exspirando. Impetus igitur rumpit spiritum inclusum qui singultum efficit.

μς'. Διὰ τί χασμησαμένου τινὸς ἀντιχασμῶνται, καὶ ὅταν οὐροῦντα ἴδωσιν, οὐροῦσι, καὶ μάλιστα τὰ ὑποζύγια; Ἢ διὰ τὴν μνήμην; ὅταν γὰρ μνησθῇ, κινεῖται τοῦτο τὸ μέρος. Τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις διὰ τὸ εὐαισθητότερον εἶναι ἰδοῦσιν εὐθὺς συμβαίνει ἀναμιμνήσκεσθαι, τοῖς δ' ὑποζυγίοις οὐκ αὐταρκὲς τὸ ἰδεῖν, ἀλλὰ προσδέονται καὶ ἄλλης αἰσθήσεως· διὸ καὶ ὀσφρηθέντα, ὅτι εὐκινητοτέρα αὕτη ἡ αἴσθησις ἄνευ λόγου. Καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὸν τόπον ἅπαντα οὐρεῖ, ὅπῃ τὰ πρῶτα οὐρήσει· τότε γὰρ μάλιστα κινοῦνται ὅταν ὀσφρανθῶσιν· ὀσφραίνονται δ' ὅταν πλησιάσωσιν.

46. Quamobrem oscitante aliquo vicissim oscitantur, et ubi mingentem vident, mingunt, atque inprimis jumenta? An propter memoriam? ubi enim meminerint, movetur hæc pars. Hominibus igitur, quia exquisitius sentiunt, simulac viderint, obcurrit memoria; jumentis vero non subficit visus, sed alio insuper sensu indigent: hinc et primum olfaciunt, quia facilius movetur hicce sensus sine ratione. Atque hanc ob causam in eumdem locum mingunt omnia, quo prima minxere: tunc enim inprimis moventur, quum olfecerint; olfaciunt autem postquam adierint.

μζ'. Διὰ τί πτάρνυνται μᾶλλον πρὸς τὸν ἥλιον βλέποντες καὶ κινοῦντες κάρφει τοὺς μυκτῆρας; Ἢ ὅτι ὁ ἥλιος θερμαίνει καὶ τὸ κάρφος τῇ κινήσει, θερμαινομένου δὲ τοῦ ὑγροῦ πνεῦμα γινόμενον ἐκπίπτει θᾶττον; οὐ γὰρ δύναται ὁ ἴσος τόπος πλείω γινόμενον τὸν ὄγκον στέγειν, ἡ δ' ἔκπτωσις πταρμὸς καλεῖται.

47. Quamobrem sternutamus potius solem adspicientes ac festuca nares moventes? An quia sol calefacit, itemque festuca motu suo; calefacto autem humore, spiritus qui gignitur, citius excidit? æqualis enim locus capere nequit molem auctam; eruptio autem sternutatio vocatur.

μη'. Διὰ τί ἐν τῷ χειμῶνι ἧττον οἱ ἄνεμοι ἀναπνέουσιν; Ἢ ὅτι ἐν μὲν τῷ θέρει ὁ ἀναπνεόμενος ἀὴρ διὰ τὴν ἁλέαν οὐχ ἱκανῶς καταψύχει, εἶτα πάλιν δεῖται τοῦ καταψύχοντος (διὸ ἀναπνεῖ ταχύ. Τοῦτο δ' αἴτιον καὶ τοῦ περὶ τὰς τελευτὰς ἀναπνεῖν ταχύ· διὰ γὰρ τὴν ἀδυναμίαν τῆς ὁλκῆς τοῦτο γίνεται· ὀλίγος γὰρ ἑλκυσθεὶς οὐ διαψύχει, ὀλίγος δ' εἰσέρχεται δι' ἀσθένειαν τῆς σπάσεως)· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τοὐναντίον; ἡ γὰρ ὥρα συγκαταψύχει.

48. Quamobrem hyeme minus reflant venti? An quia æstate quidem aer reflatus propter æstum non satis refrigeratur, dein rursus refrigerio indiget (propterea reflat cito. Hoc idem causa est, cur circa finem reflent cito: propter tractus enim debilitatem hoc fit: nam quum parum aeris adtrahitur, non penitus refrigerat; parum autem intrat propter tractus debilitatem); hyeme vero contrarium obtinet? tempestas enim simul refrigerat.

Digitized by Google

μθ'. Διὰ τί ἀνισταμένοις ἧττον μᾶλλον γίνεται ἢ καθέζουσιν; Ἢ διότι ἠρεμοῦσιν αὐτοῖς τὸ ὑγρὸν συνίσταται ἐν τῇ κεφαλῇ πλέον, κινουμένοις δὲ γίνεται δῆλον καὶ ποιεῖ τὸν ἴλιγγον εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἀποκλίναν (διὸ καὶ τὰ ὠμὰ οὐ δύναται κινεῖσθαι, ἀλλὰ καταπίπτει)· κινουμένων δὲ τὸ ὑγρὸν ὁμοίως ἔχει; Ἀνίστανται μὲν οὖν ἠρεμήσαντες ὅτε οὕτω διάκεινται· καθέζουσι δὲ ἐν κινήσει γενόμενοι ὅτε ὁμαλῶς ἔχει τὸ ὑγρὸν καὶ ἐσκέδασται.

49. Quare surgentibus potius fit vertigo quam sedentibus? An quoniam quiescentibus illis plus humoris colligitur in capite, isque per motum manifestatur atque vertiginem efficit, subito ad unam partem se convertens (propterea et cruda moveri nequeunt, sed decidunt); dum vero movemur, humor eodem modo se habet? Surgunt itaque post quietem, ubi ita se habent; sedent vero motu peracto, quando æquabiliter se habet humor ac dispersus est.

ν'. Διὰ τί τῶν μὲν ἄλλων πνευμάτων αἱ διέξοδοι οὐχ ἱεραί, οἷον φύσης καὶ ἐρευγμοῦ, ἡ δὲ τοῦ πταρμοῦ μόνη; Πότερον ὅτι τριῶν ὄντων τόπων, κεφαλῆς καὶ θώρακος καὶ τῆς κάτω κοιλίας, ἡ κεφαλὴ θειότατον, ἔστι [δὲ] φῦσα μὲν ἀπὸ τῆς κάτω κοιλίας πνεῦμα, ἐρευγμὸς δὲ τῆς ἄνω, ὁ δὲ πταρμὸς τῆς κεφαλῆς; Διὰ γοῦν τὸ ἱερώτατον εἶναι τόπον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐντεῦθεν ὡς ἱερὸν προσκυνοῦσιν. Ἢ ὅτι τὰ πνεύματα σημαίνει τοὺς εἰρημένους τόπους βέλτιον ἔχειν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μὴ διαχωρούντων; κουφίζει γὰρ πνεῦμα διεξιόν, ὥστε καὶ ὁ πταρμός, τὸν περὶ τὴν κεφαλὴν τόπον, ὅτι πνεῖ καὶ δύναται πέττειν· ὅταν γὰρ κρατήσῃ ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ θερμότης τὴν ὑγρότητα, τὸ πνεῦμα τότε γίνεται πταρμός· διὸ καὶ τοὺς ἐκθνήσκοντας κρίνουσι πταρμικῷ, ὡς ἂν μὴ τοῦτο δύνωνται πάσχειν, σώους εἶναι, ὥστε [ὡς] σημεῖον ὑπὲρ τοῦ ἀρίστου τόπου καὶ ἱερωτάτου προσκυνοῦσιν ὡς ἱερόν, καὶ φήμην ἀγαθὴν ποιοῦνται.

50. Quamobrem, quum reliqui spiritus transitus sacri non sint, veluti flatus et ructus, sternutamentum solum sacrum est? Utrum quia, quum tres adsint loci, caput, pectus et venter inferior, caput maxime divinum est; atqui flatus quidem spiritus est ab inferiori ventre profectus, ructus vero a superiori, sternutamentumque a capite? Quia igitur locus sacerrimus est, spiritum quoque inde profectum ut sacrum venerantur. An quia spiritus plerumque significant dictos hosce locos melius sese habere ac si non transirent? levat enim spiritus transiens: quapropter et sternutamentum significat, capitis locum flare et concoquere posse: ubi enim vicerit capitis calor humorem, tunc spiritus fit sternutamentum: hinc et qui animo linquuntur, medicamento sternutatorio discernunt, nullam spem salutis iis esse judicantes, si ita adfici nequeant: ut signum igitur de optimo ac sacerrimo loco, tamquam sacrum venerantur sternutamentum bonumque omen habent.

να'. Διὰ τί ὁ ἄνθρωπος μᾶλλον πτάρνυται τῶν ἀλόγων ζώων; Πότερον ὅτι τοὺς πόρους εὐρεῖς ἔχει δι' ὧν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ῥύμη εἰσέρχεται; τούτοις γὰρ πληρουμένοις πνεύματος πτάρνυται. Ὅτι δ' εὐρεῖς, σημεῖον ὅτι ἥκιστα ὀσφραντικὸν τῶν ἄλλων ζώων· ἀκριβέστεροι δ' οἱ λεπτόποροι. Εἰ μὲν [οὖν εἰς] τοὺς εὐρεῖς πλέον καὶ πλεονάκις εἰσέρχεται τὸ ὑγρόν, οὗ πνευματουμένου πταρμὸς γίνεται, τοιούτους δὲ μάλιστα τῶν ζώων οἱ ἄνθρωποι ἔχουσι, πλειστάκις ἂν πνάρνυντο εἰκότως. Ἢ ὅτι ἐλάχιστοι οἱ μυκτῆρες, ὥστε θερμανθὲν ὑγρὸν ταχὺ ἐξιέναι δύνασθαι πνεῦμα γενόμενον, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις διὰ τὸ μῆκος καταψύχεται πρότερον;

51. Quamobrem homo magis sternutat quam animalia ratione carentia? Utrum quia amplos habet meatus per quos spiritus et impetus ingrediuntur? his namque spiritu repletis sternuit. Horum autem meatuum latitudo eo probatur quod inter omnia alia animalia minime olfactu valet: exquisitiores enim sunt qui subtiles habent meatus. Quodsi igitur amplos meatus majori copia et sæpius intrat humor, quo in spiritum converso sternutamentum fit, hujusmodique meatus maxime inter omnia animalia habent homines, merito frequentissime sternutabunt. An quia brevissimæ sunt nares, ita ut humor calefactus cito exire possit in spiritum conversus, in reliquis vero animalibus propter longitudinem refrigeratur ante?

νβ'. Διὰ τί οἱ πρεσβῦται χαλεπῶς πτάρνυνται; Πότερον ὅτι οἱ πόροι συμπεπτώκασι δι' ὧν τὸ πνεῦμα ἐκκρίνεται; Ἢ τῷ ἀδυνατεῖν ἄνω βλέπειν ῥᾳδίως, βίᾳ ἀφιᾶσι κάτω;

52. Quamobrem senes difficulter sternutant? Utrum quia meatus conciderunt, per quos spiritus excernitur? An quia sursum spectare nequeunt facile, vi deorsum emittunt?

νγ'. Διὰ τί, ἐάν τις ἀποπνευματίζῃ, ἡ λύγξ παύεται; Ἢ διότι ἡ μὲν λύγξ ἀπὸ ψύξεως γίνεται (διὸ καὶ οἱ φοβούμενοι καὶ οἱ ῥιγοῦντες λύζουσιν)· κατεχόμενον δὲ τὸ πνεῦμα θερμαίνει τὸν ἐντὸς τόπον;

53. Quamobrem, si quis flatum ventris emittit, cessat singultus? An quia singultus quidem a refrigerio provenit (hinc et metuentes ac rigentes singultiunt); spiritus autem retentus calefacit locum interiorem?

νδ'. Διὰ τί τῶν τελευτηκότων οἱ ὄνυχες καὶ αἱ τρίχες αὔξονται ἐπί τινα χρόνον, καὶ τῶν πρεσβυτῶν; Ἢ διότι τῶν περὶ τὸ σῶμα ἀπαθέστερα ταῦτά ἐστιν;

54. Quamobrem mortuorum ungues ac pili augentur aliquantisper, itemque senum? An quia hæ omnium par-

Digitized by Google

Ὕστερον οὖν τὸ πάθος τοῦ συμπτώματος ἐπί τινα χρόνον αὔξεται.

tium corporis minime adfectibus obnoxiæ sunt? Post eventum igitur adfectus aliquantisper augetur.

νε'. Διὰ τί ποτε ἐν τῷ πώγωνι τρίχες βραδύτερον παραγινόμεναι θᾶττον λευκαίνονται; Ἢ διότι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ αἱ ἐν τῷ πώγωνι τρίχες πυρρότεραι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γίνονται; Ἐλάττων οὖν ἡ μετάβασις ἐκ τῆς πυρρᾶς τριχὸς εἰς τὴν λευκὴν ἢ ἐκ τῆς μελαίνης. Ἢ ὅτι τὰ ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεύματα πάντα εἰς τὸ στόμα φέρεται καὶ εἰς τοῦτον τὸν τόπον; διὸ ἀσθενεστέρα ἡ θριξ γίνεται. Διὰ τὴν ἀσθένειαν οὖν μᾶλλον πολιοῦται. Εἶτα τριχὸς οὐχ ἡ αὐτὴ ἐστι διαφορὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐκρεῖν τὴν κεφαλὴν μᾶλλον ἢ ἐν τῷ πώγωνι ἐγγίνεται· φαλακροὶ γὰρ τὴν κεφαλὴν τελέως γίνονται.

55. Cur tandem barbæ pili qui tardius adveniunt, citius albescunt? An quia plerumque barbæ pili magis rufi nascuntur quam capilli? Minor igitur transitus a pilo rufo quam a nigro ad album. An quia fluxiones de capite descendentes omnes ad os feruntur atque ad hunc locum? propterea debilior fit pilus. Propter debilitatem igitur magis canescit. Dein non unica tantum exstat pili species, sed defluvium quoque in capite magis obtinet quam in barba: penitus enim capite calvescunt.

νς'. Διὰ τί ὁ πώγων, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ μᾶλλον καὶ πρότερον πολιοῦται τῆς κεφαλῆς, ὕστερος γινόμενος; Ὅτι ἡ πολιὰ δι' ἀσθένειαν γίνεται τόπου καὶ τροφῆς, ὥσθ' ὅπου τοιαῦται αἱ τρίχες, καὶ ὅς τις μάλιστα τοιοῦτος τόπος, οὗτος ἂν μάλιστα καὶ πλεῖστα πολιοῖτο· αἱ δ' ἐν τῷ γενείῳ τρίχες τοιαῦται, καὶ ὁ τόπος τοιοῦτος; Σημεῖον δὲ καὶ τὸ θῆλυ· ἐνταῦθα γὰρ μόνον τρίχας ἁπλῶς οὐκ ἔχει, ἐπὶ δὲ τῆς ἥβης καὶ ἐν ταῖς μασχάλαις ἔχει. Καὶ οἱ τὴν γένεσιν διαφθειρόμενοι δι' ἀσθένειαν παρατηροῦνται τοῦτο πάσχειν, ὥσθ' ὅσοι πολιοῦνται, διὰ τοῦτο τὸν πώγωνα πολιώτατοι γίνονται· πρῶτος γὰρ δι' ἀσθένειαν μάλιστα πάσχει.

56. Quamobrem barba plerumque et magis et prius canescit quam caput, etiamsi serius nascatur? Quia cani a debilitate, cum loci, tum alimenti proveniunt, ita ut, ub tales sunt pili, et quicumque locus maxime hujusmodi, illi imprimis et maxima parte canescet; menti autem pili tales sunt et locus ejusmodi? Argumento etiam est femina: illic enim tantummodo simpliciter pilis caret, in pube vero et axillis habet. Eos quoque, quorum generandi facultas propter debilitatem perit, eodem modo adfici observarunt, ita ut quicumque canescunt, hanc ob causam barba maxime canescant: prima enim propter debilitatem maxime adficitur.

νζ'. Διὰ τί ἐν τῇ ἥβῃ τρίχες βραδύτεραί εἰσι καὶ ἧττον αὔξονται τῶν ἐν τῷ πώγωνι, πρότερον γινόμεναι καὶ ἐν ὑγροτέρῳ τόπῳ οὖσαι; Διότι ὁ τόπος ἀραιὸς ὁ παρὰ τὴν ἥβην ἐστὶ καὶ ὑγρός, ὥστ' ἀεὶ μὲν ἔχει τροφήν (διὸ οὐκ ἐκλείπει), ἀλλ' ὀλίγον· οὐ γὰρ ὑπομένει ὡς αὐξητικόν. Ὅτι δ' ἀραιὸς ὁ τόπος, δηλοῖ ὁ γινόμενος ὄγκος τῶν αἰδοίων· ὁ δὲ τοῦ γενείου ἧττον τοιοῦτος

57. Quamobrem pili pubis tardiores sunt et minus augentur quam barbæ, etiamsi prius nascantur ac humidiorem teneant locum? Quia locus circa pubem rarus est et humidus, ita ut semper habeat alimentum (hinc non deficit), sed parum: non enim permanet, ita ut augere valeat. Locum autem rarum esse probatur turgore qui pudendis evenit; menti vero locus minus hujusmodi est.

νη'. Διὰ τί ἐν τοῖς ἐπὶ τῶν ποδῶν ὄνυξι τὰ λευκὰ σημεῖα οὐκ ἐγγίνεται ὥσπερ ἐπὶ τοῖς τῶν χειρῶν, ἃ καλοῦσιν οἱ μὲν ἐραστάς, οἱ δὲ ψεύδη; Ἢ διότι τῷ βραδέως αὐξάνεσθαι τοὺς ἐπὶ τοὺς πόδας ὄνυχας, ταχὺ μελαίνεται πρὶν κινηθῆναι καὶ αὐξηθῆναι, ἐπεὶ δῆλον τὸ ἔπον * ἐπὶ τοῦ δέρματος, τοῦτο δ' ἐστὶ τὰ λευκὰ σημεῖα; ὅπερ ἐν τοῖς ἄνω ὄνυξι τὰ λευκὰ φαίνονται· οἱ δ' ἐπὶ τῶν χειρῶν ταχὺ αὔξονται.

58. Cur in pedum unguibus non nascuntur notæ albæ, uti in manuum, quas vocant alii quidem amatores, alii vero mendacia? An quoniam propter tardum pedum unguium incrementum cito nigrescunt, priusquam moveantur ac augeantur, non manifestum est id quod cuti incumbit, id autem sunt notæ albæ? propterea in superioribus unguibus adparent alba hæc; manuum vero ungues celeriter crescunt.

νθ'. Διὰ τί οἱ τῶν γερόντων ὄνυχες σκληρότεροι ἢ οἱ τῶν νεωτέρων εἰσὶν, αὔξονται δὲ θᾶττον; Ἢ σκληρότεροι μὲν διότι καὶ τὸ δέρμα σκληρότερον, καὶ τὰ ὀστᾶ, καὶ ὅλως τὰ γεώδη, διὰ τὸ ἐξανηλῶσθαι τὸ ὑγρόν, ὁ δ' ὄνυξ τοιούτου γένους ἐστίν· θᾶττον δ' αὐξάνεται, διότι πλείονα τροφὴν λαμβάνει; πλεῖον μὲν γὰρ τό τε περίτ-

59. Quamobrem senum ungues duriores sunt quam juniorum, crescunt vero celerius? An duriores quidem sunt, quia cutis quoque durior, et ossa, et in universum partes terrenæ, quia humor exhaustus est, unguis autem ad hujusmodi genus pertinet; celerius vero crescit, quia plus alimenti recipit? major enim est copia excremento-

Digitized by Google

τωμα τὸ γεῶδες ἐν τῷ γήρᾳ, ἐκ δὲ τῶν τοιούτων περιττωμάτων τρέφονται τρίχες καὶ ὄνυχες. Ἢ ὅτι καὶ τὰ μὲν ὀστᾶ μέχρι τινὸς αὐξάνεται, τὰ δ' οὔ;

rum terrenorum in senectute; ex hujusmodi vero excrementis nutriuntur pili et ungues. An quia et alia quidem ossa aliquantisper crescunt, alia vero non?

ξ'. Διὰ τί οἱ τοῦ ἀνθρώπου ὄνυχες μαλακώτατοι; Πότερον ὅτι καὶ τὸ δέρμα; οἱ δ' ὄνυχες ἐκ τοῦ δέρματος γίνονται. Ἢ ὅτι τοῖς ἄλλοις ἄλλοι ὄνυχες; Ὅσοις οὖν σκληρότεροι, τούτοις χρήσιμοί εἰσι μᾶλλον.

60. Quamobrem hominis ungues mollissimi sunt? Utrum quia et cutis? ungues enim e cute proveniunt. An quia reliqua animalia alios habent ungues? Quibus igitur duriores, his et utiles potius sunt.

ξα'. Διὰ τί οἱ ἐκ γενετῆς τυφλοὶ οὐ γίνονται φαλακροί; Πότερον ὅτι μεθέστηκεν ἡ θερμότης πηρωθέντων τῶν ὀμμάτων εἰς τὸν πλησίον τόπον; Οὐκοῦν οὐ καταψύχεται ὁ τόπος, ἀλλ' ἀεὶ ἔχει τροφήν· ἡ δὲ φαλακρότης ἀπὸ ψύξεως. Ἢ διότι ποτὲ μὲν ὁ τόπος ἔχει θερμότητα, ὥστ' ἀναλίσκειν τὴν τροφήν, καὶ οὐ γίνεται ἐν τῷ πρόσθεν περίττωμα· πηρωθέντων δὲ κατέψυκται, ὥστε πολὺ τὸ περίττωμα ἐν τῷ τόπῳ, αἱ δὲ τρίχες γίνονται ἀπὸ περιττώματος;

61. Cur qui nati sunt cœci, calvi non evadunt? Utrum quod calor, mutilis oculis, se in proximum transtulit locum? Itaque non refrigeratur locus, sed semper habet alimentum; calvities autem a frigore provenit. An quia olim quidem locus calorem habebat, ita ut alimentum absumeret, nec generabatur olim redundantia; mutilatione vero refrigeratus est locus, ita ut multam contineat redundantiam; pili autem e redundantia fiunt?

ξβ'. Διὰ τί ὁ μὲν πώγων γίνεται πυρρὸς ἄνευ τῆς κεφαλῆς, ἡ δὲ κεφαλὴ πυρρὰ ἄνευ τοῦ πώγωνος οὐ γίνεται; Ἢ διότι αἵ τε πυρραὶ τρίχες δι' ἀσθένειαν γίνονται, καὶ ἐν τῷ πώγωνί εἰσι τρίχες ἀσθενέστεραι φύσει; Σημεῖον δέ· ἀγένειοι γὰρ γίνονται ἀλλ' ἢ ὀψὲ φαλακρά. Δῆλον οὖν ὡς ὁ τόπος οὐ δύναται φέρειν· διὸ ἐὰν μὲν καὶ ὁ ἰσχυρότερος πυρρὰς φέρῃ, καὶ τὸ ἀσθενέστερον ἀνάγκη· ἐὰν δ' οὗτος, οὔπω ἀνάγκη καὶ τὸ ἰσχυρότερον.

62. Cur barba quidem absque capite rufescit, caput autem absque barba non? An quoniam pili rufi ex imbecillitate oriuntur, et in barba pili natura sunt imbecilliores? Argumento est quod imberbes nonnisi sero calvescunt. Constat igitur locum ferre non posse: hinc qui validior est locus, si rufos ferat, imbecilliorem quoque eos ferre necesse est; sed si hic, non item necessario et qui validior.

ξγ'. Διὰ τί αἱ μακραὶ τρίχες ῥέουσιν; Ἢ διότι μόχλος μὲν ἡ θρίξ, ὑπομόχλιον δὲ τὸ δέρμα γίνεται, εὐκίνητα δὲ τὰ πλέον ἀπέχοντα τοῦ ὑπομοχλίου, καὶ ὅλως τοῦ ἠρεμοῦντος; Δῆλα δὲ ταῦτα ἐν τοῖς Μηχανικοῖς.

63. Cur defluunt pili longi? An quia pilus quidem vectis fit, cutis vero hypomochlium, facileque moventur quæ longius ab hypomochlio, atque in universum a quiescente, distant? Patent hæc in Mechanicis.

ξδ'. Διὰ τί ἐν ταῖς βλεφαρίσι τρίχες οὐ γίνονται πολιαί; [Ἐκ ποιότητος τῆς τροφῆς] τῆς περὶ τοὺς ὀφθαλμούς. Σημεῖον δέ· πίων ἡ σὰρξ γίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης τροφῆς εὐλόγως οὐκ αὔξεται ἐπὶ πολὺ ἡ θρὶξ αὐτῆς· ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων [οὐ] γίνεται περιττωμάτων. Οὔτε πολιοῦται· φθορᾷ γάρ τινι καὶ φαυλότητι τῆς τροφῆς πολιοῦσθαι συμβαίνει.

64. Quamobrem palpebrarum pili non canescunt? Propter qualitatem alimenti quod circa oculos invenitur. Argumento est quod pinguis gignitur caro: ab hujusmodi autem alimento jure non augetur admodum hujus pilus: ex talibus enim [nec] gignitur redundantiis. Neque canescit: corruptione enim et vitio alimenti evenit canities.

ξε'. Διὰ τί οἱ ἐπὶ τῶν χειρῶν ὄνυχες θᾶττον αὐξάνονται ἢ ἐπὶ τῶν ποδῶν; Ἢ ὅτι εἰς τὰ ἄνω ἡ αὔξησις μᾶλλον χωρεῖ; διὸ καὶ τρίχες μᾶλλον αὐξάνονται ἄνωθεν ἐπὶ τοῦ γενείου ἢ ἐπὶ τῆς ἤβης. Ἢ διότι ἐν ἁλίᾳ μὲν αἱ χεῖρες, οἱ δ' ἐν ψύξει, αὔξεται δὲ τὰ ἁλεαινόμενα μᾶλλον πάντα; Ἢ ὅτι θερμότεραι αἱ χεῖρες καὶ ὑγρότεραι, οἱ δὲ πόδες ψυχρότατοι τοῦ σώματος, καὶ τὰ τοιαῦτα μέρη τῶν ἄλλων, λέγω δ' οἷον τρίχες τε καὶ ὄνυχες; Διὰ τοῦτο οὖν αὐτὸ καὶ ψυχροὶ καὶ ἐν ψυχρῷ τόπῳ εἶναι δυσαυξεῖς εἰσιν· οἱ δ' ἐπὶ τῶν χειρῶν τοὐναντίον.

65. Cur manuum ungues celerius crescunt quam pedum? An quia superiora potius petit incrementum? propterea et pili supra in mento magis crescunt quam in pube. An quia manus quidem in tepore positæ sunt, pedes vero in frigore, crescunt autem magis tepentia omnia? An quia calidiores ac humidiores sunt manus, pedes vero omnium corporis partium frigidissimæ, atque hujusmodi partes, pili inquam et ungues, reliquis frigidiores? Ob hanc ipsam igitur causam, quia nempe frigidi sunt et frigidum locum obcupant, difficulter crescunt; manuum vero ungues e contrario.

ξς'. Διὰ τί αἱ τρίχες οὖλαι γίνονται; Ἢ ὅτι δύο φορὰς φέρονται, κρατουμένης δὲ ἔσωθεν φορᾶς τῆς ἐν

66. Quamobrem crispantur capilli? An quia duobus motibus feruntur, dum motus intrinsecus ortus vincitur

Digitized by Google

τῷ περιέχοντι θερμότητος; διὸ καὶ οἱ Αἰθίοπες τοιοῦτοι.

ab aeris ambientis calore? propterea Æthiopes quoque hujusmodi sunt.

ξζ'. Διὰ τί ἐν τοῖς πυρικαύτοις τρίχες οὐ φύονται; Πότερον ὅτι πυκνὸν τὸ δέρμα γίνεται, δεῖ δ' ἀραιὸν εἶναι, ἧπερ ἐκφύεται θρίξ;

67. Quamobrem in igne ambustis pili non nascuntur? Utrum quia densatur cutis, rara autem esse debet, quo loco pullulat pilus?

ξη'. Διὰ τί αἱ παχεῖαι τρίχες οὐ γίνονται μακραί; Ἢ ὅτι ἡ εἰς τὸ μῆκος αὔξησις εἰς τὸ πάχος ἀναλίσκεται; Ἢ ὅτι αἱ παχεῖαι σκληραί εἰσιν, τὸ δὲ σκληρὸν δυσκίνητον ἐπὶ τὴν αὔξησιν; τὸ δὲ σκληρὸν διὰ τὸ γεῶδες συμβαίνει, ἡ δὲ γεώδης τροφὴ οὐ θέλει ἀναπέμπεσθαι. Διὰ βραχύτητα οὖν τῆς κινήσεως τῷ αὔξοντι θερμῷ φθάνεται καταλαβομένη ἡ ἑτέρα ὑπὸ τῆς ἑτέρας, ὥστ' εἰς βάθος καὶ πλάτος αὔξεσθαι, καὶ οὐκ εἰς μῆκος.

68. Quamobrem pili crassi longi non redduntur? An quia incrementum quod in longitudinem fieri deberet, in crassitudinem absumitur? An quia crassi pili duri sunt, res durae autem difficulter ad crescendum permoventur? durities enim a terreno provenit, terrenum autem alimentum sursum versus emitti recusat. Itaque propter motus brevitatem alter, quippe calore augenti occupatur, ab altero prævertitur, ita ut in crassitudinem ac latitudinem augeantur, non vero in longitudinem.

ξθ'. Διὰ τί δὲ πυκνότεραι τῶν λεπτῶν αἱ παχεῖαι; Πότερον φαίνονται διὰ τὸ πάχος; ἔλαττον γὰρ τῶν ἴσων τὸ μεταξὺ φαίνεται. Ἢ διὰ τὸ βραδέως εἰς μῆκος αὔξεσθαι κατὰ πλείους τρόπους ἡ τροφὴ ἀνατέλλει ἐπιβιαζομένη ἐντός, οὐ ταχὺ ὑπεξαγούσης τῆς ἕξεως εἰς τὸ ἄνω;

69. Cur autem densiores sunt crassi quam tenues pili? Utrum ita habere videntur propter crassitudinem? æquales enim (numero) ubi sunt, minus videtur intervallum. An quum tarde in longitudinem crescant, pluribus in locis prorumpit alimentum, intrinsecus vim passum, habitu non cito sursum educente?

ξθ' *. Διὰ τί αἱ σκολιαὶ τρίχες, [ὅσον] ἂν εἰς τοὐναντίον ἔλθῃ, τοσοῦτον μᾶλλον εἰς τὴν φύσιν καθίστανται; Ὅτι ἐκείνων ἡ φύσις σκολιά, τὸ δ' εὐθὺ ἐναντίον.

69 *. Cur pili incurvi, quanto magis in obpositam partem ierint, tanto magis naturam suam adsequuntur? Quia eorum natura incurva, rectum autem contrarium est.

ο'. Διὰ τί οὐκ ἐν τοῖς ὀστώδεσι λεπτότεραι αἱ τρίχες; Ὅτι παχὺ τὸ δέρμα ταύτῃ, ἐκ δὲ τοῦ παχέος παχύτεραι γίνονται.

70. Cur non in locis osseis tenuiores sunt pili? Quia illic crassa est cutis, e crassa autem crassiores nascuntur.

οα'. Διὰ τί αἱ πυρραὶ τρίχες μελάντεραι γίνονται πυρούμεναι; Ἢ διότι πέττεται μᾶλλον ἐν ὀλίγῳ τὸ ὑγρὸν γινόμενον ὑπὸ τῆς ἐνούσης ἐν τῇ ἀρχῇ θερμότητος· ἔστι δ' ἡ μὲν πυρρὰ ἐκ νοσούσης, ἡ δὲ μέλαινα ἐξ ὑγιοῦς τροφῆς;

71. Quamobrem pili rufi nigriores fiunt, ubi igni exponuntur? An quia humor in minus spatium coactus magis concoquitur a calore qui principio inest; provenit autem pilus rufus quidem ab alimento morbido, niger vero a sano?

οβ'. Διὰ τί Αἰθίοπες μὲν οὐλότριχες, Σκῦθαι δὲ καὶ οἱ πρὸς ἄρκτον εὐθύτριχες; Ἢ διότι ξηραινομένη ἡ θρὶξ ὑπὸ τοῦ ἡλίου συγκάμπτεται ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, οἱ δ' Αἰθίοπες πρὸς τῷ ἡλίῳ καὶ ἐν ὑπερβολῇ θερμοῦ διατελοῦσιν, οἱ δὲ Σκῦθαι ἐν ψυχρῷ τόπῳ, ὅπουπερ τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν ταῖς θριξὶν οὐκ ἐξατμίζει ὁ ἥλιος, ὥστ' οὐδὲ συγκάμπτονται; Ἐπεὶ οὖν ἀνάγκη κεκλασμένας εἶναι, ἢ εὐθείας, εἰ μὴ κεκλασμέναι, εὐθεῖαι ἔσονται.

72. Cur Æthiopes quidem crispos habent capillos, Scythæ vero et gentes septemtrionales rectos? An quia capillus, ubi a sole siccatur, flectitur, uti et reliqua; Æthiopes autem soli vicini et in ingenti degunt calore; at Scythæ in loco frigido, ubi humorem qui capillis continetur, non evaporat sol, ita ut etiam non flectantur? Quum igitur necesse sit, eos aut fractos esse, aut rectos, quum fracti non sint, recti erunt.

ογ'. Διὰ τί τοῖς τ' ἀσθενοῦσι καὶ τοῖς πρεσβύταις τὸ μὲν ἄλλο σῶμα φθίνει, οἱ δ' ὄνυχες καὶ αἱ τρίχες αὔξονται; Ἢ ἐπειδὴ τῆς τροφῆς ἡ μὲν εἰς σάρκας, ἡ δ' εἰς χολήν, ἡ δ' εἰς τὰ λεπτομερῆ δίδωσιν; Ὅσα μὲν οὖν θερμὰ καὶ ἰσχυρὰ σώματα, εἰς χολὴν δύνανται καὶ εἰς αἷμα διδόναι τὴν τροφήν, τὰ δ' ἀσθενῆ εἰς ταῦτα μὲν οὔ, εἰς δὲ τὰ ἐλαχίστης δεόμενα τροφῆς, οἷον ὄνυχάς

73. Cur apud languentes ac senes reliquum quidem corpus tabescit, ungues vero et pili crescunt? An quia alia quidem pars alimenti in carnes distribuitur, alia vero in bilem aliaque in membra subtilia? Quæcumque igitur corpora calida ac robusta sunt, in bilem et sanguinem distribuere possunt alimentum; at debilia in hæc quidem non, verum in partes quæ minimo indigent alimento, uti ungues et pilos,

Digitized by Google

τε καὶ τρίχας, ὥσπερ καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς λέγουσιν ἐξηρημένων καὶ ἀποθανόντων ἐν ὀλίγαις ἡμέραις δασείας τὰς κεφαλὰς ἔχειν, ὡς φθίνοντα τὰ σώματα εἰς ταῦτα τὴν τροφὴν διέδωκεν.

quemadmodum et Illyrios narrant, evulsis capillis, mortuos intra paucos dies hirsuta habere capita, ita ut tabescentia corpora in hæc alimentum distribuissent.

www.libtool.com.cn

οδ'. Διὰ τί αἱ ἐν τοῖς ποσὶ τρίχες ἥκιστα πολιοῦνται, ἢ ὀψὲ λευκαίνονται τοῖς πολλὰ ἔτη ζῶσιν; Πότερον ὅτι αἱ ἐν τῷ προσώπῳ πρῶται πολιοῦνται ἥπερ αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ, ἐναντιώτατος δ' ὁ ἄνω τόπος τῷ κάτω, ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις εὔλογον ἐναντίως συμβαίνειν; Ἢ διότι ἡ πολιὰ δοκεῖ γήρως εἶναι σημεῖον, τὸ δὲ γῆρας φθίσις τις καὶ ἔκλειψις θερμότητος; Ὁ μὲν οὖν τρόπος, διότι γίνονται πολιαί, ἄλλου λόγου· ἀλλὰ τὸ γένος τῆς αἰτίας τοῦ πάθους τοῦτο συμβαίνει, πρεσβυτέρων γενομένων καὶ τῷ τὸ θερμὸν ὑπονοστεῖν δι' ὃ καὶ τὰ πρόσωπα [ῥυτιδοῦται] καὶ τὰ αἵματα παύεται τὰ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέοντα, αἱ δὲ κνῆμαι ἐξικμεῖς τῶν πρεσβυτῶν καὶ αἱμορροΐδες γίνονται. Εἰ οὖν ἡ μὲν πολιὰ ἐνδεΐᾳ γίνεται ὑγρᾶς θερμότητος, εἰς δὲ τοὺς πόδας κατέρχεται ἡ τοιαύτη δύναμις, ὥσπερ καὶ αἱ ἐν τῇ ἥβῃ ὕστερον πολιοῦνται τῶν ἄνω, ἔτι καὶ αἱ ἐν τοῖς ποσὶ μᾶλλον τούτων· ὅταν δ' ἐκ παντὸς ἐξικμασθῇ ἡ ὑγρὰ θερμότης διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν, τότε καὶ αἱ ἐν τοῖς ποσὶ τρίχες γίνονται λευκαί.

74. Quamobrem in pedibus minime canescunt pili, aut sero albescunt eis qui multos annos vivunt? Utrum quia faciei pili prius canescunt quam capitis, locusque superior quam maxime contrarius est inferiori, atque rationi congruum est, in locis contrariis contrarium evenire? An quia cani senectutis signum esse videntur, senectusque tabes quædam ac defectus caloris est? Modus igitur, ob quem cani oriuntur, ad alium sermonem pertinet; sed adcidit ut genus causæ hujus adfectus hoc sit, quod senioribus factis calor recurrit, quamobrem et facies [corrugatur], et sanguis e naribus fluere desinit, et crura senum exsucca fiunt, et hæmorrhoides oriuntur. Quodsi igitur cani a defectu caloris humidi pendent, atque ad pedes descendit hæcce potentia, quemadmodum et pubis pili serius canescunt quam superiores, hoc magis etiam quam his pilis in pedibus evenire debet; ubi vero ex toto corpore exsuctus est calor humidus propter multitudinem annorum, tunc etiam pedum pili albescunt.

οε'. Διὰ τί τὰ μὲν ἔρια τῷ ἐλαίῳ ῥαινόμενα λευκότερα γίνεται, αἱ δὲ τρίχες τῶν ἀλειφομένων μελάντεραί εἰσιν; καὶ γὰρ τὰ ἔρια τρίχες. Ἢ ὅτι τὰ μὲν ῥυπαρὰ ξανθότερα γίνεται, αἱ δὲ τρίχες ξηραινόμεναι καὶ ἀπιόντος τοῦ ἐν αὐταῖς ὑγροῦ λευκαὶ γίνονται; Τὸ οὖν ἔλαιον κωλύει· ἥκιστα γὰρ ξηραίνονται. Ἔτι δὲ τοῦτο ὁμοίως συμβαίνει ἐχούσαις προβάλλοντας τρίχας ἅμα τὰς μὲν ἔτι ζώσας ἐν τῷ σώματι· τὰ δ' ἔρια ἀφῃρημένα.

75. Quamobrem lanæ quidem oleo rigatæ albescunt, pili vero eorum qui unguntur, nigriores sunt? nam et lanæ pili sunt. An quia sordida quidem flavescunt, pili vero, ubi desiccantur abitque quem continebant humor, albescunt? Oleum igitur impedit; minime enim desiccantur. Præterea eodem modo evenit ovibus, ubi simul pilos adhuc vivos in corpore habent; at lanæ exemptæ sunt.

οϛ'. Διὰ τί τῶν μὲν προβάτων μαλακώτεραι αἱ τρίχες ἀναφέρονται τιλλομένων, τῶν δ' ἀνθρώπων σκληρότεραι; Ἢ ὅτι αἱ μὲν παχύνονται, ὅσῳ ἂν μακρότεραι γίνωνται, ἀποψύχει γὰρ δι' ἀσθένειαν τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐν αὐτοῖς ὁ ἀὴρ ὁ κύκλῳ, καὶ μᾶλλον ὅσῳ ἂν πορρωτέρω τοῦ οἰκείου θερμοῦ γίνωνται, ὥστ' ἐπιτελοῦνται· αὐξανόμεναι δὲ διὰ μὲν παχύτητα πλέον ἔχουσι τὸ θερμόν, διὰ δὲ τὸ λίαν ἀποξηραίνεσθαι ῥέοντες, εἰ μή τι κωλύει, λεπτότεραί εἰσι διὰ τὴν αὔξησιν;

76. Cur apud oves quidem molliores renascuntur pili post evulsionem, apud homines vero duriores? An quia illi quidem, quo longiores, eo crassiores fiunt: refrigerat enim propter debilitatem caloris quem continent, aer ambiens, idque eo magis, quo longius a proprio calore recesserint, ita ut perficiantur; dum vero crescunt, propter crassitudinem quidem plus continent caloris, ob immodicam vero desiccationem decidentes, nisi quidquam impediat, tenuiores sunt propter incrementum?

οζ'. Διὰ τί τοὺς κροτάφους πολιοῦνται μὲν τάχιστα, φαλακροὶ δ' ἥκιστα γίνονται, καίτοι μηδέτερον, ἢ ἄμφω ἔδει; Ἢ ὅτι ἡ μὲν πολιὰ γίνεται τῷ ποιάν τινα εἶναι τὴν τροφὴν τὴν εἰς τὰς τρίχας διδομένην, ἡ δὲ φαλακρότης τῷ ποσήν; ὅταν γὰρ ψυχθῇ ἡ τροφή, οὐκ αὔξεται, ἀλλ' ὥσπερ τὰ δένδρα τοῦ χειμῶνος, καὶ ὁ τόπος ἕκαστος φυλλορροεῖ, ψυχρᾶς γενομένης καὶ οἷον παγείσης (ὀλίγη παροῦσα ἀδύνατον τρέφειν·) ἡ δὲ πολιὰ ἐκ σαπρᾶς τροφῆς ἐστιν, σήπεται δ' ὅταν ἀπεπτότερα ἔλκῃ. Οὔκουν ἡ αὐτὴ αἰτία ἐστὶν ἀμφοῖν, δι' ὃ οὔτε ἅμα, οὔτε τοῖς αὐτοῖς παραγίνεται τόποις· τὸ δὲ σκέμμα ὅλως

77. Quamobrem temporibus canescunt quidem citissime, calvescunt vero minime, etiamsi neutrum, aut utrumque evenire deberet? An quia cani quidem gignuntur propter qualitatem quamdam alimenti quod in capillos distribuitur; calvities vero propter quantitatem? refrigerato enim alimento, non crescit capillus, sed sicuti arbores hyeme folia amittunt, sic locus unusquisque, frigefacto ac veluti gelu concreto alimento (ubi enim parum adest, nutrire nequit); cani autem a putri proveniunt alimento; putrescit autem, ubi crudiora adtrahit. Itaque amborum causa eadem non est, quare nec simul, neque iisdem superveniunt locis; in universum tamen hæc quæstio ma-

Digitized by Google

φυσικώτερον ἢ προβληματικώτερον. Οἱ δὲ κρόταφοι ἐπὶ φλεβῶν εἰσι πολλῶν καὶ πυκνῶν, ὥστ' ἔχουσι θερμότητα, καὶ οὐχ ὑπολείπει ἡ τροφή, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ πολλὴν εἶναι προϊούσης τῆς ἡλικίας οὐ δύναται πέττεσθαι, ἀλλὰ σήπεται· ἐκ τοιαύτης δὲ γίνεται πολιά, ὥσπερ καὶ οἱ μύκητες ἐξ εὐρωτιώσης ἰκμάδος· οὐ γὰρ πάντα μελαίνει τὰ σηπόμενα, ἀλλ' ὁ εὐρὼς λευκός, καὶ ὁ σκώψας κωμῳδοποιὸς εὖ ἔτυχεν εἰπών·

εὐρωτογῆρας τὰς τρίχας βεβλαμμένας.

gis disciplinam naturalem quam problemata spectat. Tempora vero venis imposita sunt multis ac densis, ita ut calorem habeant; neque deficit iis alimentum, sed potius propter copiam provecta ætate concoqui nequit, verum putrescit; e tali autem alimento gignuntur cani, quemadmodum et fungi ex humore situs naturam referente: non omnia enim nigrescunt putrescentia, sed situs albus est, et comicus ludens acu rem tetigit, quum diceret:

capillis senii situ adflictis.

οη'. Διὰ τί οὐκ ἐν ταῖς νόσοις, ἀλλ' ἐκ τῶν νόσων αἱ τρίχες ἐκρέουσιν; Ἢ ὅτι τότε μὲν ἔχουσι τροφήν; ἐκ τοῦ περιττώματος γὰρ γίνονται· μετὰ τὰς νόσους δὲ ὀλίγον τοῦτο διὰ τὸ τρέφεσθαι τὸ σῶμα· ἡ δ' εἰσιοῦσα τροφὴ εἰς τὸ κατὰ φύσιν οὐκ αὔξει αὐτάς, ἀλλὰ διὰ τὴν κένωσιν προκαταναλίσκεται.

78. Quamobrem non per morbos, sed post morbos defluunt capilli? An quia tunc quidem alimentum habent? e redundantiis enim gignuntur; post morbos vero exigua est redundantia, quia corpus nutritur: alimentum enim ingrediens ad id quod naturaliter se habet, eos non auget, sed propter inanitatem antea consumitur.

οθ'. Διὰ τί τῆς κεφαλῆς τὸ ἔμπροσθεν φαλακροῖ γίνονται, τὰ δ' ὄπισθεν οὐ γίνεται, ἢ ἧττον; Ἢ ὅτι οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ὄπισθεν ἡ περίττωσις; κενὸς γὰρ καὶ ξηρὸς ὁ τόπος, ὁ δ' ἔμπροσθεν διὰ τὸν ἐγκέφαλον πλήρης. Ὅσοις οὖν ἐνταῦθα ψυχρὰ συλλέγεται περίττωσις διὰ τὸ κρατεῖν τῆς θερμότητος καὶ μὴ πέττεσθαι οὐ τρέφει τὰς τρίχας ὥστ' ἀποπίπτουσιν, τὸ δ' ὄπισθεν οὐκ ἔχει τοιαύτην ἀπόκρισιν, ἢ ἧττον, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν.

79. Quamobrem sincipite calvescunt, occiput vero calvum non fit, aut minus? An quia in occipite non invenitur redundantia? locus enim vacuus est ac siccus; sinciput vero plerum propter cerebrum. Quibuscumque igitur illic colligitur redundantia frigida, quia calorem vincit, neque concoquitur, capillos non nutrit, ita ut decidant; occiput vero hujusmodi nihil, aut minus secernit propter dictam causam.

π'. Διὰ τί αἱ ἐν ταῖς μασχάλαις καὶ τῇ ἤβῃ τρίχες ἧττον καὶ αὔξονται καὶ πολιοῦνται τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ; Ἢ ὅτι μέγισται καὶ οἰκεῖαι αἱ ἔγγιστα τῆς κεφαλῆς τῶν ἄλλων; διὰ γὰρ τὴν γειτνίασιν τῆς τροφῆς μάλιστα ἀπολαύουσιν. Εἰκότως οὖν τῶν λοιπῶν αἱ ἐν τῷ γενείῳ μέγισται. Ἢ οὐ τοῦτό ἐστι τὸ αἴτιον, ἀλλὰ καθάπερ ἡ ἐλαία καὶ ἄμπελος καὶ ὁ στάχυς, καὶ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων ὡρισμένον τι μέγεθος ἔχει ὃ οὐχ ὑπερβάλλει, καθάπερ οὐδ' ὁ ἄνθρωπος, οὐδ' ἵππος, οὐδὲ τἆλλα ζῷα; Τὰ μὲν οὖν αὐτῶν μείζω καὶ ἐλάττω γίνεται καὶ παρὰ τοὺς τόπους καὶ παρὰ τὰς τροφάς· εἰς μέντοι τὰ ἀλλήλων οὐκ αὔξεται μεγέθη. Τὰ μὲν οὖν εἰρημένα ῥᾴδιόν ἐστι διαγνῶναι ὅτι ἕτερα τῷ εἴδει· μεγάλαι γὰρ αἱ διαφοραί· ἐνίων δ' οὐκέτι, οἷον τὴν τοῦ πυροῦ καὶ κριθῆς καλάμην, ἑτέραν δ' οὖσαν. Τῷ δ' οὐκέτι τῷ εἴδει ὁμοί..... τὰς τρίχας οὐ διαγινώσκομεν διὰ τὴν ὁμοιότητα, ὅσον ἑτέρων τῷ εἴδει. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν τὸ μὴ γίνεσθαι [ἴσας οὐχ ὁμοίας] οὔσας τῷ εἴδει· ἀλλὰ [τοῦ] τὰς μὲν μικράς, τὰς δὲ μεγάλας, αὕτη ἡ αἰτία· τοῦ μὴ ὁμοίως δὲ πολιοῦσθαι νῦν λεχθήσεται· αἱ γὰρ τρίχες οὐκ ἔχουσι οὔτε τὸ λευκόν, οὔτε τὸ μέλαν οἰκεῖον χρῶμα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τροφῆς ἴσχουσι, καὶ μέλαιναι μέν εἰσιν, ὅταν ἕλκωσι τροφήν, συνανασπῶ....., καθάπερ ἀπὸ τοῦ πυρὸς γῆ ἀνωθουμένη, ὅπου ἂν προσκαθίζηται, μελαίνει προσμένουσα ἄνω, τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπολαβεῖν δεῖ καὶ ἐν τῷ σώματι, ὅταν ἀνασπασθῇ κάτω, ὄντος ἐν ἡμῖν θερμοῦ, ὑπὸ τούτου μελαίνεσθαι· ὅταν δὲ ἢ δι' ἐκθλιψιν

80. Quamobrem alarum et pubis pili minus et crescunt et canescunt quam capilli? An quia longissimi et familiares quae inter reliquos capiti proximi sunt? propter vicinitatem enim maximum ex alimento emolumentum capiunt. Merito igitur inter reliquos menti pili maximi sunt. An hoc causa non est, sed sicut olea et vitis et spica, sic quævis alia quoque res hujuscemodi determinatam habet magnitudinem, quam non excedit, quemadmodum nec homo, nec equus, nec reliqua animalia. Nonnulla igitur eorum majora et minora fiunt secundum loca et secundum alimenta; aliud tamen ad alius magnitudinem non provehitur. Dictas itaque res ad diversam pertinere speciem, facile dignosci potest: magnæ enim sunt differentiæ; nonnullorum tamen differentiæ non ita dignosci possunt, ut culmi tritici ac hordeacei, etiamsi specie differant. Propter similitudinem autem pro rebus specie differentibus non discernimus, pilos specie eosdem non esse. Nihil itaque mirum, quod æquales non efficiuntur, quum specie differant; verum hæcce causa est, cur alii quidem breves, alii vero longi sint; causa vero, cur non æque canescant, jam exponetur: pili neque albedine, nec nigredine tamquam proprio colore præditi sunt, sed pendent hæc ab alimento, atque nigri quidem sunt, ubi trahunt alimentum, unaque adtrahunt [calorem?], quo modo terra ab igne sursum pulsa, quocumque se adplicaverit, nigricat superne adhærens; eodem quoque modo intra corpus arbitrandum est, ubi adtractum fuerit inferne alimentum, calorque in nobis adest, hoc calore nigrari pilos; ubi vero propter ali-

www.libpool.com.cn

Digitized by Google

τροφῆς, ἢ δι' ἀσθένειαν τὴν τροφὴν παύσηται ἀνάγων, πολιοῦται, αὐτοῦ τοῦ ὑγροῦ ἀναγομένου. Ὑποκειμένου δὲ τοῦ οὕτω πολιοῦσθαι, ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ πώγων καὶ διὰ τὴν πυκνότητα καὶ τὸ πλῆθος τῶν τριχῶν καὶ τὴν ἀσαρκίαν, ὅταν μὴ δύνωνται τρέφειν ὡς εἴρηται, λευκαίνονται· αἱ γὰρ τρίχες πολλαὶ οὖσαι καὶ κειρόμεναι προσέλκουσιν εἰς αὑτὰς τροφήν· ὅταν δὲ μὴ ἕλκωσιν ὅθεν ἐξέλκουσαι τὴν ξηρὰν ἢ τὴν ὑγράν, ἀνέλκουσαι λευκαίνονται· ἡ δ' ἥβη καὶ αἱ μασχάλαι βραχείας ἔχουσαι τῇ φύσει καὶ ἀραιὰς ῥᾳδίως μελαίνονται· συναναspῶσί τε γὰρ καθάπερ προείρηται. Ἔνιοτε περὶ τὰ αἰδοῖα τόπος ἐστὶ τοιοῦτος οἷος τρέφειν ἄριστα· καὶ γὰρ ἀραιὸς καὶ χαῦνος· ἔτι δὲ τὸ σπέρμα κατὰ τοῦτον τὸν τόπον ἐξέρχεται. Εἰκότως οὖν καὶ ἐν τούτοις τοῖς τόποις ἧττον πολιοῦνται.

menti expressionem, aut debilitatem hoc evehere desierit, pilus canescit, dum solus humor evehitur. Quodsi autem ponamus, canitiem sic fieri, caput et barba propter densitatem et multitudinem pilorum ac carnis defectum, ubi dicto modo nutriri nequeunt, albescunt: quum enim pili multi sint atque tondeantur, ad sese adtrahunt alimentum; ubi vero non trahunt siccum vel humidum alimentum e loco unde adtrahere solent, adtrahentes albescunt; pubes autem et alæ, utpote naturaliter breves et raros pilos habentes, facile nigrescunt: una enim adtrahunt quo modo supra dictum est. Locus item circa pudenda ejusmodi est, ut optime alere valeat pilos: rarus namque et laxus est; præterea semen hoc loco exit. Merito igitur et hisce in locis minus canescunt.

πα'. Διὰ τί ἐν τῇ κεφαλῇ μάλιστα γίνονται φθεῖρες; Ἢ ὅτι ζῷα μὲν πέφυκε γίνεσθαι, οὗ ἂν περίττωμα ᾖ ὑγρότατον καὶ θερμότατον, ἔτι δ' ἔχει τόπον· ἡ δὲ κεφαλὴ ὑγρὰ καὶ θερμὴ ἡ τῶν νέων, καὶ οἱ πόροι οἱ ἐν αὐτῇ εὐρύτατοι; Σημεῖον δὲ αἱ τρίχες παχύτατα ἐνταῦθα, ὥστ' ἔχει καὶ ἐξ οὗ συσταίη ζῷον, καὶ ἐν ᾧ.

81. Cur in capite potissimum gignuntur pediculi? An quoniam animalia suapte natura gigni solent, ubicumque adest redundantia humidissima et calidissima, atque insuper spatium inveniunt; caput autem juniorum humidum et calidum est ejusque meatus amplissimi? Argumento est quod pili ibi crassissimi sunt: habet igitur et materiem unde, et locum in quo consistat animal.

πβ'. Διὰ τί ἐκ τῶν πότων καὶ τῶν ἐμέτων καὶ ἐν τῷ ψύχει φθέγγονται βαρύτερον; Ἢ διὰ τὴν ἔμφραξιν τοῦ λάρυγγος ὑπὸ τοῦ φλέγματος; ἐπικατασπᾷ γὰρ ῥεῦμάτιον τοῖς μὲν ὁ ἔμετος ἢ τὸ ποτόν, τοῖς δ' ἡ ὥρα, ὥστε βαρυτέρα ἡ φορὰ τοῦ πνεύματός ἐστιν· ἡ δὲ βαρεῖα λίαν βραδεῖά ἐστιν.

82. Cur post compotationes ac vomitus, itemque frigore gravius vociferantur? An quia guttur pituita obstruitur? exiguam enim fluxionem una adtrahit apud illos quidem vomitus vel potus, apud hos vero tempestas: gravior itaque est spiritus motus; motus autem gravis admodum tardus est.

πγ'. Διὰ τί ποτε ἐγγύθεν τῆς βαρυτέρας φωνῆς μᾶλλον ἐξακούομεν, πόρρωθεν δ' ἧττον; Ἢ διότι καὶ ἡ βαρυτέρα φωνὴ πλείω ἀέρα κινεῖ, ἐπ' ἔλαττον δὲ τοῦτο ποιεῖ; Πόρρωθεν μὲν οὖν ἧττον ἀκούομεν, διότι ἐπ' ἔλαττον ἀφικνεῖται· ἐγγύθεν δὲ μᾶλλον, διότι πλείων τοῦ ἀέρος κίνησίς ἐστιν.

83. Cur tandem graviorem vocem cominus magis audimus, eminus vero minus? An quia gravior vox etiam plus aeris movet, verum ad minorem distantiam eum provehit? Eminus itaque minus audimus, quia minus longe penetrat, eminus vero magis, quia copiosior est aeris motus.

πδ'. Διὰ τί ἐν τῷ χειμῶνι ὀξύτερον φθέγγονται, θέρους δὲ καὶ μεθύοντες βαρύτερον; Ὅτι ὀξυτέρα μέν ἐστιν ἡ ταχυτέρα, ἢ ἀπὸ συντεταμένου φωνή· τῶν δὲ νηφόντων καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τὰ σώματα συνέστηκε μάλιστα ἢ μεθυόντων καὶ ἐν τῷ θέρει· τὸ γὰρ θερμὸν καὶ αἱ ἅλέαι διαλύουσι τὰ σώματα.

84. Cur hyeme acutius vociferantur, æstate vero, itemque ebrii gravius? Quia acutior quidem est velocior vox, vel a corpore intento proveniens; apud sobrios autem, vel hyeme corpora magis stipata sunt quam apud ebrios, vel æstate: calor enim et æstus dissolvunt corpora.

πε'. Διὰ τί τὰ ἐννεάμηνα οὐ φθέγγεται, τὰ δὲ δεκάμηνα φθέγγεται εὐθὺς γεννηθέντα; Ὅτι ὀψιαίτατα τελειοῦται ἡ φωνὴ τοῖς ἀνθρώποις. Σημεῖον δέ· ἤδη γὰρ ηὐξημένοι καὶ ψελλίζουσι καὶ τραυλίζουσιν. [Ἢ] ὅτι τὰ μὲν ἐννεάμηνα [οὐ] τελειόγονα, ὥστε τὰ μὲν ἀπειληφότα ἤδη γίνεται τὴν φύσιν, τὰ δ' οὔ. Τὸ οὖν τελευταῖον ἐπιτελούμενον τοῖς μὲν ἀτελέσιν οὐχ οἷόν τε ὑπάρχειν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τοῖς δ' ἐπιτετελεσμένοις ὑπάρξει. Τὰ δ' ἑπτάμηνά ἐστιν ἧττονα· οὕτω γὰρ ἀτελῆ σφόδρα καὶ ἀσθενῆ γίνεται, ὥστε καὶ σπαργανοῦται ἐρίοις.

85. Quamobrem novimestres fœtus non vociferantur, decimestres vero simul ac nati sunt, vocem proferunt? Quia tardissime perficitur vox apud homines. Argumento est quod jam grandiores facti balbutiunt ac blæsi sunt. [An] quia novimestrium generatio absoluta [non] est, ita ut illi quidem nascantur suam jam naturam adepti, hi vero non. Itaque quod postremo perficitur, imperfectis quidem plerumque inesse nequit; perfectis vero inerit. Septimestribus autem vel minus: adeo enim imperfecti ac perquam debiles nascuntur, ut etiam lancis fasciis involvantur.

www.libook.com.cn

Digitized by Google

πς'. Διὰ τί ἡ φωνὴ ὕστατον τελειοῦται τοῖς ἀνθρώποις τῶν φθεγγομένων; Ἢ διότι πλείστας ἔχει διαφορὰς καὶ εἴδη, τὰ δ' ἄλλα ζῷα ἢ οὐδὲν γράμμα, ἢ ὀλίγα διαλέγεται, τὸ δὲ ποικιλώτατον καὶ πλείστας ἔχον διαφορὰς ἀνάγκη ἐν πλείστῳ χρόνῳ ἀποτελεῖσθαι;

86. Cur vox postremo inter omnia quæ vocem emittunt, hominibus perficitur? An quia plurimas differentias et species habet, dum reliqua animalia aut nullam literam, aut pauca enuntiant; diversissimum vero et plurimas habens differentias necessario plurimo tempore perficitur?

πζ'. Διὰ τί οὐ τῇ αὐτῇ φωνῇ πάντες διαλέγονται; Ἢ ὅτι πρῶτον ἀπὸ μιμήσεως τῶν ἀλόγων αἱ φωναὶ εὑρέθησαν, οἷον τὰ παιδία τὸν βοῦν ἀπὸ τοῦ μηκᾶσθαι, καὶ τὸν κύνα ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν; Ἔχοντος δὲ τοῦ αὐτοῦ ζῴου πολλὰς μιμήσεις, ἀφ' ὧν ἐκλέξεταί τις τὴν ὁμοίωσιν· καὶ γὰρ αὐτὸ κέρατα ἔχει, καὶ τετράπουν, καὶ μακρόν· οὐκ ἐπὶ ταὐτὸν ἕκαστος ὁρμήσας, ταὐτὸν μὲν ἐσήμαινε τὸν βοῦν, οὐ μὴν τῇ αὐτῇ φωνῇ· ὁ δὲ τὸ αὐτὸ τῆς πρώτης παραλλαξάσης. Ἤδη εἰκότως ἐκ τούτων παραλλάττον μικρόν, οἷον οἱ μὲν Διόνυσον, οἱ δὲ Ζώνυσον, καὶ οἱ μὲν Ἡραγόρην, οἱ δὲ Ἡραγόραν.

87. Quamobrem non omnes eodem sermone loquuntur? An quia primum per animalium imitationem inventæ sunt voces, quemadmodum pueri bovem a mugiendo vocant, canemque a latrando? Quum autem idem animal multas subpeditet imitationes, e quibus similitudinem eligere quis possit: nam et ipsum cornutum est, et quadrupes, et grande, non idem adripiens unusquisque, eamdem quidem rem designabat, bovem nimirum, verum non eadem voce; alius autem eamdem rem, a priori voce deflectens. Jam probabiliter ab his deflectebant paululum, ut alii Dionysum, alii Zonysum, alii Heragorem, alii Heragoram dicunt.

πη'. Διὰ τί οἱ μὲν ἀγωνιῶντες βαρὺ φθέγγονται, οἱ δὲ φοβούμενοι ὀξύ; Ἢ ὅτι τοῖς μὲν φοβουμένοις καταψύχεται ὁ τόπος ὁ περὶ τὴν καρδίαν, κάτω ὁρμῶντος τοῦ θερμοῦ, ὥστ' ὀλίγον ἀέρα κινοῦσιν· (ἡ γὰρ ἰσχὺς ἐν τῷ θερμῷ)· τοῖς δὲ ἄνω φέρεται τὸ θερμόν, ὥσπερ τοῖς αἰσχυνομένοις; δι' αἰσχύνης γὰρ ἀγωνιῶσι, τοῖς δ' αἰσχυνομένοις ἄνω φέρεται πρὸς τὸ πρόσωπον. Σημεῖον δὲ ὅτι ἐξέρυθροι γίνονται μᾶλλον. Συντήκει οὖν καὶ παχὺν ποιεῖ τὸν ἀέρα ᾧ φθέγγεται, ὁ δὲ τοιοῦτος βραδέως ὠθεῖται, τὸ δὲ βραδὺ ἐν φωνῇ βαρύ ἐστιν.

88. Cur anxii quidem gravem proferunt vocem, metuentes vero acutam? An quoniam metuentibus quidem refrigeratur locus circa cor, inferiora petente calore, ita ut parum aeris moveant (vires enim in calore resident); illis vero sursum fertur calor, sicuti apud pudibundos? propter pudorem enim anguntur; apud pudibundos autem sursum fertur ad faciem. Argumento est quod inprimis admodum rubescunt. Colliquat igitur ac crassum reddit aerem, cujus ope vocem profert; hujusmodi autem aer tarde propellitur, tarditasque in voce gravitas est.

πθ'. Διὰ τί, τῆς φωνῆς, ἐπειδὴ ῥύσις τίς ἐστι, φύσιν ἐχούσης ἄνω φέρεσθαι, μᾶλλόν ἐστιν εὐήκοα τὰ ἄνωθεν κάτω ἢ τὰ κάτωθεν ἄνω; Ἢ διότι ἡ φωνὴ ἀήρ τίς ἐστι μεθ' ὑγροῦ; Βαρὺς οὖν ὢν οὗτος ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ φέρεται κάτω, καὶ οὐκ ἄνω· τοῦ γὰρ ὑγροῦ κατὰ φύσιν ἡ κάτω φορά· διότι τοῖς κάτω μᾶλλον ἀκούεται. Ἢ τοῦτο μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ ζῴου φωνῆς μόνον γίνεται· αὕτη γὰρ μεθ' ὑγροῦ· τὸ [δὲ] συμβαῖνόν ἐστι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ψόφων; Καθάπερ οὖν ἄμπωτις, ἂν μὲν ἄνωθεν κάτω προσπέσῃ, τὴν ἀνάκλασιν ἄνω ποιεῖται, κάτωθεν δ' ἄνω προσπεσοῦσα ἀνεκλάσθη κάτω, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἡ φωνὴ φύσιν ἔχουσα ἄνω φέρεσθαι, προσκόψασα τῷ ἐξ ἐναντίας ἀέρι, βιάζεσθαι μὲν οὐ δύναται πλέονα ὄντα [καὶ] βαρύτερον, ἀνακλασθεὶς δ' ὁ κινηθεὶς ἀὴρ ἐπὶ τοὐναντίον ἠνέχθη κάτω, δι' ὃ κατεχόμενος ἀκούεται κάτω μᾶλλον. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ περὶ τὴν ἠχὼ συμβαῖνον· ἔστι γὰρ ἀνάκλασις τῆς φωνῆς ἐπὶ τοὐναντίον.

89. Quamobrem quum vox, quippe quæ fluxus quidam est, suapte natura sursum fertur, facilius audiri possunt quæ superne inferiora quam quæ inferne superiora petunt? An quia vox aer quidam humori junctus est? Quum hicce igitur gravis sit propter humorem, deorsum fertur, non sursum, siquidem humor suapte natura sursum fertur; propterea magis auditur ab iis qui infra sunt. An hoc quidem in animalis voce tantum obtinet: illa enim humori juncta est; quod vero evenit, etiam ceteris sonis proprium est? Quemadmodum igitur reciprocatio, si superne deorsum inciderit, repercussionem sursum facit, inferne vero sursum incidens, deorsum reperculi soliet, eodem sane modo vox quæ suapte natura sursum fertur, ubi illiserit aeri ex opposita parte inveniundo, ei vim quidem inferre nequit, utpote copiosiori et graviori, sed aer motus post repercussionem in contrariam partem ferri soliet deorsum: quapropter ibi detentus auditur melius infra. Hujusmodi est etiam quod circa echo obtinet: est enim repercussio vocis in partem contrariam.

ϙ'. Διὰ τί μεθυόντων μᾶλλον ἀπορρήγνυται ἡ φωνὴ ἢ νηφόντων; Ἢ διότι τῷ πεπλῆρῶσθαι ταχέως ἀπορρηγνύασι τὴν φωνήν; Σημεῖον δὲ τούτου· οὔτε γὰρ οἱ χοροὶ μελετῶσιν ἐξ ἀρίστου, οὐχ ὑποκριταί, ἀλλὰ νήστεις ὄντες· ἐν δὲ τῇ μέθῃ πληρέστεροι ὄντες εὐλόγως μᾶλλον ἀπορρήγνυνται τὰς φωνάς.

90. Cur ebriis vox magis abrumpitur quam sobriis? An quia propter repletionem cito abrumpunt vocem? Hujus rei argumentum est quod neque chori, nec histriones sese exercent post prandium, sed jejuni; in ebrietate autem quum pleniores sint, non mirum est si magis voce abrumpantur.

Digitized by Google

ϙα'. Διὰ τί ἡ σύριγξ καὶ ἡ ὀξεῖα φωνὴ ἁπλῶς ὥσπερ ἐρημίαν ποιεῖ φαίνεσθαι; Ἢ ὅτι ἡ ὀξεῖα φωνὴ μακρὰν βαδίζει καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ διαχεῖται, καθάπερ αἱ ἄλλαι φωναί;

91. Cur fistula et vox acuta simpliciter quasi solitudinem adparere facit? An quia vox acuta longe procedit, nec procul diffunditur, sicuti reliquæ voces?

www.libtool.com.cn

ϙβ'. Διὰ τί ποτε ἡ φωνὴ ὀξυτέρα φαίνεται τοῖς μακρότερον ἀφεστηκόσιν, τοῦ ὀξέος ὄντος ἐν τῷ ταχέως φέρεσθαι, τὸ δὲ μακρότερον βραδύτερον κινεῖται; Ἡ ὀξύτης οὐ μόνον ἐστὶν ἐν τῷ ταχέως κινεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐλάττω τὸν ψόφον γίνεσθαι, τοῖς δὲ μακρότερον ἀφεστηκόσιν ἀεὶ ἐλάττων ἡ φωνὴ ἀφικνεῖται διὰ τὴν ὀλιγότητα τοῦ ἀέρος τοῦ κινουμένου.

92. Cur tandem vox acutior videtur longius distantibus, quum acumen motus celeritate constet, quod vero longius provehitur, tardius movetur? Acumen non solum motus celeritate constat, sed etiam eo quod minor fit sonus; ad eos vero qui longius distant, semper minor pervenit vox propter paucitatem aeris qui movetur.

ϙγ'. Διὰ τί, εἴπερ ἡ φωνὴ ἀήρ τίς ἐστιν ἐσχηματισμένος, καὶ φερομένη διαλύεται πολλάκις τὸ σχῆμα, ἡ ἠχὼ γίνεται πληγέντος τοῦ τοιούτου πρός τι στερεὸν καὶ οὐ διαλύεται, ἀλλὰ σαφῶς ἀκούεται; Ἢ διότι ἀνάκλασις, οὐ κατάκλασίς ἐστι, τοῦτο δ' ὅλον ἀφ' ὅλου εἰς τὸ πάθος ἀφομοιοῦται· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀέρος ἀνακλᾶται τοῦ ἐν τῷ κοίλῳ, οὐκ ἀπὸ τοῦ κοίλου.

93. Quamobrem, si vox quidem aer quidam est figuratus, atque motu figura dissolvitur sæpius, echo fit illidente hujusmodi aere in solidum quid, nec dissolvitur, sed manifesto auditur? An quia refractio, non confractio est; illa autem integre adfectui similis redditur? ab aere enim refringitur qui cavo continetur, non vero ab ipso cavo.

ϙδ'. Διὰ τί χειμῶνος ὄντος αἱ φωναὶ βαρύτεραι; Ἢ ὅτι παχύτερος ὁ ἀήρ, παχυτέρου δ' ὄντος βραδυτέρα ἡ κίνησις, ὡς ἡ φωνὴ βαρυτέρα; Ἢ ὅτι διὰ τῶν στενῶν βραδύτερον χωρεῖ ὁ ἀήρ, συμφράττονται δὲ τὰ περὶ τὸν φάρυγγα τῇ ποιότητι τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ ἐπιρρέοντος φλέγματος;

94. Cur hyeme voces graviores sunt? An quia crassior aer, crassior autem quum sit, tardior est motus, ita ut vox gravior fiat? An quia per angusta tardius meat aer, constringuntur autem fauces qualitate frigoris et adfluentis pituitæ?

ϙε'. Διὰ τί μεγαλόφωνοι οἱ θερμοὶ τὴν φύσιν ὄντες; Ἢ ὅτι ἀνάγκη καὶ ἀέρα ἐν τούτοις πολὺν ψυχρὸν εἶναι; ἕλκει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ θερμὸν καὶ ποιεῖ πλεῖον, ἡ δὲ μεγάλη φωνὴ γίνεται ἐν τῷ πολὺν ἀέρα κινεῖν, ὀξεῖα δὲ ἐν τῷ ταχέως, βαρεῖα δ' ἐν τῷ βραδέως.

95. Quamobrem natura calidi magnam habeat vocem? An quia necessario his quoque magna copia aeris frigidi inest? calor enim spiritum adtrahit ejusque copiam auget, magna autem vox eo fit quod multus aer movetur, acuta vero quod cito, et gravis quod tarde.

ϙϛ'. Διὰ τί ἀκούουσι μᾶλλον κατέχοντες τὸ πνεῦμα ἢ ἐκπνέοντες; διὸ ἐν ταῖς θήραις παραγγέλλουσιν ἑαυτοῖς οὐ πνευστιᾶν. Πότερον ὅτι τὸ αἰσθητικὸν ἄνω ἔρχεται τῶν φλεβῶν συναιρουμένων, ἢ ἀραιουμένων, καθευδόντων δὲ κάτω; διὸ καὶ μᾶλλον ἐκπνέουσιν. Ἢ καὶ τὸ αἷμα ἀπέρχεται κάτω καταπεπνευκότων, ὥστε κενοῦνται τὰ ἄνω, ἀκούουσι δὲ τῷ κενῷ; Ἢ ὅτι φύσει ὁ ἀτμὸς ψόφος τίς ἐστιν, οὗτος δὲ τῷ πνεῖν γινόμενος κωλύει ἀκούειν;

96. Quamobrem spiritum retinentes melius audimus quam exspirantes? propterea inter venandum se ipsi hortantur ne anhelent. Utrum quia sentiendi facultas sursum vadit, ubi venæ contrahuntur, aut rarefiunt; dormientibus vero nobis deorsum? propterea et potius exspirant. An quia et sanguis deorsum abit, depresso spiritu, ac proinde vacuantur superiora, audimus autem vacui ope? An quia vapor suapte natura sonus quidam est, hicce autem dum respirando gignitur, auditionem impedit?

ϙζ'. Διὰ τί οἱ τοῦ γράσου ὄζοντες, ὅταν ἀλείψωνται μύρῳ, δυσωδέστεροί εἰσιν; Ἢ διότι ἐπὶ πολλῶν τοῦτο γίνεται ὀξύ; Ἢ διότι πάλιν ἱδρώσαντες δυσωδέστεροί εἰσι, τὸ δὲ μύρον θερμαντικόν ἐστιν; Ἱδρῶτας οὖν παρασκευάζει.

97. Quamobrem qui hircum redolent, unguento uncti fœtidiores sunt? An quia in multis hoc acescit? An quia quum denuo sudaverint, fœtidiores sunt, unguentum autem calefacere valet? Sudores igitur parit.

ϙη'. Διὰ τί ἡ μασχάλη δυσωδεστέρα ἐστὶ τῶν ἄλλων τόπων; Πότερον ὅτι ἀπνούστατός ἐστιν, ἡ δὲ δυσωδία μάλιστα ἐν τοῖς τοιούτοις διὰ τὸ σῆψιν γίνεσθαι ὑπὸ τῆς ἡσυχίας τῆς ὑγρότητος, διότι ἀκίνητος καὶ ἀγύμναστος;

98. Cur axilla fœtidior est reliquis locis? Utrum quod minime perflatur, fœtor autem maxime in hujusmodi locis consistit, quia gignitur putredo a quiete humoris, quoniam motu et exercitio caret?

Digitized by Google

ϛθ'. Διὰ τί τὰ δυσώδη ἥκιστα φαίνεται δυσώδη τοῖς ἐδηδοκόσιν; Ἢ διὰ τὸ συντετρῆσθαι τὴν ὄσφρησιν τῷ στόματι κατὰ τὸν οὐρανὸν πλήρης ἡ αἴσθησις γίνεται καὶ τῆς τε δυσωδίας οὐκέτι ὁμοίως αἰσθάνεται; τὸ γὰρ πρῶτον αἰσθάνονται πάντες, ὅταν δ' ἅψηται, οὐκέτι ὥσπερ συμφυοῦς, καὶ ἡ ἔξωθεν ὁμοία ἀφανίζεται ὑπὸ τῆς ἔσω.

99. Cur fœtida minime videntur fœtida cibo pleni? Num quia olfactus per palatum ad os penetrat, repletur sensus, neque fœtorem amplius æque percipit? primum enim sentiunt omnes, ubi vero tangit, non amplius, perinde ac si adgnatum esset, et extrinsecus similis advenienti perimitur ab eo qui intus est.

ρ'. Διὰ τί χειμῶνος ὄντος ὀσφραινόμεθα ἧττον καὶ ἐν τοῖς πάγοις; Ἢ ὅτι ὁ ἀὴρ ἀκινητότερος ἐν τῷ ψύχει; Οὐκοῦν οὐκ ἀφικνεῖται ἡ κίνησις. Ἢ ἀποσμὴν ἔχοντες διὰ τὴν δυσκινησίαν;

100. Quamobrem hyeme ac per gelu odoramur minus? An quia aer minus movetur per frigus? Ergo non penetrat motus. An olfactu carentes propter motus difficultatem?

ρα'. Διὰ τί οἱ κύνες οὐκ ὀσφραίνονται τῶν ἰχνῶν ὅταν ἀποθάνῃ δασύπους, οὐδ' ἂν λάθῃ αὐτοὺς [δ] τεθνεώς, οὐκέτι ὁμοίως εὑρίσκουσιν; Ἢ ὅτι τεθνεῶτος μὲν οὐκ αἰσθάνονται διὰ τὸ ἄλλην ὀσμὴν γίνεσθαι, τὴν δ' οἰκείαν διαφθείρεσθαι, πάντων φθειρομένων, ὥσπερ φωνὴν καὶ χρῶμα καὶ χυμόν; πάντα γὰρ μεταβάλλεται ταῦτα. Ζῶντος μὲν οὖν διὰ τὸ συνεχῆ τὴν νόσον ἀπὸ τοῦ θηρίου αἰσθάνονται· τεθνεῶτος δὲ πέπαυται ῥέουσα, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς·

ὡς ἀπέλειπε ποδῶν ἀπαλὴ περίπνοια·

οὐχ οἷόν τε γὰρ διασπᾶσθαι τὴν ὀσμήν, οὐδὲ τὴν χρόαν, ἀλλ' ὅταν ἀποθάνῃ, κἀκεῖνα καὶ αὕτη ἔφθαρται.

101. Quamobrem canes non odorantur vestigia mortuo lepore, nec si lateat eos hujus mors, amplius eodem modo eum inveniunt? Num quia mortuum non sentiunt, quoniam alius oritur odor propriusque perit, quum omnia pereant, ut vox, color, sapor? omnia enim hæc immutantur. Vivo igitur lepore, propter continuitatem animalis odorem sentiunt; mortuo vero fluere desinit, ut Empedocles dicit:

Qi um deficeret tener pedum halitus:

neque enim divelli potest odor, neque color, sed mortuo animali, et illa et hic periere.

ρβ'. Διὰ τί αἱ ὀδμαὶ ἐγγύθεν ἧττον εὐώδεις καὶ θυμιαμάτων καὶ ἀνθῶν; Ἢ ὅτι τοῖς πλησίον συναναφέρεται τὸ γεῶδες, ὥστε κεραννύμενον ἀσθενῆ ποιεῖ τὴν δύναμιν· εἰ δὲ πόρρω, καταφέρεται ὀδμή; διὰ τοῦτο δὲ καὶ τριφθέντα τὰ ἄνθη ἀπόλλυσι τὴν ὀσμήν. Ἢ ὅτι ἡ ὀσμὴ θερμότης ἐστί, καὶ τὰ εὐώδη θερμά, τὸ δὲ θερμὸν κοῦφον, ὥστε διὰ τοῦτο πορρωτέρω γίνεται ἡ ὀσμή;

102. Quamobrem cominus odores minus bene olent, cum suffimentorum, tum florum? An quia ad propinquos simul evehitur pars terrena, ita ut admistione sua debilem reddat facultatem; quodsi vero procul simus, defertur odor? propterea et flores tritura odorem amittunt. An quia odor calor est, atque odorifera calida, calidum autem leve est, ita ut hanc ob causam remotiora petat odor?

ργ'. Διὰ τί πάντα μᾶλλον ὄζει κινούμενα; Ἢ ὅτι ἀναπίμπλησι τὸν ἀέρα, δι' ὅ τι ἀναπέμπεται θᾶττον πρὸς τὴν αἴσθησιν;

103. Cur omnia magis olent, ubi moventur? An quia aerem replent, quam ob causam citius ad sensum emittuntur?

ρδ'. Διὰ τί ἐνίοτε ναυτιάσαντές πως μᾶλλον πεινῶσιν; εἰκὸς γὰρ ἦν ἐναντίως ἔχειν· πλήρωσις γὰρ ἡ ναυτία ἐστίν. Ἢ ὥσπερ ἀφόδου γενομένης συμβαίνει γενέσθαι τοὺς τόπους κενοὺς οἷς πεινῶσιν· πρὶν δὲ ναυτιάσαι τοὐναντίως;

104. Cur interdum nausea adflicti aliquatenus magis famelici sumus? probabile enim erat rem contrario modo se habere: nam nausea repletio est. An perinde ac si aliquid ablisset, evenit ut vacua fiant loca quæ famem faciunt; ante nauseam vero contrarium obtinebat?

ρε'. Διὰ τί ἐν μὲν τοῖς πλοίοις ἡ ναυτία χολώδης· ἦν δ' ἄλλως, φλεγματώδης; Ἢ διότι ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἔμπονος· ἐνταῦθα δὲ μετὰ φόβου ἡ ταραχῆς· ὁ δὲ φόβος συγκινητικὸς τῶν συμφύτων; Τὸ μὲν οὖν φλέγμα ἐπιπολάζον καὶ ἀλλότριον, ἡ δὲ χολὴ σύμφυτον γενόμενον ἐκ συμφύτου.

105. Quamobrem in navigiis quidem biliosa est nausea, ceteroquin vero pituitosa? An quia apud reliquos quidem laboriosa est nausea; illic vero metu stipatur, aut tumultu; metus autem cognata commovere solet? Pituita igitur superficiem petit atque aliena est; bilis vero cognata, quippe e re cognata genita.

ρε'*. Διὰ τί ἐν ταῖς φαρμακοποσίαις σημεῖον ὅταν ἀριθμεῖν δύνηται τὰς ὁδοὺς ὅτι κεκάθαρται; Ἢ ὅτι

105 *. Quamobrem si sumpto medicamento purgante trabes numerare valeant, signum est purgationem factam

Digitized by Google

οὐκ ἔνεστι περιττωματικὴ ὑγρότης; ἐποίει γὰρ τὸν ἴλιγγον ὥσπερ τοῖς μεθύουσιν· ἡ δ' ἐστὶ τοῖς μὲν γινόμενον, τοῖς δὲ μὴ γινόμενον.

esse? An quia non inest humor supervacaneus? hicce enim vertiginem faciebat, ut apud ebrios; hicce autem humor apud illos quidem adhuc gignitur, apud hos vero non.

www.libtool.com.cn

ρς'. Διὰ τί ὑπέρινοι μᾶλλον γίνονται κάτω ἢ ἄνω καθαρθέντες; Ἢ διότι εὐροωτέρα ἡ ὁδός, ἡ δ' ἄνω παρὰ φύσιν, ὥστε καὶ ἀπ' ἐλάττονος φαρμάκου δυνάμεως ἔλαττον καὶ πλεῖον κινεῖσθαι, καὶ κατὰ φύσιν ἢ παρὰ φύσιν; Ἢ ὅτι τὰ μὲν περιττώματα ἐν τῇ κάτω καθάρσει ἐστὶ τῶν χρησίμων καὶ ἐχόντων τῷ σώματι ἀπόλαυσιν ἐκκρίνεται, τὰ δ' ἄνω ἀλλότρια; ἔνθα μὲν γὰρ τῆς τροφῆς πλείονα λείψανα τὰ οὔπω ἐξικμασμένα, ἀλλ' ἔτι ἔχοντα τροφήν, ἔνθα δὲ χολὴ καὶ φλέγμα ἄτροφα. Ἡ μὲν οὖν κάτω κάθαρσις τὴν τροφὴν ἀφαιρουμένη εὐλόγως ἐκλύει, ἡ δ' ἄνω ἢ οὐδέν, ἢ ἧττον. Δηλοῖ δ' ὁ ἑλλέβορος· ἄνω τε γὰρ καθαίρει καὶ εὐθὺς ἔτι τὰ σώματα, ὡς οὐδενὸς τῶν χρησίμων ἀφῃρημένου ἐν τῇ ἄνω καθάρσει.

106. Cur potius modum excedit purgatio, si deorsum quam si sursum purgentur? An quia per hanc viam facilior est fluxus, superior vero contra naturam, ita ut paucioris medicamenti vi modo minus, modo plus moveatur, idque magis secundum naturam quam præter naturam? Num quia excrementa purgationis quæ per inferiora fit, ad utilia pertinent atque excernuntur, dum corpus ex iis emolumentum capit; superiora vero aliena sunt? Illic igitur plura adsunt cibi reliquiæ nondum exsuctæ, sed adhuc alimentum continentes; hic vero bilis et pituita quæ nutrire non valent. Purgatio itaque quæ per inferiora fit, merito debilitat, quum alimentum demit; quæ vero per superiora, aut nequaquam, aut minus. Ostendit autem veratrum: sursum enim purgat, atque statim viget corpus perinde ac si purgatione per superiora facta nihil utile sublatum esset.

ρζ'. Διὰ τί οἱ μέλανες καὶ οἱ λεῖοι μᾶλλον ἢ οἱ λευκοὶ καὶ δασεῖς γίνονται ὑπέρινοι; Ἢ ὅτι ὑγρότεροι οἱ λεῖοι τῶν δασέων; δηλοῖ δ' ἡ τῶν γυναικῶν φύσις ὑγρὰ καὶ λεῖα οὖσα, καὶ οἱ μέλανες τῶν λευκῶν ψυχρότεροι· τὸ δὲ ψυχρὸν τοῦ ὑγροῦ ἐγγύς· τὸ γὰρ θερμὸν ξηρόν· ὑπέρινοι δὲ γίνονται συντηκομένου τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐ μόνον ἀφαιρουμένου τοῦ περιττώματος.

107. Quamobrem nigri et glabri magis quam albi et hirsuti immodicæ purgationi obnoxii sunt? An quia glabri hirsutis sunt humidiores? ostendit enim mulierum natura quæ humida ac glabra est, itemque nigri, utpote albis frigidiores: frigidum namque humido vicinum est, quippe quum calor siccus est; immodice autem purgantur, ubi corpus colliquatur, non vero ubi redundantia tantummodo auferuntur.

ρη'. Διὰ τί μέλαιναν μὲν χολὴν καθαιρόμενοι καὶ φλέγμα πολὺ οὐ γίνονται ὑπέρινοι, τὴν δὲ ξανθὴν χολὴν πολὺ ἐλάττω καθαρθέντες; Ἢ ὅτι τὴν μὲν μέλαιναν χολὴν εἰώθασι καθαίρεσθαι ῥᾳδίως, καὶ μὴ τὴν τρυγώδη [τῷ] ἤδη κεχωρίσθαι τοῦ σώματος; διὸ καὶ μεμέλανται. Οὐδεμία οὖν ἰσχὺς ἀφῄρηται τοῦ σώματος καθαρθέντος· τὸ δὲ φλέγμα περίττωμά ἐστιν, ὥστε ἂν τις ἀφέλῃ μεῖζον, κουφίζει μᾶλλον, ὥσπερ ἐπικειμένου βάρους· ἡ δὲ ξανθὴ ἐκ συστήματός ἐστι τῆς κακῶς ᾠκοδομημένης σαρκός, καὶ οὐ προϋπάρχουσα, οὐδὲ κεχωρισμένη πρότερον ἡ πολλή, ὥστ' οὐδὲν διαφέρει πολλὴν ἀφελεῖν χολήν, ἢ σάρκας πολλάς, ἢ αἷμα· τούτου δὲ συμβαίνοντος ἀνάγκη γίνεσθαι ὑπερίνους· μέχρι μὲν γὰρ τούτου ῥεῖν ἐνδέχεται, ἕως ἂν ἔχῃ αἷμα καὶ σάρκας, ὡς εἰπεῖν, θάτερα δ' ἔχει πέρας διὰ τὸ κεχωρίσθαι.

108. Cur, si atra quidem bilis, aut magna pituitæ copia purgatur, purgatio modum non excedit; excedit vero, ubi multo minor flavæ bilis copia ablata fuerit? Num quia nigram quidem bilem ac faculentam facile purgare solent, quia jam a corpore separata est? quam ob causam etiam nigro colore tincta est. Nullus igitur vigor corpori auferetur, dum purgatur; pituita vero excrementum est, ita ut quo plus aliquis abstulerit, eo magis sublevat, tamquam ab onere incumbente; flava vero bilis a coagmento provenit male compactæ carnis, neque antea præsto est, nec prius sejuncta maximam partem, ita ut eodem redeat, an multam bilem auferas, an multas carnes sanguinemve; hoc autem ubi evenit, necessario modum excedit purgatio: tantisper enim fluere potest dum sanguinem, ut ita dicam, et carnes habet; reliquorum vero humorum purgatio terminum habet, quia separati sunt.

ρθ'. Διὰ τί λυγῶσι, καὶ ὑπερκαθαιρόμενοι καὶ ὑπερπληρούμενοι; Ἢ ὅτι δι' ἀμφότερα καταψύχονται; ἥ τε γὰρ ὑπερκάθαρσις ἀφελοῦσα τὸ ὑπέκκαυμα ψύχει, καὶ ἐὰν πλείων εἰσέλθῃ τροφὴ τῆς δυνάμεως, μαραίνει τὴν οἰκείαν θερμότητα· ὁ δὲ λυγμός ἐστιν ὅταν πνεῦμα ἐναπολαμβάνηται διὰ τὸ ψυχθῆναι τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ πνευματικῷ τόπῳ.

109. Quamobrem singultant æque ab immodica purgatione quam ab immodica repletione? An quia ambabus refrigerantur? purgatio enim immodica refrigerat fomitem auferens; item ubi plus alimenti ingestum fuerit quam vires ferre valeant, tabefacit calorem proprium; singultus autem eo constat quod spiritus intus concluditur, quia humor refrigeratus est, in spiritus sede.

ρι'. Διὰ τί τὰ παιδία καὶ οἱ γέροντες μάλιστα ἁλίσκονται διαρροίαις, ἐναντίας ἔχοντες τροφάς; Ἐπειδὴ

110. Quamobrem cum pueri, tum senes ventris profluvio inprimis capiuntur, etiamsi obpositis vescantur cibis? Quum

Digitized by Google

τὰ μὲν παιδία, εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν τροφὴν τοῦτο πάσχουσιν, ἀλλὰ διότι ὑγρὰ τὰ σώματα αὐτῶν ἐστι καὶ πυκνά, ὥστ' εἴσω τὰ περιττώματα συρρέοντα διὰ τὴν τῶν σαρκῶν πυκνότητα ὑγραίνει τὰς κοιλίας, οἱ δὲ γέροντες ψυχρὰ τὰ σώματα ἔχουσι καὶ τὰς κοιλίας, ὥστε τὰ μὲν δι' ὑγρότητα τῶν σωμάτων καὶ πυκνότητα, οἱ δὲ διὰ ψυχρότητα πάσχουσιν. Τοῦτο δὲ καὶ τὰ μὲν διὰ τὸ ἀναπνεῖν ἔξω τὰ περιττώματα, οἱ δὲ διὰ τὸ μόνα τὰ σώματα ἔχειν καὶ τὸ θερμὸν ἀποπνέον ἐξ αὐτῶν ἐξατμίζειν. Τὸ αὐτὸ οὖν οὐ διὰ τὸ αὐτὸ πάσχουσιν· συναίτιον δὲ τοῖς παιδίοις ἐστὶ καὶ τὸ τὴν τροφὴν ποσὴν καὶ ποιάν τινα εἶναι· πολλά τε γὰρ προσφέρονται καὶ γλυκέα καὶ παντοδαπά· τὰ μὲν γὰρ νέα παντελῶς γάλακτι τρέφεται, ὃ ἐστι δύσπεπτον, τὰ δὲ σμικρὸν ἐπηυξυμένα ποικίλως καὶ γλυκέσι χρῆται ἐδέσμασι τροφῶν καὶ μητέρων πρὸς χάριν ὁμιλουσῶν αὐτοῖς· τὰ δὲ τοιαῦτα δυσδιαχώρητά ἐστιν.

pueri quidem, etiamsi non propter cibum ita adficiantur, adficiuntur tamen, quoniam corpora eorum humida sunt ac densa, ita ut excrementa intus confluentia propter carnium densitatem alvum humectent; senes vero frigida habent corpora et alvos, ita ut illi quidem propter corporum humiditatem ac densitatem ita adficiantur, hi vero propter frigiditatem. Cum propter hanc igitur causam, tum quod puerorum quidem redundantiæ foras respirant, senes vero solummodo corpus habent, atque calor exspirans ex iis exhalat. Eodem igitur modo utrique adficiuntur, sed non propter eamdem causam; aliquid vero etiam pueris eo confert, quod cibum certa quadam quantitate ac qualitate adsumunt: multa enim ingerunt dulcia et omnigena: nam parvuli quidem omnino lacte aluntur, quod difficulter concoquitur; paululum vero adulti variis ac dulcibus utuntur eduliis nutricum ac matrum in gratiam quibuscum versantur; hujusmodi autem alimenta difficulter transeunt.

ρια'. Διὰ τί τὸ πολὺ ποτὸν ἐνίοτε καὶ τὸ ὀλίγον τὰς διαρροίας ἴσχει; Ἢ διότι τὸ μὲν διὰ τὸ καταξηραίνειν εἰκότως, ἅτε μικρὸν ὄν, τὸ δὲ διὰ τὸ πλῆθος εἰς τὴν οὐρήθραν χωροῦν συνεπισπᾶται τὸ ἐκ τῆς κοιλίας ὑγρόν; ἅμα γὰρ κατ' ἄμφω οὐκ εἴωθεν ὑποχωρεῖν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἡ κοιλία ὑποχωρεῖ μᾶλλον, ἡ οὐρήθρα ἀποξηραίνεται· ἐὰν δ' ἡ οὔρησις πολλὴ γίνηται, ἡ κοιλία καταξηραίνεται· οἷον ἅπωσιν γὰρ ἐποίησεν ἐκ τῆς κοιλίας εἰς τὴν οὐρήθραν τὸ πολὺ ποτόν.

111. Cur interdum potus multus æque ac parcus ventris profluvium sistit? An quia alter quidem merito, quoniam desiccat, utpote exiguus, alter vero propter copiam urinæ meatum petens secum adtrahit humorem e ventre? simul enim per ambas vias subire non solet, sed si alvus quidem secedit magis, urinæ meatus exsiccatur; ubi vero copiosa fit mictio, alvus desiccatur: quasi depulsionem enim e ventre ad urinæ meatum facere solet potus copiosus.

ριβ'. Διὰ τί οἱ πίνοντες εὐτραφεῖς ὄντες ὑγρὰς τὰς κοιλίας ἔχουσι μᾶλλον ἢ σκληράς, δι' ὃ καὶ διαῤῥοίαις ἀποθνήσκουσι μᾶλλον τῶν τεθραμμένων, ἔδει δ' εὐτρόφους ὄντας ἐκλαμβάνειν μᾶλλον τὸ τρόφιμον, τούτου δὲ γινομένου ξηραίνεσθαι τὰς κοιλίας αὐτοῖς; Ἢ ὅτι τὸ εὐτραφές ἐστιν [οὐκ] ἐν τῷ πολὺ λαμβάνειν, σκληρὰ δ' ἡ περίττωσις γίνεται, ὅταν μόλις καταβαίνῃ τὰ προσενεχθέντα εἰς τὴν κοιλίαν, τοῦτο δὲ γίνεται διὰ τὸ μὴ ταχὺ ἀπολαύειν τὸ σῶμα καὶ μὴ ἐκκρίνεσθαι τὸ χρήσιμον ἐξ αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ ἐν τῇ κάτω κοιλίᾳ μένειν πολὺν χρόνον, ἅτε μὴ ἀθρόα καταβαίνοντα (συγκάεται γὰρ μᾶλλον)· οὐχ αἱ μάλιστα δὲ ξηρὰ ἀποδιδοῦσαι κοιλίαι εὔτροφοί εἰσιν, ἀλλ' αἱ ταχὺ λαμβάνουσαι τὸ χρήσιμον ἐκ τῶν προσενεχθέντων. Σημεῖον δὲ τὸ τοὺς ξηροὺς τὰς κοιλίας ἰσχνοτέρους εἶναι ἢ εὐσαρκοτέρους.

112. Quamobrem potatores, etiamsi corpulenti sint, alvos potius humidas quam siccas habent: quapropter et ventris profluvio magis moriuntur quam nutriti; deberent autem, quum corpulenti sunt, magis eximere partem nutrientem, idque quum fieret, alvus eorum siccari? An quia corpulentia [non] eo constat, quod multum eximitur, dura vero redduntur excrementa; quando difficulter descendunt quæ in ventrem ingesta sunt, hoc autem fit quia non cito corpus ex iis emolumentum capit, neque separatur pars utilis, et quia diu manent in ventre inferiori, utpote non confertim descendentia (exuruntur enim magis); neque ventres sicca excrementa reddentes inprimis corpulenti sunt, sed qui celeriter partem utilem ex alimentis eximunt. Argumento est quod qui alvum siccam habent, potius macilenti sunt quam carnosi.

ριγ'. Διὰ τί οἱ γλυκεῖς καὶ οἱ ἁλμυροὶ τῶν χυμῶν διαχωρητικώτατοί εἰσιν; Ἢ ὅτι ταρακτικώτατοι, τοιαῦτα δ' εἰσὶ τὰ ἄπεπτα καὶ βαρέα; διὰ γὰρ τὸ μήτε κρατεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἐν ἡμῖν θερμότητος, κάτω τε φέρεσθαι τὸ μέλλον ἐκταράξειν· ἡ γὰρ ἐκτάραξις τοῦτ' ἐστίν. Ἢ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι χυμοὶ ἔξω τοῦ ἐλαίου εὐδιάφοροι καὶ εὐσηπτοί εἰσι, τὸ δ' ἔλαιον ἄπεπτον μέν (ἀσηπτον γάρ), ἀλλὰ διὰ κουφότητα ἄνω ἐπιπολάζει, δι' ὃ οὐ διαχωρητικόν ἐστιν· τὸ δ' ἁλμυρὸν βαρὺ καὶ

113. Quamobrem succi dulces et salsi omnium maxime alvum cient? An quia maxime turbare valent; hujusmodi autem sunt quæ ægre concoquuntur ac pondus habent? quod enim turbaturum est, ita agit, quia non domatur a calore nostro interno atque deorsum fertur: nam eo constat ventris turbatio. An quia reliqui quidem succi, excepto oleo, facile dissipantur ac putrescunt, oleum vero ægre quidem concoquitur, quippe quum ægre putrescat, verum propter levitatem sursum elevatur: quam ob causam alvum ciere non valet; salsum vero ponderosum ac

Digitized by Google

παχύ, τὰ δὲ τοιαῦτα μάλιστα κάτω φέρεται καὶ ἄσηπτά ἐστιν;

crassum est; hujusmodi autem res inprimis deorsum feruntur et putredini resistunt?

ριδ'. Διὰ τί ἡ μὲν ἅλμη καὶ ὁ ὀρὸς τὴν κοιλίαν λύουσι, ὁ δ' οἶνος πολὺς πινόμενος οὔ; Ἢ ὅτι τῶν μὲν ἡ ὑπόστασις εἰς κοιλίαν ἔρχεται; οὐ γὰρ εὔπεπτά ἐστιν, ὥσπερ ὁ οἶνος θερμὸς ὤν, ὃς ταχὺ πεφθεὶς διουρεῖται. Τοῦ μὲν οὖν ἡ ὑπερβολὴ τὴν κύστιν ταὐτὸ ποιεῖ, ὅπερ ἐκεῖνα τὴν κοιλίαν, ἀλλ' οὐκ ἄγει ὑπόστασιν εἰς κύστιν· οὐ γὰρ ἔχει· τὰ δὲ μετὰ περιττωμάτων ἐξέρχεται ἑπομένων τῇ ὑποστάσει αὐτῶν οὔσῃ παχείᾳ· [δ] ποιεῖ τὴν διάρροιαν.

114. Cur muria quidem et serum alvum solvunt, vinum vero magna copia bibitum non? An quia illorum quidem sedimentum ad ventrem vadit? haud facile enim concoquuntur, sicut vinum, quod calidum quum sit ac cito concoquatur, per urinam transit. Hujus itaque usus immodicus eodem modo in vesicam agit quo illa in ventrem, sed sedimentum non ducit ad vesicam: non enim habet; illa vero cum redundantiis eorum sedimentum, quod crassum est, insequentibus exeunt: id quod ventris profluvium facit.

ριε'. Διὰ τί ἐν τῇ κάτω καθάρσει ἢ ἐν τῇ ἄνω ὑπέρινοι μᾶλλον γίνονται; Ἢ διότι εἰς μὲν τὴν κάτω κοιλίαν ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος πέφυκε συρρεῖν τὰ ὑποστήματα (τοῦτο δὲ φανερὸν τῇ τῶν ἐμβρύων τροφῇ· ἐν ἐκείνῳ γὰρ ὄντα τρέφονται τῷ τόπῳ· ἡ γὰρ ὑστέρα κατὰ ταύτην ἔχει τὴν χώραν)· εἰς δὲ τὴν ἄνω ἀπὸ τῶν πλησίον χωρῶν συνέρχεται, ὥστ' ἀπ' ἐλάττονος δυνάμεως εὐκινητότερα πάντα ἐς τὸ κάτω διὰ τὸ προϋπάρχειν εἰσφερόμενα; Ἡ μὲν οὖν ἄνω κάθαρσις τὸ ἐπιπολάζον καὶ τὸ ἀλλότριον ἁρπάζει μόνον, δι' ὃ καὶ ἐλλεβορισθέντες εὐθὺς ἰσχύουσιν· ἡ δὲ κάτω ἐκ πολλοῦ συνάγει τόπου, καὶ ἐνίοτε συνεπισπᾶται καὶ τῶν οἰκείων πολλὰ καὶ τῶν περιττωμάτων οὐ ταμιεύεται, ὥστε συμφέρει πολλάκις μὴ πάντα ἐκκενῶσαι· γίνεται γὰρ τὰ ὑπολειφθέντα τροφὴ καὶ ἔχει ἰσχύν. Ἐὰν δὲ μηθὲν ὑπολειφθῇ, ὁτὲ μὲν κένωσιν ποιεῖ ἰσχυράν· ὁτὲ δ' ἀναιροῦνται καθαρθέντες καλῶς, ἐὰν βραδυτέρα γένηται ἡ προσφορὰ τῆς συντήξεως ἐπὶ τὸν ἐπικαιρότατον τόπον.

115. Cur purgatio quæ per inferiora fit, facilius modum excedit quam quæ per superiora? An quia ad inferiorem quidem ventrem e toto corpore suapte natura confluere solent sedimenta (hoc autem constat fœtuum nutritione: nutriuntur enim eo loco versantes, quum in eo sedem habeat matrix); ad superiorem vero e locis vicinis convenit, ita ut a minori facultate omnia facilius ad inferiorem pellantur, quia antea jam præsto sunt quæ adferuntur. Purgatio igitur quæ per superiora fit, fluitantia tantum ac aliena rapit: quapropter et qui veratrum sumserunt, statim vigent; quæ vero per inferiora, ex amplo cogit spatio, atque interdum simul adtrahit et multa familiaria, nec redundantiis moderatur, ita ut conferat sæpius non omnia evacuare: quæ enim restant, alimentum fiunt ac vigorem habent. Quodsi vero nihil relinquatur, interdum quidem vehementem purgationem facit, interdum vero rite purgati interimuntur, si colliquatione tardior sit adcessio ad locum maxime principalem.

ρις'. Διὰ τί τοῖς ὑγιεινοῖς καὶ γέρουσιν αἱ κάτω καθάρσεις οὐ συμφέρουσιν; τάχιστα γὰρ ἀπόλλυνται καὶ ὑπέρινοι γίνονται. Ἢ τοῖς μὲν νοσεροῖς περίττωμά ἐστι τὰ ὑπιόντα, τοῖς δ' ὑγιεινοῖς ἀπὸ τῶν εὖ ᾠκοδομημένων γίνεται ἡ ἀφαίρεσις, ὥστε σύντηξις, οὐ περίττωσις ἡ ἀπὸ νόσου; Ὅταν οὖν ὁρμήσῃ, μέχρι θεμελίων κινεῖται.

116. Quamobrem sanis et senibus non conferunt purgationes quæ per inferiora fiunt? celerrime enim moriuntur ac modum excedit purgatio. An quia apud ægrotos quidem redundantiæ sunt quæ subeunt, apud sanos vero a partibus bene compactis fit ablatio, ita ut colliquamenta sint, non redundantiæ a morbo provenientes? Ubi igitur invaserit, ad fundamenta usque movetur.

ριζ'. Διὰ τί τοῦ θέρους μᾶλλον αἱ διάρροιαι γίνονται ἢ τοῦ χειμῶνος, ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πάθος ὑγρασίας ὑπερβολή, καὶ ὁ χειμὼν ὑγρότερος, ὥστ' ἀεὶ μᾶλλον ἐν τῇ ὁμοίᾳ ὥρᾳ συμβαίνειν [ἔδει] τὸ πάθος ἢ ἐν τῇ ξηρᾷ; Ἢ ὅτι ἐν τῷ θέρει ἀντιπερίσταται τὸ ὑγρόν, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τὸ θερμόν; οἷον γὰρ ἄν τι ᾖ τὸ ἔξω, ἐναντίως ἔχει τὸ ἐντός· δι' ὃ καὶ τὰ φρέατα τοῦ μὲν θέρους ψυχρὰ ἐν θερμῇ τῇ ὥρᾳ, τοῦ δὲ χειμῶνος θερμὰ ἐν ψυχρᾷ. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἡ κοιλία πάσχει, ὥστ' ἐν μὲν τῷ χειμῶνι θερμοτέρα οὖσα πέττει ἱκανῶς, ἐν δὲ τῷ θέρει ψυχροτέρα οὖσα οὐ πέττει ἱκανῶς, ἡ δὲ διάρροια ἀπεψία ἐστίν. Συμβάλλεται δέ τι καὶ ἡ τροφὴ τοιαύτη οὖσα ἐν τῷ θέρει οἵα ταρακτική, καὶ αἱ νύκτες ἐλάττους.

117. Cur æstate magis fiunt ventris profluvia quam hyeme, quum hicce adfectus humiditatis abundantia sit et hyems humidior, ita ut semper magis in simili tempestate evenire deberet adfectus quam in sicca? An quia æstate circumobsistitur humiditas, hyeme vero calor? quocumque enim modo se habuerint externa, contrario modo se habent interna: quapropter et putei æstate quidem frigidi in tempestate calida, hyeme vero calidi in frigida. Idem autem evenit ventri, ita ut hyeme quidem, quum calidior est, subficienter concoquat, æstate vero, ubi frigidior, non subficienter; ventris profluvium autem cruditas est. Confert etiam aliquid alimentum quod æstate ejusmodi est ut turbare valeat, atque noctes breviores.

Digitized by Google

ριη'. Διὰ τί ἐν τῇ νυκτὶ ἀπ' ἐλάττονος καθαίρει τὰ φάρμακα ἢ ἐν τῇ ἡμέρᾳ; ἡ μὲν γὰρ σκαμμωνία καθαίρει ἀπ' ὀγδοημορίου, ἐλατήριον δ' ἀπὸ τεταρτημορίου ὅταν δοθῇ καταπότια. Ἢ διὰ τρία ταῦτα, δι' ὑγρότητα; διὰ θερμότητα, διὰ τὸ σημαίνειν πολὺν χρόνον· ὅτι τε γὰρ οἱ ὑγρότεροι μᾶλλον καθαίρονται· ὑγρὰ γὰρ ἡ κάθαρσις..... τὸ γὰρ περίττωμα καὶ ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ μᾶλλον καθαίρει, ἐν δὲ ταῖς νυξὶ συμβαίνει τοῦτο μάλιστα, διότι πέττει ὁ ὕπνος, ὥστε θᾶττον καὶ μᾶλλον αἰσθάνεσθαι τὸ σῶμα τοῦ φαρμάκου.

118. Quamobrem noctu minori copia purgant medicamenta quam interdiu? scammonia enim data octava parte purgat, elaterium vero quarta, ubi administrantur catapotia? An propter hasce tres causas, propter humiditatem, calliditatem, et quia diu perstant: quod enim humidiores vehementius purgantur: nam purgatio humida est..... redundantiam enim longiori quoque tempore magis purgat; in noctibus autem hoc inprimis evenit, quia somnus concoquit, ita ut celerius ac impensius medicamentum sentiat corpus.

ριθ'. Διὰ τί τὰ φάρμακα τὰ καθαρτικὰ φλέγμα μὲν ἄγει καὶ χολὴν ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὴν κοιλίαν, αἷμα δ' οὔ, λεπτὸν ὄν; Ἢ ὅτι ἄγει τὸ ἀλλότριον ὂν διὰ τὸ μὴ προσπεφυκέναι, τὸ δὲ περίττωμα ἀλλότριον; Ἢ ὅτι παχύτερον τὸ αἷμά ἐστι, τὰ δ' ἐξελθόντα παχύνεται, τὸ φλέγμα καὶ ἡ χολή; Δῆλον δ' ὅτι τὸ αἷμα παχύτερον ὅταν ψυχθῇ καὶ παγῇ.

119. Cur medicamenta purgantia pituitam quidem ac bilem e venis ad ventrem agunt, sanguinem vero non, etiamsi tenuis sit? An quia alienum agunt, utpote non adglutinatum, redundantia autem aliena est? An quia crassior sanguis est, exeuntia vero spissantur, pituita nempe ac bilis? Sanguinem autem crassiorem esse tunc probatur, quum refrigeratus est ac concrevit.

ρκ'. Διὰ τί τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων καὶ φαρμακοποσιῶν οὐκ εὐθὺς προσφέρομεν τροφήν; Ἢ ὅτι καθαίρεται τὸ σῶμα ἔτι, καὶ οὐχ ἅμα περὶ αὐτὰ πονοῦν καὶ ἀποκέκριται τὰ περιττώματα; Ἔτι καὶ ἡ μεταβολὴ μεγάλη οὖσα ἀσύμφορον, γίνοιτο δὲ μετὰ πολλὴν κένωσιν πλήρωμα ἀθρόως.

120. Quamobrem post exercitationes ac medicamenta epota non illico cibum propinamus? An quia purgatur adhuc corpus, neque eodem temporis momento his laborem impendere potest quo redundantiis liberatur? Præterea mutatio, quum magna sit, non prodest; fieret autem subito post copiosam vacuationem repletio.

ρκα'. Διὰ τί λέγουσι μὲν πάντες, σεμνύνονται δ' οἱ πλούσιοι ἐπὶ τῷ φαγεῖν ἢ πιεῖν ἡδέως, ἐπὶ δὲ ταῖς κενώσεσιν οὐκέτι, καίτοι οὐδὲν ἧττον ἡδύ, ὅταν ἐπιθυμῇ τις, καὶ πρόσεστι τὸ ὠφέλιμον τὸ δεόμενον τυχεῖν καὶ λυπηρὸν τὸ μὴ τυγχάνειν; Πότερον ὅτι κάθαρσις, ὥστ' ἐνδιατρίβειν τῷ λόγῳ ἀηδὲς περὶ αὐτῶν; Ἢ ὅτι οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐκεῖνα δ' ἐφ' ἡμῖν;

121. Cur dicunt quidem omnes, prædicantur vero divites quod suaviter edunt vel bibunt, propter vacuationes tamen non ita, etiamsi nihilo minus jucundum sit, quando cupit quis, ac præsto est res præfutura, necessario potiri quam molestum non potiri? Utrum quia purgatio est, ita ut odiosum sit sermoni de his rebus insistere? An quia hæc quidem non in nostra potestate sunt, illa vero penes nos?

ρκβ'. Διὰ τί τοῦ θέρους μᾶλλον γίνεται χολή, τῶν περιττωμάτων ἐλαττόνων ὄντων; Ἢ ὅτι τὸ μὲν θερμὸν σηπτικόν, ἡ δὲ χολὴ ἐκ σήψεως;

122. Cur æstate potius gignitur bilis, quum pauciores sint redundantiæ? An quia calor quidem putrefacere valet, bilis autem a putredine provenit?

ρκγ'. Διὰ τί οἱ χυλοὶ πάντων οὕτω διαχωροῦσι μᾶλλον ἢ μετὰ τῶν φύλλων καὶ ριζῶν καὶ καρπῶν, ἢ τῶν φύλλων [εἰσίν], ἐξῄρηται δ' αὐτῶν τὸ θερμὸν εἰς τὸ ὑγρόν; Ὅτι τῶν μὲν ἐφθῶν ὑπὸ τοῦ πυρός, τῶν δ' ὠμῶν, αὐτοὶ οἱ χυλοὶ ἔχουσιν; διὸ οἱ μὲν ἰσχυροὶ καθαίρουσι τὰς κοιλίας, οἱ δ' ἀσθενεῖς λύουσιν· καὶ γὰρ οἱ τῶν φαρμάκων ὀποὶ μᾶλλον καθαίρουσι τῶν ριζῶν καὶ καρπῶν ἐξ ὧν εἰσιν. Καὶ οἱ τῶν γαλάκτων ὀροὶ ὡσαύτως μᾶλλον ἢ τὸ γάλα· τὸ γὰρ σαρκῶδες τοῦ γάλακτος ὅπερ γῆς ἐστι μέρος, παχύ ἐστιν. Σημεῖον δέ· οὐ γὰρ ηὐξάνετο τὰ ζῷα τῷ γάλακτι, εἰ μὴ σαρκῶδες ἦν· νῦν δ' οἱ μὲν ὀροὶ οὐροῦνται μᾶλλον καὶ διαχωροῦσιν ὑπὸ λεπτότητος, αἱ δὲ σάρκες ὑπολειπόμεναι αὔξουσι, καὶ πηγνυμένων τῶν γαλάκτων τυροὶ γίνονται· ἑψομένων δὲ πυρὶ καὶ ὀπτωμένων βούτυρος.

123. Cur jura omnium medicaminum sic magis alvum cient quam una cum foliis et radicibus et fructibus, aut una cum foliis, et quare ex iis eductus est calor ad humorem? Quia dum alia igne coquuntur, alia vero cruda parantur, ipsa jura calorem tenent? propterea valida quidem purgant, imbecilla vero laxant ventrem: etenim medicamentorum succi validius purgant quam radices, aut fructus, e quibus proveniunt. Lactis quoque serum eodem modo magis purgat quam ipsum lac: carnosa enim lactis pars, quæ pars terrena est, crassa est. Argumento est quod animalia lacte non augerentur, si carnosum non esset; nunc vero serum quidem potius per urinam, vel alvum transit propter tenuitatem, caro vero quæ restat, crescere facit, ac coagulato lacte fit caseus; igne vero cocto et tosto, butyrum.

ρκδ'. Διὰ τί ἐναντίως ὁ λευκὸς καὶ ὁ μέλας ἑλλέβορος καθαίρει; Ἢ ὅτι θερμὰ τὰ καθαίροντα; θερμῷ γὰρ

124. Quamobrem obposito modo purgant albus ac niger helleborus? An quia calida sunt medicamenta purgantia?

Digitized by Google

ἅπαντα λύεται, ψυχρῷ δὲ πήγνυται μᾶλλον. Εἰ οὖν τὰ μὲν κάτω, τὰ δ' ἄνω καθαίρεται, ἀφομοιοῖ ἑκάτερον αὑτῷ τῶν φαρμάκων τὴν κάθαρσιν· βαρὺς μὲν γὰρ καὶ πυκνός ἐστιν ὁ μέλας, ὁ δὲ λευκὸς ἀραιὸς καὶ κοῦφος. Τὰ οὖν ὑφ' ἑκατέρου ταχέντα ὑγρὰ ὅταν αὐτοῖς ἀφομοιωθῇ, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ μέλανος βαρέα καὶ πυκνὰ τὴν κάτω φορὰν ἔλαβεν, ἡ δ' ἀπὸ τοῦ λευκοῦ ἀραιὰ γενομένη καὶ κούφη εὐχερῶς ὑπὸ τῆς προϋπαρχούσης θερμασίας ἀνηνέχθη.

calore enim solvuntur omnia, frigore vero solidantur potius. Quodsi igitur alia quidem deorsum, alia vero sursum purgantur, purgamenta sibi adsimulat utrumque medicamentum : gravis enim et densus est niger, albus vero rarus et levis. Humores igitur ab utroque liquati ubi ipsis medicamentis adsimilati sunt, qui a nigro, utpote graves et densi, iter deorsum ferens sibi eligere solent, purgamentum autem ab albo provenieus, quum rarum et leve sit, facile a calore, qui jam antea aderat, elevatur.

ρκε'. Διὰ τί τῶν τετραπόδων οὐδὲν ἀφ' ὑστέρας πνίγεται, ἔχοντά τε καὶ ζωοτοκοῦντα; Ἢ διότι μεγάλων ὄντων τῶν ἄνω, πρὸς τοῖς αἰδοίοις ἡ ὑστέρα ἐστὶ πᾶσιν· διὰ δὲ τὸ πολὺ ἀπέχειν οὐκ ἀναβαίνουσιν ἄνω, διὰ δὲ τὸ μὴ ἀναβαίνειν οὐκ ἀπολαμβάνουσι τὸ πνεῦμα, πνίγονται δὲ τούτου γινομένου;

125. Cur nullum quadrupes ab utero strangulatur, etiamsi habeant, ac vivos fœtus pariant? Num quia, quum partes superiores amplæ sint, apud omnia pudendis vicinus est uterus; quia autem longe distat, sursum non adscendit, ac quia non adscendit, respirationem non intercipit, strangulantur autem, ubi hoc fit?

ρκς'. Διὰ τί τὰ πιαινόμενα τῇ ὠμῇ λύσει τῶν αἰρῶν μιγνυμένων τάχιστα πιαίνεται, διὰ δὲ τὸ τὴν μίξιν ἔχειν τινὰ λόγον; ἐὰν γὰρ λίαν πολὺ μιχθῇ, ἀποκτείνει. Ἢ ὅτι αἶραι βαρὺ ἔδεσμα καὶ καρηβαρεῖν ποιεῖ; Τῷ οὖν καρώματι ὕπνον συνεχῆ ποιεῖ, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας· ὁ δ' ὕπνος πιαίνει μάλιστα, συνέχων τὰ σώματα.

126. Cur animalia quæ farina hordeacea cum admisto lolio saginantur, citissime pinguescunt, verumtamen ea lege ut modum aliquem teneat mixtio? si enim permagna copia admiscetur, interimit. An quia lolium grave est edulium et capitis gravitatem facit? Gravedine igitur continuum adfert somnum sicut mandragoras; somnus autem maxime saginat, utpote membra colligans.

ρκζ'. Διὰ τί τῆς κόπρου ἡ τῶν βοῶν ἥκιστα δυσώδης τῶν τετραπόδων καὶ διπόδων; Πότερον ὅτι πέττεται μάλιστα (σημεῖον δ' ἡ λειότης), καὶ ὅτι ἁπλῆ ἡ τροφή; ἄχυρα γάρ· ἡ δὲ ποικίλη δυσώδης· διὸ καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων δυσωδεστάτη. Ἢ ὅτι σημεῖον ὅτι μάλιστα μηρυκάζει; τὸ γὰρ μηρυκάζειν ἐστίν, ὅταν μεταβάλῃ ἐκ τῆς πρώτης εἰς τὴν δευτέραν, δι' ὃ καὶ λεῖον γίνεται τὸ περίττωμα καὶ πλεῖστον· διὸ χρόνον ἐν τῇ κοιλίᾳ μείναντα ἥκιστα ὄζει, τὰ δὲ προσφατώτατα μάλιστα.

127. Cur inter quadrupedes et bipedes omnium excrementorum boum stercus minime fœtet? Utrum quia maxime concoquitur (hoc enim probat ejus lævitas), et quod simplex est eorum alimentum? paleis enim constat; at varium stercus maxime olet : propterea et humanum fœtidissimum est. An quia id ipsum signum est, bovem maxime ruminare? ruminatio enim eo constat ut e primo ventriculo in secundum transferat : quapropter et læve redditur excrementum et copiosissimum fit : hinc quum diu in ventre manet, minime olet : recentissimum enim maxime.

ρκη'. Διὰ τί τὰ Λιβυκὰ θηρία τοῦ μὲν θέρους οὐ πίνει, ὅτε μάλιστα δίψα γίνεται, χειμῶνος δὲ πίνουσιν, ὅτε ἧττον διψῶσιν; Ἢ διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι ὕδατα τοῦ θέρους ἐν τῇ Λιβύῃ; συνήθεις γὰρ μὴ πίνειν· τοῦ δὲ χειμῶνος διὰ τὸ γενέσθαι πίνει. Ὃ οὖν ἐκεῖ εἴθισται, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις ἐλθόντα τὸ ἔθος σώζει.

128. Quamobrem feræ Libycæ æstate quidem non bibunt, quando inprimis obtinet sitis, hyeme vero bibunt, quando minus sitiunt? An quia æstate non exsistunt aquæ in Libya? potu enim abstinere consueverunt; hyeme vero bibunt, quia adsunt aquæ. Quod igitur illic facere consueverant, hunc morem etiam servant, postquam ad alia loca transmigrarunt.

ρκη' *. Διὰ τί τὰ πλεῖστα τῶν τετραπόδων ῥᾷον τοῦ ὑγροῦ τὸ ξηρὸν περίττωμα προΐεται; ἀφοδεύει μὲν γὰρ καὶ βαδίζοντα, οὐρεῖ δ' ἑστάμενα τὰ πολλὰ αὐτῶν. Ἢ ὅτι τοῖς μὲν θήλεσιν ἡ μήτρα τῆς κύστεως ἔμπροσθέν ἐστι, τοῖς δ' ἄρρεσιν οὔ, ἡ μὲν ξηρὰ περίττωσις, κατ' εὐθυωρίαν ἐστὶν ἐκ τῆς κοιλίας εἰς τὴν ἕδραν ἡ φορά; διὸ ῥᾳδίως ἐκρεῖ τὰ οὖρα καὶ καμπὴν ποιεῖ, τοῦ οὖν αἰδοίου εἰς τοὔμπροσθεν ἀνηνεγμένου. Ὁρμήσαντα γοῦν ἐκ τῆς κύστεως τὰ ὑγρὰ προσπίπτοντα τοῖς καταντικρὺ τόποις ἀναχωρεῖ πολλάκις, ἂν μὴ ἐπιστάντα τὰ ζῷα τῷ πνεύματι συναπώσῃ· διὸ καὶ οἱ ἱπποκόμοι ἐφιστᾶσι τὰ ὑποζύγια ἐν τῷ οὐρεῖν. Σηι-

128. * Cur pleraque quadrupedia facilius siccum excrementum quam humidum emittunt? alvum enim exonerant et incedentia, sistuntur vero pleraque eorum ut mingant. An quia apud feminas quidem uterus ante vesicam situs est, apud mares vero non hic, sed siccum excrementum, recto tramite e ventre ad sedem pertendit iter? propterea [haud] facile effluit urina atque flexuram facit, quum saltem pudendum anteriora versus elatum est. E vesica igitur profecti ac locis e regione positis incidentes humores recurrunt sæpe, nisi sistantur animalia ac spiritu depulsionem adjuvent : hinc et equisones sistunt jumenta,

Digitized by Google

μεῖον δέ· τὰ μὲν θηλέα τῶν ἀρρένων ὑποζυγίων ἐστὶν οὐρητικώτερα διὰ τὸ τῇ ἕδρᾳ τὸ αἰδοῖον ἐν ταὐτῷ τόπῳ κεῖσθαι· τῶν δὲ τετραπόδων τὰ μονώνυχά ἐστι δυσουρητικώτερα διὰ τό τε τοῦ οὔρου πάχος καὶ διὰ τὸ χόρτον καὶ καρπὸν ἀργὸν ἐσθίοντα λάβρως ἐσθίειν· οὐ γὰρ λεαίνοντα τοῖς ὀδοῦσι τὴν τροφὴν φυσᾶται τὴν κοιλίαν, οἰδησάντων τῶν εἰσιόντων, ἧς διατεινούσης καὶ πνευματωθείσης οὐκ ἐμπίπτει δι' αὐτῆς τὰ ὑγρὰ εἰς τοὺς τῆς κύστεως πόρους. Σημεῖον δὲ τό τε στραγγουρίᾳ καὶ στρόφῳ ἔχεσθαι καὶ τὸ τοὺς ἰωμένους τὴν χεῖρα εἰς τὴν ἕδραν καθιέντας ἀφαιρεῖν κόπρον· τοῦ γὰρ πνεύματος μετὰ ταύτης ἐξελθόντος ἀνοίγονταί θ' οἱ τῶν ὑγρῶν πόροι, βοηθοῦσι δὲ τῷ πάθει καὶ λούοντες καὶ συλλεαίνοντες· πάντα γὰρ ταῦτα ἀπορροὴν πνευμάτων ποιεῖ, ἀνοίγοντά τε τοὺς κατὰ σάρκα πόρους καὶ λεπτύνοντα τὰ ἐν αὐτοῖς ὑγρά. Ἁλίσκονται δὲ τοῖς εἰρημένοις πάθεσι μᾶλλον τῶν ἄλλων τὰ μονώνυχα καὶ διὰ τὸ δύσριγα εἶναι.

ubi mingunt. Probatur autem hoc eo quod jumenta femina maribus facilius mingunt, quoniam pudendum eorum eodem loco situm est quo sedes; at inter quadrupedia solidipedes difficilius mingunt, cum propter urinæ crassitudinem, tum quia adfatim vescuntur alimento fœno et seminibus non subactis constante: quum enim dentibus non lævigant cibum, inflatur venter eorum, turgescentibus alimentis ingestis; hoc autem distendente et flatu repleto, per eum in vesicæ meatus non incidunt humores. Probatur autem eo quod urinæ stillicidio et torminibus vexantur, quodque veterinarii, manu in sedem inmissa, stercus auferunt: flatibus enim simul cum hoc exeuntibus, aperiuntur humorum meatus; adfectui etiam opem ferunt lavando et lævigando: nam omnia hæc flatuum effluvium faciunt, dum carnis meatus aperiunt et humores qui iis continentur, adtenuant. Quin etiam quia alsiosæ sunt, supradictis adfectibus magis quam reliqua animalia adfliguntur solidipedes.

ρκθ'. Διὰ τί τὰ ἄγρια θηρία μονόχροα; Ἢ ὅτι ἁπλῆ ἡ διαίτη, αἱ δὲ ταραχώδεις καὶ ποικίλαι διαθέσεις χρωματίζουσι τὰ σώματα μᾶλλον; Σημεῖον τοῦτο ἀλεκτρυόνων ὅτι πολύχροα· παμφαγώτατοι γὰρ τῶν ὀρνίθων.

129. Quamobrem feræ sylvestres unicolores sunt? An quia simplex est eorum victus, victus rationes autem tumultuosæ ac variæ potius colorant corpora? Argumento est quod gallis gallinaceis adcidit, quum multicolores sint: omnium enim avium maxime omnivori sunt.

ρλ'. Διὰ τί οἱ πυροὶ τοῖς τετράποσιν δυσδιαχώρητότεροι τῶν κριθῶν; Ἢ διὰ τοὺς ἐχίνους; ταχὺ γὰρ λεαινόμενον τὸ ἄχυρον αὐτῶν λεπτυνόμενον ἔχεται ἐν τοῖς ἐχίνοις διὰ τὴν τραχύτητα τῶν ἐχίνων· τῶν δὲ κριθῶν ἅμα συμπέττεται διὰ τὸ τῇ πέψει γίνεσθαι πλείω χρόνον.

130. Quamobrem triticum apud quadrupedes difficilius transit quam hordeum? An propter omasum? tritici enim palea quum cito lævigatur, comminuta hæret in omaso propter omasi asperitatem; hordei vero palea una concoquitur, quum plus temporis concoctioni impenditur.

ρλα'. Διὰ τί τὰ μονώνυχα γηράσκοντα μείζους ἴσχει τοὺς ὀδόντας ὥσπερ τὰ ἄλλα ἐλάττους; Ἢ ὅτι τε φύσει εὐαυξεῖς διὰ τὸ μὴ ἔχειν κέρατα; Καὶ ἡ χρῆσις ὀλίγη ὑφ' ἧς τρέφονται. Καὶ ἐπιπαραλλάττουσι τὰς σιαγόνας, οὐχ ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος, ἀρτιστόματοι.

131. Cur solidipedes senescentes majores habent dentes, ut reliqua animalia minores? An quia suapte natura facile crescunt, quoniam cornua non habent? Tum usus eorum parcus est propter cibum quo utuntur. Præterea alternatim movent maxillas, neque eorum os, sicut hominis, exacte clauditur.

ρλβ'. Διὰ τί οὔτε πώγωνα, οὔτε δασεῖαν βλεφαρίδα ἔχει οὐθὲν τῶν τετραπόδων ὅσα μονώνυχά ἐστιν; Ἢ ὅτι χαίτην ἔχει ταῦτα, καὶ εἰς ταύτην καταναλίσκεται αὐτοῖς ἡ ὑγρότης, ἐξ ἧς αἱ τρίχες γίνονται; ἀδύνατον γάρ ἐστι τὴν περίττωσιν ταύτην κινεῖσθαι ἅμα εἰς τὰ ἐναντία, ἥ ἐστι τροφὴ τούτοις, ἀλλ' ἢ ἄνω, ἢ κάτω, ἢ πρόσθεν, ἢ ὄπισθεν.

132. Cur neque barbam, nec palpebram hirsutam habet ulla quadrupes quæ solidipes est? An quia hæ jubam habent, atque in hanc impenditur apud eas humor e quo pili gignuntur? fieri enim nequit ut hæcce redundantia quæ horum nutrimentum est, simul in obpositas partes moveatur, sed aut sursum, aut deorsum, aut anteriora versus, aut posteriora.

ρλγ'. Διὰ τί οὖν τὰ μονώνυχα, οἷον ἵπποι, ἢ ὄνοι καὶ ὀρεῖς, ἡνίκα ἂν γένηται, μένει καὶ οὐθὲν αὐξάνεται τὸ ἀπὸ τῆς ὁπλῆς ἄνωθεν, μὴ συλλαμβανομένης δὲ τῆς ὁπλῆς, μένει [δὲ] ἕως τοῦ γόνατος καὶ τοῦ ὀπισθίου καὶ τοῦ ἐμπροσθίου σκέλους, οἱ δ' ἄνθρωποι τοὐναντίον; ἐπὶ τὰ κάτω γὰρ αὐξάνονται μᾶλλον. Ἢ ὅτι τοὺς μὲν δεῖ ὀρθίους πορεύεσθαι· τὰ κάτω οὖν αὐξηθῆναι ἀνάγκη, ἵνα ῥᾷον φέρῃ τὰ ἄνω, ἢ οὐκ ἀναστήσονται· τὰ δὲ τοὐναντίον τετράποδα διατελεῖν, ὥστε τὰ ἄνω

133. Quamobrem itaque solidipedes, ut equi, vel asini et muli, quando nati sunt, perstant, nec ullo modo crescit pars inde ab ungula sursum versus sita, non comprehensa ungula, perstant, inquam, usque ad genu, cum posterioris tum anterioris cruris; apud homines vero contrarium obtinet? deorsum enim crescunt magis. An quoniam hi quidem erecti incedere debent (necessario igitur crescunt partes inferiores ut facilius ferant superiores, aut non surgent); has vero perpetuo quatuor cruribus ingredi oportet,

Digitized by Google

αὐξάνεσθαι ἀνάγκη, τὰ δὲ κάτω μένειν, ᾧ ἀναστήσονται ὀρθά, ὥστε τὸ μὲν ὀρθὸν ἀνάγκη ταῦτα γίνεσθαι; διὸ καὶ πωλία μὲν ὄντα ῥᾳδίως τὸ οὖς ξύονται τῷ ὀπισθίῳ ποδί, πρεσβύτερα δὲ γενόμενα οὔ· οἱ δ' ἄνθρωποι ἀντεστραμμένως· οὐ γὰρ δύνανται μέχρις ἡλικίας τινὸς τὰ παιδία κύκλῳ θιγεῖν τοῦ ὠτός.

ita ut partes superiores necessario crescant, inferiores vero quibus erecti surgerent, perstent? Animalibus itaque non erectis hæc eveniant necesse est : propterea, dum pulli quidem sunt, facile os scalpunt pede posteriori, senicra autem facta non; apud homines vero contrarium obtinet : nam ad certam usque ætatem aurem in orbem adtingere nequeunt infantes.

ρλδ'. Διὰ τί τὰ μὲν μονώνυχα τὸ ἀπορρέον ὕδωρ πίνει, τὰ δίχηλα, οἷον βόες, τὰ συρρέοντα μᾶλλον; Ἢ ὅτι οἱ βόες χαίρουσι μᾶλλον τοῖς ἁλμυρωτέροις, δι' ὃ καὶ εἰς τὴν τροφὴν παρεμβάλλονται αὐτοῖς ἅλες καὶ συμμίγνυται ὁ τοιοῦτος χυμός, τὰ δὲ συρρέοντα ἔχει τὸ τοιοῦτον μᾶλλον (ὑπόστασιν γὰρ ἔχει, τὸ δ' ἁλμυρὸν ὑφίσταται διὰ τὸ βάρος)· τὰ δὲ μονώνυχα τὰ γλυκέα μᾶλλον καὶ πίνει, καὶ ἄλλως προσφερόμενα χαίρει;

134. Cur solidipedes quidem defluentem aquam bibunt, bisulca vero, ut boves, potius confluentes? An quia boves magis gaudent rebus salsioribus : quapropter et eorum pabulo injicitur sal admisceturque hujusmodi sapor, aquæ autem confluentes id inprimis habent (sedimentum enim habent; salsum autem subsidit propter pondus); solidipedes vero dulcia potius bibunt, delectanturque si alio modo iis propinentur?

ρλε'. Διὰ τί αἱ ὗες πιαινόμεναι δυσριγότεραι γίνονται; Ἢ διότι καὶ οἱ ἄνθρωποι [οἱ] παχεῖς, ὅσῳ ἂν μᾶλλον παχύνωνται, ῥρωτέρῳ γίνονται τοῦ οἰκείου θερμοῦ, ὅσῳ δ' ἂν μᾶλλον τοῦτο πάσχωσιν, εὐψυκτότερα τὰ ἔσχατα ἀνάγκη εἶναι, τὰ δ' εὔψυκτα ταχὺ ἀνάγκη αἰσθάνεσθαι τοῦ ψύχους;

135. Quamobrem sues pinguescentes magis alsiosi redduntur? An quia et homines pingues, quo magis pinguescunt, eo magis removentur a proprio calore, quo vero magis ita adficiuntur, eo facilius refrigerari partes extremas necesse est; quæ autem facile refrigerantur, necessario et cito frigus sentiunt?

ρλς'. Διὰ τί ἄνθρωπος μὲν οὐ χαλαζιᾷ, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζῴων οὐδέν, αἱ δ' ὗες τοῦτο πάσχουσιν; Ληπτέον δὴ τὸ πάθος τί ἐστι χαλάζωσις· ἔστι δ' οἷον τοῖς ἀνθρώποις οἱ ἴονθοι, τοῦτο ταῖς ὗσιν ἡ χαλάζωσις ὧδε μετεστραμμένον. Οἱ δ' ἴονθοί εἰσι μικροὶ δοθιῆνες, δι' ὅ τι πολλοὶ καὶ διεσπαρμένοι· μεγάλα γὰρ πολλὰ χαλεπώτερον ποιῆσαι καὶ πλείονος περιττώματος ἔργον, ὥστε πρὶν μερισθῆναι οὕτως, ἕτερον ἂν νόσημα προσηγέρθη. Γίνονται δ' οἱ ἴονθοι οὔθ' ὡς ἀρρώστημα, οὔθ' ὡς τῶν κατὰ φύσιν, ἀλλὰ τοῖς εὐτραφέσι μέν, τροφῆς δὲ φαύλης ὑπερβολῇ, δι' ὃ γίνονται οὐ τῇ τυχούσῃ ἡλικίᾳ· οὔτε γὰρ παιδίοις, οὔτε γέρουσι γίνονται ἴονθοι, οὔτε τοῖς λεπτοῖς. Τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις, ὥσπερ εἴρηται, οἱ ἴονθοι γίνονται ἔξω διὰ τὴν λεπτότητα τοῦ δέρματος· τοῖς δ' ὑσὶ γίνονται μὲν δι' εὐτροφίαν, διὰ πάχος δὲ τὸ τοιοῦτον ἔσω τοῦ δέρματος τρέπεται· εἰ δ' εἰσὶ δι' εὐτροφίαν, ὑπερβολῇ περιττώματος. Ὥσπερ καὶ οἱ ἴονθοι φυσικαῖς ἡλικίαις γίνονται, οὕτω τοῖς τοιούτοις τῶν ζῴων ἐγγίνονται χάλαζαι, ὅταν γένηται τὸ ἔτος ἔγκαιρον· τότε γὰρ ἥκιστα δύναται πέττειν τὴν τροφήν, τὸν δ' ἄλλον χρόνον ῥᾷστα πέττει τῶν ζῴων· διὸ καὶ πιότατόν ἐστι καὶ τὴν προχώρησιν ἐξηλλαγμένην ποιεῖται πλείστην. Σημεῖον δ' ὅτι χαλαζώδεις εἰσὶν αἱ ὑγρόσαρκοι τά τε περὶ τὰ σκέλη καὶ τὸν τράχηλον καὶ τοὺς ὤμους, ἐν οἷς μέρεσι καὶ πλεῖσται γίνονται χάλαζαι. Κἂν μὲν ὀλίγας ἔχῃ, γλυκυτέρα ἡ σὰρξ γίνεται διὰ τὸ εὐτροφίας εἶναι σημεῖον, ὥσπερ εἴρηται· ἐὰν δὲ πολλάς, ὑγρὰ λίαν καὶ ἄχυμος· ἄπεπτος γὰρ ἡ τροφὴ ἡ λίαν πολλὴ καὶ οὐ κρατεῖται ὑπὸ τῆς φύσεως· ἐκβάλλουσι γὰρ τὰς χαλάζας μάλιστα ταῖς τίφαις· ἔστι δὲ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν τροφὴν χρήσιμον. Ὥσπερ δ' οὐδὲ τοῖς παιδίοις γίνονται ἴονθοι, οὐδὲ γέρουσιν,

136. Cur homo quidem grandine non adficitur, neque ullum aliud animal, sues vero ita adficiuntur? Adsumendum sane est, quidnam sit hicce morbus grando dictus; est autem idem quod hominibus sunt vari, id suibus grando huc translatum. Vari autem exigui sunt furunculi, utpote copiosi et dispersi : multorum enim magnorum creatio res est difficilior et plures requirit redundantias, ita ut, priusquam ita distribuerentur, alius morbus excitaretur. Fiunt autem vari nec tamquam morbus, nec tanquam res naturalis, sed bene nutritis quidem adcidunt, verum propter abundantiam nutrimenti mali : quapropter nec quavis ætate oriuntur : neque enim apud infantes, vel senes oriuntur, neque apud macilentos. Apud homines itaque, uti jam dictum est, vari extra oriuntur propter cutis tenuitatem; apud sues vero oriuntur quidem propter bonam nutritionem, verum illud propter crassitudinem ad partes intra cutem convertitur; quodsi autem bonæ nutritioni originem debent, fiunt ob excrementorum abundantiam. Quemadmodum et vari naturalibus quibusdam ætatibus adcidunt, sic hujusmodi animalibus eveniunt grandines, quando annus fuerit obportunus : tunc enim minime concoquere possunt alimentum, dum reliquo tempore omnium animalium facillime concoquunt : propterea et pinguissimum est et plurimum facit incrementum insolens. Argumento est quod grandinibus obnoxii sunt quorum caro humida est, idque partibus circa crura et collum et humeros, in quibus partibus et plurimi gignuntur grandines. Atque ubi paucos quidem habet, dulcior fit caro quia probæ nutritionis signum sunt, uti dictum jam est; ubi vero multas, admodum humida et saporis expers : nam crudum manet nutrimentum admodum abundans, nec a natura superatur : tipha enim inprimis pellunt grandines, estque hæc et ad nutriendum utilis. Quemadmodum autem nec apud infantes nascuntur vari, nec apud senes,

www.tubtool.com.cn

Digitized by Google

οὕτως οὐδὲ τοῖς χοίροις τοῖς γαλαθηνοῖς χάλαζα, οὐδὲ τοῖς νέοις, εἰ μὴ σπάνιον, καὶ τότε ἐὰν ἡ μήτηρ πολλὰς ἔχῃ· οὐ γίνονται δὲ ταῖς λίαν γραίαις ὑσίν, ἀλλὰ ταῖς παλαιοτέραις.

sic neque apud porcos lactentes fiunt grandines, nec apud juvenculos, nisi raro, atque tunc ubi mater multos habet; neque gignuntur apud sues admodum vetulas, sed apud seniores.

www.libtool.com.cn

ρλζ'. Διά τί οἱ ὗες μάλιστα τῶν ζώων ἀφρὸν ἀφιᾶσι, καὶ ὀχεύοντες, καὶ μαχόμενοι, καὶ πορευόμενοι, καὶ οἱ ἐνόρχεις μᾶλλον ἢ οἱ ἐκτομίαι; Ἢ ὅτι στενὸν ἔχει τὸν βρόγχον (δηλοῖ ἡ φωνή), καὶ φύσει πίων ἐστίν, ὥστε πυκνὸν τὸ πνεῦμα ὂν καὶ πολὺ δι' ὀλίγου ἔρχεται; Διὰ μὲν οὖν τὸ ὑγρὸν εἶναι σιαλοχοεῖ θερμαινόμενον, διὰ δὲ τὸ στενόπνουν ἀσθματικόν· ἀφρὸς δ' ἐστὶ πνεύματος πυκνοῦ ἄνοδος ἐν ὑγρῷ, δι' ὃ καὶ οἱ ἐπιληπτικοὶ ἀφιᾶσιν ἀφρόν· κατεχόμενον γὰρ τὸ πνεῦμα ἐν τῷ πνεύμονι, πνιγόμενον ἀνάγει βίᾳ τὸ ὑγρόν. Μαχομένοις μὲν οὖν ὁ θυμός, θέουσι δὲ κίνησις, ὀχεύουσι δὲ προθυμία ἐκθερμαίνει τὸ πνεῦμα καὶ ποιεῖ πυκνόν, τὸ δὲ πάχος διὰ τὴν στενότητα ποιεῖ πνιγμόν, ὁ δὲ πνιγμὸς ἀφρόν.

137. Quamobrem sues omnium animalium maxime spumam emittunt, et coeuntes, et pugnantes, et incedentes, idque verres magis quam majales? An quia angustam habet gulam (docet vox), atque naturaliter pinguis est, ita ut spiritus, etiamsi densus et copiosus sit, per exiguum spatium transeat? Itaque quia humidus est, salivam fundit incalescens, quia vero angustatur spiritus, anhelationi obnoxius est; spuma autem est spiritus densi adscensus in humore: quapropter et morbo comitiali afflicti spumam emittunt: retentus enim spiritus ac in pulmone subfocatus vi evehit humorem. Pugnantibus itaque ira, currentibus autem motus coeuntibusque libido spiritum calefacit ac densum reddit, crassitudo autem propter angustiam subfocationem creat, subfocatioque spumam.

ρλη'. Διὰ τί ὑσὶ καπρώσαις ἐάν τις προσχέῃ ὄξος εἰς τὰ αἰδοῖα, λήγουσιν ἐπὶ χρόνον τινὰ τῆς κάπρης; Πότερον ὅτι διὰ τὸν πόνον ἐκκόπτει τὸ ἀλγῆσαν τὴν ἐπιθυμίαν; δάκνει γὰρ προσχεόμενον. Ἢ ὅτι θερμότης αἰτία τοῦ πάθους καὶ φλέγμα, οἱ δ' ὑπὸ θερμοῦ γίνονται τῆς ἐπιθυμίας, τὸ δ' ὄξος σβέννυσι τὴν θερμότητα, τουτέστι τὴν αἰτίαν τοῦ πάθους;

138. Quamobrem, si quis apud sues subantes acetum pudendis adfuderit, a subando aliquantisper cessant? Utrum quia propter laborem pars dolens expellit libidinem? mordet enim ubi adfunditur. An quia calor causa est adfectus ac pituita, siquidem a calore provenit libido; acetum autem exstinguit calorem, id est adfectus causam?

ρλθ'. Διὰ τί τὰ μὲν ἄλλα τετράποδα, οἷον ἵπποι καὶ τὰ ὑποζύγια, ἐκβάλλουσι τοὺς ὀδόντας, καὶ κύων περὶ ἑπτάμηνον, καὶ αἶγες καὶ πρόβατα καὶ ἄνθρωποι, ὗς δ' οὐκ ἐκβάλλει; Ἢ ὅτι πλατὺ ῥύγχος ἔχει καὶ ἰσχυρόν; [Ἢ] ὅτι τοῖς ὀδοῦσι τοῖς ἐμπροσθίοις, οὕσπερ βάλλουσι μόνους, οὐ πονεῖ μόνον; τῷ γὰρ ῥύγχει ἐργάζεται.

139. Cur reliquæ quidem quadrupedes, ut equi et jumenta, dentes abjiciunt, item canis circa septimum mensem, et capræ et oves et homines, sus vero non abjicit? An quia rostrum latum ac validum habet? An quod tantummodo dentibus anterioribus, quos solos abjicit, non laborat? rostro enim opus perficit.

ρμ'. Διὰ τί ἡ ὗς ὀχευθεῖσα ἀφρὸν ἀφίησιν ἐκ τοῦ στόματος; Ἢ ὅτι στενὸν τὸν φάρυγγα ἔχει καὶ τὰς σύριγγας, δι' ὃ καὶ ὥσπερ πνιγομένης αὐτῆς ἡ φωνή ἐστιν; Ὅταν οὖν ἐν τῇ ὀχείᾳ διὰ στενῶν ἐπανίῃ τῶν πόρων καὶ μεθ' ὑγρότητος, ἀφρὸς γίνεται· μάλιστα γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀφρίζει.

140. Quare sus, ubi initur, spumam ex ore emittit? An quia angustum habet guttur et fistulas: quapropter et ejus vox strangulatæ similis est? Quando igitur per coitum per angustos meatus adscendit, idque cum humore, spuma oritur: maxime enim in talibus circumstantiis spuma gignitur.

ρμα'. Διὰ τί αἱ ἄγριαι ὗες ἔλαττον τίκτουσι τῶν ἡμέρων; ἑπτὰ γὰρ τὸ πλεῖστον τίκτουσιν, αἱ δὲ τρισκαίδεκα. Ἢ ὅτι πλεονάκις τίκτουσιν αἱ ἥμεροι διὰ τὴν εὐπορίαν τῆς τροφῆς καὶ τὴν ἁλέαν τῶν τόπων, δι' αὐτὸ δὲ πλείω τίκτουσιν;

141. Quamobrem sues feræ pauciores pariunt quam cicures? plurimum enim septem pariunt; hæ vero tredecim. An quia sæpius pariunt cicures propter cibi abundantiam et locorum teporem, atque hac ipsa de causa plures pariunt?

ρμβ'. Διὰ τί ἄρρενες μὲν ὗες ἄγριοι πολλοί εἰσι, κάπροι δ' ὀλίγοι; Ἢ ὅτι κνησμὸς νέοις οὖσιν ἐμπίπτει εἰς τοὺς ὄρχεις διὰ μέγεθος; Ξυόμενοι οὖν πρὸς τὰ δένδρα ἐκφεύγουσι καὶ γίνονται οὓς καλοῦσι χλούνας, ὅθεν καὶ Ὅμηρος πεποίηκεν (Ἰλ. ι, 539)·

ὦρσεν ἐπι χλούνην σῦν ἄγριον.

142. Quamobrem sues feri mares quidem plures exstant, apri vero pauci? An quia, juvenes dum sunt, pruritus testes eorum invadit propter magnitudinem? Sese fricantes igitur ad arbores hunc effugiunt, ac fiunt quos vocant χλούνας: unde et Homerus cecinit:

inmisit χλούνην suem ferum.

ρμγ'. Διὰ τί ὗες πιαινόμενοι λιποτριχοῦσιν; Ἢ ὅτι

143. Cur sues pinguescentes setas amittunt? An quia

Digitized by Google

πιαινόμεναι σαρκοῦνται μᾶλλον, τοιαῦται δὲ πέττουσι μᾶλλον, [μᾶλλον] δὲ πέττουσαι ἧττον τὸ περίττωμα λείπουσιν, αἱ δὲ τρίχες ἐκ τῶν περιττωμάτων γίνονται;

pinguescentes carnosiores fiunt, tales autem quum sint, concoquunt melius, meliusque concoquentes pauciores redundantias relinquunt; setæ autem e redundantiis gignuntur?

www.libtool.com.cn

ρμδ'. Διὰ τί οἱ ἄγριοι ὗες πάντες ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μέλανές εἰσιν, οἱ δ' ἥμεροι οὔ; Ἢ διότι οἱ μὲν ἀεὶ διὰ τὸ ἐν τοῖς ἕλεσιν εἶναι ὑπὸ τοῦ βορβόρου μέλανες γίνονται (σημεῖον δ' ὅτι βάπτει ὁ βόρβορος καὶ αἱ βακτηρίαι λευκόταται, κατορυττόμεναι δ' εἰς αὐτὸν μέλαιναι γίνονται)· τῶν δ' ἡμέρων ὀλίγοι οὕτω διάγουσιν;

144. Cur sues feri omnes plerumque nigri sunt, cicures vero non? An quia illi quidem, utpote in paludibus versantes, semper cœno nigri redduntur (cœnum autem inficere eo probatur, quod baculi albissimi in eo defossi nigrescunt); cicures vero pauci ita degunt?

ρμε'. Διὰ τί αἱ ὗες, ἐὰν μὴ φθέγγωνται θηλαζόμεναι, οὐ προΐενται γάλα; δι' ὃ καὶ οἱ βουλόμενοι βδάλλειν αὐτὰς κεντοῦσιν. Ἢ ὅτι ἀποδιάζονται τῷ πνεύματι πάντα, καὶ φθέγγεται πάντα κατέχοντα τὸ πνεῦμα· τὸ δὲ τῆς ὑὸς γάλα οὐ ῥᾳδίως ἐκκρίνεται; ὀλίγον τε γὰρ ὂν εἰς πολλοὺς διέσπασται μαστούς, ὥστε κατὰ τὴν ἔξοδον δεῖται βίας.

145. Cur sues lactantes, nisi vociferentur, lac non emittunt? hinc et qui mulgere volunt, eas pungunt. An quia spiritu omnibus rebus vis infertur, omniaque animalia vociferantur spiritum retinentia; suis autem lac haud facile excernitur? exiguum enim quum sit, in plures mammas distractum est: proinde ad exeundum vi indiget.

ρμς'. Διὰ τί τῆς ὑὸς οἱ πρῶτοι μαστοὶ οἱ πρὸς τὸ στῆθος εὔκρατοι πρὸς τὸ βδάλλειν, καὶ οἱ ἐφεξῆς κατὰ λόγον· δι' ὃ καὶ ὁ γενόμενος εὐθὺς τῶν χοίρων ἐπὶ τὸν πρῶτον ὁρμᾷ, καὶ ἀεὶ [ὁ] ἐχόμενος κατὰ λόγον, καὶ θηλάζουσιν οὕτω γε, ἐὰν μὴ ὁ κρείττων βιάσηται; Πότερον ὅτι θερμότατος ὁ τόπος περὶ τὰ στήθη καὶ αἴτιος καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς θερμότητος; ἀρχὴ γὰρ οὗτος. Ἐπεὶ δ' ἔλκεται πλείστην τροφὴν ὁ θερμότατος, καὶ πέττει μάλιστα, οὗτος δὲ μάλιστα τοιοῦτος, ἀνάγκη πλεῖστον γάλα καὶ γλυκύτατον ἐνταῦθα εἶναι. Ἢ οὐ μόνον τοῦτο αἴτιον, ἀλλ' ὅτι τὸ μὲν γάλα ἐστὶν αἷμα πεπεμμένον, ὁ δὲ τόπος ὁ περὶ τὰ στήθη αἷμα ἔχει πεπεμμένον καὶ καθαρώτατον; ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῦ ἡ ἀρχή, ὥστ' ἐν ᾧ τὸ αἷμα καθαρώτατον, ἐν τούτῳ τὸ γάλα ἄριστον εἶναι.

146 Cur suis mammæ priores pectori proximæ bene temperatæ sunt ad lactendum, et insequentes pro ratione: quapropter et, simulac natus est, unusquisque porculus primam petit, et semper insequens pro ratione, atque ita lactent, nisi validior vim inferat? Utrum quia calidissimus est locus pectori proximus et reliquis caloris origo? hicce enim principium est. Quum autem plurimum alimentum adtrahat locus calidissimus atque maxime concoquat, hujusmodique inprimis sit hicce locus, necessario plurimum ac dulcissimum lac ibi invenitur. An non hoc tantum causa, sed quod lac quidem sanguis concoctus est, locus autem pectori vicinus sanguinem continet concoctum ac purissimum? ibi enim ejus principium est, ita ut quo loco sanguis purissimus invenitur, ibi quoque lac optimum sit.

ρμζ'. Διὰ τί ὗς χαίρει τοῖς δυσώδεσιν; Ἢ διότι τὰ πλατύρυγχα οὐκ αἰσθητικὰ τὴν ὄσφρησιν, τὰ δὲ μὴ αἰσθητικὰ τοῖς δριμυτέροις χαίρει; τούτων γὰρ μάλιστα μόνων αἰσθάνεται. Τοῦτο δὲ πάσχουσι καὶ οἱ διεφθαρμένοι τὴν ὄσφρησιν ὑπὸ δυσωδίας, οἷον σκυτοδεψοὶ καὶ κοπρολόγοι.

147. Cur sus gaudet male olentibus? An quia lato rostro prædita olfactu non exquisite sentiunt, quæ autem non exquisite sentiunt, acrioribus gaudent? hæc enim sola fere sentiunt. Hoc etiam iis evenit quorum olfactus deletus est ab odore gravi, ut cerdonibus et qui stercora colligunt.

ρμη'. Διὰ τί αἱ μὲν θήλειαι τῶν ἀρρένων, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις γένεσι τῶν ζῴων δειλότερον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, πλὴν ἄρκτου καὶ παρδάλεως; ὥστε διὰ τὸν φόβον κατ' ἐνίους θέουσι μᾶλλον ὥσπερ οἱ παρασείοντες τὰς χεῖρας καὶ οἱ ἀποβάλλοντες τὰ ὅπλα, κἄν τι ἄλλο βάρος ἔχωσιν, οἱ δ' ἄρρενες ὡς ποιήσοντες· τὸ ὅμοιον γὰρ τῷ στρέφειν τὴν οὐρὰν τὸ φρίττειν ἐστίν.

148. Cur feminæ a maribus eo modo differunt, quo et in reliquis animalium generibus ignavior est sexus femininus quam masculinus, præter ursam et pardalem? ita ut propter timorem secundum nonnullos potius currant eodem modo ac qui manus secundum corpus jactant et arma abjiciunt, vel si quid aliud pondus ferant, mares vero tamquam acturi: caudæ enim jactationi similis res tremor est.

ρμθ'. Διὰ τί χαλαζωθεῖσαι ὗες οὐ γίνονται παχεῖαι; Ἢ ὅτι τῆς τροφῆς ἧττον κρατεῖ τὸ σῶμα αὐτῶν; Σημεῖον δ' ὅτι περίττωμα πλεῖον γίνεται αὐταῖς· αἱ γὰρ χάλαζαι περιττωμάτων εἰσὶ σημεῖον, πιαίνεται δὲ τὸ ἀπολαῦον τῆς τροφῆς μᾶλλον.

149. Quamobrem sues grandine adflictæ non pinguescunt? An quia cibum minus domat corpus eorum? Probatur autem eo quod plures apud eas gignuntur redundantiæ: grandines enim redundantiarum signum sunt; pinguescunt autem quæ majus a cibo emolumentum capiunt.

Digitized by Google

ρν'. Διὰ τί αἱ ὗες ὕπτιαι φερόμεναι σιγῶσι μᾶλλον; Ἢ ὅτι οὕτω φερόμεναι ἰσχύουσιν ἧττονος φθέγγεσθαι μετ' ἰσχύος· αἱ δὲ φύσει ἄφωναι οὖσαι πλείονος ἰσχύος δέονται; Ὅτι δὲ φύσει ἄφωνοι ὅῆλον· εἰσὶ γὰρ ἔνιαι ἄφωνοι ὗες.

150. Cur sues, ubi supinæ gestantur, potius silent? An quia ita gestatæ minori vigore vociferari valent; quæ autem suapte natura exilem habent vocem, pluri indigent vigore? Atqui sues naturaliter exilem habere vocem, eo constat quod nonnullæ voce carent.

www.libtool.com.cn

ρνα'. Διὰ τί αἱ ὗες ἀφοδεύουσι πρότερον ἢ οὐροῦσιν; Ἢ ὅτι καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσων εὔπεπτοι αἱ κοιλίαι; τῆς δὲ ὑὸς πεπτικὴ ἡ κοιλία μάλιστα.

151. Quamobrem sues alvum exonerant priusquam mingant? An quia et homines quorumcumque ventres rite concoquunt? suis enim venter maxime concoquere valet.

ρνβ'. Διὰ τί αἱ μὲν ἄγριαι ὗες ἅπαξ τίκτουσιν, αἱ δ' ἥμεροι δίς; Ἢ ὅτι ἐκείνοις μὲν ἁπλῆ τροφὴ γίνεται, καὶ ἅπαξ βοτάνη, τούτοις δὲ ποικίλη καὶ πολλή, ὥστε πλεονάκις καὶ δὶς τὰ πρόβατα διὰ τὴν αὐ[τὴν] δίαιταν; διὸ δὶς τίκτουσι τοῦ ἐνιαυτοῦ.

152. Quamobrem sues feræ quidem semel pariunt, cicures vero bis? An quia illis quidem simplex obcurrit cibus, ac nil nisi herba, his vero varius ac copiosus, ita ut vel sæpius quam bis pariant oves propter eamdem causam? hinc bis quotannis pariunt.

ρνγ'. Διὰ τί ὗς τοῖς δυσώδεσι χαίρει; Ἢ διὰ τὸ πλατὺν ἔχειν τὸν μυκτῆρα, οὐκ ὀξύν, οὐκ αἰσθητικὸν εἶναι διάκειται πρὸς ὀσμάς, ὥσπερ οἱ Φρύγες τοῖς φαύλοις οἴνοις χαίρουσι, καὶ αὐτοὶ ταῖς διεφθαρμέναις ὀσμαῖς καὶ σαπραῖς; αἱ τοιαῦται γὰρ ἅπτονται διτταὶ οὖσαι, τῶν μὲν τοῖς μεμολυσμένοις διὰ τὸ ἀεὶ πίνειν, τῶν δ' ὑῶν διὰ τὴν παχύτητα τῶν πόρων.

153. Quamobrem sus male olentibus gaudet? An quia latas, non acutas habet nares, hæc conditio prohibet quominus exquisite sentiat odores, quemadmodum Phryges pravo vino delectantur, iidemque et odoribus corruptis et putidis? hujusmodi enim odores tangunt propter duplicem causam, Phryges quidem qui rebus contaminatis delectantur, quia eas adsidue bibunt, sues vero propter meatuum spissitudinem.

ρνδ'. Διὰ τί οἱ ἄτμητοι τῶν τομιῶν μείζους ἔχουσι τοὺς χαυλιόδοντας; Ἢ ὅτι αἱ θήλειαι ἐλάττους τῶν ἀρρένων ἔχουσι, οἱ δ' ἐκτετμημένοι μεταβάλλουσι εἰς τὸ θῆλυ τὴν φύσιν, ὥσπερ ἀνήβεις ἐξ ἀρρένων γινόμενοι;

ς'. Διὰ τί τὸ πήγανον βασκανίας φασὶ φάρμακον εἶναι; Ἢ βασκαίνεσθαι δοκοῦσι πνευμάτων ὁρμώντων οἱ λάβρως καὶ πολλὰ ἐσθίοντες; Τὸ πήγανον οὖν προεδεσθὲν θερμαντικὸν ὂν φύσει ἠραίωσε τὸ δεχόμενον τὰ σιτία ἀγγεῖον· διὸ ἐξίεσθαι τὸ ἐγκαταλαμβανόμενον πνεῦμα συμβαίνει.

6. Cur rutam fascinationis medicamentum esse dicunt? An fascinari videntur, flatibus irruentibus, qui adfatim et multa comedunt? Ruta igitur antea adsumta, quippe quum suapte natura calefacere valet, rarefacit vas quod cibos recipit: hinc evenit ut spiritus intus conclusus emittatur.

Digitized by Google

ζ'. Διὰ τί οἱ ἅναλοι ἄρτοι πλείονα σταθμὸν ἔλκουσι τῶν ἡλισμένων, καίτοι οἱ ἅλες βαρύτεροι ὕδατος; Ὅτι ξηραίνουσιν οἱ ἅλες.

7. Cur panes non saliti majus pondus pendent quam saliti, etiamsi sal gravior sit aqua? Quia desiccat sal.

www.libtool.com.cn

η'. Διὰ τί οἱ ψυχροὶ ἄρτοι ἐὰν βρεχθέντες ἅψωνται ἀλλήλων, οὐ συνέρχονται, οἱ δὲ θερμοί; Ἢ ὅτι οἱ ψυχροὶ μετὰ τῆς ἀτμίδος ἀφῆκαν τὸ ἐν αὐτοῖς γλίσχρον ὑγρόν· οὗ ἐξελθόντος οὐ κολλῶνται· οἱ δὲ θερμοὶ ἔχουσι γλισχρότητα;

8. Quamobrem panes frigidi, si humectati se invicem tangant, non conglutinantur, conglutinantur vero calidi? An quia frigidi una cum vapore emiserunt humorem quem continebant, viscidum: quo exeunte non conglutinantur; calidi vero continent gluten aliquod?

θ'. Διὰ τί οἱ ἡμιπλήρεις πίθοι ὀξίζουσιν; Ἢ διότι τὸ ὄξος ὥσπερ τις πέψις οἴνου ἐστὶ, σήπεται δ' ὑπὸ τοῦ ἔξω ἀέρος;

9. Cur dolia semiplena acescunt? An quia acetum quasi concoctio quædam vini est, putrefit autem ab aere externo?

ι'. Διὰ τί ὁ οἶνος χείρων γίνεται μεταντλούμενος ἐν τοῖς νοτίοις ἢ ἐν τοῖς βορείοις; Ὅτι ἐν ταῖς ἁλέαις μᾶλλον..... ανται καὶ χωρίζεται τῆς τρυγὸς καὶ ἀσθενέστερος γίνεται, ἡ δ' ἄντλησις χωρίζει τὴν τρύγα;

10. Quare vinum fit deterius si transfunditur tempestate austrina quam si aquilonari? Quia per æstum magis..... et a fæce separatur et debilior fit, transfusio autem separat fæcem?

ια'. Διὰ τί δήποτε ὅταν ὁ οἶνος εἰς ἀσκὸν ἀντληθῇ, ἐξ ἀνάγκης (?) μὲν τὸν οἶνον ἔσω δέχονται, καὶ ἔτι κενὸν περίεστιν; Ἤγουν ἀφαίρεσις γίνεται τοῦ οἴνου, ἢ συστολή. Συνηθέστερον τοῦτό πως συμβαίνει. Οὕτως Ἀριστοτέλης.

11. Cur tandem, ubi vinum in utrem transfusum est, vi vinum intus recipiunt, et tamen vacuum superest? Aut ablatio fit vini, aut contractio. Hoc vulgo aliquo modo potius obtinet. Sic Aristoteles.

ιβ'. Διὰ τί ὁ γλυκὺς οἶνος οὐ γίνεται ἀνθοσμίας, ὁ δ' αὐστηρός; Ὅτι ἀποχρινομένου τοῦ γεώδους ἡ ὀσμὴ γίνεται, γλυκὺς δὲ γίνεται τοὐναντίον. Διὰ τί ἀποχρινομένου τοῦ ὑδατώδους;

12. Quare vinum dulce non fit anthosmias, sed austerum? Quia odor gignitur separata parte terrena, dulce vero contrario modo fit. At cur separata parte aquosa?

ιγ'. Πότερον ὁ οἶνος, ἢ τὸ ὕδωρ ἀπεπτότερον; πὴ μὲν γὰρ δόξει τοῦτο, εἰ δὲ ἐκεῖνο· καὶ γὰρ ἔξω τὰ ἐμβαλλόμενα εἰς αὐτὸ διαχεῖται ἑψόμενα καὶ σήπεται ἑώμενα· ὁ δ' οἶνος στύφει καὶ ταριχεύει, καὶ ὅλως τὸ μὲν λεπτὸν ὥστε διαδῦνον διαχεῖν, ὁ δ' οἶνος παχύτερος, ὥστε μὴ ὁμοίως εἰσδύνεσθαι εἰς τοὺς πόρους, τὴν δὲ πέψιν εἶναι διάχυσιν καὶ σῆψιν. Εἰ δ' ὁ οἶνος θερμός, τὰ δὲ θερμὰ πεπτικά, ἔχει δ' ἀπορίαν, εἰ θερμός, πῶς οὐχὶ μαραίνει, ἢ μαραίνεται, ὥσπερ πῦρ ἐπὶ πυρί. Τὸ μὲν οὖν λεπτὸν εἶναι τὸ ὕδωρ ἀληθές, ἀλλὰ φύσει ψυχρὸν ἔτι. Τὸ μὲν ὕδωρ ἄπεπτον εἰσέρχεται καὶ πολλῆς ἐργασίας δεόμενον, ὁ δ' οἶνος πεττόμενος ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Συμβάλλεται δὲ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν πέψιν, οὐ τῷ εὔπεπτον εἶναι, ἀλλὰ τῷ ἄτροφον· διὸ καὶ πλεῖον ἐσθίουσιν οἱ ὑδροπόται, ὡς ἀφῃρημένου τινὸς ἀπὸ τῆς τροφῆς.

13. Utrum vinum, an aqua difficilius concoquitur? aliquatenus enim hoc videbitur verum esse, aliquatenus vero illud: nam quæ forinsecus in eam injiciuntur, coquendo disjiciuntur atque putrescunt in ea manentia; vinum vero adstringit et condit, atque in universum, hæc quidem tenuis est, ita ut subiens disjiciat, vinum vero crassius, ita ut non æque subeat meatus, coctionem autem diffusionem ac putrefactionem esse probabile est. Quodsi autem vinum calidum est calidaque concoquere valent, difficultatem tamen continet, quomodo vinum, si calidum est, non tabefacit, aut tabescit, ut iguis igni additus. Aquam itaque tenuem esse verum est, sed præterea natura frigidum est. Aqua quidem cruda et multa elaboratione indigens intrat; vinum vero sole coctum. Confert autem aqua ad concoctionem, non quia concoctu facilis est, sed quia alere nequit: propterea et plus comedunt aquæ potatores, perinde ac si aliquid a cibo sublatum esset.

ιδ'. Διὰ τί ὁ οἶνος θερμὸς ὢν παύει μᾶλλον τὴν δίψαν ἢ τὸ ὕδωρ ψυχρὸν ὄν; Ἢ διότι διὰ τὴν θερμότητα καὶ ὑγρότητα αἱ ἐκθερμανθεῖσαι δίψαν ποιοῦσιν;

14. Cur vinum, calidum quum sit, melius sedat sitim quam aqua, quæ frigida est? An quia propter caliditatem et humiditatem calefactæ sitim faciunt?

ιε'. Διὰ τί ὁ οἶνος ὁ παριστάμενος καὶ ὁ ἐξιστάμενος ποιεῖ ἄνθος; Ἢ τὸ μὲν πάθος τὸ αὐτό, ἐφ' οἷς δὲ γίνεται, ἐναντίως ἔχουσιν; Ὁμονύμως δὲ λέγεται σαπρός, καὶ ὅταν ὁ καρπὸς ᾖ τετελεσμένος· οὐ γὰρ τὸ αὐτό ἐστι

15. Quare vinum tum promptum, tum vappidum florem adsumit? An adfectus quidem idem est, sed causæ quibus debetur contrario modo sese habent? Communi autem nomine fructus legitur putris, etiam ubi perfectus est: neque enim idem est, ubi de vino fit sermo: nam

Digitized by Google

καὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου· τὸ μὲν γὰρ διεφθαρμένον ἄνθος ἐστὶ, τὸ δὲ πεπεμμένον.

alter quidem flos a corruptione pendet, alter vero a coctione.

ις'. Διὰ τί εἰς φυλακὴν συμφέρει τοῖς οἴνοις ἐν μὲν τῷ χειμῶνι ἀλεεινὸς τόπος, ἐν δὲ τῷ θέρει ψυχρός; Ἢ ὅτι αἱ ὑπερβολαὶ ἐξιστῶσιν; Τὸ λίαν οὖν ψυχρὸν τὴν ἐν οἴνῳ θερμότητα σβέννυσι, καὶ ἡλίου ἀλέα, ὥσπερ ἔνια σήπει, οὕτω καὶ τὸν οἶνον· ἔστι δ' οἴνου σαπρότης ἡ ὀξύτης.

16. Quamobrem hyeme quidem ad conservandum vinum confert locus tepidus, æstate vero frigidus? An quia extrema vappam faciunt? Vehemens itaque frigus vini caliditatem exstinguit, atque solis æstus, sicuti nonnulla alia, sic et vinum putrefacit, vini autem putredo sapor acidus est.

ιζ'. Διὰ τί ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τὸ μὲν [ὕδωρ] οὐκ ἰοῦται, ὁ δ' οἶνος ἰοῦται; Πότερον τὸ μὲν ἄχυμόν ἐστι, τὸ δ' ἔχει χυμόν; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ὕδωρ λεπτὸν καὶ κοῦφον, ὁ δ' οἶνος παχὺς καὶ βάρος ἔχει, ὥστε καὶ ἀπατμίζειν τὸ ἰῶδες κωλύει διὰ τὸ πάχος ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ καὶ τῷ βάρει τρῖψιν ποιεῖ, πάντα δὲ τὰ τρίβοντα ἰοῦται; Ἔτι ψαθυρὸν τὸ ὕδωρ, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ ἔλαιον γλίσχρον, ὥστ' οὐχ ὑπομένει· ὁ δ' οἶνος καὶ τὸ ἔλαιον διὰ τὸ βάρος καὶ διὰ τὴν γλισχρότητα ἐπιμένοντα καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ.

17. Quamobrem aqua quidem ab ære æruginem non contrahit, vinum vero contrahit? Utrum quia aqua quidem sapore caret, vinum vero sapidum est? An quia aqua quidem tenuis levisque est, vinum vero crassum pondusque habet, ita ut etiam crassitudine sua impediat quominus æris pars æruginosa evaporetur pondereque fricationem adfert, omnia autem quæ fricant, æruginem contrahunt? Præterea aqua fragilis est, nec ut oleum, viscida, ita ut non insideat; vinum vero et oleum propter pondus et conditionem glutinosam insidentia et agunt in æs, et adficiuntur ab eo.

ιη'. Διὰ τί τὸ ὄξος ἀσαπές; Ἢ ὅτι κωλύει διίστασθαι τοὺς χυμοὺς διεσθίον;

18. Quamobrem acetum putredinis expers est? An quia corrodendo impedit quominus succi disjiciantur?

ιθ'. Διὰ τί τὸ ὄξος τὸν χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον ἰοῖ μάλιστα; Ἢ ὅτι διαδοτικὸν καὶ διαδῦνον δὲ ἀναζυμοῖ καὶ ἐξάγει τὸ γεῶδες;

19. Quamobrem acetum inprimis æs et ferrum ærugine inficit? An quia penetrare valens et subiens fermentat et educit partem terrenam?

κ'. Διὰ τί τὸ ὄξος τῷ μέλιτι, οἱ δ' ἅλες τῷ ἐλαίῳ ἁρμόττουσιν; Ἢ ὅτι τὸ μὲν ἔλαιον διὰ τὸ κοῦφον εἶναι ἐπιπολαστικόν ἐστι καὶ πλησμονὴν παρέχει, μετὰ δὲ τοῦ ἁλὸς κάτω φέρεται· τὸ δὲ μέλι κοῦφον μὲν οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ βαρύσταθμον, ἅμα δὲ τρόφιμον καὶ ἄσηπτον, τὸ δ' ὄξος ἄτροφον καὶ διαλυτικὸν πάντων, ὥστε καὶ τοῦ μέλιτος ἀφαιρεῖται τὴν ὑπεροχήν, εἰ λυπηρόν ἐστιν;

20. Cur acetum quidem melli, sal vero oleo congruit? An quia oleum quidem propter levitatem superiora petit ac repletionem adfert, cum sale vero deorsum fertur; mel contra leve quidem non est, sed ponderosum, simulque etiam nutrire valet ac putredini resistit; acetum vero nutrire nequit, sed omnia dissolvit, ita ut melli quoque demat efficaciam immodicam, ubi molestum est?

κα'. Διὰ τί ὁ λευκὸς οἶνος οὐ γίνεται ὄξος; Ὅτι ἀσθενέστερος, καὶ τῶν μὲν ἄλλων ὑγρῶν ἡ ὕλη καὶ ἡ ὑπόστασις καὶ ἡ ἰλὺς [τοῦ] κάτω ὑφίσταται, τοῦ δὲ μέλιτος ἄνω; Ἢ ὅτι τὰ μὲν ἄλλα κουφότερα τῆς γῆς ἐστι, τὸ δὲ μέλι πάντων βαρύτατον καὶ ὑγρότατον τῶν ὑγρῶν, καὶ τὸ βέλτιον βαρύτερον τοῦ χείρονος; ἀνάγκη δὲ τοῦ μέλιτος κάτω φερομένου ἄνω τὴν ἀχλὺν εἶναι διὰ τὸ κουφότερον εἶναι.

21. Quamobrem album vinum non fit acetum? Quia debilius, atque reliquorum quidem humorum materies sedimentumque ac cœnum deorsum subsidit, mellis vero sursum? An quia reliqui quidem terra leviores sunt, mel vero omnium humorum gravissimus et humidissimus est, atque melius deteriori gravius? necessario enim mellis, quippe quod deorsum fertur, nebula superne est, quia levior est.

κβ'. Διὰ τί ὁ μὲν οἶνος παλαιούμενος γίνεται ἡδίων, τὸ δὲ μέλι οὔ; Ἢ ὅτι ξηρὸν τῇ φύσει ἐστίν (σημεῖον δέ, ὅτι ἑψόμενον παχύτερον γίνεται)· ὁ δ' οἶνος ὑγρόν; τὸ δὲ μέλι ὑγρὸν οὐ γίνεται παλαιούμενον, ἀλλὰ ξηρόν, ὥστ' ἄχυμον.

22. Cur vinum quidem veterascens suavius fit, mel vero non? An quia natura siccum est (argumento autem est quod coctione crassescit), vinum vero humidum est? mel enim humidum non fit veterascens, sed siccum, ac proinde insipidum.

κγ'. Διὰ τί τὸ ἔλαιον αὐτὸ μὲν μόνον ἥκιστα ἐκκάεται, μιχθὲν δ' ἄλλοις μάλιστα; Διὰ θερμότητα συνεκκάει τὸ ὑγρὸν μετὰ τῆς ἀπὸ πυρὸς θερμότητος, αὐτὸ

23. Cur oleum ipsum quidem solum minime comburitur, aliis vero admixtum maxime? Propter calorem una comburit humorem cum calore ab igne provenienti, ipsum

Digitized by Google

δ' ἀκολουθεῖ καὶ διὰ γλισχρότητα (τά?) ἐξατμίζοντα, οἷον ἐν ῥεύματι.

vero insequitur, quia glutini simile est, ea quæ evaporantur, quasi in fluvio.

κδ'. Διὰ τί τὸ ἔλαιον τῶν ἐναντίων ἐστίν; ἧττον γὰρ ῥιγῶσιν οἱ ἀλειφόμενοι, καὶ ἧττον καίονται ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Ἢ τὸ μὲν διὰ τὸ φύσει θερμὸν εἶναι, τὸ δὲ διὰ τὸ θερμὸν ἅπαν τοῦ ψυχροῦ μᾶλλον αἰσθητικώτερον εἶναι;

24. Cur oleum contrarios effectus secum fert? minus enim rigent qui eo unguntur, minusque sole uruntur. An alterum quidem quia natura calidum est, alterum vero quia omne calidum frigidum impensius sentire valet?

κε'. Διὰ τί τινα τῶν ὑγρῶν ξηραίνεται βραδύτερον; Ἢ ὅτι τὸ ξηραίνεσθαί ἐστι τὸ ψύχεσθαι, ψύχεται δὲ θᾶττον τὰ ψυχρότερα; τὸ δ' ἔλαιον θερμότατον.

25. Cur nonnulli humores tardius siccantur? An quia siccatio refrigeratio est, refrigerantur autem citius frigidiora? oleum enim calidissimum est.

κς'. Διὰ τί τὸ ἔλαιον τοῖς μὲν ἔξω συμφέρει τοῦ σώματος, τοῖς δ' εἴσω οὔ; Ἢ ὅτι μαλάσσει; διὸ τὴν κηρωτὴν ἔνιοί φασιν ἄριστον εἶναι τοῖς ἰατροῖς εὑρημάτων. Τοῖς δ' εἴσω οὐ συμφέρει ὅτι ἄπεπτον.

26. Cur oleum externis quidem corporis partibus congruit, internis vero non? An quia emollit? Propterea nonnulli ceratum præstantissimum medicorum inventum esse dicunt. Internis vero non convenit, quia difficulter concoquitur.

κζ'. Διὰ τί τὰ ἐλαιωθέντα βιβλία εὐαναγνωστότερα μᾶλλον ὄπισθεν ἢ ἔμπροσθεν; Ἢ ὅτι διὰ τὸ ἀραιόπορα γίνεσθαι, ὥστε διέρχεσθαι τὴν ὄψιν ῥᾷον;

27. Quamobrem libri oleo uncti a posteriori parte facilius leguntur quam a priori? An quia meatus rariores fiunt, ita ut visus facilius permeet?

κη'. Διὰ τί τὸ ἔλαιον ἐπιχεόμενον σχῆμα στρογγύλον ἄνωθεν ἔχει πλέον τῶν ἄλλων ὑγρῶν χεομένων; Ἢ ὅτι μόνον ἐλαφρότερον ὕδατος· στρογγύλον δέ, ὅτι πάντῃ ἐπιχεόμενον ὅμοιον; Συνωθεῖ οὖν πάντῃ ὁμοίως ὡς ἀδιάσπαστον· τὸ δὲ πάντῃ ὅμοιον σχῆμα στρογγύλον.

28. Cur oleum effusum magis quam alii humores effusi superne figuram habet rotundam? An quia solum aqua levius; rotundum autem est, quia, dum effunditur, undique sibi simile est? Compellit igitur undique æqualiter, utpote indivulsum; figura autem undique sibi similis rotunda est.

κθ'. Διὰ τί τὸ ἔλαιον τῇ θαλάσσῃ ἐπιχεόμενον γαληνιᾷ; Ἢ ὅτι λεῖόν ἐστιν; Ἀπολισθαίνει τοίνυν τὸ πνεῦμα, καὶ φρίκην οὐ ποιεῖ.

29. Cur oleum mari infusum tranquillum est? An quia læve est? Delabitur itaque ventus, nec horrorem facit.

λ'. Διὰ τί ἐν τῷ γάλακτι οὐ φαίνονται αἱ ὄψεις; Ὅτι οὐχ ὁμαλόν ἐστιν· ἀφρῶδες γάρ ἐστι, καὶ μικραί εἰσι πομφόλυγες.

30. Cur in lacte non adparent facies? Quia læve non est: spumosum enim est parvæque sunt bullæ.

λα'. Διὰ τί γάλα γλυκύτερον τῶν μελάνων προβάτων; Πότερον ὅτι γλυκύτερον, διότι τὸ αἷμα τῶν λευκῶν προβάτων θερμότερον ὂν ἀναλίσκεται τὸ γλυκύ; Ἢ ὅτι παχύτερόν ἐστι (τό?) τῶν μελάνων; Καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν παχύτερόν ἐστι (τό?) τῶν μελαινῶν, ὅτι καὶ τὸ αἷμα. Λέγομεν οὖν ὅτι τὰ μὲν λευκὰ πέττει διὰ θερμότητα τὴν τροφήν, τὰ δὲ περιττωματικά, οἷον τὰ μέλανα, οὔ· ψυχρότερα γάρ.

31. Cur lac ovium nigrarum dulcius? Utrum quia dulcius, quoniam albarum ovium sanguis, quippe calidior, dulcedinem consumit? An quia crassius est nigrarum lac? Apud mulieres quoque nigrarum lac crassius est, quoniam et sanguis. Dicimus igitur animalia alba propter caliditatem facilius cibum concoquere, redundantiis vero plena, ut nigra, non: frigidiora enim sunt.

λβ'. Διὰ τί τὰ ἐρίφεια τῶν ἀρνείων βελτίω, καὶ τὰ αἴγεια τῶν προβάτων; Ἢ ὅτι τῶν μὲν προβάτων τὸ γάλα παχὺ καὶ λιπαρόν, τὸ δ' αἴγειον τοὐναντίον;

32. Quamobrem carnes hœdinæ agninis meliores sunt, et caprinæ ovillis? An quia ovium quidem lac crassum et pingue est, caprinum vero contra?

λγ'. Διὰ τί ὕστερα τὰ δυσπεπτότερα προσφέρεται, τὰ δ' εὐπεπτότερα πρῶτον, οἷον κρέα ἰχθύων, καίτοι ἔδει ἀποδιδόναι πλείονα χρόνον τοῖς δυσπέπτοις; Ἢ ὅτι τὸ προπεπεμμένον [δεῖ] ὑπάγισθαι, ἵνα μὴ ἐμποδίζῃ ἄλληλα;

33. Cur ultima adsumimus concoctu difficiliora, faciliora vero primum, v. g. piscium carnes, etiamsi oporteret plus temporis tribuere concoctu difficilibus? An quia quod primum concoctum est, subduci debet, ne sibi invicem impedimento sint?

Digitized by Google

λδ'. Διὰ τί αἱ γαστέρες κνισωθεῖσαι ἡδισταί εἰσι τῶν αἰγῶν, καὶ Ὅμηρος (Ὀδ. σ, 44)·

γαστέρες αἵδ' αἰγῶν κάτ' ἐν πυρί;

Ἢ ὅτι κνισωδέστατόν ἐστι τὸ αἴγειον στέαρ; λιπαρώτατον γὰρ ἐστιν· διὸ καὶ οἱ ἰατροὶ πρὸς τὰ μαλάγματα αὐτῷ χρῶνται μάλιστα· κνισῶδες δ' ὂν καὶ λιπαρὸν ἄρτυμα γίνεται τῆς κοιλίας· τὰ δ' ἠρτυμένα ἡδίω.

34. Cur ventriculi caprarum sevo repleti suavissimi sunt, Homerusque cecinit:

capraram ventriculi in igne jacent?

An quia maxime nidorosum est sevum caprinum? pinguissimum namque est: propterea et medici eo inprimis utuntur ad malagmata: nidorosum enim quum sit et pingue, condimentum fit ventriculi: condita autem suaviora sunt.

λε'. Διὰ τί τὸ ἔλαιον οὐ πήγνυται, ἀλλὰ συνίσταται, τὸ δὲ στέαρ πήγνυται; Ὅτι λιπαρώτερόν ἐστι τὸ ἔλαιον τοῦ στέατος. Ἥκιστα οὖν πήγνυται· τὸ δ' ὕειον στέαρ ὑδαρέστερον· ἔχει γὰρ χυμοὺς ἐν αὑτῷ περιττωματικούς· οἱ δὲ τοιοῦτοι εἰκότως [οὐ] πήγνυνται.

35. Cur oleum non coagulatur, sed colit; sevum vero coagulatur? Quia pinguius est oleum sevo. Minime igitur coagulatur; pinguedo vero suilla magis aquosa est: continet enim intra se succos excrementi naturam referentes; hi autem si [non] coagulentur, mirum non est.

λς'. Διὰ τί τοῦ σαπέρδου φαύλου μὲν ὄντος ἡ κεφαλὴ σπουδαία ἐστί, σπουδαίου δ' ὄντος μοχθηρά; Ὁ δὲ τος δ' ὁ ἰχθύς ἐστιν ὁ λεγόμενος κορακῖνος.

36. Cur saperdae quidem pravae caput praestans est, praestantis vero pravum? Iste autem piscis est quem vocant coracinum.

λζ'. Διὰ τί τὰ ὑπηνέμια ᾠὰ οὐκ ἀποσήπεται, ἄψυχά γε ὄντα, ὥστε ἔδει, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα μέρη στερισκόμενα ψυχῆς σήπεται, σήπεσθαι καὶ αὐτά; Ἢ ὅτι πηρώματά ἐστι, καὶ οὐχ ὥσπερ νεκρός· σήπεται δ' ἐν οἷς ἐκλείπει ψυχή, ἀλλ' οὐκ ἐν οἷς μηδ' ἐγεννήθη ὅλως;

37. Cur ova hypenemia non putrescunt, etiamsi inanimata sint, ita ut ea quoque putrescere deberent sicut et reliquae partes, ubi anima privantur? An quia mutilationes sunt, et non quasi cadavera; putrescunt autem partes quibus deficit anima, non quibus haudquaquam ingenita est?

λη'. Ἢ τῶν ᾠῶν τὸ ἕτερον ἄκρον σκληρότερον; Ἢ ὅτι μία ἀρχὴ ἐν παντί, ὥστε καὶ τοῦ ᾠοῦ; Τὸ οὖν ὄστρακον φυλακῆς χάριν, ἡ δὲ φυλακὴ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀεὶ τέτακται, κατὰ τὸ ὀξὺ δὲ γίνεται τοῦ ᾠοῦ ὁ νεοσσός, ἐὰν μὴ παραπέσῃ ἐν τῇ γενέσει· ἅπαξ γὰρ ὤφθη.

38. Cur alterum ovorum extremum durius est? An quia omnis res, ac proinde etiam ovum, unicum habet principium? Testa igitur custodiae causa exstat, custodia autem semper circum principium collocatur; atqui pullus in ovi parte acuta gignitur, nisi per generationem a loco suo aberraverit: semel enim observatum est.

λθ'. Διὰ τί τὰ ᾠὰ κατὰ μῆκος μὲν θλιβόμενα ταῖς χερσὶν οὐ κατάγνυται, ἐγκλινόμενα δέ; Ὅτι κατὰ μῆκος μὲν θλιβόμενα πρὸς ὀρθὴν τῇ χειρὶ κείμενα συμβαίνει θλίβεσθαι, ἡ δ' ὀρθὴ ἄκαμπτος διὰ τὸ ἴσον καὶ τὸ εὐθύ· ἐὰν δ' ἐγκλιθῇ, ἡ ἑτέρα ὀξυτέρα δὲ γίνεται γωνία, ὥστε ταύτῃ ἐνδίδωσιν. Ἢ ὅτι ὁμοίως πάντα θλίβεται τότε; πάντα γὰρ τὰ ἴσον ἀπέχοντα μόρια τοῦ ἀνωτάτω ὅμοια ἀλλήλοις· ἐὰν δ' ἐγκλιθῇ, οὐκέτι πρὸς τοῦτο τὸ σημεῖον ἅπαντα ἔχει ὁμοίως.

39. Cur non rumpuntur ova, ubi manibus secundum longitudinem premantur, rumpuntur vero, ubi declinantur? Quoniam ubi secundum longitudinem quidem premuntur, evenit ut rectum angulum cum manu faciant, dum premuntur, linea autem ad perpendiculum directa flecti nequit propter aequalitatem et rectitudinem; quodsi vero inclinata fuerit, alter angulus fit acutior, ita ut hac parte cedat. An quia tunc omnia aequaliter premuntur? omnia enim quae aequo intervallo a parte suprema distant, inter se similia sunt; ubi vero inclinatum est, non amplius ad hoc punctum eodem modo se habent omnia.

μ'. Διὰ τί, ἐάν τις σπόγγον ὑπερίσχῃ τῶν ἐψημάτων, ἀφαιρεῖται τὸ ὄξος; Ὥσπερ σικύα ἕλκει ὁ σπόγγος· ὁ γὰρ ἐν τρήμασιν ἀὴρ θερμαινόμενος ἀντὶ πυρὸς γίνεται.

40. Cur, si quis spongiam super sorbitionibus teneat, eximitur acetum ex iis? Ut cucurbitula trahit spongia: aer enim qui foraminibus continetur, incalescens aeris vices habet.

μα'. Διὰ τί, τῶν ᾠῶν ῥηγνυμένων ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι, τοῦ κελύφους πρότερον τὸ ὠχρὸν τοῦ λευκοῦ ἔξω; Ἢ ὅτι τὸ μὲν λευκὸν οὐσίᾳ ῥεῖ μᾶλλον ἢ τὸ λευκόν (ὠχρόν?), καίτοι γε μᾶλλον ἐντός ἐστι τὸ ὠχρὸν τοῦ λευκοῦ; διὸ καὶ ὁ νεοσσὸς ἐξ αὐτοῦ γίνεται, τὸ δ' ὠχρὸν καθάπερ τρύξ. Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς οἴνοις ἡ μὲν τρὺξ ἀπαθής ἐστιν, ὁ δ' οἶνος μεταβάλλει ἑκάστοτε καὶ χρώματα καὶ ὀσμήν, οὕτω καὶ τοῦ ᾠοῦ τὸ λευκὸν με-

41. Cur, ova ubi assando rumpuntur, prius e testa exit vitellus quam albumen? An quia albumen substantia sua magis fluit quam vitellus, etiamsi vitellus magis intus positus sit quam albumen? propterea et pullus ex eo gignitur, albumen vero veluti fæx est. Quemadmodum igitur in vino fæx quidem non adficitur, vinum vero perpetuo mutat colorem et odorem, sic et ovi albumen mutationi magis ob-

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

ταβλητικώτερον τοῦ ὠχροῦ· διὸ καὶ τὸ πυρούμενον στερεὸν γίνεται, καὶ ἐπῳαζόμενον. Ἀλλὰ καὶ ἐάν τις ᾠὸν τρυπῇ, [τὸ ᾠῶν] τὸ λευκὸν ἐκχεῖται, τὸ δὲ πυρρὸν ὑπομένει διὰ τὸ τὸ μὲν λευκὸν ἐνυγρον σῶμα εἶναι, τὸ δὲ καθάπερ ἐπιπεπασμένον ἔοικεν.

noxium est quam vitellus : hinc et igni expositum, vel incubatum solidescit. Verum si quis ovum perforat, albumen effunditur, vitellus vero remanet, quia albumen quidem liquidum est corpus, vitellus vero quasi inspersus esse videtur.

μβ'. Διὰ τί τῶν ἀγγείων οἱ πυθμένες θερμαινομένου τοῦ ὕδατος, ἕως ἂν ᾖ ψυχρὸν τὸ ὕδωρ, θερμότεροί εἰσιν· ἐπὰν δὲ ζέῃ, ψυχρότεροι γίνονται; Ἢ ὅτι ψυχροῦ μὲν ἔτι ὄντος τοῦ ὕδατος, ἐγκαταklείεται τὸ θερμὸν καὶ ἀντιπερίσταται εἴσω κωλυόμενον ἐξιέναι· ὅταν δὲ διαθερμανθῇ τὸ ἐνὸν ὕδωρ, οὐκέτι ἀποστέγοντος, ἀλλὰ διαπνέοντος καὶ ἐλάττονος γενομένου τοῦ πυρός, ψυχρότερος γίνεται ὁ πυθμὴν ὁμοίως ὥσπερ καὶ τὰ βαλανεῖα χειμῶνος θερμότερα ἢ τοῦ θέρους;

42. Cur, ubi calefit aqua, vasorum fundi, donec frigida est aqua, calidiores sunt; fervente vero ea, frigidiores fiunt? An quia, dum frigida adhuc est aqua, intus includitur et undique circumsistitur calor, exitusque ei denegatur; ubi vero penitus incaluit aqua quæ intus est, quum ignis non amplius cohibeatur, sed diffiet ac diminuatur, frigidior fit fundus, eodem modo quo et balnea hyeme calidiora sunt quam æstate?

μγ'. Διὰ τί τὸ ἑφθὸν ὀπτᾶν οὐ νόμος, ὀπτὸν δὲ ἕψειν νόμος; Πότερον δὲ διὰ τὰ λεγόμενα ἐν τῇ τελετῇ, Ἢ ὅτι ὕστερον ἔμαθον ἑφθὰ ἢ ὀπτά; τὸ γὰρ ἀρχαῖον ὤπτων πάντα. Ἐπανιέναι γοῦν ἐγίνετο τὸ ἑφθὸν καὶ ὀπτᾶν· διὸ ἀπεδοκίμασαν· τὸ δ' ὀπτὸν ἐφέψειν οὐκ ἐκώλυσαν. Ἢ ὅτι βελτίω ἑψηθέντα; ξηρότερα γὰρ τὰ ἑφθὰ τῶν ὀπτῶν· ἐὰν δ' ὀπτὰ ὄντα, καὶ ἔτι μᾶλλον.

43. Cur cocta assare in more non est, assa vero coquere solent? Utrum ob ea quæ in mysteriis dicunt? An quia serius cognoverunt cocta quam assa? antiquitus enim assabant omnia. Reversio itaque fieret, si cocta postmodum assarent : propterea hoc rejecerunt : assa vero postea coquere non vetuerunt. An quia meliora sunt cocta? siccior enim sunt quam assa, idque etiam magis, ubi antea assata fuerint.

μδ'. Διὰ τί οἱ Θρᾷκες σολοικίζουσιν ἀπογηράσκοντες; Ἢ διὰ τὸ τὰ μὲν κατὰ φύσιν ἅπαντα ῥᾴδιον εἶναι ποιεῖν, τὰ δὲ παρὰ φύσιν χαλεπόν· κἂν δυναμένῳ δή, εἴ τι μέλλει τις ποιῆσαι τῶν παρὰ φύσιν; Ἡ μὲν οὖν οἰκεία διάλεκτος ὥσπερ φύσει αὐτοῖς γίνεται· ἡ δ' ὑστέρα παρὰ φύσιν· διὸ καὶ καταφέρονται εἰς τὴν πρώτην διάλεκτον, γηράσκοντές τε καὶ οἰνούμενοι.

44. Quamobrem Thraces solœcismos faciunt senescentes? An quia naturalja quidem omnia factu facilia sunt, quæ vero præter naturam difficilia, vel ei qui facere potest, si quis aliquid præter naturam facturus est? Propria igitur loquela quasi naturaliter iis fit; posterior vero præter naturam est : propterea deferuntur etiam ad priorem loquelam senescentes ac temulenti.

με'. Διὰ τί ἡ Ὑρκανία λίμνη πότιμος οὖσα πλύνει καὶ ῥύπτει τὰ ἱμάτια; Πλύνει μὲν τῷ γλυκεῖ, ῥύπτει δὲ τῷ πικρῷ· ἅμα δ' οὐχ οἱ.....

45. Cur lacus Hyrcanius, etiamsi potui idoneus sit, lavat et detergit vestes? Lavat quidem dulcedine, detergit vero amaritudine; simul vero non.....

μς' Διὰ τί τὰ τῶν ἀετῶν πτερὰ ἄλλοις ἐπιτιθέμενα φθορὰν ἐμποιεῖ; Ὅτι σηπεδόνος τινὸς μετέχουσι φυσικῆς· δυσωδέστατον γὰρ πτηνῶν ἁπάντων ὁ ἀετός· ὅθεν οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ χθιζῆς θήρας τὰ λείψανα ἐπῆλθέ ποτε.

46. Cur aquilarum alæ aliis impositæ perniciem adferunt? Quia putredinis cujusdam naturalis participes sunt : omnium enim avium pessime olet aquila : unde ne hesternæ quidem venationis suæ reliquias tangit umquam.

μζ'. Διὰ τί τὸ ἔλαιον τῇ θαλάσσῃ ἐπιρραινόμενον γαλήνην ποιεῖ; Ὅτι γλίσχρον ὂν καὶ ὑγρὸν διολισθαίνειν ποιεῖ τὰ κύματα πρὸς ἑαυτὰ καὶ ἐνδιδόναι τῆς οἰκείας ὁρμῆς καὶ φορᾶς.

47. Cur oleum mari irrigatum tranquillitatem facit? Quia, quum glutinosum et humidum sit, efficit ut fluctus in se ipsos dilabantur et remittant impetum suum ac motum.

μη'. Διὰ τί ὁ ἄνεμος ἐν ἀρχῇ ἀμυδρὸν πνεῖ, προκόπτων δὲ καὶ ἐπ' ἄλλην γῆν φερόμενος σφοδρότερος γίνεται; Διὰ τὸ συγκαταμίγνυσθαι αὐτῷ ἄλλας ἀναθυμιάσεις ἐξ ὧν διέρχεται μερῶν.

48. Cur ventus initio leviter flat, progrediens autem et ad aliam regionem delatus vehementior fit? Quia ei admiscentur aliæ exhalationes e locis quæ percurrit.

μθ'. Πόθεν δῆλον ὅτι ὅσον παχύτατόν ἐστι τὸ ὕδωρ, τοσοῦτόν ἐστι καὶ ἁλμυρώτατον; Φασὶν ὡς ἡ ἐν Παλαιστίνῃ νεκρὰ θάλασσα παχυτάτη οὖσα, ἁλμυρωτάτη πάντων ἐστὶν ὑδάτων. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι παχυτάτη ἐστίν; Εἰ γάρ τις ἄνθρωπον, ἢ ζῷον ἕτερον, καταδήσας ἐμβάλῃ εἰς τὸ τῆς νεκρᾶς θαλάσσης ὕδωρ, ἀνωθεῖται ὑπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ οὐ γίνεται ὑποβρύχιον διὰ τὸ εἶναι παχὺ πάνυ καὶ βαστάζειν τὸ ἐμπεσόν. Καὶ

49. Unde patet, aquam, quo crassior, eo et salsiorem esse? Ferunt, mare Mortuum in Palæstina situm, quod crassissimum est, omnium aquarum salsissimam esse. Unde porro constat, hanc aquam crassissimam esse? Si quis enim hominem, vel animal aliud, vinctum injiciat in maris Mortui aquam, sursum pellitur ab aqua, neque subsidit, quia crassa est et rem illapsam

Digitized by Google

πόθεν δῆλον ὅτι ἁλμυρώτατόν ἐστιν; Ἐπειδὴ ῥυπτικόν ἐστι παντὸς ῥύπου· σμήχει γὰρ τὸν ῥύπον, εἴπερ ἄλλο τι σμῆγμα, τὸ δὲ ῥύπτειν ἄκρας ἐστὶν ἁλμυρότητος· ἰδοὺ γάρ· ἅλες μὲν καὶ αὐτοὶ ῥύπτουσι, νίτρον δὲ πλέον, ὥσπερ ἐπιτεταμένην ἔχον τὴν ἁλμυρότητα ἤπερ οἱ ἅλες.

sustinet. Atque unde patet eam salsissimam esse? Quum quaevis sordes detergere valet: detergit enim sordes, si quid aliud smegma: summæ enim salsitudinis proprium est ut detergat: ecce enim: sal quidem et ipsum detergit; nitrum vero magis, utpote intensiori præditum salsugine quam sal.

ν'. Διὰ τί οἱ νηστεύοντες διψῶσι μᾶλλον ἢ πεινῶσιν; Διψῶμεν δὲ μᾶλλον, ὅταν νηστεύωμεν, ἢ πεινῶμεν, διότι τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν πρῶτον μὲν καταβόσκεται τὸ ἐν τῷ σώματι ὑγρόν, ὅπερ ἀπὸ τῶν ὑπολειμμάτων τῆς ἐν τῷ σώματι τροφῆς περισσεύει, εἶτα ἐπ' αὐτὴν βαδίζει τὴν σύμφυτον λιβάδα τῆς σαρκὸς ἡ ἐν ἡμῖν πύρωσις, τὸ νοτερὸν διώκουσα καὶ τὸ δίυγρον. Γενομένης οὖν ὥσπερ ἐν πολλῇ ξηρότητι, ποτοῦ δεῖσθαι μᾶλλον τὸ σῶμα πέφυκεν. Ἄχρις οὖν πινόντων ἀναρρωσθὲν καὶ ἰσχύσαν τὸ θερμόν, ὥσπερ ἀμέλει βλέπομεν ἔξω, μήτε ἀέρα, μήτε ὕδωρ, μήτε γῆν ἐφιέμεθα τρέφεσθαι, μήτ' ἀναλίσκοντα τὸ πλησιάζον, ἀλλὰ μόνον τὸ πῦρ. Διὰ ταῦτα καὶ οἱ γέροντες ῥᾷστα νηστείαν φέρουσιν· ἀμβλὺ γὰρ αὐτοῖς καὶ μικρὸν ἤδη τὸ θερμόν ἐστιν. Καὶ τὰ ἄναιμα δὲ τῶν ζώων τροφῆς ἥκιστα προσδεῖται δι' ἔνδειαν θερμότητος.

50. Cur jejuni magis sitiunt quam fame adficiuntur? Sitimus autem magis quam fame adficimur jejuni, quia calor noster internus primum quidem depascit humorem qui corpore continetur, qui e reliquiis alimenti corpori ingesti restat, dein ipsum invadit carnis liquorem proprium internum nostrum incendium, humorem ac liquorem persequens. Quum igitur quasi in conditione admodum sicca versatur, suapte natura magis potu indiget corpus. Donec igitur bibentibus nobis restauratus est ac viget calor, sicut fere et foris videmus, nec aerem, nec aquam, nec terram cupimus nutriri, quippe quæ non consumunt res adcedentes, sed unum ignem. Propterea et senes facillime jejunium ferunt: hebes enim apud eos et exiguus jam est calor. Animalia etiam sanguine carentia alimento minime egent propter caloris defectum.

να'. Διὰ τί οἱ πεινῶντες, ἐὰν πίνωσι, παύονται, διψῶντες δὲ ἐὰν φάγωσιν, ἐπιτείνονται; Ἡ δίψα τοῖς φαγοῦσιν ἐπιτείνεται, διότι τὰ εἰσερχόμενα σιτία τῇ γαστρὶ τὸ διεσπαρμένον ὑγρὸν καὶ ἀπολειπόμενον ἀσθενὲς καὶ ὀλίγον ἐν τῷ σώματι σύλλεγουσι καὶ προεξικμάζουσι, διότι ἡ ὑγρότης τὰ ὑπιόντα σιτία βρέξασα καὶ διαχέασα, χυμῶν ἐγγενομένων, καὶ ἀτμὸν ἀναφέρει τοῦτον εἰς τὸ σῶμα καὶ προστίθησι τοῖς δεομένοις· ἐνδύνει μὲν γὰρ ἔσωθεν ἡ ὑγρότης εὐχυμότητα ποιοῦσα καὶ τροφιμότητα καὶ τὸ χαλᾶσθαι τὰ ἐντός, ὥστε τῆς πείνης τὸ σφόδρα πικρὸν καὶ θηριῶδες ἐνδιδόναι καὶ παρεῖσθαι, ὥστε καὶ πολὺν χρόνον ζῶσιν ἔνιοι γοῦν ὕδωρ μόνον λαμβάνοντες, ἄχρις οὗ πᾶν ἐκκαμφθῇ τὸ τρέφον καὶ ποτίζεσθαι δυνάμενον.

51. Cur famelici, si bibant, fami finem imponant, sitientium vero, ubi edunt, sitis intenditur? Sitis edentibus intenditur, quia cibi ventriculum intrantes humorem dispersum ac relictum, etiamsi debilis ac parcus in corpore adsit, colligunt ac cito exhauriunt, quoniam humor cibos subeuntes humectans ac diffundens, ubi succi adcesserint, hunc vaporem evehit ad corpus et partibus eo indigentibus adponit: subit enim intrinsecus humor bonum saporem faciens ac facultatem nutriendi laxandique partes interiores, ita ut immodica ac ferina famis acerbitas cedat ac remittatur: hinc etiam nonnulli certe multum temporis vivunt, nil nisi aquam adsumentes, donec omne quod nutrit ac propinari potest, deflexum sit.

νβ'. Εἰ ἀληθῶς καταβασκαίνεσθαί τινας καὶ μαραίνεσθαι ὑπὸ τῶν ὁρώντων, ἤτοι διδόναι ἀπ' ὥρας *; Οὐ ψεῦδός ἐστι τὸ καταβασκαίνεσθαί τινας καὶ μαραίνεσθαι ὑπὸ τῆς τῶν ὁρώντων ὄψεως· πολυκίνητος γὰρ ἡ ὄψις οὖσα, μετὰ πνεύματος αὐτὴν ἀφιέντων πυρώδους, θαυμαστήν τινα διασπείρει δύναμιν, ὥστε πολλὰ καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν δι' αὐτῆς τὸν ἄνθρωπον· τὸ γὰρ διὰ τῶν ὀμμάτων ἐκπῖπτον, εἴτε φῶς, εἴτε ῥεῦμα, τοὺς ὁρῶντας ἐκτήκει καὶ ἀπόλλυσιν.

52. An revera nonnullos fascinari a conspicientibus, an.....? Mendacium non est, nonnullos fascinari et tabescere a conspicantium intuitu: quum enim visus mobilissimus sit, ubi cum spiritu igneo eum emittunt, miram quandam dispergit facultatem, ita ut per eam multa patiatur ac faciat homo: nam quod per oculos elabitur, sive lumen sit, sive fluxio, videntes colliquat ac interficit.

53. Cur fatigatio prius quotidianam quam accessionem faciet: ethicam febrem? Propter accommodationis, inquam, præceptionem: habuit enim naturalem spiritum humoresque nequaquam supervacaneos; solida autem aridissima ac ad eam perficiendam accommodatiora.

54. Cur solis æstus aliis quidem somnum adducit, aliis autem non? Quia alii quidem pituita in capite fuit plurima, et ea diffusa cerebrum humectavit somnumque attulit; alii vero quod aridum caput fuerit, impensius exiccans ad experectionem commovit.

ΚΑΣΣΙΟΥ ΠΡΟΒΛΗΜΑ ΚΖ*.

Διὰ τί ἡ τοῦ κερατοειδοῦς λεγομένου χιτῶνος, ὃς μόνος σκέπει τὴν κόραν, λευκοῦ ὑπάρχοντος, καὶ τῶν ὑποκειμένων οὐκ ὄντων μελάνων τῇ φύσει, ἡ κόρα μέλαινα φαίνεται; Καὶ οἱ μὲν τῷ πλήθει τοῦ ὑγροῦ ἀνατιθέασι τὴν αἰτίαν, ὡσὰν πολλοῦ ὄντος τοῦ ὑποκειμένου ὑγροῦ, καὶ ἀεὶ ἐν τῇ διαδύσει τῶν ἐξ ἡλίου προσπιπτουσῶν ἀκτίνων ἀτονουσῶν καὶ μὴ δυναμένων διὰ τοῦτο καταλαμβάνειν τὸ ὑποκείμενον ὡς ἔχει φύσεως, ἀλλ' ἀντιλαμβανομένων ὡς μέλανος τοῦ ὑποκειμένου· μέλαν γάρ φασι φαίνεσθαι τὸ βαθὺ ὕδωρ. Ἐλέγχονται δὲ οὗτοι οὐ συγχωρουμένου εὐθέως τοῦ εἶναι πλῆθος τὸ ὑποκείμενον ὑγρόν· ὀλίγον γὰρ τοῦτο

CASSII PROBLEMA XXVII *.

Quamobrem quum tunica cornea dicta, quæ sola obtegit pupillam, alba sit, partesque ei subjectæ natura non sint nigræ, tamen nigra videtur pupilla? Atque alii quidem humoris copiæ causam tribuunt, perinde ac si multus esset humor subjectus, ac radii e sole incidentes semper transeundo languerent, nec umquam deprehendere valerent hanc ob causam, quænam esset natura rei subjectæ, sed rem subjectam perciperent, quasi nigra esset: nigram enim videri dicunt aquam profundam. Refutantur autem hi, si non concedatur confestim, subjectum humorem copiosum esse: parcus enim est ac ab aliis rebus

www.tooi.com.cn

Digitized by Google

καὶ περιγραφῇ ὑπάρχων τυγχάνει. Ἕτεροι δέ φασιν ὅτι τοῦτο δοκεῖ γίνεσθαι κατ' εὐθὺ τοῦ ὀφθαλμοῦ στενοῦ πόρου ὑπάρχοντος καὶ ἀεὶ εἰς στενὸν λήγοντος διὰ τὸ διαβαίνοντα μέχρι βάσεως ἐγκεφάλου ἀεὶ στενοῦσθαι, καὶ τὰς προσπιπτούσας ἀκτῖνας συστέλλεσθαι, οἱονεὶ πειρωμένας τὸ βάθος τοῦ ὑποκειμένου πόρου κατοπτεύειν, καὶ οὕτω τῆς συστολῆς γινομένης τῶν ἀκτίνων διὰ τὴν στενότητα, συμβαίνει μέλαν τὸ ὑποκείμενον φαίνεσθαι, καὶ ὑποδείγματι χρῶνται τῷ ἐκ συρίγγων· φασὶ γὰρ ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τούτων [ὁ] ἐμπεριεχόμενος ἀὴρ φαίνεται σκοτεινός, οὐ μόνον διὰ τὸ μῆκος τῆς σύριγγος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν στενότητα μάλιστα, οὕτω κἀπὶ τῆς κόρας ἔχει, τοῦ ὑποκειμένου κατ' εὐθὺ τοῦ τρήματος πόρου στενοῦ ὑπάρχοντος. Δείκνυται δὲ τοῦτο ψεῦδος ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῶν νεκρῶν, συμπίπτοντος τοῦ εἰρημένου πόρου, ὁμοίαν κατὰ τὸ χρῶμα ὑποπίπτειν τὴν κόραν· τοῦτο γὰρ τετήρηται ὅτι ἐπὶ μὲν ἐμψύχων ἐν διαστάσει ἐστὶν ὁ εἰρημένος πόρος, καὶ τοῦτο κατελήφθη ἐκ τῶν προσφάτως ἀνατμηθέντων καὶ ἔτι οἱονεὶ ἐμπλεόντων ἐπὶ τῶν νεκρῶν, οὐχ ὅτι τῶν προσφάτων τελευτησάντων, ἀλλὰ τῶν ἤδη ἐχόντων σύμμετρον χρόνον, ὅτι ἐν συμπτώματι γίνεται ὁ πόρος. Ἤδη ἦν μὲν στενότης ἡ ἐν τῇ διαστάσει τοῦ πόρου αἰτία τοῦ φαίνεσθαι μελαίνην ταύτην ἐπὶ τῶν ζώντων, ἐχρῆν ἐπὶ δὲ τῶν τελευτησάντων, συμπτώσεως γενομένης, λευκὸν φαίνεσθαι τοῦτο τὸ μέρος. Ἕτεροι δ' αἰτίαν φασὶ τὴν ἀνταύγειαν τοῦ ῥαγοειδοῦς καὶ τὴν ἀντανάκλασιν· μέλας γὰρ οὗτος ὑπάρχων ἐπισκιάζει τὸ κρυσταλλοειδές, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐπισκιάσεως γίνεται ἡ ἀντανάκλασις ἐκ τοῦ γινομένου ὑγροῦ εἰς τὰς ἡμετέρας ὄψεις μέλαινα ὑπάρχουσα, καὶ οὕτως ἡμῖν φαντασία παρέχεται, ὡς οὔσης μελαίνης τῆς κόρας. Τούτοις δὲ καὶ Σωρανὸς συγκατατίθεται, ὡς γνῶναι ἔστιν ἐκ τοῦ Ὀφθαλμοῦ. Τοιαύτη μὲν καὶ διὰ τῶν τὴν ἀνταύγειαν λεγόντων δόξα· οὐ πάνυ δὲ καλῶς ἑρμηνεύεται, τί ποτ' ἐστὶν ἡ ἀνταύγεια. Γίνεται δὲ αὕτη ἡ καθ' ὑπόστασιν, ἢ ἔμφασιν· καθ' ἑκάτερον δὲ τούτων ἀκολουθείτω ἡμῖν ὑγιὲς τὸ λέγειν αἰτίαν τὴν ἀνταυγειαν, οἷον ἐπινοήσωμεν οἶκον πανταχόθεν περιεστεγασμένον, μικρὸν οὖν τι τρῆμα λίαν ἐξ ἑνὸς τοίχου, ὥστε δύνασθαι διὰ ταύτης εἰσβάλλειν τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου. Ἐὐδηλον ὅτι ἡ μὲν σκιὰ πᾶσα ἐκεῖσε καθ' ὑπόστασιν· αὕτη γὰρ οὐκ ἀφανίζει τὸ περὶ τὴν εἰσβάλλουσαν ἀκτῖνα λαμπρόν, ἀλλὰ κἂν ᾖ λεπτή τις ἐμπεσοῦσα ἀκτίς, μὲν ἔχουσα * τὸ φαιδρόν. Εἰ τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ τῆς ἐπισκιάσεως αἴτιος γίνεται ὁ ῥαγοειδής, οὗτος δ' οὐ πάντῃ ἐστὶ συνεχής, ἀλλ' ἔχει τινὰ τρῆσιν, ὡς ἔφαμεν, ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ὀφθαλμοῦ, ἐχρῆν κἂν δι' ἐκείνης τῆς τρήσεως λευκὸν ὑποπίπτειν τὸ ὑγρὸν καὶ οἷόν ἐστιν, ὥστε τὴν ἐπίκλασιν αἰτίαν εἶναι τοῦ οὕτως ἡμῖν φαίνεσθαι τὴν κόραν, οἷον τὴν ἐκπεπορευμένην ἀφ' ἡμῶν ἀπόρροιαν τοῦ ὀφθαλμοῦ, καὶ πάλιν ἀνακλωμένην, καὶ προσπίπτουσαν τῇ ἡμετέρᾳ ὄψει κατὰ μέλαν, καὶ οὕτως ἡμᾶς εἰς φαντασίαν ἄγουσαν ὥστε οἴεσθαι μέλαιναν εἶναι τὴν κόραν. Ῥητέον ὅτι εἰ ἡ τῶν ἀπορροιῶν ἀντανάκλασις τούτου διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν γίνεται, ἐχρῆν τὰς ἀπορροίας ταῖς ὄψεσι τὰς περιπιπτούσας τῷ μέρει ἐκείνῳ καθ' ὃ ἡ κόρα ὑπόκειται, καταλαμβάνειν λευκότερον τὸ μέρος ἐκεῖνο διὰ τὸ εἶναι λευκὰ τὰ ὑποκείμενα ὑγρὰ καὶ τὸν περιέχοντα χιτῶνα, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ ἀνακλάσει τὰς κατὰ τὴν ἀνάκλασιν προσπιπτούσας ἀπορροίας τῇ ἡμετέρᾳ κόρᾳ καταλαμβάνειν αὐτὴν ὁμοίως λευκοτέραν. Μᾶλλον οὖν πιθανὸν δοκεῖ τὸ τῇ ἐξαλλαγῇ τῶν ὑποκειμένων ὑγρῶν ἀνατιθέναι τὴν αἰτίαν, καὶ τῇ τούτων ἐπισυνθέσει, συνεργουμένης καὶ τῆς στενότητος τοῦ πόρου εἰς τοῦτο, οἷον εἰ καὶ δοκεῖ εἶναι ἕκαστον τῶν ὑγρῶν διαυνές, ὅμως [ἐκ τῆς] ἐπ' ἄλληλα συνθέσεως αὐτῶν ἀμαυροῦται τὸ διαυγές, οἷον τὰ

circumscribitur. Alii vero dicunt, hoc ideo fieri videri, quia e regione oculi reperitur meatus angustus qui semper in angustum spatium exit, quum ad cerebri fundum penetrans semper angustatur, radiique incidentes contrahuntur, quasi conantes profunditatem subjecti meatus perspicere, atque sic propter angustiam contractis radiis evenit, ut spatium subjectum nigrum videatur, atque utuntur exemplo a fistulis desumpto: dicunt namque, quemadmodum aer qui fistulis continetur, tenebricosus videtur, non solum propter fistulæ longitudinem, sed et maxime propter angustiam, sic et circa pupillam rem sese habere, quum meatus e regione foraminis situs angustus sit. Demonstratur hoc mendacium esse eo quod apud mortuos, concidente supradicto meatu, simili colore obcurrit pupilla: observatum enim est, apud vivos hunc meatum distentum esse, idque deprehenderunt in corporibus recens dissectis ac quasi adhuc inter mortuos fluitantibus; in iis vero quæ non recens mortua erant, sed jam modicum temporis spatium transegerant, meatum concidisse deprehenderunt. Quodsi jam angustia meatus, dum distenditur, causa esset, cur nigra videretur pupilla apud vivos, deberet apud mortuos, facto collapsu, alba videri hæc pars. Alii vero causam esse dicunt relucentiam membranæ uveæ ac repercussionem: quum enim hæcce nigra sit, obfuscat humorem crystallinum, atque hujus humoris obfuscati repercussio quæ nigra est, fit a dicto humore ad oculos nostros, atque ita nobis subpeditat imaginem ac si pupilla nigra esset. Cum his etiam consentit Soranus, sicut animadvertere licet ex *Oculo*. Hujusmodi itaque opinio subpeditatur ab iis qui relucentiam causam esse dicunt; non admodum clare tamen traditur, quid tandem sit relucentia. Fit autem hæc aut substramine, aut adparentia, atque utroque hoc modo nobis rationi consentaneum esse deberet, si diceremus adparentiam esse causam: cogitemus e. g. cubiculum undique clausum, foramen vero quoddam admodum parvum esse in uno pariete, ita ut per id intrare valeat radius solis. Manifestum est, omnem umbram ibi exstare substramine: hæc enim non e conspectu tollit splendorem radium ingressum circumdantem, sed etiamsi tenuis aliquis radius inciderit, splendorem habet. Quodsi igitur in oculo quoque obfuscationis causa fiat tunica uvea, istaque non ubique sibi continua sit, sed habeat, ut supra dicebamus, in medio oculo aliquod foramen, deberet vel per illud foramen humor obcurrere albus et talis qualis revera est, ita ut repercussio causa non sit, cur ita nobis adpareat pupilla, nempe effluvium e nostris oculis egressum, rursusque repercussum atque nostro intuitui nigro colore tinctum obcurrens ac ita nos ad imaginationem deducens ut putemus nigram esse pupillam. Dicendum, quodsi effluviorum hujus repercussio propter hanc causam fieret, effluvia oculis obcurrentia ea parte qua pupilla subjacet, deberent albidiorem deprehendere eam partem, quia subjacentes humores et circumdans tunica albi sunt, ac similiter in repercussione effluvia repercussione nostræ pupillæ incidentes deberent eodem modo deprehendere eam albidiorem. Veri itaque similior videtur opinio quæ subjacentium humorum discrimini atque superpositioni causam tribuit, aliquid etiam huc conferente meatus angustia: nimirum etiamsi unusquisque humor pellucidus esse videatur, tamen eorum mutua superimpositione hebetatur pellucidítas:

Digitized by Google

διαυγῆ φασι μὴ ἔχειν χρῶμα, ὥσπερ ὕελον καὶ τὰς ἐκ τῶν κεράτων κτηδόνας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ταῦτα δ' οὐ παντάπασίν ἐστιν ἄχροα, ἀλλ' ἔχει χρῶμα, ἀμαυρὸν μέν, ὅμως ἔχει, καὶ πολλάκις ἐκ τῆς ἐπ' ἄλληλα συνθέσεως ἀμαυροῦται τὸ διαυγές, ὥσπερ ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἄγαν ὑμένων καὶ διαυγῶν· εἰ γάρ τις τούτους συνθείη ἐπ' ἀλλήλους, ἀμαυροῦται ἡ διαύγεια αὐτῶν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν διάφορα ὄντα τὰ ὑγρὰ καὶ διαυγῆ ἀμαυροῦται τὸ διαυγὲς αὐτῶν ἐκ τῆς συνθέσεως. Συνεργεῖ δὲ καί, ὡς ἔφαμεν, ἡ στενότης· διὰ γὰρ τοῦτο ὥσπερ συστέλλειν τὸ πνεῦμα τὸ ὁρατικὸν ἀναγκαζόμεθα, ὥστ' ἐπιβάλλειν τῷ ὑποκειμένῳ· τοῦτο γὰρ πάσχομεν, ἐπειδὰν μάλιστα μικρόν τι, ἢ στενὸν κατιδεῖν βουληθῶμεν. Εἰ δὲ λευκὸν μέν ἐστι τὸ διακριτικὸν ὄψεως, μέλαν δὲ τὸ συγκριτικὸν ὄψεως, εὔδηλον ὅτι συγχύσεως καὶ οἱονεὶ συγκρίσεως γινομένης ἐκ τῆς περὶ τὸ πνεῦμα στενότητος συμβαίνει μέλαν φαίνεσθαι τὸ ὑποκείμενον.

sic pellucida colore carere dicunt, ut vitrum, cornuum filamenta et quæcumque alia hujusmodi. Hæc vero non omnino colore carent, sed habent colorem debilem quidem, attamen habent, ac sæpe ex eorum mutua superimpositione hebetatur pellucidítas, quemadmodum videre licet in membranis admodum tenuibus ac pellucidis: si quis enim eas sibi invicem superimposuerit, hebetatur earum pellucidítas. Sic et in oculis, quum varii adsint humores pellucidi, hebetatur eorum pellucidítas superimpositione; confert vero huc etiam aliquid, ut supra diximus, angustia: hanc enim ob causam quasi contrahere cogimur spiritum visui destinatum, ita ut incidat in rem subjectam: nam id nobis evenit inprimis, ubi rem aliquam parvam, aut angustam spectare volumus. Quodsi autem album id est quod visum discernere, nigrum vero quod stipare valet, manifesto eveniet ut, confusione ac quasi commixtione facta propter angustiam spiritum cingentem, nigra adpareat res subjecta.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

FRAGMENTA

ARISTOTELIS

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

Digitized by Google

FRAGMENTA

ARISTOTELIS

www.libtool.com.cn

COLLEGIT DISPOSUIT ILLUSTRAVIT

ÆMILIUS HEITZ

IN GYMNASIO ARGENTORATENSI LITT. ANT. PROFESSOR

GENERAL LIBRARY University of MICHIGAN



PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO

VIA JACOB, 56

M DCCC LXIX

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

DE INDICIBUS LIBRORUM ARISTOTELIS

www.libtool.com.cn

EORUMQUE AUCTORITATE.

Quum tria sint omnino testimoniorum genera, e quibus deperditorum Aristotelis scriptorum notitiam haurire liceat, quæ de his apud ipsum philosophum leguntur, tabulæ deinde librorum qui in antiquitate sub Aristotelis nomine perferebantur, postremo varia e deperditis libris ejus fragmenta, per occasionem ab antiquis scriptoribus allata, quæstionem a tabulis incipiendam duximus, quas primum integras apponemus, de singularum ætate, rationibus, auctoritate, quam brevissime disputaturi.

Inter hosce vero indices ut antiquissimum, ita et longe præstantissimum eum esse quem Diogenes Laertius in vita philosophi exscripsit, neminem fugere poterit. Causam ob quam hunc integrum apposuerit, illis tantum omissis libris de quibus ambigeretur (cf. V, 34 : Δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων, ἃ τὸν ἀριθμὸν ἐγγὺς ἥκει τῶν τετρακοσίων, τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα), ipse hisce declaravit verbis V, 21 : Συνέγραψε δὲ (ὁ Ἀριστοτέλης) πάμπλειστα βιβλία, ἅπερ ἀκόλουθον ἡγησάμην ὑπογράψαι διὰ τὴν περὶ πάντας λόγους τἀνδρὸς ἀρετήν. Sed si dignus est, qui ob talem curam jure laudetur Diogenes, melius etiam de nobis meriturus fuisset, si singula librorum genera, quod alias facere consuevit, inter se distinxisset. Quod tamen quum a primo conditore hujus tabulæ factum esse, satis manifesta demonstrent indicia, ordinem quem ille in recensendis singulorum librorum titulis observaverit, quoad conjiciendo licet, indicare conati sumus, eadem usi distributione quam plane similes apud Diogenem Laertium (cf. V, 80, 86) indices præbent. Numeri deinde singulis titulis appositi eorum seriem in altero, qui Anonymi vocatur, indice declarant ut facilius inde perspiciatur quid utrique peculiare sit. Asterisco autem ita usi sumus, ut semel additus illos designaret titulos, quorum mentio alibi quoque occurrit, repetitus vero, qui ad superstites philosophi libros pertinere videntur; inter cancellos vero positus asteriscus (*) tales indicat libros, e quibus etsi non nominantur, fragmenta tamen fortasse servata sunt. Duplicem denique cancellis inclusum (**) illis apposuimus titulis, de quibus minus certum est, an ad superstites libros referri debeant.

In scribendis Diogenis Laertii verbis secuti sumus recensionem, quam post Cobetum, ex antiquissimorum codd. Laur., Marc., aliorumque recentiorum collatione instituit Rosius. Cf. ejus *Aristoteles Pseudepigraphus*. Lips. 1863, p. 11.

(ΔΙΑΛΟΓΟΙ ΚΑΙ ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΙΣ.)

* Περὶ Δικαιοσύνης, α′, β′, γ′, δ′. (1)
* Περὶ Ποιητῶν, α′, β′, γ′. (2)
* Περὶ Φιλοσοφίας, α′, β′, γ′. (3)
(*) Πολιτικοῦ α′, β′. (4)
* Περὶ Ῥητορικῆς ἢ Γρύλλος, α′. (5)
(*) Νήρινθος, α′. (6)
* Σοφιστὴς, α′. (8)
Μενέξενος, α′. (10)
* Ἐρωτικὸς, α′. (12)
* Συμπόσιον, α′.
(*) Περὶ Πλούτου, α′. (7)
* Προτρεπτικὸς, α′. (14)

(DIALOGI ET EXHORTATIONES.)

De Justitia, I, II, III, IV.
De Poetis, I, II, III.
De Philosophia, I, II, III.
Politici I, II.
De Rhetorica sive Gryllus, I.
Nerinthus, I.
Sophista, I.
Menexenus, I.
Amatorius, I.
Convivium, I.
De Divitiis, I.
Cohortatorius, I.

Digitized by Google

* Περὶ Ψυχῆς, α'. (13)
* Περὶ Εὐχῆς, α'. (9)
* Περὶ Εὐγενείας, α'. (11)
Περὶ Ἡδονῆς, α'. (15)
* Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ Ἀποίκων, α'. (21)
* Περὶ Βασιλείας, α'. (16)
* Περὶ Παιδείας, α'. (18)

(ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ.)

* Περὶ τ'Ἀγαθοῦ, α', β', γ'. (20)
Τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος, α', β', γ'. (23)
* Τὰ ἐκ τῆς Πολιτείας, α', β'.
(*) Οἰκονομικὸς, α'. (17)
Περὶ Φιλίας, α'. (21)
(*) Περὶ τοῦ Πάσχειν ἢ Πεπονθέναι α'.
Περὶ Ἐπιστημῶν, α'. (25)
Περὶ Ἐριστικῶν, α', β'.
Λύσεις ἐριστικαὶ, δ'. (27)
Διαιρέσεις σοφιστικαὶ, δ'. (29)
Περὶ Ἐναντίων, α'. (30)
Περὶ Εἰδῶν καὶ Γενῶν, α'. (31)
Περὶ Ἰδίων, α'.
Ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικὰ, γ'. (31)
Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, α', β', γ'. (32)
Ἐνστάσεις, α'. (34)
Περὶ τῶν Ποσαχῶς λεγομένων ἢ κατὰ πρόσθεσιν, α'. (35)
(*) Περὶ Παθῶν ὀργῆς, α'. (38)
(**) Ἠθικῶν α', β', γ', δ', ε'. (37)
(*) Περὶ Στοιχείων, α', β', γ'. (33)
Περὶ Ἐπιστήμης, α'.
Περὶ Ἀρχῆς, α.
Διαιρέσεις, ιζ'.
Διαιρετικῶν α'.
(Περὶ) Ἐρωτήσεως καὶ Ἀποκρίσεως, α', β'. (36)
Περὶ Κινήσεως, α'.
Προτάσεις, α'. (26)
Προτάσεις ἐριστικαὶ, δ'. (29)
Συλλογισμοὶ, α'.
** Προτέρων Ἀναλυτικῶν α', β', γ', δ', ε', ς', ζ', η', θ'. (41)
** Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων α', β'. (42)
* Περὶ Προβλημάτων, α'. (43)
** Μεθοδικὰ, α', β', γ', δ', ε', ς', ζ', η'. (41)
Περὶ τοῦ Βελτίονος, α'. (45)
Περὶ τῆς Ἰδέας, α'. (40)
Ὅροι πρὸ τῶν Τοπικῶν, α', β', γ', δ', ε', ς', ζ'.
Συλλογισμῶν α', β'. (46)
Συλλογιστικὸν καὶ ὅροι, α'. (47)
Περὶ τοῦ Αἱρετοῦ καὶ τοῦ Συμβεβηκότος, α'. (48)
(**) Τὰ πρὸ τῶν Τόπων, α'. (49)

De Anima, I.
De Precatione, I.
De Nobilitate, I.
De Voluptate, I.
Alexander sive de colonis, I.
De Regno, I.
De Institutione, I.

(COMMENTARII CERTO QUODAM ORDINE DESCRIPTI.)

De Bono, I, II, III.
Excerpta e Legibus Platonis, I, II, III.
Excerpta e Republica, I, II.
Œconomicus, I.
De Amicitia, I.
Quid sit tolerare sive tolerantia, I.
De Disciplinis, I.
De his quæ in contentionem cadunt, I, II.
Solutiones eorum quæ in contentionem cadunt, IV.
Divisiones sophisticæ, IV.
De Contrariis, I.
De Speciebus et Generibus, I.
De Propriis, I.
Commentarii epichirematici, III.
Propositiones de virtute, I, II, III.
Objectiones, I.
De his quæ variis modis dicuntur sive secundum propositionem, I.
De Perturbationibus iræ, I.
De Moribus, I, II, III, IV, V.
De Elementis, I, II, III.
De Scientia, I.
De Principio, I.
Divisiones, XVII.
Divisibilium I.
De Interrogatione et Responsione, I, II.
De Motu, I.
Propositiones, I.
Propositiones contentiosæ, IV.
Syllogismi, I.
Priorum Analyticorum I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX.
Analyticorum posteriorum magnorum I. II.
De Problematis, I.
Methodica, I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII.
De Meliori, I.
De Idea, I.
Definitiones ante Topica, I, II, III, IV, V, VI, VII.
Syllogismorum I, II.
Syllogisticum et Definitiones, I.
De Optabili et Accidenti, I.
De iis quæ ante Topica sunt, I.

Digitized by Google

Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους α′, β′. (51)
Πάθη, α′. (61)
Διαιρετικὸν, α′.
Μαθηματικὸν, α′.
Ὁρισμοὶ, ιγ′. (52)
Ἐπιχειρημάτων α′, β′. (53)
Περὶ Ἡδονῆς, α′.
Προτάσεις, α′.
Περὶ Ἑκουσίου, α′. (50)
Περὶ Καλοῦ, α′. (54)
Θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ, κε′. (56)
Θέσεις ἐρωτικαὶ, δ′. (57)
Θέσεις φιλικαὶ, β′. (58)
Θέσεις περὶ ψυχῆς, α′. (59)
Πολιτικὰ, β′. (60)
** Πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεοφράστου, α′, β′, γ′, δ′, ε′, ς′, ζ′, η′. (61)
Περὶ Δικαίων, α′, β′. (55)
* Τεχνῶν συναγωγὴ, α′, β′. (62)
** Τέχνης ῥητορικῆς α′, β′. (63)
Τέχνη, α′. (64)
Ἄλλη Τεχνῶν συναγωγὴ, α′, β′.
Μεθοδικὸν, α′.
* Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ, α′. (65)
** Πραγματείας Τέχνης ποιητικῆς, α′, β′. (66)
Ἐνθυμήματα ῥητορικὰ, α′. (67)
Περὶ Μεγέθους, α′. (68)
Ἐνθυμημάτων διαιρέσεις, α′. (69)
Περὶ Λέξεως, α′, β′. (70)
Περὶ Συμβουλίας, α′. (71)
Συναγωγῆς, α′, β′.
Περὶ Φύσεως, α′ β′, γ′. (72)
Φυσικὸν, α′. (73)
* Περὶ τῆς Ἀρχυτείου φιλοσοφίας, α′, β′, γ′. (74)
Περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, α′. (75)
* Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων. (76)
** Πρὸς τὰ Μελίσσου, α′. (77)
Πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, α′. (78)
Πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, α′.
** Πρὸς τὰ Γοργίου, α′. (80)
(**) Πρὸς τὰ Ξενοκράτους, α′. (-φάνους).
** Πρὸς τὰ Ζήνωνος, α′.
* Περὶ τῶν Πυθαγορείων, α′. (79)
** Περὶ Ζώων, α′, β′, γ′, δ′, ε′ ς′, ζ′, η′, θ′. (82)
* Ἀνατομῶν α′, β′, γ′, δ′, ε′, ς′, ζ′. (84)
* Ἐκλογὴ Ἀνατομῶν, α′. (85)
Ὑπὲρ τῶν συνθέτων Ζώων, α′. (83)
Ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων Ζώων, α′. (86)
Ὑπὲρ τοῦ μὴ Γεννᾶν, α′. (81)
* Περὶ Φυτῶν, α′, β′. (87)
Φυσιογνωμονικὸν, α′. (87)
Ἰατρικὰ, β′. (89)

Topicorum ad definitiones, I, II.
Perturbationes I.
Divisibilium I.
Mathematicum, I.
Definitiones, XIV.
Epichirematum, I, II.
De Voluptate, I.
Propositiones, I.
De Voluntario, I.
De Pulchro, I.
Quæstiones epichirematicæ, XXV.
Quæstiones amatoriæ, IV.
Quæstiones de amicitia, IV.
Quæstiones de anima, I.
Politicorum II.
Politicæ auditionis ut et Theophrasti, I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII.
De Justis, I, II.
Artium compendium, I, II.
Artis Rhetoricæ I, II.
Ars, I.
Aliud Artium compendium, I, II.
Methodicum, I.
Artis Theodectis compendium, I.
Tractatio de arte poetica, I, II.
Enthymemata rhetorica, I.
De Magnitudine, I.
Enthymematum divisiones, I.
De Dictione, I, II.
De Consilio, I,
Collectionis, I, II.
De Natura, I, II, III.
Physicum, I.
De Archytea philosophia, I, II, III.
De Speusippi et Xenocratis, I.
Excerpta e Timæo et Archyta.
Adversus Melissum. I.
Adversus Alcmæonem, I.
Adversus Pythagoreos, I.
Adversus Gorgiam, I.
Adversus Xenocratem (*-phanem*), I.
Adversus Zenonem, I.
De Pythagoreis, I.
De Animalibus, I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX.
Anatomorum I, II, III, IV, V, VI, VII.
Ecloga Anatomorum, I.
De Animalibus compositis, I.
De fabulosis Animalibus, I.
De non Gignendo, I.
De Plantis, I, II.
Physiognomonicum, I
Medicinalia, II.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Περὶ Μονάδος, α'. (91)
Σημεῖα χειμώνων, α'. (90)

(ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ.)

www.hbtool.com.cn

Ἀστρονομικὸν, α'. (92)
Ὀπτικὸν, α'. (94)
Περὶ Κινήσεως, α'. (93)
Περὶ Μουσικῆς, α'. (95)
Μνημονικὸν, α'. (100)
* Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν α', β', γ', δ', ε', ς'. (97)
Ποιητικῶν α'. (99)
Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον λη'. (101)
Ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων α', β'.
* Ἐγκυκλίων α', β'. (104)
** Μηχανικῶν α'. (105)
Προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου, ζ'. (107)
Περὶ τῆς Λίθου, α'.

(ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.)

Παραβολαὶ, α'. (109)
Ἄτακτα, ιβ'. (110)
Ἐξηγημένα κατὰ γένος, ιδ'. (112)
* Δικαιώματα, α'. (111)
Ὀλυμπιονῖκαι, α'. (113)
Πυθιονῖκαι, α'.
(Περὶ) Μουσικῆς, α'. (114)
Πυθικὸς, α'.
Πυθιονικῶν ἔλεγχοι, α'.
Νῖκαι Διονυσιακαὶ, α'. (116)
Περὶ Τραγῳδιῶν, α'. (117)
* Διδασκαλίαι, α'. (118)
Παροιμίαι, α'.
Νόμος συστατικὸς, α'. (119)
Νόμοι, α', β', γ', δ'. (120)
** Κατηγορίαι, α'. (121)
** περὶ Ἑρμηνείας, α'. (122)
Πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ρξ' [κοιναὶ] καὶ ἴδιαι, δημοκρατικαί, ὀλιγαρχικαί, ἀριστοκρατικαί, τυραννικαί. (124)

(ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΑΙ ΠΟΙΗΜΑΤΑ.)

* Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Σηλυμβρίων Ἐπιστολαί. * Πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπιστολαί, δ'. * Πρὸς Ἀντίπατρον, θ'. Πρὸς Μέντορα, α'. Πρὸς Ἀρίστωνα, α'. Πρὸς Ὀλυμπιάδα, α'. Πρὸς Ἡφαιστίωνα, α'. Πρὸς Θεμισταγόραν, α'. Πρὸς Φιλόξενον, α'. Πρὸς Δημόκριτον, α'. (126)
Ἔπη, ὧν ἀρχή· « Ἀγνὲ θεῶν πρέσβιστ' ἀκαταβόλε. » (127)

De Monade, I.
Signa tempestatum, I.

(PROBLEMATA).

Astronomicum, I.
Opticum, I.
De Motu, I.
De Musica, I.
Memoriale, I.
Quæstionum Homericarum I, II, III, IV, V, VI.
(«) poeticarum I.
(«) physicarum secundum literarum ordinem XXXVIII.
Problematum perspectorum I, II.
(«) encyclicorum I, II.
Mechanicorum I.
Problemata e Democrito, VII.
De Lapide, I.

(COMMENTARII.)

Parabolæ, I.
Miscellanea, XII.
Exposita secundum genus, XIV.
Jura, I.
Olympionicæ, I.
Pythionicæ, I.
De Musica, I.
Pythicus, I.
Pythionicarum indices, I.
Victoriæ Dionysiacæ, I.
De Tragœdiis, I.
Didascaliæ, I.
Proverbia, I.
Lex commendatitia, I.
Legum I, II, III, IV.
Categoriæ, I.
De Interpretatione, I.
Mores atque Instituta civitatum CLVIII, singulatimque de populari paucorumque et optimatum et tyrannorum imperio.

(EPISTOLÆ ET CARMINA.)

Epistolæ ad Philippum. Selymbriorum Epistolæ. Ad Alexandrum Epistolæ, IV. Ad Antipatrum, IX. Ad Mentorem, I. Ad Aristonem, I. Ad Olympiadem, I Ad Hephæstionem, I. Ad Themistagoram, I. Ad Philoxenum, I. Ad Democritum, I.
Carmina quorum initium : « *Sancte Deum arcitenens antiquissime.* »

Digitized by Google

Ἐλεγεῖα, ὧν ἀρχή· « Καλλιτέκνου μητρὸς θύγατερ. » (128)

Γίνονται αἱ πᾶσαι μυριάδες στίχων τέσσαρες καὶ τεσσαράκοντα πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις καὶ διακοσίοις ἑβδομήκοντα.

www.liptool.com.cn

Sequitur jam alius index haud multum absimilis, et ex eodem, ut videtur, fonte derivatus, addito tamen appendice amplior. Servatus est in Anonymi cujusdam vita Aristotelis, Ἀριστοτέλους βίος καὶ συγγράμματα αὐτοῦ inscripta, de qua ita Ægidius Menagius qui eam primus in lucem protulit, in Observationibus ad librum V Diogenis Laertii, p. 202 : *Hanc Aristotelis vitam incerti auctoris mecum olim communicavit Philippus Loialtæus nostras* (1), *quam unde habuerit mihi non liquet. Eam viderat Octavianus Ferrarius, teste Nunnesio : qui quidem Nunnesius ea uti quondam prodiret optabat.* Hæc vita, quam ex ampliore opere Hesychii Illustris de claris Philosophis excerptam esse, satis probabili argumento a Rosio demonstratum est (cf. *de Aristotelis librorum ordine et auctoritate*, Lips. 1854. p. 40), in codice Bibliothecæ Ambrosianæ R 117 (Cf. Rose, *Aristot. Pseudepigr.*, p. 708 et add. ad pag. 10) invenitur, et in alio codice, quem in insula Patmo exstare indicavit Tischendorfius v. cl. (cf. *Wiener Jahrb. der Litt. Bd.* 110. *Anz. Bl.* p. 17 et ejusdem *Reise in den Orient*, II, p. 231).

Numeri uncis inclusi titulorum sedem in priore indice declarant.

Περὶ Δικαιοσύνης, δ'. (1)
Περὶ Ποιητῶν, γ'. (2)
Περὶ Φιλοσοφίας, δ'. (3)
Πολιτικὸν, α'. (4)
Περὶ Πολιτικῆς ἢ Γρύλλος, γ'. (5)
Νήρινθος, α'. (6)
Περὶ Πλούτου, α'. (11)
Σοφιστικῆς α'. (7)
Περὶ Εὐχῆς, α'. (14)
Μενέξενος, α'. (8)
Περὶ Εὐγενείας, α'. (15)
Ἐρωτικὸς, α'. (9)
Περὶ Ψυχῆς, α'. (13)
Προτρεπτικὸν, α'. (12)
Περὶ Ἡδονῆς, α'. (16)
Περὶ Βασιλείας, α'. (18)
Οἰκονομικὸν, α'. (23)
Περὶ Παιδείας ἢ Παιδευτικὸν, α.' (19)
Συλλογισμῶν α'. (48)
Περὶ τοῦ Ἀγαθοῦ, α'. (20)
Περὶ Ἀρχῶν ἢ Φύσεως, α'.
Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ Ἀποικιῶν, α'. (17)
Τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος, β'. (21)
Περὶ Φιλίας, γ'. (24)
Περὶ Ἐπιστημῶν, α'. (26)
Περὶ Εἰδῶν, α'. (31)
Λύσεις ἐριστικαὶ, δ'. (28)
Περὶ Πάθους ὀργῆς, α'. (37)
Διαιρέσεις σοφιστικαὶ, α'. (29)
Περὶ Ἐναντίων, α'. (30)
Ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν γ'. (33)
Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, β'. (34)

Elegi quorum initium : « *Formosa sobole florentis filia matris.* »

Omnes efficiunt myriades versuum quadraginta quattuor supra quinquies mille ducentos septuaginta.

ANONYMI INDEX.

De Justitia, IV.
De Poetis, III.
De Philosophia, IV.
Politicum, I.
De Politica sive Gryllus, III.
Nerinthus, I.
De Divitiis, I.
Sophisticæ I.
De Precatione, I.
Menexenus, I.
De Nobilitate, I.
Amatorius, I.
De Anima, I.
Cohortatorius, I.
De Voluptate, I.
De Regno, I.
Œconomicus, I.
De Institutione sive Institutio, I.
Syllogismorum I.
De Bono, I.
De Principiis sive Natura, I.
Alexander sive de coloniis, I.
Excerpta e Platonis Legibus, II.
De Amicitia, III.
De Disciplinis, I.
De Speciebus, I.
Solutiones disputatoriæ, IV.
De Perturbatione iræ, I.
Divisiones sophisticæ, I.
De Contrariis, I.
Commentariorum epichiremeticorum III.
Propositiones de virtute, II.

(1) Cf. Menagiana ed. Amst. 1694 p. 168 : *J'ay connu un avocat de notre ville d'Angers qui s'appelloit Loyauté.*

Digitized by Google

Περὶ Στοιχείων, γ'. (39)
Ἐνστάσεις. (35)
Περὶ τῶν Ποσαχῶς λεγομένων ἢ τῶν κατὰ πρόθεσιν, α'. (36)
Προτάσεων α'. (46)
Ἠθικῶν κ'. (38)
Περὶ Ἐρωτήσεως καὶ Ἀποκρίσεως, α'. (44)
Προτάσεων ἐριστικῶν α'. (47)
Περὶ Ἰδέας, α'. (54)
Ἀναλυτικῶν προτέρων θ'. (49)
Ἀναλυτικῶν ὑστέρων β'. (50)
Προβλημάτων. (51)
Μεθοδικά. (52)
Περὶ τοῦ Βελτίονος, α'. (1)
Συλλογισμῶν β'. (56)
Συλλογιστικῶν ὅρων α'. (57)
Περὶ Αἱρετοῦ καὶ Συμβαίνοντος, α'. (58)
Τὰ πρὸ τῶν Τόπων, α'. (59)
Περὶ Ἐκουσίων, α'. (58)
Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους καὶ πάθη, α'. (60, 61)
Ὁρισμῶν βιβλία, ιγ'. (64)
Ἐπιχειρημάτων β', (65)
Περὶ Κάλλους, α'. (69)
Περὶ Δικαίων, β'. (76)
Θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ, ἐν βιβλίοις κε'. (70)
Θέσεις ἐρωτικαὶ, ἐν βιβλίοις δ'. (71)
Θέσεις φιλικαὶ, ἐν βιβλίοις β'. (72)
Θέσεις περὶ ψυχῆς, ἐν βιβλίῳ α'. (73)
Θέσεις πολιτικαὶ, β'. (74)
Πολιτικῆς ἀκροάσεως κ'. (76)
Τεχνῶν συναγωγὴ, α'. (77)
Τέχνης ῥητορικῆς γ'. (78)
Τέχνης α'. (79)
Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγῆς ἐν γ'. (82)
Τέχνης ποιητικῆς, β'. (83)
Ἐνθυμημάτων ῥητορικῶν α'. (84)
Περὶ Μεγέθους. (85)
Ἐνθυμημάτων καὶ Αἱρέσεων. (86)
Περὶ Λέξεως καθαρᾶς, α'. (87)
Περὶ Συμβουλῆς, α'. (88)
Περὶ Φύσεως, α'. (90)
Περὶ Φυσικῶν, α'. (91)
Περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας, γ'. (92)
Περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, α'. (93)
Ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχύτου, α'. (94)
Πρὸς τὰ Μελίσσου, α'. (95)
Πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, α'. (96)
Περὶ τῶν Πυθαγορείων, α'. (101)
Πρὸς τὰ Γοργίου, α'. (98)
Περὶ τοῦ μὴ Γεννᾶν. (107)
Περὶ Ζώων, θ'. (102)
Περὶ τῶν συνθέτων Ζώων, α'. (105)

De Elementis, III.
Objectiones.
De his quæ variis modis dicuntur sive secundum propositionem, I.
Propositionum I.
Ethicorum XX.
De Interrogatione et Responsione, I.
Propositionum contentiosarum I.
De Idea, I.
Analyticorum priorum IX.
Analyticorum posteriorum II.
Problematum.
Methodica.
De Meliori, I.
Syllogismorum II.
Syllogisticarum definitionum I.
De Optabili et Accidenti, I.
Quæ ante Topica sunt, I.
De Voluntariis, I.
Topicorum ad definitiones et perturbationes I.
Definitionum libri XIII.
Epichirematum II.
De Pulchritudine, I.
De Justis, II.
Quæstiones epichirematicæ, in libris XXV.
Quæstiones amatoriæ, in libris II.
Quæstiones de amicitia, in libris II.
Quæstiones de anima, in libro I.
Quæstiones politicæ, II.
Politicæ auditionis XX.
Artium compendium, I.
Artis rhetoricæ III.
Artis I.
Artis Theodectis compendium, in libris III.
Artis poeticæ II.
Enthymematum rhetoricorum I.
De Magnitudine.
Enthymematum et Electionum.
De pura Dictione, I.
De Consilio, I.
De Natura, I.
De Naturalibus, I.
De Archytæ philosophia, III.
De Speusippi et Xenocratis, I.
Excerpta e Timæo et Archyta, I.
Adversus Melissum, I.
Adversus Alcmæonem, I.
De Pythagoreis, I.
Adversus Gorgiam, I.
De non gignendo.
De Animalibus, IX.
De Animalibus compositis, I.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Περὶ Ἀνατομῶν, ς'. (103)
Ἐκλογὴ τούτων, α'. (104)
Περὶ τῶν μυθολογουμένων Ζώων, α'. (106)
Περὶ Φυτῶν, β'. (108)
Φυσιογνωμονικὰ, β'. (109)
Περὶ Ἰατρικῆς, β'. (110)
Συμμαχίας χειμώνων α'. (112)
Περὶ Μονάδος, α'. (111)
Ἀστρονομικὸν, α'. (113)
Περὶ Κινήσεως, α'. (115)
Ὀπτικὸν, α'. (114)
Περὶ Μουσικῆς, α'. (116
Πέπλον.
Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν ζ'. (118)
Ἀπορημάτων θείων α'.
Ποιητικὸν, α'. (119)
Μνημονικὸν, α'. (117)
Φυσικῶν λη' κατὰ στοιχεῖον. (120)
Μεταφυσικὰ, κ'.
Προβλημάτων ἐπιτεθεαμένων. (121)
Ἐγκύκλιον, β'. (122)
Μηχανικὸν, α'. (123)
Κύκλον περὶ ποιητῶν, γ'
Προβλημάτων Δημοκριτείων β'. (124)
Περὶ τῆς Λίθου, α'. (125)
Παραβολῶν α'. (126)
Διατάκτων ιβ'. (127)
Δικαιωμάτων πόλεων α'. (129)
Ἐξητασμένων κατὰ γένος ιδ'. (128)
Ὀλυμπιονικὰς, βίβλους ἐν ᾧ Μέναιχμον ἐνίκησεν. (130)
Περὶ Μουσικῆς, α'. (132)
Ἐλέγχων σοφιστικῶν ἢ περὶ ἐριστικῶν νικῶν.
Διονυσιακῶν ἀστικῶν καὶ Ληναίων προοιμίων α'. (135)
Περὶ Τραγῳδιῶν, α'. (136)
Περὶ Διδασκαλιῶν, α'. (137)
Νόμων συστατικῶν α'. (139)
Νομίμων δ'. (140)
Κατηγοριῶν α'. (141)
Περὶ Ἑρμηνείας. (142)
Προτέρων Ἀναλυτικῶν β'.
Πολιτείας πόλεων ἰδιωτικῶν καὶ δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν, ρνη'. (143)
Συσσιτικῶν προβλημάτων γ'.
Ἐπιστολὰς, κ'. (144)
Ἔπη, ὧν ἀρχή· « Ἄγνὲ θεῶν πρέσβισθ' ἑκατηβόλε. » (145)
Ἐλεγεῖα ὧν ἀρχή· « Καλλιτέχνου μητρὸς θύγατερ. » (146)

De Anatomis, VI.
Horum Ecloga, I.
De fabulosis Animalibus, I.
De Plantis, II.
Physiognomonica, II.
De Medicina, II.
Tempestatum societatis I.
De Monade, I.
Astronomicum, I.
De Motu, I.
Opticum, I.
De Musica, I.
Poeticum.
Quæstionum Homericarum VII.
Quæstionum divinarum I.
Poeticum, I.
Mnemonicum, I.
Physicorum XXXVIII secundum literarum ordinem.
Metaphysica, X.
Quæstionum perspectarum.
Encyclicum, II.
Mechanicum, I.
Cyclum de Poetis, III.
Problematum Democriteorum II.
De Lapide, I.
Parabolarum I.
Miscellaneorum XII.
Jura urbium, I.
Exquisitorum secundum genus, XIV.
Olympionicas libros, in quo vicit Menæchmum
De Musica, I.
Elenchorum sophisticorum sive de contentiosis victoriis.
Dionysiacorum urbanorum et Lenæorum proœmiorum I.
De Tragœdiis, I.
De Didascaliis, I.
Legum commendatitiarum I.
Legitimorum IV.
Categoriarum I.
De Interpretatione.
Priorum Analyticorum II.
Mores atque Instituta civitatum idioticarum et democraticarum et oligarchicarum.
Convivalium Problematum III.
Epistolas, XX.
Carmina, quorum initium : *Sancte deorum, venerande longe jaculans.*
Elegiæ, quarum initium : *Pulchra arte præditæ matris filia.*

www.tipool.com.cn
Digitized by Google

(ΑΛΛΟΣ ΠΙΝΑΞ.)

Περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, ε'.
Περὶ Μακροβιότητος.
Εἰ δήποτε Ὅμηρος ἐποίησε τὰς Ἡλίου βοῦς.
Ἀπορήματα Ἡσιόδου, ἐν α'.
Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδου, Χοιρίλου, ἐν βιβλίοις ς'.
Ἀπορημάτων ποιητικῶν α'.
Αἰτίας ποιητικάς.
Προβλημάτων Ὁμηρικῶν ι'.
Φυσικῆς Ἀκροάσεως ιη'.
Περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς, β'.
Περὶ Μετεώρων, δ', ἢ Μετεωροσκοπικά.
Περὶ Πλούτου, α'.
Περὶ Τύχης, γ'.
Περὶ Ῥητορικῆς τῆς μετὰ [τὰ] φυσικὰ, ι'.
Περὶ Ζώων ἱστορίας, ι'.
Περὶ Ζώων κινήσεως, γ'.
Περὶ Ζώων μορίων, γ'.
Περὶ Ζώων γενέσεως, γ'.
Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως.
Περὶ τῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν Οὐσίας.
Περὶ Συσσιτίων ἢ Συμποσίων.
Περὶ Δόξης.
Περὶ Ἀρετῆς.
(ἢ) Περὶ Φωνῆς.
Περὶ Συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός.
Νόμους ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς.
Περὶ Ἰατρικῆς, ζ'.
Συμμίκτων Ζητημάτων οβ', ὡς φησιν Εὔκαιρος ὁ ἀκουστὴς αὐτοῦ.
Πέπλον· περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον.
Περὶ Χρόνου.
Περὶ Βασιλείας.
Περὶ Παιδείας.
Περὶ Ὄψεως, β'.
Περὶ Ἠθῶν Νικομαχείων ὑποθήκας.
Περὶ Ἀλεξάνδρου, η'.
Περὶ Ῥήτορος ἢ Πολιτικοῦ.
Τέχνην ἐγκωμιαστικήν.
Θαυμασίων Ἀκουσμάτων.
Ἐγκώμια ἢ Ὕμνους· διάφορα.
Ἐρωτικῶν ς'.
Περὶ Εὐγενείας, α'.
Περὶ Ἀνθρώπου Φύσεως.
Περὶ Κόσμου Γενέσεως.
Νόμιμα Ῥωμαίων.
Νομίμων βαρβαρικῶν συναγωγή.

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ.

Ἀνατομὴ ἀνθρώπου.

(ALIUS INDEX.)

De Solonis axibus, V.
De Longævitate.
Num umquam Homerus Solis boves finxerit?
Quæstiones Hesiodeæ in I.
Quæstiones de Archilocho, Euripide, Chœrilo, in libris III.
Quæstionum poeticarum, I.
Causas poeticas.
Problematum Homericorum IX.
Physicæ Auscultationis XVIII.
De Generatione et Corruptione, II.
De Meteoris, IV, sive Meteoroscopica.
De Divitiis, I.
De Fortuna, III.
De Rhetorica metaphysices, X.
De Animalium historia, X.
De Animalium motu, III.
De Animalium partibus, III.
De Animalium generatione, III.
De Nili incremento.
De Disciplinarum essentia.
De Convivlis aut Symposiis.
De Gloria.
De Virtute.
De Voce.
De Convictu viri et feminæ.
Leges viri et nuptæ.
De Medicina, VII.
Variarum Quæstionum LXXII, ut dicit Eucærus ejus auditor.
Peplum; continet autem variam historiam.
De Tempore.
De Regno.
De Institutione.
De Visu, II.
Argumenta Ethicorum Nicomacheorum.
De Alexandro, VIII.
De Rhetore sive Politico.
Artem laudatoriam.
Mirabilium Auscultationum.
Encomia sive hymni, varia.
Amatoriorum VI.
De Nobilitate, I.
De Hominis Natura.
De Mundi Origine.
Instituta Romanorum.
Institutorum barbaricorum collectio.

FALSO INSCRIPTA SUNT.

Anatome hominis.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Ἀπολογία εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα.
Γεωργικά.
Ἐγκώμιον λόγου.
Μαγικόν.
Περὶ Σωφροσύνης.
Ἀλεξάνδρου ἐγκλησία.
Ἐγκώμιον πλούτου.
Πρὸς Ἀλέξανδρον.
Περὶ Μεθόδου.

www.libtool.com.cn

Tertium indicem, et ipsum a græco, ut videtur, auctore conscriptum, sed duplici versione multis in locis ita corruptum, ut plerumque nullus satis commodus e verbis sensus elici possit, ideo omittere noluimus, quod nonnulla in illo inveniuntur ad dijudicandam hanc totam quæstionem non inutilia fortasse. Hæc autem tabula in arabici cujusdam scriptoris, Dschemaleddini, a. 1172 p. Chr. nati, exstat opere de viris eruditione claris, quod ultra trecentorum virorum eruditorum vitas, secundum literarum seriem digestas, complectitur. E quo quum primum a Casirio, in *Bibliotheca arabica Escurialensi*, T. I, p. 304 sqq., editus esset librorum Aristoteleorum index, iterum publici juris factus est e codice bibliothecæ Cæsar. Palatinæ Vindobonensi a Wenrichio, in commentatione *De auctorum græcorum versionibus et commentariis syr. arab. armen. persicisque*, Lips. 1842. Hujus versionem latinam secuti sumus, additis tamen iis quæ vel apud solum Casirium inveniuntur, vel quæ ab eo aliter expressa sunt.

Horum librorum recensioni fidem atque auctoritatem adjecit indiculus, quem Ptolemæus in libro in Agallim (vel *Agalliam*) *repræsentat* (Hæc apud Casirium in fronte indicis leguntur).

Exhortatio ad philosophiam, libri III (*Munimenta philosophiæ, libri III*, Casiri).
Liber Sophista nuncupatus.
De Justitia, libri IV.
De Institutione morumque elegantia, libri IV (*De pietatis exercitationibus ac de moribus viro cuique accommodatis, libri IV*, Cas.).
De Generis Nobilitate, libri IV.
De Poetis, libri III (deest apud Cas.).
De Regno, libri V (deest apud Cas.).
De Bono, libri V.
De Archytæ philosophia, libri III.
De Lineis insecabilibus, libri III.
De Justis, libri IV.
De Contrariis ac Diversis, libri IV (*De Demonstrationibus ac Propositionibus contentiosis, libri IV*, Cas.).
De Amore, libri III.
De Ideis, utrum exsistant necne, libri III.
Compendium operis Platonici de Regimine civitatum, libri II (*De Regimine sanitatis, libri II, qui sunt Platonici operis compendium*, Cas.).
De Voluptate, liber I.
De Motu, libri VIII.
Quæstiones epichirematicæ, libri II.
De arte poetica secundum Pythagoræ ejusque sectatorum placita, libri II (*sec. Pythagoram ejusque sectatores*, Cas.).
De Spiritu animali, libri III.
Epistolæ, libri III.
De Nilo Ægyptiaco, libri III.
De Animalium captura, nec non de locis, quibus deversantur atque delitescunt, liber I (*De aucupio, piscatu et venatu, ubi de animalium locis et cubilibus, liber I*, Cas.).
Concilium artium, liber I (*Collectio artium, liber I*, Cas.).
De Rebus amatoriis, libri III.
De Interpretatione, liber I, qui dialecticæ est secundus.
Analyticorum priorum, libri II.
Analyticorum posteriorum, libri II.
(*De Sophisticis Elenchis, liber I.* Cas.).
Ethicorum quæstiones majores, libri II.
Ethicorum quæstiones minores, Eudemo inscriptæ, libri VIII.
De Republica, libri VIII.
Artis rhetoricæ, libri III.
Physicæ auscultationis, sive *doctrinæ naturalis, libri VIII.*
De Cœlo et mundo, libri IV (*libri X*, Cas.).
De Generatione et Corruptione, libri II.
De Meteoris, libri IV.
De Anima, libri III.
De Sensu et Sensibili, liber I.
De Memoria et somno, liber I (1).

(1) Cf. Suidas apud quem v. Μνήμη, Aristoteles ἐν τῷ περὶ Μνήμης καὶ Ὕπνου καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς laudatur.

Apologia pietatis adversus Eurymedontem.
Georgica.
Laus orationis.
Magicum.
De Prudentia.
Alexandri accusatio.
Laus divitiarum.
Ad Alexandrum.
De Methodo.

Digitized by Google

De Animalium motu eorumque anatomia, libri VII.
De Animalium natura, libri XV.
De Partibus vitalibus, libri IV.
De Generatione animalium, libri V.
De Animalium motu locali, sive incessu, liber I.
De Longitudine et brevitate vitæ animalium, liber I.
De Vita et Morte, liber I.
De Plantis, libri II.
Metaphysicorum, libri XIII.
De Materia quæstiones, liber I.
Quæstiones physicæ, libri IV.
Divisiones, libri XXVI. Argumentum libri ita indicatur: *Tractat in hoc libro de temporis, animi atque cupiditatum divisionibus, de agente, patiente et actione, de amore, de boni generibus, in quibus alia, quæ intellectu percipiuntur, alia quæ in animo, alia quæ extra animum sunt: denique de bonitate atque malitia, necnon de variis disciplinis artibusque.*
Platonis jusjurandum, libri IV (*De Platonis testamento, libri VI.* Cas.).
De Divisione conditionum, quæ requiruntur de dicendo, libri III (*De divisione et conditionibus in dicendo, libri III.* Cas.).
De Contradictione, ubi docetur antecedentia contradictionis ex ipsa disputatione esse petenda, libri XXXIX (*De contradictoriis, ubi docet contradictori antecedentia ex ipso adversarii argumento esse petenda, sive in ipsum retorquenda, libri XXXIX.* Cas.).
Objecta amatoria sive de rebus amatoriis, liber I.
Objecta physica, quæ dicuntur θέσεις μουσικαί, liber I (*Argumenta physica de musica theses dicta, liber I.* Cas.).
De Locis, unde argumenta petenda sunt, liber I.
Definitiones, libri XVI.
De Rebus ad definitionem pertinentibus, libri IV (*De rebus divisibilibus, libri IV.* Cas.).
Definitiones topicæ, liber I (*Topicorum ad definitiones, liber I.* Cas.).
Descriptio definitionum topicarum, libri III.
Definitionum descriptio, libri II (*De differentiis topicis, libri II.* Cas.).
(*Terminorum descriptio, libri II.* Cas.).
Quæstiones, libri XXVIII (1).
Prolegomena in problemata, libri II (deest ap. Casir.).
Quæstiones orbiculares, in præceptorum usum.
Præcepta, libri IV (*De testamenti periglomata* (sic). Cas.).
Memoriale, libri I.
Quæstiones medicæ, libri V.
De Alimentorum regimine, liber I.
De Agricultura, libri XV.
De Humoribus, liber I.
De Siccitate, liber I.
De Accidentibus universalibus, liber I.
De Meteoris, libri III.
De Generatione animalium, libri III.
De Verborum significatione, libri II (*De Propositionum sensu, libri II.* Cas.).
De Propositionibus, libri XXXIII (*De Thesibus, libri XXIII, item liber alter de eodem argumento.* Cas.).
De civitatum regimine, liber I, in quo de complurium populorum atque civitatum regimine tractatur, quarum numerus CLXXI.
Commentarii, qui inscribuntur ὑπομνήματα, *libri XVI.*
De Contradictionibus, liber I (*De contrariis, id est, rationes epichirematicæ.* Cas.).
Epitaphia heroum quæ Pepli nomine censentur, libri VI.
De Tempore, liber I.
Aristotelis Epistolæ, quas in VIII libros contulit Aretas.
De Urbium moribus, libri II.
Epistolæ aliæ, quas XX libris Andronicus invenit, præter illas, quæ in libro V Andronici de Aristotelis scriptis memorantur (*Aliæ Epistolæ, libri XX recensuit Andronicus, præter illas, quæ in libro V Andronici memorantur.* (Cas. addens: *ubi et Aristotelis librorum index occurrit*).
Quæstiones de Homeri versibus maxime reconditis, libri X.
De universo Medicinæ sensu, liber I (*De universa Medicina, liber I, Iatrice inscriptus,* Cas.).

Eandem hanc inconditam sane titulorum farraginem, in opere apud illos qui in hisce studiis versantur celebratissimo, Lexicon bibliographicum inscripto, repetiit Hadschi Chalifa, Constantinopolitanus, qui a. 1658 p. Chr. n. supre-

(1) In alio codice Dschemaluddini LXVIII numerantur libri teste Wenrichio l. l. p. 153.

www.liptool.com.cn
Digitized by Google

mum diem obiit. Libris a Dschemaluddino recensitis adjunxit aliorum seriem, quos vero tales esse ostendunt qui enumerantur tituli, ut omni fere auctoritate destituti sint. Apponamus tamen et illos, quales apud Wenrichium l. l. p. 158 sq. leguntur, ne quid omnino desideretur :

De Physiognomonia, liber.
De Syllogismis, libri II.
De Siderum arcanis, liber.
De Numeris liber.
De Vino ejusque potu ac inebriandi vi, quæstiones XXII.
De Sanguinis profusione.
De Fallacia, sive *de Patrociniis fallacibus.*
Exhortationes.
De Lapidibus.
De Coitu.
De Metallifodinis.
De Arteriarum pulsu.
De Objectis, libri XXXIV.
De Stellis labentibus.
Timæus, de scientia magica ad modum Græcorum.
De Sanitate et Morbo.
De Universi natura, ad Alexandrum.
De Definitionum contradictione, libri II.
De Demonstratione, libri II.
De Relatis.
De Grammaticis arcanis.
Mille verba de astrologia judiciaria.
De Speculo.
De Summo Imperio.
Liber apologeticus.
De Vincente et victo, quærente et quæsito, ad Alexandrum Magnum.

Collatis inter se hisce tabulis, facile apparebit a Diogene exscriptam ceteris longe præstantiorem esse, cum propter ipsum titulorum quos recenset numerum, tum quod in ea singuli majore cum cura describuntur, quanquam nec hæc ita diligens fuit, ut Diogenis exemplo pristina catalogi forma satis fideliter expressa videatur. Ad hanc proxime accedit quæ Anonymi vocatur, vix tantopere discrepans quominus ex eodem fonte derivata esse existimanda sit. Quem et ipsum in Dschemaluddini catalogo quodammodo agnoscere licet. Eo vero libentius adducor ut hisce omnibus unam communemque originem tribuendam esse contendam, quod nullo modo mihi persuadere possum, numerum eorum qui data opera in antiquitate indices omnium librorum, quos vel conscripserat Aristoteles, vel qui sub ejus nomine circumferebantur, condiderint, revera tantum fuisse, quantum a nonnullis indicatum reperio. Deinde vero, si cum illo quod in simili plane re ab Hermanno Usenero rectissime observatum est, in *Analectis Theophrasteis*, Lips., 1858, p. 24 : « Omnibus antiquorum πινάκων reliquiis, si librorum tabulas ab ipsis scriptoribus aut discipulis familiarissimis confectas, ut par est, excipias, id proprium est quod ea tantum quæ certis in bibliothecis sive Alexandrina sive Pergamena sive aliis collecta erant respici solent volumina », ea conjungimus quæ narrant Athenæus, Epit., I, p. 3, A, Galenus in Hippocrat. De nat. hom., I, 42, Aristotelis interpretes, Ammonius in Categ. f. 9 verso, David, ib., p. 28, A, 11, de cura, licet parum cauta, quam in coacervandis voluminibus Aristotelis nomine inscriptis Ægypti reges posuerant, quin jam Alexandriæ condita fuerit tabula Aristoteleorum librorum nullo modo dubium videri poterit, nisi credas illos qui vel Alexandrinis bibliothecis præerant, vel quibus ad illas aditus patebat, minus studiosos fuisse in recensendis et enumerandis Aristotelis libris, quam in coemendis Ptolemæos. At talem originem manifeste prodit index Diogenis : quî enim aliter fieri potuerit, ut longe maxima pars librorum Aristotelis, qui hodie superstites sunt, in illo desiderentur, equidem ego nullo modo video. De auctore autem indicis si quærimus, nullus est ad quem commodius referatur, etsi de eo nullum disertum testimonium exstat, quam ad Callimachi discipulum, Hermippum Smyrnæum, peripateticum. Nam quum, ut duobus in locis scholiasta Theophrasti declarat, in finem Metaphys. p. 323, ed. Brandis : Τοῦτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικος μὲν καὶ Ἕρμιππος ἀγνοοῦσιν· οὐδὲ γὰρ μνείαν αὐτοῦ ὅλως πεποίηνται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν Θεοφράστου βιβλίων· Νικόλαος δ' ἐν τῇ Θεωρίᾳ τῶν Ἀριστοτέλους μετὰ τὰ φυσικὰ μνημονεύει αὐτοῦ λέγων εἶναι Θεοφράστου, item in finem septimi libri De plantarum historia : Θεοφράστου περὶ Φυτῶν ἱστορίας τὸ η'. Ἕρμιππος δὲ περὶ Φρυγανικῶν καὶ Ποιωδῶν, Ἀνδρόνικος δὲ περὶ Φυτῶν ἱστορίας (1) (τὸ η' addendum est), tabulam scriptorum Theophrasti condiderit, quis minorem illum curam scriptis Aristotelis ceterorumque philosophorum quorum vitas narraverat impendisse credet? Cave autem illud objicias, Alexandrinorum animos a severioris studiis philosophiæ abhorruisse, quum

(1) Addendus est hic locus Hermippi fragmentis apud Müllerum, Hist. græc. t. III, p. 46 collectis.

Digitized by Google

ipse index, qui apud Diogenem exstat, hujus rei præclarum quoddam documentum præbeat, neque talis certe sit ut recte Andronico aliive, qui ad ipsa doctrinæ peripateticæ penetralia accesserit, tribuatur.

www.libtool.com.cn

Optime autem factum est ut de cura, quam ille vir, peripateticæ doctrinæ vere sospitator, in Aristotelis libris posuerat, egregium exstet testimonium Porphyrii, qui de editione scriptorum Plotini quam ipse paraverat quum loqueretur, exemplum se Apollodori et Andronici secutum esse hisce declarat verbis, Vita Plotini, c. 24 : Ὧν ὁ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν, ὁ δὲ τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου εἰς πραγματείας διεῖλε τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸ συναγαγών. Quæ nemo facile de omnibus, sive Aristotelis sive Theophrasti, libris dicta esse contendet. Ut enim de solo Aristotele loquar, πραγματεῖαι, quæ hîc vocantur, nullæ aliæ sunt quam quas hodie quoque in manibus habemus, logica nempe, physica, metaphysica, ethica; quas vero e variis scriptis scriptorumve partibus consarcinavit et in unum quasi corpus redactas edidit Andronicus, qui sive primus eorum partem in lucem protulit, siquidem notissimæ narrationi apud Strabonem XIII, p. 609 et Plutarchum in Vita Syllæ, c. 26, fides habenda est, sive novis, iisque melioribus exemplaribus collatis, emendavit et novo tantummodo ordine disposuit.

Sed utcunque de hac obscurissima ac minime adhuc persoluta quæstione statuendum est, illud certe concedas oportet, hujus ab Andronico institutæ divisionis ne levissimum quidem vestigium in Diogenis Laertii indice inveniri, præterquam quod, ut jam supra dictum est, in eo desideratur longe maxima pars illorum librorum, quos hodie habemus, quosque solos fere respicere solent qui post Andronicum vixerunt peripateticæ doctrinæ sectatores. Nulla igitur causa est cur de Andronico cogitemus, contrariæ vero multæ sunt, nisi tamen si quis tantum auctoritatis tribuat Plutarchi verbis, affirmantis l. l. Andronicum ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας, ut hoc uno teste et sponsore omnem controversiam sublatam censeat. Verum fac esse omnia, ut ille narrat, minime tamen inde consequetur, Diogenem, qui sexcentis in locis Hermippum nominavit, de Andronico vero plane silet, non illius quoque indice uti potuisse. Multo autem verius illud puto, Plutarchum, suo more, minus accurate locutum esse, ita ut πίνακες quos vocat nihil aliud sint quam πραγματεῖαι Porphyrii, ipsumque Andronicum nullum novum indicem omnium scriptorum Aristotelis confecisse, sed in libris, quos, teste Gellio, Noct. Att. XX, 5 et Dschemaluddino (apud Wenrich, *De auctorum græc. versionibus arab. syriac. armen.* Lips., 1842, p. 157 : *Epistolæ aliæ, quas XX libris Andronicus invenit præter illas, quæ in libro V Andronici de Aristotelis scriptis memorantur*, sive ut apud Casirium editum est, p. 308 : *Aliæ Epistolæ, libri XX recensuit Andronicus, præter illas quæ in libro V Andronici memorantur : ubi et Aristotelis librorum index occurrit*), de Aristotele conscripsit, cum multis aliis, ut exempli causa testamento Aristotelis, quod jam Hermippus dederat (cf. Athen. XIII, p. 589, C et XV, p. 696, F), tabulam quoque ab Hermippo conditam mutuam sumpsisse.

Non magis autem quam ab Andronico, ab illis qui postea vixerunt Peripateticis novi indices Aristotelis librorum conscripti esse videntur : in tali enim re nec Nicolaus Damascenus, nec Adrastus nominandi sunt (1). Unus igitur restat Ptolemæus, cujus *indiculus in libro ad Agallim* (vel *Agalliam*, quod nomen, ut γνωρίμου Aristophanis Byzantii, in schol. Venet. A ad Iliad. σ, 490 legitur; cf. Eustath. ad Iliad. p. 1156, 38), in fronte indicis Dschemaluddini, apud Casirium, in *Biblioth. arab. hisp.*, t. I, p. 304 laudatur. Eundem Ptolemæum cum Andronico conjunctum, auctor vitæ Marcianæ, p. 8. ed. Robbe exhibet : Καὶ τελευτᾷ ἐκεῖσε διαθήκην ἔγγραφον καταλιπών, ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετὰ [τῶν] πινάκ [ων] τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Quod si fides ulla habenda esset Davidi Armenio, omnis jam de hoc Ptolemæo sublata foret dubitatio : hæc enim ille in Aristot. Categ. p. 22, A, 11 : ... τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων πολλῶν ὄντων, χιλίων τὸν ἀριθμὸν (2), ὥς φησι Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἀναγραφὴν αὐτῶν ποιησάμενος καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὴν διάθεσιν. In his insignem latere errorem nemo est quin videat, ita ut sive inter illos scriptores quibus Ptolemæis nomen fuit, quærendus sit cui hunc librum tribuamus, sive, quod magis fortasse verisimile erit, Ptolemæi nomen Philadelphi recte se habere, sed falso hic pro Hermippo illatum conjiciamus, quod, quominus probabilitatis quandam speciem habeat, vix impediet titulus libri, qui huic personato Ptolemæo ab eodem Dschemaluddino tribuitur (cf. Wenrich.

(1) De hac re vide quæ a nobis disputata sunt in libro : *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*. Lips. 1865, p. 38 sqq.

(2) Cf. eund. ib. p. 24, A, 19 : τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων χιλίων ὄντων τὸν ἀριθμὸν, ὡς Ἀνδρόνικος παραδίδωσιν.

Digitized by Google

l. l. p. 237) : *De Aristotelis vita, morte scriptorumque ordine*, quippe quæ omnia facile ex uno eodemque fonte fluxisse potuerint.

Quæ si vere a nobis disputata sunt, jam illud perspicitur, quid de indicis quem communem ceterorum fontem et originem habemus auctoritate atque fide statuendum sit. Si enim nihil aliud continet tabula apud Diogenem Laertium servata, quam titulos illorum librorum, qui ineunte fere altero post philosophi mortem sæculo, ejus nomine inscripti, in Alexandrina bibliotheca asservabantur, quibus et alii dubiæ fidei, quorum mentionem se consulto prætermisisse testatur Diogenes, additi erant, tale habemus testimonium, cui propter antiquitatem nullo modo omnis fides deroganda est, etsi multæ sint gravesque causæ quibus ejus auctoritas minuatur. Jam enim illud ex ipso indice perspicuum est, inter ipsos philosophi libros, tales apponi qui e majoribus tantum modo excerpti erant. Nec minor deinde ex illorum narrationibus oritur dubitatio, qui testantur non parvum numerum librorum, per fraudem Aristotelis nomine inscriptorum, Ægyptiis et Pergamenis regibus oblatum esse. Quibus si addis ipsam difficultatem dignoscendi auctores tot voluminum absque nominibus traditorum, erroremque e temerariis criticorum conjecturis ortum, non negabis satis amplam materiem dubitationis superesse. Ex altera tamen parte, haud pauca sunt, quæ non plane inconsideratam illius fuisse demonstrent operam, qui hanc tabulam condidit. De qua profecto melius judicaremus, si et illorum librorum titulos adjicere non omisisset Diogenes Laertius, quos ut supposititios a ceteris segregaverat auctor indicis. Etsi igitur libenter concedam haudquaquam omnes qui in hoc indice recensentur libros pro genuinis haberi posse, tamen affirmare non dubito, si excipias illos de quibus supra jam diximus e majoribus excerptos, reliquorum vix unum alterumve esse, de quo satis validis argumentis demonstrari possit revera eum Aristoteli abjudicari debere. Quod autem plane aliter se habet, si vel Appendicem qui post Anonymi indicem legitur, vel præcipue Dschemaluddini catalogum cum antiquiori illo longeque præstantiori conferimus. Sed de his satis jam dicta sunt, in re præsertim, in qua, testimoniorum ob penuriam tam sæpe ad conjecturas confugiendum est.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ARISTOTELIS FRAGMENTA.

www.libtool.com.cn

DIALOGI.

In Aristoteleorum illa librorum divisione, quam ex uno eodemque, satis antiquo vero, ut videtur, fonte desumptam, plerique exhibent interpretes, qui sive ad Categorias, sive ad ipsam Aristotelis philosophiam præfationes scripsere, eorum scriptorum quæ συνταγματικὰ vocantur, et quæ ipsa ὑπομνηματικοῖς opponuntur, duplex esse genus statuitur. De hac re ita David Armenius in Categ. p. 24, B, 10 Brand. : Τῶν δὲ συνταγματικῶν τὰ μέν εἰσιν αὐτοπρόσωπα, ἃ καὶ ἀκροαματικὰ λέγονται, τὰ δὲ διαλογικὰ, ἃ καὶ ἐξωτερικὰ λέγονται· καὶ ὡς μὲν αὐτοπρόσωπα ἀντίκεινται τοῖς διαλογικοῖς, ὡς δὲ ἀκροαματικὰ ἀντίκεινται τοῖς ἐξωτερικοῖς, cum quo consentiunt Ammonius in Categ. f. 7 recto, Simplicius ib. f. 1, E ed. Basil., Joannes Philoponus ib. p. 35, B, 37 Brand. Quod si cum his conjungimus quæ paulo post apud eundem Davidem dicta sunt, l. l. v. 19 sq., eo scilicet dialogica ab acroamaticis differre, quod in illorum scripta sint gratiam, qui a philosophia alieni sunt, philosophumque in illis probabilibus tantum modo, non ad severiorem demonstrationis rationem adstrictis argumentis usum esse, sive quæ, teste Davide, l. l. v. 33, Alexandri Aphrodisæi sententia fuerat, in acroamaticis libris Aristotelem quæ sibi ipsi visa sint exposuisse, in dialogicis vero quæ aliis; deinde quæ iidem de genere dicendi magis perspicuo afferunt, quo, ut in epistolis, ita et in dialogis usum esse Aristotelem affirmant, jam omnia fere habemus testimonia de hoc scriptorum genere apud antiquos philosophi interpretes obvia. Cum eorum de hac re nimia brevitate et illud optime congruit, quod in omnibus eorum copiosissimis commentariis vix semel iterumve ex Aristotelis dialogis nonnulla proferuntur. Cujus quidem rei nulla alia quærenda est causa, quam quod, excepto fortasse Alexandro Aphrodisæo, ceteris omnibus philosophi interpretibus, quos hodie legimus, fama tantum modo obscuriore quadam innotuisse videntur Aristotelis dialogi. Unde et illud accidit, ut, licet pauca de illis afferant, nonnulla minus recte de iis tradidisse videantur. De hac tamen re postea dicemus, nunc ad illa jam transeundum est testimonia, quæ de Aristotelis dialogis apud alios inveniuntur antiquos scriptores, qui sive ipsi hoc genus philosophi librorum lectitare potuerant, sive aliorum de iis judicia retulerunt. Quorum utrum Basilius fecerit incertum est, in cujus epistola 167, t. III, p. 187, C ed. Paris., hæc occurrunt : Τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν καὶ Θεόφραστος εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν· Πλάτων δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου ὁμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται, ὁμοῦ δὲ καὶ παρακωμῳδεῖ τὰ πρόσωπα, Θρασυμάχου μὲν τὸ θρασὺ καὶ ἰταμὸν διαβάλλων, Ἱππίου δὲ τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον, καὶ Πρωταγόρου τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέρογκον. Ὅπου δὲ ἀόριστα πρόσωπα ἐπεισάγει τοῖς διαλόγοις, τῆς μὲν εὐκρινείας ἕνεκεν τῶν πραγμάτων κέχρηται τοῖς προσδιαλεγομένοις, οὐδὲν δὲ ἕτερον ἐκ τῶν προσώπων ἐπεισκυκλεῖ ταῖς ὑποθέσεσιν, ὅπερ ἐποίησεν ἐν τοῖς Νόμοις.

Etsi vero non ita multa sunt, quæ ex hac cum Platonicis Aristoteleorum dialogorum comparatione colligi possunt, illud tamen extra dubitationem positum videtur, minorem artem Aristotelis et Theophrasti dialogos, præsertim in effingendis interlocutorum moribus, ostendisse, sed quum magis in rebus ipsis doctrinisque exponendis versarentur, præterea proœmiis instructos fuisse, quibus Platonici dialogi carebant. Qualia vero hæc proœmia fuerint, quibus, præter Theophrastum, Heraclidem quoque Ponticum, qui et ipse Aristotelis discipulus fuit, usum esse testatur Proclus in Platonis Parmenidem, p. 54 ed. Cousin, et quidem ita, ut uterque justam reprehensionem non effugerint, quum, ut dicit, παντελῶς ἀλλότρια τὰ προοίμια τῶν ἑπομένων essent, optime a Cicerone docemur, qui se in hac re Aristotelis morem imitatum esse affirmat. Quum enim ab Attico rogatus esset, ut Varroni locum in libris De republica tribueret, id se in dialogo propter temporum rationem facere non

Digitized by Google

posse respondit, statim vero addit, Ep. ad Att. IV, 16 : *Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor proœmiis, ut Aristoteles in iis quos* ἐξωτερικοὺς *vocat, aliquid efficere ut istum non sine causa appellarem.* Ex hoc vero loco (cum quo cf. Epist. ad Att. XVI, 6, et XIII, 32) fortasse explicanda sunt quæ apud eundem Ciceronem alibi leguntur, Ep. ad divers. I, 9, 23 : *Scripsi igitur Aristotelis more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputationibus ac dialogo de Oratore,* ita ut, quæ hîc disputationes vocantur, nihil aliud sint quam ipsa illa proœmia, in quibus ipsius auctoris exponitur sententia. Quod si verum est, non jam huic loco alter repugnabit, in quo ita Cicero, Epist. ad Att. XIII, 19, 4 : *Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati. In eis quoque eæ personæ sunt, ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Julius frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puero me hic sermo inducitur, ut nullæ esse possent meæ partes. Quæ autem his temporibus scripsi* Ἀριστοτέλειον *morem habent : in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros* περὶ τελῶν, *ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni,* περιπατητικὰ *M. Pisoni darem.* Ad hos vero quum tertius accedit locus, in quo rursus de *Aristoteleo more* loquitur Cicero, de Oratore III, 21, 80 : *Sin aliquis extiterit aliquando, qui Aristoteleo more in utramque partem possit dicere, et in omni causa duas contrarias orationes, præceptis illius cognitis, explicare aut hoc Arcesilæ modo et Carneadis contra omne quod propositum sit disserat; quique ad eam rationem adjungat hunc rhetoricum usum moremque exercitationemque dicendi, is erit verus, is perfectus, is solus orator;* tria sunt, nisi fallor, quæ Aristoteli in scribendis dialogis propria fuisse dicit Cicero : primum, ejus singulos dialogos e duabus quasi partibus constitisse, et ita quidem ut cuique libro præmitteretur proœmium; deinde ipsum Aristotelem in dialogo partes egisse; postremo vero, contrarias in illis sententias expositas fuisse auctoremque in eo a Platone, Arcesilao ceterisque Socraticis diversum fuisse, ut, quid ipse sentiret, ostenderet (cf. Cic. de Orat. III, 18, 67).

Ex his satis liquet nullo modo probari posse a Rosio nuper prolatam opinionem, quam etsi sæpius affirmet (cf. p. 25 et alibi), nullo tamen satis firmo argumento probat : scilicet in dialogis, quæ Aristoteli tribuuntur, Socratem ipsum loquentem inductum fuisse. Hæc enim sententia, ut jam ex immutata dialogorum ratione, non amplius Socraticorum, minus probabilis fit, plane evertitur non solum Ciceronis verbis quæ jam supra ex Epistolis ad Attic. XIII, 19, 4 attulimus, sed et iis quæ in Epistola ad Quintum fratrem, III, 5, scripsit, nempe ipsi Aristoteli in iis quæ de republica et præstante viro scripserit, id est, sive in dialogo de Justitia, sive in illo qui Πολιτικὸς nominabatur, suas partes fuisse. Nec minus egregium de hac re Procli exstat testimonium apud Joannem Philop. De mundi ætern. II, 2, fol. B, 1 verso, quod infra inter fragmenta dialogi de Philosophia apposuimus. Ceterum de personis quas Aristoteles in dialogis induxerit, veræne an fictæ fuerint, nihil amplius compertum habemus, nisi quod de hac re ex antiquiore fortasse fonte acceptum tradit Joannes Philoponus in Categor. p. 36, B., 28 : Ἐν δέ γε τοῖς διαλογικοῖς, ἃ πρὸς τοὺς πολλοὺς αὐτῷ γέγραπται, καὶ ὄγκου φροντίζει τινὸς καὶ περιεργίας λέξεων καὶ μεταφορᾶς, καὶ πρὸς τὰ τῶν λεγόντων πρόσωπα σχηματίζει τὸ εἶδος τῆς λέξεως, καὶ ἁπλῶς ὅσα λόγου οἶδε καλλωπίζειν τὴν ἰδέαν, quæ tamen, vereor, non minus temere dicta sunt quam quæ cum apud Ammonium in Categor. f. 4 recto : Διαλογικὰ δὲ ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραψεν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πλάτων ὑποκρινόμενος ἑτέρων πρόσωπα, tum apud alios philosophi interpretes de ejus dialogorum laudibus leguntur. Quod si illos silentio prætermittimus locos, in quibus illud tantum modo affirmatur, in dialogis multo magis perspicuo usum fuisse dicendi genere Aristotelem, afferendi hîc præsertim erunt Themistius, qui ita in Orat. XXVI, p. 319, D Hard : Καὶ οἱ μὲν δημωφελεῖς καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἐσκευασμένοι (λόγοι, id est dialogi) οὐ παντάπασι φωτός τε εἰσὶν ἀνάπλεῳ καὶ διαυγεῖς· καὶ τὸ ὠφέλιμον αὐτῶν ἀτερπὲς καὶ ἀνήδονον, ἀλλ' ἐπικέχυται Ἀφροδίτη, καὶ Χάριτες ἐπανθοῦσι τοῦ ἰφολκὸν εἶναι, et, qui ex hoc vel simili fortasse loco profecit, David. in Categ. p. 26, B, 35, cujus verba egregie ita emendavit Bernays, *die Dialoge des Aristoteles,* p. 137 : Ἐν μὲν τοῖς διαλογικοῖς τοῖς ἐξωτερικοῖς σαφής [ἐστιν], ὡς πρὸς τοὺς ἔξω φιλοσοφίας διαλεγόμενος, ὡς δὲ ἐν διαλεκτικοῖς (scribendum videtur διαλογικοῖς) ποικίλος ταῖς μιμήσεσιν, Ἀφροδίτης ἐνόμου γέμων (pro eo quod editum est : Ἀφροδίτης ὄνομα τέμνων) καὶ χαρίτων ἀνάμεστος. His vero atque talibus, luxuriantibus quasi laudibus, vix multum juvamur, ut rectam atque sinceram Aristoteleorum dialogorum imaginem animo informemus. Ecce vero rursus multo locupletiorem et integriorem testem habemus Ciceronem, cujus, licet contrarium nonnulli affirmare conati sint, quæcumque de Aristotelis dicendi genere attulit, ad solos dialo-

Digitized by Google

gos pertinent. De his igitur accipienda sunt, quæ apud illum de Aristotelis sive *subtilitate* sive *copia* leguntur, de Divin. II, 1, Oratore c. 1; ad hos præclara illa laus est referenda, qua Academ. II, 41, Stoico *syllabatim dicenti*, Aristoteles *aureum flumen orationis fundens* opponitur. Nec minus in eosdem solos cadunt *ornamenta illa orationis* Platonis, Aristotelis et Theophrasti, propter quorum neglectionem severe notatur Epicurus, de Finibus I, c. 14, aut *dicendi illa brevitas et suavitas*, quam cum Cicerone de Inventione I, 2, cf. de Oratore I, 11, laudat etiam Quintilianus de Inst. Orat. X, 1, 83, ipsa denique *pigmenta Aristotelis*, de quibus loquitur in Epist. ad Attic. II, 1, quæ nihil aliud sunt atque illæ χάριτες quas laudat Demetrius de Elocutione § 128, cui frustra contra codicum auctoritatem Aristophanis nomen obtruserunt editores (1). Quid, quod et quæ duobus in locis apud Dionysium Halicarnasseum leguntur de Aristotele judicia, De verb. copia c. 24 : Φιλοσόφων δὲ, κατ' ἐμὴν δόξαν, Δημόκριτός τε καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης (ἀξιοθέατοί εἰσιν). Τούτων γὰρ ἑτέρους εὑρεῖν ἀμήχανον ἄμεινον κεράσαντας τοὺς λόγους, præsertim vero in Cens. vett. script. c. 4 : Παραληπτέον δὲ καὶ Ἀριστοτέλη εἰς μίμησιν τῆς τε περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότητος καὶ τῆς σαφηνείας, καὶ τοῦ ἡδέος καὶ πολυμαθοῦς· τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς λαβεῖν, rectius ad dialogos quam ad cetera philosophi scripta referentur. Quod si quæ apud Dionem Chrysostomum de his referuntur, Orat. LIII, p. 634 Emper. : Καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ διέξεισι, θαυμάζων αὐτόν, ὡς τὸ πολύ, καὶ τιμῶν· ἔτι δὲ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός, τούτων δὲ πρότερος Πλάτων πανταχοῦ μέμνηται, jam omnia testimonia habebimus, quæ de hoc Aristotelis scriptorum genere ab antiquis tradita sunt, nisi quis, quod nobis quidem verisimile videtur, de his quoque accipienda putet quæ in Epit. Athen. II, p. 60, D, leguntur : Ὅτι Κηφισόδωρος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς ἐν Τοῖς κατὰ Ἀριστοτέλους, τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία, ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους ὅλον ποιήσαντος δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίαι. Hæc enim verba vereor ut illorum opinioni faveant, qui, ut a C. Müllero, Fragm. Hist. gr. t. II, p. 188, factum est, Aristoteli proverbiorum collectionem tribuerunt, collato titulo in Diog. L. indice (138) Παροιμίαι, α'. Multo illud verisimilius puto Aristotelem a Cephisodoro ob frequentiam proverbiorum irrisum fuisse, quæ in dialogis adhibuerit. Cf. infra fr. 4 dial. de Philosophia, et de Cephisodoro cf. C. Müller. Fragm. Hist. gr. t. II, p. 85, et Bernays. l. l. p. 151.

Sed jam ad aliam quæstionem transeamus et quidem sæpius tractatam : num qui vocantur apud philosophum ἐξωτερικοὶ λόγοι, de dialogis intelligendi sint. De hac re, si Ciceronem audimus testem, vix ulla dubitatio esse poterit. Cujus a multis impugnatam auctoritatem nuper defendere suscepit, acutissimi vir judicii, Bernaysius, in libro jam supra laudato, *die Dialoge des Aristoteles*, Berlin, 1863, in quo, post ea quæ de hac re nostra quidem memoria Madvigio, in excursu ad Ciceron. de Finibus, V, 5, 12, Ravaisson, *Essai sur la Métaphysique*, t. I, p. 229, Zellero, *Geschichte der Philosophie der Griechen*, t. II, p. 2, pag. 101, Thurot, *Etudes sur Aristote*, p. 210, Rosio aliisque disputata sunt (1), illud demonstrare conatus est, Aristotelem in omnibus iis locis, quibus ad ἐξωτερικοὺς λόγους provocat, certum quendam e suis dialogice scriptis libris designare voluisse. Huic vero sententiæ cum ea quæ jam supra attulimus Ciceronis verba, tum præcipue favent quæ idem in libris de Finibus V, 5, 12, dicit : *De summo autem bono, quia duo genera librorum sunt* (*Aristotelis et Theophrasti*), *unum populariter scriptum, quod* ἐξωτερικὸν *appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur, nec in summa tamen ipsa aut varietas est ulla, apud hos quidem quos nominavi, aut inter ipsos dissensio*, præterea vero antiquorum fere omnium philosophi interpretum consensus, τὰ ἐξωτερικὰ nihil aliud quam dialogos esse affirmantium (cf. David. in Categ. p. 24, B, 10, Amm. ib. f. 7 recto, Simplic. ib. f. 1, E, Joann. Philop. ib. p. 35, B, 37 Brand).

Quod si tamen ex ipsius Aristotelis verbis dijudicare quæstionem aggredimur, jam major quædam relinquetur obscuritas. Aut enim illud concedi necesse erit, non semper idem significare apud Aristotelem, quos vocat ἐξωτερικοὺς λόγους, aut latiore sensu hæc verba usurpata fuisse, ita ut non de dialogis, sed fortasse ne de solis libris quidem accipi possint. Quod ostendent qui hîc in censum vocandi sunt Aristotelis loci, quorum qui sequuntur, Ethic. Nicom. I, 13, 9 : Λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς (τῆς ψυχῆς

(1) Cf. Blass, *die griechische Beredsamkeit in dem Zeitraum von Alexander bis auf Augustus*, Berlin, 1865, p. 51.

(1) Bernaysii sententia impugnata est a Forchhammero, *Aristoteles und die exoterischen Reden*, Kiel, 1864 et Spengello, *Aristotelische Forschungen, Ites Heft*, München, 1864, p. 13, sqq.

Digitized by Google

scil.) καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια καὶ χρηστέον αὐτοῖς. Ibid. VI, 4, 1 : Πιστεύομεν δὲ περὶ αὐτῶν (περὶ τῆς ποιήσεως καὶ τῆς πράξεως scil.) καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Polit. III, 4, 4 : Τῆς ἀρχῆς τοὺς λεγομένους τρόπους ῥᾴδιον διελεῖν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. Ibid. VII, 1, 2 : Νομίσαντας οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς, tales ferme sunt, ut illorum opinioni non repugnent, qui de dialogis, ab ipso philosopho editis, intelligendos esse arbitrantur. Quin et in hanc sententiam interpretanda esse ea quæ alibi de ideis dicit philosophus, Metaphys. XII, 1, 2 : Τεθρύλληται γὰρ τὰ πολλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, satis magna ex iis oritur probabilitas, quæ jam supra memoravimus Procli apud Joannem Philoponum verba (cf. infra fragmenta dialogi de Philosophia, 14), cum quibus conjungendus est similis plane Plutarchi locus, adv. Colotem c. 14 : Τάς γε μὴν ἰδέας, περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, πανταχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης καὶ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς, ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων, φιλονεικότερον ἐνίοις ἔδοξεν ἢ φιλοσοφώτερον ἐκ τῶν δογμάτων τούτων ὡς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπεριδεῖν φιλοσοφίαν· οὕτω μακρὰν ἦν τοῦ ἀκολουθεῖν.

Ab his vero, quos hucusque laudavimus, plane diversa est ratio loci in libris Physicorum, IV, 10, 1 obvii, ubi, de tempore locuturus, ita Aristoteles : Πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει, inquit, διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, πότερον τῶν ὄντων ἐστὶν ἢ τῶν μὴ ὄντων, εἶτα τίς ἡ φύσις αὐτοῦ. Hic enim per ἐξωτερικοὺς λόγους aperte illa designat, quæ ipse per totum sequens caput exposuit. Alia quoque neque minor inde oritur difficultas, quod et in iis scriptis, quæ, etsi cum Aristoteleis cohærent, alium tamen auctorem habere manifestum est, ἐξωτερικοὶ λόγοι nominantur. Hoc duobus locis in Ethicorum libris, qui Eudemii vocantur, factum est, quorum priore I, 8, 5, ubi hæc de ideis : Εἰ δὲ δεῖ συντόμως εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, λέγομεν ὅτι πρῶτον μὲν τὸ εἶναι ἰδέαν μὴ μόνον ἀγαθοῦ ἀλλὰ καὶ ἄλλου ὁτουοῦν λέγεται λογικῶς καὶ κενῶς· ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτοῦ τρόποις καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας, illud saltem docemur, quid in hoc dicendi genere ἐξωτερικοῖς λόγοις opponatur. Hunc vero non minus quam alterum, qui initio statim libri secundi legitur : Πάντα δὴ ταγαθὰ ἢ ἐκτὸς ἢ ἐν. ψυχῇ, καὶ τούτων αἱρετώτερα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ, καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, quum ex omni parte illis respondeant, quos ex ipsius Aristotelis libris ductos, priores apposuimus, totam hanc quæstionem potius turbare quam illustrare, non facile negabis.

Restat ut quædam de duobus aliis locis addamus, in quibus, etsi loquendi genus, quo utitur philosophus, minus fortasse obscurum est, non tamen ab omnibus conceditur dialogorum mentionem ab eo fieri. Quum in primo libro de Anima c. 4, § 1, ad eorum sententiam pergeret, qui animam harmoniam esse putarent, ita locutus est philosophus : Καὶ ἄλλη δέ τις δόξα παραδέδοται περὶ ψυχῆς, πιθανὴ μὲν πολλοῖς ἧττον τῶν λεγομένων, λόγους. δ' ὥσπερ εὐθύνας δεδωκυῖα καὶ τοῖς ἐν κοινῷ γιγνομένοις λόγοις (cod. τοῖς ἐν κοινῷ λεγομένοις)· ἁρμονίαν γάρ τινα αὐτὴν λέγουσι, ubi antiqui interpretes ad unum omnes hoc in dialogis Phædone et Eudemo factum esse affirmant (cf. Eudemi fr. 8) : ita ut qui aut de solis Platonicorum sermonibus, quæ est Rosii sententia, aut de iis disputationibus, quales homines elegantiores instituere soleant; quam tuetur interpretationem novissimus librorum Aristotelis editor, Torstrick, cogitari possit, minime videam, præsertim quum et aliunde constet de harmonia disputatum fuisse in Eudemo (cf. fr. 8 et 10). Nec tamen ideo ex omni parte probare possum, quæ de hoc loco acute, ut solet, disputavit Bernays, in libro sæpius jam laudato, p. 14 ss., qui, quum egregie Aristotelis verba ita restituisset, ejecto aperto glossemate : Καὶ ἄλλη δέ τις δόξα παραδέδοται περὶ ψυχῆς, πιθανὴ μὲν πολλοῖς οὐδεμιᾶς ἧττον τῶν λεγομένων, ὥσπερ εὐθύνας δὲ δεδωκυῖα καὶ τοῖς ἐν κοινῷ γιγνομένοις λόγοις, de solo Eudemo hic agi demonstrare conatus est, sed subsistendum esse puto in iis quæ ex antiquiore procul dubio commentario ad hunc locum protulit Simplicius fol. 14, A (cf. fr. 8) : ita ut, quod et de ἐξωτερικοῖς λόγοις valet, philosophus consulto loquendi genere usus esse existimandus sit, quod, quum latius pateret, non solum quos ipse populariter conscripserat libros, sed et aliorum complecteretur (1).

(1) De hac re quod nuper observatum est a viris clarissimis et de Aristotelis interpretatione meritissimis, C. Thurot, *Revue critique*, Paris, 1866, t. II, p. 199, et Bonitzio, *Zeitschrift für die österr. Gymn.*, Wien, 1866, p. 777 et 812, nempe præsens verbi tempus γιγνομένοις nostræ huic interpretationi repugnare, ideoque verba philosophi in hunc sensum accipienda esse : *disputationes in commune institutæ*, id quominus rectum esse putem, doctissimorum virorum, quos nominavi, vix a me impetrare poterit auctoritas. Ne enim illud objiciam, verba γιγνομένοις λόγοις a corruptionis quadam suspicione libera non esse, quippe pro quibus in cod. Vatic. 1026 et apud Joannem Philoponum

Digitized by Google

Aliter vero de ultimo qui restat loco statuendum esse nemo facile negare poterit, nisi si quis verborum Aristotelis sensum ad opinionem detorquere aggressus erit. Quum enim philosophus ita dixisset in Poetica, c. 15, § 15 : Ταῦτα δὲ δεῖ διατηρεῖν, καὶ πρὸς τούτοις τὰ παρὰ τὰς ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθούσας αἰσθήσεις τῇ ποιητικῇ, καὶ γὰρ κατ' αὐτὰς ἔστιν ἁμαρτάνειν πολλάκις· deinde vero addidisset : εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς, non minus hoc fit perspicuum de alio quodam libro, nec vero, ut locum Rosius interpretatus est, de iis quæ superioribus partibus ejusdem libri dicta erant, locutum esse poetam, quam illud, hunc librum vix alium esse posse quam dialogum de Poetis, ita, ut nisi postea additus esse demonstretur locus, tenemus jam testimonium, quo tota illa quæ de Aristotelis dialogis, quasi suppositiis et philosopho indignis, nuper exposita est sententia concidet.

Sed missa jam tota hac disputatione, qua quidem res adumbrari potius quam absolvi potuit, ad singulos dialogos pergamus. In recensendis iis e quibus fragmenta servata sunt, secuti sumus ordinem quo apud Diogenem enumerati sunt, nisi quod ad ultimos attinet titulos, quos meliore ordine servasse videtur Anonymus.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.

Ad nullos alios libros quam ad dialogum περὶ Δικαιοσύνης, quem primum uterque recenset index (*de Justitia*, l. IV, Dschemal., 4), referri posse, quæ post satis magnam lacunam in Ciceronis libris de Republica III, c. 8, leguntur : ... *et reperiret et tueretur; alter autem de ipsa justitia quattuor implevit sane grandes libros. Nam a Chrysippo nihil magnum nec magnificum desideravi, qui suo quodam more loquitur, ut omnia verborum momentis, non rerum ponderibus examinet. Illorum fuit heroum, eam virtutem, quæ est una, si modo est, maxime munifica et liberalis, et quæ omnes magis quam sepse diligit, aliis nata potius quam sibi, excitare jacentem et in illo divino solio non longe a sapientia collocare. Nec vero illis aut voluntas defuit* (*quæ enim iis scribendi alia causa, aut quod omnino consilium fuit?*), *aut ingenium, quo omnibus præstiterunt*, cum et alia omnia indicant, tum, qui integris Ciceronis de Republica libris usus est, Lactantius, apud quem sæpius Aristotelis opus respicitur, licet ipsi Lactantio e Cicerone tantum innotuerit. Ita enim ille, Institt. V, 17 : *Nam Plato et Aristoteles honesta quidem voluntate justitiam defendere cupierunt, effecis·sentque aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si virtutem animi et ingenii, divinarum quoque rerum doctrina juvisset;* ibid. c. 14 : *Carneades autem, ut Aristotelem refelleret atque Platonem, justitiæ patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia, quæ pro justitia dicebantur, ut posset illa, sicut fecit, evertere;* Institt. Epit. ad Pentad. c. 55 : *Plurimi quidem philosophorum, sed maxime Plato et Aristoteles, de justitia multa dixerunt, asserentes et extollentes eam summa laude virtutem, quod suum cuique tribuat, quod æquitatem in omnibus servet, et quum ceteræ virtutes quasi tacitæ sint, et intus inclusæ, solam esse justitiam, quæ nec sibi tantum conciliata sit, nec occulta, sed foras tota prominеat, et ad bene faciendum prona sit, ut quamplurimis prosit;* et paulo post : *Nec immerito extitit Carneades, homo summo ingenio et acumine, qui refelleret istorum orationem et justitiam, quæ fundamentum stabile non habebat, everteret : non quia vituperandam esse justitiam sentiebat, sed ut illos defensores ejus ostenderet nihil certi, nihil firmi de justitia disserere.* Ne vero credas male hîc Carneadem pro Chrysippo induci, quippe quem Platonis et Aristotelis de justitia doctrinam impugnasse affirmet Plutarchus (cf. infra fragm. 4), tenendum est Lactantium de altera illarum notissimarum disputationum loqui, quam, improbante Catone, Romæ habuerat Carneades.

De horum librorum argumento, proxime ad Platonicos libros de Republica accedenti, de quibus, teste Proclo in Platon. Rempubl., p. 349 sq. Basil., multi ita statuerant, illos præcipue in quæstione de justitia versari, cf. Bernays, l. l. p. 48 sqq.

λεγομένοις legatur, me non videre confiteor, cur tunc præterito tempore δεδωκυίας dixisset Aristoteles, nec διδούσης? Quod si falsa opinione decipior, errorem condonabunt viri humanissimi, in re tam lubrica præsertim commissum, et qui mihi, ut nunc video, cum Julio Pacio, haud spernendo Aristotelis interprete, communis est. Cf. ejus comm. in l. l. de Anima, p. 202 ed. Hanov. 1596.

Digitized by Google

E LIBRO PRIMO.

1.

www.libtool.com.cn

Suidas : Εὐρύβατος· πονηρός· ἀπὸ τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ Κροίσου..... Νίκανδρος Αἰγιναῖον Εὐρύβατον (λέγει) πανουργότατον, οὗ μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν α' περὶ Δικαιοσύνης. Δοῦρις δὲ ἐν δ' τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα ἀπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἑταίρου (fr. 38 Müll.)· καὶ Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ..... Λέγεται τὸν Εὐρύβατον κλέπτην ὄντα, εἰρχθέντα καὶ παραφυλαττόμενον, ἐπειδὴ συμπίνοντες ἔλυσαν αὐτὸν οἱ φυλάσσοντες καὶ ἐκάλεσαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐπὶ τοὺς οἴκους ἀναρρίχησιν, τὸ μὲν πρῶτον δωθεῖσθαι· δεομένων δὲ ὡς οὐ βουλόμενον, ἐπεὶ μόλις ἀνέπεισαν, περιθέμενος τοὺς σπόγγους καὶ τὰς ἐγκεντρίδας ἀναδραμεῖν εἰς τοὺς τοίχους· ἀναβλέποντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ θαυμάζοντες τὰς τέχνας, λαβεῖν αὐτὸν τὸν ὄροφον καὶ ὑπερβάλλοντα, πρὶν ἐκεῖνοι κύκλῳ περιέλθωσι, διὰ τοῦ τέγους καταπηδῆσαι.

Eadem apud Apostolium Prov. VIII, 12 (ubi tamen male ἐν πρώτῃ περὶ Δικαιοσ.) et Arsenium, XXV, 16. Narrationem totam apud Aristotelem exstitisse colligas, si fides adhibenda est, e Gregorio Corinthio ad Hermogenem περὶ Μεθόδου δεινότητος, c. 19, t. VII, part. 2, p. 1277 Walz. (cf. Anonym. ad eundem, t. V, p. 568 Walz.) : Εὐρυβάτου πρᾶγμα (quæ verba sunt Demosthenis Or. de Corona § 24)· ὁ Εὐρυβάτης (ὁ δὲ Εὐρύβατος παλίμβ. cod. Monac.) οὗτος παλίμβολος γέγονεν ἀνήρ· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης κλέπτην μὲν αὐτὸν γενέσθαι, ἁλόντα δὲ ἐπ' αὐτοφώρῳ δεθῆναι καὶ δημοσίᾳ φυλάττεσθαι· κἄπειτα τοὺς φυλάττοντας ἐπιθυμοῦντας θεάσασθαι, ὅπως διὰ τῶν τοίχων ἀνιὼν εἰς τὰς οἰκίας παρίοι (πάρεισι Mon.), λύσαντάς τε (τέως recte Mon.) αὐτὸν ἐπιδείκνυσθαι παρακαλεῖν· τὸν δὲ τάς τε ἐγκεντρίδας ὑποδυσάμενον (ὑποδησάμενον conj. Reiskius) καὶ τοὺς σπόγγους λαβόντα, ἀναβῆναί τε ῥᾷστα, καὶ τὸν ὄροφον τῆς οἰκίας ἐξελεῖν, εἶτα ἐν ὅσῳ περιήσαν οἱ φύλακες ἑτέρωθεν, ὅπως λάβοιεν (καταλάβοιεν Mon.) κατιόντα, οἴχεσθαι φεύγοντα· ἄλλοι δέ φασιν ἄνδρα τοῦτον εἶναι Ἐφέσιον. De qua re vide Ephorum apud Suidam (fr. 100 Müll.), Harpocrat. s. v., Eustathium ad Odyss. p. 1864.

E LIBRIS INCERTIS.

2.

Demetrius de Elocutione § 28 : Οὔτε δῆτα ἐν δεινότητι χρήσιμα τὰ τοιαῦτα (ὁμοιοτέλευτα), ὡς ἔδειξα, οὔτε ἐν πάθεσι καὶ ἤθεσιν· ἁπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἦθος. Ἐν γοῦν τοῖς Ἀριστοτέλους περὶ Δικαιοσύνης ὁ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ὀδυρόμενος εἰ μὲν οὕτως εἶπεν ὅτι· « Ποίαν τοιαύτην πόλιν εἷλον τῶν ἐχθρῶν, οἵαν τὴν ἰδίαν πόλιν ἀπώλεσαν », ἐμπαθῶς ἂν εἰρηκὼς εἴη καὶ ὀδυρτικῶς· εἰ δὲ παρόμοιον αὐτὸ ποιήσει· « Ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἐχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον, ὁποίαν τὴν ἰδίαν ἀπέβαλον, » οὐ μὰ τὸν Δία πάθος κινήσει, ἀλλὰ τὸν καλούμενον κλαυσιγέλωτα. Τὸ γὰρ ἐν πενθοῦσι παίζειν κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς πάθεσι κακοτεχνεῖν ἐστίν.

Ut majorem etiam clausularum, de quibus loquitur rhetor, vim efficeret, Muretus in *Variis Lectionibus*, l. I, c. 16, non male conjecit pro ἔλαβον, ἀπέλαβον. Ceterum mihi nullo modo persuadere possum priorem locum, non vero posteriorem ab Aristotele in dialogo positum fuisse, ut Rosius et Bernaysius l. l. p. 49 voluerunt. Minime tamen vituperatio in ipsum Aristotelem cadit, sed in illum, qui a Demetrio ὁ ὀδυρόμενος τὴν Ἀθηναίων πόλιν vocatur, sine dubio rhetor aliquis, cujus ridiculum dicendi genus cavillatus erat Aristoteles. Cf. Theophrast.

E LIBRO PRIMO.

1.

Nicander Æginæum Eurybatum fuisse tradit hominem callidissimum, cujus meminit Aristoteles in primo de Justitia. Hic Eurybatus versutus homo fuit. Aristoteles autem narrat illum latronem fuisse, in ipso vero furto deprehensum in vincula conjectum et in publica custodia habitum esse. Deinde vero custodientes, spectare cupientes, quomodo per parietes in ædes ascenderet atque penetraret, vincula illi detraxisse atque ut ostenderet hortatos fuisse. Illum igitur, aptatis sibi spongiis et stimulis, facillime ascendisse tectumque ædium attigisse, deinde dum custodes, ut eum deprehenderent, ex alia parte circumirent, descendisse atque in fugam se dedisse.

E LIBRIS INCERTIS.

2.

Talia vero (quæ Græci ὁμοιοτέλευτα vocant) quoties acres esse volumus, utilia non sunt, sicut ostensum est, neque etiam in affectibus et moribus. Simplex enim debet esse affectus, neque in eo adscitum aliquid : eodem modo et mores. Quare, qui apud Aristotelem, in iis quæ de Justitia scripsit, rempublicam Atheniensium deplorat, sic si dixisset, nullo adhibito ornatu : « Qua tali urbe hostium potiti sunt, qualem suam propriam amiserunt », cum affectu utique dixisset et lugubriter. Sin si-

Digitized by Google

ap. Dionys. de Lysia, c. 14 : Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ Λέξεως γραφεῖσι τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις σχήματα διεσπουδακότων, καὶ δὴ καὶ τὸν Λυσίαν ἐν τούτοις καταριθμεῖ, cum ipsius Theophrasti verbis : (τῶν ἀντιθέσεων) τὸ ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον παιδιῶδες, καθαπερεὶ ποίημα, διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ, quæ aperte in Isocrateos dicta sunt.

3.

Boethius in Arist. de Interpret. ed. sec. sive majorum Comment. l. I, f. 85, B ed. Venet. 1499 ; p. 298 ed. Basil. 1570; e Porphyrii commentario in librum de Interpretatione : *Sed Porphyrius hanc ipsam plenius causam originemque sermonis hujus ante oculos collocavit, qui omnem apud primos philosophos de significationis vi contentionem litemque retexuit. Ait namque dubie apud antiquorum philosophorum sententias constitisse, quid esset proprie quod vocibus significaretur. Putabant namque alii res vocibus designari..... alii vero incorporeas quasdam naturas..... alii vero sensus, alii imaginationes significari vocibus arbitrabantur. Quum igitur ista esset contentio apud superiores et hoc* (*hæc* Basil.) *usque ad Aristotelis pervenisset ætatem, necesse fuit, ut qui nomen et verbum significativa esse dicturus erat* (*esset diffiniturus* Basil.), *prædiceret quorum ista designativa sint. Aristoteles enim nominibus et verbis res subjectas significari non putat, nec vero sensus vel etiam imaginationes; sensuum* (*sensum* Basil.) *quidem non esse significativas voces nomina et verba in opere de Justitia sic* (*sic* omisit Basil.) *declarat dicens : Φύσει γὰρ διηνέχθησαν τά τε νοήματα καὶ τὰ αἰσθήματα, quæ interpretari latine potest* (legendum est sive *potes*, sive supra *quod*) *hoc modo : Natura enim sunt diversa intellectus et sensus. Differre igitur aliquid arbitratur sensus atque intellectus, sed qui passiones animæ a vocibus significari dicit, is non de* (*de* om. Basil.) *sensibus loquitur. Sensus enim passiones corporis sunt... Neque magis de imaginationibus, ut probatur in libris de Anima* (III, c. 8). *Intellectus igitur vult.* Conferre jubet Rose Aristot. Ethic. Nicom. X, 5 ; III, 10, Ethic. Eudem. III, 2, Problem. XXXIII, 7. Vide præterea Trendelenburg. in comm. ad Arist. de Anima III, 3, § 3.

4.

Plutarch. de Stoicor. repugn. c. 13 : Ἀλλ' αὐτός γε πάλιν (ὁ Χρύσιππος) ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Δικαιοσύνης φησὶν ὅτι δικαιοσύνην ἀναιροῦσιν οἱ τέλος ὑποτιθέμενοι τὴν ἡδονήν· οἱ δὲ μόνον ἀγαθὸν εἶναι λέγοντες οὐκ ἀναιροῦσιν..... Ib. c. 15 : Πάλιν ἐν μὲν τοῖς περὶ Δικαιοσύνης ὑπειπὼν ὅτι τοὺς ἀγαθὸν ἀλλὰ μὴ τέλος τιθεμένους τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται σώζειν καὶ τὴν δικαιοσύνην.... Ἐν δὲ τοῖς πρὸς Πλάτωνα, κατηγορῶν αὐτοῦ δοκοῦντος ἀγαθὸν ἀπολιπεῖν τὴν ὑγείαν, οὐ μόνον τὴν δικαιοσύνην φησὶν ἀλλὰ καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ἀναιρεῖσθαι καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας, ἂν ἢ τὴν ἡδονὴν ἢ τὴν ὑγείαν ἤ τι τῶν ἄλλων, ὃ μὴ καλόν ἐστιν, ἀγαθὸν ἀπολίπωμεν. Ἃ μὲν οὖν ῥητέον ὑπὲρ Πλάτωνος, ἐν ἄλλοις γέγραπται πρὸς αὐτόν. Ἐνταῦθα δ' ἡ μάχη καταφανής ἐστιν, ὅπου μὲν, ἂν μετὰ τοῦ καλοῦ τις ὑποθῆται καὶ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, σώζεσθαι δικαιοσύνην λέγοντος, ὅπου δὲ πάλιν τοὺς μὴ μόνον, τὸ καλὸν ἀπολιπόντας, αἰτιωμένου τὰς ἀρετὰς ἁπάσας, ἀναιρεῖν. Ἵνα δὲ μηδ' ἀπολογίαν ὑπολίπῃ τοῖς ἐναντιώμασιν, Ἀριστοτέλει περὶ Δικαιοσύνης ἀντιγράφων, οὗ φησιν αὐτὸν ὀρθῶς λέγειν, ὅτι, τῆς ἡδονῆς οὔσης τέλους ἀναιρεῖται μὲν ἡ δικαιοσύνη, συναναιρεῖται δὲ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἑκάστη· τὴν μὲν γὰρ δικαιοσύνην ὑπ'

---

militer desinentes syllabas in membrorum clausulis fecerit : « Quam enim urbem hostium talem ceperunt, qualem suam hoc bello amiscrunt », nullum mehercule affectum movebit, nec misericordiam, sed clausigelota qui Græcis dicitur (i. e. *fletum cum risu*). Nam in lugentibus ludere, ut proverbio fertur, hujuscemodi in affectibus, pravo est artificio uti.

4.

Ipse autem Chrysippus tertio de Justitia libro dicit, justitiam ab iis tolli, qui voluptatem pro summo bono habeant, qui tantum bonum esse dicant, nihil ei nocere..... In illis quæ contra Platonem scripsit, quum eum reprehendisset, qui sanitatem inter bona reliquisse videretur : non justitiam modo sed et magnanimitatem et temperantiam et omnes reliquas virtutes sublatum iri affirmat : si voluptatem, aut bonam valetudinem, aut aliam ullam rem, quæ non sit absolute honesta, in bonorum censu haberi patiamur. Quæ pro Platone dici possunt alibi a nobis contra eum scripta sunt. Hic autem repugnantia est manifesta. Uno enim in loco dicit, si quis una cum honesto etiam voluptatem dicat esse bonum, salvam esse justitiam : altero, nisi solum honestum pro bono habeatur, omnes tolli virtutes. Ac ne quam suis repugnantiis relinqueret excusationem, contra Aristotelem de justitia scribens, non recte eum dicere inquit, si voluptas pro fine statuatur, tolli justitiam et una ceteras omnes virtutes. Justitiam enim vere sublatum iri : reliquæ quin maneant

Digitized by Google

αὐτῶν ὡς ἀληθῶς ἀναιρεῖσθαι, τὰς δ' ἄλλας ἀρετὰς οὐδὲν κωλύειν ὑπάρχειν, εἰ καὶ μὴ δι' αὐτὰς αἱρετὰς, ἀλλ' ἀγαθὰς γοῦν καὶ ἀρετὰς ἰσομένας· εἶτα ἑκάστην ἐξ ὀνόματος προσαγορεύει..... Τίς οὖν τούτου πρὸς λόγους ἰταμώτερος γέγονεν, ὃς δοκεῖ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἐγκέκληκε τῷ μὲν ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν ἀναιρεῖ, μὴ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν ἀπολιπών, τῷ δ' ὅτι, τῆς ἡδονῆς τέλος οὔσης, οὐ πᾶσαν ἀρετὴν ἄνευ τῆς δικαιοσύνης σώζεσθαι νομίζει; Θαυμαστὴ γὰρ ἡ ἐξουσία, περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων διαλεγόμενον ἃ τίθησιν αὐτὸς ἐγκαλῶν Ἀριστοτέλει, ταῦτ' ἀναιρεῖν πάλιν Πλάτωνος κατηγοροῦντα. In libro adversus Stoicos, c. 25, de eodem Chrysippo ita loquitur Plutarchus : Ἐν δὲ τοῖς περὶ Δικαιοσύνης εἰ μέν τις ὑπόθοιτο τὴν ἡδονὴν τέλος, οὐκ οἴεται σώζεσθαι τὸ δίκαιον· εἰ δὲ μὴ τέλος ἀλλ' ἁπλῶς ἀγαθὸν, οἴεται.

Sententias impugnatas a Chrysippo ad dialogum περὶ Ἡδονῆς referre maluit Zeller, *die Philosophie der Griechen*; t. II, 2, p. 73, 88. Cf. Bernays, l. l. p. 152 seq.

5.

Proclus schol. in Hesiod. Opp. v. 359, p. 194 Gaisford (Plutarchi Opp. ed. Dübner, t. V, p. 23) : « Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρόν ». Δοκεῖ μὲν ἀπηρτῆσθαι τοῦτο τοῦ προρρηθέντος· ἔχει δὲ καὶ συνέχειαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι κἂν ᾖ σμικρὸν τὸ ἀφαιρεθὲν, παχνοῖ τὸν ἀφαιρεθέντα διὰ τὴν ἀκούσιον ἀφαίρεσιν, ἐπήγαγεν ὅτι τὸ σμικρὸν ἐπισωρευόμενον μὲν μέγα τι γίνεται, ἀφαιρούμενον δὲ εἰς τὸ μηδὲν καταλήγει· ὥστε εἰκότως λυπεῖ καὶ τὸ σμικρὸν ἀφαιρούμενον. Καὶ εἰ τοῦτο ἀληθὲς, ὀρθῶς Ἀριστοτέλης ἔλεγεν, ὅτι χείριστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ μὴ παρὰ τοῦτο λεγόμενον. Εἰ γὰρ καταφρονοῖτο ὡς μικρὸν ἕκαστον καὶ ἐπιλέγοιμεν Μὴ παρὰ τοῦτο, κακῶς πράξομεν. Ἐν μὲν οὖν οἰκονομίαις λιμώξομεν τοῦτο ἀεὶ ἐπᾴδοντες· ἐν δὲ τῇ διαίτῃ νοσήσομεν, πολλάκις μὲν παρορῶντες τὸ ὀρθὸν, λέγοντες δὲ ταύτην τὴν φωνήν· ἡ γὰρ καθ' ἓν ἕκαστον ἔλλειψις μεγάλην ἀθροίζει τοῖς παρορῶσι τὴν βλάβην.

Hæc e Plutarchi in Hesiodum commentariis ducta esse putat Wyttenbachius fr. X, 17. De dicto μὴ παρὰ τοῦτο eundem conferas in notis ad Plutarch. De sent. profectu in virtute, t. VI, 1, p. 607.

Præter hos locos, ad Aristotelis de Justitia libros libenter retulerim quæ apud Joannem Stobæum, tribus locis, nullo indicato libro, ex Aristotele, de θυμῷ disputante laudantur. Quod ut faciam præcipue Plutarchi adducor verbis, qui quum de Platonis sententia, manifeste ea quæ in libris de Republica, quibus simillimos fuisse diximus Aristotelis de Justitia, l. X, p. 439–441 disputata sunt respiciens, disseruisset, ita pergit, de Virtute morali c. 3 : Ταύταις ἐχρήσατο ταῖς ἀρχαῖς ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης, ὡς ὄῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἔγραψεν· ὕστερον δὲ τὸ μὲν θυμοειδὲς τῷ ἐπιθυμητικῷ προσένειμεν, ὡς ἐπιθυμίαν τινὰ τὸν θυμὸν ὄντα καὶ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. Τῷ μέντοι παθητικῷ καὶ ἀλόγῳ μέχρι παντὸς ὡς διαφέροντι τοῦ λογιστικοῦ χρώμενος διετέλεσεν, οὐχ ὅτι παντελῶς ἄλογόν ἐστιν, ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν ἢ τὸ θρεπτικὸν καὶ φυτικὸν τῆς ψυχῆς μέρος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅλως ἀνήκοα λόγου καὶ κωφὰ τρόπον τινὰ τῆς σαρκὸς ἐκβεβλάστηκε, καὶ περὶ τὸ σῶμα παντελῶς καταπέφυκε· τὸ δὲ παθητικὸν οἰκείου λόγου στέρεται καὶ ἄμοιρόν ἐστιν, ἄλλως δὲ, τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος εἰσακούειν, καὶ τρέπεσθαι πρὸς ἐκεῖνο καὶ ὑπείκειν καὶ κατασχηματίζεσθαι πέφυκεν, ἐὰν μὴ τέλειον ᾖ διεφθαρμένον ὑφ' ἡδονῆς ἀμαθοῦς καὶ ἀκολάστου διαίτης. In quo loco illud præcipue notatu dignum puto, Aristotelem sibimet ipsi opponi, ita ut, quum primum Platonis sententiam probasset scriptisque expressisset, postea eam immutaverit, quæ res ut a multis significatur, ab ipso Plutarcho paulo post in eodem libro, c. 7, apertissimis declaratur verbis : Ἀλλ' αὐτός τε Ἀριστοτέλης, Δημόκριτός τε καὶ Χρύσιππος ἕνια

---

nihil impedire, etsi non per se expetendæ, bonæ tamen et virtutes. Deinde singulas nominatim recenset... Quis autem unquam majore protervitate in disputando usus est quam Chrysippus, qui duos præstantissimos philosophos accusavit, alterum, quod non solum honestum pro bono ponens, omnem virtutem tollat : alterum, quod, virtute pro fine reputata, præter virtutem etiam reliquas virtutes excindi censet. Mirabilis enim est licentia, iisdem de rebus disserentem, quæ ponit Aristotelem culpans, eadem rursus in accusando Platone abolere.

5.

Si quidem enim parvum parvo addideris..... Hoc præceptum, quanquam videtur disjunctum ab antecedente, habet tamen cum eo nexum. Nam quum dixisset, ablatum quamvis parvulum, tamen dolorem afferre ei a quo auferatur, propter involuntariam ablationem, subjungit : Etiam parvulum continuo congestum tandem magnum quoddam fieri; imminutum demendo in nihilum abire, itaque non sine ratione etiam parvulum ablatum afferre dolorem ei a quo auferatur. Atque hoc si verum est, recte dixit Aristoteles pessimum esse in vita gubernanda illud dictum : *Quid tum postea, nil hoc refert* : nam si unumquodque negligamus dicentes : *Nil hoc refert*, male nobis erit : in re familiari administranda esuriemus, in victu regendo ægrotabimus, hoc semper accinentes dictum, eandemque

Digitized by Google

τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ἀρεσκόντων ἀθορύβως καὶ ἀδήκτως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀφεῖσαν.

www.libtool.com.cn

6.

Joann. Stob. Floril. XX, 65 : Ὁ θυμός ἐστι πάθος θηριῶδες μὲν τῇ διαθέσει, συνεχὲς δὲ τῇ λήψει, σκληρὸν δὲ καὶ βίαιον τῇ δυνάμει, φόνων αἴτιον, συμφορᾶς σύμμαχον, βλάβης συνεργὸν καὶ ἀτιμίας, χρημάτων ἀπώλεια, ἔτι δὲ καὶ φθορᾶς ἀρχηγόν. Eadem Maxim. c. 19, apud quem pro λήψει θλίψει legitur.

7.

Joann. Stob. Floril. XX, 55 : Ἀριστοτέλους· Ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐπιδάκνων τὰς ὄψεις οὐκ ἐᾷ βλέπειν τὸ κείμενον ἐν τοῖς ποσὶν, οὕτως ὁ θυμὸς ἐπαιρόμενος τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ καὶ τὸ συμβησόμενον ἐξ αὐτοῦ ἄτοπον οὐκ ἀφίησι τῇ διανοίᾳ προλαβεῖν (ita Rosius pro vulg. προσλαβεῖν). Eadem Maxim. Conf. c. 19, ubi pro βλέπειν, προβλέπειν et ita quoque pro προλαβεῖν.

Apte comparat Rose quod simile dictum est apud Philodemum de Ira, in Volum. Hercul. t. I, Oxon. 1824, col. 74 : Παρὰ δ' ἐνὶ Πασικράτει λέγεται τ[ὸ] τὴν φυσικὴν ὀργὴν μὴ μόνον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν λυπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπισκοτεῖν τοῖς λογισμοῖς ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς κ... Nimis acute tamen, vereor, idem suspicatur hunc Pasicratem Rhodium, cujus nomen egregie restituit, pro eo quod in apographo Oxoniensi et in altera collectione Herculan. volum. Neapol. 1861, t. I, fol. 61 legitur κασιχρατει, qui discipulus Aristotelis fuit, filius vero Boethi Eudemi fratris (cf. Schol. Aristot. p. 589, A, 40 Brand. et Asclep. ibid. p. 520, A, 7), auctorem fuisse libri, qui postea Aristotelis nomine inscriptus est.

8.

Joann. Stob. Florileg. XX, 47 : Ἀριστοτέλους· Ἦ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τῶν ἐν ὀργῇ διαπραττομένων ἁπάντων ὁ λογισμὸς ἀποδημεῖ φεύγων τὸν θυμὸν ὡς πικρὸν τύραννον; Eadem Maximus, c. 19.

II. ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΩΝ.

Libros περὶ Ποιητῶν (α' β' γ' Diog. L. 3, γ' Anon. 3 ; *de Poetis, libri* III, Dschemal. 6) dialogica forma conscriptos fuisse testatur auctor Vitæ Aristotelis Marcianæ, p. 2 Robbe : Ἕως μὲν οὖν ἔτι νέος ἦν, τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐπαιδεύετο παιδείαν, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ Ὁμηρικὰ ζητήματα καὶ ἡ τῆς Ἰλιάδος ἔκδοσις, ἣν δέδωκε τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ὁ περὶ Ποιητῶν διάλογος καὶ τὸ περὶ Ποιητικῆς σύγγραμμα καὶ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι, quæ ita expressit vetus interpres : *Aristoteles autem juvenis adhuc exsistens doctrinam eloquentiæ docebatur, ut declarant Homerica commenta scripta ab eo et Iliadis dictamen, quod dedit Alexandro, et dialogus de Poetis et tractatus de Poetica et Rhetorica.* Ceterum duplicem potius fuisse librorum inscriptionem cum ex simili conjicias titulo, qui inter Heraclidis Pontici scripta laudatur, apud Diog. Laert. V, 88 : Περὶ ποιητικῆς καὶ τῶν Ποιητῶν α', tum inde præcipue, quod iidem libri, quattuor locis περὶ Ποιητῶν, tribus vero περὶ Ποιητικῆς nominantur. Nec minus certum est, duplicem hanc inscriptionem iis quæ de horum librorum argumento ex superstitibus fragmentis conjicere licet, unice convenire, quippe quorum propositum non in recensendis solum poetis, ut a nonnullis creditum est, continebatur, sed, quum de ipsius artis poeticæ natura disserrent, haud ab eo diversum erat quod postea tractavit philosophus in libris de Poetica, quorum sive pars sive excerptum inter Aristotelis scripta servatum est.

Plura de his libris a Bernaysio, l. l. p. 10 sqq. acute disputata sunt, qui et illud demonstrare aggressus est (p. 5), verba philosophi, Poetic. c. 15, 15 : Ταῦτα δὴ δεῖ διατηρεῖν, καὶ πρὸς τού-

---

cantilenam repetentes, rectum agendumque negligentes. Nam omissio singulorum negotiorum magnam damni summam colligit negligentibus.

6.

Iracundia est perturbatio immanis affectione, dura et violenta potentia, cædium causa, calamitatis socia, jacturam concilians et dedecus, pecuniarum pernicies, ad hæc perditionis origo.

7.

Ut fumus mordicans oculos non videre sinit, quæ pedibus adjacent, sic iracundia oboriens rationem offuscat et quæ bona habitura mens fuerat a ratione, iis non sinit ipsam iracundia sine labore ac molestia potiri.

8.

Nonne vides ab omnibus quæ per iram committuntur rationem recedere atque fugere iracundiam, tanquam acerbum tyrannum?

Digitized by Google

τοις τὰ παρὰ τὰς ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθούσας αἰσθήσεις τῇ ποιητικῇ· καὶ γὰρ κατ' αὐτὰς ἔστιν ἁμαρτάνειν πολλάκις· εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς, ad nihil aliud spectare posse quam ad hos de Poetica et Poetis dialogos. De hac re jam supra diximus.

www.libool.com.cn

E LIBRO PRIMO.

1. (9.)

Diogen. Laert. III, 48 : Διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην· Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ Ποιητῶν Ἀλεξαμενὸν Στυρέα ἢ Τήιον, ὡς καὶ Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονεύμασιν (Frag. 15 Müller).

Athen. XI, p. 505, B : Ἐγκώμια αὐτοῦ (Menonis a Xenophonte vituperati) διεξέρχεται ὁ τοὺς ἄλλους ἁπαξαπλῶς κακολογήσας (ὁ Πλάτων), ἐν μὲν τῇ Πολιτείᾳ Ὅμηρον ἐκβάλλων καὶ τὴν μιμητικὴν ποίησιν, αὐτὸς δὲ τοὺς διαλόγους μιμητικῶς γράψας, ὧν τῆς ἰδέας οὐδ' αὐτὸς εὑρετής ἐστιν. Πρὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦθ' εὗρε τὸ εἶδος τῶν λόγων ὁ Τήιος Ἀλεξαμενὸς, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ (Hist. gr. Fragm. t. IV, p. 464), καὶ Σωτίων. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Ποιητῶν οὕτως γράφει· « Οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηίου τοὺς πρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων; » ἄντικρυς φάσκων ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης πρὸ Πλάτωνος διαλόγους γεγραφέναι τὸν Ἀλεξαμενόν.

Probare non possum quod in verbis Aristotelis Meinekius, quem secuti sunt Rosius et Bernaysius, pro πρώτους, προτέρους scripsit, quum jam antea Bakius in *scholicis Hypomnematis*, t. II, p. 52, πρότερον conjecisset. Non enim video cur hic πρώτους dicere non potuerit philosophus, apud quem Metaphys. l. I, c. 2 § 7, c. 3, § 2, τῶν πρώτων φιλοσοφησάντων, ibid. § 5 : τοὺς πρώτους θεολογήσαντας, de Partt. animall. I, c. 1, t. III, p. 222, 22 : οἱ ἀρχαῖοι καὶ πρῶτοι φιλοσοφήσαντες legimus, eodem plane sensu atque quo in Metaph. I, c. 3, § 2, dictum est : τοὺς πρότερον ἡμῶν εἰς ἐπίσκεψιν ἐλθόντας καὶ φιλοσοφήσαντας περὶ τῆς ἀληθείας. Cum Aristotelis verbis optime convenit locus notissimus in capite primo libri de Poetica § 8 : Οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοιμεν ὀνομάσαι κοινὸν τοὺς Σώφρονος καὶ Ξενάρχου μίμους καὶ τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους, cujus interpretationi, qualem nuperrime dedit Teichmüllerus, *Aristotelische Forschungen*, Halle, 1867, p. 10 sqq., minime favent quæ apud Athenæum leguntur. Quæ vero sequuntur fragmenta, quorum communis fons Favorinus fuisse videtur, ostendunt similem plane in dialogo de Poetis disputationem fuisse atque illam quæ in Poetica l. l. inveniuntur.

2. (10.)

Diogen. Laert. III, s. 37 : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ (τοῦ Πλάτωνος) μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου.

Ad eundem fortasse referenda sunt quæ a Cicerone in Oratore c. 20, § 67 dicta sunt : *Itaque video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum : apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.* Aristotelem secutus esse videtur Themistius, Orat. XXVI, p. 319, A Hard., ubi Plato dicitur λόγου ἰδέαν κερασάμενος ἐκ ποιήσεως καὶ ψιλομετρίας.

3. (11.)

Diogen. Laert. VIII, 51 : Ἐμπεδοκλῆς, ὥς φησιν Ἱππόβοτος, Μέτωνος ἦν υἱὸς τοῦ Ἐμπεδοκλέους, Ἀκραγαντῖνος. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Τίμαιος... καὶ Ἕρμιππος... Λέγει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις τὴν πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα

DE POETIS.

E LIBRO PRIMO.

1.

Dialogos primum Zenonem Eleaten scripsisse ferunt. Aristoteles vero in primo de Poetis Alexamenum Styreum sive Teium, sicut et Favorinus in Commentariis tradit. — Aristoteles in libro de Poetis ita scribit : « Igitur ne metris quidem comprehensos Sophronis mimos, qui vocantur, nonne dicemus esse sermones et imitationes, aut Alexameni Teii dialogos, qui primi conscripti sunt Socratici sermones? » Quibus verbis perspicue declarat doctissimus Aristoteles ante Platonem scripsisse dialogos Alexamenum.

2.

Orationis Platonis genus inter carmen et pedestrem orationem medium tenere ait Aristoteles.

3.

Empedocles, ut ait Hippobotus, Metonis filii Empedoclis filius fuit, Agrigentinus. Idem et Timæus... et Her-

Digitized by Google

νενικηκέναι τὸν τοῦ Μέτωνος πατέρα, μάρτυρι χρώμενος Ἀριστοτέλει. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς φησὶν ὡς·

www.libtool.com.cn

Ἦν μὲν Μέτωνος υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους
αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους
ὁ Γλαῦκος ἐλθεῖν φησίν·

εἶθ' ὑποβάς·

Οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς πεφευγὼς οἴκοθεν
εἰς τὰς Συρακούσας μετ' ἐκείνων ἐπολέμει
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους — — ἀγνοεῖν
τελέως· ἐμοὶ δοκοῦσιν· ἦ γὰρ οὐκέτ' ἦν
ἢ παντελῶς ὑπεργεγηρακὼς, ὅπερ
οὐ φαίνεται.

Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν, ἔτι δ' Ἡρακλείδης ἑξήκοντα ἐτῶν φησὶ τετελευτηκέναι. Ὁ δὲ τὴν πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικηκὼς κέλητι τούτου πάππος ἦν ὁμώνυμος, ὥσθ' ἅμα καὶ τὸν χρόνον ὑπὸ τοῦ Ἀπολλοδώρου σημαίνεσθαι.

Idem VIII, 74 : Περὶ δὲ τῶν ἐτῶν Ἀριστοτέλης διαφέρεται· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἑξήκοντ' ἐτῶν αὐτὸν τελευτῆσαι· οἱ δ' ἐννέα καὶ ἑκατόν. Ἤκμασε δὲ κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.

Aristotelis auctoritas ab Eratosthene ideo adhibita fuerat, ut probaretur Empedoclem patrem Metonis et Empedoclem philosophum non unum eundemque fuisse, quod qui credebant centum et novem annos eum natum decessisse arbitrabantur; Aristoteles vero narraverat eum sexagenarium obiisse. Rectius igitur ad libros de Poetis hoc fragmentum referemus, quam ad Olympionicas, ut a C. Müllero factum est, fr. 263. In priore Diogenis loco, quum vulgo male pro Ἡρακλείδης, Ἡράκλειτος legeretur, Clinton. Fast. Hellen. Olymp. 84, 1, Eratosthenem Aristotelis quoque testimonio usum esse credidit, ut Glauci usus est (cf. de eo Plutarch. vit. X Oratt. I, 20 : Εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὸ Γλαύκου τοῦ Ῥηγίνου περὶ Ποιητῶν βιβλίον εἰς Ἀντιφῶντα ἀναφέρουσιν), ita versus constituens :

Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἑξήκοντ' ἐτῶν,
ἔτι θ' Ἡράκλειτον, φησὶ τετελευτηκέναι.

De re cf. Aul. Gell. N. Att. XVII, 21 et Eusebii Chron. Olymp. 81 et 86.

4. (12.)

Diogen. Laert. VIII, 57 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Σοφιστῇ (dialogo) φησὶ πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνά δὲ διαλεκτικήν· ἐν δὲ τῷ περὶ Ποιητῶν φησὶν ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τ' ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος· καὶ δὴ ὅτι γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἄλλα ποιήματα τήν τε τοῦ Ξέρξου διάβασιν καὶ προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα, ταῦθ' ὕστερον κατέκαυσεν ἀδελφή τις αὐτοῦ (ἡ θυγάτηρ, ὥς φησιν Ἱερώνυμος), τὸ μὲν προοίμιον ἄκουσα, τὰ δὲ Περσικὰ βουληθεῖσα διὰ τὸ ἀτελείωτα εἶναι. Καθόλου δέ φασι καὶ τραγῳδίας αὐτὸν γράψαι καὶ πολιτικά. Eadem e Diogene Eudocia Viol. p. 170. Quae in Pseudo-Arist. Probl. XXI, § 22 laudantur Empedoclis Περσικὰ, pro Φυσικὰ posita esse videntur.

---

mippus... Dicit et Eratosthenes in Olympionicis septuagesima prima Olympiade vicisse Metonis patrem, Aristotelis utens testimonio. Apollodorus autem grammaticus in Chronicis sic ait :

Erat Metonis filius : quem Thurios
Glaucus migrasse conditos nuperrime
est auctor.

Deinde post pauca .

At qui ferunt venisse profugum domo
urbem Syracusas et arma in Atticos
his consociasse — — nil mihi
prorsus videntur scire : namque tum quidem
aut mortuus erat aut senecta languidus :
quod non probabile.

Nempe Aristoteles et Heraclides scribunt, eum anno ætatis sexagesimo obiisse. Qui vero septuagesimam et primam Olympiadem vicerat eques, eodem censebatur nomine, ita ut simul tempus ab Apollodoro significetur.

De ætate vero (Empedoclis) Aristoteles dissentit : ille enim sexaginta annorum eum obiisse ait; alii centum et novem annos vixisse contendunt.

4.

Aristoteles vero in Sophista primum Empedoclem rhetoricæ inventorem ait, Zenonem vero dialecticæ. In libro autem de Poetis asserit Homericum fuisse Empedoclem et elocutione multum valuisse, translationibus item ac ceteris artis poeticæ feliciter tractandæ præsidiis usum; addit etiam hoc, quod, quum et alia poemata scripsisset et Xerxis transitum et hymnum in Apollinem, ea postmodum ignibus tradiderit soror quædam ipsius (sive filia, ut narrat Hieronymus), hymnum quidem imprudens, Persica autem prudens ac sciens, quod ea imperfecta essent. Omnino tragœdias illum præterea scripsisse refert et Politica.

Digitized by Google

E LIBRO SECUNDO.

5. (13.)

www.libtool.com.cn

Macrobius Saturn. V, 18, 19 : *Morem vero Ætolis fuisse uno tantummodo pede calceato in bellum ire, ostendit clarissimus scriptor Euripides tragicus, in cujus tragœdia quæ Meleager inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant. In eo hi versus sunt* : (vid. Fragm. Eurip. 531 Wagner.).... *in qua quidem re... non reticebimus rem paucissimis notam : reprehensum Euripidem ab Aristotele, qui ignorantiam istud Euripidis fuisse contendit, Ætolos enim non lævum pedem habere nudum, sed dextrum. Quod ne affirmem potius quam probem, ipsa Aristotelis verba ponam ex libro quem de Poetis secundo subscripsit. In quo de Euripide loquens sic ait :*

Τοὺς δὲ Θεστίους κόρους τὸν μὲν ἀριστερὸν πόδα φησὶν Εὐριπίδης ἐλθεῖν ἔχοντας ἀνυπόδετον· λέγει γοῦν ὅτι·

... τὸ λαιὸν ἴχνος ἦσαν ἀνάρβυλοι ποδὸς,
τὸν δ' ἐν πεδίλοις ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
ἔχοιεν [ὃς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος]·

ὡς δὴ πᾶν τοὐναντίον ἔθος τοῖς Αἰτωλοῖς· τὸν μὲν γὰρ ἀριστερὸν ὑποδέδενται, τὸν δὲ δεξιὸν ἀνυποδετοῦσιν· δεῖ γὰρ, οἶμαι, τὸν ἡγούμενον ἔχειν ἐλαφρὸν, ἀλλ' οὐ τὸν ἐμμένοντα.

E LIBRO TERTIO.

6. (14.)

Diogen. Laert. II, 46 : Τούτῳ (τῷ Σωκράτει) τὶς, καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντίλοχος Λήμνιος καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρᾳ Κύλων Κροτωνιάτης (cf. VIII, 49)· καὶ Σύαγρος Ὁμήρῳ ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος· καὶ Κέρκωψ Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ ὁ προειρημένος Ξενοφάνης· καὶ Πινδάρῳ Ἀντιμένης ὁ Κῷος, Θάλητι δὲ Φερεκύδης καὶ Βίαντι Σάλαρος Πριηνεὺς, Πιττακῷ Ἀντιμενίδας καὶ Ἀλκαῖος, Ἀναξαγόρᾳ Σωσίβιος καὶ Σιμωνίδῃ Τιμοκρέων.

Multa in hoc loco ante Cobetii editionem in nominibus propriis turbata erant, quæ singula referre tædet. Ceterum minime affirmare velim ad Aristotelis auctoritatem ob alia quam ob ea quæ de Socrate narrantur provocatum esse a Diogene.

7. (15.)

Pseudo-Plutarch. De vita Homeri c. 3. (Plutarchi Opp. ed. Dübn. t. V, p. 101) : Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἐν Ἴῳ, φησὶ, τῇ νήσῳ, καθ' ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρου τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἡγεῖτο, κόρην τινὰ τῶν ἐπιχωρίων γενομένην ὑπό τινος δαίμονος τῶν συγχορευτῶν ταῖς Μούσαις ἐγκύμονα, αἰδεσθεῖσαν τὸ συμβὰν διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς, ἐλθεῖν εἴς τι χωρίον τὸ καλούμενον Αἴγιναν· εἰς ὃ καταδραμόντας λῃστὰς ἀνδραποδίσαι τὴν προειρημένην, καὶ ἀγαγόντας εἰς Σμύρναν οὖσαν ὑπὸ Λυδοῖς τότε, τῷ βασιλεῖ τῶν Λυδῶν ὄντι φίλῳ τοὔνομα Μαίονι χαρίσασθαι· τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην διὰ τὸ κάλλος, γῆμαι· ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος, ἔτυχεν ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ. Ὃν ἀναλαβὼν ὁ Μαίων ὡς ἴδιον ἔτρεφε, τῆς Κριθηίδος μετὰ τὴν κύησιν εὐθέως τελευτησάσης. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος καὶ αὐτὸς ἐτελεύτησε. Τῶν δὲ Λυδῶν καταπονουμέ-

---

E LIBRO SECUNDO.

5.

Aristoteles in secundo de Poetis libro dicit : Euripides Thestii filios venisse ait lævum pedem non calceatum habentes. Ita enim dicit :

... sinistri pedis vestigia nudi,
altero calceati erant, ut genu flexile haberent,
qui omnium Ætolorum mos est.

Verum plane contrarius mos apud Ætolos obtinet; nam pedem sinistrum calceant, dextrum nudum relinquunt, ac omnino patet pedem ducentem, non vero alterum, levem esse oportere.

E LIBRO TERTIO.

6.

Cum eo (Socrate scilicet), ut refert Aristoteles in tertio de Poetica, æmulo studio certabat quidam Antilochus Lemnius, et Antiphon prodigiorum interpres, quemadmodum et cum Pythagora Cylon Crotoniata, vivente cum Homero Syagrus, vita functo Xenophanes Colophonius; cum Hesiodo vivente Cercops, cum defuncto Xenophane idem, cujus modo meminimus : cum Pindaro Amphimenes Cous, cum Thalete Pherecydes, cum Biante Salarus Prienensis, cum Pittaco Antimenidas et Alcæus, cum Anaxagora Sosibius et cum Simonide Timocreon.

7.

Aristoteles libro tertio de Poetica prodit in insula Io, quo tempore Codrus Nelei filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam a genio quodam ex eorum numero, qui cum Musis choros ducunt, compressam, quum facti eam propter intumescentem uterum puderet, concessisse in regionem quandam nomine Æginam. Ibi

Digitized by Google

νων ὑπὸ τῶν Αἰολέων, καὶ κρινάντων καταλιπεῖν τὴν Σμύρναν, κηρυξάντων τῶν ἡγεμόνων τὸν βουλόμενον ἀκολουθεῖν, ἐξιέναι τῆς πόλεως, ἔτι νήπιος ὢν Ὅμηρος ἔφη καὶ αὐτὸς βούλεσθαι ὁμηρεῖν. ὅθεν ἀντὶ Μελησιγενοῦς Ὅμηρος προσηγορεύθη. Γενόμενος δ' ἐν ἡλικίᾳ καὶ δόξαν ἐπὶ ποιητικῇ κεκτημένος ἤδη ἐπηρώτα τὸν θεόν, τίνων τε εἴη γονέων καὶ πόθεν· ὁ δὲ ἀνεῖλεν οὕτως·

Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
δέξεται· ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Φέρεται δὲ καὶ ἕτερος χρησμὸς τοιοῦτος·

Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον· ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι·
πατρίδα δίζηαι· μητρὸς δέ τοι, οὐ πατρός ἐστι
μητρόπολις ἐν νήσῳ ἀπὸ Κρήτης εὐρείης,
Μίνωος γαίης οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀποτηλοῦ.
Ἐν τῇ σὴ μοῖρ' ἐστὶ τελευτῆσαι βιότοιο,
εὖτ' ἂν ἀπὸ γλώσσης παίδων μὴ γνῷς ἐπακούσας
δυσξύνετον σκολιοῖσι λόγοις εἰρημένον ὕμνον.
Δοιὰς γὰρ ζωῆς μοίρας λάχες, ἣν μὲν ἀμαυρὰν
ἠελίων δισσῶν· ἣν δ' ἀθανάτοις ἰσόμοιρον,
ζῶντί τε καὶ φθιμένῳ· φθίμενος δ' ἔτι πολλὸν ἀγήρως.

Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον πλέων εἰς Θήβας ἐπὶ τὰ Κρόνια, ἀγὼν δὲ οὗτος ἄγεται παρ' αὐτοῖς μουσικός, ἦλθεν εἰς Ἴον. Ἔνθα ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος ἐθεάσατο ἁλιεῖς προσπλέοντας, ὧν ἐπύθετο εἴ τι ἔχοιεν. Οἱ δὲ, ἐπὶ τῷ θηράσαι μὲν μηδὲν, φθειρίζεσθαι δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς θήρας, οὕτως ἀπεκρίναντο·

Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα,

αἰνισσόμενοι ὡς ἄρα οὓς μὲν ἕλαβον τῶν φθειρῶν, ἀποκτείναντες κατέλιπον, οὓς δ' οὐχ ἕλαβον ἐν τῇ ἐσθῆτι φέροιεν. Ὅπερ οὐ δυνηθεὶς συμβαλεῖν Ὅμηρος διὰ τὴν ἀθυμίαν ἐτελεύτησε. Θάψαντες δὲ αὐτὸν οἱ Ἰῆται μεγαλοπρεπῶς τοιόνδε ἐπέγραψαν αὐτοῦ τῷ τάφῳ·

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

Cum hac narratione conferenda sunt quæ ab aliis traduntur, partim diversa, ut a Pseudo-Herodoto Vita Homeri, p. 18, 65 Westerm., ubi dicit Homerum non Thebas sed Athenas navigasse, et Proclo, p. 25, 27; 28, 20; 30, 37, 43. De Aristotele vero philosopho non magis erat cur dubitaret C. Müllerus, quam de tertio libro περὶ Ποιητικῆς, quod in πρώτῳ περὶ Ποιητῶν mutari voluit. De qua re supra jam diximus. Aristotelis sententia de Homeri patria a multis memorata est. Gellius Noct. Att., III, 11 : *De patria quoque Homeri multo maxime dissensum est : alii Colophonium, alii Smyrnæum, sunt qui Atheniensem, sunt qui Ægyptium dicant fuisse; Aristoteles tradit ex insula Io natum;* Vita Homeri ed. Iriarte, p. 233 (p. 31, 5 Westerm.) : Τιμόμαχος δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐξ

---

a prædonibus, qui eo excursionem fecissent, captam ductamque in Smyrnam urbem tunc Lydis subjectam, Lydorum regi Mæoni, socio suo, dono datam ab eoque pulchritudinis causa in matrimonium assumptam. Mox quum ad Meletem fluvium degens partus doloribus circumveniretur, accidisse ut Homerum juxta ipsum flumen pareret. Critheide continuo e partu mortua, infantem susceptum et ut suum enutritum a Mæone : quem ipsum etiam haud multo post obiisse. Porro Lydi ab Æolibus bello pressi, quum Smyrnam relinquere decrevissent, eorumque principes per præconem edixissent, ut quicunque ipsos sequi vellent urbe egrederentur, Homerum puerulum etiamnum dixisse, se quoque velle ὁμηρεῖν, id est *sequi*. inde pro Melesigene Homerum appellatum. Adultus jam et poetica arte nomen consecutus, de parentibus et patria deum consuluit ; isque sic respondit :

Insula Ios matris patria est, vita hæc quoque functam
accipiet : sed tu juvenile ænigma caveto.

Alterum quoque oraculum tale fertur :

Felix et miser, ad sortem quia natus utramque
perquiris patriam : matris tibi, non patris exstat
patria, in undoso jacet hæc Ponto insula, Cretæ
non adeo vicina et non longe usque remota.
Hic te fata tua cogent decedere vita,
quum pueri ignotis obscurum ambagibus olim
sermonem involvent, teque hunc evolvere possent;
quippe duplex vita fatum tibi contigit, orbum
luminibus; superis Musa immortalibus æquat :
post mortem te vita manet secura senectæ.

Non multo post tempore Thebas navigans ad Saturnalia, quod ibi certamen musicum celebratur, Ium venit. Ibi saxo insidens, piscatores vidit adnavigantes, eosque interrogavit, num quid haberent. Illi quod nihil cepissent, sed capturæ penuria et otio pediculos legissent, ita responderunt :

Non capta afferimus, fuerant quæ capta relictis,

ænigmate significantes, se quos cepissent pediculos, eos occisos reliquisse, quos vero non cepissent eos se in vestibus suis secum ferre. Quod quum Homerus conjectando assequi non posset, præ animi dolore mortuus est. Ienses eum magnifice sepeliverunt, hac addita sepulcro inscriptione :

Terra sacrum caput hic divini occultat Homeri,
Heroum egregias qui dixit carmine laudes.

Timomachus et Aristoteles Homerum in insula Io na-

Digitized by Google

Ἴου τῆς νήσου (τὸν Ὅμηρόν φασι γεγονέναι)... Ἀποθανεῖν δὲ αὐτόν φασιν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ ἢ νόσῳ ἢ τῷ τῶν ἁλιέων αἰνίγματι, καὶ αὐτῷ ἐπιγραφῆναι τόδε· Ἐνθάδε κτλ.

Anon. Vita Homeri, p. 28, 4 Westerm. : Ὅμηρος... ἦν... τὸ γένος... κατὰ δὲ Βακχυλίδην καὶ Ἀριστοτέλην τὸν φιλόσοφον Ἰήτης. (Cf. Welckerum in libro : *der epische Cyklus*, p. 158 et Crameri Anecd. Paris, t. III, p. 98, 15), Tzetzes in Iliad. Exegesi, p. 8, 5 Herm. : τῷ δὲ σοφῷ Ἀριστοτέλει Ἰήτης τάχα δοκεῖ (Ὅμηρος), διὰ τὸ ἐν Ἴῳ τεθάφθαι.

EX INCERTIS LIBRIS.

8. (16.)

Antiattic. in Bekkeri Anecdd. gr., t. I, p. 101, 32 : Κυντότατον· Ἀριστοτέλης περὶ Ποιητικῆς, « Τὸ δὲ πάντων κυντότατον. » Ad similitudinem Homerici κύντερον, quod et apud Platonem occurrit, fictum videtur.

9. (17.)

Procli Chrestom. apud Photium, cod. 239 : Εὑρεθῆναι δὲ τὸν διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει, τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ᾠδῆς Ἀριστοτέλης λέγει Ἀρίονα, ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν.

Ad Aristoclis Rhodii libros περὶ Ποιητικῆς (cf. Fragm. Hist. gr., t. IV, p. 329) et hoc et sequens fragmentum referendum esse censet Rosius, nulla, ut mihi quidem videtur, satis idonea addita causa. Rem vero ab Aristotele et in Politiis tangi potuisse minime negabo. Eadem narrant Herodotus, I, 23 : Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον... ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον καὶ διθύραμβον πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Schol. Pind. in Olymp. XIII, 25 : ἔστησε δὲ αὐτὸν (τὸν χορὸν) πρῶτος Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος. Schol. Aristoph. Aves, v. 1403 : Ἀντίπατρος δὲ καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασί φασι τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Ἄσσον τὸν Ἑρμιονέα, οἱ δὲ ἀρχαιότεροι Ἑλλάνικος καὶ Δικαίαρχος Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον. Cf. Schneidewin, *de Laso Hermionensi*, Gotting. 1843, p. 12.

10. (18.)

Schol. Bobiens. in Cicer. Orat. pro Archia, p. 358 Orelli : *Alternos igitur versus dicit elegiacos, metris scilicet dissentientibus varios. Primus autem videtur elegiarum carmen scripsisse Callinus. Adjicit Aristoteles præterea hoc genus poetas Antimachum Colophonium, Archilochum Parium, Mimnermum Colophonium, quorum numero additur etiam Solon Atheniensis, legum scriptor nobilissimus.*

Hæc, quæ e Didymi fluxisse videntur copiis, ut et his similia, quæ de origine carminis elegiaci in Etymol. Gud. p. 180, 8, Etym. Orion. p. 58, 10, apud Marium Victor. de Metris, l. III, p. 2555 Putsch. inveniuntur (cf. M. Schmidt, *Didymi Alexandr. Fragmenta*, p. 387), non minus fortasse quam quod præcedit fragmentume libro historici argumenti ducta sunt.

11. (19.)

Themistius Orat. XXVI, p. 316, C Hard. : Ἀλλὰ καὶ ἡ σεμνὴ τραγῳδία μετὰ πάσης ὁμοῦ τῆς σκευῆς, καὶ τοῦ χοροῦ, καὶ τῶν ὑποκριτῶν, παρελήλυθεν εἰς τὸ θέατρον; καὶ οὐ προσέχομεν Ἀριστοτέλει ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ὁ χορὸς εἰσιὼν ἦδεν εἰς τοὺς θεούς, Θέσπις δὲ πρόλογόν τε καὶ ῥῆσιν ἐξεῦρεν, Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποκριτὴν (cod. A Dindorfii, ὑποκριτής) καὶ ὀκρίβαντας, τὰ δὲ πλείω τούτων Σοφοκλέους ἀπελαύσαμεν καὶ Εὐριπίδου;

Minime cum his consonare quæ in libro de

---

tum fuisse tradunt et in ea mortuum esse sive morbo, sive ænigmate piscatorum, et hæc illi inscripta fuisse : Terra, etc.

Homerus erat genere Ieta secundum Bacchylidem et Aristotelem philosophum.

Sapienti vero Aristoteli videtur Homerus Ieta fuisse, propterea fortasse quod in insula Io sepultus est.

EX INCERTIS LIBRIS.

8.

Aristoteles in libris de Poetica : « Impudentissimum (*proprie* cani simillimum) omnium. »

9.

Dithyrambum Pindarus Corinthi inventum esse dicit, carmen vero lyricum Aristoteles inceptum esse ab Arione, qui primus cyclicum duxit chorum.

11.

Sed et gravis ipsa et severa tragœdia cum omni simul apparatu, cum choro et actoribus in theatrum pervenit? Nec Aristoteli credimus, quum ait, initio chorum ingredientem in deorum aliquid præconium cecinisse, Thespin vero, prologum et sermocinationem inseruisse, Æschylum vero tertium actorem et pulpitum; cetera nos a Sophocle et Euripide accepisse?

Digitized by Google

Poetica, c. 4, § 17, dicta sunt : Καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν· τρεῖς δὲ καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς, nemo est quin videat. Neque tamen puto, ut multi voluerunt, Themistium hîc memoria lapsum esse, aut de iis loqui voluisse quæ Aristoteles in Poetica dixerit, in qua nulla Thespidis mentio facta est. Cum illis vero, quæ de numero actorum ab Æschylo inventorum narrat Themistius, optime conferri possunt quæ in Anonymi cujusdam vita Æschyli leguntur, p. 121, 81 Westerm. : Τὸν δὲ τρίτον ὑποκριτὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν (Αἰσχύλος), ὡς δὲ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος Σοφοκλῆς. Aliter de hoc loco statuentes conferas Ritterum in comm. in Aristot. Poet., p. 115, Düntzerum, *Rettung der Aristot. Poetik*, p. 15, Eggerum, *Histoire de la critique chez les Grecs*, p. 139, n. 3, Roseum, *Arist. Pseud.*, p. 79. Cf. Bernays, l. l. p. 139.

12. (20.)

Proclus in Platon. Remp., p. 360 ed. Basil. (in capite inscripto : περὶ ποιητικῆς... τὰ Πλάτωνι δοκοῦντα) : Πρῶτον εἰπεῖν χρὴ καὶ διαπορῆσαι περὶ τῆς αἰτίας δι' ἣν οὐκ ἀποδέχεται τὴν ποιητικὴν ὁ Πλάτων... δεύτερον τί δήποτε μάλιστα τὴν τραγῳδίαν καὶ τὴν κωμικὴν οὐ παραδέχεται καὶ ταῦτα συντελούσας πρὸς ἀφοσίωσιν τῶν παθῶν, ἃ μήτε παντάπασιν ἀποκλίνειν δυνατὸν μήτε ἐμπιμπλάναι πάλιν ἀσφαλές, δεόμενα δέ τινος ἐν καιρῷ κινήσεως, ἣν ἐν ταῖς τούτων ἀκροάσεσιν ἐκπληρουμένην ἀνενοχλήτους ἡμᾶς ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ λοιπῷ χρόνῳ ποιεῖν... Ib. p. 362 : Τὸ δὲ δεύτερον (πρόβλημα), τοῦτο δ' ἦν τὸ τὴν τραγῳδίαν ἐκβάλλεσθαι καὶ κωμῳδίαν ἀτόπως, εἴπερ διὰ τούτων δυνατὸν ἐμμέτρως ἀποπιμπλάναι τὰ πάθη καὶ ἀποπλήσαντας ἐνεργὰ πρὸς τὴν παιδείαν ἔχειν, τὸ πεπονηκὸς αὐτῶν θεραπεύσαντας. Τοῦτο δ' οὖν πολλὴν καὶ τῷ Ἀριστοτέλει παρασχὸν αἰτιάσεως ἀφορμὴν καὶ τοῖς ὑπὲρ τῶν ποιήσεων τούτων ἀγωνισταῖς τῶν πρὸς Πλάτωνα λόγων, σύτωσί πως ἡμεῖς ἑπόμενοι τοῖς ἔμπροσθεν διαλύσομεν... Δεῖν μὲν οὖν τὸν πολιτικὸν διαμηχανᾶσθαί τινας τῶν παθῶν τούτων ἀπεράσεις καὶ ἡμεῖς φήσομεν, ἀλλ' οὐχ ὥστε τὰς περὶ αὐτὰ προσπαθείας συντείνειν, τοὐναντίον μὲν οὖν ὥστε χαλινοῦν καὶ τὰς κινήσεις αὐτῶν ἐμμελῶς ἀναστέλλειν, ἐκείνας δὲ ἄρα τὰς ποιήσεις πρὸς τῇ ποικιλίᾳ καὶ τὸ ἄμετρον ἐχούσας ἐν ταῖς τῶν παθῶν τούτων προκλήσεσι πολλοῦ δεῖν εἰς ἀφοσίωσιν εἶναι χρησίμους· αἱ γὰρ ἀφοσιώσεις οὐκ ἐν ὑπερβολαῖς εἰσὶν ἀλλ' ἐν συνεσταλμέναις ἐνεργείαις, σμικρὰν ὁμοιότητα πρὸς ἐκεῖνα ἔχουσαι ὧν εἰσὶν ἀφοσιώσεις.

Iamblichus de Mysteriis, I, 11, p. 39 ed. Parthey : Ἔχει δ' ἔτι ταῦτα καὶ ἄλλον λόγον τοιοῦτον. Αἱ δυνάμεις τῶν ἀνθρωπίνων παθημάτων τῶν ἐν ἡμῖν πάντη μὲν εἰργόμεναι καθίστανται σφοδρότεραι, εἰς ἐνέργειαν δὲ βραχεῖς (βραχεῖαν conj. Bernays.), καὶ ἄχρι τοῦ συμμέτρου προαγόμεναι χαίρουσι μετρίως καὶ ἀποπληροῦνται καὶ ἐντεῦθεν ἀποκαθαιρόμεναι πειθοῖ καὶ οὐ πρὸς βίαν ἀποπαύονται. Διὰ δὴ τοῦτο ἔν τε κωμῳδίᾳ καὶ τραγῳδίᾳ ἀλλότρια πάθη θεωροῦντες ἴσταμεν τὰ οἰκεῖα πάθη καὶ μετριώτερα ἀπεργαζόμεθα καὶ ἀποκαθαίρομεν, ἔν τε τοῖς ἱεροῖς... θεραπείας οὖν ἕνεκα τῆς ἐν ἡμῖν ψυχῆς καὶ μετριότητος τῶν διὰ τὴν γένεσιν προσφυομένων αὐτῇ κακῶν λύσεώς τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν καὶ ἀπαλλαγῆς χάριν τὰ τοιαῦτα προσάγεται.

De his locis, quorum priorem primus indicavit F. Robortellus in Aristot. Poetic., p. 54, ed. Florent. 1548 (cf. Lobeck *Aglaoph.*, p. 688 sqq.), alterum, ad quem Th. Gale, collato notissimo loco de καθάρσει in Aristot. Poetica, c. 5, annotaverat, nescio quo testimonio usus, « philosophum ex professo de καθάρσει in tertio de Poetice libro egisse, » iterum protraxit H. Barker, in Epist. crit. ad Arcadium de Accentibus, p. 255 ed. Lips., fusius disseruit Bernays, in libro : *Grundzüge der verlorenen Abhandlung des Aristoteles über Wirkung der Tragœdie, Breslau*, 1857. Quod si et huic concœdatur deperdito quodam Aristotelis scripto usos esse Proclum et Iamblichum, non tamen inde sequitur partem fuisse librorum de Poetica, quum et ipsius Procli disputatione, et aliis rationibus de quibus infra videbimus, potius ad Politicorum libros deducamur. Utcunque vero de hac re statuendum erit, jam illud manifestum est, neutro in loco aliud quid quam ipsam ab Aristotele prolatam sententiam contineri, quam licet pluribus et aliis partim verbis Iamblichus præcipue exponat (præter locum supra exscriptum cf. quos Bernays. laudat, p. 160, 169), nullo tamen modo evinci poterit, hanc explicationem ipsi Aristoteli tribuendam esse, præsertim quum Proclus non solum Aristotelem nominet, sed illi

12.

Alterum problema hoc erat : tragœdiam et comœdiam inepte a Platone e civitate ejectas esse : siquidem per has licet affectus moderate implere, impletis vero strenue ad disciplinam uti, sanando quidquid in iis peccat. Hoc vero et Aristoteli et illis qui hæc poemata contra Platonem defendere aggressi sunt, plures reprehendendi ansas dedit.

Digitized by Google

adjungat τοὺς ὑπὲρ τῶν ποιήσεων τούτων (tragœdiam et comœdiam scil.) ἀγωνιστάς, id est Peripateticos.

www.libtool.com.cn

III. ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

Quod Bernaysius de dialogica forma librorum, qui in prima parte indicis Diogenis L. et Anonymi recensentur (Diogen. Laert. 3, Anonym. 3; cf. Dschemalud. 3), acute suspicatus erat, id, quod ad libros περὶ Φιλοσοφίας attinet, verissimum esse, nunc diserto Prisciani philosophi testimonio comprobatur. In præfatione enim Quæstionum Naturalium ad Chosroem Persarum regem, primum edita a v. cl. Quicherat, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 3ᵉ *série*, t. IV, p. 248, deinde a Dübnero, in Plotino ed. Didot ad calcem, hæc de fontibus suis posuit, p. 553 : *Ex Platonico enim Timæo Phædoneque et Phædro et Politia et aliis convenientibus disputationibus assumpta atque confecta sunt, et actionibus* (πραγματείαις) *Aristotelis de physica et de cœlo et de generatione et corruptione et* μετεώρων, *similiter quoque ex his quæ sunt de somno et somniis et ex his quæ quasi in dialogis scripta sunt de philosophia et de mundis.* Sed nec hoc opus fuerat argumento, ut illorum error argueretur, qui, ut olim Petrus Marsus, Sam. Petitus (*Miscellan.*, l. IV, 9), Buhlius (*de Aristot. libris deperd.*, p. 108, 110), Titzius (*de Aristot. libr. serie*, p. 74, 84), novissime autem Krischius (*Forsch. auf dem Gebiete der alt. Philos.*, p. 263 sqq.), demonstrare aggressi sunt, hosce libros περὶ Φιλοσοφίας iis contineri, qui hodie Μετὰ τὰ φυσικὰ inscribuntur, quum nihil eorum, quæ ut ex opere de Philosophia desumpta afferuntur, in his inveniri possit. Non magis enim, ut tribus tantum modo exemplis defungar, de Orphei carminibus, quam de auctore notissimæ illius sententiæ Γνῶθι σεαυτὸν, aut de Magis antiquioribus quam Ægyptiis (cf. infra fr. 1, 3, 5), in Metaphysicis locutus est philosophus. Nec is tamen solus error est in quo multi versati sunt, sed et in similem plane nonnullos induxerunt Simplicius et Joannes Philoponus. Ex iis enim quæ illi ad Aristotelis verba, de Anima, I, 2, § 7 : Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας [λεγομένοις] διωρίσθη (scil. ἡ ψυχὴ), adscripserunt, primus fol. 5 verso : Περὶ Φιλοσοφίας μὲν νῦν λέγει τὰ περὶ τἀγαθοῦ, alter vero, f. C, 1 verso : Τὰ περὶ τἀγαθοῦ ἐπιγραφόμενα περὶ Φιλοσοφίας λέγει, orta est apud multos opinio, libros Aristotelis περὶ Φιλοσοφίας ab iis, qui περὶ τἀγαθοῦ inscripti erant, non diversos fuisse. In quo illis fraudi fuit, quod non satis bene perspexerunt Aristotelem non de proprio quodam scripto, sed de Platonicis de Bono sermonibus locutum esse. De his vero postea accuratius videndum erit, nunc jam ad hanc aliam accedamus quæstionem, ipsene Aristoteles in superstitibus libris dialogi de Philosophia mentionem fecerit necne. De hac autem re nulla fortasse dubitatio esset, nisi ab ipsis philosophi interpretibus injiceretur, uno ore, excepto Themistio, affirmantibus in verbis Aristotelis Natur. Auscult., II, 2, § 10 : Διχῶς γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα· εἴρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας, τὰ περὶ Φιλοσοφίας nihil aliud designari quam Ethicam ad Nicomachum scriptam; cf. Simplic. in Arist. Physic., f. 67, verso, Joann. Philopon., f. p. 15, Schol. cod. Paris. n. 1947, apud Brandis. p. 349, b, 22. Quem errorem non aliunde natum puto, quam e verbis, quæ in Paraphrasi posuit Themistius, fol. 24 verso : Καὶ ὅτι διχῶς τὸ τέλος ἐν τοῖς Ἠθικοῖς (cf. Eth. Nic. in.) λέγεται, ad præcedentia apud philosophum, l. l. ἐσμὲν γάρ πως καὶ ἡμεῖς τέλος, spectantibus, non vero ad sequentia εἴρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας, quæ in suis libris non invenisse videtur Themistius, quum nulla illorum in ejus Paraphrasi mentio occurrat. Quod igitur innumeris locis in philosophi libris factum est, et hîc accidisse credo, et quidem ita, ut illis περὶ Φιλοσοφίας Metaphysica designarentur, omisso fortasse verbo πρώτης, quod in loco, simili interpolationis suspicioni obnoxio, de Animal. motione, c. 6 init., legitur : Περὶ μὲν τοῦ πρώτου κινουμένου καὶ ἀεὶ κινουμένου, καὶ πῶς κινεῖ τὸ πρῶτον κινοῦν, διώρισται πρότερον ἐν τοῖς περὶ πρώτης Φιλοσοφίας. Talis vero fraudis multo etiam illustrius suppeditat exemplum Asclepius, qui in introductione ad Metaphysica, p. 519, b, 19 Brand., ex Analyticis posterioribus hæc verba affert, « Ὡς εἴρηταί μοι ἐν τοῖς περὶ σοφίας λόγοις, » quorum, ut cum Varrone loquar, nec vola nec vestigium in nostris libris occurrit.

Si hæc vere a nobis disputata sunt, sequitur inde, ut non magis dialogi de Philosophia quam ceterorum disertam fecisse mentionem Aristoteles putandus sit, vix enim opus est ut moneam, falsam esse illorum opinionem, qui verba philosophi de Partt. Anim., I, 16 (p. 223, 30) : Ἴσως δ' ἄν τις ἀπορήσειε, ποίαν λέγουσιν ἀνάγκην οἱ λέγοντες ἐξ ἀνάγκης· τῶν μὲν γὰρ δύο τρόπων οὐδέτερον οἷόν θ' ὑπάρχειν, τῶν διωρισμένων ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν, ita accipiunt quasi de libris de Philosophia conscriptis sermo fieret. Quid enim sint τὰ κατὰ φιλοσοφίαν διωρισμένα optime ex coin-

Digitized by Google

paratione similium locorum intelligetur, Physic. I, 8, 1, Polit. III, 7, 1, Ethic. Eudem. I, 8, 5, quibus addi potest Eth. Eud. I, 6, 2.

Etsi vero ignoro cur philosophus quasi consulto omiserit eodem modo, ut ad ceteros suos libros passim provocat, ita et dialogos nominare, nihilo tamen magis adduci possum, ut Rosii rationibus concedam, cum ceteris omnibus et hunc de Philosophia dialogum spurium et suppositicium opus fuisse affirmantis. A tali vero opinione tam longe absum, ut contra gravissimam in hoc dialogo jacturam factam esse contendam, quippe quem in multis haud imparem libris Metaphysicorum, in nonnullis etiam locupletiorem fuisse, tot fide dignissima ex antiquitate testimonia comprobent. Ceterum cf. quæ de horum librorum argumento egregie disputavit Bernays. l. l. p. 100 sqq.

E LIBRO PRIMO.

1. (21.)

Diogenes Laert. I, 8 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ Φιλοσοφίας καὶ πρεσβυτέρους εἶναι (τοὺς Μάγους scil.) τῶν Αἰγυπτίων· καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα, καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὡρομάσδης, τῷ δὲ Ἅδης καὶ Ἀρειμάνιος. Φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων, καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν. Cf. Metaphys., l. XIII, 4, § 4, Eudemus ap. Damascium de Principiis, p. 384.

2. (22.)

Plinius, Hist. nat. XXX, 2 : *Eudoxus qui inter sapientiæ sectas clarissimam utilissimamque eam* (*magicam* scil.) *intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic et Aristoteles.*

Melius hoc puto referetur ad primum librum dialogi de Philosophia quam ad Magicum, ad quem Rose retulit. E Plinio Isidorus Orig. VIII, 9, 1; de cujus errore a Hrabano Mauro, de Universo, t. I, p. 204, et Burleio, in Vitis Philosoph., de Zoroastre philosopho, exscripto, cf. Rose, *de Aristot. libr. ord.* p. 85.

3. (23.)

Joannes Philop. in Arist. de Anima, I, 5, 15 : Ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι, fol. F, 3, recto : Λεγομένοις εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ μὲν γὰρ εἰσὶ τὰ δόγματα, ταῦτα δή φησιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι κατατεῖναι. Codd. et ed. ὄνομα κρεῖττον ἐνέπεσε. Pro κατατεῖναι mallem καταθεῖναι.

Cicero de Natura deorum, I, 38 : *Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam fuisse Cercopis.* Nullo modo illud dicere voluit Aristoteles, quæ sententia Ciceronis verborum esse potest, Orpheum nunquam exstitisse, sed non ejus fuisse carmina quæ sub ejus nomine circumferebantur. Similis fortasse error latet apud Suidam s. Ὀρφεύς : Ὀδρύσης ἐποποιός· Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει.

4. (24.)

Synesius Encom. Calvit., c. 22 : Εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφόν. Πῶς δ' οὐχὶ σοφὸν περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιᾶς εἰσὶ φιλοσοφίας (v. l. ἱστορίας) ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα περισωθέντα διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα; Simillimus locus est Metaphys., XI, 9, § 13. Cf. Bernays, *Theophrastos Schrift über die Frœmmigkeit*, Berlin, 1866, p. 170.

5. (25.)

Porphyrius ἐκ τοῦ περὶ τοῦ Γνῶθι σαυτόν, in Joann. Stobæi Florileg., XXI, 26 : Τί ποτε ἦν

DE PHILOSOPHIA.

E LIBRO PRIMO.

1.

Ægyptiis antiquiores magos esse Aristoteles auctor est in primo de Philosophia libro, duoque secundum illos esse principia, bonum dæmonem et malum : alterum ex his Jovem et Oromasdem, alterum Plutonem et Arimanium dici. Quod Hermippus quoque in primo de Magis ait et Eudoxus in Periodo et Theopompus Philippicorum libro octavo.

3.

In carminibus Orpheo tributis dicit Aristoteles, quod Orphei non esse putat, ut ipse in libris de Philosophia dixit. Orphei enim sunt sententiæ, illas vero Onomacritus versibus dicitur expressisse.

4.

Proverbiis quoque sapientia inest. Cur autem non ita esset, quum de proverbiis dicat Aristoteles, reliquias esse veteris sapientiæ quæ in maximis calamitatibus hominum perierit, ob aptam brevitatem servatas?

5.

Qualenam fuerit et a quo profectum sacrum illud Pythicum præceptum, quod deo supplices futuros, cognoscere sese jubet?... Sed sive Phemonoe... sive Phanothea..

Digitized by Google

ἄρα, καὶ τίνος τὸ ἱερὸν πρόσταγμα τὸ ἐν Πυθοῖ, ὃ γνῶναι ἑαυτὸν τοῖς τοῦ θεοῦ δεησομένοις προσαγορεύει ;... Ἀλλ' εἴτε Φημονόη... εἴτε Φανοθέα... εἴτε καὶ Βίαντος ἢ Θαλοῦ ἢ Χίλωνος ἦν ἀνάθημα... εἴτε Κλεάρχῳ (deest hoc fragm. ap. Müller.), παρεκτέον μᾶλλον τοῦ μὲν Πυθίου φράζοντι εἶναι παράγγελμα, χρησθῆναι δὲ Χίλωνι τὸ ἄριστον ἀνθρώποις μαθεῖν πυνθανομένῳ· εἴτε καὶ πρὸ Χίλωνος ἦν ἔτι ἀνάγραπτον ἐν τῷ ἱδρυθέντι νεῷ μετὰ τὸν πέτρινόν τε καὶ χαλκοῦν, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας εἴρηκε.

Non aliter Clemens Alex. Strom., I, 14, 60, p. 129 Sylb. : Τὸ μὲν οὖν Γνῶθι σαυτὸν οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι, Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Θεῶν Θαλοῦ, Ἀριστοτέλης δὲ τῆς Πυθίας.

6. (26.)

Plutarch. adv. Colot., c. 20 : Ὁ δὲ Ἡράκλειτος ὡς μέγα τι καὶ σεμνὸν διαπεπραγμένος, « Ἐδιζησάμην, φησὶν, ἐμαυτόν. » Καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θειότατον ἐδόκει τὸ Γνῶθι σαυτόν, ὃ δὴ καὶ Σωκράτει ἀπορίας καὶ ζητήσεως ταύτης ἀρχὴν ἐνέδωκεν (cf. Plat. Alcib. I, p. 124), ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἴρηκε.

Num hæc recte ad libros de Philosophia referantur dubitari licet, quum, quæ a Plutarcho vocantur Πλατωνικὰ, libri περὶ τ'Ἀγαθοῦ esse possint.

7. (27.)

Clemens Alex. Strom., I, 14, 61 : Τὸ δ' « Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα », Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου Ὁμήρῳ φησὶ πρεσιρῆσθαι διὰ τούτων·

Δειλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι (Od. θ, 351).

Οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χίλωνος αὐτὸ νομίζουσι, Δίδυμος δὲ Θαλοῦ φησὶν εἶναι τὴν παραίνεσιν. Cf. M. Schmidt, *Didymi Chalc. fragm.*, p. 373. Diodor. Exc., IX, 14 : Ὅτι Χίλων ἀφικόμενος εἰς Δελφοὺς καὶ καθάπερ ἀπαρχὰς ποιούμενος τῷ θεῷ τῆς ἰδίας συνέσεως, ἐπέγραψεν ἐπί τινα κίονα τρία ταῦτα· Γνῶθι σεαυτὸν, καὶ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τρίτον Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. Quorum secundum Aristoteles tribuit Chiloni, τὸ Χιλώνειον vocans, Rhetor. II, 12, 14.

8. (28.)

Harpocration, s. v. Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι· Δημοσθένης προοιμίοις δημηγορικοῖς. Σοφοκλῆς μὲν οὖν ἐν ταῖς Ἐλεγείαις Σόλωνός (cf. Bergk. Lyrici Gr. p. 572 ed. 1866) φησιν αὐτὸ εἶναι ἀπόφθεγμα, Θεόφραστος δ' ἐν τῷ [περὶ] Παροιμιῶν καὶ Ἀριστοτέλης Βίαντος.

Hæc, licet in Ethicis Nicom. V, 1, 16, legatur : Καὶ διὰ τοῦτο εὖ δοκεῖ τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι ἀρχὴ ἄνδρα δείξει, ad quæ vet. int. : Οἱ μὲν Χίλωνι τιθέασι τὴν γνώμην, οἱ δὲ Βίαντι, ὅτι ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσι, sive ad libros de Philosophia, sive ad Politiam quandam, Prienensium fortasse (cf. Ros. l. l. p. 536) spectant, quum Ethicorum libri minime inter illos sint, quorum testimonium a veteribus, id est Alexandrinis grammaticis, e quibus copias suas derivavit Harpocration, adhiberi soleat. Nec minus oportet illum, qui primus in hac re auctoritate Aristotelis usus est, sive is Didymus sive alius quis fuit, ante oculos habuisse locum, in quo de Biante auctore illius dicti, plura et magis diserta tradita erant, quam quæ quasi transcursu in Ethicis dicta sunt. Librum Aristotelis περὶ Παροιμιῶν, de quo cogitabat Maussacus in notis ad l. l. Harpocrationis, revera exstitisse nullo satis certo

---

sive Biantis aut Thaletis hoc velut anathema sit... sive Clearcho potius credendum est, qui hanc sententiam ab ipso Pythio responsam ait Chiloni roganti, quid hominibus optimum esset edoceri, sive ante Chilonis ætatem fuerit inscriptum fundato templo post lapideum et æreum, ut Aristoteles in libris de Philosophia meminit.

Nosce te ipsum, alii ut Chilonis dictum acceperunt, Chamæleon in libro de Diis ut Thaletis, Aristoteles ut Pythiæ.

6.

Heraclitus quidem tanquam re magna et præclara gesta, *Quæsivi*, inquit, *me ipsum*. Et inter ea quæ Delphis scripta sunt, maxime divinum illud creditum est, *Noris te ipsum* : idque hujus dubitationis et inquisitionis Socrati ansam dedit, ut ait in Platonicis Aristoteles.

7.

Illud : *Sponde, noxa præsto est*, Cleomenes quidem in libro de Hesiodo dicit prius dictum fuisse ab Homero his verbis :

Miseræ pro miseris etiam sponsiones ad spondendum ;

Aristoteles vero existimat id fuisse Chilonis ; Didymus autem dicit admonitionem fuisse Thaletis.

8.

Magistratus virum demonstrat : Demosthenes in Exordiis concionum. Sophocles in Elegiis apophthegma hoc tribuit Soloni : sed Theophrastus in libro de Proverbiis et Aristoteles, Bianti.

Digitized by Google

testimonio comprobatur. De ipso proverbio cf. Diogenian. II, 94 ; Apostol. IV, 1 ; XVIII, 32.

9. (29.)

www.ttbook.com.cn

Etymol. M. p. 722, 16 : Σοφιστής· κυρίως ὁ σοφιζόμενος· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης σοφιστὰς λέγει τοὺς ἑπτὰ σοφούς· ἐλέχθη δὲ καὶ ὁ ἐθελοφιλόσοφος σοφιστής, ὁ δὲ τῷ ὄντι σοφός· ὅθεν ἐπεπόλαζε λέγειν· « Φιλοσόφει

ὄρρ' εὖ γιγνώσκῃς ἡμὲν θεὸν ἠδὲ σοφιστήν »

(Il. E, 128). Νῦν σοφιστὰς τοὺς διατριβῶν προϊστκμένους. Οὕτως Ἀπολλώνιος (Ἡλιόδωρος cod. Marc.) ἐν Ἐξηγήσει τῶν Ἡροδότου γλωσσῶν. Cf. Diog. Laert. I, 12 : Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. Schol. ad Iliad. o, 410 : Οἱ γὰρ παλαιοὶ πάντας σοφοὺς σοφιστὰς ἐκάλουν. Iamblich. vit. Pythag. c. 18, 83 : Ἔστι δὲ αὕτη ἡ αὐτὴ τῇ τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν λεγομένη σοφία.

10. (30.)

Sextus Emp. adv. Dogm. IV, 46 : Μὴ εἶναι δὲ (κίνησίν φασι scil.) οἱ περὶ Παρμενίδην καὶ Μέλισσον, οὓς ὁ Ἀριστοτέλης στασιώτας τε καὶ ἀφυσίκους κέκληκεν· στασιώτας μὲν ἀπὸ τῆς στάσεως, ἀφυσίκους δὲ ὅτι ἀρχὴ κινήσεώς ἐστιν ἡ φύσις, ἣν ἀνεῖλον φάμενοι μηδὲν κινεῖσθαι.

Ad dialogum de Philosophia retulit hæc Bernaysius, l. l. p. 98. Ceterum στασιώτας Parmenidem et Melissum vocaverat jam Plato in Theæteto p. 181, A, unde Rosius, p. 118, suspicatus est apud Sextum nomen Aristotelis ex errore pro Platonis positum fuisse. Nihil tamen obstat quominus magistrum in hoc secutus sit Aristoteles, præsertim quum eosdem solus ἀφυσίκους appellasse videatur.

11. (31.)

Diog. Laert. II, 45 : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης Μάγον τινὰ ἐλθόντα ἐκ Συρίας εἰς Ἀθήνας τά τε ἄλλα καταγνῶναι τοῦ Σωκράτους, καὶ δὴ καὶ βίαιον ἔσεσθαι τὴν τελευτὴν αὐτῷ.

12. (32.)

Diog. Laert. II, 23 : Καὶ Πυθώδε ἐλθεῖν (τὸν Σωκράτην scil.) Ἀριστοτέλης φησίν· ἀλλὰ καὶ εἰς Ἰσθμὸν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων.

13. (33.)

Cicer. Tuscul. Disput. III, 28, 69 : *Itaque* Aristoteles *veteres philosophos accusans, qui existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse, sed se videre quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane absolutam fore.* Eadem ex Cicerone Lactantius Inst. divin. III, 28.

E LIBRO SECUNDO.

14. (34.)

Proclus apud Joannem Philoponum c. Proclum de Mundi æternitate, II, 2, fol. B, 1, verso ed. Venet. 1535 : Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πρόκλος ἐν πολλοῖς τε ἄλλοις τὴν τῶν φιλοσόφων (Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους scil.) διαφωνίαν διαφερόντων τῇ περὶ τῶν ἰδεῶν ὑποθέσει φιλαλήθως ὡμολόγηκεν. Ἐν γοῦν τῷ λόγῳ ὃν ἐπέγραψεν Ἐπίσκεψις τῶν πρὸς τὸν Πλάτωνος Τίμαιον ὑπ' Ἀριστοτέλους ἀντειρημένων, ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ ταῦτά φησιν ἐπὶ λέξεως· « Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ὄνομα δυσχεραίνει τοῦ

9.

Aristoteles sophistas vocat septem sapientes.

10.

Non esse autem motum dicunt Parmenides et Melissus, quos Aristoteles vocavit statores et non physicos ; statores quidem a statione, non physicos autem, quoniam natura est principium motus, quem sustulerunt dicentes nihil moveri.

11.

Refert Aristoteles magum quendam ex Syria profectum Athenas et alia Socrati infausta prædixisse et mortem violentam ei futuram.

12.

Aristoteles et Delphos venisse narrat Socratem : Isthmum quoque Favorinus in primo Commentariorum adiisse refert.

E LIBRO SECUNDO.

14.

Ipse vero Proclus cum in multis aliis tum et in doctrina de ideis Platonis et Aristotelis dissensionem ingenue fatetur. In libro quidem quem inscripsit : Exploratio eorum quæ ab Aristotele contra Platonis Timæum dicta sunt, primo capite, hæc sunt ipsa ejus verba : « Aristoteles vero et illud ipsum improbat quod exemplaria ideæ vocantur, metaphorice hoc dictum esse affirmans, at multo magis impugnat universe doctrinam quæ ideas inducit et præcipue *ipsum-animal*, ut in Metaphysica scripsit. Neque scio an ille vir aliud ex iis quæ a Platone dicta sunt æque rejecerit ac doctrinam de ideis, nec solum in logicis scriptis « inania figmenta » ideas vocans, sed et in Ethicis *ipsum-bonum* impugnans et in Physicis quum ad ideas generationes referri nolit, ut in

Digitized by Google

παραδείγματος (Metaph. I, 9, 8), μεταφορικὸν αὐτὸ λέγων καὶ πολλῷ μᾶλλον πρὸς τὸ δόγμα μάχεται καὶ ἁπλῶς τὸ τὰς ἰδέας εἰσάγον καὶ διαφερόντως πρὸς τὸ αὐτοζῷον, ὡς ἐν τῇ Μετὰ τὰ Φυσικὰ (πραγματείᾳ scil.) γέγραφε (VII, 16, 7). Καὶ κινδυνεύει μηδὲν οὕτως ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ἀποποιήσασθαι τῶν Πλάτωνος ὡς τὴν τῶν ἰδεῶν ὑπόθεσιν οὐ μόνον ἐν λογικοῖς τερετίσματα τὰ εἴδη καλῶν (Anal. poster. I, 22. § 8), ἀλλὰ καὶ ἐν Ἠθικοῖς (Eth. Nic. I, 4), πρὸς τὸ αὐτοαγαθὸν διαμαχόμενος, καὶ ἐν Φυσικοῖς οὐκ ἀξιῶν τὰς γενέσεις εἰς τὰς ἰδέας ἀναφέρειν, ὡς ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως λέγει καὶ Φθορᾶς (II, 9), καὶ ἐν τῇ Μετὰ τὰ φυσικὰ πολλῷ πλέον, ἅτε περὶ τῶν ἀρχῶν πραγματευόμενος, καὶ κατατείνων μακρὰς κατηγορίας τῶν ἰδεῶν, ἐν τοῖς πρώτοις, ἐν τοῖς μέσοις, ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς πραγματείας ἐκείνης, καὶ ἐν τοῖς Διαλόγοις σαφέστατα κεκραγὼς μὴ δύνασθαι τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθεῖν, κἂν τις αὐτὸν οἴηται διὰ φιλονεικίαν ἀντιλέγειν. » Οὕτω καὶ ὁ Πρόκλος λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὴν διαφωνίαν τῶν φιλοσόφων ὡμολόγηκεν.

Hinc ea fortasse illustrantur quæ apud eundem Joannem Philoponum, cui hoc insigne Procli testimonium debetur, legimus, in Aristot. Analyt. post. f. 53, verso, p. 228, B, 16 Brand., ad locum ab ipso Proclo laudatum, I, 22, 8, ubi ideas philosophus τερετίσματα vocat: Ἱστορεῖται δὲ ὅτι καὶ ζῶντος τοῦ Πλάτωνος καρτερώτατα περὶ τούτου τοῦ δόγματος (τῶν ἰδεῶν scil.) ἐνέστη ὁ Ἀριστοτέλης τῷ Πλάτωνι. Ex eodem vero fonte quo Proclus, Plutarchus quoque hausisse videtur, adversus Coloten, c. 14: Τάς γε μὴν ἰδέας, περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, πανταχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων, φιλονεικότερον ἐνίοις ἔδοξεν ἢ φιλοσοφώτερον ἐκ [**] τῶν δογμάτων τούτων, ὡς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπεριδεῖν φιλοσοφίαν· οὕτω μακρὰν ἦν τοῦ ἀκολουθεῖν, ubi, nescio an jure, ante ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ inseri voluit Bernaysius, l. l. p. 46, quum, ut citandi modus demonstrare videtur, e scriptore sua habuerit Plutarchus, illa ipsa Μετὰ τὰ φυσικὰ denominatione antiquiore. Cum illo διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων, quod a suspicione corruptionis per glossatorem inductæ non alienum est, conferri vix possunt quæ apud Davidem in Aristot. Categor. p. 26, B, 35 Brand.: ἐν μὲν τοῖς διαλογικοῖς τοῖς ἐξωτερικοῖς, leguntur, quippe quæ per appositionem, ut vocant, dicta sunt.

15. (35.)

Syrianus in Aristot. Metaphys. XII, 9, apud Brandis. scholia in Arist. Metaph. Berol. 1837, p. 322, 4: Ἐπεὶ ὅτι καὶ αὐτὸς (ὁ Ἀριστοτέλης scil.) ὁμολογεῖ μηδὲν εἰρηκέναι πρὸς τὰς ἐκείνων (τῶν Πλατωνικῶν πρὸ τοῦ Ξενοκράτους scil. cf. Bonitz. in comm. ad Metaph. p. 544) ὑποθέσεις μηδ' ὅλως παρακολουθεῖν τοῖς εἰδητικοῖς ἀριθμοῖς, εἴπερ ἕτεροι τῶν μαθηματικῶν εἶεν, μαρτυρεῖ τὰ ἐν τῷ β' τῶν περὶ τῆς Φιλοσοφίας ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον· « Ὥστε εἰ ἄλλος ἀριθμὸς αἱ ἰδέαι, μὴ μαθηματικὸς δέ, οὐδεμίαν περὶ αὐτοῦ σύνεσιν ἔχοιμεν ἄν. Τίς γὰρ τῶν γε πλείστων ἡμῶν συνίησιν ἄλλον ἀριθμόν; » Ὥστε καὶ νῦν ὡς πρὸς τοὺς πολλοὺς τοὺς οὐκ εἰδότας ἄλλον ἢ τὸν μοναδικὸν ἀριθμὸν πεποίηται τοὺς ἐλέγχους, τῆς δὲ τῶν θείων ἀνδρῶν διανοίας οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐφήψατο. Ex Alexandro hæc ducta videntur. Verbis Syriani usus erat Brandis, *De perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono sive Philosophia*, Bonnæ 1823, p. 47.

16. (36.)

Schol. in Proverbia Salomonis, cod. Paris.

---

libris de Generatione et Corruptione, et multo magis in Metaphysicis quum ibi de principiis agat, initio, medio et fine horum librorum, et in Dialogis ubi non dubiis verbis pronuntiavit, se non posse cum illa opinione consentire, etiamsi quis credat se propter contentionis studium illi obloqui. » Ita et Proclus clara voce dissensionem philosophorum fatetur.

Narratur etiam vivente Platone acerrime propter idearum doctrinam ab Aristotele impugnatum esse Platonem.

Ideas autem Platonicas Aristoteles ubique incessens dictis, in Moralibus, in Naturalibus Commentariis, in Dialogis exotericis, visus est quibusdam majore contentionis quam sapientiæ studio id fecisse, ut qui sibi proposuisset philosophiam Platonis contemnere: tantum abest ut eum fuerit secutus.

15.

Quia quod etiam ipse Aristoteles fatetur nihil dixisse contra Platonicorum (*ante Xenocratem*) suppositiones, nec omnino insequi ideales numeros, si sint a mathematicis diversi, testantur quæ in secundo libro de Philosophia hoc modo se habent: « Quare si alius numerus sunt ideæ, sed non mathematicus, nullam de ipso intelligentiam haberemus, quis enim e maximo saltem numero nostrum alium numerum intelligat? » Quare et nunc contra multos alium numerum non cognoscentes, quam ex unitatibus constitutum facit redargutiones; divinorum autem virorum sensus nec omnino attigit.

16.

Aristotelis. Sive unum est principium sive multa. Si

Digitized by Google

174, f. 46 recto : Ἀριστοτέλους· ἡ ἀρχὴ ἢ μία ἢ πολλαί. Καὶ εἰ μὲν μία, ἔχομεν τὸ ζητούμενον· εἰ δὲ πολλαὶ, ἢ τεταγμέναι ἢ ἄτακτοι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἄτακτοι, ἀτακτότερα τὰ ἐξ αὐτῶν. Καὶ οὐκ ἔστι κόσμος ὁ κόσμος, ἀλλ' ἀκοσμία· καὶ ἔστι τὸ παρὰ φύσιν τοῦ κατὰ φύσιν μὴ ὄντος· εἰ δὲ τεταγμέναι, ἢ ἐξ ἑαυτῶν ἐτάχθησαν, ἢ ὑπὸ ἔξωθεν τινὸς αἰτίας. Ἀλλ' εἰ μὲν ὑφ' ἑαυτῶν ἐτάχθησαν, ἔχουσί τι κοινὸν τὸ συνάπτον αὐτὰς, κἀκεῖνο ἡ ἀρχή.

Qui hanc primus e codice protulit argumentationem, Rosius (cf. l. l. p. 185), eam primum subjecerat titulo περὶ Ἀρχῆς, ex indicibus tantum noto. Propius fortasse ad veritatem accedit, quod idem in Additam., p. 710, conjecit, e dialogo de Philosophia desumptam esse.

17. (37.)

Cicero de Finibus, II, 12, 39 : *Primum* (*semovendas putabo sententias* scil.) *Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere, contemnentes istam vacuitatem doloris. Hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendum et agendum esse natum quasi mortalem deum; contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem, ad pastum et ad procreandi voluptatem hoc divinum animal ortum esse voluerunt; quo nihil mihi videtur absurdius.*

18. (38.)

Sextus Empir. adv. Dogm. III, 20-22 : Ἀριστοτέλης δὲ ἀπὸ δυοῖν ἀρχῶν ἔννοιαν θεῶν ἔλεγε γεγονέναι ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀπό τε τῶν περὶ τὴν ψυχὴν συμβαινόντων καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων. Ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῶν περὶ τὴν ψυχὴν συμβαινόντων διὰ τοὺς ἐν τοῖς ὕπνοις γινομένους ταύτης ἐνθουσιασμοὺς καὶ τὰς μαντείας. Ὅταν γάρ, φησιν, ἐν τῷ ὑπνοῦν καθ' ἑαυτὴν γένηται ἡ ψυχὴ, τότε καὶ ἴδιον ἀπολαβοῦσα φύσιν προμαντεύεταί τε καὶ προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἐν τῷ κατὰ τὸν θάνατον χωρίζεσθαι τῶν σωμάτων. Ἀποδέχεται γοῦν καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον ὡς τοῦτο παρατηρήσαντα· πεποίηκε γὰρ τὸν μὲν Πάτροκλον ἐν τῷ ἀναιρεῖσθαι προαγορεύοντα περὶ τῆς Ἕκτορος ἀναιρέσεως (Il. π, fin.), τὸν δ' Ἕκτορα περὶ τῆς Ἀχιλλέως τελευτῆς (Il. χ. 58, ss.). Ἐκ τούτων οὖν, φησιν, ὑπενόησαν οἱ ἄνθρωποι εἶναί τι θεὸν, τὸ καθ' ἑαυτὸ (ὃν θεῖον καθ' ἑαυτὸ ὄν. Bern.), ἐοικὸς τῇ ψυχῇ καὶ πάντων ἐπιστημονικώτατον. Ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων· θεασάμενοι γὰρ μεθ' ἡμέραν μὲν ἥλιον περιπολοῦντα, νύκτωρ δὲ τὴν εὔτακτον τῶν ἄλλων ἀστέρων κίνησιν, ἐνόμισαν εἶναί τινα θεὸν τὸν τῆς τοιαύτης κινήσεως καὶ εὐταξίας αἴτιον. Τοιοῦτος μὲν καὶ ὁ Ἀριστοτέλης.

Hæc cum fragm. 19 non male Eudemo tribuerat Krische, l. l. p. 17 et 304 : potius tamen, præeunte Brandisio, *Geschichte der gr.-ræm. Philosophie, B.* II, 2, *erste Hælfte*, p. 84, ad dialogum de Philosophia referenda sunt.

19. (39.)

Ultima, quæ tantummodo indicavit Sextus Empiricus, ex ipsius Aristotelis verbis expressisse videtur Cicero, de Natura deorum, II, 37 : *Certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem cœli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur. Præclare ergo Aristoteles : « Si essent, inquit, qui sub terra semper habitavissent bonis et illustribus domiciliis, quæ essent ornata signis atque picturis instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii qui beati putantur, nec tamen exi-*

---

unum, habemus id quod quæritur; si multa, sive ordinata sive inordinata sunt. Si sunt inordinata quæ ex illis gignuntur, etiam magis inordinata sunt et mundus non est mundus (κόσμος, id est *ordo*) sed ordinis defectus (ἀκοσμία). Et id viget quod contra naturam est, quum id quod secundum naturam est non sit. Si ordinata, sive a semet ipsis ordinata sunt sive ab externa causa. Sin autem a semet ipsis ordinata sunt, habent aliquid commune quod ea connectit, id vero principium.

18.

Aristoteles autem dicebat ex duobus principiis ortam esse dei notionem inter homines, nempe et ex iis quæ in anima accidunt et ex sublimibus. Ex iis quidem quæ in anima accidunt propter divinos ejus in somnis afflatus et divinationes. Quando enim, inquit, in somnis anima per se fuerit, tunc sua propria recepta natura et divinat et futura præsagit. Talis est autem etiam dum in morte separatur ab iis quæ corpus habent : admittit enim Homerum quoque poetam, ut qui hoc observaverit. Fecit enim Patroclum quidem, dum interimeretur, prædicentem cædem Hectoris, Hectorem autem Achillis. Ex his ergo, inquit, suspicati sunt homines, deum esse aliquid quod ex se est, simile animæ, et est omnium scientissimum. Sed et ex sublimibus : nam quum contemplati essent solem quidem interdiu circumeuntem, noctu autem ordinatum aliarum stellarum motum, existimarunt esse deum aliquem, auctorem hujus motionis et ordinis. Atque hæc quidem Aristoteles.

Digitized by Google

sent unquam supra terram, accepissent autem fama et auditione esse quoddam numen et vim deorum, deinde aliquo tempore patefactis terræ faucibus ex illis abditis sedibus evadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent, quum repente terram et maria cœlumque vidissent, nubium magnitudinem ventorumque vim cognovissent adspexissentque solem, ejusque tum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is diem efficeret, toto cœlo luce diffusa, quum autem terras nox opacasset, tum cœlum totum cernerent astris distinctum et ornatum lunæque luminum varietatem tum crescentis tum senescentis, eorumque omnium ortus et occasus atque in omni æternitate ratos immutabilesque cursus, hæc quum viderent, profecto et esse deos et hæc tanta opera deorum esse arbitrarentur. » *Atque hæc quidem ille.*

Hæc scribenti Aristoteli sine dubio obversatam fuisse notissimam imaginem hominum in caverna subterranea vinctorum, jam olim Patritius, *Discuss. Peripatetic.* t. I, p. 75, observaverat. Ipse vero Sextus adv. Dogm. III, 26-27, eadem uberius ex Aristotele, ut videtur, exsecutus est :

20. (40.)

Ἔνιοι δὲ ἐπὶ τὴν ἀπαράβατον καὶ εὔταχτον τῶν οὐρανίων κίνησιν παραγινόμενοί φασι τὴν ἀρχὴν ταῖς τῶν θεῶν ἐπινοίαις ἀπὸ ταύτης γεγονέναι πρῶτον· ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐπὶ τῆς Τρωικῆς καθεζόμενος Ἴδης εἶδε τὴν τῶν Ἑλλήνων στρατείαν μετὰ πολλοῦ κόσμου καὶ τάξεως τοῖς πεδίοις προσιοῦσαν,

Ἵππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὀχέσφιν,
πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν (Il. σ, 297),

πάντως ἂν ὁ τοιοῦτος εἰς ἔννοιαν ἦλθε τοῦ ὅτι ἔστι τις ὁ διατάσσων τὴν τοιαύτην τάξιν καὶ ἐγκελευόμενος τοῖς ὑπ' αὐτὸν κοσμουμένοις στρατιώταις, οἷον Νέστωρ ἢ ἄλλος τις τῶν ἡρώων, ὃς ἤδει

Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας; ἀσπιδιώτας (Il. β, 354)

καὶ ὃν τρόπον ὁ ἔμπειρος νεὼς ἅμα τῷ θεάσασθαι πόρρωθεν ναῦν οὐρίῳ δρωκομένην πνεύματι καὶ πᾶσι τοῖς ἱστίοις εὐτρεπιζομένην, συνίησιν ὅτι ἔστι τις ὁ κατευθύνων ταύτην καὶ εἰς τοὺς προκειμένους λιμένας καταντῶν, οὕτως οἱ πρῶτον εἰς οὐρανὸν ἀναβλέψαντες καὶ θεασάμενοι ἥλιον μὲν τοὺς ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι δύσεως δρόμους σταδιεύοντα, ἀστέρων δὲ εὐτάκτους τινὰς χορείας, ἐπεζήτουν τὸν δημιουργὸν τῆς περικαλλοῦς ταύτης διακοσμήσεως οὐκ ἐκ ταὐτομάτου συμβαίνειν αὐτὴν ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος καὶ ἀφθάρτου φύσεως, ἥτις ἦν θεός. Similia quædam in Metaphys. XI, 10, § 1, invenies.

E LIBRO TERTIO.

21. (41.)

Simplicius in Aristot. de Cælo, I, 9, 11 (ad verba philosophi : Καὶ γὰρ καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον, ἀναγκαῖον εἶναι πᾶν τὸ πρῶτον καὶ ἀκρότατον.) p. 487, A, 6 Brand., p. 130, A, 40 ed. Karsten. Traj. ad Rhen. 1866 : Λέγει δὲ περὶ τούτου ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας. Καθόλου γὰρ ἐν οἷς ἔστι τὸ βέλτιον, ἐν τούτοις ἔστι καὶ τὸ ἄριστον. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσιν ἄλλο ἄλλου βέλτιον, ἔστιν ἄρα τι καὶ ἄριστον, ὅπερ εἴη ἂν τὸ θεῖον. Εἰ οὖν τὸ μεταβάλλον (εἰ ὧν τι μεταβάλλει em. Bern.) ἢ ὑπ' ἄλλου μεταβάλλει ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ εἰ ὑπ' ἄλλου, ἢ κρείττονος ἢ χείρονος,

20.

Nonnulli autem considerantes certum constantemque et ordinatum motum cœlestium dicunt omnino deorum notiones ex eo primum ortas esse hominibus. Quo modo enim, si quispiam sedens super Trojanam Idam vidisset Græcorum exercitum decenter et ordinate in campis procedere,

Primum equites et equos cum curribus atque deinde vim peditum,

ei omnino venisset in mentem quod sit aliquis qui regit ac moderatur et militibus, qui ab ipso reguntur, eum ordinem servare imperat, nempe Nestor aut aliquis alius ex heroibus qui scit

Instruxisse equites, peditesque scuta gerentes :

et quomodo, qui est navis peritus, quum primum conspexerit navem, quæ secundo vento fertur et velis omnibus bene est instructa, intelligit esse aliquem qui eam regit et ad portus deducit propositos; ita qui primum cœlum suspexerunt et contemplati quidem sunt solem ab oriente usque ad occidentem cursum suum veluti in stadio conficientem, stellarum autem quasdam ordine procedentes choreas, inquirebant opificem pulcherrimæ hujus ordinationis, eam conjectantes casu non accidere, sed a quadam potente natura et in quam non cadit interitus, quæ quidem est deus.

E LIBRO TERTIO.

21.

De divino loquitur Aristoteles in libris de Philosophia : Universe enim in his ubi aliquid melius est, aliquid etiam est optimum. Quum igitur in iis quæ sunt, aliud alio melius est, est profecto aliquid optimum, quod divinum erit. Id vero quod mutatur sive mutatur ab alio sive a semet ipso; si ab alio, id erit sive melius sive deterius, si a semet ipso, vel in pejus mutabitur, sive pulchrius ali-

Digitized by Google

εἰ δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ, ἢ ὡς πρός τι χεῖρον (ἢ πρὸς τὸ χεῖρον Bern.) ἢ ὡς καλλίονός τινος ἐφιέμενον, τὸ δὲ θεῖον οὐδὲ κρεῖττόν τι ἔχει ἑαυτοῦ ὑφ' οὗ μεταβληθήσεται, ἐκεῖνο γὰρ ἂν ἦν θειότερον, οὔτε ὑπὸ χείρονος τὸ κρεῖττον πάσχειν θέμις ἐστί, ἀμετάβλητον ἄρα ἐστί· καὶ μέντοι εἰ ὑπὸ χείρονος, φαῦλον ἄν τι προσελάμβανεν, οὐδὲν δὲ ἐν ἐκείνῳ φαῦλον. Ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτὸ μεταβάλλει ὡς καλλίονός τινος ἐφέμενον, οὐδὲ γὰρ ἐνδεές ἐστι τῶν αὐτοῦ καλῶν οὐδενός· οὐ μέντοι οὐδὲ πρὸς τὸ χεῖρον, ὅτι μηδὲ ἄνθρωπος ἑκὼν ἑαυτὸν χείρω ποιεῖ, μήτε δὲ ἔχει τι φαῦλον μηδὲν ὅπερ ἂν ἐκ τῆς εἰς τὸ χεῖρον μεταβολῆς προσέλαβεν· καὶ ταύτην δὲ ἀπὸ τοῦ δευτέρου τῆς Πλάτωνος Πολιτείας Ἀριστοτέλης μετέλαβε τὴν ἀπόδειξιν.

Eadem e cod. Paris. 1910 edidit Ravaisson, *Essai sur la Métaphysique d'Aristote*, t. I, p. 67. Similia quædam habet Themistius Paraphr. in Ar. de Cælo (lat. ex hebraica vers. quæ ipsa ex arabica translata erat) fol. 16 verso, Venet. 1574: *Persæpe enim in vulgi plebisque de rebus divinis disputationibus exponitur, omnino consentaneum esse, in omni eo quod primum est et extremum, ut divinum sit nullamque mutationem consequatur. Nos autem videmus id ita se habere quemadmodum dicunt. Quod etiam quæ a nobis dicta sunt confirmat. Nam divinum corpus quod in circulum fertur profecto non commutatur nec mutationem admittit. Alioquin si commutaretur, necessarium foret ut vel ex se vel ab alio mutationem reciperet. Si ab alio, omnino id a quo commutatur nobilius exstitisset. Quare consonum esset, ut ipsum nec divinum nec primum diceretur. Si vero ex se, in id profecto commearet quod nobilius esset. Etenim falsum ac dissentaneum foret, ut mutaretur in id quod turpius ac ignobilius exstitisset. Nec defectus in eo invenitur, ut hoc nomine debeat in aliquid nobilius ac perfectius mutari. Nec demum turpe quippiam, ut id fugitaret evitaretque. Rationi igitur consentaneum est, ut sempiternus motus ejus existat*, etc.

De hoc Simplicii loco tam contrariæ inter se in medium prolatæ sunt sententiæ, ut, quum Bernays. l. l. p. 111, post Ravaisson. l. l. p. 67. Bournot. *Platonica Aristotelis Opuscula*, Putbus, 1853 p. 17, evincere conetur ipsa verba Aristotelis, duobus tantum locis interpolata : καὶ μέντοι ... ἐν ἐκείνῳ φαῦλον, et μήτε δὲ ἔχει ... προσέλαβεν, exscripta fuisse a Simplicio, Rosius omnem hujus fragmenti auctoritatem evellere studeat, affirmans totam Simplicii, seu potius Alexandri, quem sequitur, argumentationem e Platonis loco, quem afferat Republ. II, p. 380, et ipsius Aristotelis verbis contineri. In qua tamen re longe illum a vero aberrasse puto : non enim video cur mirum esset Aristotelem cum Platone consentire, quum ab ipso Simplicio, vel quo usus est auctore, adjiciatur illum hanc argumentationem e Platone desumpsisse.

22. (42.)

Cicero Academ., II, 38, 119 : *Quum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit, veniet flumen orationis aureum fundens Aristoteles, qui illum desipere dicat. Neque enim ortum esse unquam mundum, quod nulla fuerit novo consilio inito tam præclari operis inceptio, et ita esse eum undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationesque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum existere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat.*

23. (43.)

Pseudo-Philo de Mundi æternitate, t. II, p. 489 ed. Mangey. : Ἀριστοτέλης δὲ, μήποτ' εὐσεβῶς καὶ ὁσίως ἐνιστάμενος, ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον ἔφη τὸν κόσμον εἶναι· δεινὴν δὲ ἀθεότητα κατεγίνωσκε τῶν τὰ ἐναντία διεξιόντων, οἳ τῶν χειροκμήτων οὐδὲν ὠήθησαν διαφέρειν τοσοῦτον ὁρατὸν θεὸν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὸ ἄλλο τῶν πλανήτων καὶ ἀπλανῶν ὡς ἀληθῶς περιέχοντα πάνθειον· ἔλεγέ τε, ὡς ἔστιν ἀκούειν, καὶ κατακερτομῶν ὅτι πάλαι μὲν ἐδεδίει περὶ τῆς οἰκίας, μὴ βιαίοις πνεύμασιν (ῥεύμασιν conj. Bernays.) ἢ χειμῶσιν ἐξαισίοις ἢ χρόνῳ ἢ ῥαθυμίᾳ τῆς

---

quid appetit. Divinum vero neque habet quod se melius sit per quod mutabitur, illud enim magis divinum esset; neque fas est id quod melius sit a deteriore affici : mutari igitur nequit. Et profecto si a deteriore, mali aliquid susciperet, in illo autem nihil est mali. Sed neque se ipsum mutat ejus appetens quod pulchrius est, neque enim bonorum quæ in eo sunt ullo indiget. Neque vero in deterius mutabitur, quum ne homo quidem sua sponte se ipsum deteriorem reddat, neque habeat divinum in se mali aliquid quod ex mutatione in deterius facta acceperit. Hanc demonstrationem e secundo libro Platonis de Republica assumpsit Aristoteles.

23.

Aristoteles nescio quam pie sancteque sentiens, non genitum et incorruptibilem mundum pronuntiat et impietatis damnat quotquot contrarium asserunt, qui manufactis præstantiorem non existimant tam visibilem deum, qui vere in se continet solem et lunam reliquumque errantium et fixorum Pantheon. Dixit etiam quasi

Digitized by Google

ἁρμοττούσης ἐπιμελείας ἀνατραπῇ· νυνὶ δὲ φόβον ἐπικεκραμάσθαι μείζονα πρὸς τῶν τὸν ἅπαντα κόσμον τῷ λόγῳ καθαιρούντων. Cf. eund. de Mundo, ib. p. 609 : Ἀριστοτέλης γὰρ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον ἔφη τὸν κόσμον εἶναι, δεινὴν δὲ ἀθεότητα κατεγίνωσκε τἀναντία διεξιόντων οἱ τῶν χειροκμήτων οὐδὲν ὠήθησαν διαφέρειν τὸ τοιοῦτον ἔργον θεοῦ. Cf. Bernays, l. l. p. 100; 165, sq.

24. (44.)

Cicero de Natura Deor. II, 15 : *Quum enim aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aere aliorum, absurdum esse Aristoteli videtur in ea parte quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Sidera autem æthereum locum obtinent, qui quoniam tenuissimus est et semper agitatur et viget, necesse est, quod animal in eo gignatur, id et sensu acerrimo et mobilitate celerrima esse. Quare quum in æthere astra gignantur, consentaneum est in iis sensum inesse et intelligentiam. Ex quo efficitur in deorum numero astra esse ducenda. Etenim licet videre acutiora ingenia et ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer sit purus ac tenuis, quam illorum qui utantur crasso cœlo atque concreto. Quinetiam cibo quo utare interesse aliquid ad mentis aciem putant* (*putavit?* cf. fr. sequens). *Probabile est igitur præstantem intelligentiam in sideribus esse, quæ et ætheream mundi partem incolant, et marinis terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. Sensum autem astrorum atque intelligentiam maxime declarat ordo eorum atque constantia : nihil est enim quod ratione et numero moveri possit sine consilio : in quo nihil est temerarium, nihil varium, nihil fortuitum. Ordo autem siderum et in omni æternitate constantia, neque naturam significat; est enim plena rationis : neque fortunam, quæ amica varietati constantiam respuit. Sequitur ergo, ut ipsa sua sponte, suo sensu ac divinitate moveantur.* Post hæc pergit Cicero : *nec vero Aristoteles non laudandus in eo*, cf. fr. 27.

Pseudo-Plutarch. Placita Philosoph. V, 20 : Ἔστι πραγματεία Ἀριστοτέλους ἐν ᾗ τέσσαρα γένη ζώων φησὶ, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, οὐράνια· καὶ γὰρ τὰ [ἄστρα] ζῷα λέγεσθαι καὶ [τὸν] κόσμον καὶ τὸν θεὸν ζῷον λογικὸν ἀθάνατον. Joann. Stob. Eclog. phys. I, c. 37 p. 756 Heer.: Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης τέτταρα γένη ζώων, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, οὐράνια· καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῷα λέγεσθαι καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ἔνθεον ζῷον λογικὸν ἀθάνατον. Pseudo-Galenus Hist. Philos. c. 35 : Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης τέσσαρα εἶναι ζώων γένη λέγουσι καὶ τὸν αὐτὸν κόσμον ζῷον (dele ex seqq. huc delata) χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, οὐράνια, καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῷα εἶναι καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ζῷον λογικὸν ἀθάνατον. Cf. Platon. Timæum, p. 39, D. Olympiod. in Platon. Phædon. p. 147, 34 Finckh : Ἀριστοτέλης τοῖς οὐρανίοις ζῴοις περιτίθεται τὴν ποίησιν δλην. Nemes. de Nat. Hom. c. 34 : Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ τὴν τούτων γένεσιν ἀνατίθησιν ἡλίῳ καὶ ζωδιακῷ κύκλῳ. Cf. Bernays. l. l. p. 167 sq.

25 (45.)

Schol. Olympiod. in Platon. Phædon. p. 166 ed. Finckh : Ὅτι δὲ δεῖ τι καὶ δλον γένος ἀνθρώπων εἶναι οὕτω τρεφόμενον, δηλοῖ καὶ ὁ τῇδε ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι μόναις τρεφόμενος, ὃν ἱστόρησεν Ἀριστοτέλης ἰδὼν αὐτός.

Ibid. p. 203 : Εἰ ἐνταῦθα ἱστόρησεν Ἀριστοτέλης ἄνθρωπον ἄυπνον καὶ μόνῳ τῷ ἡλιοειδεῖ τρεφόμενον ἀέρι, τί χρὴ περὶ τῶν ἐκεῖ νοεῖσθαι;

26. (46.)

Sch. Olymp. in Plat. Phædon. p. 22 Finckh. : Καὶ ὁ μὲν Πρόκλος βούλεται τὰ οὐράνια ὄψιν μόνον

---

cum sarcasmo cavillatus olim se timuisse ne sua domus vi procellarum et tempestatis aut vetustate architecti incuria contracto vitio corrueret, jam majorem metum impendere ab istis qui conentur verbis mundum destruere.

24.

Exstat pragmatia Aristotelis in qua dicit quattuor genera animalium esse : terrestria, aquatilia, volucria, cælestia. Etenim astra quoque vocat animalia, deumque et mundum animal ratione præditum immortale.

Plato et Aristoteles quattuor ponunt animalium genera, terrestria, aquatilia, volucria et cælestia; nam et astra animalia vocant et mundum esse animal divinum, rationis particeps, immortale.

Plato et Aristoteles quattuor animalium esse genera dicunt [et mundum ipsum], terrestria, aquatilia, volucria, cælestia; nam et astra animalia esse et mundum ipsum animal rationis particeps immortale.

25.

Totum genus hominum ita nutritum esse oportere declarat et is qui solis radiis solaribus nutriebatur, quem Aristoteles narravit se vidisse.

Si ibi mentionem fecit Aristoteles de homine sine sommo et solum aere qui soli sit similis nutrito, quid oportet de illis qui illic sunt cogitare?

26.

Et Proclus quidem vult cælestia solum visum et auditum habere, sicut et Aristoteles; solos enim sensuum

Digitized by Google

καὶ ἀκοὴν ἔχειν, καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης· μόνας γὰρ τῶν αἰσθήσεων ἐκείνας ἔχει τὰς πρὸς τὸ εὖ εἶναι συμβαλλομένας, οὐ μὴν τὰς πρὸς τὸ εἶναι· αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις πρὸς τὸ εἶναι συμβάλλονται. Καὶ ὁ ποιητὴς δὲ μαρτυρεῖ τούτοις λέγων

Ἥλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις,
(Il. γ, 277)

ὡς ἂν ὄψιν μόνην καὶ ἀκοὴν αὐτῶν ἐχόντων· καὶ ὅτι αὗται μάλιστα αἱ αἰσθήσεις ἐν τῷ ἐνεργεῖν μᾶλλον γινώσκουσιν ἢπερ ἐν τῷ πάσχειν καὶ οἰκειότεραι αὗται αὐτοῖς ὡς ἀναλλοιώτοις. Ὁ δέ γε Δαμάσκιος καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις βούλεται αὐτὰ ἔχειν.

Homeri versu, ut jam a Finckhio observatum est, in eadem re utitur Proclus, Schol. in Cratyl. p. 40 ed. Boissonade : Ὅτι καθὼς λέγει Ὅμηρος οὕτως ἐστίν· « ἠέλιος κτλ. » καὶ ἔχουσιν οἱ ἐμφανεῖς θεοὶ καὶ τὴν ὁρατικὴν αἴσθησιν καὶ τὴν ἀκουστικήν, ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν, et iterum in Schol. ad Hesiodi Opera v. 9 (p. 37 Gaisf.) : Κλῦθι ἰδών : ὡς πάντα ἐφορῶν καὶ ἀκούων τῶν γινομένων... ὅπερ δὲ Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ ἡλίου φησὶ, τοῦτο Ἡσίοδος ἐπὶ τοῦ Διὸς εἶπεν· ὅμοιον γάρ ἐστι τῷ· « ἠέλιος κτλ. » Τῶν γὰρ αἰσθήσεων μόνην τὴν ὅρασιν καὶ τὴν ἀκοὴν ὡς χαριεστάτας ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρουσι.

27. (47.)

Cicero de Natur. Deor. II, 16 : *Nec vero Aristoteles non laudandus in eo, quod omnia quæ moventur aut natura moveri censuit aut vi et voluntate. Moveri autem solem et lunam et sidera omnia; quæ autem natura moverentur, hæc aut pondere deorsum aut levitate in sublime ferri; quorum neutrum astris contingeret, propterea quod eorum motus in orbem circumquaque ferretur. Nec vero dici potest vi quadam majore fieri, ut contra naturam astra moveantur. Quæ enim potest esse major? Restat igitur ut motus astrorum sit voluntarius. Quæ qui videat, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget.*

28. (48.)

Cicero de Natura Deor. I, 13 : *Aristoteles quoque in tertio de Philosophia libro multa turbat a magistro Platone non dissentiens. Modo enim menti tribuit omnem divinitatem, modo mundum ipsum deum dicit esse, modo quendam alium præficit mundo eique eas partes tribuit ut replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur. Tum cæli ardorem deum dicit esse, non intelligens cælum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit deum. Quomodo autem cæli divinus ille sensus in celeritate tanta conservari potest? Ubi deinde illi tot dii, si numeramus etiam cælum deum? Quum autem sine corpore idem vult esse deum, omni illum sensu privat et prudentia. Quo porro modo mundum movere carens corpore, aut quo modo semper se movens esse quietus et beatus potest?*

Quum hæc verba sint illius qui apud Ciceronem Epicureorum doctrinam defendit, sine dubio e Phædri de Natura deorum libro desumpta sunt. Cf. Minuc. Fel. Oct. XIX, 9 : *Aristoteles variat et assignat tamen unam potestatem. Nam interim mentem, mundum interim deum esse dicit, interim mundo deum præficit.* Lactant. Inst. I, 5, 22 : *Aristoteles, quamvis secum ipse dissideat, ac repugnantia sibi et dicat et sentiat, in summum tamen unam mentem mundo præesse testatur.*

29. (49.)

Cicero Disput. Tuscul. I, 10, 22 : *Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans et ingenio et diligentia, quum quattuor nota illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia oriuntur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et providere et discere, et docere, et invenire aliquid, et tam multa alia, meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, lætari : hæc et similia eorum in horum quattuor generum inesse nullo putat. Quintum genus adhibet vacans nomine; et sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat, novo nomine : quasi quandam continuam motionem et perennem*; ibid. 17, 41 : *Si vero aut numerus quidam sit animus, quod subtiliter magis quam dilucide dicitur, aut quinta illa non nominata magis quam non intellecta natura*; ibid. 26, 65 : *Sin autem est quinta quædam natura, ab Aristotele inducta, primum hæc et deorum est et animarum*; ibid. 27, 66 (e libro de Consolatione) : *Singularis est igitur quædam natura atque vis animi, sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita, quidquid est illud quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, cæleste et divinum ob eamque rem æternum sit necesse est*; Academ. I, 7, 26 : *Quintum genus, e quo essent astra mentesque, singulare, eorumque quattuor, quæ supra dixi, dissimile, Aristoteles quidddm esse rebatur*; de Finibus IV, 5, 12 : *Quum autem quæreretur res admodum difficilis, num quinta quædam natura videretur esse, ex qua ratio*

illos habent qui ad bene esse conferunt; non tamen eos qui ad esse : ceteri vero sensus ad esse conferunt. Quod et poeta testatur ita dicens :

Sol qui omnia adspicis et omnia audis.

Digitized by Google

et intelligentia oriretur, in quo etiam de animis cujus generis essent quæreretur, Zeno id dixit esse ignem.

In his multa sunt partim ab Aristotelis doctrina, qualis repræsentatur in libris qui hodie leguntur, aliena, partim ita dicta ut manifestum fiat Ciceronem sensum verborum Aristotelis non semper perspexisse, quippe qui quid sit apud hunc ἐντελέχεια ignoraverit (cf. Klotz, in comment. ad l. l. Disput. Tuscul. I, 10). Attamen quum sive ipse Cicero, sive quos sequitur, ut Phædrus Epicureus, alio genere librorum plerumque usi esse videntur quam quos habemus, præsertim vero dialogis, rei magis consentaneum puto et hanc de quinto elemento doctrinam, cujus nonnisi obscura quædam vestigia in superstitibus philosophi libris inveniuntur, (cf. Krische, *Forschung. auf dem Gebiete der alt. Philosophie*, p. 308), uberius in dialogo de Philosophia expositam fuisse arbitrari. Nec minus inde fortasse derivata sunt quæ de hac re tam sæpe posteriores referunt, inter quos præcipue nominandi erunt Joannes Stobæus et qui Placita Philosophorum, sub Plutarchi nomine perlata, congessit, quos vero manifeste constat, in suis Excerptis alio quoque loco (cf. supra fragm. 24) quædam e dialogo de Philosophia tradidisse. Cf. Joann. Stob. Eclog. Physic. I, 22, p. 486 Heeren : Ἀριστοτέλης πρῶτον αἰθέρα ἀπαθῆ, πέμπτον τι σῶμα, μεθ' ὃν παθητὰ πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, τελευταίαν δὲ γῆν, qui et alio loco I, 2, p. 64, Aristolem ipsum τὸ πέμπτον σῶμα nuncupasse confirmat, quod revera nusquam a philosopho, in libris quidem superstitibus, factum esse constat (cf. Spengel, *De Aristotelis libro decimo Hist. Anim. et incerto auctore l.* Περὶ κόσμου. Heidelb. 1843, p. 14). Similia habent quoque Pseudo-Plutarch. Plac. Phil. II, 7 et Atticus apud Eusebium Præpar. Evang. XV, 38, ne de iis loquar, qui inde profecti sunt, ut absurdam quandam de providentia divina opinionem Aristoteli tribuerent, ut apud Clement. Alex. Stromat. V, 14, p. 252 Sylb., Hippolyt. Refut. omn. hæres. IV, 19, p. 352 Dunker., aliosque factum est.

30. (49b.)

Censorinus De die natali, 18, 11 : *Est præterea annus, quem Aristoteles maximum potius quam magnum appellat, quem solis et lunæ vagarumque quinque stellarum orbes conficiunt quum ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, una referuntur; cujus anni hiems summa est cataclysmos, quam nostri diluvionem vocant, æstas autem ecpyrosis, quod est mundi incendium; nam his alternis temporibus mundus tum exignescere tum exaquescere videtur.*

Censorinum in hoc loco non Aristotelis verba Meteorol., I, 14, 20 : Πάντων τούτων αἴτιον ὑπολητέον ὅτι γίγνεται διὰ χρόνων εἱμαρμένων, οἷον ἐν ταῖς κατ' ἐνιαυτὸν ὥραις χειμὼν, οὕτω περιόδου τινὸς μεγάλης μέγας χειμὼν καὶ ὑπερβολὴ ὄμβρων, sed libros de Philosophia excerpsisse, demonstrare conatus est Bernays, *Theophrastos Schrift über die Frœmmigkeit*, Berlin 1866, p. 170.

31 (49c).

Ad eundem dialogum fortasse non sine jure referas quod sequitur fragmentum ab eodem indagatum l. l. p. 117 :

Synesius Dio, ad calcem Dionis Chrysost. ed. Dind. t. II, p. 334, 6 : Ἀριστοτέλης ἀξιοῖ· « τοὺς τελουμένους οὐ μαθεῖν τι δεῖν ἀλλὰ παθεῖν, ὑηλονότι γενομένους ἐπιτηδείους »

Vide tamen ne hîc non de veris mysteriis, ut Lobeck. *Aglaopham.* p. 145 et Welcker, *Griech. Götterlehre*, t. II, p. 536, arbitrati sunt, verba fecerit Synesius, sed simili loquendi genere usus sit quo et multi alii, inter quos sufficiat nominasse Themistium, Orat. XXVI, p. 319, D, Hard., Simplicium in Arist. Physic. f. 2 recto, Joannem Philoponum in Categor. p. 36, B, 38, David. ib. p. 27, A, 20, Plutarchum vit. Alex. c. 7, de Iside et Osiride, c. 18, quibus omnibus mos est talibus uti verbis quum interiorem, quam vocant, Aristotelis doctrinam significare volunt. Cf. tamen Julian. Orat. VII, p. 440 Petav.

32. (49d).

Julian. Orat. VII, p. 442 Petav. : Πῶς γὰρ οὐκ ἐμελλεν ὁ τῶν θεῶν εἵνεκεν εἰς Ὀλυμπίαν βαδίζων, ὁ τῷ Πυθίῳ πεισθεὶς καὶ φιλοσοφήσας ὥσπερ Σωκράτης ὕστερον, ὡς Ἀριστοτέλης· φησὶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἶναι Πύθιον οἶκοι παρ' ἑαυτῷ, ὅθεν αὐτῷ καὶ ἡ ὁρμὴ πρὸς φιλοσοφίαν ἐγένετο, μὴ παριέναι τῶν ἀνακτόρων εἴσω, καὶ μάλα ἀσμένως εἰ μὴ τοῦτο ἐξέκλινε τὸ ὑποθεῖναι νόμοις ἑαυτὸν καὶ δοῦλον ἀποφῆναι πολιτείας. Ἀλλὰ διὰ τί μὴ ταύτην εἶπε τὴν αἰτίαν, ἐκ τῶν

31.

Aristoteles postulat ut qui mysteriis initiantur non discant aliquid, sed aliquo modo afficiantur et disponantur, nempe rum ut apti reddantur.

32.

Aristoteles dicebat domesticum se apud se Pythium habere a quo ad philosophiam capessendam incitatus fuisset.

Digitized by Google

ἐναντίων δὲ τῶν παραιρουμένων οὐ σμικρὰ τῆς τῶν μυστηρίων σεμνότητος;

Vix recte verba ὡς Ἀριστοτέλης expungenda esse censuit Petavius, ita ut quæ sequuntur de Socrate accipienda essent. Supra enim dixerat Julianus, p. 439 : Τίς δὲ ἡ Πλάτωνος; ποδαπὸς δὲ ἦν ἐν τούτοις (περὶ τῶν θεῶν ὀνόματα scil.) Ἀριστοτέλης; ἆρ' οὐκ ἄξιον αὐτὸ ἰδεῖν;

Ad dialogum de Philosophia potius hunc locum referendum puto quam ad epistolam, quod Rosio placuit.

IV. ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ.

De hoc dialogo Πολιτικοῦ α' β', Diog. L. (4), Πολιτικὸς α', Anon. (4), accipienda videntur quæ a Cicerone dicta sunt de Finibus V, 4, 11, in enumeratione librorum Aristotelis et Theophrasti de re publica : *Omnium fere civitatum non Græciæ solum, sed etiam Barbariæ, ab Aristotele mores, instituta, disciplinas, a Theophrasto leges etiam cognovimus* (cf. Diog. Laert. V, 44 : Νόμων κατὰ στοιχεῖον κδ'). *Quumque uterque eorum docuisset, qualem in re publica principem* [*esse*] *conveniret, pluribus præterea conscripsisset, qui esset optimus rei publicæ status, hoc amplius Theophrastus quæ essent in re publica inclinationes et momenta temporum* (Diog. Laert. V, 45 : Πολιτικὸς πρὸς τοὺς καιροὺς α' β' γ' δ'), *quibus esset moderandum, utcunque res postularet.* Eundem fortasse librum tangit in epistola ad Quintum fr., III, 5 : *Hi libri* (*De optimo statu civitatis* et *de optimo cive*) *quum in Tusculano mihi legerentur audiente Sallustio, admonitus sum ab illo multo majore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de republica, præsertim quum essem non Heraclides Ponticus sed consularis, et is qui in maximis versatus in republica rebus essem. Quæ tam antiquis hominibus* (*Africani et amicorum* scilicet) *attribuerem, ea visum iri ficta esse... Aristotelem denique quæ de republica et præstante viro* (*cive* conj. Bern.) *scribat ipsum loqui. Commovit me et eo magis quod maximos motus nostræ civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores quam illorum ætas qui loquebantur.*

Vide tamen ne hîc potius de libris περὶ Δικαιοσύνης loqui existimandus sit Cicero. Magis etiam incertum est num ad hunc dialogice scriptum librum referendum sit, quod in Anonymi Proleg. ad Porphyrium, apud Cramer. Anecd. Paris. t. III, p. 425 legitur : Διὰ δὲ τὸ πολιτικὸν γέγραπται αὐτῷ πολιτικός, licet simili modo apud eundem Œconomicus nominetur, fortasse et ipse inter dialogos referendus. Cf. David Proleg. p. 25, B, 1.

V. ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ Η ΓΡΥΛΛΟΣ.

Titulus dialogi apud Diog. L. (5) περὶ Ῥητορικῆς ἢ Γρύλλος α', apud Anonym. (5) Περὶ Πολιτικῆς ἢ Γρύλλος γ', quod sine dubio e præcedenti titulo Πολιτικὸν α' corruptum est. Qui dialogo nomen dedit, Gryllus ille Xenophontis filius est, ut ex ipsius Aristotelis verbis, e proœmio ut videtur desumptis, apud Diogenem Laertium (cf. fr. 1) patet. Verisimile igitur fit dialogum non ita multum post pugnam apud Mantineam (Olymp. 104, 3) conscriptum fuisse, quo tempore tertium et vigesimum ætatis annum agebat Aristoteles. Nec minus hoc fortasse suspicari licet, contra Isocratem disputasse in hoc dialogo Aristotelem, quum et hunc inter illos fuisse, qui ἐγκώμια Grylli conscripsissent, Hermippus doceat, apud Diogen. Laert. II, 55. Inde et illud perspicitur, satis probabilem conjecturam esse Bernaysii l. l. p. 157, ad hunc dialogum referentis, præter Quintiliani locum Instit. III, 13, Dionysii de Isocrat. Judic. c. 5, p. 576 Reisk.; cf. infra fragmenta libri Τεχνῶν Συναγωγὴ inscripti

1. (51.)

Diogen. Laert. II, 55 : Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ὅτι ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιον Γρύλλου μυρίοι ὅσοι συνέγραψαν, τὸ μέρος καὶ τῷ πατρὶ χαριζόμενοι.

2. (52.)

Quintil. Institt. Orat. II, 17 : *Transeamus igitur ad eam quæstionem quæ sequitur, an rhetorice ars sit. Quod quidem... ex iis quæ præcepta dicendi tradiderunt nemo dubitavit ... sed cum his philosophi et Stoici et Peripatetici plerique consentiunt.* § 4. *Equidem illos qui contra disputarunt non tam sensisse quod dicerent quam exercere ingenia materiæ difficultate credo voluisse...* § 5. *Quidam naturalem esse rhetoricen volunt.* § 7. *Nihil quod ex arte fiat ante artem fuisse...* § 11. *Non esse artis id quod faciat qui non didicerit, dicere autem homines et qui non didicerint...* § 14.

DE RHETORICA SIVE GRYLLUS.

1.

Refert Aristoteles Grylli encomia atque epitaphia tunc innumeros scripsisse, patri quidem partem laudum gratificantes.

Digitized by Google

Aristoteles ut solet quærendi gratia quædam subtilitatis suæ argumenta excogitavit in Gryllo.

VI. ΝΗΡΙΝΘΟΣ.

www.libtool.com.cn

Dialogus Νήρινθος α′ inscriptus apud Diog. Laert. (6) et apud Anon. (6), cum cujus titulo Rosius confert Suidæ glossam : Κήρινθος πόλις καὶ ὄνομα κύριον, fortasse non diversus fuit ab eo quem Κορίνθιον appellat Themistius.

(53.)

Themistius Orat. XXXIII, p. 295, B. Hard.: Οὗτος ὁ ἀνὴρ μικρὰ ὁμιλήσας τῇ ἐμῇ εἴτε σπουδῇ εἴτε παιγνίᾳ, ταὐτὸν μικροῦ ὑπέμεινε πάθος Ἀξιοθέᾳ τῇ φιλοσόφῳ καὶ Ζήνωνι τῷ Κιττιεῖ καὶ τῷ γεωργῷ τῷ Κορινθίῳ. Ἀξιοθέα μὲν γὰρ ἐπιλεξαμένη τι τῶν ξυγγραμμάτων ἃ Πλάτωνι πεποίηται ὑπὲρ Πολιτείας, ᾤχετο ἀπιοῦσα Ἀθήναζε ἐξ Ἀρκαδίας καὶ Πλάτωνος ἠκροᾶτο λανθάνουσα ἄχρι πόρρω ὅτι γυνὴ εἴη, ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς τοῦ Αυκομήδους· ὁ δὲ γεωργὸς ὁ Κορίνθιος τῷ Γοργίᾳ ξυγγενόμενος, οὐκ αὐτῷ ἐκείνῳ Γοργίᾳ ἀλλὰ τῷ λόγῳ ὃν Πλάτων ἔγραψεν ἐπ' ἐλέγχῳ τοῦ σοφιστοῦ, αὐτίκα ἀφεὶς τὸν ἀγρὸν καὶ τὰς ἀμπέλους, Πλάτωνι ὑπέθηκε τὴν ψυχὴν καὶ τὰ ἐκείνου ἐσπείρετο καὶ ἐφυτεύετο. Καὶ οὗτός ἐστιν ὃν τιμᾷ ὁ Ἀριστοτέλης τῷ διαλόγῳ τῷ Κορινθίῳ. Τὰ δὲ ἀμφὶ Ζήνωνος ἀρίδηλά τέ ἐστι καὶ ᾀδόμενα ὑπὸ πολλῶν, ὅτι αὐτὸν ἡ Σωκράτους Ἀπολογία ἐκ Φοινίκης ἤγαγεν εἰς τὴν Ποικίλην.

VII. ΣΟΦΙΣΤΗΣ.

Diogen. Laert. (7), Σοφιστής, α′. Anonym. (8) male Σοφιστικῆς, α′. *Liber sophista nuncupatus*, Dschemalud. (2). Conferri possunt Platonis Πρωταγόρας ἢ Σοφισταί, Diog. Laert. II, 59, et ejusdem Σοφιστής.

1. (54.)

Diog. Laert. VIII, 57 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Σοφιστῇ φησὶ πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν. Id. IX, 25 : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Σοφιστῇ εὑρετὴν αὐτὸν (τὸν Ζήνωνα scil.) γενέσθαι διαλεκτικῆς, ὥσπερ Ἐμπεδοκλέα ῥητορικῆς. Eadem Eudocia Violar. p. 170 et 204. Cf. Diogen. L. III, 48.

Sextus Empir. adv. Dogmat. I, 6 : Ἐμπεδοκλέα μὲν γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ πρῶτον ῥητορικὴν κεκινηκέναι, ἧς ἀντίστροφον εἶναι τὴν διαλεκτικήν (Rhet. I, 1.)... Παρμενίδης δ' οὐκ ἂν δόξαι τῆς διαλεκτικῆς ἀπείρως ἔχειν, ἐπείπερ πάλιν Ἀριστοτέλης τὸν γνώριμον αὐτοῦ Ζήνωνα διαλεκτικῆς ἀρχηγὸν ὑπείληφεν. Illud κεκινηκέναι ex Aristotele fluxisse videtur, ut testatur Quintil. III, 1, 8 : *Nam primus post eos, quos poetæ tradiderunt, movisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur*, cum his apte contulit Spengel, Συναγ. τεχν. p. 23, verba de Soph. Elench. c. 34, 54 : Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους (τοὺς ῥητορικοὺς λόγους ποιήσαντας scil.).

2. (55).

Diog. Laert. VIII, 63 : Φησὶ δ' αὐτὸν (τὸν Ἐμπεδοκλέα scil.) καὶ Ἀριστοτέλης ἐλεύθερον γεγονέναι καὶ πάσης ἀρχῆς ἀλλότριον, εἴ γε τὴν βασιλείαν αὐτῷ διδομένην παρητήσατο, καθάπερ Ξάνθος ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λέγει, τὴν λιτότητα δηλονότι πλέον ἀγαπήσας. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ Τίμαιος εἴρηκε, τὴν αἰτίαν ἅμα παρατιθέμενος τοῦ δημοτικὸν εἶναι τὸν ἄνδρα. Cf. Eudoc. Violar. p. 107.

Xanthus quinam ille fuerit incertum, cf. Hist. gr. Fragm. ed. Müller. t. I, p. 44. Non autem video quomodo de melico poeta, quem Stesichoro

---

NERINTHUS.

Ille igitur vir quum parumper sive seria illa mea sive ludicra tractasset, eodem fere modo repente est affectus, quo Axiotheam philosophiæ magistram et Zenonem Cittieum et Corinthium agricolam fuisse accepimus. Nam Axiothea postquam e Platonis libris quos ille de Republica scripsit, nescio quem legisset, subinde ex Arcadia Athenas profecta est, ibique diu pro femina non agnita, ut Achilles Lycomedi, sic Platoni operam dedit. Agricola vero ille Corinthius, quum forte in Gorgiam incidisset, non ipsummet Gorgiam dico sed eum librum quem ad convincendum sophistam Plato scripsit, illico agrum vitesque deserens, animum suum excolendum Platoni tradidit, doctrinæque illius semina ac satus excepit. Atque is est quem Aristoteles dialogo illo, qui Corinthius inscribitur, celebratum reliquit. Nam quæ Zenoni contigerunt, perspicua sunt et decantata ab omnibus, quemadmodum illum Socratis Apologia ex Phœnicia in Porticum exciverit.

SOPHISTA.

1.

Aristoteles in Sophista refert primum Empedoclem rhetoricæ inventorem esse, Zenonem vero dialecticæ.

2.

Fuisse Empedoclem inprimis liberum atque ab omni imperandi fastu remotissimum Aristoteles tradit, siquidem oblatum sibi regnum recusavit, sicuti Xanthus in libris de ipso meminit, simplicitatem vitæ carius amplectens. Eadem et Timæus refert, causam simul adjiciens cur ita popularis fuerit.

Digitized by Google

antiquiorem fuisse dicit Ælianus Var. Hist. IV, 26 (cf. Athen. XII, p. 513, A), cogitare potuerit Rosius. Ceterum rectius fortasse C. Müllerus retulit hoc fragmentum ad Agrigentinorum Rempublicam.

www.libtool.com.cn

3. (56.)

Diogen. Laert. IX, 54 : Κατηγόρησε δ' αὐτοῦ (Πρωταγόρου scil.) Πυθόδωρος Πολυζήλου, εἷς τῶν τετρακοσίων. Ἀριστοτέλης δ' Εὔαθλόν φησιν. Cf. Arist. Ethic. Nicom. IX, 1, § 5 A. Gell. Noct. Att. V. 10. Diog. Laert. IX, 56 : Λέγεταί δέ ποτ' αὐτὸν ἀπαιτοῦντα τὸν μισθὸν Εὔαθλον τὸν μαθητήν, ἐκείνου εἰπόντος· Ἀλλ' οὐδέπω νίκην νενίκηκα, εἰπεῖν, Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἂν νικήσω, ὅτι ἐγὼ ἐνίκησα λαβεῖν με δεῖ· ἐὰν δὲ σὺ, ὅτι σύ, quæ fortasse ea sunt ob quæ supra, e Favorino ut videtur, laudaverat Aristotelem Diogenes alio hîc fonte usus.

VIII. ΕΡΩΤΙΚΟΣ.

An recte ad Dialogum Ἐρωτικὸς α' apud Diog. Laert. (9) et apud Anonym. (12) referantur quæ apud Athenæum XV, p. 674, B, ex Aristotele ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν citantur, ideo dubium videri poterit, quod in alia parte indicis iterum nominantur Θέσεις ἐρωτικαὶ δ' Diog. Laert. (71), Θέσεις ἐρωτικαὶ ἐν βιβλίοις δ' Anon. 57. Cf. Ἐρωτικῶν ς' in appendice ad indicem Anonymi (40). Duplicem titulum Dschemaluddinus quoque recenset : *de Rebus amatoriis libri* III (25), et *Objecta amatoria sive de rebus amatoriis, liber* I (55). Facile tamen fieri potuit, ut sive ipse Athenæus, sive librarius in errorem inciderit, quum statim postea Aristonem ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν Ὁμοίων afferat, itaque legendum sit Ἀριστοτέλης ἐν Ἐρωτικῷ. Quæ præter duos Athenæi locos huic Dialogo Rose adscripsit fragmenta, e Plutarcho petita, ea cum C. Müllero potius e Rebuspublicis excerpta arbitror.

1. (57.)

Athen. XV, p. 674, B : Ἀριστοτέλης δ' ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν καὶ Ἀρίστων ὁ Περιπατητικὸς, Κεῖος δὲ τὸ γένος, ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν Ὁμοίων φασὶν ὅτι οἱ ἀρχαῖοι διὰ τοὺς περὶ τὸν οἶνον πόνους τῶν κεφαλαλγιῶν δεσμοὺς εὗρισκον τοὺς τυχόντας, τῆς τῶν κροτάφων συνδέσεως ὠφελεῖν δοκούσης· οἱ δ' ὕστερον ἅμα τῷ κροτάφῳ προσέβαλόν τινα καὶ κόσμον οἰκεῖον τῇ παρὰ τὸν οἶνον διαγωγῇ, μηχανησάμενοι τὸν στέφανον. Βέλτιον δὲ διὰ τὸ πάσας τὰς αἰσθήσεις ἐν τῇ κεφαλῇ εἶναι ταύτην στεφανοῦσθαι ἢ διὰ τὸ συμφέρειν ἐσκεπάσθαι καὶ συνδεδέσθαι τοὺς κροτάφους πρὸς τὸν οἶνον. Conferri possunt quæ apud eundem Athenæum XV, p. 675, E, ex Andrea medico a Philonide et ab Apollodoro ἐν τῷ περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, de coronarum inventione traduntur. Simile argumentum in Symposio Aristoteles (cf. fr. 1) tractaverat.

2. (58.)

Athen. XIII, p. 564, B : Καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δὲ ἔφη τοὺς ἐραστὰς εἰς οὐδὲν ἄλλο τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀποβλέπειν ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐν οἷς τὴν αἰδῶ κατοικεῖν. In præcedentibus testimoniis Aristonis Cei ἐν δευτέρῳ τῶν Ἐρωτικῶν Ὁμοίων et Clearchi ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐρωτικῶν usus erat Athenæus. Ex Athenæo procul dubio hausit Eustathius ad Iliad. p. 923 18. Rom.: Ἀριστοτέλης γὰρ φιλοσοφώτατα οἰκητήριον αἰδοῦς εἶναι τοὺς ὀφθαλμούς, et ad Odyss. p. 1754, 40 : Εἴληπται δὲ ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐρρέθη, ἐξ Ἀριστοτέλους, φαμένου τὴν αἰδῶ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι, οὐ γνωμικῶς, ὡς ἡ παροιμία βούλεται, ἀλλὰ φυσικῶς ἄλλως καὶ ἀστείως, οἷα τῶν αἰδημόνων καὶ ἐξ αὐτῆς ὄψεως χαρακτηριζομένων, οἷ ἐφ' οἷς αἰδεῖσθαι χρὴ χαλῶσι τὰ βλέφαρα καὶ βλέπειν ἀτενὲς ὀκνοῦσιν, etsi in Problem. XXXI, 3, p. 272, 3, proverbium ἐν ὀφθαλμοῖς γὰρ αἰδώς, afferatur.

3. (58b.)

Boethius de Consolat. III, 15, p. 1034 ed. Basil. 1570 : *Quod si, ut Aristoteles ait, Lynceis oculis homines uterentur, ut eorum visus obstantia quæque penetrarent, nonne introspectis visceribus,*

3.

Accusavit Protagoram Pythodorus Polyzeli filius, unus ex quadringentis. Aristoteles vero Euathlum fuisse dicit.

AMATORIUS.

1.

Aristoteles vero in secundo libro Eroticorum, et Ariston Peripateticus, natione Ceus, in secundo Eroticorum Similium, aiunt : « Veteres propter incommoda e vino oriunda proximis quibusque vinculis uti cœperant, quum devinctio temporum prodesse videretur : posteriores vero simul ornatum etiam quendam temporum adjecerunt, qui compotationis oblectationi conveniret coronam invenientes. Præstat autem, quoniam omnes sensationes in capite sunt, hoc coronari, quam tegi et constringi inter potandum tempora propter utilitatem. »

2.

Similiter Aristoteles dixit amatores nullam aliam corporis partem in amasiis respicere nisi oculos : quippe in quibus habitet pudor et modestia.

Digitized by Google

illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus turpissimum videretur?

Hæc vix ad ea spectant, quæ apud Aristotelem de Gener. et Corrupt. I, c. 10, § 7, leguntur, ubi ut quorundam doctrinam de mixtione impugnaret eo utitur argumento: Τῷ Αυγκεῖ δ' οὐθὲν μεμιγμένον, sed potius ad dialogum, e quibus locum a Boethio allatum supra jam vidimus. Ut vero ad Eroticum referrem adductus sum simillimo loco in quo Arnobius de deorum amoribus agens ita dixit, adversus Gentes IV, 23: *Cutes, viscera, pituita atque omnis illa proluvies intestinorum sub involucris constituta, quam non modo Lynceus ille penetrabili acie possit horrescere, verum etiam quivis alter sola vel cogitatione vitare.*

IX. ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

Tituli Συμπόσιον α' apud Diogenem Laert. (10) mentio, apud Anonymum omissa est, nec huc sine dubio trahendus est qui in sola appendice ad Anonymi indicem legitur (21), περὶ Συσσιτίων ἢ Συμποσίων. Symposii Aristotelis cum aliis meminit Plutarchus Quæst. Conviv. I, pr. 3: Ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀντιμαρτυροῦντας ἔχειν Πλάτωνα, καὶ Ξενοφῶντα, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Σπεύσιππον, Ἐπίκουρόν τε καὶ Πρύτανιν, καὶ Ἱερώνυμον καὶ Δίωνα (fort. Βίωνα) τὸν ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς ἄξιόν τινος σπουδῆς πεποιημένους ἔργον ἀναγράψασθαι λόγους παρὰ πότον γενομένους, quem locum expressisse videtur, ut sæpe, Macrobius, Saturn. VII, 3, 23: *Quum videas, inquam, anceps esse omne scommatum genus, suadeo in conviviis in quibus lætitiæ insidiatur ira, ab hujus modi dictis facessas et magis quæstiones convivales vel proponas vel ipse dissolvas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit et Plutarchus et vester Apulejus, nec contemnendum sit quod tot philosophantium curam meruit*, etsi minime negare velim, quæ de Aristotele dicta sunt a Macrobio, ea potius alii cuidam philosophi libro, Νόμοι συμποτικοὶ vel Συσσιτικὸς inscripto, de quo postea videndum erit, convenire. Quæ Rosius præterea ad Aristotelis Symposium referre conatus est Plutarchi verba, Non posse suaviter vivi sec. Epic. c. 13: Τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἔνθεν ἀκροασόμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν καὶ Ἀριστοτέλους (ita corrig. pro Ἀριστοφάνους) περὶ Ὁμήρου, τὰ ὦτα καταλήψῃ ταῖς χερσὶ δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος; εἶτ' οὐκ ἐμμελέστερον ἀποφαίνουσι τὸν Σκύθην Ἀτέαν, ὃς Ἰσμηνίου τοῦ αὐλητοῦ ληφθέντος αἰχμαλώτου καὶ παρὰ πότον αὐλήσαντος, ὤμοσεν ἥδιον ἀκούειν τοῦ ἵππου χρεμετίζοντος; ea, ut quæ supra c. 12 leguntur: γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου, ὡς Ἀριστοτέλης, καὶ Ἡρακλείδης, καὶ Δικαίαρχος, rectius fortasse ad Quæstiones Homericas pertinere arbitrabimur, licet Homerum in Convivio non magis præterierit Aristoteles quam id in Platonico Symposio factum esse videmus.

1. (59.)

Athenæus XV, p. 674, F: Ὡς εὐανθέστερον γὰρ καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς παραγγέλλει (ἡ Σαπφὼ scil.) στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Συμποσίῳ φησὶν ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεούς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα· τὸ δὲ πλῆρες τέλειόν ἐστι, τὸ δὲ στέφειν πλήρωσίν τινα σημαίνει. Ὅμηρος,

> Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο
> (Il. α, 470)

καὶ

> Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἐπέσι στέφει (Od. θ, 170)·

τοὺς γὰρ αὖ τὴν ὄψιν ἀμόρφους, φησὶν, ἀναπληροῖ ἡ τοῦ λέγειν πιθανότης. Ἔοικεν οὖν ὁ στέφανος τοῦτο ποιεῖν βούλεσθαι. Διὸ καὶ περὶ τὰ πένθη τοὐναντίον παρασκευάζομεν· ὁμοπαθείᾳ γὰρ τοῦ κεκμηκότος κολοβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει.

Eadem ex Athenæo Eustath. in Iliad. p. 1138, 47, nonnullis tamen in fine additis: ἔοικεν οὖν ὁ στέφανος τοῦτο βούλεσθαι ποιεῖν, καθὸ καὶ Ὠκεανῷ γθὼν ἅπασα δίκην νήσου ἐστεφάνωται. Διὸ ἐν τῷ

CONVIVIUM.

1.

Sappho monet coronari sacra facientes, quia pulchrius hoc et magis gratum diis. Aristoteles vero in Convivio scribit: Diis nihil mancum offerimus, sed perfecta et integra. Coronare vero completionem quandam et perfectionem significat. Homerus:

> Pueri pateras coronaverunt vino;

et

> Sed deus formam verbis coronat.

Nam adspectu deformibus, ait, id quod deest supplet orationis facundia. Videtur igitur corona intelligi hoc facere. Quare in luctu contrarium instituimus. Nam veluti compatientes cum defuncto, mutilamus nos ipsos tonso capillo et detracta corona.

Digitized by Google

πενθεῖν τἀναντία ποιοῦμεν· ὁμοπαθείᾳ γάρ, φησὶ, τοῦ κεκμηκότος κολοβοῦμεν ἡμᾶς κουρᾷ τε τριχῶν καὶ στεφάνων ἀφαιρέσει. Cf. Schol. Theocrit. Id. III, 21 : Στεφάνοις ἐχρῶντο ἐν τοῖς συμποσίοις, ὡς φασιν Ἀριστοτέλης, εὐετηρίαν καὶ ἀφθονίαν αἰνιττόμενοι τροφῶν· στέψαι γὰρ τὸ πληρῶσαι, ὡς Ὅμηρος·

Κοῦροι δὲ κρατῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο (Il. α, 470).

2. (60.)

Athen. V, p. 178, F : Ἀπρεπὲς γὰρ ἦν, φησὶν Ἀριστοτέλης, ἥκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ καὶ κονιορτῷ. Δεῖ γὰρ τὸν χαρίεντα μήτε ῥυπᾶν, μήτε αὐχμεῖν, μήτε βορβόρῳ χαίρειν καθ' Ἡράκλειτον. Δεῖ δὲ καὶ τὸν πρῶτον εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐρχόμενον ἐπὶ δεῖπνον, μὴ γαστρισόμενον εὐθὺς ἐπὶ τὸ συμπόσιον χωρεῖν, ἀλλά τι δοῦναι πρότερον τῷ φιλοθεάμονι καὶ κατανοῆσαι τὴν οἰκίαν. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο παρέλιπεν ὁ ποιητής·

Αὐτοὶ δ' εἰσῆλθον θεῖον δόμον, οἱ δὲ ἰδόντες
θαύμαζον κατὰ δῶμα διοτρεφέος βασιλῆος·
ὡς τε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης·
δῶμα καθ' ὑψερεφὲς Μενελάου κυδαλίμοιο (Od. δ, 43).

Fortasse jam quæ antecedunt apud Athenæum, l. l. E : Πάντα δ' ὢν ἀκριβὴς Ὅμηρος, καὶ τὸ μικρὸν τοῦτο οὐ παρέλιπε, τὸ δεῖν θεραπεύσαντα τὸ σωμάτιον, καὶ λουσάμενον, ἰέναι πρὸς τὸ δεῖπνον. Ἐπί τ' οὖν τοῦ Ὀδυσσέως εἶπε, πρὸ τῆς παρὰ Φαίαξι θοίνης·

Αὐτόδιον δ' ἄρα μιν ταμίη λούσασθαι ἄνωγεν·
(Od. θ, 449)

ἐπὶ δὲ τῶν περὶ Τηλέμαχον·

Ἦ ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐυξέστας λούσαντο
(Od. δ, 48),

ex Aristotele desumpta sunt. Aristotelis mentio supra jam p. 186, E (cf. Schweigh. not. tom. V, p. 186) occurrerat; ubi tamen, si locum accuratius inspicimus, facile interpolatoris manum agnoscemus. Apud Athenæum enim : Ἡμεῖς δὲ νῦν περὶ τῶν Ὁμηρικῶν συμποσίων λέξομεν. Ἀφορίζει γὰρ αὐτῶν ὁ ποιητὴς χρόνους, πρόσωπα, αἰτίας. Τοῦτο δὲ ὀρθῶς ἀπεμάξατο ὁ Ξενοφῶν καὶ Πλάτων, οἳ κατ' ἀρχὰς τῶν ξυγγραμμάτων ἐκτίθενται τὴν αἰτίαν τοῦ συμποσίου, καὶ τίνες οἱ παρόντες. Ἐπίκουρος δὲ οὐ τόπον, οὐ χρόνον ἀφορίζει, οὐ προλέγει οὐδέν. Δεῖ οὖν μαντεύσασθαι, πῶς ποτ' ἄνθρωπος ἐξαπίνης ἔχων κύλικα προβάλλει ζητήματα, καθάπερ ἐν διατριβῇ λέγων. Ἀριστοτέλης δὲ ἑαυτὸν καὶ κονιορτοῦ ἥκειν πλήρη τινὰ ἐπὶ τὸ συμπόσιον ἀπρεπὲς εἶναι (desunt in antiquis edd. hæc duo verba ἀπρεπὲς εἶναι) φησίν. Ἔπειθ' ὁ μὲν Ὅμηρος ἐκδιδάσκει, τίνας κλητέον, etc., quum legantur, nullo modo cum reliquis cohærere quæ hîc de Aristotele memorantur patet.

Χ. ΠΕΡΙ ΠΛΟΥΤΟΥ.

Ad hunc dialogum a Diog. Laert. (11) et ab Anon. (7) in indicem relatum, præter duo sequentia fragmenta, tertium e Joanne Lydo, de Mensibus IV, 62, desumptum pertinere conjecit Rosius, quod tamen potius ex Epistolis fluxisse videtur. Pro Ἐγκώμιον πλούτου, quod in sola appendice Anonymi inter pseudepigrapha memoratur, fortasse corrigendum est Ἐγκώμιον Πλάτωνος.

1. (61.)

Philodemus de Virtut. et Vitiis IX, col. XXI, p. 58 apud Gœttling. in ed. Aristot. Œconomic. Jenæ, 1830. (Metrodori sunt verba) : Ὅ[π]ερ Ἀριστοτέλ[ης] ἔπαθεν [κατὰ] τὸν ἐν τῷ περὶ π..... λόγον ὑπὲρ τοῦ τὸν [μ]ὲν [ἀγα]θὸν ἄνδρα καὶ χρηματιστὴν [φαῦ]λον, ὡς ὁ Μητρόδωρος [ἀ]πέδειξεν. Editor Neapolitanus : Κατὰ τὸν ἐν τῷ περιπάτῳ διάλογον. Gœttling. κατὰ τὸν ἐν τῷ περὶ πολιτικῆς λόγον, ad Ethicam Nicomach. IV, c. 1 referens. Rosius κατὰ τὸν ἐν τῷ περὶ πολιτείας λόγον, collato Aristotele Polit. I, c. 8-10. Multo magis arridet Spengelii (*Abhand. der Münchn. Akad.* t. V, p. 449) conjectura ἐν τῷ περὶ πλούτου, quum Metrodorus, ut Chrysippus ejus fere æqualis, potius dialogum citaverit quam Politicorum libros, quorum qui primus mentionem fecit Alexander est Aphrodi-

2.

Est enim indecorum, ait Aristoteles, in convivium venire cum multo sudore et pulvere. Debet enim homo paulo cultior nec sordere, nec squalere, nec gaudere luto, ut ait Heraclitus. Porro qui primum in alienam domum ad cœnam venit, is non debet explendo ventri unice intentus statim ad convivium pergere, sed prius etiam nonnihil dare spectandi cupiditati et ædes contemplari. Nam ne hoc quidem prætermisit poeta :

Illi vero intrarunt augustam domum; videntesque
Admirabantur per ædes regis Jovis-alumni.
Instar enim solis splendor erat sive lunæ,
Domum per excelsam illustris Menelai.

DE DIVITIIS.

1.

Quod Aristoteli accidit secundum ea quæ in libro de Divitiis de viro bono sed quæstus faciendi male perito, ut ostendit Metrodorus.

Digitized by Google

sieus. Cf. Spengel, *die Herculanensischen Rollen, Philologus Supplem.* t. II, p. 513.

2. (62.)

www.libtool.com.cn

Plutarch. Pelopid. c. 3 : Τῶν γὰρ πολλῶν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, οἱ μὲν οὐ χρῶνται τῷ πλούτῳ διὰ μικρολογίαν, οἱ δὲ παραχρῶνται δι' ἀσωτίαν, καὶ δουλεύοντες οὗτοι μὲν ἁεὶ ταῖς ἡδοναῖς, ἐκεῖνοι δὲ ταῖς ἀσχολίαις διατελοῦσιν.

Ad eundem hunc locum respicit Plutarch. de Cupiditate divitiar. c. 8 : Σὺ δ' οὐκ ἀκούεις, φήσομεν, Ἀριστοτέλους λέγοντος, ὅτι οἱ μὲν οὐ χρῶνται, οἱ δὲ παραχρῶνται; καθάπερ οὐδετέρου προσήκοντος· ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὐκ ὠφελεῖ τὸ οἰκεῖον οὐδὲ κοσμεῖ, τούτους δὲ καὶ βλάπτει καὶ καταισχύνει. Cf. Eth. Nicom. IV, c. 1.

3. (63.)

Cicero de Officiis, II, 16 : *Itaque miror quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro quem de Divitiis scripsit. In quo multa præclare, illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum, taliumque sumptuum facultatem fructum divitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cujus pauca exempla posui, multo et major videtur et certior. Quanto Aristoteles gravius et verius nos reprehendit, qui has pecuniarum effusiones non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam. At ii qui ab hoste obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile nobis videri omnesque mirari, sed quum attenderint, veniam necessitati dare : in his immanibus jacturis infinitisque sumptibus nihil nos magno opere mirari, quum præsertim neque necessitati subveniatur nec dignitas augeatur, ipsaque illa delectatio multitudinis sit ad breve exiguumque tempus eaque a levissimo quoque. In quo tamen ipso una cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam colligit hæc pueris et mulierculis et servis et servorum simillimis liberis esse grata, gravi vero homini et ea quæ fiunt judicio certo ponderanti probari posse nullo modo.* Male hîc apud nonnullos editum est *Aristo Ceus*.

XI. ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ.

Προτρεπτικὸς α', quem recensent Diog. L. (12) et Anonym. (14), diversus, ut puto, ab illo scripto quod habet Dschemaludd. (1) : *Exhortatio ad philosophiam, libri* III, sive ut titulus apud Casirium exstat : *Munimenta philosophiæ, libri III*, ad dialogum de Philosophia potius referendum, non dialogica forma conscriptum fuisse, inde fortasse suspicari licet, quod regulo Cyprio Themisoni inscriptum erat, in cujus familiaritatem venisse Aristotelem ob Eudemum Cyprium non male conjecit Krische, l. l. p. 16. De Themisone regulo, non alio fortasse atque navarcho Antigoni, de quo Polyb. V, 79, 12; 82, 10, Diodorus Bibl. Hist. XIX, 62, cf. Athen. VII, p. 289, F. X, p. 438, D, Ælian. Var. Hist. II, 41, et Engel, *Geschichte von Kypros*, Berlin 1841, t. I, p. 694.

Quæ a Rosio disputata sunt ut demonstraret nullam auctoritatem tribuendam esse Zenonis testimonio apud Teletem (cf. fr. 64; de Teletis ætate cf. Niebuhr, *Rhein. Mus.* t. I, p. 159 ss.), quo illud tantum probari affirmat, antiquissimo jam tempore Aristotelis libellos exstitisse quorum catalogum scripserit Andronicus nunc deperditorum, recte vere inscriptos fuisse minime evinci, ea ut cuidam satisfaciant vix verendum erit. Licet enim et illud concedamus, fictam esse hanc omnem Zenonis de Cratete narrationem, cui non absimilis est quæ de ipso Zenone narratur apud Diogen. L. VII, 2, sq., non tamen inde consequitur et ipsum de quo narratur librum necessario fictum et suppositium fuisse.

1. (64.)

Joann. Stobæi Floril. 95, 21 : Ἐκ τῶν Τέλητος ἐπιτομή. Ζήνων ἔφη Κράτητα ἀναγινώσκειν ἐν σκυτείῳ καθήμενον τὸν Ἀριστοτέλους Προτρεπτικὸν, ὃν ἔγραψε πρὸς Θεμίσωνα τὸν Κυπρίων βασιλέα λέγων ὅτι οὐδενὶ πλείω ἀγαθὰ ὑπάρχει πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι· πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν ὥστε δαπανᾶν εἰς ταῦτα, ἔτι δὲ δόξαν ὑπάρχειν αὐτῷ. Ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ τὸν σκυτέα ἔφη πρὸσ-

---

2.

Major pars hominum, ut ait Aristoteles, aut non utitur divitiis suis, qui sunt illiberali et sordido prædiți ingenio; aut ob profusionem iis abutitur : quorum alteri negotiis, alteri voluptatibus nunquam non sunt dediti.

PROTREPTICUS.

1.

Zenon ait Cratetem in sutrina sedentem Aristotelis Protrepticum legisse, quem ille scripsit ad Themisonem Cypriorum regem, inquiens nemini tot commoditates ad philosophandum obtigisse. Nam opes eum habere plurimas unde sumptus facere possit ad excolendum ingenium et gloria celebrem esse. Hæc eo legente sutorem auscultasse calceos interim suendo : tum Cratetem dixisse : Operæ pretium mihi facturus esse videor, Philisce, si ad te sermonem hortatorium scripsero. Video enim tibi plus com

Digitized by Google

ἔχειν ἅμα ῥάπτοντα καὶ τὸν Κράτητα εἰπεῖν· Ἐγώ μοι δοκῶ, ὦ Φιλίσκε, γράφειν εἰς σὲ προτρεπτικόν· πλείω γὰρ ὁρῶ σοι ὑπάρχοντα πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι ὧν ἔγραψεν Ἀριστοτέλης.

www.libtool.com.cn

2. (65.)

Alex. Aphrod. in Arist. Top. p. 80 (p. 266, A, 15 Brand.) : Ἔστι δὲ ἐφ' ὧν καὶ πάντα τὰ σημαινόμενα λαμβάνοντες ἔστιν ἐπὶ πάντων αὐτῶν ἀνασκευάζειν τὸ κείμενον· οἷον εἰ λέγοι τις ὅτι μὴ χρὴ φιλοσοφεῖν, ἐπεὶ φιλοσοφεῖν λέγεται καὶ τὸ ζητεῖν αὐτὸ τοῦτο εἴτε χρὴ φιλοσοφεῖν εἴτε καὶ μή, ὡς εἶπεν αὐτὸς (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐν τῷ Προτρεπτικῷ, ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν φιλόσοφον θεωρίαν μετιέναι, ἑκάτερον αὐτῶν δείξαντες οἰκεῖον τῷ ἀνθρώπῳ, πανταχόθεν ἀναιρήσομεν τὸ τιθέμενον. Ἐπὶ μὲν οὖν τούτων κατ' ἄμφω ἐνδέχεται δείκνυσθαι τὸ προκείμενον, ἐπὶ δὲ τῶν πρώτων παραδειγμάτων οὐκ ἐπὶ πάντων ἀλλ' ἢ δι' ἑκατέρου ἢ ἔκ τινων.

Anon. schol. περὶ τῶν εἰδῶν πάντων τοῦ συλλογισμοῦ, e cod. Paris. 2064 apud Rosium : Τοιοῦτος δὲ (παρασυνημμένος scil.) καὶ ὁ Ἀριστοτέλους λόγος ἐν τῷ Προτρεπτικῷ· εἴτε φιλοσοφητέον εἴτε μὴ φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον. Ἀλλὰ μὴν ἢ φιλοσοφητέον ἢ οὐ φιλοσοφητέον· πάντως ἄρα φιλοσοφητέον. Τοιοῦτος καὶ ὁ Πλάτωνος ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ. Cf. Olympiod. in Plat. Alcib. p. 145 Creuz., qui respicere videtur Theætetum, p. 170.

Olympiod. in Plat. Alcib. p. 144 Creuz. : Καὶ Ἀριστοτέλης μὲν ἐν τῷ Προτρεπτικῷ ἔλεγεν ὅτι εἴτε φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον· εἴτε μὴ φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον, πάντως δὲ φιλοσοφητέον. Elias Proleg. Philos. p. 7, A, 13 Brandis. Cf. Cram. Anecdd. Paris. t. IV, p. 391 : Ἢ καὶ ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Προτρεπτικῷ ἐπιγεγραμμένῳ, ἐν ᾧ προτρέπει τοὺς νέους πρὸς φιλοσοφίαν. Φησὶ γὰρ οὕτως· Εἰ μὲν φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον, καὶ εἰ μὴ φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον· πάντως ἄρα φιλοσοφητέον. Τουτέστιν εἰ μὲν γὰρ ἔστι, πάντως ὀφείλομεν φιλοσοφεῖν οὔσης αὐτῆς· εἰ δὲ μὴ ἔστι, καὶ οὕτως ὀφείλομεν ζητεῖν πῶς οὐκ ἔστι φιλοσοφία. Ζητοῦντες δὲ φιλοσοφοῦμεν, ἐπειδὴ τὸ ζητεῖν αἰτία τῆς φιλοσοφίας ἐστίν. David Prolegom. Philos. p. 13, A, 2 Brand. coll. c. codd. Pariss. 1900, 2723, 2089 a Rosio : Καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δὲ ἔν τινι προτρεπτικῷ αὐτοῦ συγγράμματι, ἐν ᾧ προτρέπεται τοὺς νέους ἐπὶ φιλοσοφίαν, λέγει ὅτι εἴτε μὴ φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον, εἴτε φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον, πάντως δὲ φιλοσοφητέον. Τουτέστιν ὅτι εἰ λέγει τις μὴ εἶναι φιλοσοφίαν, ἀποδείξεσι κέχρηται, δηλονότι φιλοσοφεῖ· μήτηρ γὰρ τῶν ἀποδείξεων ἡ φιλοσοφία. Εἴτε λέγει εἶναι φιλοσοφίαν, πάλιν φιλοσοφεῖ· ἀποδείξεσι γὰρ κέχρηται δι' ὧν δείκνυσιν οὖσαν αὐτήν κτλ.

Argumentationem qua usus erat Aristoteles retulit Cicero in Hortensio (de quo libro quid sibi velint quæ leguntur apud Trebell. Pollion. in Vita Gallieni Salonini, c. 2 : *Nec ignota esse arbitror quæ dixit M. Tullius in Hortensio, quem ad exemplum Protreptici scripsit*, vix dijudicari licet) teste Lactantio, Instit. divin. III, 16 : *Ciceronis Hortensius, contra philosophiam disserens, circumvenitur arguta conclusione, quod, quum diceret philosophandum non esse, nihilo minus philosophari videbatur : quoniam philosophi est, quid in vita faciendum, vel non faciendum sit, disputare.* Ejusdem meminit Quintilianus Inst. Orat. V, 10, 70 : *Interim duo ita proponantur, ut utrumlibet electum idem officiat, quale est : « Philosophandum est etiam si non est philosophandum »*. Cf. præterea Arrian. Disputat. Epictet. II, 25.

XII. ΕΥΔΗΜΟΣ.

Quem duplici titulo memorant dialogum Plutarchus Consol. ad Apollon. c. 27 et Simplicius in Aristot. de Anima fol. 62 recto, Εὔδημον ἢ περὶ ψυχῆς, hujus nonnisi περὶ Ψυχῆς α' titulum in indicibus apponunt Diog. Laert. (13) et Anonymus (13), ceteri vero sive Eudemum vocant sive dialogica tantum forma a libris de Anima distinguunt. De occasione qua scriptus est dialogus, ita narrat Plutarchus vita Dionis c. 22 : Συνέπραττον δὲ (τῷ Δίωνι scilicet, quum armis Syracusas reverti conaretur, Olymp. 106, 4) καὶ τῶν πολιτικῶν πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων β' τε Κύπριος Εὔδημος, εἰς ὃν Ἀριστοτέλης ἀποθανόντα τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησε, καὶ Τιμωνίδης ὁ Λευκάδιος. Συνέστησαν δὲ καὶ Μίλταν αὐτῷ τὸν Θεσσαλὸν, ἄνδρα μάντιν καὶ μετεσχηκότα τῆς ἐν Ἀκαδημείᾳ διατριβῆς. (Cf. Plato Epist. VIII, Diodor. Bibl. XVI, 36). Dialogum non ita multo post obitum Eudemi conscriptum esse verisimillimum est. Num etiam post obitum Platonis (Ol. 108, 1) fuerit, id non magis affirmare auderem quam quod idem Rosius statuit, sermonem habitum inter Platonem et Eudemum fuisse, præ-

---

moditatum ad philosophandum esse, quam Themisoni Aristoteles obtigisse scripserit.

2.

Aristoteles dixit in Protreptico : Utrum philosophiæ operam navare deceat necne, omni modo philosophiæ ope quærendum est.

Digitized by Google

sente auctore dialogi, ita ut, quæ a Cicerone narrantur (cf. fragm. 66), in proœmio fuissent, quod jam olim Krische l. l. p. 15 suspicatus erat. Quæ tamen omnia nullo satis firmo argumento defendi possunt; haudquaquam enim illud video, cur non et Eudemo jam mortuo dialogus haberi potuerit inter ejus amicos, ita ut non ipse locutus sit, sed de illo et de præmatura ejus morte sermonis initium duceretur. Sed de his varie judicari potest, dijudicari vero non potest.

Ipsum dialogi argumentum satis illustrant quæ ex eo servata sunt fragmenta.

1. (66.)

Cicero de Divinat. I, 25 : *Quid? singulari vir ingenio Aristoteles et pœne divino ipsene errat an alios vult errare, quum scribit Eudemum Cyprium familiarem suum iter in Macedoniam facientem Pheras venisse, quæ erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur : in eo igitur oppido ita graviter ægrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent : ei visum in quiete egregia facie juvenem dicere fore ut perbrevi convalesceret paucisque diebus interiturum Alexandrum tyrannum, ipsum autem Eudemum quinquennio post domum rediturum. Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta et convaluisse Eudemum et ab uxoris fratribus interfectum tyrannum; quinto autem anno exeunte, quum esset spes ex illo somnio in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, præliantem eum ad Syracusas occidisse; ex quo ita illud somnium esse interpretatum, ut quum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videatur.*

E loco Ciceronis hæc desumpta sunt ubi de somniorum apud philosophos mentione loquitur, ut Socratis in Critone p. 44, et Xenophontis in Expedit. Cyri III, 1, 11; IV, 3, 8. De Eudemo supra diximus.

2. (67.)

David. Proleg. in Arist. Categor. p. 24, B, 10: Τῶν δὲ συνταγματικῶν (βιβλίων τοῦ Ἀριστοτέλους) τὰ μέν εἰσιν αὐτοπρόσωπα, ἃ καὶ ἀκροαματικὰ λέγονται, τὰ δὲ διαλογικά, ἃ καὶ ἐξωτερικὰ λέγονται. Καὶ ὡς μὲν αὐτοπρόσωπα ἀντίκεινται τοῖς διαλογικοῖς, ὡς δὲ ἀκροαματικὰ ἀντίκεινται τοῖς ἐξωτερικοῖς. Πάντας γὰρ ἀνθρώπους ὠφελεῖν βουλόμενος ὁ Ἀριστοτέλης ἔγραψε καὶ πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους τῇ φιλοσοφίᾳ ἐξ οἰκείου προσώπου.... Ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς ἀνεπιτηδείους πρὸς φιλοσοφίαν τὰ διαλογικά. Καὶ ἐν μὲν τοῖς ἀκροαματικοῖς ἅτε δὴ πρὸς ἄνδρας μέλλοντας φιλοσοφεῖν διαλεγόμενος πιθανοῖς (ἀναγκαστικοῖς, ἐν δὲ τοῖς ἐξωτερικοῖς πιθανοῖς conj. Brand.) κέχρηται λόγοις. Κατασκευάζων δὲ τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς κἀν τοῖς ἀκροαματικοῖς δι' ἀναγκαστικῶν λόγων κατασκευάζει, ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς διὰ πιθανῶν εἰκότως· φησὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ Ψυχῆς ἀκροαματικοῖς (de Anima, I, 4, 13).... ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς φησὶν οὕτως, ὅτι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, ἐπειδὴ αὐτοφυῶς πάντες οἱ ἄνθρωποι καὶ σπένδομεν χοὰς τοῖς κατοιχομένοις καὶ ὄμνυμεν κατ' αὐτῶν, οὐδεὶς δὲ τῷ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντι σπένδει ποτὲ ἢ ὄμνυσι κατ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἄλλην διαφορὰν λέγει τῶν ἀκροαματικῶν πρὸς τὰ διαλογικά, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἀκροαματικοῖς τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει καὶ τὰ ἀληθῆ, ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς τὰ ἄλλοις δοκοῦντα, τὰ ψευδῆ. Ἀλλ', ὦ Ἀλέξανδρε, ἔστιν εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο φιλοσόφου· τὸ γὰρ ψεῦδος μὲν ἐλέσθαι, ἀφανίσαι δὲ τὸ ἀληθὲς οὐ θεμιτόν·

EUDEMUS.

2.

Syntagmaticorum vero librorum Aristotelis, aliorum talis est ratio ut in illis propria persona loquatur philosophus, qui et acroamatici vocantur, alii vero sunt dialogici, qui et exoterici dicuntur. Et ut ii in quibus e propria persona loquitur, oppositi sunt dialogica forma conscriptis, ita acroamatici exotericis. Quum enim omnes homines juvare vellet Aristoteles, propria persona iis scripsit qui ad philosophiam idonei sunt... scripsit vero dialogicos et in illorum usum qui ad philosophandum parum idonei sunt. At in acroamaticis utpote ad illos locutus qui ad philosophiam nati sunt, cogentibus argumentis utitur, in exotericis vero probabilibus. Quum autem illud agit ut animi immortalitatem probet, in acroamaticis necessaria argumentatione demonstrat, in dialogicis vero probabili verisimiliter. Dicit enim in iis quæ de Anima acroamatice conscripta sunt (de An. I, 4, 13)... in dialogicis vero ita loquitur : animum immortalem esse propterea, quod naturaliter omnes homines in honorem defunctorum libemus et per illos juremus, quum tamen nullus illi libet qui nusquam sit, neque per illum juret. Alexander autem aliter acroamaticos a dialogicis differre dicit, in acroamaticis enim philosophum illa dicere quæ ipsi videantur atque vera, in dialogicis contra quæ aliis videantur atque falsa. Sed, o Alexander, illi dici potest, istud philosophum non decere : non enim fas est falsum præferre, verum autem occultare :

> Inimicus enim mihi ille vir æque ac inferni portæ
> Qui aliud quidem occultat in animo, aliud vero dicit.

Hoc autem ideo dixit Alexander, quod ratione præditam animam mortalem esse vult. Aristoteles vero in dialogicis præcipue videtur proclamare immortalitatem animi. Talem

Digitized by Google

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ἀνὴρ ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς κεν ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δ' ἐνίπτει
(Il. ι, 312).

Τοῦτο δὲ εἶπεν Ἀλέξανδρος ἐπειδὴ τὴν λογικὴν ψυχὴν βούλεται φθαρτὴν εἶναι· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς διαλογικοῖς μάλιστα δοκεῖ κηρύττειν τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς· ἵνα οὖν μὴ σχῇ ἐλέγχοντα τὸν Ἀριστοτέλην, διὰ τοῦτο εἶπε τοιαύτην διαφοράν.

3. (68.)

Themist. in Arist. de Anima Par. III, 5, f. 90, B, t. II, p. 196, 21 ed. Spengel, Lips. 1866 : Καὶ οἱ λόγοι δὲ οὓς ἠρώτησε (Plato, in Phædone scil.) περὶ ψυχῆς ἀθανασίας εἰς τὸν νοῦν ἀνάγονται σχεδόν τι οἱ πλεῖστοι καὶ ἐμβριθέστατοι, ὅ τε ἐκ τῆς αὐτοκινησίας· ἐδείχθη γὰρ ὡς αὐτοκίνητος μόνος ὁ νοῦς, εἰ τὴν κίνησιν ἀντὶ τῆς ἐνεργείας νοοίημεν· καὶ ὁ τὰς μαθήσεις ἀναμνήσεις εἶναι λαμβάνων, καὶ ὁ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ὁμοιότητα. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ τοὺς ἀξιοπιστοτέρους δοκοῦντας οὐ χαλεπῶς ἄν τις τῷ νῷ προσβιβάσειεν, ὥσπερ γε καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ Ἀριστοτέλους ἐξειργασμένων ἐν τῷ Εὐδήμῳ. Ἐξ ὧν ὅῆλον ὅτι καὶ Πλάτων τὸν νοῦν ἀθάνατον μόνον ὑπολαμβάνει τῆς ψυχῆς τι καὶ αὐτὸν ὄντα, φθαρτὰ δὲ τὰ πάθη καὶ τὸν τούτοις ἐνόντα λόγον, ὃν Ἀριστοτέλης παθητικὸν νοῦν ὀνομάζει.

4. (69.)

Proclus in Plat. Timæum V, p. 338 Basil. : Τὴν ψυχὴν τῷ σώματι συνῆψεν ἀμέσως, πάντα τὰ περὶ καθόδου ψυχῆς ὑπεκτεμὼν προβλήματα, τὸν προφήτην, τοὺς κλήρους, τοὺς βίους, τὰς αἱρέσεις, τὸν δαίμονα, τὴν ἐν τῷ πεδίῳ τῆς λήθης κατασκήνωσιν, τοὺς ὕπνους, τὸ πόμα τῆς λήθης, τὰς βροντὰς, καὶ πάντα ὅσα ὁ ἐν Πολιτείᾳ μῦθος διεξῆλθεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ μετὰ τὴν ἔξοδον αὐτῆς ἐν τούτοις παραδώσει, τὰ δείματα, τοὺς ποταμοὺς, τὸν Τάρταρον, τοὺς ἀγρίους ἐκείνους καὶ διαπύρους δαίμονας, τοὺς ἀσπαλάθους, τὸ στόμιον, τὴν τρίοδον, τοὺς δικαστὰς, περὶ ὧν ὅ τε ἐν Πολιτείᾳ καὶ ὁ ἐν Γοργίᾳ καὶ ὁ ἐν Φαίδωνι μῦθος ἀνεδίδαξεν. Τίς οὖν, φαίης ἂν, αἰτία τῆς τούτων παραλήψεως; ὅτι, φήσω, τὸ πρέπον διασῴζει τῇ τοῦ διαλόγου προθέσει καὶ τῆς περὶ ψυχῆς θεωρίας ὅσον φυσικὸν ἐν τούτοις παραλαμβάνει τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ὁμιλίαν παραδιδούς. Ὁ δὴ καὶ Ἀριστοτέλης ζηλώσας ἐν τῇ περὶ ψυχῆς πραγματείᾳ φυσικῶς αὐτὴν μεταχειριζόμενος, οὔτε περὶ καθόδου ψυχῆς οὔτε περὶ λήξεων ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ἐν τοῖς διαλόγοις χωρὶς ἐπραγματεύσατο περὶ αὐτῶν καὶ τὸν προηγούμενον κατεβάλλετο λόγον. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων.

5. (70.)

Proclus in Plat. Rempubl. apud Maium in Spicilegio Rom. t. VIII, p. 705 : Λέγει δὲ καὶ ὁ δαιμόνιος Ἀριστοτέλης αἰτίαν δι' ἣν ἐκεῖθεν μὲν ἰοῦσα ἡ ψυχὴ δεῦρο ἐπιλανθάνεται τῶν ἐκεῖ θεαμάτων, ἐντεῦθεν δὲ ἐξιοῦσα μέμνηται ἐκεῖ τῶν ἐνταῦθα παθημάτων. Καὶ ἀποδεικτέον τοῦ λόγου· φησὶ γὰρ οὖν καὶ αὐτὸς, ἐκ μὲν ὑγείας εἰς νόσον ὁδεύοντας λήθην ἴσχειν τινὰς καὶ αὐτῶν τῶν γραμμάτων ὧν ἐμεμαθήκεισαν, ἐκ νόσου δὲ εἰς ὑγείαν ἰόντα μηδένα πώποτε τοῦτο πάσχειν· ἐοικέναι δὲ τὴν μὲν ἄνευ σώματος ζωὴν ταῖς ψυχαῖς κατὰ φύσιν οὖσαν ** (lacuna in codice) σημαίνει τὰς μὲν ἐκεῖθεν ἰούσας ἐπιλανθάνεσθαι τῶν ἐκεῖ, τὰς δὲ ἐντεῦθεν ἐκεῖσε τῶν ἐνταῦθα διαμνημονεύειν. Lacunam codicis quod ad sententiam ita explevit Rose : ὑγείᾳ, νόσῳ δὲ τὴν ἐν σώματι. Ὅθεν σημ.

6. (71.)

Augustinus C. Julianum Pelag. IV, 78 : *Videntur autem non frustra christianæ fidei propinquasse, qui vitam istam fallaciæ miseriæque*

---

igitur differentiam statuit, ne contradicentem haberet Aristotelem.

3.

Rationes fere exquisitiores omnes et validiora argumenta quæ a Platone in dialogo de immortalitate animæ sunt perscripta ad intellectum referuntur..... Demum si diligenter attenderis ceteras quoque rationes quæ paulo firmiores gravioresque habeantur, convenire omnes et congruere huic intellectui comperias, quemadmodum et illæ, quas ipsemet Aristoteles in Eudemo complexus est.

4.

Aristoteles in Pragmatia de Anima id (*quod Plato in Timæo fecerat*) æmulatus, naturaliter quæstionem aggressus neque de descensu animæ in corpus neque de exitu locutus est. In dialogis vero peculiariter de his egit, et quasi fundamento jecit quæ supra dixi argumenta (*id est fabulas de anima quibus Plato in Politia, in Gorgia, in Phædone usus fuerat*).

5.

Dicit et divinus Aristoteles causam cur illinc huc accedens anima, eorum quæ ibi spectentur obliviscatur, quum hinc egressa ibi meminerit eorum quæ hic passa fuerit. Et demonstrandum de argumento : dicit igitur idem eorum qui ex sanitate in morbum veniant quosdam in oblivionem incidere litterarum quas ipsi didicissent, quum nemo unquam qui ex morbo in sanitatem revertisset tale quid passus sit.

Similem vero esse vitam sine corpore animis, quum naturaliter sit (*sanitas : morbo autem illa quæ est in corpore. Unde*) ostendit animas illinc venientes eorum quæ ibi fiant oblivisci, eas vero quæ hinc, ibi eorum quæ hic fiant meminisse.

Digitized by Google

plenissimam non opinati sunt nisi divino judicio contigisse, tribuentes utique justitiam conditori, a quo factus est et administratur hic mundus. Quanto ergo te melius veritatique vicinius de hominum generatione senserunt, quos Cicero in extremis partibus Hortensii dialogi velut ipsa rerum evidentia ductus compulsusque commemorat. Nam quum multa quæ ridemus et gemimus de hominum vanitate atque felicitate dixisset, ex quibus humanæ, inquit, vitæ erroribus et ærumnis fit, ut interdum veteres illi sive vates sive in sacris initiisque tradendis divinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur verumque sit illud quod est apud Aristotelem, simili nos affectos esse supplicio atque eos qui quondam, quum in prædonum Etruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur, quorum corpora viva cum mortuis, adversa adversis accommodata quam aptissime colligabantur; sic nostros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis esse conjunctos.

Hæc ad dialogum Eudemum pertinere vidit Krischius, *Forschungem auf dem Gebiete der alten Philosophie*, p. 17, rectius quam O. Müllerus, qui in libro *die Etrusker*, t. I, p. 368, ubi de more, quem Aristoteles tetigerat, loquitur, ad Τυρρηνῶν Νόμιμα retulerat.

7. (72.)

Plutarch. Consol. ad Apollon., c. 27 : Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην. Τοῦτο δέ, φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἀποφήνασθαι. Βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. Φησὶ δ' ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ περὶ ψυχῆς ταυτί·

« Διόπερ, ὦ κράτιστε πάντων καὶ μακαριστότατε, καὶ πρὸς τῷ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζομεν καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν οὐχ ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων ἡγούμεθα καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων· καὶ ταῦθ' οὕτως ἀρχαῖα καὶ παλαιὰ διατελεῖ νενομιαμένα παρ' ἡμῖν, ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν, οὔτε τὸν θέντα πρῶτον, ἀλλὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα τυγχάνουσι διὰ τέλους οὕτω νενομισμένα· πρὸς δὲ δὴ τούτοις διὰ στόματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ὁρᾷς, ὡς ἐκ πολλῶν ἐτῶν [ἐκ] παλαιοῦ χρόνου περιφέρεται θρυλούμενον. — Τί τοῦτ'; ἔφη. — Κἀκεῖνος ὑπολαβών· ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μὲν, ἔφη, ἄριστον πάντων, τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἐστὶ κρεῖττον. Καὶ πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται· τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν θήραν, ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν, διερωτῶντι καὶ πυνθανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀρρήτως· ἐπειδὴ δέ ποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτὸν, οὕτως ἀναγκαζόμενον εἰπεῖν· « Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος· ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον οὐδὲ μετασχεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως· ἄριστον ἄρα πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστόν, δεύτερον δὲ τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα. » Δῆλον οὖν ὡς οὐσης κρείττονος τῆς ἐν τῷ τεθνάναι διαγωγῆς ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν οὕτως ἀπεφήνατο. »

Varie hoc fragmentum post Wyttenbachium a viris doctis tentatum est, præsertim a Bernaysio, *Rhein. Mus.*, t. XVI, p. 236 sqq. et nu-

---

7.

Multi enim, ut ait Crantor, iique sapientes viri, non nunc primum, sed pridem deploraverunt res humanas, supplicium judicantes vitam hanc esse, et summæ calamitatis loco ducentes, nasci hominem. Hoc ipsum Aristoteles ait, Silenum, quum captivus ad Midam adduceretur, pronuntiasse. Cujus hæc sunt (præstat enim ipsa philosophi verba apponere) in Eudemo, sive libro De animo inscripto :

Quamobrem, inquit, præstantissime omnium et beatissime, cum felices censemus et beatos, qui vita hac defuncti sunt, tum nefas putamus quicquam de iis falso aut contumeliose dicere : quippe qui melioris jam præstantiorisque naturæ facti sint compotes. Atque hæc nostra sententia ita vetusta est et antiqua, ut et tempus quo cœperit et ejus auctor prorsus ignorentur, sed ab infinita æternitate continenter est propagata. Ad hæc vides in ore hominibus esse jam inde ex antiquis temporibus tritum illud et circumferri. — Quodnam? inquit ille. — Quod, inquit ille, excipiens sermonem, omnium optimum est non nasci : præstat autem mortuum esse quam vivere : ejusque rei multis sunt divinitus perhibita testimonia. Atque huc pertinet, quod narratur, Silenum a Mida isto captum, et post venationem ei sciscitanti, quidnam optimum homini maximeque expetendum esset, principio respondere noluisse, altumque silentium observasse. Tandem vero quum omni artificio adhibito, adduxisset illum ut aliquid responderet, ita coactum dixisse : Ærumnosi genii et gravis fortunæ, in diem durans semen, quorsum me cogitis ea dicere, quæ vobis nescire erat melius? maxime enim vacantes dolore vivunt, qui sua ignorant mala. Hominibus autem omnino optimum est

Digitized by Google

perrime a Vahlenio, ib., t. XXII, p. 145 sqq. Quod l. 5, legitur ἡγούμεθα uncis inclusit Bernays., eadem medicina usus l. 9 in verbis τυγχάνουσι - νενομισμένα, in prioribus ἀλλά, in ἀλλ' ἤ mutato. Contra Vahl. pro νενομισμένα νενομικότες conjecit. Interpolatoris manum tertium sibi deprehendere visus est Bernays. l. 10, cui tribuit verba ἐκ πολλῶν ἐτῶν, in seqq. pro παλαιοῦ χρόνου eleganter sane παλαίφατόν τι conjiciens. Melius tamen loco consuluisse videtur Vahl. altero ἐκ in καὶ mutato et collato Arist. Polit. II, 2, 10, ubi eodem plane modo philosophus : χρὴ προσέχειν τῷ πολλῷ χρόνῳ καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτεσιν. L. 20, ἀρρήτως, quod tuetur Vahlen. l. l., Rauchensteinius, *Rhein. Mus.*, t. XVII, p. 465, præeunte jam Reiskio, in ἀρρήκτως mutaverat. Bernays. coll. Platonis Cratylo p. 407, D, Republ. VII, p. 535, B, Axiocho p. 365, A, ἀρρήτως reponi jubet. Idem l. 22 pro ἀναγκαζόμενον, ἀναγκάζοντα et l. 27 pro ἄριστον γάρ, ἄρ. ἄρα, magis feliciter quam quod conjecit Thurot, *Études sur Aristote*, p. 242, verba l. 28, τὸ μέντοι-ἀνυστόν, post φύσεως inserenda esse.

Cum prioribus conferri poterunt quæ leguntur in Aristot. Polit. l. VII, 1, § 5 : Μάρτυρι τῷ θεῷ χρώμενος, ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος. Ex Aristotele sine dubio hausta sunt quæ de Sileno memorat Cicero Tuscul. I, 48, § 114 : *Affertur etiam de Sileno fabella quædam, qui quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur : docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.* Simile colloquium Sileni et Midæ narraverat Theopompus fragm. 74-77, de quo conferas Wichers, Theop. Fragm. p. 162.

8. (73.)

Joann. Philoponus in Arist. de Anima I, c. 4, fol. E, 1 recto : Μεμψάμενος ὁ Ἀριστοτέλης κοινῶς τοὺς περὶ ψυχῆς ἅπαντας εἰπόντας ὅτι μηδὲν περὶ τοῦ δεξομένου αὐτὴν σώματος διελέχθησαν ... οἰκείως ἀκόλουθον τούτοις περὶ ψυχῆς δόξαν συνάπτει. Εἰς ταὐτὸ γάρ τινες ἀποβλέψαντες ὅτι οὐχ ὡς ἔτυχε τὸ σῶμα ψυχῆς μετέχει· ἀλλὰ δεῖ τοιᾶσδε κράσεως, ὥσπερ καὶ ἡ ἁρμονία οὐχ ὡς ἔτυχε τῶν χορδῶν ἐχουσῶν (fort. ἠχουσῶν) γίνεται, ἀλλὰ δεῖ τοσῆσδε τάσεως, ἐνόμισαν καὶ τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰς διαφόρους τοῦ σώματος ἁρμονίας τὰ διάφορα εἴδη τῶν ψυχῶν εἶναι. Ταύτην οὖν ἐκτίθεται τὴν δόξαν καὶ διελέγχει. Καὶ τέως μὲν αὐτὴν τὴν δόξαν μόνην ἐν τούτοις ἱστορεῖ, μετ' ὀλίγα δὲ καὶ τοὺς λόγους δι' ὧν εἰς ταύτην ἐκεῖνοι τὴν δόξαν ὑπήχθησαν τίθησιν. Ἤδη δὲ καὶ ἐν ἄλλοις πρὸς ταύτην ἀντεῖπε τὴν δόξαν, λέγω δὴ ἐν τῷ Εὐδήμῳ διαλόγῳ, καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι πέντε τισὶ κέχρηται ἐπιχειρήμασι πρὸς ταύτην ἐνιστάμενος τὴν δόξαν ..... Id. fol. E, 1 verso : Αὗται μὲν οὖν αἱ πέντε ἐπιχειρήσεις αἱ Πλάτωνος. Κέχρηται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης, ὡς ἤδη εἶπον, ἐν τῷ Εὐδήμῳ διαλόγῳ δύο ἐπιχειρήσεσι ταύταις, μιᾷ μὲν οὕτως· « Τῇ ἁρμονίᾳ, φησίν, ἔστι τι ἐναντίον, ἡ ἀναρμοστία· τῇ δὲ ψυχῇ οὐδὲν ἐναντίον. Οὐκ ἄρα ἡ ψυχὴ ἁρμονία ἐστίν. » Εἴποι δ' ἄν τις πρὸς τοῦτο, ὅτι τῇ ἁρμονίᾳ ἐναντίον οὐκ ἔστι κυρίως ἐναν-

---

non nasci, neque participem fieri præstantioris naturæ. Præstantissimum igitur et viris et mulieribus est non nasci. Proximum vero huic, et earum rerum quæ in hominis potestate sunt prima est, quam celerrime mori. Manifestum vero est sic eum pronuntiasse, quod melior sit mortuorum, quam vivorum conditio.

8.

Jam in aliis Aristoteles eorum opinionem impugnaverat qui dicunt animam harmoniam esse, scilicet in Eudemo et ante eum Plato in Phædone quinque usus est argumentis ad hanc refellendam sententiam... Ut supra jam dictum est, usus est Aristoteles in dialogo Eudemo duobus his argumentis, quorum primum hoc est : « Harmoniæ, inquit, aliquid est contrarium discrepantia : animæ vero nihil est contrarium : anima igitur non est harmonia »... secundum vero : « Harmoniæ corporis (*id est bonæ dispositioni*) contrarium est perturbatio. Perturbatio vero animati corporis, morbus, imbecillitas, deformitas : e quibus morbus est intemperies elementorum, imbecillitas similarium, deformitas instrumentariorum. Si igitur perturbatio morbus, imbecillitas et deformitas est, harmonia sanitas, robur, pulchritudo. Animus autem nihil horum est, scilicet neque sanitas neque robur neque pulchritudo. Animam enim et Thersites, licet maxime deformis sit, habet : non est igitur harmonia anima. » Et quidem ita ibi. Hic vero (*in libris de Anima scil.*) quattuor usus est argumentis quæ ad evertendam istam opinionem valent, quorum tertium secundum est eorum quæ in Eudemo profert.

Sed et alia quædam opinio de anima tradita est probabilis quidem compluribus nullâ minus earum de quibus dictum est, reprobata tamen et explorata et in communibus et in propriis de hac re sermonibus. Dicunt enim nonnulli harmoniam illam esse : harmoniam enim temperationem ex compositione contrariorum esse dicunt et corpus e contrariis compositum esse. Illud ergo quod hæc contraria, calida dico et frigida, humida et sicca, dura et mollia, quæcunque aliæ sunt primorum corporum repugnationes, ad coalitum et consortium revocat, nihil aliud esse quam animam, quemadmodum sonorum harmonia grave et acutum conciliat. Probabilis quidem oratio, sed eam et Aristoteles et Plato multis in locis redarguerunt.

Digitized by Google

τίον ἀλλὰ στέρησις ἀόριστος· καὶ τῇ ψυχῇ δ' ὡς εἴδει τινὶ οὔσῃ ἔστι τι ἀντικείμενον ἀόριστον. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ φαμὲν τὴν τοιάνδε ἁρμονίαν μεταβάλλειν εἰς τὴν ἀναρμοστίαν, οὕτω καὶ τὴν τοιάνδε στέρησιν μεταβάλλειν εἰς ψυχήν. Δευτέρᾳ δέ· « τῇ ἁρμονίᾳ, φησί, τοῦ σώματος ἐναντίον ἐστὶν ἡ ἀναρμοστία τοῦ σώματος, ἀναρμοστία δὲ τοῦ ἐμψύχου σώματος νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ αἶσχος· ὧν τὸ μὲν ἀσυμμετρία τῶν στοιχείων ἡ νόσος, τὸ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν ἡ ἀσθένεια, τὸ δὲ τῶν ὀργανικῶν τὸ αἶσχος. Εἰ τοίνυν ἡ ἀναρμοστία νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ αἶσχος, ἡ ἁρμονία ἄρα ὑγεία καὶ ἰσχὺς καὶ κάλλος. Ψυχὴ δὲ οὐδέν ἐστι τούτων, οὔτε ὑγεία φημὶ οὔτε ἰσχὺς οὔτε κάλλος· ψυχὴν γὰρ εἶχε καὶ ὁ Θερσίτης αἴσχιστος ὤν. Οὐκ ἄρα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἁρμονία. » Καὶ ταῦτα μὲν ἐν ἐκείνοις· ἐνταῦθα δὲ τέσσαρσι κέχρηται ἐπιχειρήσεσιν ἀνασκευαστικαῖς τῆς δόξης ταύτης, ὧν τὸ τρίτον ἐστὶ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Εὐδήμῳ δεύτερον ... Id. fol. E, 2 recto (ad verba Aristotelis, de Anima I, c. 4, § 4 : « Ἁρμόζει δὲ μᾶλλον καθ' ὑγιείας λέγειν ἁρμονίαν καὶ ὅλως τῶν σωματικῶν ἀρετῶν ἢ κατὰ ψυχῆς ») : Τοῦτο τρίτον ἐπιχείρημα· ἔστι δὲ τὸ δεύτερον τῶν ἐν τῷ Εὐδήμῳ. Ὅτι δὲ ἁρμονία ἡ ὑγίεια ἔδειξεν ἐν ἐκείνοις ἐκ τοῦ ἐναντίου τῆς νόσου. Εἴπομεν δὲ ἀνωτέρω τὴν ἀγωγὴν τοῦ συλλογισμοῦ.

Brevius hæc eadem tangit Simplicius in Arist. de Anima, in hoc a Joanne Philopono discrepans quod et fortasse Platonis Phædonem innuere putat Aristotelem, f. 14 recto : Ἐν κοινῷ δὲ γενομένους λόγους τοὺς συμμέτρως καὶ τοῖς πολλοῖς ἠρωτημένους καλεῖ, αἰνιττόμενος μὲν ἴσως καὶ τοὺς ἐν Φαίδωνι, λέγων δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ διαλόγῳ τῷ Εὐδήμῳ γραφέντας ἐλεγκτικοὺς τῆς ἁρμονίας. Eudemum etsi non nominat, tamen aperte innuit Themistius in Paraphrasi f. 70 recto, t. II, p. 44, 3 ed. Spengel. : Καὶ ἄλλη δέ τις δόξα παραδέδοται περὶ ψυχῆς πιθανὴ μὲν οὐδεμιᾶς ἧσσον τῶν λεγομένων, δεδωκυῖα δὲ εὐθύνας καὶ ἐξητασμένη καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις. Λέγουσι γάρ τινες αὐτὴν ἁρμονίαν· καὶ γὰρ τὴν ἁρμονίαν κρᾶσιν καὶ σύνθεσιν ἐναντίων εἶναι καὶ τὸ σῶμα συγκεῖσθαι ἐξ ἐναντίων· τὴν οὖν τἀναντία ταῦτα εἰς συμφωνίαν ἄγουσαν καὶ ἁρμόζουσαν, θερμὰ λέγω καὶ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ καὶ ξηρὰ καὶ σκληρὰ καὶ μαλακὰ καὶ ὅσαι ἄλλαι ἐναντιώσεις τῶν πρώτων σωμάτων, οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ τὴν ψυχήν, ὥσπερ καὶ ἡ τῶν φθόγγων ἁρμονία τὸ βαρὺ καὶ τὸ ὀξὺ συναρμόζει. Πιθανότητα μὲν οὖν ὁ λόγος ἔχει, διελήλεγκται δὲ πολλαχοῦ καὶ ὑπ' Ἀριστοτέλους καὶ ὑπὸ Πλάτωνος. Καὶ γὰρ ὅτι τὸ μὲν πρῶτον τοῦ σώματος, τοῦτέστιν ἡ ψυχή, ἁρμονία δὲ ὕστερον, καὶ ὅτι τὸ μὲν ἄρχει καὶ ἐπιστατεῖ τῷ σώματι καὶ μάχεται πολλάκις, ἁρμονία δὲ οὐ μάχεται τοῖς ἡρμοσμένοις, καὶ ὅτι τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἁρμονία μὲν ἔχεται, ψυχὴ δὲ οὔ, καὶ ὡς ἁρμονία μὲν σωζομένη οὐ προσίεται ἀναρμοστίαν, ψυχὴ δὲ κακίαν προσίεται, καὶ ὅτι εἴπερ τοῦ σώματός ἡ ἀναρμοστία νόσος ἐστὶν ἢ αἶσχος ἢ ἀσθένεια, ἡ ἁρμονία τοῦ σώματος κάλλος ἂν εἴη καὶ ὑγίεια καὶ δύναμις, ἀλλ' οὐ ψυχή. Ταῦτα μὲν ἅπαντα εἰρηται ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἐν ἄλλοις (a Platone scilicet in Phædone, ab Aristotele vero in Eudemo· ἃ δὲ νῦν Ἀριστοτέλης φησὶ, τοιαῦτά ἐστιν ... Ib. p. 46, 13 Speng. : Ὅτι μὲν οὖν οἱ λέγοντες ἁρμονίαν τὴν ψυχὴν οὔτε ἐγγὺς ἆγαν, οὔτε πόρρω τῆς ἀληθείας βάλλειν ἂν δόξειεν, καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ ἐκ τῶν ἐν ἄλλοις ὅῆλόν ἐστιν.

Eudemi ad hunc locum Aristotelis mentionem fecit quoque Sophonias in Paraphrasi, laudatus a Trendelenburgio, in comment. ad Arist. de Anima p. 265, Georgius Pachymeres, Philosophiæ l. VII, 1, 1, p. 186, lat. versionis Phil. Bechii, Basil. 1560 (fol. 128 recto cod. Paris, 1929, teste Rosio) in ridiculum ille lapsus errorem : *Qui vero fingunt animam esse harmoniam, ut Plato in Eudemo ostendit, ita figmentum suum componunt*); Theodorus Metochita in Paraphr. p. 201 vers. lat. H. Pantaleonis, Basil. 1562 : *Sed et Plato quidem, et Aristoteles eam alibi confutat pluribus*, nec minus Olympiodorus in Plat. Phædonem p. 142, 1 ed. Finckh, allatus jam a Patritio *Discuss. Peripat.* I, p. 94 (cf. Fragm. Arist. in ed. Duvalii p. 684, A, et Wyttenbach. ad Plat. Phædon. p. 249) : Ὅτι ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Εὐδήμῳ οὕτως ἐπιχειρεῖ· τῇ ἁρμονίᾳ ἐναντίον ἐστὶν ἡ ἀναρμοστία· τῇ δὲ ψυχῇ οὐδὲν ἐναντίον· οὐσία γάρ· καὶ τὸ συμπέρασμα δῆλον. Ἔτι, εἰ ἀναρμοστία τῶν στοιχείων τοῦ ζῴου νόσος, ἡ ἁρμονία εἴη ἂν ὑγίεια, ἀλλ' οὐχὶ ψυχή. Id. ib. p. 142, 5 : Ὅτι ἐν τοῖς περὶ Ψυχῆς (I, c. 4) οὕτως· ἡ ψυχὴ τοῦ ζῴου μία ἑκάστου· αἱ δὲ ἁρμονίαι πολλαί· καθ' ἕκαστον γὰρ μέρος· καὶ τὸ συμπέρασμα· ἡ ψυχὴ κινεῖ τὸ σῶμα· ἡ δὲ ἁρμονία κινεῖται, καὶ εἰ κατὰ συμβεβηκός· οὐκ ἄρα ψυχή. Τὸ τρίτον ταὐτὸν τῷ ἐν Εὐδήμῳ δευτέρῳ. Cum priore loco conf. Alexand. Aphrod. in Arist. Topica, p. 168 (280, B, 46 Brand.) : Οὕτως ἐπεὶ

Ac primum prior est anima corpore, harmonia vero posterior. Anima deinde imperium habet in corpus et dominatur et sæpe contra illud pugnat, harmonia autem non pugnat contra ea quæ conciliavit. Item harmonia modo intenditur, modo remittitur, quod non accidit animæ. Harmonia præterea, quamdiu exsistat, perturbationem non admittit, anima vero admittit vitium. Postremo si perturbatio harmoniæ in corpore morbus est, sive infirmitas sive turpitudo, harmonia corporis pulchritudo, bona valetudo et vires esset, sed non anima. Hæc vero omnia a philosophis alibi dicta sunt : quæ autem nunc Aristoteles dicit talia sunt..... Qui igitur dicunt harmoniam esse ani-

Digitized by Google

ἁρμονίᾳ μὲν ἀναρμοστία ἐναντίον, ψυχῇ δὲ οὐδέν ἐστιν ἐναντίον, οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἁρμονία, ὡς Πλάτων ἐπεχείρησεν ἐν τῷ Φαίδωνι.

www.libtool.com.cn

9. (74.)

Simplicius in Arist. de Anima, l. III, fol. 62 : Ὁ μὲν οὖν Πλάτων καὶ ἐπὶ πάντων εἴωθεν ὁμωνύμως τά τε εἴδη καὶ τὰ κατ' αὐτὰ εἰδοποιούμενα προσαγορεύειν. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ὅταν μὲν μεριστὸν τὸ εἰδοποιούμενον ᾖ, φυλάττεται τὴν ὁμωνυμίαν διὰ τὴν πολλὴν τοῦ μεριστοῦ πρὸς τὸ εἶδος ἀμέριστον ὂν ἀπόστασιν· τὴν δὲ λογικὴν ψυχὴν ὡς μὴ μόνον ὁριζομένην ἀλλὰ καὶ ὅρον οὖσαν· μεταξὺ γὰρ ὡς τοῦ ἀμερίστου καὶ μεριστοῦ ἄμφω πως οὖσα, οὕτω καὶ τοῦ ὅρου καὶ τοῦ ὁριζομένου ἀμφότερον ἐμφαίνουσα, τὸ μὲν ὡς ἀνελιττομένη, τὸ δὲ διὰ τὴν ἀεὶ κατὰ ὅρους μετάβασιν καὶ διὰ τὴν τῶν ἀνειλιγμένων πάντων εἰς ἓν (ita Rosius pro ὂν) συναγωγὴν ὡς παρισουμένη (correxit Rosius pro παρισουμένην) τῷ ὁρίζοντι νῷ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ Εὐδήμῳ διαλόγῳ εἶδός τι ἀποφαίνεται τὴν ψυχὴν εἶναι, καὶ ἐν τούτοις ἐπαινεῖ τοὺς τῶν εἰδῶν δεκτικὴν λέγοντας τὴν ψυχὴν, οὐχ ὅλην ἀλλὰ τὴν νοητικὴν ὡς τῶν ἀληθῶν δευτέρως εἰδῶν γνωστικήν· τῷ γὰρ τῆς ψυχῆς κρείττονι νῷ τὰ ἀληθῆ εἴδη σύστοιχα.

10. (75.)

Plutarch. de Musica c. 22 : Δεδειγμένου δὲ ὅτι ὁ Πλάτων οὔτ' ἀγνοίᾳ οὔτ' ἀπειρίᾳ τὰ ἄλλα παρῃτήσατο, ἀλλ' ὡς οὐ πρέποντα τοιαύτῃ πολιτείᾳ, δείξομεν ἑξῆς ὅτι ἔμπειρος ἁρμονίας ἦν. Ἐν γοῦν τῇ ψυχογονίᾳ τῇ ἐν τῷ Τιμαίῳ ... Id. c. 23 : Ὅτι δὲ σεμνὴ ἡ ἁρμονία καὶ θεῖόν τι καὶ μέγα Ἀριστοτέλης ὁ Πλάτωνος ταυτὶ λέγει· « Ἡ δὲ ἁρμονία ἐστὶν οὐρανία τὴν φύσιν ἔχουσα θείαν καὶ καλὴν καὶ δαιμονίαν· τετραμερὴς δὲ τῇ δυνάμει πεφυκυῖα, δύο μεσότητας ἔχει, ἀριθμητικήν τε καὶ ἁρμονικήν· φαίνεταί τε τὰ μέρη αὐτῆς καὶ τὰ μεγέθη καὶ αἱ ὑπεροχαὶ κατ' ἀριθμὸν καὶ ἰσομετρίαν· ἐν γὰρ δυσὶ τετραχόρδοις ῥυθμίζεται τὰ μέλη. » Ταῦτα μὲν τὰ ῥητά. Συνεστάναι δ' αὐτῆς τὸ σῶμα ἔλεγεν ἐκ μερῶν ἀνομοίων, συμφωνούντων μέντοι πρὸς ἄλληλα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς μεσότητας αὐτῆς κατὰ τὸν ἀριθμητικὸν λόγον συμφωνεῖν· τὸν γὰρ νέατον πρὸς τὸν ὕπατον ἐκ διπλασίου λόγου ἡρμοσμένον, τὴν διὰ πασῶν συμφωνίαν ἀποτελεῖν. Ἔχει γὰρ, ὡς προείπομεν, τὸν νέατον δώδεκα μονάδων, τὸν δὲ ὕπατον ἕξ, τὴν δὲ παραμέσην συμφωνοῦσαν πρὸς ὑπάτην καθ' ἡμιόλιον λόγον ἐννέα μονάδων, τῆς δὲ μέσης ὀκτὼ εἶναι μονάδας ἐλέγομεν. Συγκεῖσθαι δὲ διὰ τούτων τῆς μουσικῆς τὰ κυριώτατα διαστήματα συμβαίνει, τὸ δὲ διὰ τεσσάρων ὅ ἐστι κατὰ τὸν ἐπίτριτον λόγον, καὶ τὸ διὰ πέντε ὅ ἐστι κατὰ τὸν ἡμιόλιον λόγον, καὶ τὸ διὰ πασῶν ὅ ἐστι κατὰ τὸν διπλάσιον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἐπόγδοον σώζεσθαι, ὅς ἐστι κατὰ τὸν τονιαῖον λόγον. Ταῖς αὐταῖς δ' ὑπεροχαῖς ὑπερέχειν καὶ ὑπερέχεσθαι τῆς ἁρμονίας τὰ μέρη ὑπὸ τῶν μερῶν καὶ τὰς μεσότητας ὑπὸ τῶν μεσοτήτων, κατά τε τὴν ἐν ἀριθμοῖς ὑπεροχὴν, καὶ κατὰ τὴν γεωμετρικὴν δύναμιν συμβαίνει. Ἀποφαίνει γοῦν αὐτὰς Ἀριστοτέλης τὰς δυνάμεις ἐχούσας τοιαύτας, τὴν μὲν νεάτην τῆς μέσης τῷ τρίτῳ μέρει τῷ αὐτῆς ὑπερέχουσαν, τὴν δὲ ὑπάτην ὑπὸ τῆς παραμέσης ὑπερεχομένην ὁμοίως, ὡς γίνεσθαι τὰς ὑπεροχὰς τῶν πρός τι· τοῖς γὰρ αὐτοῖς μέρεσιν ὑπερέχουσι καὶ ὑπερέχονται. Τοῖς γοῦν αὐτοῖς λόγοις οἱ ἄκροι τῆς μέσης καὶ παραμέσης ὑπερέχουσι καὶ ὑπερέχονται, ἐπιτρίτῳ καὶ ἡμιολίῳ. Τοιαύτη δὴ ὑπεροχή ἐστιν ἡ ἁρμονική. Ἡ δὲ τῆς νεάτης ὑπεροχὴ καὶ τῆς μέσης κατ' ἀριθμητικὸν λόγον ἴσῳ μέρει τὰς ὑπεροχὰς ἐμφαίνουσιν, ὡσαύτως καὶ ἡ παραμέση τῆς ὑπάτης· τῆς γὰρ μέσης ἡ παραμέση κατὰ τὸν ἐπόγδοον λόγον ὑπερ-

---

mam neque nimis prope neque procul a veritate abesse videntur, quod et ex iis quæ nunc dicta sunt et quæ aliis locis dicuntur apparet.

9.

Ipse quidem Plato in omnibus etiam consuevit tum formas, tum quæ per ipsas formantur æquivoce appellare. Aristoteles autem quando formatum sit divisibile, vitat æquivocitatem idque ratione magnæ distantiæ divisibilis ipsius ad formam, quæ indivisibilis est. Rationalis vero anima non tantum est determinata, sed etiam terminus est. Nam quum in medio divisibilis et indivisibilis sit collocata, et quodammodo sit utraque, sic utramque partem ostendit tum termini tum determinati. Alterum quidem ostendens, quia convoluta est, alterum autem quia per terminos semper pertransit, propterque contractionem in unum omnium convolutorum, ut quæ adæquetur determinanti intellectui. Atque ideo in Eudemo quoque dialogo (de anima a se conscripto, *additur in lat. vers. Evangelistæ Lungi Asculani, ed. Venet.*) affirmat animam esse formam quandam et in illis quidem commendat eos, qui dicebant animam esse formarum susceptivam, non totam quidem animam, sed intellectivam tantum, utpote cognoscentem formas veras secundo modo. Veræ namque formæ sunt ejusdem ordinis cum præstantiori animæ intellectu.

10.

Sed demonstrato, Platoni neque ignorantiam neque imperitiam in causa fuisse ut quædam rejiceret, verum id eum fecisse, quia indecora ea reipublicæ judicaret esse, jam nunc ostendemus, eum harmonicæ rei peritum fuisse. In animorum igitur procreatione quæ in Timæo est... (C. 23.) Quod autem harmonia res sit divina, veneranda, magna, Aristoteles, Platonis discipulus, his verbis confirmavit : « Harmonia res est cœlestis, ejusque natura

Digitized by Google

ἔχει. Πάλιν ἡ νεάτη τῆς ὑπάτης διπλασία ἐστίν, ἡ δὲ παραμέση τῆς ὑπάτης ἡμιόλιος, ἡ δὲ μέση ἐπίτριτος πρὸς ὑπάτην ἥρμοσται. Καὶ τοῖς μὲν μέρεσι καὶ τοῖς πλήθεσι καὶ κατ' Ἀριστοτέλη ἡ ἁρμονία οὕτως ἔχουσα πέφυκε (c. 24). Συνέστηκε δὲ φυσικώτατα ἔκ τε τῆς ἀπείρου καὶ περαινούσης καὶ ἐκ τῆς ἀρτιοπερίσσου φύσεως, καὶ αὐτὴ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς πάντα· αὐτὴ μὲν γὰρ ὅλη ἀρτία ἐστί, τετραμερὴς οὖσα τοῖς ὅροις, τὰ δὲ μέρη αὐτῆς καὶ οἱ λόγοι ἄρτιοι καὶ περισσοὶ καὶ ἀρτιοπέρισσοι· τὴν μὲν γὰρ νεάτην ἔχει ἀρτίαν ἐκ δώδεκα μονάδων, τὴν δὲ παραμέσην περισσὴν ἐξ ἐννέα μονάδων, τὴν δὲ μέσην ἀρτίαν ἐξ ὀκτὼ μονάδων, τὴν δὲ ὑπάτην ἀρτιοπέρισσον ἐξ μονάδων οὖσαν. Οὕτω δὲ πεφυκυῖα αὐτή τε καὶ τὰ μέρη αὐτῆς πρὸς ἄλληλα ταῖς ὑπεροχαῖς τε καὶ τοῖς λόγοις, ὅλη τε ὅλη καὶ τοῖς μέρεσι συμφωνεῖ (c. 25). Ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ αἰσθήσεις αἱ τοῖς σώμασιν ἐγγιγνόμεναι διὰ τὴν ἁρμονίαν αἱ μὲν οὐράνιαι θεῖαι οὖσαι, μετὰ θεοῦ τὴν αἴσθησιν παρεχόμεναι τοῖς ἀνθρώποις, ὄψις τε καὶ ἀκοή, μετὰ φωνῆς καὶ φωτὸς τὴν ἁρμονίαν ἐπιφαίνουσι· καὶ ἄλλαι δ' αὐταῖς ἀκόλουθοι, ᾗ αἰσθήσεις, καθ' ἁρμονίαν συνεστᾶσι· πάντα γὰρ καὶ αὗται ἐπιτελοῦσιν οὐκ ἄνευ ἁρμονίας, ἐλάττους μὲν ἐκείνων οὖσαι, οὐκ ἄπο δ' ἐκείνων· ἐκεῖναι γὰρ ἅμα θεοῦ παρουσίᾳ παραγιγνόμεναι τοῖς σώμασι κατὰ λογισμὸν, ἰσχυράν τε καὶ καλὴν φύσιν ἔχουσι (c. 26). Φανερὸν οὖν ἐκ τούτων ὅτι τοῖς παλαιοῖς τῶν Ἑλλήνων εἰκότως μάλιστα πάντων ἐμέλησε πεπαιδεῦσθαι μουσικήν.

11. (76.)

Clemens Alex. Strom., VI, 6, 53 : Ἰσίδωρός τε ὁ Βασιλείδου υἱὸς ἅμα καὶ μαθητὴς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τοῦ προφήτου Παρχὼρ Ἐξηγητικῶν καὶ αὐτὸς κατὰ λέξιν γράφει· « Φασὶ δὲ οἱ Ἀττικοὶ μεμηνῦσθαί τινα Σωκράτει παρεπομένου δαίμονος αὐτῷ, καὶ Ἀριστοτέλης δαίμοσι κεχρῆσθαι πάντας ἀνθρώπους λέγει συνομαρτοῦσιν αὐτοῖς παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνσωματώσεως, προφητικὸν τοῦτο μάθημα λαβὼν καὶ καταθέμενος εἰς τὰ ἑαυτοῦ βιβλία, μὴ ὁμολογήσας ὅθεν ὀφείλετο τὸν λόγον τοῦτον. »

---

divina et pulchra. Quum autem sit facultate quadripartita, duas habet medietates, arithmeticam et harmonicam; apparetque partes ejus, magnitudines et exsuperantias numero et mensuræ æqualitate constare. Nam in duobus quadrichordis cantilenæ sua modulatione concinnantur. » Atque hæc sunt verbis ejus expressa. Corpus porro ejus constare dicit ex partibus dissimilibus, sed quæ inter se consonent, quin et medietates earum arithmetica proportione consentire. Nam ima chorda ad summam proportione dupla coeunte, confici diapason consonantiam, quum hypate VI, nete XII numero repræsentetur. Paramese sesquialtera proportione hypatæ respondet, eique IX congruere, mediæ VIII diximus. At enim intervalla musicæ præcipua constare his rationibus certum est, diatessaron sesquitertia, diapente sesquialtera, diapason dupla proportione : interim etiam conservari rationem sesquioctavam, qualis est IX ad VIII et tonum exprimit. Jam id quoque accidit, ut harmonicæ partes a partibus et medietates a medietatibus secundum excessum arithmeticum et vim geometricam superentur atque ipsa superent. Atque has proprietates sic declarat Aristoteles : ut neta triente major sui, quam mese, sit : et eadem portione paramese hypaten excedat. Itaque relatio quædam intervallorum, sive discriminum, conficiatur, quum termini æqualibus portionibus superent mesam et paramesam et aliis superentur : utrobique sesquialtera et sesquitertia proportionibus rem gerentibus. Atque hæc est, quam harmonicam vocant auctionem. Nete autem a mesa, et paramese ab hypata, arithmeticis intervallorum discriminibus distant. Nam paramese mesam sesquioctava ratione excedit. Rursum nete ad hypatam dupla est, paramesam hypata semel ejusque semissem valet; et mesa ad hypatam est sesquitertia. His ergo partibus atque numeris harmonia de Aristotelis sententia componitur. Idem optime ex infiniti et finiti, paris et imparis, atque pariter imparis natura eandem constituit ejusque partes. Tota enim par est, quum constet quattuor terminis : partes ipsius proportionibus continentur, quorum termini sunt pares, impares, pariterque impares. Nete enim par est, quia XII numero exprimitur, paramese impar, quia IX, mesa pariter par, quia VIII. His ergo rationibus atque partibus conflata harmonia, sibi toti, omnibusque partibus consonat. Sed et sensus, qui ob harmoniam corporibus innati sunt, cælestes alii et divini, qui cum deo sensum præbent hominibus visus et auditus, cum voce et lumine harmoniam ostendunt : et alii sensus, horum comites, quatenus sensus sunt, secundum harmoniam constant. Nihil enim ne ipsi quidem sine harmonia conficiunt : minores sane illis, non tamen absque illis. Illi enim simul cum adventu dei præsto adsunt juxta rationem, et validam pulchramque habent naturam. Porro autem ex his planum fit, primis Græcis haud injuria id præcipuæ curæ fuisse, ut musicæ disciplinæ adolescentes imbuerent.

11.

Isidorus Basilidis simul filius et discipulus, in primo libro Expositionum Prophetæ Parchor ipse quoque scribit ad verbum : « Dicunt autem Attici quædam significata fuisse Socrati, dæmone eum consequente. Dicit etiam Aristoteles, omnes homines uti dæmonibus, qui eos sequuntur eo tempore quo migrent in corpus, quam quum a prophetis accepisset doctrinam, et in suos transtulisset libros, non tamen unde accepisset eam confitetur. »

Digitized by Google

XIII. ΠΕΡΙ ΕΥΧΗΣ.

Titulus περὶ Εὐχῆς α' apud Diog. Laert. (14) et apud Anon. (9) legitur. Ad hunc audacius referre conatus est versum e Varronis Eumenidibus fr. XXVI Riese :

> Hospes, quid miras nummo curare Serapim?
> Quid? quasi non curet tanti item Aristoteles?
> Aut ambos mira aut noli mirare deum me
> De eodem.

Jos. Scaliger, in libro quem sub nomine Yvonis Villiomari in locos controversos Rob. Titii edidit, IX, 12. Eodem plane modo ut hîc, Aristotelis nomen pro cujuslibet philosophi positum est apud eundem Varronem in Satura inscripta *Testamentum*, apud Gell. N. Att., III, 16, 13 (fr. 4 Riese).

1. (77.)

Seneca Quæst. Nat. VII, 30, 1 : *Egregie Aristoteles ait nunquam nos verecundiores esse debere, quam quum de dis agitur. Si intremus templa compositi ... quanto hoc magis facere debemus quum de sideribus, de eorum natura, de stellis disputamus, ne quid temere, ne quid imprudenter aut ignorantes adfirmemus aut scientes mentiamur.* Hæc ad dialogum de Philosophia retulit Bernays, l. l. p. 166.

2. (78.)

Simplicius in Arist. de Cælo, f. 235, cod. Paris. 1910 apud Rosium : Ὅτι γὰρ ἐννοεῖ τι καὶ ὑπὲρ τὸν νοῦν καὶ τὴν οὐσίαν ὁ Ἀριστοτέλης δῆλός ἐστι πρὸς τοῖς πέρασι τοῦ περὶ Εὐχῆς βιβλίου εἰπὼν, ὅτι ὁ θεὸς ἢ νοῦς ἐστὶν ἢ ἐπέκεινά τι τοῦ νοῦ.

In edit. Aldina fol. 118 verso hæc ita expressa sunt : Ὅτι μὲν γὰρ νοεῖ τι καὶ ὑπὲρ τὸν νοῦν ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν δῆλός ἐστι παρὰ τοῖς ἐσχάτοις τοῦ βιβλίου περὶ Προσευχῆς διαρρήδην λέγων· ὅτι ὁ θεὸς ἢ νοῦς ἐστὶν ἢ τι καὶ ὑπὲρ νοῦν, quum in versione latina Guil. de Moerbeke, quam, ut A. Peyron ostendit, in *Fragm. Empedocl. et Parmenid.* Lips. 1810, p. 9, græcam fecit, qui Simplicium edidit, legantur (ed. Veneta, 1555, f. 74 recto) : *Quod enim intelligat aliquid et supra intellectum et supra substantiam Aristoteles manifestans (-us) est in calce libri de Oratore plane dicens quod deus aut intellectus est aut et aliquid ultra intellectum.* In his tamen male *de Oratore* pro *de Oratione* legitur, ut e verbis apparet quæ post finem vitæ Aristotelis latine versæ in multis codicibus adscripta sunt, cf. Arist. ed. Buhle, t. I, p. 59, quæ emendatiora e cod. Paris. lat. 7695, A, edidit Rosius (cf. *de Aristot. librorum ordine* p. 247) : *Fecit autem et Aristoteles librum de Oratione. Unde Simplicius : Quod enim intelligat et aliquid supra intellectum et super substantiam Aristoteles, manifestus est apud finem libri de Oratione plane dicens, quod deus aut intellectus est aut est aliquid ultra intellectum.*

XIV. ΠΕΡΙ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ.

De auctore dialogi περὶ Εὐγενείας α', quem præter utrumque indicem (Diog. Laert. 15, Anonym. 11, cf. Dschemalud. (6) *de generis Nobilitate, libri IV*) Athenæus et Diogenes Laertius laudant et ex quo majora excerpta præbet Joannes Stobæus, solus dubitat Plutarchus, vel quem secutus videtur Panætius, libri mentioni his verbis additis εἰ δὴ τὸ βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον. Quare vero id factum sit quum causa ignoretur, nisi tamen suspiceris Panætium, qui et de Socraticorum quorumdam dialogis dubitaverat (cf. Diog. Laert. II, 64), tali modo Socrati illatam criminationem diluere studuisse, de re ipsa non liquet. Ipsa vero fragmenta Aristotele nullo modo indigna sunt cum propter sententiarum acumen tum propter verborum elegantiam.

1. (79.)

Joann. Stob. Floril. 86, 24 : Ἐκ τοῦ Ἀριστοτέλους περὶ Εὐγενείας. Ὅλως περὶ εὐγενείας ἐγὼ ἀπορῶ, τίνας χρὴ καλεῖν τοὺς εὐγενεῖς. — Εἰκότως γε, ἔφην, τοῦτο σὺ διαπορῶν. Καὶ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν καὶ μᾶλλον παρὰ τῶν σοφῶν τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται τὰ δ' οὐ λέγεται σαφῶς, εὐθὺς τὰ περὶ τῆς

DE PRECATIONE.

2.

Manifestum est Aristotelem intelligere aliquid supra intellectum et substantiam ex his quæ in calce libri de Precatione dixit : « Deus est sive intellectus aut aliquid ultra intellectum. »

DE NOBILITATE.

1.

De nobilitate autem ego plane dubito quosnam oporteat appellare nobiles. — Nec immerito, inquam, tu dubitas. Nam et apud vulgus et apud sapientes quædam in dubium vocantur et quædam non perspicue dicuntur et ita statim

Digitized by Google

δυνάμεως· λέγω δὲ τοῦτο, πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ τῶν σπουδαίων ἢ καθάπερ Λυκόφρων ἔγραψε κενόν τι πάμπαν. Ἐκεῖνος γὰρ ἀντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτὴν, Εὐγενείας μὲν οὖν, φησίν, ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνόν· ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς, κατὰ δ' ἀλήθειαν οὐθὲν διαφέροντας τοὺς ἀγεννεῖς τῶν εὐγενῶν.

In his secuti sumus Wyttenbachii et Luzacii emendationes : quorum ille ad Plutarchi Moralia t. V, p. 968, σὺ διαπορῶν pro εὖ, quæ est lectio codd., scripsit, hic vero in *Lectt. Att.* p. 87, κενόν et εὐγενείας, pro καινόν et εὐγένειαν. Post nomen Λυκόφρων in ed. Trincav. Ven. 1536, additur ὁ σοφιστής. Hujus mentionem nemo, quod sciam, præter Aristotelem fecisse videtur, cf. Physic. I, c. 2, § 15 (cf. Simplic. ad h. l. f. 20), Metaphys. VII, c. 6, § 6 (cf. Pseudo-Alex. Aphrod. p. 533, 18 Bonitz), Polit. III, c. 5, § 11, Rhetor. III, c. 3, § 1 et § 2, c. 9, § 7, de Soph. Elench. c. 16, § 16 (cf. Alex. Aphrod. ad h. l. f. 38).

2. (80.)

Joann. Stob. Floril. 86, 25 : Ἐν τῷ αὐτῷ. Ἀμφισβητεῖται δὲ καθάπερ καὶ περὶ τοῦ πηλίκον ἀγαθόν ἐστιν, οὕτω καὶ τίνας δεῖ καλεῖν εὐγενεῖς. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γονέων εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι, καθάπερ καὶ Σωκράτης· διὰ γὰρ τὴν Ἀριστείδου ἀρετὴν καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. Σιμωνίδην δέ φασιν ἀποκρίνασθαι διερωτώμενον τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων· καίτοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν ὁ Θέογνις οὐδ' ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας ὡς ὅτι

τὴν μὲν [γὰρ] εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοί,
μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις.
(Cf. Euripidis Fragm. ed. Wagner. Thyestes, 393).

Ἦ πρὸς Διὸς οὐχ αἱρετώτερος ὁ πλουτῶν αὐτὸς, ἢ οὗ ὁ πρόπαππος ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης; — Πῶς γὰρ οὐκ; εἶπε. — Καὶ δέοι δ' ἂν κηδεύειν τοῖς πλουσίοις μᾶλλον ἢ τοῖς εὐγενέσιν· εὐγενεῖς γὰρ οἱ παλαιοὶ, κρείττους δὲ οἱ νῦν. Οὐκ οὖν ὁμοίως κἄν τις ὑπολαμβάνῃ οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι; κρείττων γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπάππου, αἱρετώτερον δ' αὐτὸν εἶναι σπουδαῖον ἀλλ' οὐ τὸν πρόπαππον ἤ τινα τῶν ἄλλων προγόνων. — Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. — Ἆρ' οὖν οὐκ ἐπεὶ ἐν μηδετέρῳ τούτων ὁρῶμεν τὴν εὐγένειαν, σκεπτέον ἄλλον τρόπον; — Τίνα τοῦτον δήποτε; — Σκεπτέον δὴ, ἔφην. Τὸ εὖ σημαίνει τι δήπου τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, οἷον τὸ εὐπρόσωπον καὶ εὐόφθαλμον· ἀγαθὸν γάρ τι ἢ καλὸν σημαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. — Πάνυ γε, εἶπεν. — Οὐκ οὖν εὐπρόσωπον μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀρετὴν προσώπου, εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν; — Οὕτως, εἶπεν. — Ἀλλὰ μήν ἐστι γένος τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον ἀλλ' οὐ σπουδαῖον. — Πάνυ γε, εἶπε. — Σπουδαῖον δέ γέ φαμεν ἕκαστον κατὰ τὴν αὑτοῦ ἀρετὴν εἶναι, ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως. — Οὕτως, εἶπε. — Δῆλον ἄρ', ἔφης, ὅτι ἔστιν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους.

In his plura quæ in codd. corrupta sunt e criticorum conjecturis emendavimus. Quod post l. 8, ἐκ πάλαι πλουσίων, additur φάναι, nihili est, nec opus videtur pro eo ut Rosius conjiciebat φύντας corrigere. Poeta cujus versus afferuntur Euripides est, ut ex ipso Joannis Stobæi Floril. XCII, 3, apparet. Pro δέοιτ' l. 15, quæ lectio codd. est dedimus cum Halmio, *Lect. Stobens.*, I, 22 δέοι δ'. Ro-

---

de potentia quam nobilitas habeat. Hoc autem dico, pretiosa et studio digna sit an, ut Lycophron scripsit, aliquid omnino inane. Ille enim quum eam cum aliis bonis conferat non apparere dicit nobilitatis præstantiam, magnificentiam vero in verbis esse, ita ut ad famam appelletur, revera autem ignobiles nihil a nobilibus differant.

2.

Dubitatur autem, quemadmodum de ipsius boni essentia, ita et quosnam oporteat appellari nobiles. Aliqui enim nobiles putant esse, qui ex bonis parentibus nati sint, ut etiam Socrates. Nam propter virtutem Aristidis etiam filiam ejus generosam esse dicunt. Simonidem vero interrogatum, qui essent nobiles, respondisse dicunt, illos qui majoribus longo tempore locupletibus nati essent. Etsi secundum hoc dictum non jure succensent neque Theognis, neque poeta qui dixit :

Homines laudant quidem nobilitatem,
Affinitates autem potius ineunt cum ditioribus.

An hercle non præstat ille qui dives ipse fuerit, quam qui proavum aut alium inter majores suos divitem habuerit, at ipse pauper sit? — Qui aliter? inquit. — Et oporteret affines fieri divitum potius quam nobilium : nobiles enim sunt prisci homines, nostri vero temporis meliores. Atqui similiter aliquis ita secum reputaverit, non esse nobiles ex majoribus olim divitibus natos, sed ex bonis jam longo tempore. Virtus enim recens antiquiori melior esse videtur, et unumquemque plus a patre suo quam ab avo accepisse. Præstat autem, si quis ipse virtutis amator sit, quam si talem avum aut alium ex majoribus habuerit. — Recte loqui me dixit. — Nonne igitur, inquam, quandoquidem in istorum neutro nobilitatem deprehendimus, alia ratione eam inquiremus? — Quanam ista? — Quoniam nobilitas græce εὐγένεια vocatur, considerandum quod εὖ dictio aliquid laude studioque dignum

Digitized by Google

sius δέοι γ'; αὐτὸν l. 21, pro αὐτοῦ ut in codd. est Gesnerus, l. 23, λέγειν in λέγεις a Cobetio mutatum *Mnemos.*, t. IX, p. 140. Paulo post pro ἐνίοτε ut in codd. δήποτε Halm, l. l. Rosius αἰνίττει. Idem post σκεπτέον, pro δ' quod in codd. est δὴ dedit. Ἔφης vero pro ἔφην emendatio est Luzacii in *Lectt. Att.* p. 89.

www.ipbook.com.cn

3. (81.)

Joann. Stob. Floril., 88, 13 : Ἐκ τοῦ Ἀριστοτέλους περὶ Εὐγενείας. Φανερὸν τοίνυν, ἔφην ἐγώ, περὶ ὧν πάλαι διηπορησάμην, διὰ τί ποτε οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων ἢ οἱ ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγενέστεροι δοκοῦσιν εἶναι μᾶλλον τῶν σύνεγγυς τἀγαθὰ κεκτημένων. Αὐτὸς γὰρ ἐγγύτερος σπουδαῖος ὢν ἢ πάππου σπουδαίου τετυχηκὼς, ὥστ' εἴη ἂν εὐγενὴς ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ. Καί τινες εἰρήκασιν οὕτως ἐκ τοῦ διελέγχειν προσποιούμενοι τὸν συλλογισμὸν τῆς εὐγενείας, ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης, οὐχὶ τῶν ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἁπλῶς. Τὸ δ' οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὀρθῶς ζητοῦσιν οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προτιθέντες. Τὰ δ' αἴτια εἴπομεν, τουτέστιν ὅτι ἡ μὲν εὐγένειά ἐστιν ἀρετὴ γένους, ἡ δ' ἀρετὴ σπουδαῖον· σπουδαῖον δ' ἐστὶ γένος, ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. Συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον, ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει· ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, πολλὰ παρασκευάζειν οἷάπερ αὐτή· τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ ἕτερα πολλά. Ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει καὶ οὕτω σπουδαῖος ὥστ' ἔχειν τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεάς, τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. Πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἄν τε ἀνθρώπων ᾖ τὸ γένος, ἄν τε ἵππων, ἵπποι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων. Ὥστ' εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι οὐδ' οἱ ἀγαθοὶ, ἀλλ' οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων ἢ ἐκ πάλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. Ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τἀληθῆ. Ἀρχὴ γὰρ ἄνωθεν πάντων. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' οἱ ἐκ προγόνων ἀγαθῶν εὐγενεῖς πάντως, ἀλλ' ὅσοις τυγχάνουσιν ἀρχηγοὶ τῶν προγόνων ὄντες. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθὸς, μὴ ἔχῃ δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως ὡς τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἡ ἀρχὴ τοιαύτην δύναμιν ἐν τούτοις... Ἀρετὴ τοῦ γένους καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ γένους ὄντες, οὐκ ἐὰν ὁ πατὴρ εὐγενὴς ᾖ, ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους. Οὐ γὰρ δι' αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν.

Quæ hic leguntur verba : Ὅστις ἀνὴρ ἀγαθός a Gesnero posita sunt pro lectione cod. A οἷς τισιν, vel ed. Ven. οἷς τὶς ἀνὴρ ἀγαθός. Pro ἀλλ' ὅσοις, codd. ὅσοι, in quibus etiam pro οὐκ ἔγει ἡ ἀρχή, οὐκ ἔχει ἀρχήν legitur, quod Gesnerus emendavit. Cum verbis : τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρχῆς ἔργον κτλ. quodammodo conferri possunt quæ in libris de Anima II, c. 4, leguntur, cum totius vero loci sententia optime congruit quod dictum est Polit. IV, 6, 5 : ἡ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή.

---

significet, ut εὐπρόσωπον (*faciem pulchram habens*), εὐόφθαλμον (*pulchris oculis ornatum*). Bonum enim aut pulchrum aliquid his verbis indicatur. — Maxime vero. — Videlicet εὐπρόσωπον est, quod facici, εὐόφθαλμον, quod oculi virtutem habet? — Sic est, inquit. — Porro genus aliud laudabile est, aliud vile, studioque indignum. — Ita profecto. — Laude autem studiove dignam rem quamlibet virtutis suæ merito vocamus : itaque genus etiam laudabile similiter nominandum est. — Nominandum, dixit. — Constat igitur, inquam, nobilitatem generis virtutem esse.

3.

Nunc igitur de illis constat, quæ pridem in dubium vocavimus, quam ob causam ex majoribus olim aut divitibus aut bonis nati, nobiliores videantur esse illis, qui bona propinquiora possident. Propinquius autem bona possidet, qui ipse bonus fuerit, quam qui avum habuerit virtutis studiosum. Itaque nobilis fuerit quicunque bonus est. Sic enim aliqui syllogismo colligunt, redarguere cupientes illos qui aliter sentiunt. Euripides etiam nobilem esse ait, non qui majoribus iongo jam tempore bonis natus sit, sed qui vir bonus ipse fuerit simpliciter. Quod quidem non ita se habet, sed recte quæstionem instituunt, qui virtutem antiquam præponunt. Causas autem diximus : quoniam videlicet nobilitas virtus est generis, virtus autem res laudabilis studioque digna est. Item genus, in quo multi studiosi bonique fuerint, laudem studiumque meretur. Fit autem tale genus, quum principium ejus laudabile fuerit. Principium enim hanc facultatem habet ut multa efficiat quale ipsum est. Hæc enim vis est principii ut plurima quale ipsum est efficiat. Quum igitur unus talis in aliquo genere fuerit, adeoque bonus, ut virtus ab ipso in multas ætates transfundatur, hoc certe genus omni laude studioque dignissimum erit. Sic enim permulti fient studiosi homines, si genus humanum sit, si equorum vero equi, atque aliis animalibus eadem est ratio. Proinde merito non divites, neque boni, sed qui a priscis divitibus aut antiquis bonis descenderint, nobiles judicandi sunt, si veritatem inquiras. Omnium enim principium longa retro origine deducitur. At neque simpliciter nobiles sunt, qui a bonis majoribus nati fuerint : sed illi tantum qui progenitores seu generandi auctores esse possunt. Si quis igitur ipse bonus est, non pollet autem hac naturæ facultate, ut multos sibi similes generet, principii rationem ad posteritatem non habet... Generis nobilitas et

Digitized by Google

4. (82.)

Diog. Laert., II, 26 : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης δύο γυναῖκας αὐτὸν (τὸν Σωκράτην) ἀγαγέσθαι, προτέραν μὲν Ξανθίππην, ἐξ ἧς αὐτῷ γενέσθαι Λαμπροκλέα· δευτέραν δὲ Μυρτώ, τὴν Ἀριστείδου τοῦ δικαίου θυγατέρα, ἣν καὶ ἄπροικον λαβεῖν, ἐξ ἧς γενέσθαι Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον. Οἱ δὲ προτέραν γῆμαι τὴν Μυρτώ φασιν· ἔνιοι δὲ καὶ ἀμφοτέρας σχεῖν ὁμοῦ, ὧν ἐστὶ Σάτυρός τε καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος. Φασὶ γὰρ βουληθέντας Ἀθηναίους διὰ τὸ λειπανδρεῖν συναυξῆσαι τὸ πλῆθος, ψηφίσασθαι γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας, ὅθεν τοῦτο ποιῆσαι καὶ Σωκράτην.

Plutarch. Vit. Arist., c. 27 : Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ Ἀριστοτέλης, εἰ δὴ τὸ περὶ Εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον, ἱστοροῦσι Μυρτὼ θυγατριδῆν Ἀριστείδου Σωκράτει τῷ σοφῷ συνοικῆσαι, γυναῖκα μὲν ἑτέραν ἔχοντι, ταύτην δ' ἀναλαβόντι χηρεύουσαν διὰ πενίαν καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεομένην. Πρὸς μὲν οὖν τούτους ἱκανῶς ὁ Παναίτιος ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκεν.

Athen. XIII, p. 556, A : Ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας, Ξανθίππην καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτώ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου, οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν, ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου. Εἰσὶ δὲ Καλλισθένης, Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, Σάτυρος ὁ Περιπατητικός, Ἀριστόξενος, οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν ἱστορῶν τοῦτο ἐν τοῖς περὶ Εὐγενείας. Εἰ μὴ ἄρα συγκεχωρημένον κατὰ ψήφισμα τοῦτο ἐγένετο τότε διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, ὥστ' ἐξεῖναι καὶ δύο ἔχειν γυναῖκας τὸν βουλόμενον..... ἀντεῖπε δὲ τοῖς λέγουσι περὶ τῶν Σωκράτους γυναικῶν Παναίτιος ὁ Ῥόδιος.

De duplici Socratis matrimonio uberrima est disputatio Luzacii, in libro *Lectiones atticæ, sive de Διγαμίᾳ Socratis*, Lugd. Batav. 1809, qui et posteriores nominat scriptores apud quos hujus rei mentio facta est.

XV. (ΠΕΡΙ ΗΔΟΝΗΣ.)

Libri περὶ Ἡδονῆς inscripti bis mentio apud Diogenem fit, primum inter dialogos (16), quo loco et apud Anonymum nominatur (15, cf. Dschemaluddin. 18, *de Voluptate, liber I*), deinde vero (66), ubi in cod. Laur. περὶ Ἡδονῶν α' legitur. In catalogo scriptorum Theophrasti, p. 5, 5 apud Usener. *Analecta Theophrastea*, affertur titulus : περὶ Ἡδονῆς ὡς Ἀριστοτέλης α', et statim post περὶ Ἡδονῆς ἄλλο α'. Theophrastum περὶ Ἡδονῆς laudat Athenæus XII, p. 511, C et 526, D quum de auctore libri alibi ambigit, VI, p. 273, C : Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἡδονῆς· τὸ δ' αὐτὸ βιβλίον καὶ ὡς Θεοφράστου φέρεται· et VIII, p. 347, E : Θεόφραστος ἢ Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Ἡδονῆς. Duo igitur de Voluptate libri exstitisse videntur, quorum alterius auctor sive Aristoteles sive Theophrastus habebatur, alterius vero sive Theophrastus sive Chamæleon.

Quæ sequuntur fragmenta ad nullum aptius referri posse puto librum, quam ad dialogum περὶ Ἡδονῆς. Philoxeni dictum ipse Aristoteles in Ethic. Nicom. III, 10, 9, tangit, ubi de voluptate loquitur (cf. Ethic. Eudem., III, 2, Problem., XXVIII, 7), Sardanapali vero mentionem Theophrastus in dialogo περὶ Ἡδονῆς fecerat, teste Athenæo, XII, p. 511, C. Cf. quæ e dialogo Heraclidis Pontici περὶ Ἡδονῆς apud eundem leguntur, p. 512, A.

---

nobiles qui ex illo sunt genere oriundi. Non sufficit autem patrem esse virum excellentem, sed antiquum generis auctorem talem fuisse oportet. Neque enim pater per se bonum genuit, sed quia ex tali genere erat.

4.

Duas illum (Socratem) uxores duxisse, priorem Xanthippen, ex qua Lamproclem genuerit; alteram Myrtonem, Aristidis illius justi filiam, quam et sine dote acceperit, quæque ipsi Sophroniscum Menexenumque pepererit, Aristoteles auctor est. Alii Myrtonem illum prius duxisse, nonnulli utrasque simul habuisse tradunt, ex quibus et Satyrus est et Hieronymus Rhodius.

Demetrius Phalereus, Hieronymus Rhodius, Aristoxenus musicus et Aristoteles (si modo liber de Nobilitate inter germanos est Aristotelis libros recensendus) Myrto tradunt Aristidis ex filia neptim a Socrate illo sapiente domum acceptam : habuisse quidem illum aliam uxorem, verum eum hanc ob inopiam viduam et omnium rerum egenam recepisse. Ceterum refellit hæc abunde Panætius in libris quos de Socrate scripsit.

His positis non injuria quispiam arguat eos qui uxores duas Socratem habuisse prodiderunt, Xanthippen nimirum et Myrto, Aristidis, non cognomento Justi filiam (repugnant enim tempora), sed ejus qui ab eo tertius est. Auctores ejus rei sunt Callisthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus Peripateticus, Aristoxenus : quibus ad id scribendum ansam dedit Aristoteles, qui libro de Nobilitate literis id mandavit... His qui de duabus Socratis uxoribus scripserunt, contradixit Panætius Rhodius.

Digitized by Google

1. (83.)

Athen. Epit., I, p. 6, D : Ἄλλοι δὲ φίλιχθυν τὸν Φιλόξενόν φασιν. Ἀριστοτέλης δὲ φιλόδειπνον ἁπλῶς, ὃς καὶ γράφει που ταῦτα· « Δημηγοροῦντες ἐν τοῖς ὄχλοις κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς θαύμασι καὶ πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Φάσιδος ἢ Βορυσθένους καταπλέοντας, ἀνεγνωκότες οὐδὲν πλὴν εἰ τὸ Φιλοξένου Δεῖπνον οὐδ' ὅλον.

2. (84.)

Athen., VIII, p. 335, F : Τί γὰρ τῶν ἐπιτρῖψαι δυναμένων παρέλιπεν ὁ καλὸς οὗτος ἑποποιὸς (Ἀρχέστρατος scil.) καὶ μόνος ζηλώσας τὸν Σαρδαναπάλλου τοῦ Ἀνακυνδαράξεω βίον, ὃν ἀδιανοητότερον εἶναι κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρὸς Ἀριστοτέλης ἔφη. Ἐφ' οὗ τοῦ τάφου ἐπιγεγράφθαι φασὶ Χρύσιππος τάδε·

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς τὸν θυμὸν ἄεξε.
Κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.....

Cicero Disputat. Tuscul., V, 35 : *Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi jussit in busto :*

Hæc habeo quæ edi quæque exsaturata libido
Hausit : at illa jacent multa et præclara relicta.

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bovis, non in regis, sepulcro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne vivus quidem diutius habebat quam fruebatur. Cf. de Finibus II, 32, 106 : *Corporis autem voluptas si etiam præterita delectat, non intelligo cur Aristoteles Sardanapali epigramma tanto opere derideat, in quo ille rex Syriæ glorietur se omnes secum libidinum voluptates abstulisse. Quod enim ne vivus quidem, inquit, diutius sentire poterat quam dum fruebatur, quo modo id potuit mortuo permanere?*

Alias inscriptiones e Clearcho περὶ Βίων affert Athenæus, XII, p. 529, A et ex Aristobulo, XII, p. 530, A : Ἐπιγεγράφθαι δὲ αὐτῷ Ἀσσυρίοις γράμμασι· « Σαρδανάπαλλος Ἀνακυνδαράξεω παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ. Ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια. » Quinque tantum versus, ex iis qui apud Athenæum leguntur, habet Diodorus, II, 23; duos vero quos laudat Cicero græce ita exhibet Strabo, XIV, p. 672 : Καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί·

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Cf. Davisius ad Cic. Tusc., V, 35, Næke ad Chœrili Fragm., p. 196, sqq.

XVI. ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

Ad dijudicandam quæstionem quanam forma conscriptus fuerit περὶ Βασιλείας liber, cujus titulus inter dialogos apud Diogenem (18) et Anonymum (16) legitur, præcipue valent quæ duobus in locis de eo a Cicerone dicta sunt. Ita enim ille de consilio quod aliquandiu agitaverat, mittendæ ad Cæsarem cohortatoriæ sive suasoriæ epistolæ, Ep. ad Attic., XII, 40, 2 : Συμβουλευτικὸν *sæpe conor : nihil reperio : et quidem mecum habeo et* Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον : *sed quid simile? Illi et quæ ipsis honesta essent scribebant et grata Alexandro. Ecquid tu ejusmodi reperis? Mihi quidem nihil in mentem venit.* Susceptum vero consilium plane se abjecisse cum Ep. XIII, 31, tum præsertim XIII, 28, 2, hisce testatur verbis : *De epistola ad Cæsarem, jurato mihi crede, non possum : nec me turpitudo deterret, etsi maxime debeat. Quam enim turpis est assentatio, quum vivere ipsum turpe sit nobis? Sed ut cœpi, non me hoc turpe deterret, ac vellem quidem : essem enim qui esse debeam, sed in mentem nihil venit. Nam quæ sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones, vides quibus in rebus versentur : adolescentem, incensum cupiditate verissimæ gloriæ, cupientem sibi aliquid consilii dari quod ad laudem sempiternam valeret, cohortantur, ad decus non deest oratio.* Quæ si, ut e sequentibus fragmentis apparet, ad librum περὶ Βασιλείας referenda sunt, non jam de dialogo cogitandum erit, sed de cohortatoria quadam epistola sive oratione, qualis Theopompi quoque liber fuit, cum quo a Cicerone conjungitur. At hunc Athenæus semel, IV, p. 230, B, Συμβουλαὶ πρὸς Ἀλέξανδρον, in altero vero loco, XIII, p. 595, A, Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον vocat. Ad

---

DE VOLUPTATE.

1.

Philoxenum alii piscium amantem dicunt; Aristoteles vero nude cœnarum studiosum; qui etiam alicubi sic scribit : « Qui in circulis conciones habent, totumque diem præstigia spectant et cum iis versantur qui e Phasi aut Borysthene huc adpellunt : legerunt autem nihil quidquam, nisi forte Philoxeni Cœnam, ac ne eam quidem totam!

2.

Sardanapalum, Anacyndaraxæ filium, obscuriorem reddi adjecto patris nomine Aristoteles dixit.

Digitized by Google

ipsa vero Ciceronis verba, de quibus ambigi nullo modo potest, accedit testimonium magis etiam disertum Ammonii qui vocatur, Proleg. in Categor. f. 9 verso (p. 35, B, 14 Brand.) : Μερικὰ μὲν οὖν ἐστιν, ὅσα πρός τινα ἰδίᾳ γέγραπται, ὡς ἐπιστολαὶ ἢ ὅσα ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος περί τε βασιλείας καὶ ὅπως δεῖ τὰ ἀποικίας ποιεῖσθαι γεγράφηκε, in quibus illud tantum falsum esse videtur, quod dicitur Aristotelem ab Alexandro rogatum fuisse ut de regni officio scriberet.

De arabica libri περὶ Βασιλείας versione, quæ in codice Vaticano sub hoc titulo : *Epistola Aristotelis ad Alexandrum magnum de regio regimine*, exstare dicitur, cf. Dressel, *Philologus*, t. XVI, p. 353, et præterea quæ narrat Minoïdes-Mynas, in notis ad Gennadium contra Plethonem, p. 173.

1. (85.)

Pseudo-Ammon. Vita Aristot., f. 5 verso (p. 11, 45 Westerm.) : Τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ περὶ Βασιλείας ἔγραψεν ἐν ἑνὶ μονοβίβλῳ, παιδεύων αὐτὸν ὅπως δεῖ βασιλεύειν.

Eadem brevius Joann. Philoponus (cf. Vit. Marc., p. 5 Robbe) : Ἵνα δὲ καὶ πάντας ἀνθρώπους εὐεργετήσῃ, γράφει τῷ Ἀλεξάνδρῳ βιβλίον περὶ Βασιλείας, διδάσκων ὅπως βασιλευτέον. Ὅπερ οὕτως ἔδρασεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου ψυχήν, ὡς λέγειν ὅτε μὴ ὠφέλησέ τινα· « Σήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδένα γὰρ εὖ ἐποίησα. »

2. (86.)

Plutarch. de Alexandri Fort. aut Virt. I, c. 6 : Οὐ γὰρ, ὡς Ἀριστοτέλης συνεβούλευεν αὐτῷ (τῷ Ἀλεξάνδρῳ scil.), τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἡγεμονικῶς, τοῖς δὲ βαρβάροις δεσποτικῶς χρώμενος· καὶ τῶν μὲν ὡς φίλων καὶ οἰκείων ἐπιμελούμενος, τοῖς δὲ ὡς ζώοις ἢ φυτοῖς προσφερόμενος, πολεμοποιῶν φυγῶν ἔνεπλησε καὶ στάσεων ὑπούλων τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλὰ κοινὸς, ἥκιστα θεόθεν ἁρμοστὴς καὶ διαλλακτὴς τῶν ὅλων νομίζων etc.

Inde patet de Aristotele intelligenda esse et quæ ex Eratosthene apud Strabonem, l. I, p. 116, afferuntur : Ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ὑπομνήματος (cf. Bernhardy, Eratosthenica, p. 70, LVI), οὐκ ἐπαινέσας τοὺς οἷα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι, τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις, βέλτιον εἶναί φασιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα... διόπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἀμελήσαντα τῶν παραινούντων, ὅσους οἷόν τ' ἦν ἀποδέχεσθαι τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν καὶ εὐεργετεῖν. Cf. Aristotel. Polit., III, 4.

3. (87.)

Themist. Orat., VIII, p. 107, C Hard. : Πλάτων μὲν οὖν, εἰ καὶ τὰ ἄλλα ταῦτα θεῖος καὶ αἰδοῖος, ἀλλὰ τοῦτόν γε ἀτεχνῶς ἀποκεκινδυνευμένως προήκατο λόγον (de Republ., p. 473, D), ὅτι μὴ πρότερον τὰ κακὰ λήξει τοῖς ἀνθρώποις, πρὶν ἂν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν. Ἐλήλεγκται δὲ ὁ λόγος καὶ δέδωκεν εὐθύνας τῷ χρόνῳ. Ἄγασθαι δὲ ἄξιον Ἀριστοτέλην, ὅτι μικρὸν τὰ Πλάτωνος ῥήματα μεταθεὶς τὸν λόγον πεποίηκεν ἀληθέστερον· φιλοσοφεῖν μὲν τῷ βασιλεῖ, οὐχ ὅπως ἀναγκαῖον εἶναι φάσκων, ἀλλὰ καὶ ἐμποδὼν, τὸ δὲ φιλοσοφοῦσιν ἀληθινῶς ἐντυγχάνειν εὐπειθῆ καὶ εὐήκοον· ἔργων γὰρ ἀγαθῶν τὴν βασιλείαν ἐνέπλησεν, οὐχὶ ῥημάτων. Cf. Isocrat. Epist. V, 3, Dio Chrysost., Orat. II, 26.

DE REGNO.

1.

Alexandro scripsit de Regno librum singularem, quo eum quæ regis officia essent docuit.

Ut autem et omnibus hominibus universaliter beneferat, scripsit Alexandro librum unum de Regno, docens ipsum qualiter oporteat regnare; et in tantum movit animam Alexandri ad faciendum, quod dicebat : Quod non benefeci aliquibus hodie non regnavi (*vetus versio latina*).

2.

Aristoteles jubebat Alexandrum Græcis se tanquam principem, barbaris tanquam dominum præbere, et illorum quidem ut amicorum et domesticorum curam gerere, his tanquam brutis aut stirpibus uti.

3.

Plato quidem, licet cetera omnia divinus ac venerabilis, hanc tamen sententiam periculose admodum emisit, non prius hominibus mala desitura, quam aut philosophi regnent, aut reges philosophentur. Quam quidem sententiam temporis ipsius experientia convicit ac redarguit. Aristotelem autem potius admirari par est, qui Platonis verba paululum immutans, veriorem sermonem expressit : totum illud philosophari non modo regi non necessarium, sed et impedimento esse dictitans : satis autem esse, si vere philosophantibus pareat atque obsequatur : factis enim præclaris, non verbis regnum implevit.

Digitized by Google

XVII. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Η ΥΠΕΡ ΑΠΟΙΚΩΝ.

Cum libro περὶ Βασιλείας conjungitur alius qui apud Diogenem (17) vocatur Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποίκων α′, et rectius fortasse apud Anonymum (22) Ἀλ. ἢ ὑπὲρ ἀποικιῶν, etiam in commentario ad Categorias Ammonio adscripto, f. 9 verso, p. 35, B, 14 :

(88.)

Μερικὰ μὲν οὖν ἐστὶν, ὅσα πρός τινα ἰδίᾳ γεγραπται, ὡς Ἐπιστολαὶ ἢ ὅσα ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος περί τε βασιλείας καὶ ὅπως δεῖ τὰς ἀποικίας ποιεῖσθαι γεγράφηκε.

XVIII. ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΕΙΑΣ.

Περὶ Παιδείας α′, Diog. Laert. (19), περὶ Παιδείας ἢ Παιδευτικὸν, α′, Anon. (22), *de Institutione morumque elegantia, libri IV*, Dschemaludd. (4).

1. (89.)

Diogen. Laert., IX, 53 : Καὶ πρῶτος (ὁ Πρωταγόρας scil.) τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Παιδείας· φορμοφόρος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός που φησί. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤρθη πρὸς Δημόκριτον, ξύλα δεδεκὼς ὀρθείς. Cf. Suidas, s. v. κοτύλη. Aul. Gell. N. Att., V, 3.

2. (90.)

Plutarch. Quæst. conv., VIII, 10, 1 : Προβλήματα Ἀριστοτέλους φυσικοῖς ἐντυγχάνων Φλῶρος εἰς Θερμοπύλας κομισθεῖσιν, αὐτός τε πολλῶν ἀπορίων, ὅπερ εἰώθασι πάσχειν ἐπιεικῶς αἱ φιλόσοφοι φύσεις, ὑπεπίμπλατο καὶ τοῖς ἑταίροις μετεδίδου, μαρτυρῶν αὐτῷ τῷ Ἀριστοτέλει, λέγοντι τὴν πολυμάθειαν πολλὰς ἀρχὰς ποιεῖν. Reiskius πολλὰς [ἀπορίων] ἀρχὰς, rectius fortasse quam Wyttenbachius, qui ταραχὰς scribi voluit.

3. (91.)

Joann. Stob. Floril. III, 54 : Ἀριστοτέλους. Νόμιζε (νομίζειν δεῖ cod. Max.) τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἐν τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τῇ ψυχῇ εὖ διακεῖσθαι. Καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ σῶμα αὐτὸ (οὐ τὸ Bernaysius) τὸ λαμπρᾷ ἐσθῆτι κεκοσμημένον φαίη τις εἶναι μακάριον, ἀλλὰ τὸ τὴν ὑγείαν ἔχον καὶ σπουδαίως διακείμενον, κἂν μηδὲν τῶν προειρημένων (παραρτημάτων conj. Bernays.) αὐτῷ παρῇ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἡ ψυχὴ ἐὰν ᾖ πεπαιδευμένη, τὴν τοιαύτην καὶ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον εὐδαίμονα προσαγορευτέον ἐστίν, οὐκ ἂν τοῖς ἐκτὸς ᾖ λαμπρῶς κεκοσμημένος αὐτὸς μηδενὸς ἄξιος ὤν. Οὔτε (οὐδὲ Bern.) γὰρ ἵππον κἂν ψέλλια χρυσᾶ καὶ σκευὴν ἔχῃ πολυτελῆ (αὐτὸς add. Bern.) φαῦλος ὢν, τὸν τοιοῦτον ἄξιόν τινος νομίζομεν εἶναι, ἀλλ' ὃς ἂν διακείμενος ᾖ σπουδαίως, τοῦτον μᾶλλον ἐπαινοῦμεν. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ χείρων εἴη, καταγέλαστος ἂν γένοιτο, τὸν αὐτὸν τρόπον οἷς πλείονος ἀξίαν τὴν κτῆσιν εἶναι συμβέβηκε τῆς ἰδίας φύσεως, ἀθλίους τούτους εἶναι δεῖ νομίζειν. Καὶ τοῦτο κατ' ἀλήθειαν οὕτως ἔχει· τίκτει γὰρ, ὥσπερ φησὶν ἡ παροιμία, κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἀφροσύνην.

ALEXANDER SIVE PRO COLONIS.

Particularia appellantur scripta Aristotelis quæcunque proprie ad aliquem scripta sunt, ut Epistolæ, vel quæ ab Alexandro Macedone rogatus sive de Regno sive de ducendis coloniis scripsit.

DE INSTITUTIONE.

1.

Protagoras primus quam nuncupant culcitam, in qua onera portant, invenit, ut Aristoteles in libro de Institutione ait : erat enim bajulus, ut etiam Epicurus alicubi memorat. Atque hunc in modum Democrito innotuit, quum ligna scite et concinne colligasset ab eo conspectus.

2.

Florus quum faceret lectionum Quæstionum Aristotelis physicarum, ad ipsum Thermopylas allatarum, tum ipse multas animo dubitationes concepit, ut solent ingenia doctrinæ studiosa, tum sodales iis impertivit, testimonium ferens Aristoteli qui dixit, multam sciendi cupiditatem multa facere principia (*quæstionum*).

3.

Existimandum est felicitatem non in magnitudine possessionis esse sitam, sed in bono statu animæ. Etenim neque corpus ornatum veste splendida beatum aliquis dixerit, sed quod sanitate fruitur et bene se habet, licet nihil ex prædictis ei adsit. Eodem modo si anima bene sit instituta, ipsam et hominem hujusmodi felicem appellari decet, non vero illum qui ornatus foris magnifice nitet, quum ipse sit nullius pretii : quoniam ne equum quidem, licet phaleris aureis et reliquo apparatu pretioso ornetur, magnum faciemus, si natura malus sit. At illum qui natura sit generosus, impensius laudamus. Quemadmodum enim ille ridiculus fuerit, qui servis suis deterior est, ita non minus habendi sunt miseri, quorum possessio majoris est pretii, quam ingenium proprium. Atque hoc revera sic se habet. Parit enim, ut proverbio dicitur, satietas ferocitatem, imperitia autem potestati conjuncta,

Digitized by Google

σίας ἄνοιαν. Τοῖς γὰρ διακειμένοις τὰ περὶ τὴν ψυχὴν κακῶς οὔτε πλοῦτος, οὔτε ἰσχὺς, οὔτε κάλλος τῶν ἀγαθῶν ἐστιν· ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν αὗται μᾶλλον αἱ διαθέσεις καθ' ὑπερβολὴν ὑπάρξωσι, τοσούτῳ καὶ πλείω καὶ μείζω τὸν κεκτημένον βλάπτουσι, χωρὶς φρονήσεως παραγενόμεναι.

Eadem usque ad εἶναι δεῖ νομίζειν Maxim. Confess. c. ιζ', Apostol., XII, 19, a, Arsen., XXXVII, 5o. De proverbio quod laudatur cf. Welcker ad Theognid. v. 109, Bergk. Poet. Lyric., p. 391 ed. sec. Fragmentum tale est ut vel dialogo Περὶ πλούτου vel περὶ Παιδείας recte adscribi possit. Bernays, l. l. p. 163, de dialogo περὶ Φιλοσοφίας vel Νηρίνθῳ cogitat. Cur id cum Rosio l. l. p. 609, e Theophrasti libro περὶ Εὐδαιμονίας desumptum credamus, nullam video satis idoneam causam. Cf. Aristot. Polit. IV, 1.

4. (91b.)

Append. Flor. ad Joann. Stobæum XVI, 47 : Τοῦ αὐτοῦ (scil. Ἀριστοτέλους). Ἅπασα φύσις βελτίων γίνεται παιδείαν προσλαβοῦσα τὴν προσήκουσαν, πολὺ δὲ μάλιστα ὅσαις ἐξ ἀρχῆς εὐφυέστερον τῶν ἄλλων ἔχειν ὑπῆρξε· τοῖς μὲν γὰρ αὐτῶν πόνῳ βελτίοσι γίγνεσθαι, τοῖς δὲ καὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει διενεγκεῖν.

Nec minus fortasse e dialogo περὶ Παιδείας desumptæ sunt sententiæ quæ Aristoteli tribuuntur :

5. (91c.)

Diog. Laert. V, 19 : Τὴν παιδείαν ἔλεγεν ἐν μὲν ταῖς εὐτυχίαις εἶναι κόσμον, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις καταφυγήν. Paulo aliter Append. Joann. Stob. XVI, 34 : Ἀριστοτέλης ἔφη τὴν παιδείαν εὐτυχοῦσι μὲν κόσμον εἶναι, πταίσασι δὲ καταφυγὴν ἐλευθέριον, et iterum ib. 5o : Ἡ παιδεία εὐτυχοῦσι μέν ἐστι κόσμος, ἀτυχοῦσι δὲ καταφύγιον, ubi tamen Democrati cuidam adscribitur. Cf. Ciceron. orat. pro Archia c. 7.

Diog. Laert. V, 21 : Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ τὴν παιδείαν ἔλεγε.

Append. ad Joann. Stob. XVI, 44 : Ἀριστοτέλους· Οὗτος, ἐρωτηθεὶς τί τῶν ζώων κάλλιστον, ἔφη, ἄνθρωπος τὴν ψυχὴν παιδείᾳ κεκοσμημένος.

Ib. 46 : Οὐ μικρὸν ὠφελεῖ τὸ τὰ βέλτιστα ὑμᾶς ἀκούειν καὶ συνεθίζειν.

Diog. Laert. V, 19 : Ἐρωτηθεὶς τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων· Ὅσῳ, εἶπεν, οἱ ζῶντες τῶν τεθνεώτων.

Id. ib. : Τῶν γονέων τοὺς παιδεύσαντας ἐντιμοτέρους εἶναι τῶν μόνον γεννησάντων· τοὺς μὲν γὰρ τὸ ζῆν, τοὺς δὲ τὸ καλῶς ζῆν παρασχέσθαι.

Id. ib. : Ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν προκόπτοιεν οἱ μαθηταί, ἔφη, Ἐὰν τοὺς προέχοντας διώκοντες τοὺς ὑστεροῦντας μὴ ἀναμένωσι. Cf. Arsen. Violar. p. 121 ed. Walz.

ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

Inter dialogorum titulos sine dubio reponendus est Οἰκονομικὸς α', qui apud Diogenem Laertium, fortasse librarii culpa simul cum eo qui statim sequitur, περὶ Φιλίας α' (23, 24) ex ordine motus est, quum rectum locum obtinet apud Anonymum (17), a quo statim post librum περὶ Βασιλείας recensetur. Ad hunc librum potius pertinere videntur quæ infra apposuimus fragmenta quam ad titulos περὶ Συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυ-

---

insaniam. Nam quibus male affectus est animus, illis non divitiæ, non robur, non forma pro bonis sunt : sed quo magis augmentum acceperint, eo pluribus majoribusque damnis possessorem suum mulctant, cuicunque sine prudentia accesserint.

4.

Existimandum est felicitatem non in magnitudine possessionis esse sitam, sed in bono statu animæ. Etenim neque corpus ornatum veste splendida beatum aliquis dixerit, sed quod sanitate fruitur et bene se habet, licet nihil ex prædictis ei adsit. Eodem modo si anima bene sit instituta, ipsam et hominem hujusmodi felicem appellari decet, non vero illum qui ornatus foris magnifice nitet, quum ipse sit nullius pretii : quoniam ne equum quidem, licet phaleris aureis et reliquo apparatu pretioso ornetur, magnum faciemus, si natura malus sit. At illum qui natura sit generosus, impensius laudamus. Quemadmodum enim ille ridiculus fuerit, qui servis suis deterior est, ita non minus habendi sunt miseri, quorum possessio majoris est pretii, quam ingenium proprium. Atque hoc revera sic se habet. Parit enim, ut proverbio dicitur, satietas ferocitatem, imperitia autem potestati conjuncta,

Digitized by Google

σίας ἄνοιαν. Τοῖς γὰρ διακειμένοις τὰ περὶ τὴν ψυχὴν κακῶς οὔτε πλοῦτος, οὔτε ἰσχὺς, οὔτε κάλλος τῶν ἀγαθῶν ἐστιν· ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν αὗται μᾶλλον αἱ διαθέσεις καθ' ὑπερβολὴν ὑπάρξωσι, τοσούτῳ καὶ πλείω καὶ μείζω τὸν κεκτημένον βλάπτουσι, χωρὶς φρονήσεως παραγενόμεναι.

Eadem usque ad εἶναι δεῖ νομίζειν Maxim. Confess. c. ιζ', Apostol., XII, 19, a, Arsen., XXXVII, 5o. De proverbio quod laudatur cf. Welcker ad Theognid. v. 109, Bergk. Poet. Lyric., p. 391 ed. sec. Fragmentum tale est ut vel dialogo Περὶ πλούτου vel περὶ Παιδείας recte adscribi possit. Bernays, l. l. p. 163, de dialogo περὶ Φιλοσοφίας vel Νηρίνθῳ cogitat. Cur id cum Rosio l. l. p. 609, e Theophrasti libro περὶ Εὐδαιμονίας desumptum credamus, nullam video satis idoneam causam. Cf. Aristot. Polit. IV, 1.

4. (91b.)

Append. Flor. ad Joann. Stobæum XVI, 47 : Τοῦ αὐτοῦ (scil. Ἀριστοτέλους). Ἅπασα φύσις βελτίων γίνεται παιδείαν προσλαβοῦσα τὴν προσήκουσαν, πολὺ δὲ μάλιστα ὅσαις ἐξ ἀρχῆς εὐφυέστερον τῶν ἄλλων ἔχειν ὑπῆρξε· τοῖς μὲν γὰρ αὐτῶν πόνῳ βελτίοσι γίγνεσθαι, τοῖς δὲ καὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει διενεγκεῖν.

Nec minus fortasse e dialogo περὶ Παιδείας desumptæ sunt sententiæ quæ Aristoteli tribuuntur :

5. (91c.)

Diog. Laert. V, 19 : Τὴν παιδείαν ἔλεγεν ἐν μὲν ταῖς εὐτυχίαις εἶναι κόσμον, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις καταφυγήν. Paulo aliter Append. Joann. Stob. XVI, 34 : Ἀριστοτέλης ἔφη τὴν παιδείαν εὐτυχοῦσι μὲν κόσμον εἶναι, πταίσασι δὲ καταφυγὴν ἐλευθέριον, et iterum ib. 5o : Ἡ παιδεία εὐτυχοῦσι μέν ἐστι κόσμος, ἀτυχοῦσι δὲ καταφύγιον, ubi tamen Democrati cuidam adscribitur. Cf. Ciceron. orat. pro Archia c. 7.

Diog. Laert. V, 21 : Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ τὴν παιδείαν ἔλεγε.

Append. ad Joann. Stob. XVI, 44 : Ἀριστοτέλους· Οὗτος, ἐρωτηθεὶς τί τῶν ζώων κάλλιστον, ἔφη, ἄνθρωπος τὴν ψυχὴν παιδείᾳ κεκοσμημένος.

Ib. 46 : Οὐ μικρὸν ὠφελεῖ τὸ τὰ βέλτιστα ὑμᾶς ἀκούειν καὶ συνεθίζειν.

Diog. Laert. V, 19 : Ἐρωτηθεὶς τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων· Ὅσῳ, εἶπεν, οἱ ζῶντες τῶν τεθνεώτων.

Id. ib. : Τῶν γονέων τοὺς παιδεύσαντας ἐντιμοτέρους εἶναι τῶν μόνον γεννησάντων· τοὺς μὲν γὰρ τὸ ζῆν, τοὺς δὲ τὸ καλῶς ζῆν παρασχέσθαι.

Id. ib. : Ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν προκόπτοιεν οἱ μαθηταί, ἔφη, Ἐὰν τοὺς προέχοντας διώκοντες τοὺς ὑστεροῦντας μὴ ἀναμένωσι. Cf. Arsen. Violar. p. 121 ed. Walz.

ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

Inter dialogorum titulos sine dubio reponendus est Οἰκονομικὸς α', qui apud Diogenem Laertium, fortasse librarii culpa simul cum eo qui statim sequitur, περὶ Φιλίας α' (23, 24) ex ordine motus est, quum rectum locum obtinet apud Anonymum (17), a quo statim post librum περὶ Βασιλείας recensetur. Ad hunc librum potius pertinere videntur quæ infra apposuimus fragmenta quam ad titulos περὶ Συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυ-

---

insaniam. Nam quibus male affectus est animus, illis non divitiæ, non robur, non forma pro bonis sunt : sed quo magis augmentum acceperint, eo pluribus majoribusque damnis possessorem suum mulctant, cuicunque sine prudentia accesserint.

4.

Omnis natura quæ convenientem institutionem acoipiat melior efficitur, sed multo maxime quæcunque ab origine ceteris generosiores erant : illæ enim proprio labore meliores fiunt, hæ vero et ceteris præstant donis.

5.

Aristoteles dicebat eruditionem in secundis esse decus, in adversis confugium.

Eruditionem optimum viaticum dicebat esse senectutis.

Aristoteles interrogatus quod pulcherrimum esset animalium, respondit : Homo cujus animus optima institutione ornatus est.

Multum proficit nobis audire optima et iis assuefieri.

Rogatus quo differrent docti ab indoctis, Quo, inquit, viventes a mortuis.

Parentes qui liberos erudiendos curassent, longe honorabiliores esse iis qui solum genuissent : hos enim vivendi tantum, illos etiam bene honesteque vivendi auctores esse.

Interrogatus quo pacto discipuli egregie proficerent, respondit : Si præstantiores persequentes non exspectent tardiores,

Digitized by Google

ναικὸς et Νόμους ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς, in solo Appendice Anonymi memoratos (25, 26), quorumque alterum respicere videtur Hieronymus adversus Jovinian. I, t. IV, 2, p. 191 ed. Paris. 1706 : *Scripserunt Aristoteles et Plutarchus et noster Seneca de Matrimonio libros, ex quibus et superiora nonnulla sunt* (cf. p. 185, 187, 190) *et ista quæ subjicimus*. Quæ ex Œconomico retulerunt philosophi interpretes, ex simili fonte fluxisse videntur quam quæ e Protreptico habent.

1. (92.)

Anonymi Proleg. philosoph. e cod. Paris. 1939, f. 51 verso, apud Rosium (168) : Ἔγραφε δὲ καὶ Οἰκονομικὰ Ἀριστοτέλης, ἐν οἷς διαλέγεται ὅτι πῶς ὀφείλει εὖ οἰκονομεῖσθαι ὁ οἶκος. Ἐν οἷς καί φησιν ὅτι χρὴ συντρέχειν ἐπὶ τοῦ οἴκου ταῦτα πάντα, σχέσιν γυναικὸς πρὸς ἄνδρα, στοργὴν γονέων πρὸς τέκνα, δίος οἰκετῶν πρὸς δεσπότας, καὶ ἵνα ἴσα ὦσι τὰ εἰσερχόμενα πλείω εἰσὶ τῶν ἐξερχομένων ἀσώτως, quæ ultima corrupta in hunc sensum restituit Rose : ἵνα ἴσα ὦσι τὰ εἰσερχόμενα τοῖς ἐξερχομένοις. Εἰ γὰρ... πλείω ὦσι τὰ ἐξερχόμενα τῶν εἰσερχομένων, ἄσωτός ἐστι.

David. in Categ. p. 25, B, 6 Brand. : Ἀλλὰ μὴν καὶ Οἰκονομικά εἰσιν αὐτῷ γεγραμμένα βιβλία, ὡς τὸ Οἰκονομικὸν σύνταγμα καὶ περὶ Συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἐν ᾧ λέγει ἐκ τεσσάρων σχέσεων συγκεκροτῆσθαι τὸν εὖ ἔχοντα οἶκον, πατρὸς πρὸς τέκνα, ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα, δεσπότου πρὸς δούλους, εἰσιόντων πρὸς ἐξιόντα, καὶ ὡς εἴρηται ἡμῖν ἐν τοῖς τῆς Πορφυρίου εἰσαγωγῆς προλεγομένοις, in loco scilicet a Brandisio p. 16, B, 16 omisso, quem vero e cod. Paris. 1900, fol. 36 verso, ita edidit Rosius : Ἔγραφε δὲ καὶ τὰ Οἰκονομικά, ἐν οἷς περὶ διοικήσεως οἴκου διαλέγεται. Ἔνθα λέγει ὅτι δεῖ τινὰ τέσσαρα συνδραμεῖν εἰς οἴκου σύστασιν, σχέσιν ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα, στοργὴν πατρὸς πρὸς τέκνα, δίος οἰκετῶν πρὸς δεσπότην, καὶ ἵνα ᾖ σύμμετρα τὰ ἐξιόντα τοῖς εἰσιοῦσιν. Ἑκατέρα γὰρ ἀμετρία αἰσχρά ἐστιν· ὅταν γὰρ πολλὰ εὑρεθῶσι τὰ εἰσιόντα, ὀλίγα δὲ τὰ ἐξιόντα, αἰσχρόν τι συμβαίνει· ὁ γὰρ τοιοῦτος φιλάργυρος εὑρίσκεται. Εἴτε πάλιν ὀλίγα εὑρεθῶσι τὰ εἰσιόντα, πολλὰ δὲ τὰ ἐξιόντα, αἰσχρόν τι συμβαίνει· εὑρίσκεται γὰρ ὁ τοιοῦτος ἄσωτος.

Anonym. Proleg. philos. e cod. Paris. 1977, f. 19, in Crameri Anecd. Paris., t. III, p. 424 : Διὰ δὲ τὸ οἰκονομικὸν γέγραπται αὐτῷ ὁ Οἰκονομικὸς τὸ σύνταγμα, ἐν ᾧ φησὶν ἐκ τεσσάρων σχέσεων συγκεκροτῆσθαι τὸν οἶκον, πατρὸς πρὸς τέκνα, ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα, δεσπότου πρὸς δούλους, εἰσιόντων πρὸς ἐξιόντα, ἵνα μήτε πλείονα τὰ εἰσιόντα τῶν ἐξιόντων, φειδωλία γὰρ τοῦτο καὶ ἀνελευθερία, μήτε πλείονα τὰ ἐξιόντα τῶν εἰσιόντων, ἀσωτία γὰρ τοῦτο, ἀλλ' ἐπ' ἴσης.

Anonymus Proleg. philos. e cod. Paris. 1973, fol. 17 verso, apud Rosium : Καὶ δηλοῖ Ἀριστοτέλης ἔν τινι αὐτοῦ μονοβιβλίῳ περὶ Οἰκονομίας ἀρίστης διαλεγόμενος· καὶ λέγει ταύτην ἐκ τεσσάρων γενέσθαι σχέσεων, πατρὸς πρὸς τέκνα, δούλου πρὸς δεσπότην, γυναικὸς πρὸς ἄνδρα, εἰσιόντων· πρὸς ἐξιόντα, ἵνα μὴ ἐλλείπῃ μηδὲ πλεονάζῃ, ἀλλὰ φυλάττῃ ἀναλογίαν πρὸς ἄλληλα. Εἰ γὰρ κακῶς ἔχει ὁ πατὴρ πρὸς τὸν υἱὸν καὶ ὁ ἀνὴρ πρὸς τὴν γυναῖκα ἢ ὁ δεσπότης πρὸς τὸν δοῦλον, καὶ τὸ ἀνάπαλιν τὰ λοιπὰ ἐναντίως ἔχουσι πρὸς ἄλληλα, κακὸς ὁ οἶκος ἔσται, ὅτι οὐ μίαν προαίρεσιν ἔχουσιν ἐν τῷ οἴκῳ πάντες, ἀλλὰ διαφόρους.

2. (93.)

Clemens Alex. Pædag. III, 12, p. 111 Sylb. : Ἐγὼ δὲ καὶ τοῖς γεγαμηκόσι παραινέσαιμι ἂν οἴκοι τὰς γυναῖκας μήποτε κατὰ πρόσωπον οἰκετῶν φιλεῖν· οὐδὲ γὰρ προσγελᾶν δούλοις Ἀριστοτέλης εἴα ποτὲ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ κατ' ὄψιν αὐτῶν φιλοφρονούμενον φαίνεσθαι τὴν γυναῖκα. Ἄμεινον δὲ οἴκοθεν ἀρξαμένους ἀπὸ τοῦ γάμου τὴν σεμνότητα ἐπιδείκνυσθαι. Μεγίστη γὰρ ἡ σωφροσύνης συζυγία καθαρὰς ἡδονὰς ἀποπνέουσα. Πάνυ γὰρ θαυμασίως ἡ τραγῳδία φησί· « φεῦ φεῦ γυναῖκες ». (Cf. Apollonidis fragm. 1 in Tragic. Fragm. ed. Wagner. p. 145.) Ταῦτα τῆς δικαιοσύνης παραγγέλματα καὶ παρὰ τοῖς τὴν κοσμικὴν μετιοῦσι σοφίαν ἐκφωνηθέντα οὐ παραιτητέον. Confert Rosius quæ e Theophrasto ab Eustathio in Odyss. p. 1775, 51 ed. Rom. afferuntur.

ŒCONOMICUS.

1.

Scripsit et Œconomica Aristoteles in quibus disserit quomodo bene administranda sit domus. In his dicit ut domus bene instituatur confluere oportere hæc omnia : habitum conjugis erga maritum, amorem parentum erga liberos, reverentiam servorum in dominum, et æqualitatem eorum quæ intrent et eorum quæ exeant. Utraque enim inæqualitas turpis est : multa enim si intrent, pauca vero exeant, turpe quid evenit : talis enim dominus avarus esse dicitur. Sin autem admodum pauca intrent, multa vero exeant, turpe quid evenit : talis enim dominus prodigus habebitur.

2.

Ego vero iis quoque, qui uxores, duxerint consuluerim, ne unquam uxores suas coram famulis osculentur : nam nec famulis quidem unquam arridere permisit Aristoteles, tantum abest ut in eorum conspectu cernatur quisquam amplecti uxorem.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΜΕΘΗΣ.

Titulus περὶ Μέθης in indicibus nusquam comparet, nisi quod Hadschi Khalfa (5) affert : *De vino ejusque potu ac inebriandi vi, quæstiones XXII*, quæ tamen ad Problemata manifeste pertinent, nec fortasse ab illis diversa sunt quæ, περὶ Μέθης inscripta, in nostra Problematum collectione s. III leguntur. Satis probabiliter vero dialogicam libro formam fuisse conjicias, qui fortasse, quum ab eo quem sive sub Theophrasti sive sub Chamæleontis nomine laudat Athenæus (cf. F. Kœpke, *de Chamæleontis Heracl. vita et reliquiis*, Berol. 1856, p. 39), non diversus fuerit, in indicibus omissus est, nisi statuas eodem modo quo et in Magico factum est, Aristotelis nomen male pro Antisthenis positum esse, cujus librum περὶ οἴνου χρήσεως ἢ περὶ Μέθης ἢ περὶ τοῦ Κύκλωπος, a Diogene Laertio VI, 18 et Aristide Orat. XXV, t. I, p. 496, 20 Dind., affertur.

1. (94.)

Epit. Athen. II, p. 40, D : Τὸ δὲ μεθύειν φησὶν Ἀριστοτέλης τὸ μετὰ τὸ θύειν αὐτῷ χρῆσθαι.

Athenæus sine dubio scripserat : Τὸ δὲ μ. φ. Ἀ. ὠνομάσθαι διὰ τὸ μ. τ. θ. ἀ. χ. Quid sibi velint illa apud Etym. Gud. p. 383, 48, Ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ ἐμὲ θύειν, non satis intelligo.

2. (95.)

Epit. Athen. II, p. 44, D : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Μέθης φησὶν ὅτι ἁλμυράς τινες προσφερόμενοι τροφὰς ἄδιψοι διέμειναν· ὧν ἦν Ἀρχωνίδης ὁ Ἀργεῖος. Μάγων δὲ ὁ Καρχηδόνιος τρὶς τὴν ἄνυδρον διῆλθεν ἅλφιτα ξηρὰ σιτούμενος καὶ μὴ πίνων.

Eadem paulo aliter Apollonius Mirab. c. 25 : Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Μέθης. Ἄνδρων, φησὶν, Ἀργεῖος ἐσθίων πολλὰ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ξηρὰ δι' ὅλου τοῦ βίου ἄδιψος καὶ ἄποτος διετέλεσεν. Ἔτι δὲ πορευθεὶς εἰς Ἄμμωνα διὰ τῆς ἀνύδρου ὁδοῦ ἅλφιτα ξηρὰ σιτούμενος οὐ προσηνέγκατο ὑγρόν. Τοῦτο δὲ ἐποίησε δι' ὅλου τοῦ βίου.

Diog. Laert. IX, 81 : Ἄνδρων δὲ ὁ Ἀργεῖος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὥδευεν ἄποτος. Omisso Aristotelis nomine Sextus Emp. Hypot. I, 84 : Ἄνδρων δὲ ὁ Ἀργεῖος οὕτως ἄδιψος ἦν, ὡς διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὁδεύειν αὐτὸν μὴ ἐπιζητοῦντα ποτόν.

3. (96.)

Athen. XIV, p. 641, B : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Μέθης τὰ τραγήματά φησι λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τρωγάλια, ὡσεὶ γὰρ ἐπιδορπισμὸν εἶναι. Idem paulo post p. 641, D : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Μέθης παραπλησίως ἡμῖν δευτέρας τραπέζας ἀπαγορεύει διὰ τούτων· « Τὸ μὲν οὖν ὅλον διαφέρειν τράγημα βρώματος νομιστέον ὅσον ἔδεσμα τρωγαλίου. Τοῦτο γὰρ πάτριον τοὔνομα τοῖς Ἕλλησιν, ἐπεὶ ἐν τραγήμασι τὰ βρώματα παρατίθενται. Διόπερ οὐ κακῶς ἔοικεν εἰπεῖν ὁ πρῶτος δευτέραν προσαγορεύσας τράπεζαν· ὄντως γὰρ ἐπιδορπισμός τις ὁ τραγηματισμός ἐστι, καὶ δεῖπνον ἕτερον παρατίθεται τραγήματα. »

Pro ἐπεὶ ἐν τραγήμασι τὰ βρώματα παρατίθενται, Schweighæuserus ἐπεὶ ἐντραγηματικὰ βρώματα παρατίθεται, A. Becker, *Charikles*, t. I, p. 449, ἐπεὶ ἐν τραγήμασι καὶ βρώμασι παρατίθενται, conjiciebant. Schol. Aristoph. Pac. 767, cum Suida, s. τρωγαλίων : Τρωγαλίων δὲ ἀντὶ τοῦ τραγημάτων· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ τραγήματα οἱ παλαιοί. Hesychius : Τρωγάλια τὰ τραγήματα, Λάκωνες. Cf. Problem. XXII, 6, ubi quæstio ponitur, διὰ τί τὰ τραγήματα ἑδεστέον.

DE EBRIETATE.

1.

Verbum μεθύειν (*inebriari*) inde dictum Aristoteles ait, quod μετὰ τὸ θύειν (*peracto sacrificio*) vino indulgeant homines.

2.

Aristoteles in libro de Ebrietate scribit, fuisse nonnullos qui quum salsis uterentur cibis, absque siti durarint : in his fuit Archonides Argivus. Mago vero Carthaginiensis ter (Africæ) deserta aquis carentia peragravit, sicca polenta victitans absque potu.

Aristoteles in libro de Ebrietate, Andron, inquit, Argivus, per omne vitæ tempus siti potuque caruit, quanquam multis cibis et salsis et siccis utebatur. Præterea bis ad Ammonem profectus, per aquæ expertem viam sicca polenta vescens, nullum adhibuit humorem, idque per totam vitam tenuit.

Andron Argivus, ut ait Aristoteles, per arida Libyæ loca absque potu iter agebat.

3.

Aristoteles, in libro de Ebrietate, tragemata ait ab antiquis *trogalia* (bellaria) vocari : esse enim veluti secundam cænam.

Aristoteles in libro de Ebrietate, perinde ac nos, secundas mensas vocat, ubi scribit : « Omnino igitur differre censendum est inter tragema et cibum, quemadmodum inter edulium et trogalium (bellarium). Est enim hoc patrium nomen Græcis; quando cibi apponuntur in tragematis. Quare non male dixisse videtur qui primus secundam mensam nominavit . vere enim epidorpismus aliquis (postcœnium) est tragematismus. »

Digitized by Google

4. (97.)

Epit. Athen. I, p. 34, B : Ἀριστοτέλης δέ φησιν ὅτι οἱ μὲν ἀπ' οἴνου μεθυσθέντες ἐπὶ πρόσωπον φέρονται, οἱ δὲ τὸν κρίθινον πεπωκότες ἐξυπτιάζονται τὴν κεφαλήν· ὁ μὲν γὰρ οἶνος καρηβαρικός, ὁ δὲ κρίθινος καρωτικός.

Eadem plenius apud eundem l. X, p. 447, A : Ἀλλ' ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Μέθης, εἰς τὰ νῶτα καταπίπτουσιν οἱ τὸν κρίθινον πεπωκότες, ὃν πῖνον καλοῦσι, λέγων οὕτως· « Πλὴν ἴδιόν τι συμβαίνει περὶ τὰς τῶν κριθῶν, τὸ καλούμενον πῖνον· ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν λοιπῶν τε καὶ μεθυστικῶν οἱ μεθυσθέντες ἐπὶ πάντα τὰ μέρη πίπτουσι· καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ καὶ πρηνεῖς καὶ ὕπτιοι, μόνοι δὲ οἱ τῷ πίνῳ μεθυσθέντες εἰς τοὐπίσω καὶ ὕπτιοι κλίνονται. »

5. (98.)

Athen. X, p. 429, C : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Μέθης φησίν· « Εἰ ὁ οἶνος μετρίως ἀφεψηθείη, πινόμενος ἧττον μεθύσκει· τὴν γὰρ δύναμιν ἀφεψηθέντος αὐτοῦ ἀσθενεστέραν γίνεσθαι. Μεθύσκονται δέ, φησίν, οἱ γεραίτεροι τάχιστα, δι' ὀλιγότητα καὶ ἀσθένειαν τοῦ περὶ αὐτοὺς ἐνυπάρχοντος φύσει θερμοῦ. Καὶ οἱ παντελῶς δὲ νέοι τάχιον μεθύσκονται, διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐνυπάρχοντος θερμοῦ· τῷ γὰρ ἐκ τοῦ οἴνου προσγινομένῳ κρατοῦνται ῥᾳδίως. Μεθύσκονται δὲ κἀν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις ὗες μὲν σταφυλῆς στεμφύλων χορτασθέντες καὶ τὸ τῶν κοράκων καὶ τῶν κυνῶν γένος τὴν οἰνοῦτταν καλουμένην φαγόντα βοτάνην, πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας πιόντες οἶνον. Διὸ καὶ τὰς θήρας ποιοῦνται τῶν πιθήκων καὶ τῶν κοράκων μεθυσθέντων τῶν μὲν οἴνῳ, τῶν δὲ τῇ οἰνούττῃ. »

Ex eodem fonte ducta videntur quæ leguntur apud Ælianum Var. Hist. II, 40 : Πᾶν μὲν ὅσον ἄλογόν ἐστιν, ἀλλοτρίως πρὸς οἶνον πέφυκε, μάλιστα δὲ τῶν ζῴων ἐκεῖνα, ὅσα σταφυλῆς ἢ γιγάρτων ὑπερπλησθέντα μεθύει. Καὶ οἱ κόρακες δὲ τὴν καλουμένην οἰνοῦτταν βοτάνην ὅταν φάγωσι, καὶ οἱ κύνες δὲ καὶ αὐτοὶ βακχεύονται. Πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας, ἐὰν οἴνου πίωσιν, ὁ μὲν τῆς ἀλκῆς ἐπιλανθάνεται, ὁ δὲ τῆς πανουργίας, καί εἰσιν αἱρεθῆναι πάνυ ἀσθενεῖς. Cf. Plin. Hist. nat. XXIV, 17, 102; XXVI, 11, 69.

6. (99.)

Plutarch. Quæst. conv. III, 3 : Ἐθαύμαζε δὲ Φλῶρος, εἰ γεγραφὼς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Μέθης, ὅτι μάλιστα μὲν οἱ γέροντες, ἥκιστα δὲ αἱ γυναῖκες ἁλίσκονται, τὴν αἰτίαν οὐκ ἐξειργάσατο, μηδὲν εἰωθὼς προΐεσθαι τῶν τοιούτων.

Quæ Plutarchus postea adjecit, ubi ipse causam declarare conatur : Ἔστι δέ τι καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν Ἀριστοτέλους· τοὺς γὰρ ἄθρουν καὶ ἀπνευστὶ πίνοντας, ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμασαν οἱ παλαιοί, φησὶν ἥκιστα περιπίπτειν μέθαις. Οὐ γὰρ ἐνδιατρίβειν τὸν ἄκρατον αὐτοῖς, ἀλλ' ἐξωθούμενον ῥύμῃ διαπορεύεσθαι διὰ τοῦ σώματος, etsi similia leguntur in Problem. III, 21, tamen non inde, sed ob verbum ἀμυστίζειν, cujus mentio sine dubio Aristoteli debetur, e libro περὶ Μέθης desumpta puto. Cf. Hesychius : Ἄμυστις· τὴν ἀπνευστὶ καὶ ἀθρόαν πόσιν Τίμαρχός φησιν οὕτως λέγεσθαι· et schol. Eurip. Rhesi, 419.

E Plutarcho, non ex ipso Aristotele, ut volebat Stahrius, *Aristoteles bei den Rœmern*,

---

4.

Aristoteles scribit, qui vino temulenti sint, hos in faciem pronos ferri; qui vero zytho, in caput resupinari : vino enim caput gravari, zytho vero torporem afferri.

Ut dicit Aristoteles in libro de Ebrietate, in tergum recidunt, qui zythum biberunt, quod πῖνον vocant. Sic autem ille scribit : « Ceterum peculiare aliquid accidit circa vinum ex hordeo, quod πῖνον vocant. Nam qui ab aliis potionum inebriantium generibus inebriati sunt, in omnes partes prolabi possunt, cum ad dextram aut ad sinistram, tum et proni et supini; at pino ebrii soli in posteriora et supini cadunt. »

5.

Aristoteles in libro de Ebrietate scribit : « Vinum si modice fuerit decoctum, minus inebriat bibentes, quum ipsa decoctione vis ejus debilitetur. Inebriantur autem, inquit, grandiores natu citissime, propter exiguitatem et debilitatem caloris qui illis natura inest. Qui vero admodum sunt juvenes, citius inebriantur, propter caloris qui illis inest abundantiam : nam eo calore, qui e vino illis accedit, facile vincuntur, eique succumbunt. Inebriantur vero etiam ex brutis animalibus sues, quum uvarum fracibus saginantur; et corvorum, itemque canum genus, quum herba vescuntur quæ *ænussa* vocatur : simiæ vero atque elephas, quum vinum bibunt. Quare etiam venationes instituunt simiarum et corvorum, inebriando illas vino, hos vero *ænussa*. »

6.

Mirabatur Florus quod Aristoteles, quum, in libro de Ebrietate, dixisset creberrime senes, mulieres vero rarissime inebriari, causam hujus rei non indicavisset, nihil tale præterire solitus.

Quin etiam ex ipso Aristotele aliquid sumi potest. Nam eos ait, qui uno haustu absque respiratione magna siccant pocula quod ἀμυστίζειν dicunt veteres (*id est* : hiante ore bibere), non facile inebriari; nimirum quod merum in his non diu moretur, sed impetu impulsum per corpus transeat.

Digitized by Google

p. 188, sua habet Macrobius Saturnal. VII, 6 : *Legisse apud philosophum græcum memini (ni fallor ille Aristoteles fuit, in libro quem de Ebrietate composuit), mulieres raro in ebrietatem cadere, crebro senes, nec causam vel hujus frequentiæ, vel illius raritatis adjecit. Et quia ad naturam corporum tota hæc quæstio pertinet, quam nosse et industriæ tuæ et professionis officium est, volo te causas rei quam ille sententiæ loco dixit, si tamen philosopho assentiris, aperire. — Tum ille : Recte et hoc Aristoteles, ut cetera, nec possum non assentiri viro, cujus inventis nec ipsa natura dissentit. Mulieres, inquit, raro ebriantur, crebro senes. Rationis plena gemina ista sententia et altera pendet ex altera. Nam quum didicerimus quid mulieres ab ebrietate defendat, jam tenemus quid senes ad hoc frequenter impellat : contrariam enim sortita naturam sunt muliebre corpus et senile.*

7. (100.)

Athen. X, p. 429, F : Τὸν δὲ Σαμαγόρειον οἶνον καλούμενόν φησιν ὁ Ἀριστοτέλης ἀπὸ τριῶν κοτυλῶν κερασθεισῶν μεθύσκειν ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἄνδρας. De hoc nomine nihil aliunde compertum ; ceterum in eo scribendo variant libri, ita cod. Laur. Σαμαγόνιον, lib. Casaub. Σαμαγόνειον, epit. Hœschelii σαμόγειρον.

8. (101.)

Athen. XI, p. 464, C : Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Μέθης, « Αἱ Ῥοδιακαὶ, φησὶ, προσαγορευόμεναι χυτρίδες διά τε τὴν ἡδονὴν εἰς τὰς μέθας παρεισφέρονται καὶ διὰ τὸ θερμαινομένας τὸν οἶνον ἧττον ποιεῖν μεθύσκειν· σμύρνης γὰρ καὶ σχοίνου καὶ τῶν τοιούτων ἑτέρων εἰς τὸ ὕδωρ ἐμβληθέντων ἕψονται, καὶ παραχεόντων εἰς τὸν οἶνον ἧττον μεθύσκουσιν. »

9. (102.)

Ibid. : Κἂν ἄλλῳ δὲ μέρει φησίν· « Αἱ Ῥοδιακαὶ χυτρίδες γίνονται σμύρνης, σχοίνου ἄνθους, κρόκου, βαλσάμου, ἀμώμου, κιναμώμου συνεψηθέντων· ἀφ' ὧν καὶ τὸ γινόμενον τῷ οἴνῳ παραχυθὲν οὕτω μέθας ἴστησιν, ὥστε καὶ τῶν ἀφροδισίων παραλύειν τὰ πνεύματα πέττον. » Idem XI, p. 496, F : Ῥοδίας... μνημονεύει δ' αὐτῶν (scil. τῶν ῥοδιακῶν)... καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Μέθης. Cf. Hesych. s. v. Ῥοδιακόν.

ΜΑΓΙΚΟΣ.

Libri Μαγικὸς inscripti in Diogenis Laertii indice nulla fit mentio, licet apud ipsum in libro primo bis Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ citetur. Apud Anonymum tantum modo inter Ψευδεπίγραφα recensetur, cui quodammodo assentiri Suidas videtur s. v. Ἀντισθένης : Ἀθηναῖος... ὅστις Περιπατητικὸς ἐκλήθη πρῶτον, εἶτα ἐκύνισεν... οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα, πρῶτον Μαγικόν... τοῦτο δέ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥόδωνι (cod. A ῥόδων) ἀνατιθέασιν. In his quot verba tot pæne errores esse cuivis apertum : primum enim vix dubitari potest quin Περιπατητικὸς male pro Σωκρατικὸς scripserit Suidas, nisi cum Jonsio, *Scriptt. Hist. philosoph.* p. 46, credere malis eum, cum Antisthene vetere Socratico, juniorem quendam Peripateticum confudisse, cujus meminit Phlegon Trallianus Mirab. c. 3. Non magis autem verum est quod deinde affirmat, primum e decem tomis, in quos ab Alexandrinis sive Pergamenis grammaticis Antisthenis distributa erant scripta, Magicum appellatum fuisse, quum apud Diogenem Laert. VI, 15, nec primus nec alius quis ex his decem tomis talem titulum ferat : φέρονται δ' αὐτοῦ συγγράμματα τόμοι δέκα· πρῶτος ἐν ᾧ περὶ λέξεως ἢ περὶ χαρακτήρων etc. Restat illud nomen plane inauditum Ῥόδωνος, pro quo Bernhardyus Ῥοδίῳ scribendum esse statuit, ita ut de Antisthene quodam Rhodio cogitandum esset, cujus nomen e Demetrio Magnete affert Diogenes Laert. VI, 19 : Γεγόνασι καὶ ἄλλοι Ἀντισθένεις τρεῖς, Ἡρακλείτειος εἷς, ἕτερος Ἐφέσιος, καὶ Ῥόδιός τις ἱστορικός. Huic tamen Antistheni Rhodio talem librum tribui potuisse qualis Magicus fuit, vix credere poterit qui, quæ de eo narrat Poly-

7.

Samagoreum quod vocatur vinum, ait Aristoteles, tribus cotylis aqua temperatis, amplius quadraginta viros inebriare.

8.

Aristoteles in libro de Ebrietate ait : « Rhodiacæ quæ vocantur ollulæ, cum voluptatis causa in compotationes adhibentur, tum quod, quando calidæ sunt, efficiunt ut vinum minus inebriet. Nam myrrha et junco odorato et aliis talibus in aquam injectis decoquuntur ; quod decoctum si vino adfunditur, minus illud inebriat. »

9.

Et in alia ejusdem operis parte scribit : « Rhodiacæ ollulæ fiunt myrrha, squinantho (sive junco odorato), croco, balsamo, amomo, cinnamomo una decoctis : qua de potione nonnihil vino adfusum ita prohibet ebrietatem, ut etiam Veneris vim enervet, spiritus vitales cohibens. »

Digitized by Google

bius, ejus æqualis, legerit, Exc. l. XVI, 14 (cf. C. Müller. Fragm. Hist. græc. t. III, p. 174 et 182, et Adolph. Müller, *de Antisthenis Cynici vita et scriptis*, Marb. 1860, p. 56), ubi hæc de Zenone et Antisthene Rhodiis : Καὶ γὰρ κατὰ τοὺς καιροὺς (temporibus scilicet quibus res gestæ sunt quas narrant) γεγόνασι, καὶ πατρίδι πεπολίτευνται, καὶ καθόλου πεποίηνται τὴν πραγματείαν οὐκ ὠφελείας χάριν, ἀλλὰ δόξης καὶ τοῦ καθήκοντος ἀνδράσι πολιτικοῖς. Non multum igitur, vereor, Bernhardyi conjectura juvamur, nisi forte sub Rhodio isto, non Antisthenem sed Aristotelem quendam Rhodium, de quo loquitur Proclus ad Platonis Timæum p. 27, A, latere putemus, quamquam et sic in errorem manifestum incidisse Suidam statuendum erit, quum ille Aristoteles multo junior fuisse videatur quam ipse Magicus. Quod ad Magicum attinet, dialogica forma conscriptum fuisse hunc librum, inde conjecit Rosius, quod Antistheni Socratico tribui potuerit. Satis probabilis esset conjectura si minus lubrico fundamento niteretur quam Suidæ auctoritati, ita vero illud tantum affirmari licet de Magis post Alexandri ætatem satis multos scripsisse, e quorum numero, ut Hermippum Peripateticum tolleret, non satis firmo argumento adductus est C. Müllerus, Fragm. Hist. gr. t. III, p. 36. Error autem quo factum est ut talis liber Aristoteli Stagiritæ tribueretur, inde fortasse ortus est quod in primo de Philosophia libro satis multa de Magis disseruisse videtur.

1. (103.)

Suidas s. Ἀντισθένης : Ἀθηναῖος... οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα, πρῶτον Μαγικόν· ἀφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου, εὑρόντος τὴν σοφίαν. Τοῦτο δέ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥοδίῳ ἀνατιθέασιν. Cf. quæ supra dicta sunt.

2. (104.)

Diog. Laert. I, 1 : Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. Γεγενῆσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους, καὶ Γυμνοσοφιστὰς παρ' Ἰνδοῖς, παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ Σεμνοθέους, καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ καὶ Σωτίων ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς Διαδοχῆς. Φοίνικά τε γενέσθαι Ὦχον καὶ Θρᾷκα Ζάμολξιν καὶ Αἴβυν Ἄτλαντα.

3. (105.)

Diogen. Laert. I, 6 sqq.: Τοὺς δὲ Μάγους περὶ τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν καὶ θυσίας καὶ εὐχάς, ὡς αὐτοὺς μόνους ἀκουομένους. Ἀποφαίνεσθαί τε περί τε οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως, οὓς καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ· τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν, καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων ἄρρενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας. Περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν, καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ φησὶν ὁ Σωτίων· ἀσκεῖν τε μαντικὴν καὶ πρόρρησιν, καὶ θεοὺς αὐτοῖς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας. Ἀλλὰ καὶ εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα, κατ' ἀπόρροιαν ὑπ' ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένων ταῖς ὄψεσι τῶν ὀξυδερκῶν· προκοσμήματά τε καὶ χρυσοφορίας ἀπαγορεύειν. Τούτων δὲ ἐσθὴς μὲν λευκή, στιβὰς δὲ εὐνή, καὶ λάχανον τροφὴ τυρός τε καὶ ἄρτος εὐτελής, καὶ κάλαμος ἡ βακτηρία, ᾧ κεντοῦντες, φασί, τοῦ τυροῦ ἀνῃροῦντο καὶ ἀπήσθιον. Τὴν δὲ γοητικὴν μαντείαν (μαγείαν Cob.) οὐδ' ἐγνώσαν, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ, καὶ Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ὃς καὶ μεθερμηνευόμενόν φησι τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι· φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμόδωρος.

MAGICUS.

1.

Antisthenes Atheniensis... Hic conscripsit tomos decem, primum autem Magicum, quo agit de Zoroastre Mago, qui sapientiæ inventor exstitit. Hoc vero opus quidam Aristoteli, alii vero Rhodio tribuunt.

2.

Philosophiæ munus nonnulli a barbaris initia sumpsisse autumant. Nam Persis Magos, Babyloniis vel Assyriis Chaldæos, Indis Gymnosophistas, Celtis seu Gallis Druidas et qui Semnothei appellabantur, ejus rei fuisse auctores ait Aristoteles in Magico et Sotion in vicesimo tertio Successionis libro. Phœnicem præterea fuisse Ochum, et Zamolxim Thracem et Atlantem Libycum.

3.

Magos deorum vacare cultui, et preces illis ac vota et sacrificia, quasi soli ab iis exaudiantur, offerre : de deorum natura et generatione disserere, quos et ignem et terram et aquam esse arbitrentur; signa statuasque reprehendere, et eorum inprimis qui mares esse deos ac feminas dicunt, errores improbare : de justitia verba facere, iniquumque arbitrari atque impium igni sepelire : justum matri ac filiæ misceri, ut in vicesimo tertio libro ait Sotion : divinationem præterea prædictionemque exercere, sibi deos apparere asserentes : plenum esse spectris aerem, quæ tenuiter veluti ex evaporatione acute cernentium oculis influant : exteriorem cultum atque auri usum interdicere. His autem vestis candida, lectus humus, esca olus, caseus panisque cibaria erant : arun-

5.

Digitized by Google

Num in his, præter ea quæ diserte Aristotelis testimonio comprobantur et alia ex ejus libro fluxerint, ut Patritius credidit, non liquet.

www.libtool.com.cn

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

I. ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ.

Diligentissimum fuisse Aristotelem in exquirendis aliorum doctrinis cum superstites demonstrant libri, tum quæ in indicibus recensentur scripta satis multa, quorum illud erat propositum, ut antiquiorum philosophorum placita atque decreta sive solum exponerentur, sive etiam refellerentur. Cui generi adnumeranda sunt quæ exstant Excerpta de Xenophane, Melisso, Gorgia, nisi quod pro genuinis vix haberi possunt. Alterum genus repræsentat de Pythagoreis liber a multis allatus, nam etsi variis modis enuntietur titulus, omnia quæ ex Aristotele sive de ipsius Pythagoræ vita, sive de Pythagoreorum institutis afferuntur fragmenta, ad unum eundemque librum pertinere videntur. In titulo qualem exhibent Diogenes (101) et Anonymus (79) περὶ Πυθαγορείων α, illud tantum minus rectum videtur, quod non plures libri indicantur quum primus liber citetur apud Joannem Stobæum (fr. 10), secundus vero ab Alexandro Aphrodiseo (fr. 13) et Simplicio (fr. 17). Liber Πυθαγορικός vocatur a Theone (fr. 10), Πυθαγορικά a Simplicio (fr. 15), Συναγωγὴ τῶν Πυθαγορικῶν ab eodem (fr. 17) sive τῶν Πυθαγορείοις ἀρεσκόντων Συναγωγὴ (fr. 11), Πυθαγορικῶν δόξαι ab Alexandro (fr. 14), sive περὶ τῆς Πυθαγορικῶν δόξης (fr. 13), περὶ τῆς Πυθαγόρου vel περὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας a Joanne Stobæo et Iamblicho (fr. 12 et 13). Diversum ab eo librum recenset Diogenes (97), omisit autem Anonymus, πρὸς τοὺς Πυθαγορείους α'. Duo tituli in unum coaluisse videntur apud Dschemaluddinum (19): *De arte poetica secundum Pythagoram ejusque sectatorum placita libri*, quem errorem exscripsit quoque Hadschi Khalfa V, 104: *idem libros duos de arte poetica secundum disciplinam Pythagoræ scripsit.*

De quæstione num ipse Aristoteles Metaph. I, 5, 4, hunc de Pythagoreis librum innuerit, v. quæ infra ad fragm. 14 dicta sunt.

1. (106.)

Clemens Alexandr. Stromat. I, 14, 62, p. 129 Sylb.: Πυθαγόρας μὲν οὖν Μνησάρχου Σάμιος, ὥς φησιν Ἱππόβοτος, ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυρρηνὸς ἦν, ὡς δὲ Νεάνθης Σύριος ἢ Τύριος.

Ex Clemente Theodoret. Græc. Affect. cur. I, p. 19 Gaisf. Pro Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος corrigendum hîc esse Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος conjecit Preller ad Polem. Perieg. Fragm. p. 59. Cf. Diog. Laert. VIII, 1: Πυθαγόρας... ὡς Ἀριστόξενος Τυρρηνὸς, ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων (Lemnus scil.), ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες. Porphyr. Vit. Pyth. 2, Plut. Quæst. conviv. VIII 10, 1.

2. (107.)

Apollonius Mirab. c. 6 ed. Westerm.: Τούτοις δὲ ἐπιγενόμενος Πυθαγόρας, Μνησάρχου υἱὸς, τὸ μὲν πρῶτον διεπονεῖτο περὶ τὰ μαθήματα καὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ὕστερον δὲ ποτε καὶ τῆς Φερεκύδου τερατοποιίας οὐκ ἀπέστη. Καὶ γὰρ ἐν Μεταποντίῳ πλοίου εἰσερχομένου φορτίον ἔχοντος (ita cum Rosio dedimus pro: καὶ γὰρ Μεταποντίῳ πλοίῳ εἰσερχομένῳ φορτίον ἔχοντι) καὶ τῶν παρατυχόντων εὐχομένων σωστὸν κατελθεῖν διὰ τὸν φόρτον, ἐφιστῶτα τοῦτον εἰπεῖν· « Νεκρὸν (ita Meurs. pro μικρόν. Cf. Iambl.

---

dine pro baculo utebantur, qua figentes, ut narratur, de caseo frusta tollebant et vescebantur. Magicarum illos præstigiarum ignaros ait Aristoteles in libro quem inscripsit Magicum et Dinon in quinto Historiarum libro, qui Zoroastrem quoque ex interpretatione nominis sui astrorum sacrificulum sonare asserit. Hoc etiam Hermodorus tradit.

DE PHILOSOPHORUM DOCTRINIS.

I. DE PYTHAGOREIS.

1.

Pythagoras Mnesarchi filius, Samius, ut ait Hippobotus; secundum Aristoxenum in libro de Vita Pythagoræ et Aristarchum et Theopompum (*Aristotelem et Theophrastum*) Tyrrhenus fuit, ut vero Neanthes, Syrius vel Tyrius.

2.

Subsecutus hos (*Epimenidem scil. et alios*) Pythagoras, Mnesarchi filius, principio mathematibus et numeris animum intendit. Postea vero Pherecydis etiam præstigiis non abstinuit. Nam Metaponti nave adveniente mercibus onusta, et iis qui aderant optantibus ut salva portum intraret propter merces, adstans ipse: « Ergo, inquit, mortuum vobis apparebit corpus, hanc ducens navem. » Rursum in Caulonia, ut ait Aristoteles, scribens de eo etiam multa alia, in Etruria serpentem qui morsu neca-

Digitized by Google

V. Pyth. 142, Porphyr. V. Pyth. 28) τοίνυν φανήσεται ὑμῖν σῶμα ἄγον τὸ πλοῖον τοῦτο.» Πάλιν δὲ ἐν Καυλωνίᾳ, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης γράφων περὶ αὐτοῦ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα λέγει καὶ τὸν ἐν Τυρρηνίᾳ, φησὶ, δάκνοντα θανάσιμον ὄφιν αὐτὸς δάκνων ἀπέκτεινεν. Καὶ τὴν γενομένην δὲ στάσιν τοῖς Πυθαγορείοις προειπεῖν· διὸ καὶ εἰς Μεταπόντιον ἀπῆρεν ὑπὸ μηδενὸς θεωρηθείς. Καὶ ὑπὸ τοῦ Κόσα τοῦ ποταμοῦ (ita Rosius pro vulg. ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ) διαβαίνων σὺν ἄλλοις ἤκουσε φωνὴν μεγάλην [καὶ] ὑπὲρ ἄνθρωπον· « Πυθαγόρα, χαῖρε·» τοὺς δὲ παρόντας περιδεεῖς γενέσθαι. Ἐφάνη δέ ποτε καὶ ἐν Κρότωνι καὶ ἐν Μεταποντίῳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ. Ἐν θεάτρῳ δὲ καθήμενός ποτε ἐξανίσταται, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν ἴδιον μηρὸν παρέφηνε τοῖς καθημένοις (conj. παρακαθημένοις Ros.) χρυσοῦν. Λέγεται δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλα τινὰ παράδοξα, ἡμεῖς δὲ μὴ βουλόμενοι μεταγραφέων ἔργον ποιεῖν, αὐτοῦ τὸν λόγον καταπαύσομεν.

Ælianus Var. Hist. II, 26 : Ἀριστοτέλης λέγει ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν τὸν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα Ὑπερβόρειον προσαγορεύεσθαι· κἀκεῖνα δὲ προσεπιλέγει ὁ τοῦ Νικομάχου ὅτι τῆς αὐτῆς ἡμέρας ποτὲ καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν καὶ ἐν Μεταποντίῳ ὤφθη ὑπὸ πολλῶν καὶ ἐν Κρότωνι ** τῷ ἀγῶνι ἐξανιστάμενος, ἔνθα καὶ τῶν μηρῶν ὁ Πυθαγόρας παρέφηνε τὸν ἕτερον χρυσοῦν. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι ὑπὸ τοῦ Κόσα ποταμοῦ διαβαίνων προσερρήθη· καὶ πολλοὺς φησιν ἀκηκοέναι τὴν πρόσρησιν ταύτην.

Conjungendus est cum hoc loco alter apud eundem Ælianum Var. Hist. IV, 17 : Ἐδίδασκε Πυθαγόρας τοὺς ἀνθρώπους ὅτι κρειττόνων γεγένηται σπερμάτων ἢ κατὰ τὴν φύσιν τὴν θνητήν· τῆς γὰρ αὐτῆς ἡμέρας ὤφθη καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν ἐν Μεταποντίῳ φησὶ (ita Perizonius, supplend. est Ἀριστοτέλης, aut cum Herchero scrib. φασὶ), καὶ ἐν Κρότωνι. Καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ παρέφηνε χρυσοῦν τὸν ἕτερον τῶν μηρῶν. Καὶ Μυλλίαν δὲ τὸν Κροτωνιάτην ὑπέμνησεν ὅτι Μίδας ὁ Γορδίου ἐστὶν ὁ Φρὺξ, καὶ τὸν ἀετὸν δὲ τὸν λευκὸν κατέψησεν ὑπομείναντα αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ Κόσα ποταμοῦ διαβαίνων προσερρήθη, τοῦ ποταμοῦ εἰπόντος αὐτῷ· « Χαῖρε, Πυθαγόρα.» Cf. Diog. Laert. VIII, 11 : Καὶ γὰρ καὶ σεμνοπρεπέστατος λέγεται γενέσθαι (ὁ Πυθαγόρας scil.) καὶ οἱ μαθηταὶ δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ ὡς εἴη Ἀπόλλων ἐξ Ὑπερβορέων ἀφιγμένος. Λόγος δέ ποτ' αὐτοῦ παραγυμνωθέντος τὸν μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν· καὶ ὅτι Νέσσος (Κόσας) ὁ ποταμὸς διαβαίνοντα αὐτὸν προσαγορεύσαι πολὺς ἦν ὁ φάσκων. Iambl. de Vita Pyth. c. 28, 140 : Τὴν δὲ πίστιν τῶν παρ' αὐτοῖς ὑπολήψεων ἡγοῦνται εἶναι ταύτην, ὅτι ἦν ὁ πρῶτος εἰπὼν αὐτὸ, οὐχ ὁ τυχὼν, ἀλλ' ὁ θεός. Καὶ ἓν τοῦτο τῶν ἀκουσμάτων ἐστὶ, τίς ὁ Πυθαγόρας; Φασὶ γὰρ εἶναι Ἀπόλλω Ὑπερβόρεον. Τούτου δὲ τεκμήρια ἔχεσθαι ὅτι ἐν τῷ ἀγῶνι ἐξανιστάμενος τὸν μηρὸν παρέφηνε χρυσοῦν, καὶ ὅτι Ἄβαριν τὸν Ὑπερβόρεον εἱστία καὶ τὸν ὀιστὸν αὐτοῦ ἀφείλετο ᾧ ἐκυβερνᾶτο. Λέγεται δὲ ὁ Ἄβαρις ἐλθεῖν ἐξ Ὑπερβορέων ἀγείρων χρυσὸν εἰς τὸν νεὼν καὶ προλέγων λοιμόν. Κατέλυε δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ οὔτε πίνων οὔτε ἐσθίων ὤφθη ποτὲ οὐθέν. Λέγεται δὲ καὶ ἐν Λακεδαιμονίοις θῦσαι τὰ κωλυτήρια καὶ διὰ τοῦτο οὐδένα πώποτε ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸν γενέσθαι. Τοῦτον οὖν τὸν Ἄβαριν παρελόμενος ὃν εἶχε χρυσοῦν ὀιστὸν, οὗ ἄνευ οὐχ οἷός τ' ἦν τὰς ὁδοὺς ἐξευρίσκειν, ὁμολογοῦντα ἐποίησε. Καὶ ἐν Μεταποντίῳ εὐξαμένων τινῶν γενέσθαι αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ προσπλέοντι πλοίῳ· « Νεκρὸς τοίνυν ἂν ὑμῖν,» ἔφη, καὶ ἐφάνη νεκρὸν ἄγον τὸ πλοῖον. Καὶ ἐν Συβάρει τὸν ὄφιν τὸν ἀποκτείνοντα τὸν δασὺν ἔλαβε καὶ ἀπεπέμψατο. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἐν Τυρρηνίᾳ τὸν μικρὸν ὄφιν αὐτὸς (ita Rosius pro ὃς) ἀπέκτεινε δάκνων. Ἐν Κρότωνι δὲ τὸν ἀετὸν τὸν λευκὸν κατέψησεν ὑπομείναντα, ὡς φασι. Βουλομένου δέ τινος ἀκούειν οὐκ ἔφη πω λέξειν πρὶν ἢ σημεῖόν τι φανῇ· καὶ μετὰ ταῦτα ἐγένετο ἐν Καυλωνίᾳ ἡ λευκὴ ἄρκτος. Καὶ πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγγέλλειν αὐτῷ τούτου τὸν θάνατον προεῖπεν αὐτός. Καὶ Μυλλίαν τὸν Κροτωνιάτην ἀνέμνησεν ὅτι ἦν Μίδας ὁ Γορδίου· καὶ ᾤχετο ὁ Μυλλίας εἰς τὴν ἤπειρον ποιήσων ὅσα ἐπὶ τῷ τάφῳ ἐκέλευσε. Λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ὁ πριάμενος καὶ ἀνορύξας ἃ μὲν

---

bat iste mordens interfecit. Seditionem etiam orientem suis indicavit discipulis : ideoque Metapontum transiit, a nemine visus. Et flumen Cosam transiens, vocem magnam, humana ampliorem audiit, quæ diceret : « Salve Pythagora », unde summus comitibus incidit pavor. Visus est aliquando Crotone et Metaponti eadem die atque hora. Aliquando in theatro sedens, ut Aristoteles refert, surrexit et assidentibus ostendit femur suum aureum. Feruntur de eo etiam alia mirabilia. Nos autem nolentes transcriptorum munere fungi, hic finem facimus.

Aristoteles dicit a Crotoniatis Pythagoram Apollinem Hyperboreum cognominari. Sed et hæc addit Nicomachi filius, aliquando eodem die atque hora visum illum esse a multis et Metaponti et Crotone... (*lacuna ex Apollonio supplenda est*) ludis surgens, ubi etiam alterum Pythagoras femur ostendit aureum. Dicit idem ille, Pythagoram quum Cosam fluvium transiret appellatum esse, multosque hanc appellationem audiisse.

Pythagoras homines docebat, se præstantiori semine natum, quam mortalis est natura. Nam eadem die et eadem hora visus fuit Metaponti, ut ait (*Aristoteles*), et Crotone. Sed et Olympiæ alterum femur aureum ostendit. Mylliam vero Crotoniaten admonuit, esse eum Midam, filium Gordii, Phrygem. Aquilam quoque albam, quæ se ei submittebat, contrectavit. Transiens etiam fluvium Cosam ab eo appellatus est, dicente : Salve Pythagora.

Digitized by Google

εἶδεν οὐδενὶ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἀντὶ δὲ τῆς ἁμαρτίας ταύτης ἐν Κρότωνι ἱεροσυλῶν ἑλήφθη καὶ ἀπέθανε· τὸ γὰρ γένειον ἀποπεσὸν τοῦ ἀγάλματος τὸ χρυσοῦν ἐφωράθη λαβών. Ταῦτα δὲ οὖν λέγουσι πρὸς πίστιν καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Similia habent quoque Porphyrius Vit. Pythag. c. 27, 28, Plutarch. Vit. Numæ c. 8, Diog. Laert. VIII, 15.

2. (108.)

Iamblich. de vita Pythag. c. 6 § 31 : Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, διαίρεσίν τινα τοιάνδε ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀπορρήτοις διαφυλάττεσθαι· τοῦ λογικοῦ ζῴου τὸ μέν ἐστι θεὸς, τὸ δ' ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας. Cf. Iamblich. c. 28 § 144 : Ἔστι γὰρ παρ' αὐτοῖς λεγόμενον ὅτι « ἄνθρωπος δίπος ἐστὶ καὶ ὄρνις καὶ τρίτον ἄλλο »· τὸ γὰρ τρίτον Πυθαγόρας ἐστί.

4. (109.)

Apulejus de Deo Socratis c. 20 : *Credo vestrûm plerosque hoc quod modo dixi cunctantius credere et impendio mirari formam dæmonis Socrati visam. At hoc seculo oppido mirari solitos Pythagoricos, si quis se negaret unquam vidisse dæmonem, satis ut reor idoneus auctor est Aristoteles.* Ita Rosius e cod. Harleiano. In editione Hildebr.: *Etenim secundum Pythagoricos mirari solitos oppido.*

5. (110.)

Plutarch. apud Gellium IV, 11 : *Plutarchus quoque, homo in disciplinis gravi auctoritate, in primo librorum quos de Homero composuit,* Aristotelem *philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse, quod non abstinuerunt edendis animalibus nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata est, subscripsi :* « Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλήφης καὶ τοιούτων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς Πυθαγορικούς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. » Ἀκαλήφη *autem est animal marinum quod urtica appellatur. Sed et piscibus nonnullis abstinere Pythagoricos Plutarchus in Symposiacis dicit* (VIII, 8, 1 : Μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀπείχοντο· καὶ γὰρ ἱστορεῖται τοῦτο περὶ τῶν παλαιῶν Πυθαγορικῶν).

Porphyr. Vit. Pythag. c. 45 : Ἀπέχεσθαι δὲ καὶ ἄλλων παρῄνει, οἷον μήτρας τε καὶ τριγλίδος καὶ ἀκαλήφης, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων θαλασσίων ξυμπάντων. Cf. Iambl. de Pyth. v. 21, § 98.

Diogen. Laert. VIII, 19 : Παντὸς δὲ μᾶλλον ἀπηγόρευε μήτ' ἐρυθῖνον ἐσθίειν μήτε μελάνουρον· καρδίας τ' ἀπέχεσθαι καὶ κυάμων. Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ μήτρας καὶ τρίγλης ἐνίοτε.

6. (111.)

Diog. Laert. VIII, 33 ss.: Τιμᾶς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ ἥρωσι μὴ τὰς ἴσας, ἀλλὰ θεοῖς μὲν μετ' εὐφημίας λευχειμονοῦντας καὶ ἀγνεύοντας, ἥρωσι δ' ἀπὸ μέσου ἡμέρας. Τὴν δ' ἁγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν καὶ λουτρῶν καὶ περιρραντηρίων καὶ διὰ τοῦ καθαρεύειν ἀπό τε κήδους καὶ λεχοῦς καὶ μιάσματος παντὸς καὶ ἀπέχεσθαι βρωτῶν θνησειδίων τε κρεῶν καὶ τριγλῶν καὶ μελανούρων καὶ ᾠῶν καὶ τῶν ᾠοτόκων ζῴων καὶ κυάμων καὶ τῶν ἄλλων ὧν παρακελεύονται καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιτελοῦντες. Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης περὶ τῶν κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι ἢ ὅτι Ἅιδου πύλαις· ἀγόνατον γὰρ μόνον· ἢ ὅτι φθείρει ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν· κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς· τὰ δὲ πεσόντ' ἀπὸ τραπέζης μὴ ἀναιρεῖσθαι, ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν ἢ ὅτι ἐπὶ τελευτῇ τινός... ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερὸς τοῦ Μηνός καὶ ἱκέτης· τὸ δ' ἦν τῶν ἀγαθῶν· τῷ τε Μηνὶ ἱερός· σημαίνει γὰρ τὰς ὥρας. Τῶν ἰχθύων μὴ ἅπτεσθαι

3.

Tradit vero etiam Aristoteles in libris de Pythagorica philosophia, hujuscemodi divisionem a viris illis inter præcipua arcana servari : animalium ratione præditorum aliud est deus, aliud homo, aliud quale Pythagoras.

5.

Aristoteles a vulva, corde et urtica marina atque id genus quibusdam abstinere dicit Pythagoricos, uti vero aliis.

Super omnia autem erythino et melanuro vesci vetabat, corde itidem ac fabis : addit Aristoteles et vulva et mullo interdum.

6.

Honores diis exhibendos et heroibus non æquales, sed diis quidem semper et cum laudibus amictuque candido et casto corpore honores adhibendos, heroibus vero a meridie. Puritatem vero expiationibus lavacrisque atque aspersionibus fieri, vacando a funere et puerpera et inquinamento omni, item abstinendo ab arrosis morticinisque carnibus triglisque ac melanuris ovisque et quæ ova pariunt animalibus, fabis quoque et ceteris quæ moment quoque qui in templis mysteria ritusque consummant. Ait autem Aristoteles de fabis ideo admonuisse illum fabis abstinendum, sive quod pudendis similes sint, sive quod Orci januis : sunt enim solæ non geniculatæ : sive quod corrumpant, sive quod naturæ universi similes sint, sive quod ad paucorum dominatum pertinent : his quippe in sortiendo utantur. Quæ vero de mensa ceciderint non

Digitized by Google

ὅσοι ἱεροί· μὴ γὰρ δεῖν τὰ αὐτὰ τετάχθαι θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, ὥσπερ οὐδ' ἐλευθέροις καὶ δούλοις. Καὶ τὸ μὲν λευκὸν τῆς τἀγαθοῦ φύσεως, τὸ δὲ μέλαν τοῦ κακοῦ. Ἄρτον μὴ καταγνύειν, ὅτι ἐφ' ἕνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ ἔτι καὶ νῦν οἱ βάρβαροι· μηδὲ διαιρεῖν ὃς συνάγει αὐτούς· οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐν Ἅιδου κρίσιν, οἱ δ' εἰς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν, οἱ δὲ ἐπεὶ ἀπὸ τούτου ἄρχεται τὸ ὅλον. Καὶ τῶν σχημάτων τὸ κάλλιστον σφαῖραν εἶναι τῶν στερεῶν, τῶν δ'ἐπιπέδων κύκλον. Γῆρας καὶ πᾶν τὸ μειούμενον ὅμοιον· καὶ αὔξην καὶ νεότητα ταὐτόν. Ὑγίειαν τὴν τοῦ εἴδους διαμονήν, νόσον τὴν τούτου φθοράν. Περὶ τῶν ἁλῶν, ὅτι δεῖ παρατίθεσθαι πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ δικαίου· οἱ γὰρ ἅλες πᾶν σώζουσιν ὅ τι ἂν παραλάβωσι καὶ γεγόνασιν ἐκ τῶν καθαρωτάτων ἡλίου καὶ θαλάσσης.

Καὶ ταῦτα μέν φησιν ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι καὶ τὰ ἐκείνων ἐχόμενα ὁ Ἀριστοτέλης.

Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ κυάμων ut olim legebatur, e cod. Laur. correxerunt Cobetus et Rosius, ut jam nullus sit ita inscriptus Aristotelis liber.

Ex his multa apud alios iisdem pæne verbis leguntur : ita apud Ælian. Var. Hist. IV, 17 extr.: Προσέταττε δὲ ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας καρδίας ἀπέχεσθαι καὶ ἀλεκτρυόνος λευκοῦ καὶ τῶν θνησειδίων παντὸς μᾶλλον καὶ μὴ χρῆσθαι βαλανείῳ, μηδὲ βαδίζειν τὰς λεωφόρους· ἄδηλον γὰρ εἰ καθαρεύουσι κατ' αὐτὰ ἐκεῖνα. De ovis cf. Plutarch. Quæst. conviv. II, 3, 1; de fabis Lucian. Vitt. auct. c. 6, Porphyr. de vit. Pyth. 44.

7 (112.)

Porphyrii Vit. Pyth. 41 : Ἔλεγε δέ (ὁ Πυθαγόρας scil.) τινὰ καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπιπλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν· οἷον ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἑκάλει εἶναι [Κρόνου] δάκρυον· τὰς δὲ ἄρκτους Ῥέας χεῖρας· τὴν δὲ Πλειάδα Μουσῶν λύραν· τοὺς δὲ πλανήτας κύνας τῆς Περσεφόνης· τὸν δ' ἐκ χαλκοῦ κρουομένου γινόμενον ἦχον, φωνὴν εἶναί τινος τῶν δαιμόνων ἐναπειλημμένην τῷ χαλκῷ.

Κρόνου quod in Porphyrii editionibus deest, præbent Clem. Alexandr. Stromat. V, 8, 51 : Τοιαῦτα καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ᾐνίσσοντο, Φερσεφόνης μὲν κύνας τοὺς πλανήτας, Κρόνου δὲ δάκρυον τὴν θάλασσαν ἀλληγοροῦντες. Plutarch. de Isid. c. 32 : Τὸ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν λεγόμενον ὡς ἡ θάλαττα Κρόνου δάκρυόν ἐστιν. Similia ænigmata apud Ælianum Var. Hist. IV, 17 : Καὶ τὸν σεισμὸν ἐγγεαλόγει οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ σύνοδον τῶν τεθνεώτων. Ἡ δὲ Ἶρις ἔφασκεν ὡς αὐγὴ τοῦ ἡλίου ἐστὶ, καὶ ὁ πολλάκις ἐμπίπτων τοῖς ὠσὶν ἦχος φωνὴ τῶν κρειττόνων. Nonnullorum ipse Aristoteles in superstitibus meminit libris, ita Analyt. post. II, 10 § 8, de Cælo II, 9 § 3, Meteorol. I, 8 § 2, de Anima I, 2 § 4; cf. Lobeck. *Aglaopham.* p. 885 sqq.

8. (113.)

Porphyrius l. l. ita pergit § 42 : Ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων τοιοῦτον· ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτέστι μὴ πλεονεκτεῖν. Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν, ὅπερ ἦν μὴ τὸν ἀνοιδοῦντα καὶ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις παρατεθηγμένοις. Στέφανόν τε μὴ τίλλειν, τουτέστι τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι. Πάλιν δ' αὖ ἕτερα τοιαῦτα· μὴ καρδίαν ἐσθίειν, οἷον μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις. Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθέζεσθαι, οἷον μὴ ἀργὸν ζῆν. Μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι, [τουτέστι] μὴ ἔχεσθαι τοῦ βίου τούτου ἀποθνήσκοντα. Τὰς δὲ λεωφόρους μὴ βαδίζειν, δι' οὗ ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις

---

tollenda, ut assuefiamus nonnisi temperanter edere, sive quod essent mortuo destinata... Gallo plumis albis abstinendum, quod Mensi sacer sit atque ejus supplex : hoc quidem habebatur in bonis : Mensi autem sacer erat, quod horas significat. Pisces item non gustandos eos qui sacri sunt, neque enim fas esse eadem diis et hominibus apponi, sicut nec servis et liberis. Candidum quidem quod est, ad boni pertinere naturam; atrum vero ad mali. Panem non frangendum : namque ad unum veteres amicorum coibant, quemadmodum nunc etiam barbari; neque dividendum esse qui illos cogat : alii ad judicium referunt quod apud inferos fit; alii quod in bello formidinem faciat; alii quod ab hoc incipiat universum. Solidarumque figurarum omnium pulcherrimam sphæram esse, planarum vero circulum. Senectutem et omne detrimento obnoxium pari ratione teneri : juventutem itidem et quicquid incrementa suscipit idem esse. Sanitatem speciei esse constantiam, morbum contra hujus esse interitum. De sale ita sensisse, ut apponendum idcirco statueret, quod justitiæ admoneret : hoc enim quicquid occupaverit servat et gignitur ex purissimis sole ac mari. Hæc sunt quæ Alexander in Pythagoricis reperisse se commentariis tradit, et his affinia Aristoteles.

7.

Quædam etiam arcano modo quasi per ænigmata proferebat, quorum pleraque Aristoteles perscripsit. Verbi gratia, quum mare Saturni lacrymam appellaret; ursas vero polares Rheæ manus, Pleiadem Musarum lyram, planetas canes Proserpinæ; sonum autem, qui æris percussu redditur, dæmonis cujusdam vocem esse in ipso ære inclusam.

8.

Erat et aliud quoddam symbolorum genus hujusmodi : Stateram non esse transiliendam : hoc est, avaritiam esse fugiendam. Ignem gladio non fodiendum : id est, tumi-

Digitized by Google

ἐκώλυεν, τάς τε τῶν ὀλίγων καὶ πεπαιδευμένων μεταθεῖν. Μηδὲ χελιδόνας ἐν οἰκίαις δέχεσθαι, τουτέστι λάλους ἀνθρώπους καὶ περὶ γλῶτταν ἀκρατεῖς ὁμωροφίους μὴ ποιεῖσθαι. Φορτίον δὲ συνανατιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσιν, συγκαθαιρεῖν δὲ μή, δι' οὗ παρήνει μηδενὶ πρὸς ῥᾳστώνην ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμπράττειν. Θεῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν, τουτέστι τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερὸν ἔχειν μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν. Σπονδάς τε ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὗς τῶν ἐκπωμάτων· ἐντεῦθεν γὰρ ἠνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ· αὕτη γὰρ διὰ ὤτων χωρεῖ· μηδ' ἐσθίειν ὅσα μὴ θέμις, γένεσιν, αὔξησιν, ἀρχήν, τελευτήν, μηδ' ἐξ ὧν ἡ πρώτη τῶν πάντων ὑπόθεσις γίνεται.

Hieronymus adv. Rufin. l. III, t. IV, 2, p. 469 ed. Paris. 1706 : *Pythagorica et illa præcepta sunt, amicorum omnia esse communia... illaque ænigmata, quæ diligentissime Aristoteles insuis libris prosequitur : Stateram ne transilias, id est ne prætergrediare justitiam ; Ignem gladio ne fodias, iratum videlicet et tumidum animum verbis maledicis ne lacessas; Coronam minime carpendam, id est leges urbium conservandas ; Cor non comedendum, id est mœrorem de animo projiciendum. Quum profectus fueris, inquit, ne redeas, id est post mortem vitam ipsam ne desideres ; Per viam publicam ne ambules, id est ne multorum sequaris errores ; Hirundinem in domum non suscipiendam, id est garrulos et verbosos homines sub eodem tecto non habendos ; Oneratis superponendum, onus deponentibus non communicandum, id est ad virtutem incedentibus augmentanda præcepta, tradentes se otio relinquendos* (1).

(1) Inde procul dubio ducta sunt quæ frequentissime in codicibus medii ævi leguntur *Ænigmata Aristotelis*. En qualia scripta sunt in cod. Biblioth. Argentorat. 4329, f. 284 recto : *Incipiunt enigmata alristotelis moralizata per fratrem holkot* (cf. Fabricii *Bibl. med. et inf. latin.* l. VIII, p. 799) *sacre pagine professorem. Stateram ne transilias ; id est ne prætergrediaris justitiam. Ignem gladio ne fodias ; id est iracundum verbis asperis ne provoces. Coronam Minerve ne carpias ; id est leges civitatis ne reprehendas. Cor ne comedas ; id est mœrorem de animo expellas. Cum profectus fueris ne redeas : id est post mortem vitam istam ne desideres. Per viam publicam ne ambules ; id est ne multorum sequaris errorem. Irundinem in domo tua ne suslineas, id est verbosos sub eodem tecto tecum non (habeas). Primum enigma : stateram ne transilias. Ista statera est vita humana*, etc. In alio vero 1744, fol. 73 recto : *Valerius l.* 3 *ponit enigmata Aristotelis. Primum est* etc. Qui Valerius ille Julius Valerius est cujus historiam fabulosam Alexandri edidit Maius. In nostro vero textu nihil tale legitur.

Numeros principia rerum esse Platonis et Pythagoreorum placitum fuit. Primum namque incompositum ipsis principium esse videbatur. Porro corporibus plana esse priora, simpliciora enim nec contracta prima esse naturâ; planis eadem ratione lineas, lineis puncta, quae a mathematicis signa, ab his unitates appellabantur: quae simplicia omnia sunt, nec habent quidquam ante se. At unitates numeri sunt, numeri ergo priores sunt entibus, et quoniam formae per Platonem ideaeque priores sunt rebus, quae ad sui exemplar efficiuntur, et ab ipsis habent esse, quas ideas esse multis rationibus confirmare conabatur, idcirco formas numeros esse dicebat. Si enim solitarium prius est iis, quae ab ipso exsistunt, nihil autem est prius numero, superest ut formae numeri sint. Quocirca numerorum principia, formarum esse principia dicebat, unum autem omnium. Praeterea formas aliarum rerum esse principia, formarum autem quae numeri sunt, principia esse ipsius numeri principia. Tum numeri unitatem et dualitatem principia esse confirmabat. Nam quum sit in numeris unum et non unum, quod est plura et pauca, quod primum in ipsis non est unum, id multorum et paucorum principium esse dicebat. Primum autem non unum est dualitas, quae in se multum continet atque paucum. Nam duplum multum est, dimidium vero paucum, quae in dualitate insunt. Est autem dualitas uni opposita, siquidem illud est individuum, haec autem divisa. Praeterea putans se demonstrare aequale et inaequale principia esse omnium tum per se exsistentium, tum his oppositorum, nihil enim reliquit inexpertum, ut ad simplicissimum omnia referat, aequale refert ad unitatem, inaequale vero ad excessum et defectum. Inaequalitas enim in duobus, inest enim in magno et parvo, quae sunt excedens et deficiens. Quamobrem ipsam dualitatem indefinitum appellabat, quod neutrum ipsorum, neque superans neque superatum, quatenus est tale, determinatum esset, sed indeterminatum et infinitum. Ceterum dualitatem indefinitam, uno terminatam, fieri dualitatem, quae in numeris habetur. Dualitas enim hujusmodi est unum specie, praeterea dualitas primus est numerus. Hujus vero principia sunt excedens et excessum, quoniam in prima dualitate est duplum et dimidium, duplum autem et dimidium est excedens et excessum; quo fit ut haec sint elementa dupli. Et quia excedens et excessum determinata duplum et dimidium efficiuntur, neque enim amplius haec sunt indeterminata, non magis quam triplum tertiumque vel quadruplum et quartum aut aliorum quodque, habentium jam excessum determinatum, hoc autem facit unius natura, unum quod-

Digitized by Google

μῶν καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ἐτίθετο Πλάτων τό τε ἓν καὶ τὴν δυάδα, ὡς ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ Ἀριστοτέλης λέγει. Cf. ib. 9 § 3, p. 63, 17 Bon.: Αἱ γὰρ ἀρχαὶ αὐτοῖς καὶ αὐτῶν τῶν ἰδεῶν εἰσὶν ἀρχαί. Ἀρχαὶ δέ εἰσι τό τε ἓν καὶ ἡ ἀόριστος δυάς, ὡς πρὸ ὀλίγου τε εἴρηκε καὶ ἱστόρηκεν αὐτὸς (ὁ Ἀριστοτέλης scil.) ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ.

3. (129.)

Ex Alexandro et Porphyrio, ut ipsi testantur, suam de hac doctrina ceteri hauserunt Aristotelis interpretes notitiam: ita Simplicius in Aristot. Physic. I, 4 f. 32 verso (p. 334, B, 25): Λέγει δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ὅτι κατὰ Πλάτωνα πάντων ἀρχὴ καὶ αὐτῶν τῶν ἰδεῶν τό τε ἕν ἐστι καὶ ἡ ἀόριστος δυὰς, ἣν μέγα καὶ μικρὸν ἔλεγεν, ὡς καὶ ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ Ἀριστοτέλης μνημονεύει. Λάβοι δὲ ἄν τις καὶ παρὰ Σπευσίππου καὶ παρὰ Ξενοκράτους καὶ τῶν ἄλλων, οἳ παρεγένοντο ἐν τῇ περὶ τἀγαθοῦ τοῦ Πλάτωνος ἀκροάσει· πάντες γὰρ συνέγραψαν καὶ διεσώσαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ταύταις αὐτὸν ἀρχαῖς χρῆσθαι λέγουσι.

Idem ad III, 4, ib. f. 104 verso (p. 362, A, 7): Ἀρχὰς γὰρ καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ ἓν καὶ τὴν ἀόριστόν φασι δυάδα λέγειν τὸν Πλάτωνα, τὴν δὲ ἀόριστον δυάδα καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς τιθεὶς ἄπειρον εἶναι ἔλεγεν· καὶ τὸ μέγα δὲ καὶ τὸ μικρὸν ἀρχὰς τιθεὶς ἄπειρον εἶναι ἔλεγεν ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ λόγοις, οἷς ὁ Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἑστιαῖος καὶ ἄλλοι τοῦ Πλάτωνος ἑταῖροι παραγενόμενοι ἀπεγράψαντο τὰ ῥηθέντα αἰνιγματωδῶς, ὡς ἐρρήθη. Πορφύριος δὲ διαρθροῦν αὐτὰ ἐπαγγελλόμενος, τάδε περὶ αὐτῶν γέγραφεν ἐν τῷ Φιλήβῳ (in commentario scil. in Platonis Philebum)· « Αὐτὸς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον καὶ τὸ σφόδρα καὶ τὸ ἠρέμα τῆς ἀπείρου φύσεως εἶναι βούλεται. Ὅπου γὰρ ἂν ταῦτα ἐνῇ κατὰ τὴν ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν προϊόντα, οὐχ ἵσταται οὐδὲ περαίνει τὸ μετέχον αὐτῶν, ἀλλὰ πρόεισιν εἰς τὸ τῆς ἀπειρίας ἀόριστον. Ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, καὶ τὰ ἀντ' αὐτῶν λεγόμενα ὑπὸ Πλάτωνος τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν. Ὑποκείσθω γάρ τι μέγεθος πεπερασμένον οἷον πῆχυς, οὗ δίχα διαιρεθέντος, εἰ τὸ μὲν ἕτερον ἡμίπηχυ ἄτμητον ἐάσωμεν, τὸ δὲ ἕτερον ἡμίπηχυ τέμνοντες κατὰ βραχὺ προστίθεμεν τῷ ἀτμήτῳ, δύο ἂν γένοιτο τῷ πήχει μέρη, τὸ μὲν ἐπὶ τὸ ἔλαττον προϊὸν, τὸ δὲ ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀτελευτήτως· οὐ γὰρ ἂν εἰς ἀδιαίρετόν γε μέρος ποτὲ ἔλθοιμεν τέμνοντες· συνεχὲς γάρ ἐστιν ὁ πῆχυς· τὸ δὲ συνεχὲς διαιρεῖται εἰς ἀεὶ διαιρετά. Ἡ δὲ τοιαύτη ἀδιάλειπτος τομὴ δηλοῖ τινα φύσιν ἀπείρου κατακεκλεισμένην ἐν τῷ πήχει. Μᾶλλον δὲ πλείους, τὴν μὲν ἐπὶ τὸ μέγα τὴν δὲ ἐπὶ τὸ μικρόν. Ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ ἀόριστος δυὰς ὁρᾶται ἔκ τε τῆς ἐπὶ τὸ μέγα καὶ τῆς ἐπὶ τὸ μικρὸν μονάδος συγκειμένη· καὶ ὑπάρχει ταῦτα τοῖς τε συνεχέσι σώμασι καὶ τοῖς ἀριθμοῖς· ἀριθμὸς μὲν γὰρ πρῶτος ἡ δυὰς ἄρτιος. Ἐν δὲ τῇ φύσει τοῦ ἀρτίου τό τε διπλάσιον ἐν ὑπεροχῇ, τὸ δὲ ἥμισυ ἐν ἐλλείψει· ὑπεροχὴ οὖν καὶ ἔλλειψις ἐν τῷ ἀρτίῳ· πρῶτος δὲ ἄρτιος ἐν ἀριθμοῖς ἡ δυὰς, ἀλλὰ καθ' αὑτὴν μὲν ἀόριστος· ὡρίσθη δὲ τῇ τοῦ ἑνὸς μετοχῇ· ὥρισται γὰρ ἡ δυὰς καθ' ὅσον ἕν τι εἶδός ἐστι. Στοιχεῖα οὖν καὶ ἀριθμῶν τὸ ἓν καὶ ἡ δυὰς, τὸ μὲν περαῖνον καὶ εἰδοποιοῦν, ἡ δὲ ἀόριστος καὶ ἐν ὑπεροχῇ καὶ ἐν ἐλλείψει. » Ταῦτα ὁ Πορφύριος εἶπεν αὐτῇ σχεδὸν τῇ λέξει, διαρθροῦν ἐπαγγειλάμενος τὰ ἐν τῇ περὶ τἀγαθοῦ συνουσίᾳ αἰνιγματωδῶς ῥηθέντα, καὶ ἴσως ὅτι σύμφωνα ἐκεῖνα ἦν τοῖς ἐν Φιλήβῳ γεγραμμένοις. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν περὶ τἀγαθοῦ λόγων τοῦ Πλάτωνος ὁμολογῶν λέγειν, οὓς ἱστόρησαν Ἀριστοτέλης τε καὶ

---

que enim quatenus hoc aliquid est, determinatum habetur idcirco unum, et magnum atque parvum dualitatis, quæ in numeris habetur, elementum esse videtur, at primus numerus est dualitas: hæc ergo sunt dualitatis elementa. Atque ob talia quidem Plato unum et dualitatem et numerorum et omnium rerum principia esse statuebat, ut Aristoteles refert in libris de Bono.

Nam principia his ipsarum quoque idearum sunt principia. Sunt vero principium unum et dualitas indefinita, ut paulo ante dixit, et ipse refert in libris de Bono.

3.

Alexander dicit Platonem statuisse principium omnium et ipsarum idearum etiam unum et indefinitam dualitatem, quam magnum et parvum dixit, ceu Aristoteles in libris de Bono meminit. Sed hoc quispiam potius accipiat a Speusippo, Xenocrate et aliis, qui interfuerant lectionibus Platonis de Bono. Nam omnes conscripserunt et servaverunt opinionem ejus, et dicunt illum his principiis usum fuisse.

Nam aiunt Platonem dicere sensibilium principia esse unum et infinitam dualitatem, sed infinitam dualitatem etiam in intelligibilibus ponens infinitam esse dixit. Item magnum et parvum principia ponens infinita esse, dixit in sermonibus de Bono, quibus Aristoteles, Heraclides, Hestiæus et alii socii Platonis quum interfuissent, dicta ænigmatice ut dicta sunt descripserunt. At Porphyrius, quum distincte ipsa proferat, hæc de ipsis scripsit in Philebo: « Ipse magis et minus, vehemens et sensim, infinitæ naturæ esse vult. Nam ubi hæc insunt secundum intensionem et remissionem procedentia non sistuntur neque terminant id quod eis participat, sed procedunt in ipsam indefinitatem infinitudinis. Similiter quoque se habent magis et minus, quæ sic dicta ab eis a Platone dicuntur magnum et parvum. Nam statuatur quædam magnitudo finita, ceu cubitalis, qua in duas partes divisa,

6.

Digitized by Google

οἱ ἄλλοι τοῦ Πλάτωνος ἑταῖροι ταδὶ γέγραφε. Ζητῶν γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων ὁ Πλάτων, ἐπεὶ πρῶτος ὁ ἀριθμὸς ἐδόκει αὐτῷ τῇ φύσει εἶναι τῶν ἄλλων· καὶ γὰρ τῆς γραμμῆς τὰ πέρατα σημεῖα, τὰ δὲ σημεῖα εἶναι μονάδας θέσιν ἐχούσας, ἄνευ τε γραμμῆς μήτε ἐπιφάνειαν εἶναι μήτε στερεὸν, τὸν δὲ ἀριθμὸν καὶ χωρὶς τούτων εἶναι δύνασθαι· ἐπεὶ τοίνυν πρῶτος τῶν ἄλλων τῇ φύσει ὁ ἀριθμὸς, ἀρχὴν τοῦτον ἡγεῖτο εἶναι καὶ τὰς τοῦ πρώτου ἀριθμοῦ ἀρχὰς καὶ παντὸς ἀριθμοῦ ἀρχὰς εἶναι. Πρῶτος δὲ ἀριθμὸς ἡ δυάς, ἧς ἀρχὰς ἔλεγεν εἶναι τό τε ἓν καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν. Καθὸ γὰρ δυάς ἐστι, πλῆθος καὶ ὀλιγότητα ἔσχεν ἐν ἑαυτῇ· καθὸ μὲν τὸ διπλάσιόν ἐστιν ἐν ἑαυτῇ πλῆθος· πλῆθος γὰρ καὶ ὑπεροχὴ καὶ μέγεθός τι τὸ διπλάσιον· καθὸ δὲ ἥμισυ, ὀλιγότητα. Διὸ ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν καὶ μέγα καὶ μικρὸν εἶναι ἐν αὐτῇ κατὰ ταῦτα. Καθὸ δὲ ἑκάτερόν τε τῶν μορίων αὐτῆς μονὰς καὶ αὕτη ἕν τι εἶδός ἐστι, τὸ δυαδικὸν, μονάδος αὐτὴν μετέχειν. Διὸ ἀρχὰς τῆς δυάδος ἔλεγε τὸ ἓν καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν. Ἀόριστον δὲ δυάδα ἔλεγεν αὐτὴν τῷ μεγάλου καὶ μικροῦ μετέχουσαν, ἤτοι μείζονος καὶ ἐλάττονος, τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἔχειν. Κατὰ γὰρ ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν προϊόντα ταῦτα οὐχ ἵσταται, ἀλλ' ἐπὶ τὸ τῆς ἀπειρίας ἀόριστον προχωρεῖ. Ἐπεὶ οὖν πρῶτος ἀριθμῶν ἀρτίων ἡ δυάς, ταύτης δὲ ἀρχὴ τὸ ἓν καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν, καὶ παντὸς ἀριθμοῦ ἀρχὰς ταύτας εἶναι ἀνάγκη. Οἱ δὲ ἀριθμοὶ στοιχεῖα τῶν ὄντων πάντων· ὥστε καὶ πάντων ἀρχὴ τὸ ἓν καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν, ἤτοι ἡ ἀόριστος δυάς. Καὶ γὰρ ἕκαστος τῶν ἀριθμῶν καθ' ὅσον μὲν ὅδε τίς ἐστι καὶ εἷς καὶ ὡρισμένος, τοῦ ἑνὸς μετέχει· καθ' ὅσον δὲ διαιρεῖται καὶ πλῆθός ἐστι, τῆς ἀορίστου δυάδος. Ἔλεγε δὲ καὶ τὰς ἰδέας ὁ Πλάτων ἀριθμούς. Εἰκότως ἄρα τὰς ἀρχὰς τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τῶν ἰδεῶν ἀρχὰς ἐποίει. Τὴν δὲ δυάδα τοῦ ἀπείρου φύσιν ἔλεγεν, ὅτι οὐχ ὥρισται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν, ἤτοι τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, ἀλλ' ἔχει τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, ἅπερ εἰς ἄπειρον πρόεισιν· οὕτως οὖν εἰπὼν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τίσι μὲν οἱ Πυθαγόρειοι, ἐν τίσι δὲ ὁ Πλάτων ἐτίθετο τὸ ἄπειρον, ἐφεξῆς ἱστορεῖ τί τὸ ἄπειρον ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι καὶ διὰ τί.

Non aliunde ducta sunt quæ habet Simplicius in Arist. Physic. fol. 117 recto (p. 368, A, 28): Δείξας (ὁ Ἀριστοτέλης) ὅτι περιέχεται μᾶλλον τὸ ἄπειρον ἤπερ περιέχει, καὶ ὅτι ἀγνωστόν ἐστι τῇ ἑαυτοῦ φύσει, τὴν ἐπιπόλαιον ἐκδοχὴν ἐλέγχει τῶν τοῦ Πλάτωνος λόγων. Τοῦ γὰρ Πλάτωνος ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ λόγοις εἰπόντος τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν τὴν ὕλην, ἣν καὶ ἄπειρον ἔλεγε, καὶ περιέχεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀπείρου πάντα τὰ αἰσθητά, καὶ ἄγνωστα εἶναι διὰ τὸ ἔνυλον καὶ ἄπειρα καὶ ῥευστὴν ἔχειν τὴν φύσιν, ἀκόλουθόν φησι δοκεῖν τῷ τοιούτῳ τὸ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ὑπὸ τοῦ ἐκεῖ μεγάλου καὶ μικροῦ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἀόριστος δυάς, ἀρχὴ καὶ αὕτη οὖσα μετὰ τοῦ ἑνὸς παντὸς ἀριθμοῦ καὶ πάντων τῶν ὄντων (ἀριθμοὶ γὰρ καὶ αἱ ἰδέαι). Ἀκόλουθον οὖν τὸ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ὑπὸ τοῦ ἐκεῖ ἀπείρου καὶ ἀγνώστου περιέχεσθαι καὶ ὁρίζεσθαι τὰ νοητά, γνωστὰ ὄντα φύσει καὶ ὡρισμένα ἅτε εἴδη ὄντα, quibus præter Platonis mentionem, non plura continentur quam quæ ipsius Aristotelis verbis l. l. dicta sunt.

Quæ vero jam sequentur non ex alio fonte derivata sunt, etsi liber περὶ Φιλοσοφίας nominetur, eodem scilicet nomine quo ipse Aristoteles has Platonis disputationes designaverat:

Alexand. Aphrod. in Arist. Metaph. I, 9, p. 86, 31 Bon.: Ἐκτίθεται δὲ τὸ ἀρέσκον αὐτοῖς, ὃ καὶ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας εἴρηκε· βουλόμενοι γὰρ τὰ ὄντα... ἀνάγειν εἰς τὰς ἀρχὰς ἃς ὑπέθεντο· ἦσαν δὲ αὐτοῖς ἀρχαὶ τῶν ὄντων τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν, ἣν ἔλεγον ἀόριστον δυάδα· εἰς δὴ ταύτην θέλοντες πάντα ἀναγαγεῖν, τοῦ μὲν μήκους ἀρχὰς ἔλεγον τὸ βραχὺ καὶ

---

si alteram partem semicubitalem indivisibilem relinquamus, et alteram dimidiam adhuc secantes, quam secundum minorem partem addemus indivisibili, tum duæ fierent partes cubitalis magnitudinis, alia procedens in minus, alia vero in majus sine fine. Non enim in indivisibilem partem veniemus, secantes partem. Nam ubi talis magnitudo continuo est, et continuum dividitur semper in divisibilia. Et hæc divisio indeficiens indicat quandam naturam infiniti conclusam et reconditam in cubitali magnitudine. Sed magis est quoad multitudinem, cujus alia est ad magnum, et alia ad parvum. In his autem et quædam dualitas indefinita videtur compositi ex unitate in magnum et parvum. Et hæc insunt continuis corporibus et numeris. Numerus enim primus par est dualitas. Sed in natura paris duplum continetur et dimidium, sed duplum in excessu et dimidium in defectu. Excessus igitur et defectus in numero pari. Primus autem numerus par in numeris est dualitas, sed per se est indefinita: definita autem est participatione unius. Nam definitur dualitas quatenus una quædam forma est. Elementa igitur numerorum sunt unum et dualitas, aliud terminus et in formam redigens, alterum autem indefinitum in excessu et defectu. » Hæc Porphyrius dixit suis prope verbis, determinans proferendo, quæ habentur ænigmatice dicta in colloquiis de Bono, et quia illa forte erant consona scriptis in Philebo. Et ipse Alexander ex sermonibus de Bono Platonis asserens se dicturum, quos Aristoteles et alii Platonis sodales narrarunt, hæc scripsit: « Nam quum quærat Plato principia rerum, primus numerus videbatur ipsi naturâ esse aliorum principium. Etenim lineæ terminos, puncta, et puncta esse unitates habentes positionem. Equidem sine linea nec superficies est, nec solidum. At numerus et sine his esse potest. Parem igitur numerum quum primum esse aliorum natura censuit, etiam ipsum esse principium putavit, et principia

Digitized by Google

μακρόν, ὡς ἐκ μακροῦ τινὸς καὶ βραχέος τὴν γένεσιν ἔχοντος τοῦ μήκους, ἅ ἐστι μέγα καὶ μικρόν, ἢ ὡς πάσης γραμμῆς ἐν τῷ ἑτέρῳ τούτων οὔσης, τοῦ δὲ ἐπιπέδου τὸ στενὸν καὶ πλατύ, ἃ καὶ αὐτά ἐστι μέγα καὶ μικρόν.

Pseudo Alexand. in Arist. Metaph. XII, 9, p. 756, 10 Bon. : Λέγει δὲ ὅτι βουλόμενοι καὶ τὰ μεγέθη παράγειν ἀπὸ τῶν δύο ἀρχῶν, τοῦ τε ἑνὸς καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος, ἐκ μὲν τῆς δυάδος φασὶ τήν τε γραμμὴν τὸ μακρὸν καὶ βραχὺ λαβεῖν, τό τε ἐπίπεδον τὸ πλατὺ καὶ στενόν, τό τε στερεὸν τὸ βαθὺ καὶ ταπεινόν· ταῦτα γὰρ τὸ μακρὸν καὶ βραχὺ καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη ἐκάλουν τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ τοῦ ἐν τῇ ἀορίστῳ δυάδι. Τὴν δὲ κατὰ τὸ ἕν, φησίν (in l. l. Metaph. scil. § 13), ἀρχὴν οὐχ ὁμοίως εἰσῆγον ἅπαντες, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτοὺς τοὺς ἀριθμοὺς τὰ εἴδη τοῖς μεγέθεσιν ἔλεγον ἐπιφέρειν, οἷον δυάδα μὲν γραμμῇ, τριάδα δὲ ἐπιπέδῳ, τετράδα δὲ στερεῷ (τοιαῦτα γὰρ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας ἱστορεῖ περὶ Πλάτωνος, δι' ὃ καὶ ἐνταῦθα βραχέως καὶ συντόμως τὴν τούτων ἐξέθετο διάνοιαν), οἱ δὲ μεθέξει τοῦ ἑνὸς τὸ εἶδος ἀπετέλουν τῶν μεγεθῶν, quæ ad verbum cum Syriani commentario consentiunt; cf. Brandis, *Diatribe*, etc., p. 43.

Cum his conferenda sunt quæ habet Themistius in Paraphr. de Anima, f. 66 verso, t. II, p. 20, 20 ed. Spengel. : Τοὺς ἀριθμοὺς δὲ ἐκείνους εἶδη τῶν ὄντων ἐτίθεντο ... τοῦ μὲν οὖν αὐτοζώου, τουτέστι τοῦ κόσμου τοῦ νοητοῦ, στοιχεῖα τὰ πρῶτα ἐποίουν τῶν εἰδητικῶν ἀριθμῶν, τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδέαν καὶ τὴν τῆς πρώτης δυάδος καὶ τὴν τῆς πρώτης τριάδος καὶ τὴν τῆς πρώτης τετράδος. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ νοητῷ κόσμῳ δεῖ πάντως τὰς ἀρχὰς παρεμφαίνεσθαι τοῦ αἰσθητοῦ, ὁ δὲ αἰσθητὸς ἐκ μήκους ἤδη καὶ πλάτους καὶ βάθους, τοῦ μὲν μήκους ἰδέαν εἶναι τὴν πρώτην ἀπεφήναντο δυάδα· ἀπὸ γὰρ ἑνὸς ἐφ' ἓν τὸ μῆκος, τουτέστιν ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον· τοῦ δὲ μήκους ἅμα καὶ πλάτους τὴν πρώτην τριάδα, πρῶτον γὰρ τῶν ἐπιπέδων σχημάτων ἐστὶ τὸ τρίγωνον· τοῦ δὲ μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους τὴν πρώτην τετράδα· πρῶτον γὰρ τῶν στερεῶν ἐστιν ἡ πυραμίς. Ταῦτα δὲ ἅπαντα λαβεῖν ἔστιν ἐκ τῶν περὶ Φύσεως Ξενοκράτους.

Ad ipsos Aristotelis libros περὶ τ'Ἀγαθοῦ referenda esse censeo quæ habent Themistius Paraphr. in Arist. Phys. IV, 2, fol. 37 verso (p. 371, B, 20 Brand., t. I, p. 259, 22 Spengel.) : Καίτοι τὴν ὕλην ἄλλως μὲν ἐν Τιμαίῳ φησὶ δέχεσθαι τὰ εἴδη, ἄλλως δὲ ἐν τοῖς ἀγράφοις δόγμασιν· ἐκεῖ μὲν γὰρ κατὰ μέθεξιν, ἐν τοῖς ἀγράφοις δὲ καθ' ὁμοίωσιν. Ἀλλ' ὅμως, ὅπερ εἶπον, δόξειεν ἂν ταὐτὸν ἀποφαίνεσθαι ὕλην καὶ τόπον, et Simplicius ib. fol. 126 recto : Ἄλλον δὲ τρόπον ἐν Τιμαίῳ τὴν ὕλην καὶ ἄλλον ἐν ταῖς ἀγράφοις συνουσίαις ὀνομάσαι φησίν. Ἐν Τιμαίῳ μὲν γὰρ τὴν ἀπειρότητα τοῦ νοητοῦ· ἐν δὲ ταῖς ἀγράφοις συνουσίαις μέγα καὶ μικρὸν ἐκάλει, et iterum fol. 127 recto : Τὸ δὲ μεθεκτικὸν ἐν μὲν ταῖς ἀγράφοις περὶ τ'Ἀγαθοῦ συνουσίαις μέγα καὶ μικρὸν ἐκάλει, testari videtur Joannes Philoponus IV, p. 10 (p. 371, B, 23), qui ad eundem Aristotelis locum hæc habet : Τουτέστιν ἄλλως ἐν τῷ Τιμαίῳ τὴν ὕλην ὀνομάζων καὶ ἄλλως ἐν τοῖς ἀγράφοις δόγμασιν, τουτέστιν ἐν ταῖς ἀγράφοις συνουσίαις· ἐν αὐταῖς γὰρ μέγα καὶ μικρὸν ἐκάλει τὴν ὕλην ... τὰς δὲ ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἀπε-

---

primi numeri cujuscunque etiam numeri principia esse censuit. Sed primus numerus est dualitas, cujus principia dixit esse unum, magnum et parvum. Nam quatenus dualitas est, multitudinem et paucitatem in se retinet, quatenus vere duplum est, in ipsa multitudo est. Nam multitudo est excessus et magnitudo aliquod duplum et quatenus dimidium paucitas est : ideo excessum et defectum magnum et parvum esse in ipsa secundum hæc posuit, quatenus vero utraque pars ejus est unitas, et ipsa dualitas una quædam forma quum participet unitate, ideo principia dualitatis dixit esse unum, magnum et parvum. Verum dualitatem esse indefinitam quæ participat magno et parvo, vel majore et minore, quum habeat magis et minus. Nam secundum intensionem et remissionem hæc procedentia non stant, sed procedunt in indefinitatem infinitudinis. Quia igitur primus numerus est dualitas et hujus principium est unum, magnum et parvum, et omnis numeri eadem principia esse necesse est. Sed numeri sunt elementa omnium, quæ sunt; quare et omnium principium est unum et magnum atque parvum, vel indeterminata dualitas. Etenim unusquisque numerorum quatenus est unum aliquid et definitum, uno participat, sed quatenus dividitur, quum etiam multitudo sit, indeterminatæ dualitatis. Plato autem dixit et ideas numeros. Merito igitur principia numeri et idearum principia fecit. Sed dualitatem naturam infiniti esse dixit, quia magnum et parvum non sunt determinata, vel magis et minus. Sed habent magis et minus quæ in infinitum procedunt. » Sic ergo quum dicat Aristoteles, in quibus Pythagorei et in quibus Plato posuere infinitum, deinceps narrat quid esse infinitum dixere Pythagorei et propter quid.

Plato quum dicat in sermone de Bono magnum et parvum materiam, quam et infinitam dixit, et ultro contineri omnia sensilia ab ipso infinito et ignota esse ob materiam et infinitum et habere naturam fluxilem, consequens, inquit, huic videtur illud, scilicet etiam in intelligibilibus redigi sub parvo et magno ibi principium, quod est ipsa dualitas indeterminata, quæ ipsa quoque principium est cum uno, quod est cujuscunque numeri principium et rerum omnium. Nam numeri et ideæ sunt. Consequens igi-

Digitized by Google

γράψατο. Locum Joannis Philoponi in Arist. de Gen. et corrupt. II, 3, supra jam attulimus. Inde et illud vides satis verisimiliter hinc fluxisse quæ apud Asclepium in Aristotelis Metaphys. I, p. 567, A, 24 leguntur : Καιτοι μέντοι γε οὔ φαμεν εἶναι ἰδέας· τὰ γὰρ καικὰ τῷ ὄντι ἀνυπόστατα ὑπάρχουσι καὶ παρυφίστανται, ὡς λέγεται ἐν ταῖς Πλατωνικαῖς συνουσίαις.

4. (130.)

Alexand. Aphrod. in Arist. Metaphys. I, 6, § 7, p. 45, 8 Bon. : Ζητήσαι δ' ἂν τις πῶς λέγοντος Πλάτωνος καὶ ποιητικὸν αἴτιον, ἐν οἷς λέγει· « τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε καὶ δεῖξαι ἔργον » (Timæus p. 28, C), ἀλλὰ καὶ τὸ οὗ ἕνεκεν καὶ τέλος, δι' ὧν πάλιν λέγει· « περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἔστι κἀκείνου ἕνεκα πάντα » (Epist. II, p. 312, E), οὐδετέρου τούτων τῶν αἰτίων ἐμνημόνευσεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ δόξῃ τῇ Πλάτωνος; ἢ ὅτι ἐν οἷς περὶ αἰτίων ἔλεγεν, οὐδενὸς τούτων ἐμέμνητο, ὡς ἐν τοῖς περὶ τ'Ἀγαθοῦ δέδειχεν· ἢ ὅτι τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ οὐ τίθεται ταῦτα αἴτια, ἀλλ' οὐδὲ ἐξειργάσατό τι περὶ αὐτῶν.

5. (131.)

Vita Aristot. cod. Marciani, p. 7 ed. Robbe, Lugd. Bat. 1861 : Καθόλου γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης τὸ ἦ[θος μέτριος γέ]γονεν, εἰ ἐν μὲν ταῖς Κατηγορίαις φησὶ μὴ δεῖν προχείρως ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ πολλάκις ἐπεσκεμμένον, καὶ μὴ[ν οὐδὲ διαπορ]εῖν μόνον ἄχρηστον εἶναι· καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἀγαθοῦ « δεῖ μεμνῆσθαι ἄνθρωπον ὄντα οὐ μόνον [εὐδαίμονα ἀλλὰ] καὶ τὸν ἀποδεικνύντα »· καὶ ἐν τοῖς Ἠθικοῖς Νικομαχείοις, etc.

Paulo aliter Rosius qui ipse codicem, cujus apographo a Cobeto confecto usus est editor Batavus, tractavit : Κα[ὶ μάλα δὴ] ὁ Ἀριστοτέλης τὸ ἦ[θος μέτριος γέ]γονεν, εἰ ἐν μὲν ταῖς Κατηγορίαις φασὶ μὴ δεῖν προχείρως ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ πολλάκις ἐπεσκεμμένον, καὶ μὴ [ἀπορ]εῖν μόνον ἄχρηστον εἶναι· καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ δε[ῖ μεμν]ῆσθαι ἄνθρωπον ὄντα οὐ μόνον τὸν εὐ[τυχοῦντα ἀλλ]ὰ καὶ τὸν ἀποδεικνύντα κτλ.

ΠΕΡΙ ΙΔΕΩΝ.

Titulus libri : *de Ideis utrum existant nec ne, libri III*, præcedit in indice Dschemaluddini (14) mentionem *Compendii operis Platonici de Regimine civitatum* (*Aristotelis libri specierum tres utrum existant nec ne* apud Hadschi Khalf. V,

---

tur est illud in his, quæ apprehenduntur intelligentia sub illo quod in illis infinitum et ignotum est, cuntineri et determinari intelligibilia, quum sint natura nota et certa, quandoquidem sint formæ.

Explicat istorum placitum quod in libris quoque de Philosophia (*seu potius de Bono*) exposuit. Volentes igitur entia ad principia quæ ipsi statuebant redigere, erant autem his entium principia magnum et parvum, quam indefinitam dualitatem vocabant, in hanc ergo cuncta redigere volentes, longitudinis principia breve et longum esse dicebant, quasi ex longo quodam et brevi (i. e. magno et parvo) longitudo generetur, vel quasi tota linea sit in horum altero, plani autem angustum et latum quæ et ipsa magnum et parvum sunt.

Volentes, inquit, magnitudines a duobus principiis deducere, uno scilicet et indefinita dualitate, ex dualitate quidem dicunt lineam ipsam longum et breve accipere, superficiem angustum et latum, solidum altum et depressum. Has enim vocabant species magni et parvi, quod est in indeterminata dualitate; principium vero quod est per ipsum unum non similiter, inquit, omnes inducebant, sed hi quidem numeros ipsos species dicebant magnitudinibus afferre, ut binarium quidem lineæ, ternarium superficiei, quaternarium autem solido; hujuscemodi enim narrat in libris de Philosophia de Platone, quare et hic brevius et concisius hanc eorum exposuit opinionem, alii vero participatione unius, speciem perficiebant magnitudinum.

4.

Sed quærat aliquis, quum Plato causam efficientem dixerit in eo loco ubi ait : « Operæ pretium est igitur effectorem ac patrem universi invenire ac demonstrare », nec cujus causa et finem prætermiserit, ubi rursus dixit : « Penes omnium regem cuncta sunt, et omnia illius causa », cur Aristoteles nullius harum causarum in Platonica opinione mentionem fecerit? Utrum quia Plato quum de causis loqueretur hanc utramque retinuit, ut docuit Aristoteles in libro de Bono? An quia nascentium et intereuntium has causas non ponit; nec de ipsis accuratius edisserit?

5.

Aristoteles in libris de Bono : Oportet reminisci hominem esse non eum solum qui fortunatus est, sed et eum qui demonstrat.

DE IDEIS.

1.

Et quidem Aristotelem non plura his adversus idearum

Digitized by Google

109). Huic respondet apud Diogenem (54) περὶ τῆς Ἰδέας α' et apud Anonymum (40) περὶ Ἰδέας α'. Duos fuisse libros Alexandri testimonio usus affirmat Syrianus (cf. fr. 1); contra Platonis doctrinam vero conscriptos auctor commentarii in Metaphysica quem secutus est Schol. ad Dionysii Thracis Grammaticam (cf. fr. 2). Inde mirari jure licet horum librorum nullam factam esse mentionem in locis Procli et Plutarchi (cf. fr. 34), in quibus Aristotelis scripta enumerantur quæ Platonicam idearum doctrinam impugnaverant. Vix igitur dubitandum erit quin hîc Rosii sequenda sit sententia conjicientis supposititios fuisse libros, præsertim quum, licet diversi fuerint a libris M et N Metaphysicorum, tamen eadem quæ in his prolata erant continuisse videantur; cf. Syrianus et Pseudo-Alexander in fr. 1.

www.libtool.com.cn

1. (132.)

Syrianus in Metaphys. XI, 5 fin. (Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἰδεῶν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ διὰ λογικωτέρων καὶ ἀκριβεστέρων λόγων ἔστι πολλὰ συναγαγεῖν ὅμοια τοῖς τεθεωρημένοις), p. 303, 33 Brandis., Schol. in Metaphys. Berol. 1837 : Ὅτι μὲν τούτων οὐδὲν πλέον εἰπεῖν ἔχει πρὸς τὴν τῶν εἰδῶν ὑπόθεσιν δηλοῖ καὶ τὸ πρῶτον ταύτης τῆς πραγματείας βιβλίον καὶ τὰ περὶ τῶν εἰδῶν αὐτῷ πεπραγματευμένα δύο βιβλία· σχεδὸν γὰρ ταὐτὰ ταῦτα πανταχοῦ τὰ ἐπιχειρήματα μεταφέρων καὶ ποτὲ μὲν αὐτὰ κατακερματίζων καὶ ὑποδιαιρῶν, ποτὲ δὲ συντομώτερον ἀπαγγέλλων πειρᾶται τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ φιλοσόφους εὐθύνειν. Similia e cod. Paris. 1895 leguntur apud Ravaisson, *Essai sur la Métaph.* t. I, p. 75.

Syrianus in Metaph. XIII, 6, 10 (Τὰ μὲν οὖν συμβαίνοντα ταῦτά τε κἂν ἔτι πλείω συναχθείη) apud Brandis, *de perdit. Arist. libr. de Ideis et de Bono*, Bonn. 1823, p. 14 : Ταῦτά ἐστιν ἃ ἐν τούτοις ἀντιλέγει ταῖς τῶν Πυθαγορείων καὶ Πλατωνικῶν ἀνδρῶν θεωρίαις, ἃ δὴ περιέχει καὶ τὰ ἐν τῷ μείζονι τῶν α' ῥηθέντα, ὡς καὶ ὁ ὑπομνηματιστὴς Ἀλέξανδρος ὑπεσημήνατο. Διὸ καὶ ἡμεῖς τούτοις ἐπιστήσαντες οὐδ' ἐκεῖνα παραλελοιπέναι νομίζομεν, οὐ μὴν οὐδ' ὅσα ἐν τοῖς περὶ Εἰδῶν δύο βιβλίοις πρὸς αὐτοὺς εἴρηκε· σχεδὸν γὰρ κἀκεῖ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἀνακυκλοῖ. Cf. Pseudo-Alexand. ad h. l. p. 815, 15 Bonitz. : Τὰ μὲν οὖν συμβαίνοντα... τὰ ῥηθέντα ἐστί, καὶ ἔτι πλείω τούτων συναχθείη, τὰ περὶ τῶν Εἰδῶν γραφέντα αὐτῷ δύο βιβλία, ἄλλα ὄντα παρὰ τὸ μ' καὶ ν' καὶ ἕκτος τῆς Μετὰ τὰ φυσικὰ συντάξεως· et excerpt. e Pseudo-Philopono apud Ravaisson, l. l. p. 75.

2. (133.)

Schol. ad Dionys. Thrac. Gramm. apud Bekker. Anecd. gr. t. II, p. 660, 32 : Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ ὅροι τῶν καθόλου καὶ ἀεὶ μενόντων εἰσίν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης εἴρηκεν ἐν τῷ (corr. τοῖς) περὶ Ἰδεῶν, ἃ πρὸς τὰς Πλάτωνος ἰδέας ἐστὶν αὐτῷ πεποιημένα. Τὰ μὲν μερικὰ πάντα μεταβάλλουσι καὶ οὐδέποτε ὡσαύτως ἔχουσι, τὰ δὲ καθόλου ἄτρεπτα καὶ ἀΐδιά ἐστιν.

Hæc ad commentarium in Metaphysica retulit Bournot, in commentatione : *Platonica Aristotelis opuscula*, Putbus. 1853 editn, p. 5, collato Asclepio in Metaphys. I, 9, 2 (ἐξ ἐνίων μὲν γὰρ οὐκ ἀνάγκη γίγνεσθαι συλλογισμόν), p. 563, A, 23 Brand. : Τέσσαρα οὖν αἴτια ὑπάρχουσι τὰ δεικνύντα ὅτι αἱ ἰδέαι ὑπάρχουσιν, ἀλήθεια, μονὴ καὶ μνήμη, ἀριθμός, καὶ ὁρισμός. Ἐκ μὲν οὖν τῆς ἀληθείας οὕτω κατεσκεύαζον ὅτι ὑπάρχουσιν αἱ ἰδέαι. Ἔλεγον γὰρ οὕτως ὅτι ἐνταῦθα οὐκ ἔστι καθαρὰ ἀλήθεια, ἀλλ' ἔχει μεμιγμένον τὸ ψεῦδος καὶ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια. Ὁμολόγηται δὲ ὅτι ἔστιν ἀλήθεια· ἐὰν γὰρ μὴ ᾖ ἀλήθεια, οὐδ' ἄλλο τί ἐστιν, εἴ γε ἐκ τῆς ἀληθείας τὰ ἄλλα προέρχεται. Φανερὸν οὖν ὅτι ὑπάρχουσιν αἱ ἰδέαι· παρ' αὐταῖς γὰρ σώζεται τὸ ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν πάντων τῶν πραγμάτων, ὥστε καὶ ἡ κυρίως ἀλήθεια. Πάλιν δέ φασιν ὅτι εἰ μή ἐστιν ἐνταῦθα μονὴ, μηδὲ καθαρὰ μνήμη διὰ τὸ ῥευστὸν τῆς ὕλης· ἡ γὰρ ῥεῦσις αὕτη οὐκ ἐᾷ μόνιμον εἶναι καὶ στάσιμον τὴν μνήμην· ἔστι δὲ ὁμολογουμένως καθαρὰ μνήμη καὶ εἰλικρινὴς καὶ ἀθόλωτος καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσα, ἔστιν ἄρα ἰδέα μνήμης παρὰ τῷ δημιουργῷ, ἐπειδὴ καὶ δεῖ εἶναι τὴν ὄντως μνήμην,

---

suppositionem habuisse dicere, ostendit et primus Metaphysicorum liber et duo ab ipso compositi de Ideis libri. Fere enim has easdem ubique argumentationes transferens, quandoque in minuta secans et subdividens, quandoque vero compendiosius enuntians, tentat antiquiores se dirigere philosophos.

Hæc sunt quæ in his (*in libro XIII Metaphysicorum*) contradicit Pythagoricorum et Platonicorum speculationibus Aristoteles, quæ certe complectuntur et ea quæ in majore α' sunt dicta, ut et commentator Alexander commentatus est. Ideo et nos hæc adnotantes neque illa dereliquisse putamus, verum nec quæcunque in duobus libris de Ideis contra ipsos dixit. Fere enim etiam ibi hæc eadem repetit. Quare jure per eadem utique fuerit etiam ad illa occursus.

2.

Notandum est definitiones universalium et eorum esse quæ semper manent, ut et Aristoteles dixit in libris de Ideis, quos contra Platonis ideas conscripsit. Particularia omnia mutantur et nunquam eodem modo se habent, universalia autem immobilia et æterna sunt.

Digitized by Google

ἐξ ἧς πᾶσι τοῖς ἄλλοις τὸ εἶναι. Ἔπειτα καὶ ἐκ τῶν ἀριθμῶν. Εἰ γὰρ τὰ ἐνταῦθα πάντα ἀριθμητὰ ὑπάρχουσιν, εἰσὶ δὲ καὶ ἀριθμοὶ αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς μετροῦντες τὰ ἀριθμητά, ἐπεὶ οὐδὲ ἀριθμητὰ ὑπάρχουσι μὴ ὄντων τῶν ἀριθμῶν τῶν ἀριθμούντων, φανερὸν ὅτι ὑπάρχουσιν ἰδέαι· οἱ γὰρ κυρίως ἀριθμοὶ οἱ μετρητικοὶ παρὰ τῷ δημιουργῷ ὑπάρχουσι. Πάλιν δὲ καὶ ἐκ τῶν ὁρισμῶν. Τὰ γὰρ ἐνταῦθα ἀόριστα ὑπάρχουσιν, οἱ δὲ κυρίως ὅροι τῶν ἀϊδίων πραγμάτων ὑπάρχουσι καὶ τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων καὶ μὴ ποτὲ μὲν ὄντων ποτὲ δὲ μὴ ὄντων, τὰ δὲ ἐνταῦθα τοιάδε· εἰ οὖν ὑπάρχουσιν ὁρισμοί, φανερὸν ὅτι καὶ ἰδέαι ὑπάρχουσι, et Alexandro Aphrod. ib. p. 58, 26 Bonitz., qui eadem brevius : Ἤ τινας τῶν λεγομένων λόγων ὑπ' αὐτῶν ὡς τέλειον ψευδεῖς καὶ μηδὲν δεικνύντας αἰτιᾶται, οἷος εἴη ἂν ὁ λέγων, εἰ ἔστι τι τἀληθές, εἴη ἂν τὰ εἴδη· τῶν γὰρ ἐνταῦθα οὐδὲν ἀληθές· καὶ εἰ μνήμη ἔστιν, ἔστι τὰ εἴδη· ἡ γὰρ μνήμη τοῦ μένοντος. Καὶ ὁ τὸν ἀριθμὸν ὄντος εἶναι λέγων, ταῦτα δὲ οὐκ ὄντα, εἰ δέ, τῶν εἰδῶν· ἔστιν ἄρα τὰ εἴδη· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τοὺς ὁρισμοὺς τῶν ὄντων εἶναι λέγων, τούτων δὲ μηδὲν εἶναι. Οἱ δὲ τοιοῦτοι λόγοι ψευδεῖς τε καὶ τὸ δέον οὐδὲν δεικνύντες· διὸ τῶν μὲν τοιούτων οὐδενὸς μνημονεύει νῦν, εὐθύνει δέ τινας τῶν δοκούντων τι δεικνύναι

3. (134.)

Alexand. Aphr. in Arist. Metaph. I, 9, 2 (Ἐξ ἐνίων δὲ καὶ οὐχ ὧν οἰόμεθα τούτων εἴδη γίγνεται. Κατά τε γὰρ τοὺς λόγους τοὺς ἐκ τῶν ἐπιστημῶν εἴδη ἔσται πάντων ὅσων ἐπιστῆμαί εἰσι, καὶ κατὰ τὸ ἓν ἐπὶ πολλῶν καὶ τῶν ἀποφάσεων, κατὰ δὲ τὸ νοεῖν τι φθαρέντος τῶν φθαρτῶν· φάντασμα γάρ τι τούτων ἐστίν), p. 59, 6 Bon. : Πλεοναχῶς μὲν ταῖς ἐπιστήμαις πρὸς τὴν τῶν ἰδεῶν κατασκευὴν προσεχρήσαντο, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ἰδεῶν λέγει· ὧν δὲ νῦν μνημονεύειν ἔοικε λόγων εἰσὶ τοιοῦτοι. Εἰ πᾶσα ἐπιστήμη πρὸς ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ ἐπαναφέρουσα ποιεῖ τὸ αὐτῆς ἔργον καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν καθ' ἕκαστον, εἴη ἄν τι ἄλλο καθ' ἑκάστην παρὰ τὰ αἰσθητὰ ἀΐδιον καὶ παράδειγμα τῶν καθ' ἑκάστην ἐπιστήμην γινομένων· τοιοῦτον δὲ ἡ ἰδέα. Ἔτι ὧν ἐπιστῆμαί εἰσι, ταῦτα ἔστιν· ἄλλων δέ τινων παρὰ τὰ καθ' ἕκαστά εἰσιν αἱ ἐπιστῆμαι, ταῦτα γὰρ ἄπειρά τε καὶ ἀόριστα, αἱ δὲ ἐπιστῆμαι ὡρισμένων (ita conj. Bon. pro ὡρισμένον)· ἔστιν ἄρα τινὰ παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα, ταῦτα δὲ αἱ ἰδέαι. Ἔτι εἰ ἡ ἰατρικὴ οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη τῆσδε τῆς ὑγιείας ἀλλ' ἁπλῶς ὑγιείας, ἔσται τις αὐτοῦγίεια· καὶ εἰ ἡ γεωμετρία μὴ ἔστι τοῦδε τοῦ ἴσου καὶ τοῦδε τοῦ συμμέτρου ἐπιστῆμη ἀλλ' ἁπλῶς ἴσου καὶ ἁπλῶς συμμέτρου, ἔσται τι αὐτόϊσον καὶ αὐτοσύμμετρον, ταῦτα δὲ αἱ ἰδέαι. Οἱ δὴ τοιοῦτοι λόγοι τὸ μὲν προκείμενον οὐ δεικνύουσιν, ὃ ἦν τὸ ἰδέας εἶναι, ἀλλὰ δεικνύουσι τὸ εἶναί τινα παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα καὶ αἰσθητά. Οὐ πάντως δέ, εἴ τινα ἔστιν ἃ εἰσὶ παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα, ταῦτά εἰσιν ἰδέαι· ἔστι γὰρ παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα τὰ κοινά, ὧν φαμὲν καὶ τὰς ἐπιστήμας εἶναι... Paulo post p. 59, 32 ita pergit : Χρῶνται καὶ τοιούτῳ λόγῳ εἰς κατασκευὴν τῶν ἰδεῶν. Εἰ ἕκαστος τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἄνθρωπός ἐστι καὶ τῶν ζώων ζῷον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως, καὶ οὐκ ἔστιν ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν αὐτὸ αὐτοῦ τι κατηγορούμενον, ἀλλ' ἔστι τι ὃ καὶ πάντων αὐτῶν κατηγορεῖται οὐδενὶ αὐτῶν ταὐτὸν ὄν, εἴη ἄν τι τούτων παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα ὄντα ὃν κεχωρισμένον αὐτῶν ἀΐδιον· ἀεὶ γὰρ ὁμοίως κατηγορεῖται πάντων τῶν κατ' ἀριθμὸν ἀλλασσομένων. Ὃ δὲ ἕν ἐστιν ἐπὶ πολλοῖς κεχωρισμένον τε αὐτῶν καὶ ἀΐδιον, τοῦτ' ἐστὶν ἰδέα· εἰσὶν ἄρα ἰδέαι. Τοῦτόν φησι ἐν λόγον κατασκευάζειν ἰδέας καὶ τῶν ἀποφάσεων καὶ τῶν μὴ ὄντων... p. 60, 32 : Ὁ λόγος ὁ ἀπὸ τοῦ νοεῖν κατασκευάζων τὸ εἶναι ἰδέας τοιοῦτός ἐστιν. Εἰ ἐπειδὰν νοῶμεν ἄνθρωπον ἢ πτῆνον ἢ ζῷον, τῶν ὄντων τέ τι νοοῦμεν καὶ οὐδὲν τῶν καθ' ἕκαστον, καὶ γὰρ φθαρέντων μένει ἡ αὐτὴ ἔννοια, δῆλον ὡς ἔστι παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα καὶ αἰσθητά, ὃ καὶ ὄντων ἐκείνων καὶ μὴ ὄντων νοοῦμεν· οὐ γὰρ δὴ ὄν τι νοοῦμεν τότε. Τοῦτο δὲ εἶδός τε καὶ ἰδέα ἐστίν.

3.

Multifariam scientiis usi sunt ad asserendas ideas, ut in primo de Ideis dicit. Rationes autem, quarum hoc in loco meminisse videtur, hujusmodi sunt. Omnis scientia ad aliquid unum et idem relata, officio suo fungitur, sed non refertur ad aliquod singulare : ergo præter sensibilia aliquid est in unaquaque sempiternum et exemplar eorum quæ in quaque scientia efficiuntur; hoc autem est idea. Præterea quarum rerum scientiæ habentur, eæ res sunt; scientiæ autem aliorum quam singularium habentur, nam singularia sunt infinita et indeterminata, scientiæ vero sunt definitorum: sunt ergo aliqua præter singularia, et hæc sunt ideæ. Ad hæc medicina non est scientia hujus sanitatis, sed sanitatis simpliciter, est igitur aliqua ipsisanitas. Item geometria non est hujus æqualis et hujus commensurabilis, sed simpliciter æqualis et commensurabilis, est igitur quiddam ipsiæquale et ipsicommensurabile. Hæc porro sunt ideæ. Itaque hujusmodi rationes propositum, hoc est ideas esse non conficiunt, licet aliqua esse arguant præter singularia et sensibilia, quæ tamen non protinus sunt ideæ : nam communia, quorum scientias esse dicimus, præter singularia sunt.

Hujusmodi quoque ratione ad asserendum ideas utuntur. Si multorum hominum quisque homo est, animalium animal, quæ eadem in ceteris est ratio et nihil de se ipso dicitur, sed aliquid est diversum a singulis, quod de omnibus ipsis dicitur, aliquid igitur est præter singularia sejunctum ab ipsis et sempiternum : semper enim pariter

Digitized by Google

Φησὶ δὴ τοῦτον τὸν λόγον καὶ τῶν φθειρομένων τε καὶ ἐφθαρμένων καὶ ὅλως τῶν καθ' ἕκαστά τε καὶ φθαρτῶν ἰδέας κατασκευάζειν.

www.ertool.com.cn

4. (135.)

Alexand. Aphr. in Ar. Metaph. l. l. § 3 (Ἔτι δὲ οἱ ἀκριβέστεροι τῶν λόγων οἱ μὲν τῶν πρός τι ποιοῦσιν ἰδέας, ὧν οὔ φαμεν εἶναι καθ' αὑτὸ γένος, οἱ δὲ τὸν τρίτον ἄνθρωπον λέγουσιν), p. 62, 12 Bon. : Ὁ δὲ λόγος ὁ τὸν τρίτον ἄνθρωπον εἰσάγων τοιοῦτος. Λέγουσι τὰ κοινῶς κατηγορούμενα τῶν οὐσιῶν κυρίως τε εἶναι τοιαῦτα καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἴσα. Ἔτι τὰ ὅμοια ἀλλήλοις τοῦ αὐτοῦ τινὸς μετουσίᾳ ὅμοια ἀλλήλοις εἶναι, ὃ κυρίως ἐστὶ τοῦτο· καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἰδέαν. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, καὶ τὸ κατηγορούμενον τινῶν κοινῶς, ἂν μὴ ταὐτὸν ᾖ ἐκείνων τινὶ ὧν κατηγορεῖται, ἄλλο τί ἐστι παρ' ἐκεῖνα, διὰ τοῦτο γὰρ γένος ὁ αὐτοάνθρωπος ὅτι κατηγορούμενος τῶν καθ' ἕκαστα οὐδενὶ αὐτῶν ἦν ὁ αὐτὸς, τρίτος ἄνθρωπος ἔσται τις παρά τε τὸν καθ' ἕκαστα, οἷον Σωκράτη καὶ Πλάτωνα, καὶ παρὰ τὴν ἰδέαν, ἥτις καὶ αὐτὴ μία κατ' ἀριθμόν ἐστιν. Eadem tangit p. 62, 33 : Δείκνυται καὶ οὕτως ὁ τρίτος ἄνθρωπος. Εἰ τὸ κατηγορούμενον τινῶν πλειόνων ἀληθῶς καὶ ἔστιν ἄλλο παρὰ τὰ ὧν κατηγορεῖται, κεχωρισμένων αὐτῶν, τοῦτο γὰρ ἡγοῦνται δεικνύναι οἱ τὰς ἰδέας τιθέμενοι· (διὰ τοῦτο γάρ ἐστί τι αὐτοάνθρωπος κατ' αὐτοὺς, ὅτι ὁ ἄνθρωπος κατὰ τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων πλειόνων ὄντων ἀληθῶς κατηγορεῖται καὶ ἄλλος τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων ἐστίν) — ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἔσται τις τρίτος ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ ἄλλος ὁ κατηγορούμενος ὧν κατηγορεῖται καὶ κατ' ἰδίαν ὑφεστώς, κατηγορεῖται δὲ κατά τε τῶν καθ' ἕκαστα καὶ κατὰ τῆς ἰδέας ὁ ἄνθρωπος, ἔσται τρίτος τις ἄνθρωπος παρά τε τοὺς καθ' ἕκαστα καὶ τὴν ἰδέαν. Οὕτως δὲ καὶ τέταρτος ὁ κατά τε τούτου καὶ τῆς ἰδέας καὶ τῶν καθ' ἕκαστα κατηγορούμενος, ὁμοίως δὲ καὶ πέμπτος καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. Ἔστι δὲ ὁ λόγος οὗτος τῷ πρώτῳ ὁ αὐτός, ἐπεὶ ἔθεντο τὰ ὅμοια τοῦ αὐτοῦ τινὸς μετουσίᾳ ὅμοια εἶναι· ὁμοιοι γὰρ οἵ τε ἄνθρωποι καὶ αἱ ἰδέαι... Τῇ μὲν οὖν πρώτῃ τοῦ τρίτου ἀνθρώπου ἐξηγήσει (cf. Alexandr. p. 62, 12 sqq.) ἄλλοι τε κέχρηνται καὶ Εὔδημος σαφῶς ἐν τοῖς περὶ Λέξεως, τῇ δὲ τελευταίᾳ αὐτὸς ἔν τε τῷ τετάρτῳ (corr. πρώτῳ) περὶ Ἰδεῶν καὶ ἐν τούτῳ μετ' ὀλίγον, scil. § 5 : Καὶ εἰ μὲν ταὐτὸ εἶδος τῶν ἰδεῶν καὶ τῶν μετεχόντων, ἔσται τι κοινόν, ubi hæc Alexander, p. 68, 25 : ἔστι δὲ τὸ νῦν λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ, ὃ ἐξηγούμενοι, τὸν τρίτον ἄνθρωπον δεύτερον ἐθήκαμεν.

Eosdem libros de Ideis sæpius respicere videtur Alexander in commentariis, quum tamen pluribus verbis utatur quam ut hîc apponi possint ad ea remittere sufficiat quæ apud illum ad Aristotelis Metaph. I, 9, 31 et 15, leguntur, p. 64, 15; 65, 14; 82, 11 Bonitz.

5. (136.)

Alexand. Aphr. in Arist. Metaph. I, 9, 6, p. 72, 13 Bon. : Ὅτι δὲ μὴ ὡς Εὔδοξος ἡγεῖτο καὶ ἄλλοι τινὲς μίξει τῶν ἰδεῶν τὰ ἄλλα, ῥᾴδιόν φησιν (I, 9, 7)

---

dicitur de omnibus, quæ secundum numerum commutantur. Quod autem unum est in pluribus ab ipsis sejunctum et sempiternum, hoc idea est. Sunt igitur ideæ. Ceterum hac ratione ait negationum quoque et non entium ideas esse colligi.

Ratio quæ ideas esse intelligendo arguere molitur, hujusmodi est. Quum hominem intelligimus, aut pedestre, aut animal, aliquid rerum exsistentium intelligimus, sed nullum singulare intelligimus, quum deletis singularibus eadem intelligentia maneat, ergo præter singularia et sensibilia aliquid est, quod illis vel exsistentibus vel non exsistentibus intelligimus. Hoc autem est forma et idea. Hanc ergo rationem ait intereuntium etiam atque interemptorum ad summam sensibilium et mortalium rerum ideas esse confirmare.

4.

Ratio porro qua tertius homo esse colligitur hujusmodi est. Quæ de substantiis communiter dicuntur, ea proprie talia esse aiunt, et hæc esse æqualia. Ad hæc quæ inter se similia sunt, talia esse, qua participant eodem aliquo, quod proprie hoc est, et id esse ideam. Quod si ita est, et quod de quibusdam communiter dicitur, nisi est idem quod aliquid eorum de quibus dicitur, aliquid est præter illa, nam idcirco ipsihomo genus est, quia de singularibus dicitur, et ab illorum quoque discrepat : nimirum tertius quidam homo fuerit præter singularia, ut Socratem et Platonem, et præter ideam, quæ et ipsa una numero est.

Ad hæc tertium hominem esse ad hunc modum ostenditur. Si quod de pluribus vere prædicatur aliquid est diversum ab iis de quibus prædicatur, auctores enim idearum hoc demonstrare rebantur, idcirco enim istis ipsihomo est, quia homo de pluribus singularibus hominibus vere prædicatur, ac proinde diversus a singularibus hominibus est. Si res ergo ita sese habet, profecto ut tertius homo sit, perinde fuerit consentaneum. Nam de singularibus ipsaque idea homo prædicatur, est igitur tertius homo propter singulares ipsamque ideam. Si enim qui prædicatur diversus est ab iis de quibus prædicatur et per se subsistit, homo autem de singularibus atque idea prædicatur, nimirum tertius homo fuerit a singularibus ipsaque idea diversus. Sed hac ratione quartus quoque homo esse confirmabitur qui de hoc et idea singularibusque prædicetur et item quintus et hoc in infinitum. Sed hæc ratio eadem est atque prima; quod incommodum his accidit dum similia alicujus ejusdem participatione similia

Digitized by Google

εἶναι συναγαγεῖν πολλὰ καὶ ἀδύνατα ἑπόμενα τῇ δόξῃ τῇδε. Εἴη δ' ἂν τοιαῦτα. Εἰ μίγνυνται αἱ ἰδέαι τοῖς ἄλλοις, πρῶτον μὲν σώματα ἂν εἶεν· σωμάτων γὰρ ἡ μῖξις. Ἔτι ἔξουσιν ἐναντίωσιν πρὸς ἀλλήλας· ἡ γὰρ μῖξις κατ' ἐναντίωσίν ἐστιν. Ἔτι οὕτως μιχθήσεται ὡς ἢ ὅλην ἐν ἑκάστῳ τῶν οἷς μίγνυνται εἶναι ἢ μέρος. Ἀλλ' εἰ μὲν ὅλη, ἔσται ἐν πλείοσι τὸ ἓν κατὰ τὸν ἀριθμόν· ἓν γὰρ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἡ ἰδέα. Εἰ δὲ πρὸς μέρος, τὸ μέρους τοῦ αὐτοανθρώπου μετέχον, οὐ τὸ αὐτοανθρώπου ἔσται ἄνθρωπος. Ἔτι διαιρεταὶ ἂν εἶεν αἱ ἰδέαι καὶ μερισταὶ, οὖσαι ἀπαθεῖς. Ἔπειτα ἔσται μὲν ὁμοιομερῆ, εἴγε πάντα τὰ ἐχόντά τι μέρος ἐξ αὐτοῦ ὁμοιά ἐστιν ἀλλήλοις· πῶς δὲ οἷόν τε τὰ εἴδη ὁμοιομερῆ εἶναι; οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ μέρος τοῦ ἀνθρώπου ἄνθρωπον εἶναι, ὡς τὸ τοῦ χρυσοῦ μέρος χρυσόν. Ἔτι, ὡς καὶ αὐτὸς ὀλίγον προελθὼν λέγει (I, 9, 9), ἐν ἑκάστῳ οὐ μία ἔσται ἰδέα μεμιγμένη ἀλλὰ πολλαί· εἰ γὰρ ἄλλη μὲν ζῴου ἰδέα, ἄλλη δὲ ἀνθρώπου, ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ ζῷόν ἐστι καὶ ἄνθρωπος, ἀμφοτέρων ἂν μετέχοι τῶν ἰδεῶν· καὶ ὁ αὐτοάνθρωπος δὲ ἰδέα, ᾗ μὲν καὶ ζῷόν ἐστι, μετέχοι ἂν καὶ αὐτὸ τοῦ ζῴου· οὕτως δὲ οὐκέτι ἂν ἁπλαῖ αἱ ἰδέαι εἶεν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν συγκείμεναι, καὶ αἱ μὲν αὐτῶν πρῶται, αἱ δὲ ἐσχαται. Εἰ δὲ μή εἰσι ζῷον, πῶς οὐκ ἄτοπον ἄνθρωπον λέγειν μὴ εἶναι ζῷον; Ἔτι δὲ, εἰ μίγνυται τοῖς πρὸς αὐτὰ οὖσι, πῶς ἂν ἔτι εἶεν παραδείγματα, ὡς λέγουσιν; οὐδὲ γὰρ οὕτως τὰ παραδείγματα ταῖς εἰκόσι τῆς ὁμοιότητος τῆς πρὸς αὐτὰ αἰτία τὸ μεμῖχθαι. Ἔτι τε καὶ συμφθείροιντο ἂν τοῖς ἐν οἷς εἰσι φθειρομένοις. Ἀλλ' οὐδὲ χωρισταὶ ἂν εἶεν αὐταὶ καθ' αὑτὰς, ἀλλ' ἐν τοῖς μετέχουσιν αὐτῶν. Πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲ ἀκίνητοι ἔτι ἔσονται, καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ Ἰδεῶν τὴν δόξαν ταύτην ἐξετάζων ἔδειξεν ἄτοπα ἔχουσαν. Διὰ τοῦτο γὰρ εἶπε τὸ « ῥᾴδιον γὰρ συναγαγεῖν πολλὰ καὶ ἀδύνατα πρὸς τὴν δόξαν ταύτην » (ipsius Aristotelis sunt verba l. l. Metaphys.)· ἐκεῖ γὰρ συνῆκται.

www.libool.com.cn

6. (136ª).

Sextus Empir. adv. Mathem. III, 57 : Ἀλλ' ὅγε Ἀριστοτέλης. . . φησὶ μὴ ἀδιανόητον εἶναι τὸ ὑπὸ τούτων (sc. τῶν γεωμετρῶν) λεγόμενον μῆκος ἀπλατὲς, ἀλλὰ δύνασθαι χωρὶς πάσης περισκελείας εἰς ἔννοιαν ἡμῖν ἐλθεῖν. Ἵστησι δὲ τὸν λόγον ἐπί τινος ἐναργεστέρου ὑποδείγματος καὶ σαφοῦς. Τὸ γοῦν τοῦ τοίχου μῆκος, φησί, λαμβάνομεν μὴ συνεπιβάλλοντες αὐτοῦ τῷ πλατεῖ, διόπερ ἐνέσται καὶ τὸ παρὰ τοῖς γεωμέτραις λεγόμενον μῆκος χωρὶς πλάτους τινὸς ἐπινοεῖν, ἐπείπερ ὄψις τῶν ἀδήλων ἐστὶ τὰ φαινόμενα, πλανώμενος ἢ κατασοφιζόμενος ἡμᾶς . . . . προὔκειτο δὲ τῷ Ἀριστοτέλει παραστῆσαι οὐχ ὅτι τινὸς πλάτους ἀμοιρεῖ τὸ κατὰ τοὺς γεωμέτρας λεγόμενον μῆκος, ἀλλ' ὅτι παντὸς ἐστέρηται πλάτους· ὅπερ οὐκ ἀπέδειξεν. Eadem recurrunt adv. Dogm.

---

esse statuant; homines enim et ideæ similes inter se sunt... At priore quidem tertii hominis expositione, quum alii quidam tum inprimis Eudemus aperte in libro de Dictione utitur, posteriore vero ipse in libro quarto (*primo*) de Ideis, et in hoc paulo post.

5.

Jam vero Eudoxum et quosdam alios falso putasse idearum mixtione cetera constare, hinc planum fieri dicit, quum horum opinionem multa incommoda sequantur, multa etiam quæ fieri non possint. Qualia hæc sunt. Si cum ceteris rebus ideæ miscerentur, primum, ideæ corpora essent: mistio enim corporum est. Deinde oppositionem haberent inter se, quippe quum mistio per contrarietatem efficiatur. Tum ita miscerentur ut vel tota idea in singulis esset quibus misceretur, vel pars ejus. At si tota insit, efficitur ut unum numero in pluribus exsistat, quum idea unum numero sit. Sin autem pars, utique homo erit, quod participat ipsihominis parte, non quod ipsihomine participat. Ad hæc ideæ quæ pati nequeunt dividi, et partiri possent. Præterea similares essent, quum omnia quæ aliquam partem habent ex ipsa sint inter se similia. At formæ quomodo possunt esse similares? quum fieri non possit ut pars hominis sit homo, quemadmodum pars auri aurum. Accedit quod in singulis rebus, ut ipse mox dicet in progressu, non una idea mista, sed plures habebuntur. Si enim alia est animalis, alia hominis idea, homo autem et animal est et homo, profecto homo utraque idea participabit, et ipsihomo idea quatenus animal est, ipsianimali participabit, et sic fiet ut ideæ non simplices sed ex multis constitutæ sint, et aliæ sint priores, aliæ posteriores. Sin autem non sunt animal, quomodo non esset absurdum dicere hominem non esse animal? Item si ideæ cum suis æmulis miscentur, quomodo exemplaria esse possunt, ut isti tradunt? Neque enim exemplaria miscendo suis imaginibus sunt in causa similitudinis. Præterea intereuntibus rebus in quibus habentur, ipsæ simul interciderent. Sed ne separari quidem possent et per se consistere, sed in sui participibus essent, neque essent immobiles et cetera incommoda sequerentur quæ latius persequitur in secundo libro de Ideis, dum hanc opinionem refellit. Idcirco enim dicit: « Est enim perfacile multa absurda ad hujusmodi opinionem impossibiliaque inferre »; illic enim collecta sunt.

6.

Ceterum Aristoteles dicit latitudinis expertem quæ a geometris dicitur longitudinem non esse ejusmodi, ut non possit cogitatione percipi, sed eam in nostram venire posse notionem absque ulla difficultate aut absurditate. Constituit autem rationem in quodam aperto et evidenti exemplo. Parietis, inquit, percipimus longitudinem, non simul attendentes ejus latitudinem, quare licebit

Digitized by Google

III, 412. De deperdito libro sive μαθηματικῷ sive περὶ τῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐσίας cogitabat Fabricius. De quibus tamen, præterquam quod in indicibus nominantur, nihil compertum est.

ΔΙΑΙΡΕΣΕΙΣ.

Platonem in Διαιρέσεσι affert Aristoteles de Gener. et Corrupt. II, 3, 5 : Ἅπαντες οἱ τὰ ἁπλᾶ σώματα στοιχεῖα ποιοῦντες οἱ μὲν ἕν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρία, οἱ δὲ τέτταρα ποιοῦσιν... Οἱ δ' εὐθὺς δύο ποιοῦντες, ὥσπερ Παρμενίδης πῦρ καὶ γῆν, τὰ μεταξὺ μίγματα ποιοῦσι τούτων, οἷον ἀέρα καὶ ὕδωρ. Ὡσαύτως καὶ οἱ τρία λέγοντες, καθάπερ Πλάτων ἐν ταῖς Διαιρέσεσιν· τὸ γὰρ μέσον μῖγμα ποιεῖ. Quænam vero hæ Divisiones fuerint jam frustra quæsisse videntur antiqui philosophi interpretes. Hæc enim ad hunc locum adscripsit Joannes Philoponus fol. 5o verso : Ζητητέον δὲ ποίας καλεῖ Διαιρέσεις, ἐν αἷς διατάττειν φησὶ περὶ τούτων τὸν Πλάτωνα. Ὁ μὲν οὖν ἐξηγητὴς Ἀλέξανδρος λέγει τὰς φερομένας Πλάτωνος Διαιρέσεις νοθεύεσθαι· ὁ δ' Ἀριστοτέλης (φησὶ) περὶ τῶν ἐν τῷ Σοφιστῇ τῷ διαλόγῳ εἰρημένων λέγει, διαιρέσεις καλῶν τὰ ἐν ἐκείνῳ. Ἰστέον δὲ ὅτι πρῶτον μὲν Διαιρέσεις Πλάτωνος ὅλως ἐπιγεγραμμέναι οὐ φέρονται· ἐν δὲ τῷ Σοφιστῇ οὐδὲν φαίνεται τοιοῦτον ὁ Πλάτων λέγων οἷον εἴρηται ἐνταῦθα· οὐδὲ ἔστιν εὑρεῖν τινα αὐτοῦ (αὐτοῦ corrig.) δόξαν τοιαύτην αὐτὸν ἐκτιθέμενον· ὅλως γὰρ οὐδὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐστὶν αὐτῷ σκοπὸς ἐκεῖ διαλεχθῆναι, πλὴν ὅτι καθ' ἱστορίαν διαφόρους δόξας φυσικῶν ἀνδρῶν ἐκτίθεται. Ἀποδεκτέον οὖν μᾶλλον ὅπερ τελευταῖον προστίθησιν ὁ Ἀλέξανδρος, φάσκων περὶ τῶν ἀγράφων δογμάτων τοῦ Πλάτωνος λέγειν τὸν Ἀριστοτέλην, ἅπερ αὐτὸς ἀπεγράψατο, καὶ ταῦτα καλεῖν Διαιρέσεις· ἐν ἐκείνοις τοίνυν ὁ Πλάτων τὸ μέγα καὶ μικρὸν καὶ τὸ μεταξὺ τούτων ὑποτίθεται.

Hæc vero vix ab Alexandro dici potuerunt, quum tria illa elementa Platonis, de quibus loquitur Aristoteles, aqua, ignis et terra sint, ita ut fortasse ita statuendum sit, Alexandrum illud tantummodo dixisse : has Διαιρέσεις inter ἄγραφα δόγματα fuisse, cetera vero ipsum Philoponum ex alio loco hausta addidisse. Easdem divisiones iterum tangere videtur philosophus in Metaphys. IV, 11, 7 : Τὰ μὲν δὴ οὕτω λέγεται πρότερα καὶ ὕστερα, τὰ δὲ κατὰ φύσιν καὶ οὐσίαν, ὅσα ἐνδέχεται εἶναι ἄνευ ἄλλων, ἐκεῖνα δὲ ἄνευ ἐκείνων μή· ᾗ διαιρέσει ἐχρήσατο Πλάτων, quæ distinctio frustra in ejus libris qui exstant quæritur. Num vero in Platonem cadant, quæ contra falsam quorumdam divisionem generum animalium ab Aristotele dicta sunt, de Partt. Animal. I, 2, 3 : Ἔτι δὲ προσήκει μὴ διασπᾶν ἕκαστον γένος, οἷον τοὺς ὄρνιθας τοὺς μὲν ἐν τῇδε, τοὺς δ' ἐν ἄλλῃ διαιρέσει καθάπερ ἔχουσιν αἱ γεγραμμέναι διαιρέσεις· ἐκεῖ γὰρ τοὺς μὲν μετὰ τῶν ἐνύδρων συμβαίνει διῃρῆσθαι, τοὺς δ' ἐν ἄλλῳ γένει, licet similia inveniantur cum in Sophista, p. 220, A, B, tum præcipue in Politico, p. 264, D, valde incertum videri poterit.

Utcumque vero de hac re statuatur (cf. Bournot, *Platonica Aristotelis opuscula*, Putbus. 1853, p. 9, Ueberweg, *über die Echtheit und Zeitfolge platonischer Schriften*, Wien, p. 153, sqq.), hoc nihil ad alteram quæstionem facit, de Aristoteli inquam adscripto libro, quem sive totum sive ex parte Platonis divisiones continentem Vitis philosophorum inseruit Diogenes Laertius. Qui quidem liber ab eo non videtur diversus fuisse quem suppositititium jam habuerat Alexander, Joanne Philopono teste. In indicibus plures sunt tituli qui huc referri possunt. Præter Διαιρέσεις ιζ' enim apud Diogenem Laertium (42), nominantur Διαιρέσεις σοφιστικαὶ δ' (Diog. 29. An. 29) Διαιρετικῶν α' (D. L. 43) et Διαιρετικὸν α' (D. L. 62). Primum, ut videtur, titulum recensent catalogi arabici (Dschemalud. 51, Hadschi Khalfa, V, 136), addita divisionum enumeratione, quæ nisi quod multo minor est earum numerus, satis bene cum libello apud Diogenem Laertium servato congruit.

Illi autem collectioni quæ apud Diogenem Laertium exstat, satis similis est liber, Διαιρέσεις Ἀριστοτέλους inscriptus, qui in eodem illo codice Marciano 257 legitur, in quo et Aristotelis Vita quæ vulgo Marciana appellatur servata est. Satis mirum est illud fugisse Villoisonum Anecd. gr. t. II, p. 254, qui quum male putaret has divisiones e variis Aristotelis operibus excerptas esse, recte tamen illud animadvertit quædam adjecta esse (cf. quæ de angelis dicuntur 64), quibus librum non esse Aristotelis demonstraretur. Tali vero argu-

etiam quæ apud geometras dicitur longitudinem cogitare absque latitudine, quandoquidem ex his, quæ sensibus apparent, licet ea quæ non sunt evidentia perspicere. Verum errat aut fortasse sophistice nos decipit . . . propositum autem erat Aristoteli ostendere, non quod quæ a geometris dicitur longitudo est expers alicujus latitudinis, sed quod privata sit omni latitudine : quod quidem non demonstravit.

Digitized by Google

mento vix opus erat, quum præsertim in Marciana collectione multa legantur non minus Platone quam Aristotele prorsus indigna, ne dicam absurda et ridicula. Quanquam et nonnulla insunt antiquioris originis aperta indicia, inprimis vero quod de florentibus adhuc Carthaginiensium rebus et regibus cum Lacedæmoniorum tum Macedonum dictum est (cf. III et XIV), ita ut de his Divisionibus idem fortasse statuendum sit, quod et de Problematis aliisque talibus libris : collectionem cui fortasse quædam inerant ab ipso Aristotele conscripta sive ex ejus libris excerpta, postea variis modis auctam et interpolatam, in scholis Peripateticorum propagatam fuisse. Utramque collectionem dedimus, Diogenis Laertii Cobetianam recensionem secuti, Marcianam qualem e codice Rose primus edidit.

(137.)

Diogenes Laert. III, 80 : Διῄρει δὲ (ὁ Πλάτων scil.), φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ τὰ πράγματα τοῦτον τὸν τρόπον.

I. Τῶν ἀγαθῶν ἐστι τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, τὰ δ' ἐν σώματι, τὰ δ' ἐκτός· οἷον ἡ μὲν δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν ψυχῇ· τὸ δὲ κάλλος καὶ ἡ εὐεξία καὶ ἡ ὑγίεια καὶ ἡ ἰσχὺς ἐν σώματι· οἱ δὲ φίλοι καὶ ἡ τῆς πατρίδος εὐδαιμονία καὶ ὁ πλοῦτος ἐν τοῖς ἐκτός. Τῶν ἀγαθῶν ἄρα τρία εἴδη ἐστί· τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, τὰ δ' ἐν σώματι, τὰ δ' ἐκτός.

Cod. Marc. 5 : Διαιρεῖται τὰ ἀγαθὰ εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι, τὰ δὲ ἐκτός. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐν ψυχῇ φρόνησις, δικαιοσύνη, ἀνδρία, σωφροσύνη καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐν σώματι ἰσχύς, κάλλος, ὑγεία, εὐεξία καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐκτὸς φίλοι, πλοῦτος, εὐδοξία, πατρίδος εὐδαιμονία. Τῶν ἀγαθῶν ἄρα τὰ μέν ἐστιν ἐν ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι, τὰ δὲ ἐκτός.

36. Bonum in quattuor partes dividitur : una est virtus et justitia, altera quod habet virtutem, tertia quod utile est, quarta quod jucundum est et quod oblectat. Virtus et justitia vero quod utraque bonum esse dicitur, alia, est quod virtutem habet ut equus et homo et quæ hujus sunt generis; eorum enim quodcunque bonum esse dicitur quum virtutem habet. Quod utile vero est, ut corporis exercitationes et medicamenta et alia quæ ad bonam valetudinem et sanitatem corporis pertinent; eorum enim quodcunque illi bonum esse dicitur cui utile est. Jucundum vero et quod oblectat ut histrio et tibicen et ciborum quidam et alia hujus generis. Histrio enim et tibicen boni non dicuntur quod prosunt, sed quod oblectatio inter bona ponitur.

XXIV. Eorum quæ sunt quædam dicimus mala, quædam bona, alia neutra. Ex his mala dicimus ea quæ semper nocere possunt, ut intemperantia, dementia, iniquitas et hujusmodi; bona, quæ his contraria sunt; alia quæ interdum prodesse, interdum obesse possunt, cujusmodi sunt ambulatio, sessio, cibique perceptio, aut quæ omnino neque prodesse possunt, neque obesse : ea igitur neque bona esse neque mala. Eorum ergo quæ sunt alia sunt bona, alia mala, alia neutra.

55. Eorum quæ sunt quodcunque in tria dividitur : est enim sive bonum, sive malum, sive neutrum. Bonum autem est quum prodest et non nocet, malum quod nocet semper, neutrum vero quod interdum nocebit, interdum proderit, ut ambulationes, somni, elleborus et quæ hujus sunt generis, et ea quæ neque nocebunt omnino neque proderunt.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

πατοι καὶ οἱ ὕπνοι καὶ οἱ ἑλλέβοροι καὶ τὰ τοιαῦτα, ἡ οὔτε βλάψει ὅλως οὔτε ὠφελήσει.

XXV. Diog. Laert. III, 103 : Εὐνομία διαιρεῖται εἰς τρία· ἓν μὲν ἐὰν ὦσιν οἱ νόμοι σπουδαῖοι, εὐνομί ν φαμὲν εἶναι· ἕτερον δ' ἐὰν τοῖς κειμένοις νόμοις ἐμμένωσιν οἱ πολῖται, καὶ τοῦτό φαμεν εὐνομίαν εἶναι· τρίτον δ' ἐὰν μὴ ὄντων τῶν νόμων κατ' ἔθη καὶ ἐπιτηδεύματα χρηστῶς πολιτεύωνται, καὶ τοῦτο εὐνομίαν προσαγορεύομεν. Τῆς εὐνομίας ἄρα ἓν μέν ἐστι τοὺς νόμους σπουδαίους εἶναι· ἄλλο δ' ἐὰν τοῖς οὖσι νόμοις ἐμμένωσι· τρίτον δ' ἐὰν ἔθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασι χρηστοῖς πολιτεύωνται.

Cod. Marc. 14 : Διαιρεῖται ἡ εὐνομία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν νόμοις σπουδαίοις χρῆσθαι, ἓν δὲ τοῖς ὑπάρχουσιν ἂν ὦσι μὴ φαῦλοι πείθεσθαι, ἓν δὲ τοῖς ἔθεσι τοῖς σπουδαίοις πολιτεύεσθαι ἐὰν μὴ ὦσι νόμοι γεγραμμένοι.

XXVI. Diog. Laert. III, 103 : Διαιρεῖται ἡ ἀνομία εἰς τρία· ὧν ἓν μέν ἐστι ἐὰν ὦσιν οἱ νόμοι μοχθηροὶ καὶ πρὸς ξένους καὶ πρὸς πολίτας· ἕτερον δ' ἐὰν τοῖς ὑπάρχουσι μὴ πείθωνται· ἄλλο δ' ἐὰν τοῖς οὖσι μὴ πείθωνται· ἄλλο δ' ἐὰν ὅλως μηδεὶς ᾖ νόμος. Τῆς ἄρα ἀνομίας ἓν μέν ἐστι τὸ μοχθηροὺς εἶναι τοὺς νόμους· ἄλλο δ' ἐὰν τοῖς οὖσι μὴ πείθωνται· τρίτον ἐὰν μηδεὶς ᾖ νόμος.

Cod. Marc. 15 : Διαιρεῖται ἡ ἀνομία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν νόμοις φαύλοις καὶ [an καὶ μὴ?] μετρίοις κεχρῆσθαι, ἓν δὲ τὸ μὴ πείθεσθαι τοῖς κειμένοις ἂν ὦσι σπουδαῖοι, ἓν δὲ τὸ φαύλοις ἔθεσι πολιτεύεσθαι ἂν μὴ ὦσι νόμοι τὸ σύνολον.

XXVII. Diog. Laert. III, 104 : Τὰ ἐναντία διαιρεῖται εἰς τρία· οἷον ἀγαθὰ κακοῖς ἐναντία φαμὲν εἶναι, ὡς τὴν δικαιοσύνην τῇ ἀδικίᾳ καὶ τὴν φρόνησιν τῇ ἀφροσύνῃ καὶ τὰ τοιαῦτα. Κακὰ δὲ κακοῖς ἐναντία ἐστίν, οἷον ἡ ἀσωτία τῇ ἀνελευθερίᾳ καὶ τὸ ἀδίκως στρεβλοῦσθαι τῷ δικαίως στρεβλοῦσθαι· καὶ τὰ τοιαῦτα κακὰ κακοῖς ἐναντία ἐστί. Τὸ δὲ βαρὺ τῷ κούφῳ καὶ τὸ ταχὺ τῷ βραδεῖ καὶ τὸ μέλαν τῷ λευκῷ, ὡς οὐδέτερα οὐδετέροις ἐστὶν ἐναντία. Τῶν ἐναντίων ἄρα τὰ μὲν ὡς ἀγαθὰ κακοῖς ἐναντία ἐστί· τὰ δὲ ὡς κακὰ κακοῖς· τὰ δὲ ὡς οὐδετέροις οὐδέτερα.

Cod. Marc. 23 : Διαιρεῖται τὰ ἐναντία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὸ μὲν ὡς ἀγαθὸν κακῷ, οἷον ὑγεία νόσῳ καὶ κάλλος αἴσχει καὶ τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ ὡς οὐδέτερον οὐδετέρῳ, οἷον λευκότης μελανότητι καὶ κουφότης βαρύτητι καὶ τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ ὡς φευκτὸν φευκτῷ, οἷον ἀσωτία ἀνελευθερίᾳ καὶ θερμότης ψυχρότητι καὶ ἰσχνότης παχύτητι καὶ τὰ τοιαῦτα. (Cf. infra LXX.)

XXVIII. Diog. Laert. III, 105 : Τῶν ἀγαθῶν γένη ἐστὶ τρία· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἑκτά, τὰ δὲ μεθεκτά, τὰ δὲ ὑπαρκτά. Τὰ μὲν οὖν ἑκτά ἐστιν ὅσα ἐνδέχεται ἔχειν οἷον ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ὑγίεια· μεθεκτὰ δ' ὅσα ἔχειν

XXV. Bona constitutio legum in tria dividitur : primum, si sint leges præclaræ et graves, bonam constitutionem legum dicimus; secundum, si cives eas leges quæ latæ sunt omni studio observent, hoc quoque bonam constitutionem legum vocamus; tertium si, quum leges nullæ sint, secundum consuetudines ac studia quorumlibet bene respublica administratur, id quoque bonam constitutionem legum vocamus. Est igitur prima pars ejusce constitutionis, ut sint leges bonæ; secunda, ut illæ observentur; tertia, ut præclaris consuetudinibus, institutis ac moribus respublica administretur.

14. Bona legum constitutio in tria dividitur; prima illius species est uti bonis legibus; altera, iis quæ latæ sunt si non malæ sint obtemperare; tertia, bonis institutis regi, si nullæ scriptæ sint leges.

XXVI. Malus legum status in tria dividitur. Primum ex his est, si sint leges latæ peregrinis et civibus noxiæ; alterum, si his quæ sunt minime obtemperetur; tertium, si nulla omnino sit lex. Ergo sine legibus esse uno modo est, quum pravæ leges sint; alio, si latis legibus cives non obtemperant; tertio, si nulla lex obtinet.

15. Malus legum status in tria dividitur. Primum est legibus uti malis et mediocribus; alterum legibus quæ latæ sunt, si bonæ sint non obtemperare; tertium vero si nullæ omnino leges sint malis moribus vivere.

XXVII. Contraria trifariam dividuntur quemadmodum bona malis contraria dicimus, ut justitiam injustitiæ, prudentiam stultitiæ et hujusmodi cetera. Mala autem malis contraria, ut prodigalitas illiberalitati et injusta pœna justæ pœnæ et cetera id genus mala malis contraria sunt. Porro levia gravibus, tardis velocia et nigra candidis ut neutris neutra contraria sunt. Contrariorum igitur partim ut bona malis contraria sunt, partim ut mala malis, partim ut neutra neutris contraria dicuntur.

23. Contraria in tria dividuntur : aliud enim est ut bonum malo contrarium est, sanitas morbo, pulchra facies turpi et similia, aliud ut neutrum neutri, albus color nigro, levitas gravitati et similia; aliud ut quod fugiendum est fugiendo, ut prodigalitas illiberalitati, calor frigori, macies crassitudini et similia.

XXVIII. Bonorum tria sunt genera : alia enim ex his haberi, alia participari possunt, alia per se constant. Prima illa sunt quæ haberi possunt, ut justitia et sanitas; secunda quæ haberi quidem nequeunt, eorum tamen participes esse possumus, ut bonum ipsum quidem habere non possumus, possumus tamen ejus participes esse; constant autem per sese, quæ neque participationem admittunt, neque haberi possunt, sed esse oportet, ut probum esse et justum esse bonum est. Ea vero neque habere neque his participare licet, sed ipsum esse oportet quod dicimus bonum sese et justum esse. Bonorum igitur alia sunt quæ habere possumus, alia quæ aliis participare, alia per se constant.

Digitized by Google

μὲν μὴ ἐνδέχεται, μετασχεῖν δ' αὐτῶν ἐνδέχεται· οἷον αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἔχειν μὲν οὐκ ἐνδέχεται, μετασχεῖν δ' αὐτοῦ ἐνδέχεται. Ὑπαρκτὰ δὲ ὅσα μήτε μετασχεῖν μήτε ἔχειν ἐνδέχεται, ὑπάρχειν δὲ δεῖ· οἷον τὸ σπουδαῖον εἶναι ἀγαθὸν καὶ δίκαιον εἶναί ἐστι. Καὶ ταῦτα οὔτε μετασχεῖν οὔτε ἔχειν ἀλλ' ὑπάρχειν δεῖ τὸ σπουδαῖον εἶναι καὶ δίκαιον εἶναι. Τῶν ἀγαθῶν ἄρα τὰ μέν ἐστιν ἐκτά, τὰ δὲ μεθεκτά, τὰ δὲ ὑπαρκτά.

XXIX. Diog. Laert. III, 106 : Ἡ συμβουλία διαιρεῖται εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἐκ τῶν παροιχομένων χρόνων λαμβανόμενον, ἓν δ' ἐκ τῶν μελλόντων, ἓν δ' ἐκ τῶν ἐνεστώτων. Τὰ μὲν οὖν ἐκ τῶν παροιχομένων παραδείγματα, οἷον τί ἔπαθον Λακεδαιμόνιοι πιστεύσαντες· τὰ δ' ἐκ τῶν παρόντων, οἷον ἀποφαίνειν τείχη ἀσθενῆ, δειλοὺς ἀνθρώπους, σῖτον ὀλίγον· τὰ δ' ἐκ τῶν μελλόντων, οἷον ταῖς ὑπονοίαις μὴ ἀδικεῖν τὰς πρεσβείας, ὅπως μὴ ἄδοξος ἡ Ἑλλὰς γένηται. Τῆς ἄρα συμβουλίας τὰ μέν ἐστιν ἐκ τῶν παροιχομένων, τὰ δ' ἐκ τῶν παρόντων, τὰ δ' ἐκ τῶν μελλόντων.

Cod. Marc. 18 : Διαιρεῖται ἡ συμβουλία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἐκ τῶν παρῳχημένων, ἓν δὲ ἐκ τῶν παρόντων, ἓν δὲ ἐκ τῶν μελλόντων. Τὸ μὲν οὖν ἐκ τῶν παρῳχημένων ἐστὶν οἷον τὰ παραδείγματα, ὅτι καὶ πρότερον ἡμῶν ἀπειθήσαντες ἀνηκέστοις κακοῖς περιέπεσαν· τὸ δὲ ἐκ τῶν παρόντων οἷον τὰ παρόντα πράγματα ἐμφανίζειν, ὅτι ἐὰν τὰ τείχη ἡμῶν ἀκατασκεύαστα ὦσι καὶ ἡμεῖς ἄοπλοι ὦμεν, οἱ δὲ πολέμιοι ἅπασι τούτοις κατεσκευασμένοι· σκοπῶμεν δὴ ὅπως πολεμεῖν δυνησόμεθα· τὸ δὲ ἐκ τῶν μελλόντων οἷον τὰ ἀποβησόμενα ἐμφανίζειν, ὅτι· « Ὁρᾶτε μὴ ἐὰν ἐπιπλευσάντων πολεμίων ἥ τε χώρα ἀπόληται ὑμῶν καὶ τὰ σώματα τὰ πολλὰ μάτην διαφθαρῇ, καὶ ὑμεῖς μὴ οὐδὲν ἧττον ἀναγκασθῆτε ταῦτα πράττειν ἃ νῦν ἔστιν ὑμῖν καὶ ἀκινδύνως πράττειν. »

XXX. Diog. Laert. III, 107 : Ἡ φωνὴ διαιρεῖται εἰς δύο· ἓν μὲν αὐτῆς ἐστιν ἔμψυχον, ἓν δ' ἄψυχον. Ἔμψυχον μὲν ἡ τῶν ζῴων φωνή, ἄψυχον δὲ φθόγγοι καὶ ἦχοι. Τῆς τοῦ ἐμψύχου φωνῆς ἡ μέν ἐστιν ἐγγράμματος, ἡ δὲ ἀγράμματος. Ἐγγράμματος μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων, ἀγράμματος δ' ἡ τῶν ζῴων. Τῆς ἄρα φωνῆς ἡ μὲν ἔμψυχος ἡ δὲ ἄψυχος.

Cod. Marc. 24 : Διαιρεῖται ἡ φωνὴ εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἡ μὲν ἔμψυχος, ἡ δὲ ἄψυχος, καὶ ἡ μὲν καὶ ἐγγράμματος, ἡ δὲ ἀγράμματος. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἔμψυχος ἡ τῶν ζῴων, ἡ δὲ ἄψυχος οἷον ἦχοι καὶ ψόφοι καὶ ἡ τῆς λύρας καὶ τῶν ἄλλων [an αὐλῶν ?] φωνή· καὶ ἐγγράμματος μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων φωνὴ καὶ ζῴων τινῶν οἷον ἀηδόνων, χελιδόνων, στρουθίων καὶ τῶν τοιούτων, ἀγράμματος δὲ ἡ ἀδίαθετος ὡς οἱ ποππυσμοὶ καὶ ἦχοι καὶ ψόφοι καὶ τὰ τοιαῦτα.

XXXI. Diog. Laert. III 107 : Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστι μεριστά, τὰ δ' ἀμέριστα. Τούτων δὲ τῶν μεριστῶν τὰ μὲν ὁμοιομερῆ, τὰ δ' ἀνομοιομερῆ. Ἀμερῆ μὲν οὖν ἐστιν ὅσα μὴ ἔχει διαίρεσιν μηδ' ἔκ τινος σύγκειται, οἷον ἥ τε μονὰς καὶ ἡ στιγμὴ καὶ ὁ φθόγγος· μεριστὰ δ' ὅσα ἔκ τινος σύγκειται, οἷον αἵ τε συλλαβαὶ καὶ συμφωνίαι καὶ ζῷα καὶ ὕδωρ καὶ χρυσός. Καὶ ὁμοιομερῆ μὲν ὅσα ἐξ ὁμοίων σύγκειται καὶ μηδὲν διαφέρει τὸ ὅλον τοῦ μέρους εἰ μὴ τῷ πλήθει, οἷον τὸ

XXIX. Consilium tripartitum est : aliud quippe a præterito, aliud a futuro, aliud a præsenti tempore sumitur. Præteritum tempus exempla suppeditat, veluti quid passi sint Lacedæmonii fidem habentes; præsens autem rem ipsam quæ in manibus est considerare monet, puta imbecilles muros, homines timidos, annonæ caritatem. Futurum prospicere suadet, ut si non esse violandas dicimus suspicione legationes, ne Græcia gloriam honestatis amittat. Consilia igitur capiuntur alia ex præteritis, alia ex præsentibus, alia ex futuris.

18. Consilium in tria dividitur : aliud enim a præterito, aliud a præsenti, aliud a futuro tempore sumitur. Quod a præterito tempore sumitur, exempla præbet, eos qui olim nobis non obedientes fuerint in intolerabilia mala incidisse : quod a præsenti, res ipsas declarare monet, ut si nostri muri non parati sint et nos ipsi inermes, hostes vero hisce omnibus ornati, considerandum est quomodo bellum facturi simus. Quod vero a futuro est ex eventu declarat, ut : « Videte ne, si, adnavigantibus hostibus, regio vestra vastata erit et multa corpora frustra perierint, nihilominus cogamini eadem facere, quæ nunc sine periculo facere licet. »

XXX. Vox in duo dividitur : est enim animata alia, alia inanimata. Animata quidem animantium, inanimata vero soni et strepitus. Porro animata bifariam dividitur : altera enim concipi litteris potest, altera non potest : potest quidem hominum vox, non potest animalium. Vox igitur alia animata est, alia inanimata.

24. Vox in quattuor dividitur : alia enim est animata, alia inanimata, et alia concipi litteris potest, alia non potest. Animata est animantium, inanimata vero strepitus et soni et lyræ aliorumque sonitus. Litteris concipi potest hominum et quorundam animalium, ut lusciniarum, hirundinum, passerum et similium; concipi autem non potest litteris incomposita vox, ut poppysmi, strepitus, soni et quæ his similia sunt.

XXX. Eorum quæ sunt alia dividua, alia individua dicimus. Dividuorum vero alia sunt similium partium, alia dissimilium. Atque individua quidem sunt quæ divisionem non admittunt, et simplicia sunt neque ex aliquo composita, ut unitas, punctum ac sonus. Dividua vero quæ sunt ex aliquo composita, ut syllabæ et consonantiæ, animantes, aqua et aurum. Similium partium sunt quæ ex similibus componuntur, neque totum a parte nisi multitudine differt, ut aqua, aurum et quicquid est hujusmodi. Dissimilium partium dicimus quæ ex dissimilibus

www.libool.com.cn

Digitized by Google

ὕδωρ καὶ τὸ χρυσίον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον. Ἀνομοιομερῆ δ' ὅσα ἐξ ἀνομοίων μερῶν σύγκειται, οἷον οἰκία καὶ τὰ τοιαῦτα. Τῶν ὄντων ἄρα τὰ μέν ἐστι μεριστά, τὰ δ' ἀμερῆ· τῶν δὲ μεριστῶν τὰ μὲν ὁμοιομερῆ, τὰ δ' ἀνομοιομερῆ.

www.libtool.com.cn

Cod. Marc. 26 : Ἔτι τῶν ὄντων τὰ μέν [ἐστι μεριστά, τὰ δὲ ἀμερῆ, καὶ τῶν μεριστῶν τὰ μὲν] ὁμοιομερῆ, τὰ δὲ ἀνομοιομερῆ. Ἔστι δὲ τὰ μὲν μεριστὰ ἅπερ ἂν ἔχῃ διαίρεσιν, οἷον οἰκία καὶ ἱμάτιον καὶ ἀργύριον καὶ κτῆμα καὶ τὰ τοιαῦτα· ἀμερῆ δὲ ἅπερ ἂν ἀμέριστα ᾖ, οἷον μονὰς καὶ στιγμὴ καὶ σημεῖον καὶ φθόγγος καὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ τῶν μεριστῶν δὲ ἄρα τὰ μέν ἐστιν ὁμοιομερῆ ὧν καὶ τὰ μέρη ὅμοια, οἷον ὕδωρ, πῦρ, χαλκὸς καὶ τὰ τοιαῦτα [τὰ δὲ ἀνομοιομερῆ, ὧν τὰ μέρη ἀνόμοια, οἷον οἰκία καὶ τὰ τοιαῦτα].

XXXII. Diog. Laert. III, 108 : Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστι καθ' ἑαυτά, τὰ δὲ πρός τι λέγεται. Τὰ μὲν οὖν καθ' ἑαυτὰ λεγόμενά ἐστιν ὅσα ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ μηδενὸς προσδεῖται· ταῦτα δ' ἂν εἴη οἷον ἄνθρωπος, ἵππος καὶ τὰ ἄλλα ζῷα· τούτων γὰρ οὐδὲν δι' ἑρμηνείας χωρεῖ. Τῶν δὲ πρός τι λεγομένων ὅσα προσδεῖταί τινος ἑρμηνείας, οἷον τὸ μεῖζόν τινος καὶ τὸ θᾶττόν τινος καὶ τὸ κάλλιον καὶ τὰ τοιαῦτα· τό τε γὰρ μεῖζον ἐλάττονός ἐστι μεῖζον καὶ τὸ θᾶττον θᾶττόν τινός ἐστιν. Τῶν ὄντων ἄρα τὰ μέν ἐστιν αὐτὰ καθ' αὑτά, τὰ δὲ πρός τι.

Ὧδε καὶ τὰ πρῶτα διῄρει κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην.

Cod. Marc. 67 : Τῶν ὄντων τὰ μὲν αὐτὰ καθ' ἑαυτά ἐστι, τὰ δὲ πρός τι. Αὐτὰ μὲν οὖν καθ' ἑαυτὰ ταῦτα ἐστίν, οἷον ἄνθρωπος, οἰκία, ἱμάτιον, χρυσίον καὶ πάντα ὅσα ἁπλῶς μὴ τῷ ἕτερόν τι εἶναι ἐξ ἀνάγκης ἐστί, τὰ δὲ πρός τι τοιαῦτα ἐστίν, οἷον τὸ διπλάσιον καὶ ἡ ἐπιστήμη· τό τε γὰρ διπλάσιον πρὸς τὸ ἥμισυ λέγεται καὶ ἡ ἐπιστήμη πρὸς ἄλλο τι.

XXXIII. Cod. Marc. 3 : Διαιρεῖται ἡ κακία εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἀφροσύνη, ἓν δὲ ἀδικία, ἓν δὲ δειλία, ἓν δὲ ἀκολασία. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἀφροσύνη ἐν τῷ λογιστικῷ, ἡ δὲ ἀδικία ἐν πᾶσι τούτοις τοῖς μέρεσι γίνεται (cf. XIII), ἡ δὲ δειλία ἐν τῷ θυμικῷ, ἡ δὲ ἀκολασία ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ. Τῆς κακίας ἄρα ἓν μέν ἐστιν ἀφροσύνη, ἓν δὲ ἀδικία, ἓν δὲ δειλία, ἓν δὲ ἀκολασία.

XXXIV. Cod. Marc. 6 : Διαιρεῖται τὰ κακὰ εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι, τὰ δὲ ἐκτός. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐν ψυχῇ οἷον ἀφροσύνη, ἀδικία, δειλία, ἀκολασία καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐν σώματι οἷον νόσος, ἀσθένεια, αἶσχος, ἔχθρα [delendum] καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐκτὸς οἷον πενία, ἐχθροί, ἀδοξία, ἀτυχία πόλεως καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. Τῶν κακῶν ἄρα τὰ μέν ἐστιν ἐν ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι, τὰ δὲ ἐκτός. (Cf. I.)

XXXV. Cod. Marc. 9 : Διαιρεῖται ἡ ἄγνοια εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν περὶ τὸ θεωρητικόν, ἓν δὲ περὶ τὸ πρακτικόν, ἓν δὲ περὶ τὸ ποιητικόν. Ἔστι δὲ ἡ περὶ τὸ θεωρητικὸν ἡ ἐν ταῖς θεωρίαις ἄγνοια, ἡ δὲ περὶ τὸ ποιητικὸν ἡ ἐν ταῖς ποιήσεσιν, ἡ δὲ περὶ τὸ

---

constant, ut domus et hujusmodi. Eorum igitur quæ sunt alia dividua sunt, alia individua; dividuorum vero alia similium partium, alia dissimilium.

26. Eorum quæ sunt alia dividua sunt, alia individua : dividuorum vero alia sunt similium partium, alia dissimilium. Dividua sunt quæcunque dividi possunt, ut domus, vestes, pecunia, ager et quæ his sunt similia; individua vero quæ dividi nequeunt, ut unitas, punctum, littera, sonus et quæ sunt similia. Dividuorum alia sunt similium partium, quorum et partes sunt similes, ut aqua, ignis, æs et similia; alia vero dissimilium, quorum partes sunt dissimiles, ut domus et similia.

XXXII. Eorum quæ sunt alia per se, alia vero ad aliquid dicuntur. Ea quidem per se dicimus, quæ in elocutione nullo additamento indigent : ejusmodi sunt homo, equus et animalia reliqua : nam nihil eorum explicatione indiget. Ea vero ad aliquid dicuntur, quæ explicatione quadam egent, ut est majus aliquo et celerius aliquo et melius et hujusmodi reliqua. Namque majus minore majus est, et celerius aliquo est celerius. Eorum igitur quæ sunt alia per se sunt, alia per relationem ad aliquid.

Ita et prima dividebat secundum Aristotelem.

67. Eorum quæ sunt alia sunt ipsa per se, alia vero ad aliquid referuntur. Ipsa per se dicimus hominem, domum, vestem, aurum et omnia quæcunque simpliciter sunt, ut non aliud esse necesse sit; ad aliquid vero referuntur, duplum, scientia : duplum enim ad dimidium, scientia ad aliud quid refertur.

XXXIII. Vitium in quattuor dividitur : unum enim est insipientia, alterum injustitia, tertium ignavia, quartum intemperantia. Insipientia ad eam partem animi pertinet quæ ratiocinationis particeps est; injustitia in omnibus animi partibus gignitur, ignavia in ea est quæ iræ est particeps, intemperantia vero in ea quæ cupiditatis. Vitii igitur partes sunt insipientia, injustitia, ignavia, intemperantia.

XXXIV. Mala in tria dividuntur : eorum quædam sunt in animo, quædam in corpore, quædam vero extrinsecus. In animo sunt insipientia, injustitia, ignavia, intemperantia aliaque similia; in corpore morbus, imbecillitas, deformitas, [inimicitia] et alia similia; extrinsecus egestas, inimici, infamia, mala fortuna reipublicæ et similia. Malorum igitur alia sunt in animo, alia in corpore, alia extrinsecus.

XXXV. Ignorantia in tria dividitur : alia enim pertinet ad contemplativam facultatem, alia ad agendi, alia vero ad efficiendi. Quæ ad contemplativam pertinet facultatem ignorantia est in contemplationibus; quæ ad efficiendi,

Digitized by Google

πρακτικὸν ἡ ἐν ταῖς πράξεσιν. Τῆς ἀγνοίας ἄρα ἓν μέν ἐστι περὶ τὸ θεωρητικόν, ἓν δὲ περὶ τὸ ποιητικόν, ἓν δὲ περὶ τὸ πρακτικόν. (Cf. V.)

XXXVI. Cod. Marc. 11 : Διαιρεῖται ἡ δυσγένεια εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἀπὸ ἀδόξων καὶ φαύλων γεγονέναι γονέων, ἓν δὲ ἀπὸ ἀδίκων καὶ πονηρῶν, ἓν δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ἔχοντος κακίας. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀπὸ ἀδόξων καὶ φαύλων γεγονέναι προγόνων, οἷον ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι ἀγεννεῖς κατὰ φύσιν καὶ ἄλλως ἀνώνυμοι· τὸ δὲ ἀπὸ ἀδίκων καὶ μοχθηρῶν, οἷον ἐὰν ὦσι προδόται ἢ ἄλλην τινὰ ἀδικίαν καὶ μοχθηρίαν ἔχωσι· τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ἔχοντος κακίας, οἷον ἐὰν ᾖ αὐτὸς ἄδικος ἢ κακοπράγμων ἢ ἄλλην τινὰ κακὴν δόξαν κατ' αὐτοῦ ἔχωσι. Τῆς δυσγενείας ἄρα ἐστὶν ἓν μὲν τὸ ἀπὸ ἀδόξων καὶ φαύλων προγόνων γεγονέναι, ἓν δὲ ἀπὸ ἀδίκων καὶ μοχθηρῶν, ἓν δὲ τὸ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ἔχοντος κακίας καὶ μοχθηρίας.

XXXVII. Cod. Marc. 12 : Διαιρεῖται ἡ κίνησις εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν κατὰ τόπον, ἓν δὲ κατὰ ἀλλοίωσιν, ἓν δὲ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ κίνησις. Ἔστι δὲ ἡ μὲν κατὰ τόπον τὸ ἐξαλλάσσειν τόπον ἐκ τόπου, οἷον οἱ τρέχοντες καὶ πηδῶντες καὶ πλέοντες καὶ αἱ ἄλλαι αἱ τοιαῦται κινήσεις· ἡ δὲ κατὰ ἀλλοίωσιν, οἷον αὐξανόμενοι καὶ γηράσκοντες καὶ φθίνοντες καὶ ἄλλα τοιαῦτα· ἡ δὲ αὐτὴ καθ' ἑαυτήν, οἱ τροχοὶ καὶ οἱ ἔμβικες [corr. βέμβικες] καὶ ὁ κόσμος καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Τῆς κινήσεως ἄρα τὸ μέν ἐστι κατὰ τόπον, τὸ δὲ κατ' ἀλλοίωσιν, τὸ δὲ αὐτὴ καθ' ἑαυτήν.

XXXVIII. Cod. Marc. 13 : Διαιρεῖται ἡ στάσις εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν μονή, ἓν δὲ διχόνοια, ἓν δὲ βαρέων καὶ κούφων θεωρία. Ἔστι δὲ ἡ μὲν μονὴ αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ στάσις, οἷον οἱ νεκροὶ καὶ οἱ λίθοι πεπόνθασι καὶ ἄλλα τοιαῦτα· ἡ δὲ διχόνοια τῶν πολιτῶν ἢ ἐχθρῶν ἢ ἄλλων τινῶν ζώων κατ' ἔχθραν ἢ μάχην· ἡ δὲ βαρέων καὶ κούφων θεωρία, οἷον [ἡ ?] διὰ σταθμοῦ τοῦ βαρέος καὶ τοῦ κούφου δοκιμασία.

XXXIX. Cod. Marc. 19 : Διαιρεῖται ὁ χρόνος εἰς τρία· ἔστι γὰρ ἡ παρεληλυθὼς ἢ παρὼν ἢ μέλλων, ὃν καὶ παρεσόμενον καλοῦσιν. Εἰσὶ δὲ ἐν μὲν τῷ παρεληλυθότι μνῆμαι καὶ τὸ μνημονεύειν· ἅπαντες γὰρ τὰ παρῳχημένα μνημονεύουσιν· ἐν δὲ τῷ παρόντι αἱ ἐπιστῆμαι καὶ αἱ γνώσεις καὶ οἱ λογισμοὶ καὶ αἱ πράξεις αἱ πρασσόμεναι· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἱ προσδοκίαι καὶ ἐλπίδες καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον.

XL. Cod. Marc. 21 : Διαιρεῖται ἡ ὄρεξις τοῦ πράττειν εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν τοῦ ἡδέος, ἓν δὲ τοῦ καλοῦ, ἓν δὲ τοῦ συμφέροντος. Ἔστι δὲ ἡ μὲν τοῦ ἡδέος ὄρεξις ταῖς ἐπιθυμίαις ὑπηρετεῖν, ἡ δὲ τοῦ καλοῦ τιμῆς ἕνεκεν καὶ εὐδοξίας, ἡ δὲ τοῦ συμφέροντος κέρδους καὶ ὠφελείας ἕνεκεν γενομένη [γιν.?].

XLI. Cod. Marc. 22 : Διαίρεσις τῆς τῶν ὄντων ὀνομασίας εἰς πέντε γίνεται· ἔστι γὰρ αὐτῶν λεγόμενα τὰ μὲν ὥσπερ ἓν πρὸς πολλά, τὰ δὲ ὡς πολλὰ πρὸς πολλὰ καὶ πρὸς ἕν, τὰ δὲ ὡς ἀνόμοια ὡς πρὸς ὅμοια, τὰ δὲ ὡς ὅμοια πρὸς ὅμοια, τὰ δὲ ὡς ἓν πρὸς ἕν. Τὰ μὲν οὖν ὡς ἓν πρὸς πολλά, οἷον τάχιστος καὶ μέγιστος καὶ κάλλιστος καὶ τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ὡς πολλὰ πρὸς

---

in faciendo; quæ ad agendi in actionibus est. Ignorantiæ igitur pars versatur circum contemplativam facultatem, pars circum efficiendi, pars circum agendi.

XXXVI. Generis humilitas in tria dividitur : alia enim est obscuris et vilibus natum esse parentibus, alia ex injustis et pravis, alia a propria perversitate. Obscuris et vilibus parentibus nati esse dicuntur, quorum majores ignobiles natura et aliter sine nomine fuerunt; ab injustis et pravis, quum sive proditores fuerunt sive alia quadam injustitia et pravitate inquinati sunt; a propria autem perversitate ignobilis erit, qui ipse injustus aut maleficus erit, aut aliam malam famam habebit. Generis igitur humilitas alia est obscuris et vilibus ortum esse parentibus, alia injustis et pravis, alia a propria perversitate et pravitate.

XXXVII. Motus tres sunt species : alia enim est secundum locum, alia secundum alterationem, alia motus ipse per semetipsum. Motus secundum locum est locum loco mutare, ut currentes, salientes, navigantes et ceteri similes motus. Motus secundum alterationem eorum est qui augentur, senescunt, decrescunt et alia hujusce modi. Motu ipso per se moventur rotæ, turbones, mundus et alia hujus generis. Motus igitur alius est secundum locum, alius secundum alterationem, alius per semet ipsum.

XXXVIII. Στάσις (triplici sensu *stationis*, *factionis* sive *dissensionis* et *librationis* sive *ponderationis*, Cf. H. Steph. Thes. s. v. p. 663, A) Status in tria dividitur : illius enim unum est mansio, alterum dissensio, tertium vero gravidorum atque levium ratio. Mansio est stabilitas in semet ipsa, quam patiuntur cadavera, lapides et alia similia. Dissensio est civium vel hostium vel aliorum animantium ad inimicitiam vel pugnam. Ratio gravidorum atque levium æstimatio est gravidi et levis per pondus.

XXXIX. Dividitur tempus in tria : est enim sive præteritum, sive præsens, sive instans, quod et adfuturum vocant. Ad præteritum tempus pertinent memoriæ et meminisse; omnes enim eorum meminerunt quæ præterita sunt : ad præsens vero disciplinæ et scientiæ et ratiocinationes et actiones quæ fiunt; ad futurum exspectatio, spes et omne quod simile est.

XL. Agendi appetitio in tria dividitur : una enim est quæ appetens est jucundi, altera quæ pulchri, tertia quæ utilis. Jucundi appetitio est servire cupiditatibus, pulchri gloriam persequitur et bonam famam; utilis quæ fit propter lucrum et utilitatem.

XLI. Appellatio eorum quæ sunt quinque fit modis. Eorum enim alia dicuntur velut unum relatum ad multa, alia velut multa ad multa, alia velut dissimilia ad simi-

Digitized by Google

πολλὰ καὶ πρὸς ἓν οἷον πλείω τάδε τῶνδε καὶ μείζω τάδε τῶνδε καὶ καλλίους οἵδε τῶνδε καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ὡς ἀνόμοια ὡς πρὸς ὅμοια [..., τὰ δὲ ὡς ὅμοια πρὸς ὅμοια] οἷον ἀδελφοὶ πρὸς ἀδελφοὺς καὶ φίλοι πρὸς φίλους καὶ τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ὡς ἓν πρὸς ἓν οἷον καλλίων ὅδε τοῦδε καὶ θάσσων ὅδε τοῦδε καὶ τὰ τοιαῦτα.

XLII. Cod. Marc. 25 : Διαιρεῖται τὰ ὄντα εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν κατ' οὐσίαν, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκός, τὰ δὲ κατὰ πάθος. Ἔστι δὲ τὰ μὲν κατ' οὐσίαν οἷον τὸ εἶναι ἄνθρωπον καὶ τὸ ἕκαστον τῶν ὄντων εἶναι· τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ τρέχειν καὶ καθεύδειν καὶ ἄλλα τοιαῦτα· τὸ δὲ κατὰ πάθος οἷον τὸ ἡδέσθαι καὶ λυπεῖσθαι καὶ θαρρεῖν καὶ φοβεῖσθαι καὶ τὰ τοιαῦτα.

XLIII. Cod. Marc. 27 : Διαίρεσις τῶν βελτιόνων καὶ τῶν χειρόνων καὶ τῶν καλλιόνων καὶ αἰσχιόνων καὶ λευκοτέρων καὶ μελανωτέρων· τούτων ἕκαστον λέγεται τριχῶς· ἢ γὰρ τοῦ ἐναντίου ἢ ἑαυτοῦ ἢ μέσου, οἷον ἐναντίον βέλτιον εἶναι λέγεται τὸ ἀγαθὸν τοῦ κακοῦ ὡς τῆς πανουργίας καὶ τῆς ἀφροσύνης ἡ φρόνησις, τοῦ δὲ μέσου λέγεται βέλτιον εἶναι τὸ ἀγαθὸν οἷον τοῦ μήτε ἀγαθοῦ μήτε κακοῦ, αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ λέγεται βέλτιον καθὸ ἀγαθὸν ἀγαθοῦ ἐὰν ἧττον [ᾖ] τὸ ἕτερον. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ καλόν· λέγεται γὰρ καὶ τοῦ αἰσχροῦ κάλλιον καὶ τοῦ μήτε αἰσχροῦ μήτε καλοῦ κάλλιον εἶναι, λέγεται δὲ καὶ τοῦ καλοῦ ἧττον δὲ καλοῦ κάλλιον εἶναι. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λευκότερον λέγεται· τὸ γὰρ λευκὸν καὶ τοῦ μέλανος λέγεται εἶναι λευκότερον καὶ τοῦ μήτε μέλανος μήτε ὄντος λευκοῦ ὅπερ ἐστὶ μέσον. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τῶν οὕτως λεγομένων τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν φατέ. Κατὰ τρεῖς ἄρα τρόπους λέγεται βελτίω καὶ χείρω καὶ καλλίω καὶ αἰσχίω καὶ λευκότερον καὶ μελανώτερον.

XLIV. Cod. Marc. 28 : Διαιρεῖται τὰ ἐξ ὧν πόλις οἰκεῖται εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν ἓν μὲν ἐκ τοῦ μαχίμου μέρους τῶν ἀνθρώπων, ἓν δὲ ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι δυναμένου, ἓν δὲ ἐκ τοῦ ἐργάζεσθαι. Τὸ μὲν οὖν μάχιμον μέρος τὸ ἔλκιμόν ἐστι, τὸ δὲ βουλεύεσθαι δυνάμενον τὸ τῶν πρεσβυτέρων, τὸ δὲ ἐργάζεσθαι τὸ τῶν τεχνιτῶν καὶ γεωργῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Τούτων δὲ ὅτι ἂν ἀπῇ οὐ ῥᾳδίως ἡ πόλις οἰκεῖται.

XLV. Cod. Marc. 29 : Διαιρεῖται ἡ γένεσις εἰς τέσσαρα· ἔστι δὲ αὐτῆς ἓν μὲν ἐξ οὐκ ὄντος εἰς οὐσίαν μεταβάλλειν, οἷον τὸν οὐκ ὄντα υἱὸν γενέσθαι καὶ ἀνδριάντα τὸν οὐκ ὄντα γενέσθαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· ἓν δὲ ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταβάλλειν καὶ τεθῆναι ἐν ἄλλῳ, οἷον οἱ πλέοντες καὶ πορευόμενοι καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον· ἓν δὲ ἕξεως καὶ διαθέσεως μεταβολή, οἷον τὸ ἐξ ἀπαιδεύτου πεπαιδευμένον γενέσθαι καὶ ἐκ νέου πρεσβύτην καὶ ἐξ ἐχθροῦ φίλον· ἓν δὲ πραγμάτων μεταβολή, οἷον ἐκ πλουσίου πλάνητα [corr. πένητα] καὶ ἐξ ἰδιώτου ἄρχοντα καὶ ἐξ ἄρχοντος ἰδιώτην γενέσθαι καὶ ἄλλα τοιαῦτα.

XLVI. Cod. Marc. 30 : Διαιρεῖται τὸ ἀληθὲς εἰς

---

lia, alia velut similia ad similia, alia velut unum ad unum. Dicuntur velut unum ad multa relatum, velocissimus, maximus, pulcherrimus et talia; velut multa ad multa et ad unum, hæc plura sunt his, hæc majora sunt his, hæc pulchriora sunt his, et alia talia; velut dissimilia ad similia [..., velut similia ad similia] ut fratres ad fratres, amici ad amicos et talia; velut unum ad unum, hic pulchrior quam ille, velocior quam ille et alia id genus.

XLII. Quæ sunt in tria dividuntur : quædam enim eorum sunt natura, quædam casu, quædam vero affectu. Quæ sunt natura hæc sunt esse hominem, et eorum quæ sunt quodcunque esse; quæ casu, currere, vel dormire vel alia similia; quæ affectu, gaudere et dolere et bono animo esse et metuere et alia similia.

XLIII. Divisio eorum quæ sunt meliora, pejora, pulchriora, fœdiora, candidiora, nigriora : eorum quodcunque triplici modo dicitur; sive enim respicitur ad contrarium, sive ad ipsum sive ad medium. Ita quum bonum melius esse dicitur malo cum contrario confertur, et ita prudentia; melior est quam malitia et imprudentia medio bonum præstare dicitur quum neque bonum neque malum sit; ipsum vero ipso melius esse dicitur ut bonum bono si alterum inferius est. Similiter et pulchrum : dicitur enim pulchrius esse deformi et pulchrius eo quod neque deforme nèque pulchrum est, dicitur et pulchrius esse quam pulchrum sed quod minus est pulchrum. Eodem modo et candidius dicitur : candidum enim dicitur candidius esse nigro et eo quod neque nigrum neque candidum, medium vero est. Et eodem modo rem se habere in aliis quæ sic dicta sunt dicite. Tribus igitur modis dicitur melius et pejus, pulchrius et turpius, candidius et nigrius.

XLIV. Civitatis incolæ in tria dividuntur genera : alii ex illa portione sunt hominum qui arma ferre valent, alii ex illa qui deliberare possunt, alii ex illa qui operariam facere. Militaris pars ex illis constat qui robusti sunt; quæ ad deliberandum apta est, e senioribus; quæ vero operariam exercet, e fabris et agricolis et aliis hujusce generis. Quod si earum partium aliqua absit, non facile incolitur civitas.

XLV. Generatio in quattuor dividitur. Primum est genus quum aliquid quod non erat esse cœpit, velut filium qui antea non erat nasci, statuam quæ nulla erat fieri et omnia hujusce generis. Secundum fit loci mutatione et translocatione in alium locum ut navigantes et ingredientes et quodcunque his simile est. Tertium est mutatio habitus et dispositionis velut ex inerudito eruditum fieri, ex juvene senem, ex hoste amicum. Quartum rerum mutatio, ut ex divite mendicum, e privato magistratum, e magistratu privatum fieri et alia id genus.

XLVI. Verum in tria dividitur : unum est ipsam rem veram esse, aliud sermonem, aliud utrumque. Res ipsa

Digitized by Google

τρία· ἔστι γὰρ αὐτοῦ ἓν μὲν τὸ πρᾶγμα ἀληθὲς εἶναι, ἓν δὲ τὸν λόγον, ἓν δὲ τὸ συναμφότερον. Ἔστι δὲ τὸ πρᾶγμα ἀληθὲς ὅταν ᾖ οὕτως ἔχον καὶ οὐκ ἄλλως, οἷον τὸ τὸν θεὸν ἀθάνατον εἶναι· οὕτως γὰρ ἔχει τὸ πρᾶγμα καὶ οὐκ ἄλλως. Τὸ δὲ λέγειν, Οὗτός ἐστιν ἀληθὴς λόγος, τοῦ ἀληθοῦς ἐστίν· ἔστι γὰρ ὁ λόγος πρᾶγμα ὑπὸ τὸν λόγον τοῦτον ὄν. Τὸ δὲ λέγειν ὅτι οἱ ἄνθρωποι ἔμψυχοί εἰσι, καὶ ὁ λόγος ἀληθής ἐστι καὶ τὸ πρᾶγμα.

XLVII. Cod. Marc. 31 : Διαιρεῖται τὸ ψεῦδος εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτοῦ ἓν μὲν τὸ τὸ πρᾶγμα εἶναι ψεῦδος, ἓν δὲ τὸν λόγον, ἓν δὲ τὸ συναμφότερον. Τὸ μὲν οὖν πρᾶγμά ἐστι ψεῦδος ὅταν μὴ οὕτως ἔχῃ ὡς λέγεται ἀλλ' ἄλλως, οἷον ὁ καθήμενος ἢ ἑστηκὼς ἢ ὁ λευκὸς [μέλας]. Ὁ δὲ λόγος ἔσται ψευδὴς ὅταν τις λέγῃ τὸν ἀληθῆ λόγον εἶναι ψευδῆ, οἷον ὁ λέγων τὸν περὶ τοῦ θεοῦ λόγον, οἷον ὁ λέγων [delenda tria voc.] ὅτι ἔστι θεὸς, καὶ τοῦτον ὁ φάσκων ψευδῆ εἶναι, Ὁ λόγος οὗτός ἐστι ψευδής· οὐ γάρ ἐστιν ὑπὸ τὸν λόγον τοῦτον πρᾶγμα οὐδὲν ἀλλὰ ὁ λόγος. Ὁ δὲ λέγων τὴν ἡμέραν νύκτα εἶναι καὶ τὸ πρᾶγμα ψεῦδος ἐρεῖ καὶ τὸν λόγον.

XLVIII. Cod. Marc. 32 : Διαιρεῖται ἡ τιμὴ εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν εἰς ἀργυρίου λόγον, ἓν δὲ εἰς ἐπαίνου λόγον, ἓν δὲ εἰς θεραπείας τινὸς καὶ ἐπιμελείας λόγον. Τὸ μὲν οὖν εἰς ἀργυρίου λόγον ἐστὶν ἀξία ἐν πράσει καὶ ὠνήσει, οἷον ἀξία τῆς τιμῆς φαμὲν εἶναι· τὸ δὲ εἰς ἐπαίνου λόγον εἶναι, οἷον αἱ ἐν ταῖς πόλεσι τιμαὶ δι' ἐνίας πράξεις γινόμεναι καὶ δωρεαὶ διδόμεναι· τὸ δὲ εἰς θεραπείας λόγον καὶ ἐπιμελείας, οἷον τὸν θεὸν τιμῶμεν θεραπείᾳ τινὶ καὶ ἐπιμελείᾳ τινός, καὶ τοὺς γονεῖς δὲ τιμῶμεν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ διὰ θεραπείαν γινόμενα.

XLIX. Cod. Marc. 34 : Διαιρεῖται τῶν ἐπιστημῶν ἡ κρίσις εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν ἓν μὲν ἂν ᾖ βελτιόνων ἢ καλλιόνων, ἓν δὲ ἂν ᾖ συμφερόντων μᾶλλον καὶ κατεπειγόντων, ἓν δὲ ἂν ᾖ τῶν ἀκριβεστέρων μᾶλλον δὲ καὶ εἰς ἀπόδειξιν συντεινόντων. Ἔστι δὲ τὸ μὲν βελτιόνων καὶ καλλιόνων οἷον ἡ ἀνδριαντοποιητικὴ τέχνη καὶ ἡ ἀγαλματοποιητικὴ καὶ ἡ πορφυροβαφικὴ καὶ αἱ τοιαῦται· συμφερόντων δὲ καὶ μᾶλλον κατεπειγόντων οἷον ἡ σκευοποιητικὴ καὶ οἰκοδομικὴ καὶ αἱ τοιαῦται· ἀκριβεστέρων δὲ καὶ μᾶλλον εἰς ἀπόδειξιν συντεινόντων αἵ τε μαθηματικαὶ καὶ ἡ φιλοσοφία.

L. Cod. Marc. 35 : Διαιρεῖται ὁ στρατηγὸς εἰς τρία· ἔστι γὰρ ἢ τῷ νόμῳ στρατηγὸς ἢ κατὰ δύναμίν τινα καὶ πραγμάτων κυρείαν στρατηγὸς ἢ κατὰ ἐπιστήμην. Ἔστι δὲ ὁ μὲν κατὰ νόμον στρατηγὸς οἷον οἱ ἐν ταῖς πόλεσιν αἱρούμενοι, ὁ δὲ κατὰ ἐπιστήμην ὁ ἔχων τὴν στρατηγικὴν ἐπιστήμην, ὁ δὲ κατὰ δύναμίν τινα καὶ πραγμάτων κυρείαν οἷον ὁ ὑπό τινος ἐπισταθεὶς ἢ αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κύριος χρημάτων καὶ στρατιωτῶν γενόμενος.

LI. Cod. Marc. 37 : Διαιροῦνται αἱ μέθοδοι αἱ εἰς τὰ προβλήματα εἰς τρία· εἰσὶ γὰρ αὐτῶν αἱ μὲν κριτικαί, αἱ δὲ θεωρητικαί, αἱ δὲ ἐριστικαί. Καὶ κριτικαὶ μέν εἰσιν αἷς τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον διακρίνομεν, οἷον πότερον βέλτιον δικαιοσύνη ἢ ἀνδρεία· θεωρητικαὶ δὲ αἷς θεωροῦμεν τὸ τοιοῦτον, οἷον πότερον ταὐτὸν νόσος ἐστὶν ὑγείᾳ καὶ εὐεξίᾳ ἢ οὔ· ἐριστικαὶ δὲ αἷς τοὺς ὅρους ἀναιροῦμεν, οἷον οὐκ ἔστιν εὐεξία σωμάτων ἡ κρατίστη.

LII. Cod. Marc. 38 : Διαιρεῖται ἡ λύπη εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἐν οἷς προσήκει τὸν φρόνιμον λυπεῖσθαι, ἓν δὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς

---

vera est quum ita se habet et non aliter, velut deum esse immortalem : ita enim res se habet et non aliter. Dicere autem hoc quod dico verum est, pars est veri; sermo enim res est quæ isti sermoni subest. Quum autem dicitur homines animatos esse, cum sermo verus est tum res.

XLVII. Falsum in tria dividitur : unum enim est rem falsam esse, unum sermonem, unum utrumque. Res falsa est quum non sic se habet ut narratur, velut si sedens stat sive albus niger est. Sermo falsus est quum aliquis dicit verum sermonem falsum esse, ut qui de deo dicit [ut qui dicit deum esse], eum esse, quem si quis dicat sermonem falsum esse, sermo falsus est : nulla enim illi sermoni subest res sed sermo. Qui vero dicit diem noctem esse et rem et sermonem falsum dicet.

XLVIII. Τιμὴ (græce *pretium* et *honor*) in tria dividitur : aliud est genus secundum pecuniam, aliud secundum laudem, aliud secundum observantiam quandam et studium. Secundum pecuniam τιμὴ (pretium) est æstimatio in vendendo et emendo, velut dicimus aliquid pretio dignum esse; secundum laudem, honores qui in civitatibus quibusdam factis parantur et dona quæ dantur; secundum observantiam et studium deum honoramus observantia quadam et studio, et parentes honoramus et cetera quæ per observantiam fiunt.

XLIX. Disciplinarum divisio in tria fit genera : earum enim aliæ versantur in iis quæ sive pulchriora sive meliora sunt, aliæ in utilioribus et magis urgentibus, aliæ vero in subtilioribus et quæ magis ad demonstrationem valent. In melioribus et pulchrioribus versantur ars statuaria et purpuraria et tales; in utilioribus et magis urgentibus utensilium confectio, architectura et tales; in subtilioribus et magis ad demonstrationem tendentibus, mathematicæ artes et philosophia.

L. Dux in tres dividitur species : est enim sive lege dux, sive propter potentiam aliquam et rerum dominationem, sive propter scientiam. Dux est lege ut qui in urbibus eliguntur; propter scientiam qui imperatoriam artem possidet; propter potentiam aliquam et rerum dominationem qui ab aliquo constitutus est vel per semet ipsum dominus opum et militum factus est,

LI. Methodi ad problemata trium sunt generum : sunt enim sive criticæ, sive theoreticæ, sive disputatoriæ.

Digitized by Google

καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν προσήκουσι λυπεῖσθαι. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἐφ' οἷς προσήκει τὸν φρόνιμον λυπεῖσθαι, οἷον ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἀτυχήμασιν ἢ τῶν αὐτοῦ τινὸς οἰκείων ἢ φίλων ἢ τῆς συμπάσης πόλεως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς λυπεῖσθαι ἐστὶ φθόνος τις καὶ βασκανία καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον· τὸ δὲ ἐπὶ πᾶσι κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς [excidisse videtur τοῖς ἀλλοτρίοις] καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν προσήκουσι λυπεῖσθαι, τὸ μὲν ἐπὶ τοῖς κακοῖς τοῖς ἀλλοτρίοις ἔλεος, τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς φθόνος, τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς μηδὲν προσήκουσι φθόνος καὶ βασκανία.

LIII. Cod. Marc. 39 : Διαιρεῖται ἡ ἡδονὴ εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν περὶ τὸ λογικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ θυμικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, ἐν δὲ περὶ τὰς αἰσθήσεις. Ἔστι δὲ ἡ τὸ μανθάνειν περὶ τὸ λογιστικὸν [fort. ἡ περὶ τὸ λογ. τὸ μανθάνειν] ἢ ἀπὸ τοῦ μανθάνειν καὶ ἀνευρίσκειν ἡδονὴ καὶ τὰ τοιαῦτα· περὶ δὲ τὸ θυμικὸν οἷον ἥ τε τοῦ κρατεῖν καὶ νικᾶν καὶ ἀντιτιμωρεῖσθαι καὶ αἱ τοιαῦται· αἱ δὲ περὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν αἵ τε ἀπὸ τῆς τροφῆς καὶ συνουσίας καὶ αἱ τοιαῦται ἡδοναὶ γινόμεναι· ἡ δὲ περὶ τὸ αἰσθητικὸν περὶ τὰς αἰσθήσεις, οἷον ἥ τε διὰ τοῦ ὁρᾶν καὶ γεύεσθαι καὶ ὀσφραίνεσθαι καὶ αἱ τοιαῦται.

LIV. Cod. Marc. 40 : Διαιρεῖται ἡ εὐταξία εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν περὶ ψυχήν, ἐν δὲ περὶ σῶμα, ἐν δὲ περὶ πλῆθος, ἐν δὲ περὶ κινήσεις. Ἡ μὲν οὖν ἐν τῇ ψυχῇ εὐταξία ἐγγινομένη κοσμιότης καλεῖται, ἡ δὲ ἐν τῷ σώματι εὐταξία κάλλος καλεῖται, ἡ δὲ ἐν κινήσει εὐταξία εὐρυθμία ὀνομάζεται, ἡ δὲ ἐν τῷ πλήθει οἷον ἡ πρὸς ἄρχοντας εὐταξία πειθαρχία προσαγορεύεται.

LV. Cod. Marc. 41 : Διαιρεῖται ἡ ἀταξία εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἐν ψυχῇ, ἐν δὲ ἐν σώματι, ἐν δὲ ἐν πλήθει, ἐν δὲ ἐν κινήσει. Ἡ μὲν οὖν ἐν τῇ ψυχῇ ἀταξία ἐγγινομένη ἀσωτία ἢ ἀκολασία καλεῖται, ἡ δὲ ἐν τῷ σώματι ἀταξία αἰσχρότης καλεῖται, ἡ δὲ ἐν τῷ πλήθει ἀταξία ἀπειθαρχία καλεῖται, ἡ δὲ ἐν κινήσει ἀρρυθμία προσαγορεύεται.

LVI. Cod. Marc. 42 : Διαιρεῖται τὰ ἐν φιλοσοφίᾳ προβλήματα εἰς πέντε· ἔστι γὰρ αὐτῶν ἓν μὲν πολιτικόν, ἓν δὲ διαλεκτικόν, ἓν δὲ φυσικόν, ἓν δὲ ἠθικόν, ἓν δὲ ῥητορικόν. Πολιτικὸν μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ὑπὲρ νόμων καὶ τινῶν τιμωριῶν προβαλλόμενον, οἷον πότερον δεῖ κολάζειν τὰ ξενικὰ ἁμαρτήματα [ὁμοίως inser. videtur] ἢ τὰ πολιτικὰ ἢ ἀνόμοια [-ίως?] ἢ τἆλλα τὰ τοιαῦτα· διαλεκτικὸν δὲ οἷον πότερον τῶν ἐναντίων αὐτὴ ἡ [corr. ἡ αὐτὴ] ἐπιστήμη ἢ ἑτέρα, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα· φυσικὸν δὲ οἷον πότερον εἷς κόσμος ἐστὶν ἢ πλείους, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα· ἠθικὸν δὲ οἷον πότερον δεῖ πάντα χαρίζεσθαι τοῖς φίλοις ἢ τὰ μὲν τὰ δὲ οὔ, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα· ῥητορικὸν δὲ οἷον ἐάν τις ὑπὲρ ποιητῶν κατηγορῇ ἢ ἀπολογῆται, οἷον διὰ τί τὸν Ὀδυσσέα οἱ ἑταῖροι φρονιμώτατον ὄντα ἐξέθηκαν εἰς τὴν νῆσον καθεύδοντα, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Criticæ illæ sunt quibus melius et pejus dijudicamus, velut utrum melior sit justitia an fortitudo; theoreticæ quibus quale sit spectamus, velut an idem sit morbus quam sanitas et bona valetudo necne; disputatoriæ vero quibus definitiones tollimus, velut non est optima bona valetudo.

LII. Doloris tria sunt genera : unum enim in illis est quibus decet sapientem dolere, secundum in alienis bonis et malis et in aliis quibus non decet dolere. Ea quibus sapientem dolere decet hæc sunt : propriæ calamitates sive familiarium et amicorum et totius civitatis et alia id genus. Alienis bonis dolere invidia quædam est et malignitas quædam et tale quid. Dolere vero propter omnia mala et bona aliena et propter omnia alia propter quæ dolere non decet, si de alienis malis agitur commiseratio est, si de bonis invidia, si de aliis quæ nihil ad nos faciunt invidia et malignitas.

LIII. Voluptas in quattuor dividitur : una enim in parte est animæ quæ rationis est particeps, altera in ea quæ iræ, tertia in ea quæ cupiditatis, quarta vero in sensibus. Voluptas quæ in discendo est vel quæ a discendo et inveniendo et similibus percipitur ea parte animæ percipitur quæ rationis est particeps. Ad partem animæ iræ participem voluptas quæ ex superando, vincendo, ulciscendo talibusque percipitur spectat. Voluptates quæ in cibo, in coitu et talibus sitæ sunt pertinent ad partem animæ quæ est cupiditatum particeps; quas vero sensibus accepimus velut videndo, gustando, olfaciendo, ea in partem animæ cadunt quæ sentiendi facultate prædita est.

LIV. Ordinis conservatio quadrifariam dividitur. Una enim est in anima, secunda in corpore, tertia in multitudine, quarta in motibus. Ordinis conservatio in anima vocatur modestia, in corpore pulchritudo, in motu concentus vocatur : ordinis vero conservatio in multitudine, qualis est erga ducem obedientia, obtemperatio nominatur.

LV. Perturbatio ordinis quadruplex est : alia enim in anima, alia in corpore, alia in multitudine, alia in motu. Perturbatio ordinis in anima intemperantia et incontinentia vocatur; in corpore deformitas, in multitudine inobedientia, in motu inconcinnitas.

LVI. Problemata circum quæ philosophia versatur in quinque genera dividuntur : unum enim est politicum, alterum dialecticum, tertium physicum, quartum ethicum, quintum rhetoricum. Politicum illud est quod proponitur de legibus et pœnis quibusdam, velut utrum oporteat eodem modo punire peregrinorum delicta, quam civium an aliter, et alia id genus. Dialecticum genus velut utrum contrariorum eadem sit scientia an altera et alia talia. Physicum velut unus an plures sint mundi et alia similia. Ethicum utrum in omnibus oporteat indulgere amicis, an in aliis oporteat, in aliis vero non, et alia id genus. Rhetoricum problema vero est, si quis sive incuset sive defendat poetam, velut cur Ulyssem, quamvis prudentissimus

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

LVII. Cod. Marc. 43 : Διαιρεῖται ἡ κόλασις εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἀναίρεσις, ἓν δὲ εἰς ἀργυρίου λόγον, ἓν δὲ εἰς προπηλακισμόν, ἓν δὲ εἰς κάκωσιν σώματος. Ἡ μὲν οὖν ἀναίρεσίς ἐστιν οἷον ἐπὶ τοῖς ἀνηκέστοις ἁμαρτήμασιν ὅπερ τιμωρία ὀνομάζεται· αἱ δὲ εἰς ἀργυρίου λόγον, οἷον αἱ ὑπὸ τῶν νόμων ζημίαι κολάζουσιν· αἱ δὲ εἰς προπηλακισμοῦ λόγον, οἷον αἱ ἀτιμίαι αἱ ἐν ταῖς πόλεσι γινόμεναι, οἷον ἄτιμον εἶναι ὃς ἂν ἀσπίδα ῥίψῃ ἢ παρακαταθήκην ἀποστερήσῃ, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ τῶν νόμων ἀτιμίαι· αἱ δὲ εἰς κάκωσιν σώματος, οἷον οἱ μαστιγοῦντες καὶ οἱ λοιδοροῦντες καὶ οἱ τοιοῦτοι.

LVIII. Cod. Marc. 45 : Διαιρεῖται ἡ ἁμαρτία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν μετὰ ἀδικίας, ἓν δὲ μετὰ ἀγνοίας, ἓν δὲ μετὰ ἀτυχίας. Τὸ μὲν οὖν μετὰ ἀδικίας ἁμαρτάνειν ἐστὶν οἷον τὸ εἰς θεὸν ἀσεβεῖν καὶ τοὺς φίλους κακῶς ποιεῖν καὶ τὰ ἐν ταῖς πόλεσιν ἀδικήματα· τὸ δὲ μετὰ ἀγνοίας ἁμαρτάνειν οἷον γραμματικῇ ἢ ἀριθμητικῇ καὶ ταῖς τοιαύταις ἐπιστήμαις· ταῦτα γὰρ οὐ μετὰ ἀδικίας γίνεται ἀλλὰ μετὰ ἀγνοίας· μετὰ ἀτυχίας δὲ ἁμαρτάνειν ἐστὶν οἷον οἱ τοῦ σκοποῦ ἀποτυγχάνοντες καὶ οἱ τῶν ὁδῶν καὶ οἱ ἀκούσια ἁμαρτάνοντες.

LIX. Cod. Marc. 46 : Διαιρεῖται ἡ ἀτυχία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἐν ταῖς πράξεσιν, ἓν δὲ ἐν τοῖς καιροῖς, ἓν δὲ ἐν τοῖς συμπτώμασι τοῖς ἀπὸ ταὐτομάτου γινομένοις. Τὸ μὲν οὖν ἐν ταῖς πράξεσιν βλάπτεσθαι καὶ ζημιοῦσθαι ἐστί, τὸ δὲ ἐν τοῖς καιροῖς ἀτυχεῖν ὑστερεῖσθαι ἐστὶ καὶ προτερεῖν καὶ τοῦ διαμαρτάνειν καὶ τοῦ καιροῦ γινόμενον [καὶ τοῦ διαμ.... γινομένου corrig. videtur], τὸ δὲ ἐν τοῖς συμπτώμασι τοῖς ἀπὸ ταὐτομάτου γινομένοις οἷον αἱ πληγαὶ αἱ ἐξαίφνης καὶ αἱ βλάβαι αἱ ἐξ ἀπροσδοκήτου προσπίπτουσαι.

LX. Cod. Marc. 47 : Διαιρεῖται τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινῶς ἀγαθὰ εἰς πέντε· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν ἴδια θεοῦ, τὰ δὲ ἴδια ἀνθρώπων, τὰ δὲ κοινὰ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τὰ δὲ κοινὰ ἀνθρώπου καὶ τῶν ἄλλων ζώων πλὴν θεοῦ, τὰ δὲ πάντων κοινά. Ἴδια μὲν οὖν ἐστὶ θεοῦ τὸ ἀΐδιον εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα, ἴδια δὲ ἀνθρώπου τὸ σύμφρονα [fort. σώφρονα] καὶ δίκαιον εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα, κοινὰ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὸ σπουδαῖον εἶναι· καὶ γὰρ τῷ θεῷ ὑπάρχει καὶ τῷ ἀνθρώπῳ σπουδαίῳ εἶναι, ἴδιον δὲ ἀνθρώπου ἡ ἐγκράτεια κακοῦ τινὸς οὖσα ἀποτρεπτική, τῷ θεῷ δὲ οὔτε γενέσθαι οὔτε ὑπάρχειν κακὸν καλῶς ἔχει λέγειν, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. Κοινὸν δὲ ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων πλὴν θεοῦ ἀνδρεία· αὕτη γὰρ κινδύνου τινὸς καὶ φόβου ἀντιστατική ἐστι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· πάντων δὲ κοινὸν τὸ καλόν.

LXI. Cod. Marc. 48 : Ἕκαστον τῶν ὄντων ἀποτελεῖται διὰ τέσσαρας αἰτίας· ἢ γὰρ διὰ τὸ περὶ χρηστὴν [corr. videtur καὶ περὶ χρηστὸν] ὑπάρχειν ἀπροσδόκητον τύχην ἢ δι' ἐπιστήμην ἢ διὰ φύσιν ἢ διὰ βίαν καὶ ἀνάγκην. Τὰ μὲν διὰ τύχην ἐστὶ τὰ ἀπὸ ταὐτομάτου καὶ ἀπὸ [ἄνευ?] προνοίας ἀποτελούμενα,

---

fuerit, exposuerint in insulam socii dormientem, et talia.

LVII. Castigationis quattuor sunt genera : unum enim est pœna capitis, alterum pecuniaria, tertium ignominia, quartum damnum corporis. Capitis pœna est quæ ab illis sumitur qui maxima facinora commiserunt, quod appellatur supplicium. Pecuniaria pœna est mulcta legibus irrogata. Existimationis vero, ignominiæ quibus cives efficiuntur, velut infamem esse qui scutum abjecerit, vel qui depositum defraudaverit ceteræque infamiæ legibus impositæ. Pœna quæ damno fit corporis, ab iis imponitur qui verberant sive convicliis afficiunt et similibus.

LVIII. Peccatum in tria dividitur genera. Est enim unum quod fit injustitia, aliud ignorantia, aliud propter infortunium. Cum injustitia conjunctum peccatum est impium in deum esse, male agere cum amicis et injustum esse in rempublicam. Ignorantia peccatur in grammaticam, arithmeticam similesque disciplinas : hæc peccata enim non fiunt injustitia, sed ignorantia. Ut cum infortunio erremus tunc accidit quum finem non attingimus, vel a via aberramus, vel inviti peccamus.

LIX. Mala fortuna in tria dividitur. Una enim est in actionibus, altera in tempore, tertia in accidentibus quæ sponte sua eveniunt. Mala fortuna in actionibus utuntur qui damno et detrimento afficiuntur; in tempore, qui vel sero, vel prius veniunt, vel opportunitatem nacti ea frustrantur; accidentia vero quæ sponte sua eveniunt, appellantur subitæ calamitates et noxiæ quæ ex improviso incidunt.

LX. Propria et communiter bona in quinque dividuntur species. Eorum enim nonnulla propria sunt Deo, alia hominibus, alia communia Deo et hominibus, alia propria hominibus et ceteris animalibus præter Deum, alia vero omnibus communia. Proprium igitur est Deo immortalem esse et similia; proprium hominibus concordes esse et justos; proprium Deo et hominibus bonos esse : etenim et Deo et hominibus proprium est bonis esse, proprium vero homini continentia quæ malum avertat, Deum vero malum esse vel fieri posse ne dicere quidem licet : et alia id genus. Communis vero hominibus et ceteris animalibus præter Deum, fortitudo : ea enim facit ut periculo vel terrori alicui resistamus; omnibus vero commune pulchrum est.

LXI. Eorum quæ sunt quodcunque quattuor causis perficitur : sive casu qui etiam in bonum obtinet, sive scientia, sive natura sive vi et necessitate. Quod casu perficitur id est quod sua sponte et providentia fit : quæ scientia, domus et naves et omnia talia; quæ natura, homines, arbores et omnia animalia; quæ vi et necessitate,

Digitized by Google

τὰ δὲ δι' ἐπιστήμην αἵ τε οἰκίαι καὶ αἱ νῆες καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ διὰ φύσιν οἷον οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰ ζῷα πάντα, διὰ δὲ βίαν καὶ ἀνάγκην οἷον αἱ τῶν ἀλόγων ζώων δαμάσεις καὶ αἱ κρατήσεις καὶ δεσποτεῖαι καὶ τυραννίδες καὶ τὰ τοιαῦτα.

LXII. Cod. Marc. 49 : Διαιρεῖται τὸ ψευδολογεῖν εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτοῦ ἓν μὲν ἐν [del.] ἀλαζονείᾳ [-νεία], ἓν δὲ εἰρωνεία, ἓν δὲ κερτόμησις, ἓν δὲ ψευδολογία τις μετὰ βλάβης. Ὁ μὲν οὖν ἀλαζονευόμενος ἐπὶ πλεῖον καὶ μεῖζον ψεύδεται· προσποιητὸς γάρ ἐστιν, ὃ οὐκ οἶδεν εἰδέναι θέλων καὶ ἅπερ οὐκ ἔχει ἔχειν. Ὁ δὲ εἰρωνευόμενος ἐπὶ τὸ ἔλαττον ψεύδεται· ὅ τε γὰρ πλούσιος πένης φησὶν εἶναι ἐὰν εἰρωνεύηται, καὶ ὁ σοφὸς οὐκ εἶναι σοφός. Ὁ δὲ ἐν τῷ κερτομεῖν ψευδολογῶν μετὰ τοῦ σκώπτειν οἷον τὸ ἡττᾶσθαι κρατεῖν ἢ καλὸν τὸ κακὸν λέγων καὶ σοφὸν τὸ ἀπαίδευτον, ὁ δὲ μετὰ βλάβης οἷον ὁ τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν καὶ ἀπαρνούμενος καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα.

LXIII. Cod. Marc. 50 : Διαιρεῖται ὁ ψευδόμενος εἰς δύο· ὁ μὲν γὰρ ἑκὼν ψεύδεται, ὁ δὲ ἄκων. Ὁ μὲν οὖν ἑκὼν ψευδόμενος ἐξαπατᾷ τινὰς καὶ ἄλλως ἀπάτην ἐμποιεῖ, ὁ δὲ ἄκων ψευδόμενος αὐτὸς ἐξηπατημένος ψεύδεται ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ ἀπάτης οὔσης.

LXIV. Cod. Marc. 54 : Διαιρεῖται ὁ καθαρισμὸς καὶ ἡ κάθαρσις εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν ἓν μὲν νόμῳ, ἓν δὲ φύσει, ἓν δὲ τέχνῃ καὶ πράγματι. Νόμῳ μὲν οὖν ἐστὶ καθαρμὸς οἷον ὅ τε τοῦ ἀέρος ὅταν ἀποκαθαίρηται καὶ ὅταν τὰ ὕδατα ὧσι καθαρὰ καὶ τὰ βρώματα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ... τέχνῃ δὲ καὶ πράγματι οἷον ἥ τε τῶν χαλκωμάτων καὶ τῶν ἱματίων πλύσις καὶ τὰ τοιαῦτα.

LXV. Cod. Marc. 57 : Τῶν κακῶν ὁμοιότης τῶν περὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα καὶ τῶν ἐκτός ἐστιν αὕτη. Ἐν τῇ ψυχῇ μέν ἐστιν ἀδικία κάκιστα τὴν ψυχὴν διατιθεῖσα, ἐν δὲ τῷ σώματι νόσος κάκιστα διατιθεῖσα τὸ σῶμα, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς ἀτυχία κάκιστα διατιθεῖσα τὰς ἐκτὸς πράξεις· καὶ ταύτῃ λαμβάνεται ἡ ὁμοιότης τῶν κακῶν τούτων. Καὶ πάλιν ἐν μὲν ψυχῇ ἀφροσύνη ἀρρωστία τίς ἐστι καὶ ἀλογιστία ψυχῆς, ἐν δὲ σώματι καχεξία ἀρρωστία ἐστίν, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς ἀδοξία· προπηλακισμὸν γὰρ καὶ ἀρρωστίαν καὶ ἀλιγωρίαν περὶ τὰ ἄλλα τινὰ ἐμποιεῖ ταῖς ἐκτὸς πράξεσι· καὶ ταύτῃ πάλιν λαμβάνεται τῶν κακῶν τούτων ἡ ὁμοιότης. Καὶ πάλιν ἐν μὲν ψυχῇ δειλία οὖσα ἐκπληκτικὰς καὶ πάντων ἥττους τῶν φόβων παρασκευάζει τὰς ψυχάς, ἐν δὲ σώματι ἀσθένεια πάντων τῶν πόνων ἡττᾶσθαι τὰ σώματα παρασκευάζει, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς ἐχθροὶ ὄντες ἀσθενῆ περὶ τὰς ἐκτὸς πράξεις καὶ εὐκαταφρόνητον ποιοῦσιν· ᾧ γὰρ πολλοί εἰσιν ἐχθροὶ οὐδὲν τούτῳ ῥᾳδίως ὑπάρχει. Καὶ ἔστιν ἡ μὲν δειλία ἐν φόβῳ εὐκαταφρονήτας ποιοῦσα, ἡ δὲ ἀσθένεια ἐν πόνοις εὐκαταφρόνητον τὸ σῶμα ποιεῖ, ἡ δὲ ἔχθρα ἐν πράξεσι ταῖς ἐν βίῳ. Καὶ ἡ μὲν ἀσωτία καὶ ἀκολασία αἰσχρὰν τὴν ψυχὴν καὶ ἄκοσμον παρασκευάζει, τὸ δὲ αἶσχος ἐν σώματι ὂν αἰσχρὸν τὸ σῶμα καὶ ἄκοσμον παρασκευάζει, ἡ δὲ πενία ἐκτὸς οὖσα αἰσχρὸν [τὸν?] βίον παρασκευάζει· καὶ ταύτῃ λαμβάνεται τῶν κακῶν τούτων ἡ ὁμοιότης.

LXVI. Cod. Marc. 59 : Διαιρεῖται ἡ ἀποβολὴ

---

brutorum animalium domitiones, subactiones, dominationes, tyranniæ et talia.

LXII. Falsa dicendi quattuor sunt genera : unum enim est in jactantia, alterum in dissimulatione, tertium est irrisio, quartum mendacium damnum aliquod afferens. Qui se jactat mentitur plura et majora dicens : simulat enim ea scire se affirmans quæ nescit et ea habere quæ non habet. Qui dissimulat mentitur minuendo : dives enim dicit se pauperem esse quum dissimulat, sapiens se non esse sapientem. Qui mentitur irridens cavillatur quum superari vincere appellet, quod pulchrum est, malum, quod sapiens indoctum : qui damnose mentitur is est qui falsum testatur, qui denegat et alia talia facit.

LXIII. Duo sunt genera eorum qui falsa loquuntur : sive enim voluntate sive inviti faciunt. Qui sponte mentitur quosdam decipit et aliter fraudem facit; qui vero invitus quum ipse deceptus sit falsa loquitur ob errorem in quo ipse versatur.

LXIV. Purificatio et purgatio in tria dividuntur genera. Unum enim fit lege, alterum natura, tertium arte et re. Purificatio lege fit ut quum aer purificatur et quum aqua et cibi et omnia talia pura sunt..... arte et re ut æramentorum et vestium lotio et talia.

LXV. Malorum similitudo quæ ad animum et quæ ad corpus pertinent quæve extrinsecus sunt hæc est. In animo injustitia pessime animum afficit, in corpore morbus, in iis quæ extrinsecus sunt mala fortuna : et ita perspicitur horum malorum similitudo. Et rursus in animo insipientia imbecillitas quædam est et rationis defectus, in corpore vero malus habitus defectus est; in iis quæ extrinsecus sunt mala existimatio, quippe quæ ignominiam et infirmitatem et despectum circum alia quædam efficit iis quæ extrinsecus fiunt. Et ita rursus percipitur horum malorum similitudo. Et rursus timiditas quæ est in animo mentes stupori obnoxias et omni pavori inferiores efficit : in corpore virium defectus corpora omnibus laboribus imparia reddit; in iis vero quæ sunt extrinsecus qui sunt inimici infirmos faciunt ad ea quæ extrinsecus agenda sunt et facile despiciendos : cui enim multi sunt inimici, nihil huic facile contingit. Et ignavia est quæ in periculo facile contemnendos faciat, virium defectus in laboribus corpus, inimicitiæ vero in vitæ actionibus. Prodigalitas et intemperantia animum turpem et incultum efficiunt; deformitas in corpore turpe et incultum corpus reddit; egestas quæ extrinsecus est vitam turpem efficit. Et ita percipitur horum malorum similitudo.

LXVI. Scientiæ amissio in tria dividitur : unum enim est si is cujus est scientia periit; alterum si oblivio gi-

Digitized by Google

τῆς ἐπιστήμης εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἓν μὲν ἐὰν φθαρῇ οὗπερ ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη, ἓν δὲ ἐὰν λήθῃ γένηται, ἓν δὲ ἐὰν ὁ ἔχων τὴν ἐπιστήμην φθαρῇ. Ἐὰν μὲν οὖν οὗ ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη φθαρῇ οἷον Σωκράτους, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἐπιστήμη· ἔφθαρται γάρ. Ἐὰν δὲ λήθῃ γένηται, καὶ οὕτως ἀποβάλλομεν τὴν ἐπιστήμην. Ἐὰν δὲ ὁ ἔχων τὴν ἐπιστήμην φθαρῇ ἄνθρωπος, ἀναγκαῖόν ἐστι συμφθείρεσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι αὐτήν.

www.libtool.com.cn

LXVII. Cod. Marc. 64 : Σκεπτέον ἥτις ἐστὶ τῶν ζῴων πρὸς ἄλληλα διαφορά. Φαμὲν οὖν εἶναι τῶν ζῴων τὰ μὲν θνητά, τὰ δὲ ἀθάνατα. Θνητὰ μὲν οὖν εἰσὶ ὅσα πέφυκε φθείρεσθαι καὶ αἵματος κοινωνεῖν, οἷον ἄνθρωπος καὶ βοῦς καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ζῴων· ἀθάνατα δὲ οἷον ἄγγελοι. Τῶν δὲ θνητῶν ζῴων τὰ μέν ἐστι πτηνά, τὰ δὲ ἔνυδρα, τὰ δὲ πεζά· πεζὰ μὲν οὖν εἰσὶν οἷον ἄνθρωπος, κύων, ἵππος καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ ἁπλῶς οἷς ὁ βίος ἐπίγειός ἐστιν, ἔνυδρα οἵ τε ἰχθύες καὶ τὰ ὄστρεα καὶ ἁπλῶς οἷς ἡ διαγωγὴ ἐν ὑγρῷ ἐστί, πτηνὰ δὲ οἷον ὄρνιθες καὶ σφῆκες καὶ μέλισσαι καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα ἃ διὰ τῆς οἰκείας φύσεως ὀχοῦνται κατὰ τὸν ἀέρα. Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σῶμα δοκεῖ διαφέρειν ἀλλήλων. Ὅτι μὲν οὖν κοινῶς κατὰ πάντων τούτων κατηγορεῖται ζῷον εἶναι δῆλον, διαφορὰν δέ τινα ἔχει τούτων ἕκαστον καθάπερ εἰπομεν· τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν πεζόν, τὸ δὲ ἔνυδρον, τὸ δὲ πτηνόν, τὸ δὲ ἀθάνατον· τὸ δὲ κοινὸν κατηγορούμενον ἐφ' ἁπάντων φαμὲν εἶναι τὸ γένος. Ἕκαστον δὲ τούτων ἐστὶ ζῷον, τὰ δὲ διαιρεθέντα τῶν ζῴων λεκτέον εἴδη εἶναι. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ σχήματος καὶ ἀριθμοῦ. Τοῦ τε γὰρ τριγώνου καὶ τῶν λοιπῶν κοινὸν φαμὲν εἶναι τὸ σχῆμα· τούτων γὰρ ἕκαστόν ἐστιν ὅπερ ὑπάρχει σχήματί τι (l. σχήματι)· δῆλον οὖν ὅτι τὸ μὲν σχῆμα γένος ἂν εἴη τούτων, ταῦτα δὲ τοῦ σχήματος εἴδη· τὸ γὰρ σχῆμα διαιρήσομεν εἰς τρίγωνον καὶ τετράγωνον καὶ τὰ λοιπά. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον εἴδη τοῦ ἀριθμοῦ εἰσι· κοινῇ γὰρ αὐτῶν κατηγορεῖται ὁ ἀριθμός. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν γένος δοκεῖ πρότερον εἶναι τοῦ εἴδους, τὸ δὲ πρότερον οὐχ ἁπλῶς λέγεται, εἴπωμεν περὶ αὐτοῦ.

LXVIII. Cod. Marc. 65 : Τὸ πρότερον λέγεται πενταχῶς· ἢ γὰρ φύσει ἢ χρόνῳ ἢ θέσει ἢ τάξει λεχθήσεται. Θέσει μὲν οὖν οἷον τὸ ἐπὶ τῶν κειμένων ψήφων εἰώθαμεν λέγειν, οἷον ὅτι πρότερον αὕτη ταύτης· τάξει δὲ οἷον ὁ ταξίαρχος τοῦ λόχου καὶ ὁ λοχαγὸς τοῦ ἰδιώτου καὶ τὸ α' τοῦ β'. Δυνάμει δὲ φαμὲν εἶναι πρότερον τὸν στρατηγὸν τοῦ στρατιώτου καὶ ἁπλῶς τὸν δυνάστην τοῦ ἰδιώτου· χρόνῳ δὲ οἷον πατὴρ υἱοῦ καὶ πᾶν τὸ πρεσβύτερον τοῦ νεωτέρου· φύσει δέ ἐστι πρότερον οἷον ἥ τε μονὰς τῆς δυάδος καὶ τὸ μέρος τοῦ ὅλου καὶ τὸ γένος τοῦ εἴδους, καὶ ἁπλῶς ὅσα αὐτὰ ἀλλήλοις μὴ συναναιρεῖται, τούτων τὸ μὲν οὖν ἀναιροῦν (l. συναναιροῦν) πρότερόν ἐστι, τὸ φύσει δὲ συναναιρούμενον ὕστερον· οἷον τῆς μονάδος ἀναιρεθείσης ἡ δυὰς ἀναιρεῖται καὶ πᾶς ἀριθμός, δυάδος δὲ ἀναιρεθείσης οὐδὲν κωλύει μονάδα εἶναι· πρότερον τοίνυν τῇ φύσει μονὰς δυάδος. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ μέρους ἀναιρεθέντος τὸ ὅλον ἀναιρεῖται, τοῦ δὲ ὅλου μὴ ὄντος οὐδὲν κωλύει τὸ μέρος εἶναι. Φανερὸν δὲ ὅτι ὁσαχῶς τὸ πρότερον λέγεται, τοσαυταχῶς καὶ τὸ ὕστερον λεχθήσεται· τὸ γὰρ ὕστερον ἐροῦμεν ἢ φύσει ἢ χρόνῳ ἢ θέσει ἢ τάξει ἢ δυνάμει.

---

gnitur, tertium si is qui habet scientiam moritur. Si igitur is cujus est scientia moritur ut Socratis, non amplius erit scientia, periit enim. Sin autem oblivio gignitur, et sic quoque scientiam amittimus. Sin autem moritur is qui scientiam possidet, necesse est cum illo perire et amitti ipsam.

LXVIII. Quærendum quænam sit animalium inter se differentia. Dicimus igitur animalium quædam esse mortalia, quædam immortalia. Mortalia sunt quæ intereunt et sanguinem habent, ut homo, bos et similia animalia; immortalia vero angeli. Mortalium animalium quædam sunt volatilia, quædam aquatilia, quædam terrestria. Terrestria autem sunt homo, canis, equus et similia et omnino quæcunque vitam in terra degunt; aquatilia pisces et ostrea et omnino quæcunque in humido degunt; volatilia vero aves, vespæ, apes et alia similia, quæcunque propria natura per aerem feruntur. Hæc vero omnia et quod ad animam et quod ad corpus attinet inter se differre videntur. De his vero omnibus communiter prædicatur animalia esse, sed eorum quodque differentiam habet, ut diximus : aliud enim pedestre, aliud aquatile, aliud volatile, aliud immortale. Quod autem communiter de omnibus prædicatur, genus esse dicimus. Eorum quodcunque animal est : divisa autem animalia species vocari oportet. Quod et idem de forma et numero accidit. Trianguli enim et aliarum figurarum communem esse formam dicimus : eorum enim quodque forma est ita ut appareat formam eorum esse genus, illa vero formæ species. Formam enim dividemus in triangulum, quadrangulum et cetera. Similiter etiam par et impar genera sunt numerorum : communiter enim de illis prædicatur numerus. Quum vero genus prius videatur esse quam species, prius autem non uno tantum modo dicatur, de hoc jam loquamur.

XLVIII. Prius quinque dicitur modis : sive enim natura, sive tempore, sive facultate, sive positione, sive ordine dicetur. Positione de calculis solemus dicere, velut hunc priorem esse illo. Ordine velut taxiarchus prior est cohorte, lochagus gregario milite et *a* quam *b*. Facultate priorem esse dicimus ducem milite et prorsus eum qui dominationem exercet homine privato. Tempore prior est pater filio et omne quod ætate majus est juniore. Natura prius est monas dyade, pars toto, genus specie et prorsus omnia quæ non ipsa invicem simul auferuntur, quorum prius est id quod aufert, quod vero natura aufertur posterius, velut monade ablata, dyas aufertur et omnis numerus, dyade vero ablata nihil impedit quin monas sit. Prius igitur natura monas dyade. Similiter et ablata parte totum au-

Digitized by Google

LXIX. Cod. Marc. 66 : Ὁσαχῶς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον λέγεται, τοσαυταχῶς καὶ περὶ τοῦ ἅμα λεχθήσεται, οἷον ἢ φύσει ἢ θέσει ἢ δυνάμει ἢ χρόνῳ ἢ τάξει. Θέσει μὲν οὖν εἰσὶ τὰ τοιαῦτα ἅμα ὅσα τῷ τόπῳ ἐξ ἴσου ἐστίν, οἷον τὰ τρέχοντα ἅμα φαμὲν εἶναι καὶ τὰ ἑστηκότα· τάξει δέ ἐστι τὰ τοιαῦτα ἅμα οἷον οἱ τοῖς ζυγοῖς στοιχοῦντες, δυνάμει δὲ ἅμα λέγομεν τὰ μηδὲν ἀλλήλων πλέον δυνάμενα, χρόνῳ δὲ τὰ τοιαῦτα φαμὲν εἶναι ἅμα τὰ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὄντα, φύσει δὲ λεκτέον ἅμα εἶναι τά τε συναναιροῦντα ἄλληλα καὶ τὰ μὴ δυνάμενα χωρὶς ἀλλήλων εἶναι, οἷον τό τε διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ· ταῦτα γὰρ συναναιροῦνται ἄλληλα (l. ἀλλήλοις) καὶ τὰ μὴ δυνάμενα χωρὶς ἀλλήλων εἶναι, οἷον τό τε διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ· ταῦτα γὰρ συναναιροῦνται ἀλλήλοις καὶ τὸ ἕτερον χωρὶς τοῦ ἑτέρου ἀδύνατον εἶναι· διπλασίου γὰρ ἀναιρεθέντος οὐκ ἔσται ἥμισυ καὶ ἡμίσους ἀναιρεθέντος οὐκ ἔσται διπλάσιον καὶ ἀδύνατόν ἐστι διπλασίου ὄντος μὴ εἶναι ἥμισυ. Τούτων οὕτως ἀποδειχθέντων ἀκόλουθον εἰπεῖν περὶ τῶν ὄντων (cf. supra XXXII).

LXX. Cod. Marc. 68 : Διαιροῦνται τὰ ἐναντία οὕτως. Τῶν ὄντων τῶν μέν ἐστί τι ἐναντίον τῶν δὲ οὔ· χρυσῷ μὲν γὰρ καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ἱματίῳ καὶ τοῖς τοιούτοις οὐδέν ἐστιν ἐναντίον, ἀρετῇ δὲ καὶ ἀγαθῷ καὶ θέρμῳ ἔστιν ἐναντίον· ἀγαθῶν μὲν γὰρ ἐναντίον τὸ κακόν, ἀρετῇ δὲ κακία, θέρμῳ δὲ ψυχρόν. Τῶν ἐναντίων τοίνυν αὐτῶν τὰ μὲν ἔχουσί τι ἀνὰ μέσον τὰ δὲ οὔ. Ἀγαθοῦ μὲν γὰρ καὶ κακοῦ ἔστι τι ἀνὰ μέσον, κινήσεως δὲ καὶ ἠρεμίας οὐδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον· ἐξ ἀνάγκης γὰρ πάντα ἢ κινεῖται ἢ ἠρεμεῖ. Καὶ ζωῆς καὶ θανάτου οὐδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον· ἐξ ἀνάγκης γὰρ ὅπερ τῆς ζωῆς δεκτικόν ἐστιν, ἢ ζῇ ἢ τέθνηκεν. Αὐτὰ δὲ τὰ ἐναντία λέγεται περιττῶς· ἢ γὰρ ὡς ἀγαθῷ κακὸν ἐναντίον ἐστίν, οἷον τῇ δικαιοσύνῃ ἡ ἀδικία καὶ τῇ σωφροσύνῃ ἡ ἀκολασία καὶ τὰ τοιαῦτα, ἢ ὡς οὐδέτερον οὐδετέρῳ ἐναντίον ἐστίν ... τούτων γὰρ οὐδέν ἐστιν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν. Ὡς κακὸν κακῷ δὲ ἐναντίον ἐστὶ κακὸν ἡ ὑπερβολὴ τῇ ἐνδείᾳ καὶ τὰ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν λεγόμενα, οἷον τὸ ὑπερβαλλόντως ψύχεσθαι (deesse videtur : τῷ ὑπερβαλλόντως θερμαίνεσθαι)· ταῦτα γὰρ καθ' ὑπερβολὴν λέγεται (addend. ἐναντία) καὶ τὸ ἔλλειπον τοῦ θερμοῦ τῷ ἐλλείποντι τοῦ ψυχροῦ· καὶ γὰρ ταῦτα κατ' ἔλλειψιν ἐναντία. (Cf. supra XXVII.)

LXXI. Cod. Marc. 69 : Μετὰ ταῦτα τοίνυν περὶ καταφάσεως σκεπτέον πῶς λέγομεν. Φαμὲν οὖν πᾶσαν κατηγορίαν ἢ δηλοῦμεν ὑπάρχειν τι κατάφασιν εἶναι, οἷον τὸ καθῆσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ λευκὸν εἶναι τὸ ἱμάτιον καὶ πάντα τὰ τοῦτον τὸν τρόπον λεγόμενα. Ἀπόφασις δέ ἐστι τοιοῦτον οἷον τὸ μὴ καθῆσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸ μὴ λευκὸν εἶναι τὸ ἱμάτιον καὶ ἁπλῶς οὗ τὸ μὴ ἢ τὸ οὐ προστεθὲν σημαίνει μὴ ὑπάρχειν τι.

---

fertur, quum vero totum non est nihil impedit quin pars sit. Manifestum vero quot modis dicatur prius, tot etiam dici posterius : posterius enim dicemus sive natura sive tempore, sive positione, sive ordine, sive facultate.

LXIX. Quot modis dicitur prius et posterius, tot etiam et simul dicetur : sive enim natura, sive ordine, sive facultate, sive tempore, sive ordine. Positione vero simul sunt ea quæ loco sunt æqualia ; ita dicimus ea quæ currunt vel quæ stant simul esse. Ordine simul sunt quæ jugatim procedunt. Facultate simul esse dicimus quorum neutrum altero plus potest. Tempore simul esse dicimus quæ eodem sunt tempore. Natura simul esse ea dicenda sunt quæ se invicem auferunt et quorum alterum sine altero esse nequit, ut duplum et dimidium : horum enim alterum ab altero aufertur et alterum sine altero esse non potest : ablato enim duplo non erit dimidium, et quum duplum est, ut non sit dimidium fieri nequit. His ita demonstratis sequitur ut de iis quæ sunt loquamur.

LXX. Contraria sic dividuntur. Eorum quæ sunt habent alia contraria, alia non habent ; auro enim et homini et vesti et similibus nihil est contrarium, virtuti autem et bono et calido contrarium est ; mala enim bonis sunt contraria, virtuti autem vitium, calido vero frigidum. Contrariorum vero ipsorum nonnulla aliquid in medio habent, nonnulla vero nihil. Bonum enim atque malum aliquid in medio positum habent, motus autem et quies nihil : necesse enim est omnia sive moveri sive in quiete esse. Ita et vita et mors nihil in medio habent : necessario enim quodcunque vitæ particeps fieri potest, aut vivit aut mortuum est. Ipsa vero contraria peculiari quodam modo dicuntur : sive enim ut bono malum contrarium est velut justitiæ injustitia et temperantiæ intemperantia et similia, sive neutrum neutri contrarium est (*desunt exempla*), horum enim nihil neque bonum neque malum est. Ex malis vero malum malo contrarium est exsuperantia indigentiæ, et quæ sive per excessum sive per defectum dicta sunt, ut supra modum refrigerari, hæc enim per excessum dicuntur : et indigentia caloris indigentiæ frigoris, hæc enim per defectum contraria.

LXXI. Post hæc quærendum est de affirmatione quomodo eam dicamus. Dicimus igitur omne prædicamentum quo aliquid esse affirmamus, affirmationem vocari, ut dicimus hominem sedere, albam esse vestem et omnia hoc modo dicta. Negatio vero hæc est : hominem non sedere, vestem non albam esse et omnino quodcunque addito *non* significatur non esse.

Digitized by Google

III. SCRIPTA LOGICA.

Scriptorum logici argumenti quæ in deperditis Aristotelis libris habenda sunt, duplex est genus. Primum eorum est quæ, quum titulo et argumento illis similia essent e quibus illud logicæ et dialecticæ doctrinæ corpus est compositum, cui philosophi Aristotele recentiores *Organi* nomen indiderunt (cf. Schol. in Anal. pr. p. 140, A 48, David in Categ. p. 25, B, 31; 26, A, 12), ab antiquis interpretibus ut spuria rejecta sunt. Alterorum deinde eorum quorum memoria sive in indicibus sive alibi exstat. De hoc altero genere loquitur Alexander Aphrod. in Arist. Topic. p. 5 (p. 252, A, 8 Brand.): Περὶ δὲ τῆς οὕτω λεγομένης διαλεκτικῆς Ἀριστοτέλης μὲν καὶ ἐν ἄλλοις βιβλίοις πεπραγμάτευται, μάλιστα δὲ ἐν τούτοις ἃ ἐπιγράφεται Τοπικά. Magis etiam perspicue alio loco idem hosce tangit libros, sive potius argumentorum collectiones, ad disciplulorum, ut videtur, usum institutas, quarum longe maximum numerum nostri indices recensent. Quum enim philosophus, de utilitate Topicorum disputans Topic. I, 2, ea πρὸς γυμνασίαν, πρὸς τὰς ἐντεύξεις, πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας utilia esse dixisset, de prioribus hæc adnotat, ib. p. 16 (p. 254, B, 10): Ἡ γυμνασίαν λέγοι ἂν τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος ἐπιχείρησιν. Ἦν δὲ σύνηθες τὸ τοιοῦτον εἶδος τῶν λόγων τοῖς ἀρχαίοις, καὶ τὰς συνουσίας τὰς πλείστας τοῦτον ἐποιοῦντο τὸν τρόπον, οὐκ ἐπὶ βιβλίων ὥσπερ νῦν (οὐ γὰρ ἦν πω τότε τοιαῦτα βιβλία), ἀλλὰ θέσεώς τινος τεθείσης εἰς ταύτην γυμνάζοντες αὐτῶν τὸ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις εὑρετικὸν ἐπεχείρουν κατασκευάζοντές τε καὶ ἀνασκευάζοντες δι' ἐνδόξων τὸ κείμενον. Καὶ ἔστι βιβλία τοιαῦτα Ἀριστοτέλει τε καὶ Θεοφράστῳ γεγραμμένα, ἔχοντα τὴν εἰς τὰ ἀντικείμενα δι' ἐνδόξων ἐπιχείρησιν (cf. Dschemaludd. 54), quod cum et Theon Progymn. c. 2, t. I, p. 165 Walz. confirmat: Παραδείγματα δὲ τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν ἐστὶ παρά τε Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου· πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία Θέσεων ἐπιγραφόμενα, tum quodammodo et notissima Strabonis verba testantur XIII, p. 608: Συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν Περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον, οὐκ ἔχουσιν ὅλως τὰ βιβλία, πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν. Quod si quæ ab ipso Aristotele Topic. I, 19, ejusque interprete p. 43 dicta sunt, de eo quod inter θέσιν et πρόβλημα intersit, colligimus, jam illud manifestum erit hosce Θέσεων libros, libris Problematum simillimos fuisse, nec minus igitur interpolationibus obnoxios. Ex his tamen nullum exstare fragmentum videtur.

A Θέσεων libris, qui vocabantur Ἐπιχειρημάτων (cf. Diog. Laert. (65) Ἐπιχειρημάτων α′β′, (70) Θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ κέ) non multum fortasse diversi fuerunt. Ad quos tamen num referenda sint quæ habet Aristoteles de Memoria c. 2: Πρῶτον μὲν οὖν ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις ἐστὶν ἀληθῆ δεῖ τίθεσθαι ὡς ὑπάρχοντα· οὔτε γὰρ μνήμης ἐστὶν ἀνάληψις ἡ ἀνάμνησις οὔτε λῆψις (ubi sic Michael Ephesius f. 131 verso: Ἐπιχειρηματικοὺς λόγους λέγει τὰ προβλήματα. Ἔστι δὲ τὸ λεγόμενον· ὅσα ἐν τοῖς προβλήμασιν ἡμῖν εἴρηται καὶ δέδεικται ἀποδεικτικῶς περὶ ἀναμνήσεως, δεῖ ἐνταῦθα ὡς ὁμολογούμενα λαμβάνειν, et similiter jam Themistius fol. 97 recto, t. II, p. 241, 16 Spengel.: Ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις καὶ προβληματικοῖς ἡμῖν ἀποδέδεικται), vix magis affirmari licet, quam de iis quæ leguntur apud Joannem Philoponum in Anal. post. fol. 51 verso (p. 227, A, 43 Brand.): Λογικώτερα δέ φησιν ἐπιχειρήματα ὁ Ἀλέξανδρος τὰ ἐπὶ τῶν ὁρισμῶν, οἷς πρώτως κέχρηται. Λαμβάνει γὰρ ὅτι εἰσὶν ὁρισμοὶ καὶ ἔστιν ὁρίσασθαι τὰ πράγματα, μὴ δείξας ὅτι εἰσὶν ὁρισμοί, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Λογικῶν Ἐπιχειρημάτων λαμβάνει τοῦτο ὡμολογημένον ὅτι ἔστιν ἀπόδειξις. Ipsius enim Aristotelis verba non de libro sed de disputationum genere accipienda sunt, quum contra Joannes Philoponus, non, ut nonnulli voluerunt (cf. Brandis, *Aristoteles*, I, p. 86, Zeller, *Philosophie der Griechen* t. II, p. 54, Prantl, *Geschichte der Logik* t. I, p. 94) deperditum quendam Aristotelis librum, sed ipsum in quem commentatus est philosophi locum significat, quod optime demonstravit Rosius, p. 123, collatis ejusdem Philoponi verbis fol. 56 recto, p. 229, B, 25: Ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐξήγησις ἡ ἐπὶ τοῦ προτέρου ἐπιχειρήματος et 31: Διὰ μέντοι τοῦ νῦν ἐπιχειρήματος δείκνυσιν κτλ.

Cavendum vero est ne in similem errorem abducamur ab antiquis philosophi interpretibus, qui quum certam definitamque Aristotelis librorum partem quandam indicare vellent, haud semel deperditum aliquem respicere videntur et quidem talem sæpe cujus titulus in indicibus reperitur. Exemplo ipse erit Joannes Philoponus, quippe quem, in Aristotelis Anal. post. fol. 14 recto (p. 202, B, 29) ita dicentem: ὡς δέδεικται ἐν τῷ περὶ συλλογισμοῦ, de libro Συλλογισμοῦ α′ (Diog. L. 48) sive Συλλογισμῶν α′ β′ (Diog. L. 56, Anon. 46) inscripto loqui existimare possit aliquis, quum tamen Priorum Analyticorum partem (II, 5, sive 10) significarit, eodem plane modo quo ipse Aristoteles in Analyt. post. I, 3, 7 et 11, 8: Δέδεικται ἐν τοῖς περὶ συλλογισμοῦ dixerat. (Cf. Galen. de Libr. propr. t. XIX, p. 41,

Digitized by Google

Joann. Philop. in Arist. Anal. post. f. 3 recto, p. 195, B, 40). Impedita magis quæstio est de duobus Alexandri Aphrodisiensis locis in quibus liber περὶ καταφάσεως nominatur, in Aristot. Analyt. prior. I, 3, 1, fol. 12 verso (p. 149, A, 31) : Εἰ γὰρ μὴ ἐξ ἀνάγκης τὸ β' τῷ α' μηδενὶ ὑπάρχει, ἀλλὰ ἐνδέχοιτό τινι ὑπάρχειν· αὕτη γὰρ ἀναίρεσις καὶ ἀντίφασις πρὸς τὴν καθόλου ἀποφατικὴν ἀναγκαίαν, ὡς ἐν τῷ περὶ καταφάσεως δέδεικται λόγῳ· et in Metaphys. III, 7, 1, p. 286, 24 Bon. : Αἵ τε καταφάσεις καὶ ἀποφάσεις. Εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἔν τε τῷ περὶ Ἑρμηνείας καὶ ἐν τῷ περὶ Καταφάσεως, ubi tamen præstat fortasse de Theophrasti libro cogitare, quem præter indicem Diogenis et Galenum de Libris propriis t. XIX, p. 42, 47 ed. Lips. : Θεοφράστου βιβλίον ὃ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἔγραψε, sæpius citaverunt cum Alexander ipse, in Anal. pr. fol. 5 recto (144, B, 32 Brand.), 21 verso (152, B, 39) 124 recto (183, B, 2), 128 recto (184, A, 30 et 38), in Topic. p. 130, in Metaphys. p. 229, 26 Bon., tum Boethius p. 283, 44; 284, 37; 318, 29, quam, sicuti a Zellero factum est (l. l. p. 52) ad peculiarem quendam librum Aristotelis referre.

I. ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ. ΑΝΑΛΥΤΙΚΑ.

Varie a variis inscriptum fuisse Categoriarum libellum cum omnes ejus interpretes tradiderunt, tum et ipsi qui in codicibus leguntur tituli (Cf. Waitz. Aristotel. Organon t. I, p. 81, Brandis. *über die Reihenfolge der Bücher dès Aristotel. Organons*, Berl. 1833, p. 266) declarant. Inter has vero inscriptiones antiquissima videtur fuisse τὰ Πρὸ τῶν Τόπων, cui inter Peripateticos, qui post Andronicum vixerunt, auctoritatem addere conati sunt Herminus (David in Categ. p. 81, B, 25) et Adrastus (Simplic., in Categ. f. 4, p. 32, B, 44, Anon. in Categ. p. 32, B, 36. Cf. tamen David Prol. in Categ. p. 30, A, 7). Ipsam vero antiquiorem fuisse Andronico, Porphyrius, ut videtur, apud Simplicium testatur in Categ. fol. 7, p. 81, A. 27 : Τινὲς μὲν γὰρ, ὧν καὶ Ἀνδρόνικός ἐστι, περὶ τὴν πρόθεσιν τοῦ βιβλίου προσκεῖσθαί φασιν ὑπό τινος ταῦτα τοῦ τὸ τῶν Κατηγοριῶν βιβλίον Πρὸ τῶν Τόπων ἐπιγράψαντος, οὐκ ἐννοοῦντες οὗτοι πόσην χρείαν οὐ τῇ Τοπικῇ πραγματείᾳ μόνον ἀλλὰ καὶ τῷ περὶ τῶν Κατηγοριῶν λόγῳ εἰσάγει τὰ εἰρημένα. Unde illud affirmare licet, titulum τὰ πρὸ τῶν Τόπων α' apud Diogenem Laertium (59) et apud Anonymum (49), in nullum alium librum cadere quam in Categoriarum. Quum vero in iisdem indicibus iterum nominentur Κατηγορίαι α' (Diog. L. 141, Anon. 121), ipsorum indicum testimonio confirmatum vides, quod ab antiquis interpretibus de duplici Categoriarum exemplo in antiquis bibliothecis exstanti narratur.

Quod ad Analyticorum libros attinet, de quibus similia traduntur, unum illud adjiciam, satis verisimile videri quod Rosius conjecit (p. 126) non τεσσαράκοντα sed τεσσαρεσκαίδεκα scripsisse illum, e quo suam de hac re posteriores hauserunt notitiam, sive Adrastus, sive, ut libentius crediderim, Andronicus fuerit.

(138 b).

Simplicius Proleg. in Categ. f. 4, Z, ed. Basil. : Ἱστορεῖ δὲ ὁ Ἄδραστος ἐν τῷ περὶ τῆς Τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων, ὅτι φέρεται καὶ ἄλλο τῶν Κατηγοριῶν βιβλίον ὡς Ἀριστοτέλους, καὶ αὐτὸ ὂν βραχὺ καὶ σύντομον κατὰ τὴν λέξιν καὶ διαιρέσεσιν ὀλίγαις διαφερόμενον, ἀρχὴν δὲ ἔχον· « Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστι ». Πλῆθος δὲ στίχων ἑκατέρου τοῦ αὐτοῦ ἀναγράφει, ὥστε τὸ βραχὺ κατὰ τὴν λέξιν εἶπεν, ὡς συντόμως ἕκαστον τῶν ἐπιχειρημάτων ἐκτιθέμενον.

Joan. Philop. Proleg. in Categ. p. 39, A, 19, Brand. : Εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι ἐν ταῖς παλαιαῖς βιβλιοθήκαις τῶν μὲν Ἀναλυτικῶν μ' βιβλία εὑρηντι, τῶν δὲ Κατηγοριῶν δύο. Τὸ μὲν ἕτερον εἶχε τὴν ἐπιγραφήν, οὕτως δέ φημι τὴν ἀρχήν· « Τῶν ὄντων

CATEGORIÆ.

Narrat Adrastus in libro de ordine Aristoteleorum librorum, ferri etiam alium Categoriarum librum uti Aristotelis, et ipsum brevem et concisum dictione, paucis differentem divisionibus, habentem principium : « Eorum quæ sunt, aliud quidem est ». Numerum versuum utriusque eundem recenset.

Scire oportet in antiquis bibliothecis Analyticorum quadraginta volumina exstitisse, Categoriarum vero duo. Quorum alterum hanc inscriptionem, seu potius initium præ se ferebat : « Eorum quæ sunt, quædam homonyma vocantur, quædam synonyma. » Alterum vero quod nunc in manibus habemus, hanc habebat inscriptionem : « Homonyma dicuntur, quorum nomen solum est commune, definitio vero essentiæ alia. » Hoc prælatum est utpote ordine et re præstantius et ubique Aristotelem auctorem declarans.

Duobus inventis, ut dictum est, Categoriarum voluminibus, cum in ceteris, tum in exordio consimilibus, est enim alterius initium : « Eorum quæ sunt quædam homonyma sunt, quædam synonyma », quod consonum ferme est cum hujusce libri principio, hic verus justusque philosophi judicatus est liber ab interpretibus omnibus.

Digitized by Google

τὰ μὲν ὁμώνυμα λέγεται τὰ δὲ συνώνυμα ». Τὸ δὲ δεύτερον, ὅπερ νῦν ἔχομεν προκείμενον, εἶχε τὴν ἐπιγραφὴν τοιαύτην· « Ὁμώνυμα λέγεται ὧν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ ὅρος τῆς οὐσίας ἕτερος. » Προτετίμηται δὲ τοῦτο ὡς τάξει καὶ πράγματι πλεονεκτοῦν καὶ πανταχοῦ πατέρα τὸν Ἀριστοτέλην κηρῦττον.

Ammonius Proleg. in Categ. f. 17 recto : Δύο δὲ ὡς εἴρηται (f. 13 verso) βιβλίων Κατηγοριῶν εὑρεθέντων σχεδὸν παραπλησίων κατὰ πάντα καὶ κατ' αὐτὸ προοίμιον· ἔστι γὰρ τοῦ ἑτέρου ἡ ἀρχή· « Τῶν ὄντων τὰ μὲν ὁμώνυμά ἐστι, τὰ δὲ συνώνυμα, » ἥτις σχεδὸν ἡ αὐτή ἐστι τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ· ἐκρίθη τοῦτο γνήσιον εἶναι τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον ὑπὸ πάντων ἐξηγητῶν. Eadem supra jam fol. 13 dixerat : Ἀμέλει φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρῆσθαι Ἀναλυτικῶν μὲν τεσσαράκοντα βίβλους, Κατηγοριῶν δὲ δύο· ἐκρίθη δὲ ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν Κατηγοριῶν μὲν τοῦτο γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, Ἀναλυτικῶν δὲ τέσσαρα. Ἐκρίθη δὲ ἔκ τε τῶν νοημάτων καὶ τῆς φράσεως καὶ τῷ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τοῦ φιλοσόφου, in quibus error inesse videtur, quum Categoriarum libri nusquam mentio fiat apud Aristotelem, licet idem affirment ceteri interpretes philosophi, Simplic. in Categ. f. 8 verso : Καὶ αὐτὸς δὲ (ὁ Ἀριστοτέλης) μέμνηται τοῦ βιβλίου ἐν ἄλλοις, δέκα Κατηγορίας αὐτὸ καλῶν, ἵνα μὴ ὑπονοήσωμεν τοῦ Ἀρχυτείου μνημονεύειν αὐτόν, ἄλλην ἐπιγραφὴν ἔχοντος. David. in Categ., p. 30, A, 24 : Γνήσιον τοίνυν ἐκ τοῦ παλαιοῦ τὸ παρὸν βιβλίον ἀπὸ τῆς φράσεως καὶ τῆς δεινότητος τῶν ἐνθυμημάτων καὶ ἐκ τοῦ ὀνομαστὶ μεμνῆσθαι αὐτὸν τοῦ παρόντος βιβλίου ἐν ἄλλοις αὐτοῦ βιβλίοις, καὶ λέγων ὅτι, ὡς εἴρηται ἐν Κατηγορίαις... ... καὶ ἐκ τοῦ εὐθύνας δεδωκέναι αὐτὸ τοῖς Ἀττικοῖς ἐξηγηταῖς. Τεσσαράκοντα γὰρ βιβλίων εὑρεθέντων ἐν παλαιαῖς βιβλιοθήκαις τῶν Ἀναλυτικῶν καὶ δύο τῶν Κατηγοριῶν, τέσσαρα μόνον τῶν Ἀναλυτικῶν ἐγκρίνουσι (οἱ ἐξηγηταί) καὶ ἐν τῶν Κατηγοριῶν.

Anon. Proleg. in Categ. p. 33, B, 25 : Τὸ δὲ γνήσιον (τῶν Κατηγοριῶν) οὕτως (ἀποδέδεικται) .... ἀπὸ τοῦ μνήμην αὐτοῦ ποιεῖσθαι καὶ ἐν ἑτέροις αὐτοῦ συγγράμμασι, λέγω δὲ τοῦ παρόντος συγγράμματος, ὀνομαστὶ Κατηγορίας αὐτὸ καλοῦντα· ἀπὸ τοῦ εὐθύνας δοῦναι πᾶσι τοῖς Ἀττικισταῖς. Καὶ πάντας γνήσιον τοῦτο ἐκ β' βιβλίων εὑρεθέντων τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως μόνον ἐπικρῖναι, ὥσπερ ἐκ μ' τὰ δ' Ἀναλυτικά, ὡς Ἄδραστος ἱστορεῖ.

Boethius in Prædicamenta, p. 113 sq. ed. Basil. 1570 : *Aristotelis vero neque ullius alterius liber est, idcirco quod in omni philosophia sibi ipse de hujus operis disputatione consentit et brevitas ipsa atque subtilitas ab Aristotele non discrepat... quanquam extet alter Aristotelis liber de eisdem disputans, eadem fere continens, quum sit oratione diversus. Sed hic proprietatis liber calculum cepit.*

Ad aliam quandam Analyticorum recensionem haud referam verba quæ apud Asclepium leguntur, tanquam ex Analyticis posterioribus desumpta, in quibus nihil tale exstat. Quæ enim iste Aristoteli tribuit, quasi de Metaphysicis loqueretur, Proleg. Metaph. p. 519, B, 24 Brand.: Ἀμέλει καὶ ἐν τῇ Ἀποδεικτικῇ (ita plerumque græci interpretes Analytica posteriora vocant, cf. Waitz, Aristot. Organ. t. II, p. 293) φησίν· « ὡς εἴρηταί μοι ἐν τοῖς περὶ σοφίας λόγοις, » tam prorsus abhorrent ab usu philosophi, ut manifestum sit errore quodam deceptum esse Asclepium, sive quod ipse interpolatum habuit librum, sive quod commentatoris cujusdam verba cum ipsius Aristotelis confudit.

II. ΠΕΡΙ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ.

Libri περὶ Προβλημάτων α' (Diog. L. 51, apud Anon. 743 male Προβλημάτων) aliam fuisse rationem atque eorum quibus variorum problematum collectiones continebantur, cum ipse titulus, tum locus quem in indicibus obtinet demonstrant. Legitur enim inter scripta logici argumenti, quæ inde a 46 usque ad 60 continua serie apud Diogenem Laertium recensentur, ita ut in eo de ipsa methodo problematum inveniendorum disseruerit philosophus. Cf. in indice scriptorum Theophrasteorum p. 10, 7, 11, 14 Usen. περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν α', et apud Dschemaludd. (60) *Prolegomena in Problemata, libri III.* Ad hunc librum referendum fortasse erit quod sequitur fragmentum, licet alio loco, de quo statim dicendum erit, idem Alexander τὴν τῶν προβλημάτων διαίρεσιν, sive ipsorum Topicorum partem appellet, sive partem Διαιρέσεων.

(139.)

Alexand. Aphrod. in Arist. Topica p. 34, (258, A, 16 Br.) : Ἐπιζητήσαι δ' ἄν τις ὑπὸ τί

DE PROBLEMATIS.

Quærat aliquis cui generi problematum assignanda sint talia, cur magnes, qui vocatur, ferrum attrahat et quæ sit natura aquarum quæ ad divinandum inserviunt? Nulli enim e statutis generibus subjici possunt. An hæc non sunt problemata dialectica de quorum divisionibus agitur... sed quæ ita proponuntur physica sunt problemata, ut in libro de Problematis dixit : quæ enim ad naturam spectant et quorum causa ignoratur, physica sunt problemata.

Digitized by Google

γένος τῶν προβλημάτων ὑπαχθήσεται τὰ τοιαῦτα προβλήματα, διὰ τί ἡ λίθος ἡ Μαγνῆτις λεγομένη ἕλκει τὸν σίδηρον, καὶ τίς φύσις μαντικῶν ὑδάτων; δοκεῖ γὰρ μηδενὶ τῶν κειμένων ὑπάγεσθαι ταῦτα. Ἢ οὐδὲ διαλεκτικὰ προβλήματα ταῦτα· περὶ δὲ τούτων ὁ λόγος καὶ τούτων αἱ διαιρέσεις ... Ἀλλ' ἔστι τὰ οὕτω προβαλλόμενα φυσικὰ προβλήματα, ὡς ἐν τῷ Περὶ προβλημάτων εἴρηκεν· ὧν γὰρ φυσικῶν ὄντων τὰ αἴτια ἀγνοεῖται, ταῦτα φυσικὰ προβλήματα. Γίνεται μέντοι καὶ φυσικῶν πέρι διαλεκτικὰ προβλήματα, ὥσπερ οὖν καὶ περὶ ἠθικῶν τε καὶ λογικῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνως ἔχοντα διαλεκτικὰ τὰ δὲ οὕτως φυσικά. Καὶ εἴη ἂν τὰ διαλεκτικὰ προβλήματα πάντα ἀναγόμενα εἰς τὴν ζήτησιν τοῦ τε ὅτι ἔστι καὶ τοῦ εἰ ἔστιν, ἃ ἐστι δύο τῶν τεσσάρων ἃ εἶπεν ἀρχόμενος τοῦ δευτέρου τῶν Ὑστέρων Ἀναλυτικῶν· τὸ γὰρ διὰ τί (in ed. Ald. male διότι) ἐστι καὶ τί ἐστιν οὐ διαλεκτικὰ προβλήματα.

corrupta esse Simplicii verba, quippe qui addere omiserit ex quonam eorum scriptorum quæ affert Aristotelis locus exscriptus sit; vix enim credi poterit eadem verba in omnibus exstitisse.

(140.)

Simplicius in Categor., f. 16, A ed. Basil. (p. 47, B, 40 Br.) : Ἀλλὰ διὰ τί, φασὶν οἱ περὶ τὸν Λούκιον, τοὺς συνδέσμους παρέλιπεν, εἰ λέξεις καὶ οὗτοι σημαντικαί;... Ἐπιζητοῦσι δὲ καὶ τὰ ἄρθρα ποῦ ταχθήσεται. Καὶ περὶ τούτων δὲ ὁ αὐτὸς λόγος· καὶ γὰρ ταῦτα οἷον σύνδεσμοί εἰσι τὰ γένη προσσημαίνοντες τό τε ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ ἀορίστως· οὐ γάρ τί ἐστι δηλοῦσι· διὸ καὶ ἀόριστα καλεῖται παρά τινων. Ἀλλ' αἱ ἀποφάσεις καὶ αἱ στερήσεις αἵ τε διάφοροι τῶν ῥημάτων ἐγκλίσεις ἐν τίνι ταχθήσονται; Ἢ πρὸς τοῦτο αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν ἀπεκρίνατο· καὶ γὰρ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς [καὶ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι] καὶ ἐν ταῖς Διαιρέσεσι καὶ ἐν ἑτέρῳ ὑπομνήματι ὃ ἐπιγράφεται [τὰ Rose] Παρὰ τὴν Λέξιν, ὅπερ εἴ καί τισιν οὐ δοκεῖ γνήσιον Ἀριστοτέλους, ἀλλά τινός ἐστι πάντως τῶν ἀπὸ σχολῆς; ἐν τούτοις προθεὶς τὰς κατηγορίας ἐπάγει· « Λέγω δὲ ταύτας σὺν ταῖς πτώσεσιν αὐτῶν ἤτοι ἐγκλίσεσι, » ταῖς τε ἀποφάσεσι καὶ ταῖς στερήσεσι καὶ τοῖς ἀορίστοις συνέταξεν αὐτῶν τὴν διδασκαλίαν. Ἔστι γοῦν τὸ ἀνυποδετεῖν τῆς αὐτῆς κατηγορίας ἧς καὶ τὸ ὑποδεδέσθαι.

Eadem brevius Dexippus in Categor. p. 40, 5 Spengel. (p. 48, A, 46 Brand.) : Ἀλλ' αἱ ἀποφάσεις, φασί, καὶ αἱ στερήσεις τά τε ἀόριστα καὶ αἱ ἐγκλίσεις καθ' ἑκάστην κατηγορίαν ἐν τίνι ταχθήσονται; περὶ δὴ τούτων βέλτιον αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν ἀνεδίδαξε· προθεὶς γὰρ τὰς κατηγορίας σὺν ταῖς πτώσεσιν αὐτῶν καὶ ταῖς ἀποφάσεσι καὶ ταῖς στερήσεσι καὶ τοῖς ἀορίστοις ὁμοῦ συνέταξεν αὐτῶν τὴν διδασκαλίαν, πτώσεις τὰς ἐγκλίσεις ὀνομάζων. Ἔσται δὴ οὖν τὸ ἀνυποδετεῖν τῆς αὐτῆς κατηγορίας, ἧς καὶ τὸ ὑποδεδέσθαι, καὶ τὸ ἀναπνεῖν τῆς τοῦ ἔχειν κατηγορίας, ὥστε καὶ τὸ ὠπλίσθαι. Καὶ αἱ ἀποφάσεις οὖν τούτων ἔσονται ὧν καὶ αἱ καταφάσεις, καὶ τὰ ἀόριστα τούτων ὧν καὶ τὰ ὡρισμένα κτέ.

III. ΤΑ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ.

Maxime memorabilis est, etsi corruptus Simplicii locus, Porphyrium, ut videtur, secuti in Categor. fol. 16, A ed. Basil., p. 47, B, 40 Brand., in quo ita deperdita quædam enumerantur logica scripta Aristotelis : Ἢ πρὸς τοῦτο αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν ἀπεκρίνατο· καὶ γὰρ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς καὶ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι καὶ ἐν ταῖς Διαιρέσεσι καὶ ἐν ἑτέρῳ ὑπομνήματι ὃ ἐπιγράφεται παρὰ τὴν Λέξιν κτλ. In quo illud primum tenendum est, quæ hic vocantur Ὑπομνήματα non peculiare quoddam scriptum, sed scriptorum illud genus designare de quo disseruerunt quicunque sive in Aristotelem, sive in Categorias Prolegomena scripserunt, Ammonius, Simplicius, Joannes Philoponus, David. Inde jam apparet alterum : καὶ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι tolerandum non esse, sive quod a librario male repetitum, sive ex alio titulo corruptum sit. Tria igitur scripta sunt Aristotelis quæ hîc memorantur, Μεθοδικά, deinde Διαιρέσεις, tertium, de cujus auctore dubitatur, etsi ex Aristotelis schola profectum sit, παρὰ τὴν Λέξιν, sive ut Rosius scribendum conjecit τὰ παρὰ τὴν Λέξιν. Quod num idem sit atque qui apud Dschemaluddinum (77) *De verborum significatione II* inscribitur liber, sicuti Zeller. conjecit, l. l. p. 54, neque affirmare, neque negare ausim. Ceterum et aliunde manifestum fit

IV. ΤΟΠΙΚΑ. ΜΕΘΟΔΙΚΑ.

A Topicorum libris, quos male nominat Suidas s. v. Ὑπόληψις : Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Τόποις· « Εἰ ὑπόληψίς ἐστι ψευδὴς καὶ ἀληθής, εἴη ἂν καὶ δόξα· εἶδος γὰρ ὑπολήψεως ἡ δόξα », quæ, quum apud

QUÆ SUNT AD DICTIONEM.

Sed in quanam categoria ponendæ sunt affirmationes, privationes et variæ vocum flexiones? Ad quod Aristoteles ipse in Commentariis respondit : etenim in Methodi[cis] et in commentariis] et in divisionibus et in alio commentario, qui inscribitur Quæ sunt ad dictionem, et qui etsi nonnullis non genuinus videtur esse Aristotelis, tamen omni modo auctorem habet aliquem ex ejus schola, in his exponens categorias ita pergit : « Has vero dico cum casibus aut certe cum flexionibus. »

Digitized by Google

Aristotelem nusquam legantur, ut pleraque similia apud Suidam excerpta, antiqui potius cujusdam commentatoris verba sunt, manifeste diversos facit Methodicorum libros Diogenes Laertius, V, 29 : Πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν τά τε Τοπικὰ καὶ Μεθοδικὰ παρέδωκε προτάσεων πλῆθος, ἐξ ὧν πρὸς τὰ προβλήματα πιθανῶν ἐπιχειρημάτων οἷόν τε εὐπορεῖν· πρὸς δὲ τὴν κρίσιν τὰ Ἀναλυτικὰ πρότερα καὶ ὕστερα (eadem Hesych. Illustris p. 6 Orelli). Cum his consentire videtur ipse Aristoteles, in cujus Rhetor. I, 2, 9, hæc leguntur : Τίς δ' ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος, φανερὸν ἐκ τῶν Τοπικῶν· ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον, ὅτι τὸ μὲν τὸ ἐπὶ πολλῶν καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι ὅτι οὕτως ἔχει, ἐκεῖ μὲν ἐπαγωγή ἐστιν ἐνταῦθα δὲ παράδειγμα, τὸ δὲ τινῶν ὄντων ἕτερόν τι διὰ ταῦτα συμβαίνειν παρὰ ταῦτα τῷ ταῦτα εἶναι, ἢ καθόλου ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἐκεῖ μὲν συλλογισμὸς ἐνταῦθα δὲ ἐνθύμημα καλεῖται. Φανερὸν δ' ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν τὸ εἶδος τῆς ῥητορικῆς· καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς εἴρηται, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει· εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν παραδειγματῶδεις ῥητορεῖαι, αἱ δὲ ἐνθυμηματικαί. Hoc loco Rhetoricæ usus est Dionysius Halicarnassensis in Epistola ad Ammæum, c. 7, ut demonstraret jam virili ætate fuisse Aristotelem quum Rhetoricam scriberet, quippe qui jam ante hos libros edidisset : τὰς κρατίστας συντάξεις. Vellem autem accuratius indicasset qualesnam libros ita appellaverit. Ex ejus enim verbis p. 730 Reisk. : Περί τε παραδειγμάτων (καὶ ἐνθυμημάτων adjic. esse conj. Spengel. *Specim. comm. in Arist. Rhet.*, Monachii, 1839, p. 27) προελόμενος λέγειν ὅτι τὴν αὐτὴν ταῦτ' ἔχει δύναμιν ταῖς ἐπαγωγαῖς καὶ τοῖς συλλογισμοῖς, ταῦτα περὶ τῆς ἀναλυτικῆς (apud Aristotelem paulo supra l. l. Ἀναλυτικὰ citantur) καὶ μεθοδικῆς πραγματείας τίθησι, illud quidem jure colliges, eum μεθοδικὴν πραγματείαν a Topicorum libris non diversam fecisse, de causa vero cur ita fecerit nihil comperimus. Verum fac rem non aliter se habere, ita ut, quod plerosque probare video, Topica semel Methodicorum nomine a philosopho appellari potuerint (1), eodem modo quo alibi sive dialectica (Rhet. II, 22, 14 et c. 24, 1) sive Eristica (Rhet. II, 24, 10) appellata esse volunt, ab his Methodicis jam alia quædam discernenda erunt, quæ scilicet simul cum Topicis apud Diogenem Laertium nominata esse vidimus, sive quæ Simplicius novit. Etenim si fides habenda est Simplicio, sive potius antiquiori cuidam interpreti quem secutus est (cf. supra fr. 139), Methodica de quibus agitur inter hypomnematica scripta recensenda erant. Quæ vero quum essent, ut ejusdem Simplicii verbis utar, in Categ. p. 24, A, 45 : ὅσα πρὸς ὑπόμνησιν οἰκείαν καὶ πλείονα βάσανον συνέταξεν ὁ φιλόσοφος, in scriptis ab ipso Aristotele editis neque nominari potuerunt neque unquam nominata sunt.

Restat ut de Methodicorum mentione in indicibus facta videamus. In Diogenis Laertii tabula primum Μεθοδικὰ α' β' γ' δ' ε' ς' ζ' nominantur (52), inter scripta logica, deinde, inter rhetorica (81) Μεθοδικὸν α'. Horum titulorum priorem tantummodo exscripsit Anonymus (40), omisso vero librorum numero. Topicorum nulla mentio in indicibus reperitur, quanquam Ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν α' β' γ' δ' ε' ς' ζ' (Diog. L. 55), Τὰ πρὸ τῶν τόπων (ib. 59), Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους (ib. 60) recenseantur. Ad hæc igitur a plerisque relatus est Methodicorum titulus. Neque sane, fateor, a tali conjectura abhorret ipsum Topicorum initium : Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας μέθοδον εὑρεῖν. At minus favet librorum numerus, idque præsertim quum et qui de Sophisticis elenchis vulgo inscriptus est liber, Topicis adnumerandus sit (cf. Waitz. in Aristot. Organ. t. II, p. 528 sq.), a quibus saltem ab ipso Aristotele non separatur. Sed jam in his subsistendum esse puto. Ad quæstionem enim delati sumus de qua facilius est hariolari quam satis certi aliquid proferre, quippe quia arctissime cohæreat cum iis quæ cum de conditione Aristoteleorum librorum narrata sunt, tum de eorum editione ab Andronico facta.

Præstat igitur huc reverti unde totam hanc disputationem orsi sumus. Non enim alienum est ab hoc loco ut de ipsis Topicis pauca addamus. De his, si quod de Analyticis et de Categoriis traditur, eorum diversas recensiones, Aristotelis nomine inscriptas, in antiquis bibliothecis exstitisse, traderetur, hoc nullo modo mirarer, immo potius miror quod non factum est. At fuere nonnulli qui et longius progrederentur. Inter quos non multum nos morabitur Patricius vehementissimus obtrectator Aristotelis, qui ultra fines, ut solet, abreptus, Topica ab Aristotele abjudicanda et Theophrasto vel Eudemo vel Phaniæ tribuenda esse censuit (cf. *Discussion.*

(1) De toto hoc loco Rhetoricæ quum in aliam sententiam a nobis disputatum esset in libro: *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, Leipz. 1865, p. 83, scilicet Topicorum et Methodicorum mentionem interpolatori cuidam deberi, nunc jam meliora edoctus sum argumentis quibus nostra conjectura impugnata est a viris humanissimis et de Aristotelis interpretatione meritissimis, C. Thurot, *Revue critique*, Paris 1866, t. II, p. 197 sq; Bonitzio, *Zeitschrift für œsterr. Gymn*, 1866, p. 774, Vahlenio, *Rhein. Museum*, 1867, p. 101 sqq. cf. præterea Sauppe, *Dionysios und Aristoteles*, Gotting. 1863. Restat tamen dubitatio aliqua de vocabulo μεθοδικά, quod me nusquam apud Aristotelem legisse memini.

Digitized by Google

Peripatet. p. 29 verso ed. Venet. 1571). Lenius est aliorum judicium; quippe qui illud tantummodo evincere conantur, Topicorum recensionem quam hodie habemus, diversam esse sive ab ea quam sæpius ipse Aristoteles significaverit, sive quam Cicero tractaverit. Argumenta vero quibus usi sunt, in neutram partem sufficiunt. De Cicerone egregie hoc demonstravit Jos. Kleinius, in dissertatione *De fontibus Topicorum Ciceronis*, Bonnæ, 1844; de ipso vero Aristotele vereor ut cuiquam persuadeant quæ nuper in hanc sententiam a C. Thurotio disputata sunt (*Revue critique* t. II, p. 198). Loci enim philosophi quos notavit, in quibus quæ e Topicis laudari videntur, in iis reperire non contigit, tales sunt ad unum omnes (Rhet. I, 2, 22; II, 23, 9; 25, 3; 26, 4), ut non certum quendam librum, sed ipsam disciplinam significaverit Aristoteles, sicuti egregie jam observavit P. Victorius in Rhet. II, 22, 10 : « Valet autem hîc ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, ut in disciplina illa fit, qua loci sedesque argumentorum monstrantur. » Restat igitur unum illud, quod sæpius Topica nominantur pro iis quæ in Sophisticis Elenchis tractata sunt, ita de interpretatione c. 11, 2, ubi jam Schol. apud Waitz. t. I, p. 42 adscripsit : Ἐν γὰρ τοῖς Σοφιστικοῖς Ἐλέγχοις διδάσκει περὶ τούτων, cf. Waitz. t. II, p. 528 sq., Analyt. prior. II, 19, 2, Rhetor. III, 18, 5. Unde vero si illud certo colligas aliter distributos fuisse hos libros ab Andronico, de ipsa eorum integritate nihil statui poterit.

V. ΔΙΑΙΡΕΣΕΙΣ.

Præter Platonicas Divisiones Aristotelis, de quibus supra diximus, eodem sive simili nomine inscripti libri satis multi perferebantur. Ejus generis sunt tituli Διαιρέσεις σοφιστικαὶ δ' (29), Διαιρέσεις ιζ' (42), Διαιρετικῶν α' (43), Διαιρετικὸν α' (62), Ἐνθυμημάτων Διαιρέσεις α' (85 apud Diogenem Laertium), quorum primum solummodo et ultimum recenset Anonymus (29, 69), quum quos habet Dschemaluddinus (51, 53), primo et secundo respondere videntur. Quod si quæ in ejus indice ad alterum adscripta sunt titulum : *Divisiones libri XXVI*, argumentum libri ita indicatur : *Tractat in libro hoc de temporis, animi et cupiditatum divisionibus, de agente, patiente et actione, de amore, de boni generibus, in quibus alia quæ intellectu percipiuntur, alia quæ in animo, alia quæ extra animum sunt : denique de bonitate atque malitia, necnon de variis disciplinis artibusque*, recte se habent, hanc potissimum collectionem respexerit Simplicius in verbis sæpius jam laudatis supra fr. 139, non minus fortasse quam Alexander Aphrodisiensis, qui tribus in locis Aristotelis Divisionum meminit.

Similem vero Divisionum librum aliquoties in Metaphysica ipse significare videtur philosophus. Quæ enim ibi leguntur IX, 3, 3 : Ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἑνός, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ διαιρέσει τῶν ἐναντίων διεγράψαμεν, τὸ ταὐτὸ καὶ ὅμοιον καὶ ἴσον, τοῦ δὲ πλήθους τὸ ἕτερον καὶ ἀνόμοιον καὶ ἄνισον, ea procul dubio de eodem libro intelligenda sunt quem memorat III, 2, 6 : Σχεδὸν δὲ πάντα ἀνάγεται τἀναντία εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην. Τεθεωρήσθω δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ Ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων, et sæpius, si habenda est fides antiquis interpretibus, quorum testimonia jam supra congessimus fragm. 2 librorum περὶ τ' Ἀγαθοῦ. At quid sibi isti volunt quum hanc Ἐκλογὴν sive Διαίρεσιν τῶν ἐναντίων in libro secundo de Bono factam esse affirmant? Manifestum errorem ipsa Alexandri arguunt verba. Quum enim ad alterum locum p. 206, 19 Bonitz ita scripsisset : Ἀναπέμπει δὲ ἡμᾶς περὶ τοῦ γνῶναι ὅτι σχεδὸν πάντα τὰ ἐναντία ὡς εἰς ἀρχὴν ἀνάγεται τό τε ἓν καὶ τὸ πλῆθος εἰς τὴν Ἐκλογὴν τῶν ἐναντίων, ὡς ἰδίᾳ περὶ τούτων (ἐκεῖ excidisse videtur) πραγματευσάμενος. Εἴρηκε (εἴρηται?) δὲ περὶ τῆς τοιαύτης ἐκλογῆς καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τ' Ἀγαθοῦ, infra ad ea quæ Aristoteles dixerat III, 2, 13 : Εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν, non jam cum semet ipso consentiens hæc adnotat, p. 218, 10 : Διὰ δὲ τοῦ· « εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν » ἀναπέμπει πάλιν ἡμᾶς εἰς τὰ ἐν τῷ β' περὶ τ' Ἀγαθοῦ δεδειγμένα, quæ iterum statim repetit v. 13 : Εἰπὼν ὅτι πως τὰ ἐναντία πάντα εἰς τὸ ἓν καὶ πλῆθος ἀνάγεται, καὶ τοῦτο δι' ἧς πεποίηται ἀναγωγῆς τῶν ἐναντίων ἐν τῷ β' περὶ τ' Ἀγαθοῦ εἰς ταῦτα πιστωσάμενος κτέ. Quæ confusio unde orta sit extricare nequeo (nihil enim juvat quod alio loco in Topic. p. 126, τὴν Διαίρεσιν τῶν ἀγαθῶν nominat; cf. ib. p. 52 : Ἐν τῇ τῶν πολλαχῶς λεγομένων διαιρέσει ... τὴν ἐκλογὴν ποιήσεται λογικῶς), illud autem affirmare ausim priora tantum modo vera esse, ita ut minime de libris de Bono, in quibus Aristoteles solas Platonis opiniones retulerat, sed de peculiari quodam Aristotelis scripto cogitandum sit. Nec alius fortasse hic fuit quam cujus titulum περὶ Ἐναντίων α' Diogenes (30) et Anonymus (30) recensent. Num vero hic liber idem fuisse existimandus sit atque quem περὶ Ἀντικειμένων vocat Simplicius, conjicere quidem licet, dijudicari vero nequit.

1 (141).

Alexandri in Arist. Topica, I, 12, 6, p. 52

Digitized by Google

1 p. 261, A, 17 Brand.) : Ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς τε καὶ ἠθικαῖς ἀκροάσεσι περὶ τῶν ἠθικῶν (τὴν πραγματείαν ποιεῖται ὁ φιλόσοφος), ὥστε τὰς ἀληθῶς πρὸς αἵρεσιν καὶ ἀληθῶς πρὸς φυγὴν συντεινούσας προτάσεις ἐκλέξει καὶ περὶ τῶν ἀληθῶς αἱρετῶν, ἐν δὲ ταῖς θεωρητικαῖς τε καὶ φυσικαῖς τὰ ὡς ἀληθῶς ἀληθῆ ζητήσει, ἐν δὲ τοῖς Ἀναλυτικοῖς καὶ ἐν τοῖς περὶ προτάσεων καὶ ἐν τῇ τῶν πολλαχῶς λεγομένων διαιρέσει καὶ ὅσα τοιαῦτα τῶν ἀληθῶς χρησίμων τὴν ἐκλογὴν ποιήσεται λογικῶς. Διαλεκτικῶς δὲ πρὸς δόξαν, ὡς ἔν τε ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς. Καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις πλεῖστα καὶ περὶ τῶν ἠθικῶν καὶ περὶ τῶν φυσικῶν ἐνδόξως λέγεται.

Qui hîc περὶ Προτάσεων vocatur, liber est περὶ Ἑρμηνείας, quo nomine utitur Themistius quoque de Anima fol. 74 verso : Ἦν γὰρ καὶ οὗτος ὁ τρόπος τοῦ δυνατοῦ, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ Προτάσεων, id est de Interpret. c. 12, cum quo cf. Joannes Philoponus in Analyt. poster. f. 3 recto, p. 195, B; 40, et 196, A, 5. Quid vero sit ἡ τῶν πολλαχῶς λεγομένων διαίρεσις, ipse alio loco indicare videtur Alexander in Top. II, 2, 3, p. 77, p. 265, B, 21 : Τοῦτο καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ἤδη φθάσας εἶπεν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν τόπων οὓς πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν πολλαχῶς λεγομένων παρεδίδου. Quæ quin de primi libri Topicorum c. 15 dicta sint vix dubitare licet. Possis tamen et de quarto Metaphysicorum cogitare, quem simili plane modo ter designat Aristoteles, sive qui in ordinem redegit hos libros, V, 4, 5 : Φανερὸν δ' ἐν οἷς διωρισάμεθα περὶ τοῦ ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον, ὅτι πολλαχῶς τὸ ὄν· VI, 1, 1 : Τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς, καθάπερ διειλόμεθα πρότερον ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς· IX, 1, 1 : Τὸ ἓν ὅτι μὲν λέγεται πολλαχῶς, ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς διῃρημένοις εἴρηται πρότερον, qui liber vix ab eo diversus fuit qui in indicibus inscribitur : Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων ἢ κατὰ πρόσθεσιν α' (Diog. L. 36, Anon. 35).

2. (142.)

Alexander Aphr. in Arist. Topic. V, 5, 13, p. 199 : Κεῖται δὲ ὅτι τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν τινὸς δηλοῦν, οὐκ ἴδιον· οὐ γὰρ ἦν ἴδιον τὸ σημαῖνον τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ἐν τῇ τῶν προβλημάτων Διαιρέσει ὁρικὰ (ὁρικαὶ male ed. Ald.) εἶπεν εἶναι τὰ τοιαῦτα.

Major etiam dubitatio quam in præcedenti fragmento oritur, quum facile fieri possit, ut nihil aliud significare voluerit Alexander quam ipsorum Topicorum l. I, 3, 2.

3. (143.)

Alexand. in Arist. Topica, III, 1, 20, p. 126 p. 274, A, 42 Brand.); Ἔτι τὸ κάλλιον καθ' αὑτὸ καὶ τιμιώτερον καὶ ἐπαινετώτερον· κοινότερον τοῖς ὀνόμασιν νῦν χρῆται τῷ τε καλλίονι καὶ τιμιωτέρῳ καὶ τῷ ἐπαινετωτέρῳ. Ἐν μὲν γὰρ τῇ τῶν ἀγαθῶν Διαιρέσει τίμια μὲν τῶν ἀγαθῶν εἶπεν εἶναι τὰ ἀρχικώτερα (ἀρχαιότερα?), ὡς θεούς, γονεῖς, εὐδαιμονίαν, καλὰ δὲ καὶ ἐπαινετὰ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κατ' αὐτὰς ἐνεργείας, δυνάμεις δὲ αἷς ἔνεστιν εὖ καὶ κακῶς χρῆσθαι, ὠφέλιμα δὲ τὰ τούτων ποιητικὰ τῶν αὐτῶν καὶ εἰς ταῦτα συντελοῦντα. Νῦν δὲ καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἐπαινετὸν καὶ τὸ τίμιον ἔοικε καὶ κατὰ τῶν ὡς δυνάμεων ἀγαθῶν φέρειν.

Similia sunt Magna Moral. I, 2, 1 seq., ubi : Τὸ δὲ τίμιον λέγω τὸ τοιοῦτον, τὸ θεῖον, τὸ βέλτιον, οἷον ψυχή, νοῦς, τὸ ἀρχαιότερον, ἡ ἀρχή, τὰ τοιαῦτα. Joann. Stob. Ecl., t. II, p. 286 Heeren. Cf. præterea Ethic. Nicom. I, 12.

VI. ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΚΕΙΜΕΝΩΝ.

Librum περὶ Ἀντικειμένων solus est qui nominet, τοὺς κλεινοτέρους, ut ipse dicit, τῶν ἐξηγητῶν secutus Simplicius; ab eo fortasse non diversus qui περὶ Ἐναντίων α' in indicibus affertur (Diog. L. et An. 30), ita ut et illud conjicere liceat, hanc ipsam illam Ἐκλογὴν sive Διαίρεσιν τῶν ἐναντίων fuisse quam Aristoteles memorat. Cui probabilitatem quandam ipse Simplicius tribuere videtur quum hunc librum semel λόγον περὶ τῶν Ἐναντιοτήτων appellet fragm. 1 fin., licet ipse affirmet titulum περὶ Ἀντικειμένων ab Aristotele inscriptum fuisse huic libro.

Fragmenta hujus libri a Simplicio e Iamblichi commentariis exscripta erant. Quod ipsius verba testantur p. 88, A, 14 : Συμπληρωθέντος δὲ παρὰ Ἀριστοτέλους τοῦ περὶ τῆς τῶν ἀντικειμένων διαφορᾶς λόγου, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ τὰ Ἀρχύτου περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ Ἀντικειμένων βιβλίῳ ἀρχέτυπα τῶν εἰρημένων ὄντα παραγεγράφθαι, καὶ μάλιστα ὅτι οὐδὲ ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος ἀπὸ τούτου τοῦ βιβλίου τι τοῖς ὑπομνήμασιν ἐνέταξε. Καὶ ἴσως οὐκ ἦλθεν εἰς αὐτόν· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸ παρῆκεν ὁ τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους περὶ Ἀντικειμένων βιβλίον ἐπισκεψάμενος.

DIVISIONES.

2.

Ponitur, id quod esse et alicujus substantiam indicat proprium non esse : non enim erat proprium quod rei naturam declaret, et in Problematum divisione hæc ad definitiones pertinere dixit.

3.

In Divisione bonorum dixit Aristoteles honore digna esse quæ sint principaliora, veluti deos, parentes, beatitudinem pulchra et laudabilia, virtutes, et actiones secundum ipsas, potestates quibus bene vel male uti liceat, utilia vero quæ hæc efficiant et ad hunc finem tendant.

Digitized by Google

1 (144).

Simplicius in Categ. f. 98, Γ ed. Basil. p. 83, A, 13, Brand. : Ἀλλ' ἐπειδὴ σαφηνείας ἔτυχεν ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους λέξις, ἴδωμεν καὶ ὅσα τῷ τόπῳ προσεξεργάζονται οἱ κλεινότεροι τῶν ἐξηγητῶν· τῶν γὰρ Στωικῶν μέγα φρονούντων ἐπὶ τῇ τῶν λογικῶν ἐξεργασίᾳ, ἔν τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων σπουδάζουσι δεικνύναι ὅτι πάντων τὰς ἀφορμὰς ὁ Ἀριστοτέλης παρέσχεν ἐν ἑνὶ βιβλίῳ ὃ περὶ Ἀντικειμένων ἐπέγραψεν, ἐν ᾧ καὶ ἀποριῶν ἐστὶ πλῆθος ἀμήχανον, ὧν ὀλίγην ἐκεῖνοι μοῖραν παρέθεντο. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐν εἰσαγωγῇ παρεμβαλεῖν οὐκ εὔλογον, ὅσα δὲ συμφώνως οἱ Στωικοὶ τῷ Ἀριστοτέλει διετάξαντο, ταῦτα ῥητέον. Ὅρου τοίνυν παλαιοῦ περὶ τῶν ἐναντίων καταβεβλημένου, οὗ καὶ ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν, ὅτι ὅσα ἐστὶν (ὅτι ἐστὶν ὅσα corr. Rosius) ἐν τῷ αὐτῷ γένει πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει (διαφέροντα Brandis.), ηὔθυνε τὸν ὅρον ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀντικειμένων πολυειδῶς βασανίσας αὐτόν· καὶ γὰρ εἰ καὶ τὰ διαφέροντα ἐναντία ἐστὶν ἐπέστησε, καὶ εἰ ἡ διαφορὰ ἐναντιότης εἶναι δύναται, καὶ εἰ ἡ πᾶσα διάστασίς ἐστιν ἡ τὸ πλεῖστον διαφέρουσα, καὶ εἰ ταὐτὸν τὰ πλεῖστον ἀπέχοντα τῷ τὰ πλεῖστον διαφέροντα (τῷ τὸ πλ. διαφέροντι Brandis.), καὶ τίς ἡ ἀπόστασις καὶ πῶς τοῦ πλεῖστον ἀπέχειν ἀκουστέον. Ὧν ἀτόπων φανέντων προσληπτέον τι τῷ γένει, ἵνα ᾖ ὅρος τὰ πλεῖστον ἀπέχοντα ἐν τῷ αὐτῷ γένει. Καὶ τίνα τούτῳ ἄτοπα ἕπεται, καὶ εἰ ἑτερότης ἐστὶν ἡ ἐναντιότης καὶ εἰ τὰ μάλιστα ἕτερα ἐναντία, ἄλλους τε ἔθηκεν ἐλέγχους πλείονας. Χρησαμένου δὲ ὅμως τῷ ὅρῳ τούτῳ ἐν τῷ περὶ τοῦ ποσοῦ λόγῳ (Categor. c. 4 § 16) μετὰ τὸ ἐπισημήνασθαι ὅτι παλαιὸς ὁ ὅρος, οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς παραλαβόντες αὐτὸν ἐχρήσαντο, τὸ μὲν σαθρὸν αὐτοῦ παραδεικνύοντες, πειρώμενοι δὲ ὅλως λύειν τὰ δοκοῦντα ἄτοπα ... Τοῦτο δὲ πολλοστὸν μέν ἐστι μέρος ὧν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῶν Ἐναντιοτήτων ἠπόρησεν.

2 (145).

Id. ib. E, p. 83, B, 7, Brand. : Τούτοις οὖν (τοῖς ζητήμασι scil.) οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐχρήσαντο πᾶσι καὶ τοῖς ἄλλοις διορισμοῖς τοῖς περὶ τῶν ἐναντίων Ἀριστοτέλει κατὰ πόδας ἠκολούθησαν, ἐκείνου τὰς ἀφορμὰς αὐτοῖς δεδωκότος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀντικειμένων συγγράμματι, ἃς ἐξειργάσαντο ἐν τοῖς αὐτῶν βιβλίοις... ib. 24 : Τοιαύτης δὲ οὔσης τῆς Στωικῆς διδασκαλίας, ἴδωμεν πῶς αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἀριστοτέλους παραδόσεως παρεσπάσαντο. Οὗτος γὰρ ἐν τῷ περὶ Ἀντικειμένων τὴν δικαιοσύνην πρὸς τὴν ἀδικίαν ἐναντίαν λέγει· οὐ λέγεσθαι δὲ τὸν δίκαιον τῷ ἀδίκῳ ἐναντίον φησίν, ἀλλ' ἐναντίως διακεῖσθαι. Εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἐναντία φησί, διττῶς ῥηθήσεται τὸ ἐναντίον· ἢ γὰρ καθ' αὑτὰ τὰ ἐναντία ῥηθήσεται, οἷον ἀρετὴ καὶ κακία, κίνησις στάσις, ἢ τῷ μετέχειν ἐναντίων, οἷον τὸ κινούμενον τῷ ἑστηκότι καὶ τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ.

Hæc ita interpretatur Simplicius : Ἐν οἷς ἐδίδαξε διὰ τί τοὺς ποιοὺς οὐκ εἶπεν ἐναντίους· ἐπεὶ γὰρ κατὰ μετοχὴν οἱ ποιοί εἰσι διάφοροι, οὐκ ἂν τὸ μετέχον ὁμοίως οὗ μετέχει λέγοιτο, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκείνου μετέχει, καὶ παρώνυμα, εἴπερ ἄρα, ἀπ' αὐτῶν εἶναι, ὡς ἀπὸ τῆς λευκότητος τὸ λευκόν. Ἐπεὶ οὖν ἡ φρόνησις τῇ ἀφροσύνῃ ἐναντίον, οὐκ ἂν καὶ οἱ μετέχοντες ῥηθεῖεν ἐναντίοι, ἀλλὰ μετέχειν ἐναντίων. Εἰ δὲ καὶ ταῦτά τις καλεῖ ἐναντία, διελέσθαι, φησίν, ὀφείλει, καὶ τὰ μὲν λέγειν ἁπλῶς ἐναντία, τὰ δὲ τῷ μετέχειν ἐναντίων κεκλῆσθαι ἐναντία. Ὄντος δὲ δυνατοῦ τὸ αὐτὸ καὶ κατὰ ἀσύνθετον φωνὴν εἰπεῖν, οἷον φρόνησιν ἀφροσύνην, καὶ δι' ὅρου, οἷον ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, καὶ τὴν ἀφροσύνην ἄγνοιαν τῶν αὐτῶν, ζητοῦσι

DE OPPOSITIS.

1.

Quum multum glorientur Stoici ab ipsis doctrinam logicam perfectam esse et in ceteris et in iis quæ de contrariis disputantur, qui præstantiores sunt interpretum, demonstrare contendunt omnium occasionem præbuisse Aristotelem in quodam libro quem de Contrariis inscripsit, in quo dubitationum infinitus inest numerus quorum parvam partem illi apposuerunt. Et quidem cetera in introductione non facile est subjungere, quæ vero Stoici ex mente Aristotelis constituerunt ea dicam. Eversa igitur antiqua definitione contrariorum, cujus et supra meminimus, nempe ea esse quæ quum in eodem sint genere plurimum differant, definitionem emendavit Aristoteles in libro de Contrariis, multifariam in examen vocatam. Etenim dubitaverit, num et quæ differant contraria sunt, et si differentia contrarietas esse possit, et num omnis distantia ea sit quæ maxime differat, et num idem sit maxime distare et maxime differre, quæ sit distantia et quomodo plurimum ab aliquo distare audire oporteat. Quæ quum absurda esse appareat adjiciendum est aliquid generi, ita ut definitio talis efficiatur : « quæ maxime diversa sunt in eodem genere ». Quæ vero ex hac definitione absurda sequantur et num diversitas differentia sit, et num quæ maxime diversa contraria sint quærit, pluribus insuper additis argumentis... Hæc vero minima pars illorum sunt de quibus quæsivit Aristoteles in disputatione de Contrarietatibus.

2.

His igitur disquisitionibus usi sunt Stoici omnibus et ceteris de contrariis distinctionibus, Aristotelem e vestigio insequentes, qui illis argumenta præbuit in libro de Contrariis, quæ in suis libris expoliverunt... Talis vero quum sit Stoicorum doctrina, videamus quomodo illam ex iis quæ ab Aristotele tradita sunt deduxerint. Ille enim in libro de Contrariis justitiam injustitiæ contrariam dixit, non autem inquit justum virum injusto contrarium

Digitized by Google

πότερόν ἐστι τὰ κατὰ τὰ ἁπλᾶ μόνον ἢ κατὰ τοὺς ὅρους. Καὶ ὅ γε Χρύσιππος κτέ.

3 (146).

www.libtool.com.cn

Id. ib., Z, B, 47 : Διὸ τὴν μὲν φρόνησιν τῇ ἀφροσύνῃ φησὶν εἶναι ἐναντίον (ὁ Χρύσιππος scil.), τὸν δὲ ὅρον τῷ ὅρῳ οὐκέτι ὁμοειδῶς ἐναντίον εἶναί φησιν. Ἐπ' ἐκεῖνα δὲ ποιούμενοι τὴν ἀναφοράν, καὶ τοὺς ὅρους κατὰ συζυγίαν ἀντιτιθέασιν. Ταῦτα δὲ παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει πρώτῳ διώρισται, ἀσύνθετον μὲν μὴ ἀξιοῦντι ἐναντίον εἶναι τῷ τοῦ ἐναντίου ὅρῳ· οἷον τὴν φρόνησιν μὴ εἶναι ἐναντίον τῇ ἀγνοίᾳ ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, ἀλλ' εἰ ἄρα, κατὰ συζυγίαν, ὅρον ὅρῳ ἀντιτιθέναι καὶ ἐναντίους λέγειν τούτους τῶν ἐναντίων εἶναι πραγμάτων. Φιλοτεχνεῖ δὲ περὶ τούτων ἐπιπλέον, ὡς λόγος ὁριστικὸς λόγῳ ἐναντίος ἐστίν, ἐὰν τῷ γένει τι ᾖ ἐναντίον, ἢ ταῖς διαφοραῖς ἢ ἀμφοτέροις· οἷόν ἐστι τοῦ καλοῦ ὁρισμός, εἰ οὕτω τύχοι, συμμετρία μερῶν πρὸς ἄλληλα· τούτῳ ἐναντίον ἀσυμμετρία μερῶν πρὸς ἄλληλα· καὶ ἔστι τῷ γένει ἡ ἐναντίωσις. Ἀλλαχοῦ δὲ ταῖς διαφοραῖς, οἷον λευκὸν χρῶμα διακριτικὸν ὄψεως, μέλαν δὲ χρῶμα συγκριτικόν (cf. Alexandr. Aphrod. in Topic. l. II, p. 68)· ἐν γὰρ τούτοις τὸ μὲν γένος τὸ αὐτό, κατὰ δὲ τὰς διαφορὰς ἐναντίωσις. Εἴρηται οὖν πῶς λόγος λόγῳ ἐναντίος ἐστί, καὶ οἱ τῆς οὐσίας δὲ δηλωτικοὶ λόγοι ἐναντίοι ἔσονται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρκούντως μέχρι τοῦδε προήχθω.

4 (147).

Id., fol. 99, A, p. 84, A, 28 : Αὐτὸς δὲ ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀντικειμένων βιβλίῳ ἐζήτησεν, εἰ θάτερον ἀποβαλών τις μὴ ἐξ ἀνάγκης θάτερον λαμβάνει, ἆρά ἐστί τι τούτων ἀνὰ μέσον ἢ οὐ πάντως; ὁ γὰρ τὴν ἀληθῆ δόξαν ἀποβαλὼν οὐκ ἐξ ἀνάγκης ψευδῆ δόξαν λαμβάνει οὐδὲ ὁ ψευδῆ ἀληθῆ, ἀλλ' ἐνίοτε ἐκ τῆς δόξης ταύτης ἢ εἰς τὸ μηδὲν ὅλως ὑπολαμβάνειν ἢ εἰς ἐπιστήμην μεταβάλλει· δόξης δὲ ἀληθοῦς καὶ ψευδοῦς οὐδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον ἢ οὐκ ἄγνοια οὐδὲ ἐπιστήμη.

5, 6 (148, 149).

Id., fol. 102, B, p. 86, B, 35 : Ἀτόπως δὲ ἐκ τῶν κατὰ ἔθος στερήσεων τὰς ἐπιχειρήσεις ποιούμενος καὶ στέρησιν εἰς ἕξιν μεταβάλλειν φησὶν (ὁ Νικόστρατος scil.) ... ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οὐκ ἐπὶ τῶν ἐξ ἔθους ἀλλ' ἐπὶ τῶν φύσει τὴν ἕξιν καὶ τὴν στέρησιν παρέλαβεν (Categ., c. 8, § 17), ἐφ' ὧν καὶ κυρίως ἡ κατὰ ἕξιν καὶ στέρησιν ἀντίθεσις λέγεται. Χρησώμεθα οὖν αὐτοῖς τοῖς Ἀριστοτέλους πρὸς τὸν Νικόστρατον· ἐν γὰρ τῷ περὶ τῶν Ἀντικειμένων αὐτός φησιν, ὡς αἱ μὲν στερήσεις τῶν κατὰ φύσιν λέγονται, αἱ δὲ τῶν ἐν ἔθει, αἱ δὲ τῶν κατηγορημάτων, αἱ δὲ ἄλλων τινῶν, τυφλότης μὲν τῶν φύσει, γυμνότης δὲ ἐν ἔθει, ἀργυρίου δὲ ἡ στέρησις τῶν ἐν χρήσει παραγινομένων. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι στερήσεις πλείονες· καὶ ἐνίων μὲν στερήσεων οὐκ ἔστιν ἀπαλλαγή, ἐνίων δὲ ἔστιν ... Ib. p. 87, A, 2 : Ἀλλὰ τὸν μὲν πλήρη περὶ τῶν στερήσεων λόγον ἔστιν ἐκ τε τοῦ Ἀριστοτελικοῦ καὶ τοῦ Χρυσιππείου βιβλίου λαμβάνειν, τινὰ δὲ καὶ ὁ Ἰάμβλιχος παρέγραψεν ἔχοντα οὕτως· « Πολλαχῶς τοῦ ἔχειν λεγομένου, ὡς ἤδη παρεδείξαμεν, ἡ στέρησις διατείνει

---

dici sed contrario modo affici. Si et hæc contraria dicit, duplici modo contrarium dicetur : sive enim secundum ipsa contraria dicetur, ut virtus et vitium, motus quies, sive ex participatione contrariorum, ut id quod movetur stanti, bonum malo.

3.

Quamobrem prudentiam imprudentiæ contrariam esse dicit Chrysippus, quum definitionem definitioni non jam ex eadem specie contrariam dicat. Ad illa vero relatione facta definitiones quoque ex conjunctione opponunt. Hæc vero apud Aristotelem primum definita sunt, qui simplex non vult contrarium esse contrarii definitioni, ut prudentiam ignorantiæ bonorum et malorum neutrorumque, sed si forte, ex conjunctione definitionis definitioni opponere et has dicere contrariarum esse rerum. De his autem plura artificiose disserit, dicens rationem definitivam contrariam esse rationi quum aliquid sive genere, sive differentiis sive utrisque contrarium sit. Ita, si ita se recte habet, pulchri definitio est, apta compositio partium inter se; huic contraria est non apta compositio partium inter se : contrarietas vero est genere. Alibi fit differentiis, ut albus color discernitur oculis, niger non discernitur : in his enim genus est idem, contrarietas vero e differentiis oritur.

4.

Ipse Aristoteles in libro de Contrariis quærit si quis altero amisso non ex necessitate alterum assumit utrum aliquid in medio eorum sit nec ne omnino. Qui enim veram opinionem amiserit non necessario falsam assumet, nec qui falsam veram, sed aliquoties ex illa opinione in nullam prorsus migrat, vel in scientiam, inter opinionem vero veram et falsam nihil in medio est quam non-ignorantia et non-scientia.

5.

In libro de Contrariis Aristoteles dicit privationes quasdam dici eorum quæ sunt natura, quasdam eorum quæ sunt in more, quasdam eorum quæ sunt in prædicamentis, quasdam quæ sunt in aliis. Cæcitas privatio est eorum quæ sunt natura, nuditas eorum quæ sunt more, pecuniæ privatio eorum quæ sunt in usu. Sunt et aliæ privationes plures, et quarundam privationum nulla est liberatio, aliarum vero est.

6.

Minime vero, inquit Aristoteles, privationem fieri eorum quæ in anima sunt bonorum et quæ ratione possi-

Digitized by Google

μὲν ἐπὶ πάντα τὰ σημαινόμενα τοῦ ἔχειν, οὐκέτι μέντοι καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ἐναντία· ἀπωλεία γὰρ ἴσον ἡ στέρησις, ὥστε οὐκ ἂν τοῦ κακοῦ γένοιτο στέρησις, ὅτι μηδὲ ἀπώλεια κακοῦ γένοιτο ἂν ἢ βλαβεροῦ ἀλλ' ἀγαθοῦ ἢ χρησίμου· οὐ γὰρ ὁ νόσου ἢ πενίας ἀπαλλαγεὶς ῥηθείη ἂν ἀπεστερῆσθαι νόσου ἢ πενίας, ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ὑγείας ἢ πλούτου ἀφαιρεθείς. Ἀγαθοῦ μὲν στέρησις ἡ τυφλότης· ἀγαθὸν γὰρ ἡ ὄψις· ἀδιαφόρου δὲ ἡ γυμνότης, ἀδιάφορον γὰρ τὸ ἱμάτιον καὶ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν. Διὸ στέρησις οὐδεμία ἀγαθὸν ἀλλ' ἤτοι κακὸν ἢ ἀδιάφορον. Καὶ ἀγαθῶν δὲ στέρησις γένοιτο ἂν ἤτοι τῶν πάντων ἢ τῶν πλείστων. Ἥκιστα δέ φησιν Ἀριστοτέλης τῶν ἐν τῇ ψυχῇ ἀγαθῶν καὶ προαιρέσεως ἐχομένων γενέσθαι στέρησιν· οὐδεὶς γὰρ λέγει δικαιοσύνης ἐστερῆσθαι, καὶ ὁ εἰπὼν ὅτι « ἐπιστάμαν οὐδεὶς φέρει », ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας εἴρηκε. Μᾶλλον οὖν πλούτου, δόξης, τιμῆς, τῶν τοιούτων καὶ μάλιστα τῶν περὶ τὰς κτήσεις καλουμένων ἀγαθῶν εἰσὶν αἱ στερήσεις· διὸ καὶ ἕλεοι καὶ οἶκτοι ἐπακολουθοῦσι ταῖς πλείσταις στερήσεσιν. » Ὁ μέντοι Ἀριστοτέλης τῶν φυσικῶν στερήσεων νῦν τὴν ἀντίθεσιν πρὸς τὴν τῶν ἐναντίων παραβέβληκεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρκούντως.

7 (150).

Id., ib., fol. 103, E, p. 88, A, 32 : Ταῦτα τοῖς περὶ τῶν ἐναντίων εἰρημένοις προστίθησι ... ἔστι δὲ ταῦτα ὅτι τῷ μὲν ἀγαθῷ κακὸν πάντως ἐναντίον, τῷ δὲ κακῷ ποτὲ μὲν ἀγαθὸν ποτὲ δὲ κακόν ... ἐν δὲ τῷ περὶ Ἀντικειμένων βιβλίῳ προσέθηκε τοῖς τρόποις τούτοις τῶν ἐναντιώσεων καὶ τὸν τῶν μήτε ἀγαθῶν μήτε κακῶν πρὸς τὰ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακά, οὕτως λέγων τὸ λευκὸν τῷ μέλανι καὶ τὸ γλυκὺ τῷ πικρῷ καὶ τὸ ὀξὺ τῷ βαρεῖ καὶ τῇ κινήσει τὴν στάσιν ἐναντιοῦσθαι ... Νικόστρατος δὲ αἰτιᾶται ἓν μέν, ὅτι ἀτελῶς ἔχει ἡ τῶν ἐναντίων διαίρεσις. Οὐ γὰρ προσέθηκεν ὅτι καὶ ἀδιάφορον ἀδιαφόρῳ ἀντίκειται. Ὅπερ ἐν μὲν τῷ τῶν Ἀντικειμένων βιβλίῳ προσέθηκεν εἰπὼν εἶναί τινα τρόπον ἀντιθέσεως τῶν μήτε ἀγαθῶν μήτε κακῶν πρὸς τὰ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακά, ὡς εἴρηται πρότερον. Ἀδιάφορα δὲ αὐτὰ οὐκ ἐκάλεσεν, ὡς οἶμαι, διὸ νεώτερον ἦν τὸ τοῦ ἀδιαφόρου ὄνομα, παρὰ τῶν Στωικῶν τεθέν.

IV. SCRIPTA RHETORICA ET POETICA.

I. ΤΕΧΝΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

Rhetorum historiam sive collectionem artium a priscis inde rhetoribus ad Isocratis usque ætatem ab Aristotele conditam, Cicero, Quintilianus aliique norant. Libri titulum bis referunt indices : Τεχνῶν συναγωγὴ α' β' Diog. L. 77, Anon. 62, et ἄλλη Τεχνῶν συναγωγή α' β' Diog. L. 80. Eundem sine dubio librum Ἐπιτομὴν τῶν ῥητόρων nominat apud Diogenem Laertium Demetrius Magnes, cf. fr. 3.

1 (151).

Cicero de Inventione, II, 2, § 5 : *Nobis omnium quicunque fuerunt ab ultimo principio hujus præceptionis* (rhetoricæ scil.) *usque ad hoc tempus, expositis copiis, quodcunque placeret eligendi potestas fuit. Ac veteres quidem scriptores artis usque a principe illo atque inventore Tisia repetitos unum in locum conduxit* Aristoteles *et nominatim cujusque præcepta, magna conquisita cura perspicue conscripsit atque enodata diligenter exposuit : ac tantum inventoribus ipsis suavitate et brevitate dicendi præstitit, ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes, qui quod illi præcipiebant velint intelligere, ad hunc quasi ad quendam multo commodiorem explicatorem revertantur.*

In libris de Oratore, II, 38, § 160, ita loquitur Antonius : *Atque inter hunc* Aristotelem, *cujus et illum legi librum in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, et illos in quibus ipse sua quædam de eadem arte dixit, et hos germanos hujus artis magistros hoc mihi visum est interesse*, etc.

---

deantur : nemo enim dicit se privatum esse justitia et qui dixit « scientiam neminem ferre » de ipsa cognitione dixit. Magis igitur divitiarum, famæ, honoris et talium et præcipue bonorum quæ sunt in opibus privationes fiunt, quare et lamentationes et luctus plerasque privationes subsequuntur. Aristoteles nunc naturalium privationum oppositionem ad contrariorum convertit.

7.

Hæc iis quæ de Contrariis dicta sunt adjecit... bono malum omni modo contrarium esse, malo vero modo bonum modo malum... In libro vero de Contrariis his modis contrarietatum adjecit et illum, eorum quæ neque bona neque mala sunt contra illa quæ neque bona neque mala sunt, dicens ita album nigro, dulce amaro, acutum gravi contraria esse... Nicostratus vero unum illud incusat, perfectam non esse contrariorum divisionem quum non addiderit (*in Categoriis scilicet*) indifferens quoque indifferenti oppositum esse. Quod autem in libro de Contrariis adjecit dicens esse quendam modum oppositionis eorum quæ neque bona neque mala sunt cum iis quæ neque bona neque mala sunt út supra dixi. Indifferentia autem ea non appellavit propterea quod nomen recentius erat a Stoicis inventum.

Digitized by Google

2 (152).

Cicero Brutus, c. 12, § 46 : *Itaque ait* ARISTOTELES, *quum sublatis in Sicilia tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens et controversa natura* (ita codd. Jacobs. satis probabiliter conjecit : *controversiis nata*), *artem et præcepta Sieulos Coracem et Tisiam conscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere, scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur loci : quod idem fecisse Gorgiam, quum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, quod judicaret hoc oratoris esse maxime proprium rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere : huic Antiphontem Rhamnusium similia quædam habuisse conscripta, quo neminem unquam melius ullam oravisse capitis causam, quum se ipse defenderet, se audiente locuples auctor scripsit Thucydides : nam Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi, deinde quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem jejunior, orationes eum scribere aliis cœpisse, artem removisse : similiter Isocratem primo artem dicendi esse negavisse, scribere autem aliis solitum orationes quibus in judiciis uterentur : sed, quum ex eo, quia quasi committeret contra legem, quo quis judicio circumveniretur, sæpe ipse in judicium vocaretur, orationes aliis destitisse scribere totumque se ad artes componendas transtulisse. Et Græciæ quidem oratorum partus atque fontes vides.*

Cf. Quintil. Inst. orat. III, 1, 8 sqq., Cicero Orat. c. 12 et 52, ubi Theophrastum sequitur.

3 (153).

Diogenes Laert. III, 104 : Θεόδωροι δὲ γεγόνασιν εἴκοσι... ἕνατος Βυζάντιος, ἀπὸ λόγων πολιτικῶν· δέκατος ὁμοίως, οὗ Ἀριστοτέλης μνημονεύει διὰ τῆς Ἐπιτομῆς τῶν ῥητόρων.

4 (154).

Quintilianus Inst. III, 1, § 13 : *His successere multi, sed clarissimus Gorgiæ auditorum Isocrates; quanquam de præceptore ejus inter auctores non convenit : nos autem* ARISTOTELI *credimus.*

5 (155).

Dionysius Halic. De antiquis Rhet. p. 576 Reiske : Μηδεὶς δ' ἀγνοεῖν ὑπολάβῃ μηδ' ὅτι Ἀφαρεὺς ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος ἐν τῷ πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς Ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπόθεσιν εἰς δικαστήριον γεγράφθαι, μηδ' ὅτι δέσμας πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης· ἐπίσταμαι γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων λεγόμενα καὶ οὔτ' Ἀριστοτέλει πείθομαι ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ, οὔτ' Ἀφαρεῖ τούτου γ' ἕνεκα λόγον εὐπρεπῆ πλαττομένῳ συντίθεμαι. Ἱκανὸν δὲ ἡγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον, ὃς καὶ συνεδίωσεν Ἰσοκράτει, καὶ γνησιώτατος ἀκουστὴς ἐγένετο καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν πάνυ θαυμαστὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλην ἀντιγραφαῖς ἐποιήσατο, πιστεύω γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, οὐ μέντοι πολλούς.

De Cephisodori libro cf. Müller, Fragm. Histor. t. II, p. 85. Ad dialogum Gryllum inscriptum hoc et præcedens fragmentum non male fortasse pertinere arbitratus est Bernays, *die Dial. des Arist.* p. 157.

6 (157).

Anon. auctor Proleg. in Vita Isocrat. in Schol.

IV. ARTIUM COMPENDIUM.

3.

Fuerunt autem Theodori viginti..... nonus Byzantius in rebus civilibus clarus : decimus similiter, cujus Aristoteles in Epitome oratorum mentionem facit.

5.

Nemo autem me illud ignorare putet, vel quod Apharens, privignus et per adoptionem filius Isocratis, in oratione de Antidosi contra Megaclidem contendit, nullum argumentum forense a patre scriptum esse : neque illud etiam, quod fasciculos permultos judicialium orationum Isocratis circumferri dicit a bibliopolis Aristoteles. Etsi enim hæc ab illis viris dici scio, tamen neque Aristoteli credo, qui huic ultro sordidam maculam adspergere vult, neque propterea tamen Aphareo honestam orationem fingenti assentior : sed idoneum veritatis approbatorem ratus Cephisodorum Atheniensem, qui et familiariter cum Isocrate vixit, et auditor ejus maxime germanus fuit, et præceptoris adversus Aristotelis criminationes defensionem illam prorsus admirabilem scripsit; credo virum hunc scripsisse nonnullas orationes, quæ in judiciis dicerentur, non multas tamen.

6.

Isocrates dicitur et artem rhetoricam conscripsisse, eam vero tempore periisse. Quæret aliquis unde rem se sic habere demonstretur. Dicimus Aristotelem qui artes rhetoricas contulit et hujus mentionem fecisse.

Digitized by Google

in Æsch. et Isocrat p. 105, 22 ed. Dind. Oxon. 1852, Orat. Att. ed. Didot. p. 482, 4 : Λέγεται δ' ὡς ὅτι καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἔγραψε (ὁ Ἰσοκράτης scil.), τῷ δὲ χρόνῳ ἔτυχεν αὐτὴν ἀπολέσθαι. Ἐρεῖ δέ τις καὶ πόθεν δῆλον ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει; λέγομεν ὡς ὅτι Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος συναγαγὼν τέχνας ῥητορικὰς ἐμνήσθη καὶ ταύτης.

II. ΤΕΧΝΗΣ ΤΗΣ ΘΕΟΔΕΚΤΟΥ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

De rhetorica quæ Theodectis vocatur, si ex solo titulo qualem indices exhibent : τέχνης τῆς Θεοδέκτου Συναγωγὴ α' (Diog. L. 82) sive τέχνης τῆς Θεοδέκτου Συναγωγὴ ἐν γ' (Anon. 65), conjecturam facimus, similem ejus rationem fuisse apparet atque librorum qui Τεχνῶν συναγωγὴ inscripti erant, et quidem ita ut artem qualem Theodectes tradiderat in compendium ab Aristotele redactam continerent. Unde vero postea nata sit opinio hanc artem non Theodectis, ipsius vero Aristotelis fuisse nescio, rem autem præter Quintilianum Inst. orat. II, 15 : *Theodectes sive ipsius id opus est quod de Rhetorice inscribitur, sive, ut creditum est, Aristotelis*, tradit Valerius Maximus, VIII, 14, 3 ext. : *Aristoteles Theodecti discipulo oratoriæ artis libros quos ederet donaverat molesteque ferens titulum eorum sic alii cessisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens planius sibi de his in Theodectis (Theodecteis?) libris dictum esse adjecit.* In quo tamen illud jure mirum videbitur, Theodectem discipulum Aristotelis vocari. Quod licet, præter Valerium Maximum, ipse quoque Cicero tradiderit, Orat. c. 51 : *Ejus* (Aristotelis scil.) *auditor Theodectes*, nullo tamen modo verisimile est. Etenim ejus orationes et tragœdiæ sæpissime ab Aristotele laudantur, in Ethica, Politica, Rhetorica, Poetica, quum numquam, quod jam Patricius vidit, *Discuss. Peripat.* p. 129, ullius e suis discipuli mentionem fecit. Nec morabitur Suidas qui Theodectem Platonis, Isocratis et Aristotelis discipulum fuisse affirmat. Si enim ille, ut narrat, de eloquentiæ præmio ab Artemisia in mariti honorem proposito contendit, quod certamen ante Olymp. 107, 3, institutum est, quî Aristotelis esse discipulus potuerit minime video. De filio igitur hoc accipiendum erit cui et ipsi Theodecti nomen fuit, quemque Rhetoricam et alia scripsisse Suidas testatur. *Proprium* vero *volumen*, de quo loquitur Valerius Maximus, nullum aliud est fortasse quam tertius Rhetoricorum liber, in quo hæc leguntur c. 9, § 9 : Αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται, de quo loco mira est Rosii sententia ita verba interpretantis (p. 137) : « *Initia autem periodorum fere dimensus Theodectes in orationibus* », ita ut non Rhetorice Theodectis sed orationes significarentur. Quod falsum esse neminem fugit. Multo vero libentius in hanc alteram sententiam abirem, hæc verba non ipsius esse Aristotelis, sed, ut alibi quoque in hoc tertio Rhetoricorum libro factum esse puto, a librario quodam adjecta esse, cum Aristotelis Rhetorica, si modo hic tertius liber revera Aristotelis est, aliorum artes comparanti. Quænam igitur illa contentio fuerit ignoratur. Nec magis illud dijudicari licet, num de Aristotele dictus sit Antiphanis comici versus apud Athenæum IV, p. 134, B :

Ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἐξευρηκὼς τέχνην,

sicut M. Schmidt. arbitratus est *De tempore quo Aristotelis Rhetorica scripta est*, Halis 1837, p. 11, de qua tamen re aliter statuit Meinekius v. cl. in *Fragm. comicor. græc.* t. III, p. 59.

Nihil lucis accedet ad hanc nostram quæstionem e verbis illius qui epistolam ad Alexandrum finxit, quæ Rhetoricæ ad Alexandrum vocatæ præfigitur. Quid enim iste sibi voluerit, quum scriberet in fine : Περιτεύξῃ δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις, ὧν τὸ μέν ἐστιν ἐμόν, ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις, τὸ δὲ ἕτερον Κόρακος, ne divinando quidem assequi possumus. Superest ut et anonymi scholiastæ verba apponam, cujus commentarius in Rhetoricam Parisiis 1539 editus est : apud quem hæc leguntur fol. 63 recto : Ἐν τοῖς [Θεοδεκτίοις] πρὸς τὸν Θεόδεκτον (sic) ἔγραφεν ὁ Ἀριστοτέλης ῥητορικήν, ἐν ᾗ ἀπηριθμήσατο τὰς τῶν περιόδων ἀρχάς, οἷαι ὀφείλουσιν εἶναι. Quod non majoris momenti est quam illud quod de Ethicis sive ad Nicomachum sive ad Eudemum perscriptis traditur.

1. (157).

Quintil. Inst. or. II, 15 : *Est igitur frequentissimus finis rhetoricen esse vim persuadendi... vim dico* τὴν δύναμιν. *Hæc opinio originem ab Isocrate, si tamen revera Ars quæ circumfertur ejus est, duxit... apud Platonem quoque Gorgias in libro qui nomine ejus inscriptus est, idem fere dicit... a quo non dissentit Theodectes, sive ipsius id opus est quod de Rhetorice nomine ejus inscribitur sive ut creditum est* ARISTOTELIS, *in quo est finem esse rhetorices ducere homines dicendo in id quod actor velit.*

Corrupte hæc apud Schol. cod. Rhedig. ad libros Auctor. ad Herenn. quem edidit Glæser. in *Rhein. Mus. N. Folge* t. VII, p. 293 : *Theodectes dicit rhetoricam esse vim dicendi omnia quæ auctor velit.*

Digitized by Google

2 (158).

Gemist. Pletho Epit. Rhet. in Rhet. Gr. t. VI, p. 585 Walz. : Μινουκιανὸς οὖν, ὡς ἔφην, ἐκεῖνος ὁ τεχνογράφος (Apsines vel Hermogenes) φύσεως θείας μετεσχηκώς, καθάπερ πρὸ τούτου καὶ Θεοδέκτης, ὀλίγοις πάνυ τοῖς ῥήμασι τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέλαβε δύναμιν, εἰπὼν ἔργα ῥήτορος εἶναι εὕρεσιν, τάξιν, οἰκονομίαν, μνημοσύνην, ὑπόκρισιν, ἑρμηνείαν.

Idem jam antea p. 583 dixerat : Φέρε δὴ κατὰ τὸν Θεοδέκτην τὸν Φασηλίτην καὶ τὸν τεχνογράφον Μινουκιανόν, ὃν Ἑρμογένης ὁ σοφιστὴς διασύρει etc.

Anonymi Proleg. in Status, t. VII, p. 33 Walz. : Ὅτι ἔργον ῥήτορος, ὡς φησι Θεοδέκτης, προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθώ, ἐπιλογίσασθαι πρὸς ὀργὴν ἢ ἔλεον. Paulo aliter Joann. Sic. Doxopat. Proleg. Rhet. t. VI, p. 19 Walz. : Ἔργα δὲ ῥητορικῆς κατὰ Θεοδέκτην προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθώ, ἀγωνίσασθαι πρὸς ἀπόδειξιν, ἀνακεφαλαιώσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν, quæ eadem, omissis πιστώσασθαι πρὸς πειθώ, et sine auctoris nomine, in Anonymi Epitome Rhet. leguntur, t. III, p. 611 Walz. Cf. Spengel, Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 156.

3 (159).

Quintil. Inst. or. IV, 2, 31 : *Eam* (narrationem sc.) *plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, brevem, verisimilem.*. § 36 : *erit autem narratio aperta et lucida, si...* § 40 : *brevis erit narratio ante omnia si...* § 52 : *credibilis autem erit narratio ante omnia, si ....* § 61 : *His tribus narrandi virtutibus adjiciunt quidam magnificentiam quam* μεγαλοπρέπειαν *vocant...* § 63 : *illa quoque ut narrationi apta ita cum ceteris partibus communis est virtus, quam* Theodectes *huic uni proprie dedit : non enim magnificam modo vult esse verum etiam jucundam expositionem.* Cf. Tzetzes Chiliad. XII, 566 sq. et Gem. Pletho Epit. Rhet. t. VI, p. 587 Walz.

4 (160).

Anon. Seguerian. ed. *Séguier de St. Brisson, Notices et extraits des Mss. de la Bibl. du Roi*, t. XIV, 2, Rhett. Gr. ed. Spengel t. I, p. 205 : Διαιρεῖται ὁ ἐπίλογος εἰς εἴδη δύο, εἴς τε τὸ πρακτικὸν καὶ τὸ παθητικόν, καὶ τοῦ πρακτικοῦ ἐστὶν ἡ ἀνακεφαλαίωσις, τοῦ δὲ παθητικοῦ τὸ τὰ πάθη κατασκευάζειν καὶ ῥωννύειν τὸν λόγον... Ἔργον δὲ ἐπιλόγου Πλάτων μὲν ἐν Φαίδρῳ (p. 267) φησὶν ἐν κεφαλαίῳ ἕκαστα λέγοντα ὑπομνῆσαι ἐπὶ τελευτῇ τοὺς ἀκούοντας περὶ τῶν εἰρημένων. Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ Χρύσιππος· καὶ γὰρ αὐτὸς μονομερῆ φησὶ τὸν ἐπίλογον. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν ταῖς Θεοδεκτικαῖς τέχναις φησὶν ὅτι ὁ ἐπίλογος τὸ μὲν κεφάλαιον ἔχει προτρέψασθαι τοὺς ἀκούοντας, προτρέψομεν δὲ τριχῶς, εἰς τὰ πάθη ἀνάγοντες τὰ ἑκάστῳ προτρεπτικά· ἓν μὲν οὖν ἔργον ἐπιλόγῳ τὸ τὰ πάθη διεγεῖραι, δεύτερον τὸ ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν· τούτων γὰρ ἐν ἐπιλόγοις ἡ χώρα· τρίτον δὲ τὸ ἀναμιμνήσκειν τὰ εἰρημένα. Οὔτε δὲ τὰ εὐμνημόνευτα οὔτε τὰ ἀπαθῆ κινητέον. Arist. Rhetor. III, 19, § 1 : Ὁ δὲ ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων, etc.

5 (161).

Dionys Halic. de Compos. verbor. c. 2 : Ἡ σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. Ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους ἄχρι τριῶν προήγαγον ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι καὶ μᾶλλον οἱ τῆς Στωικῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες ἕως τεττά-

---

ARS THEODECTIS.

2.

Theodectes admodum paucis verbis totam oratoriæ artis vim circumscripsit quum diceret oratoris officia esse inventionem, dispositionem, distributionem, memoriam, actionem, locutionem.

Ut dicit Theodectes, officium rhetoris est proloqui ut favorem sibi conciliet, narrare ut fidem, probare ut rem verisimilem efficiat, perorare ut iram vel misericordiam moveat.

4.

Aristoteles in Artibus Theodecteis dicit perorationis caput esse auditores cohortari. Cohortabimur vero triplici modo si in eos animi affectus adducimus, qui quemque excitandi vim habeant : debet igitur primum peroratio movere animi affectus, secundum laudare aut vituperare : laudandi enim aut vituperandi locus est in peroratione; tertium in memoriam ea quæ dicta fuerint reducere. Neque vero ea quæ facilia sunt memoratu, neque quæ ad animi affectus movendos nihil valent tangi debent.

5.

Compositio, sicuti nomen ipsum indicat, est quædam orationis partium inter se mutua positio, quas dictionis

Digitized by Google

ρων προυβίβασαν χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα.

Idem De vi Demosthenis c. 48 : Τοῖς πρώτοις μορίοις τῆς λέξεως, ἃ δὴ στοιχεῖα ὑπό τινων καλεῖται, εἴτε τρία ταῦτ' ἐστίν, ὡς Θεοδέκτῃ τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ σύνδεσμοι, εἴτε πλείω.

Eadem Quintilianus I, 4, 18 : *Veteres enim, quorum fuerunt* ARISTOTELES *atque* THEODECTES, *verba modo et nomina et convinctiones tradiderunt... paulatim a philosophis ac maxime Stoicis auctus est numerus.*

Aliter Varro de Ling. lat. VIII, 11 : *De his* ARISTOTELES *orationis duas partes esse dicit, vocabula et verba, ut* HOMO *et* EQUOS *et* LEGIT *et* CURRIT, ubi sic O. Müllerus : « Varro non satis accurate scribit, quum tripartitam ejus divisionem fuisse Dionysius et Quintilianus affirment, et quadripartitæ in operibus ipsius vestigia sint. »

6 (162.)

Cicero Orat. c. 51, 172 : *Is igitur* (Aristoteles, scil. Rhet. III, 8 § 3) *versum in oratione vetat esse, numerum jubet. Ejus auditor* THEODECTES, *in primis, ut Aristoteles sæpe significat, politus scriptor atque artifex, hoc idem et sentit et præcipit. Theophrastus vero eisdem de rebus etiam accuratius.* E Cicerone Marius Victorin. Art. grammat. III, 6, 3.

7 (163).

Cicero Orat. c. 57, 194 : *Sequitur ergo ut qui maxime cadant in orationem aptam numeri videndum sit... Aristoteles* (Rhet. III, 8, § 4)... *pæana probat... atque hæc quæ sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto* THEODECTEQUE *de pæane dicuntur.*

Ibid. c. 64, 218 : *Est quidem* (pæan scil.), *ut inter omnes constat antiquos,* ARISTOTELEM, *Theophrastum,* THEODECTEM, *Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediæ. Putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus.* Priora habent Quintil. IX, 4, 88 et Rufinus de Metris, II, 2.

8 (164).

Longinus de Sublimitate, s. 32, 3 : Διόπερ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Θεόφραστος μειλίγματά φασί τινα τῶν θρασειῶν εἶναι ταῦτα μεταφορῶν, τὰ « ὥσπερεὶ φάναι, » καὶ « οἱονεί » καὶ « εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸν τρόπον, » καὶ « εἰ δεῖ παρακινδυνευτικώτερον λέξαι. » Ἡ γὰρ ὑποτίμησις, φασίν, ἱᾶται τὰ τολμηρά.

Cf. Cicero de Oratore III, 41, 65 : *Atque etiam si vereare ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est præposito sæpe verbo : ut si olim M. Catone mortuo pupillum senatum quis relictum diceret, paulo durius; sin, ut ita dicam, pupillum, aliquanto mitius.*

(ΠΕΡΙ ΣΥΜΒΟΥΛΙΑΣ.)

Titulus libri περὶ Συμβουλίας α' apud Diog. L. (88), περὶ Συμβουλῆς α' apud Anon. (71) inter libros ad rhetoricam artem spectantes nominatur. Ad hunc fortasse referendum est quod sequitur fragmentum. Quæ bis in Rhetorica per ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς designat Aristoteles, I, 10, 19 : Περὶ μὲν οὖν τοῦ συμφέροντος ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἴρηται πρότερον, et II, 18, 1 : Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας ἠθῶν ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἴρηται πρότερον, ea pars sunt ipsorum de Rhetorica librorum.

(165).

Schol. in Demosth. Olynth. I, p. 11, 10 (in Orat. Att. ed. C. Müller. t. II, p. 532) : Πολλὰ διὰ τοῦ παραδείγματος ἤνυσεν... τέταρτον πρὸς τούτοις συνηρίθμησεν αὐτὸν τοῖς τότε στρατεύσασι, τεχνικῶς σφόδρα τὸ ἀξιόπιστον ἑαυτῷ προσκτώμενος. Ὁ

---

etiam elementa nonnulli vocant. Hæc autem Theodectes et Aristoteles, et qui eorum temporibus philosophiæ operam dabant, ad tria produxere, nomina et verba et conjunctiones primas orationis partes esse statuentes. Hos vero qui subsecuti sunt, præcipueque Stoicæ sectæ principes, ad quattuor usque promoverunt, articulos a conjunctionibus separando.

8.

Itaque Aristoteles et Theophrastus audacium translationum has tanquam emollitiones esse dicunt : « *Ut ita dicam, Velut, Si hoc modo loqui licet, Si paulo audacius loquendum est* : correctio enim, ut dicunt, metaphoræ audaciæ medetur.

(DE CONSILIO.)

Aristoteles dicit eum qui dat consilium ita dare oportere ut ostendat se ipsum paratum esse eorum participem fieri de quibus det consilium; quum illis libentius pareant auditores, quos viderint promotores consiliorum, quæ ab iis data sint, socios se adjungere.

Digitized by Google

γὰρ Ἀριστοτέλης φησὶ δεῖν τὸν σύμβουλον οὕτω συμβουλεύειν ὡς ἑαυτὸν μέλλοντα κοινωνεῖν τούτοις ἐφ' οἷς ποιεῖται τὴν συμβουλήν. Τούτοις γὰρ πείθονται μᾶλλον, οὓς ἂν ὁρῶσιν ἑτοίμους ὄντας συμμετέχειν ὧν συμβουλεύειν ἐγνώκασι.

www.ibtool.com.cn

ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ.

Inter omnes hodie convenit, librum περὶ Ποιητικῆς inscriptum mancum atque mutilum esse, satisque demonstrant ipsius philosophi verba, cum quæ leguntur initio statim libri : Περὶ ποιητικῆς αὐτῆς τε καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῆς, ἥντινα δύναμιν ἕκαστον ἔχει, λέγωμεν· sive c. 6, 1 : Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐν ἑξαμέτροις μιμητικῆς καὶ περὶ κωμῳδίας ὕστερον ἐροῦμεν· tum etiam in Rhetor. I, 6 : Διώρισται δὲ περὶ γελοίων χωρὶς ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς. Unde, quum nihil eorum quæ hîc se tractaturum pollicetur Aristoteles, sive de quibus ut jam tractatis loquitur, in eo quem habemus libro legatur, necessario consequitur partem tantum modo integri operis servatam esse. Quod et titulis confirmatur qui unice ad hunc librum spectare possunt : Πραγματεία τέχνης ποιητικῆς α′β′, apud Diogen. Laert. 83, Τέχνης ποιητικῆς β′ apud Anonymum (1), et Aspasii testimonio, in Arist. Ethic. Nicom. fol. 95 verso : Μνημονεύει δ' αὐτῆς (τῆς ποιήσεως Μαργίτης ὀνομαζομένης) οὐ μόνον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἀλλὰ καὶ Ἀρχίλοχος καὶ Κρατῖνος καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγράμμασιν, quæ ad Poet. c. 4, 8 et 9 spectant, nisi tamen fortasse potius ad dialogum de Poetis, quem et ipsum περὶ Ποιητικῆς inscriptum fuisse constat, ut suo loco dictum. Igitur quin mutilus sit liber dubitari nequit, ita ut illa jam relinquatur quæstio, num ejus partis quæ interciderit, notitia aliqua apud antiquos scriptores investigari possit. Inter illos vero, qui, nominato libro et auctore, deperditam partem Poeticæ respicere videntur, nullus est cujus verba non erroris suspicionem moveant. Ita, quæ ex arabico quodam scripto (cf. Schmœlders, *Documenta philosophiæ Arabum*, Bonn, 1836, p. 21) protulit Düntzerus in libro *Rettung der Aristotel. Poetik* p. 11 : *De demonstratione omnino fallaci disseritur in ipsius libro de arte poetica*, ea orta sunt ex male intellecto loco commentarii Pseudo-Alexandri in Arist. Soph. Elench. p. 299, B, 43. Apud Joannem Philoponum deinde, in Aristot. de An. II, 4, 2, fol. H, 6 recto : Τὸ τέλος διττόν ἐστι, τὸ μὲν οὗ ἕνεκα, τὸ δὲ ᾧ, ὅπερ καὶ ἐν τῇ Ποιητικῇ καὶ ἐν τῷ περὶ Γενέσεως, ποιητικῇ sine dubio librarii errore pro Φυσικῇ est (1) (cf. II, 2, 8, 9, Trendelenb. comm. in Ar. de Anima p. 353 ss. Waitz. in Arist. Org. t. II, p. 407, Bonitz. in Ar. Metaph. XII, 7, p. 1072, B, 2), quod ostendit jam qui cum illa nominatur περὶ Γενέσεως liber. Nec magis certum tertius, qui hîc in censum vocandus erit, locus præbebit testimonium. Quæ enim apud Simplicium leguntur in Categorias f. 8, Z (p. 43, A, 12 Brand.) : Καὶ γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς συνώνυμα εἶπεν εἶναι ὧν πλείω μὲν τὰ ὀνόματα λόγος δὲ ὁ αὐτός· οἷα δή ἐστι τὰ πολυώνυμα, τὸ δὲ « λώπιον » καὶ « ἱμάτιον » καὶ τὸ « φᾶρος », ea non ad Poeticam sed ad Rhetoricam potius spectare videntur, in qua eadem plane, quanquam brevius dicit philosophus III, 2, 7 : Λέγω δὲ κύριά τε καὶ συνώνυμα, οἷον τὸ « πορεύεσθαι » καὶ τὸ « βαδίζειν »· ταῦτα γὰρ ἀμφότερα καὶ κύρια καὶ συνώνυμα ἀλλήλοις. Cur autem hîc intulerit Poeticam Simplicius, fortasse quæ mox apud illum sequuntur verba ostendunt : Ἔνθα δὲ περὶ τὰς πλείους φωνὰς ἡ σπουδὴ καὶ τὴν πολυειδῆ ἑκάστου ὀνομασίαν, ὥσπερ ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς καὶ τῷ τρίτῳ περὶ Ῥητορικῆς, τοῦ ἑτέρου συνωνύμου δεόμεθα, ὅπερ πολυώνυμον ὁ Σπεύσιππος ἐκάλει. Quum autem in illo capite Rhetoricæ, quod hîc laudatur, III, 2, tribus locis Poetica ab ipso philosopho nominetur, § 2 : Τῶν δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ (τὴν λέξιν) τὰ κύρια, μὴ ταπεινὴν δὲ ἀλλὰ κεκοσμημένην τἆλλα ὀνόματα ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς· § 5 : Τῶν δὲ ὀνομάτων τοσαῦτ' ἐχόντων εἴδη ὅσα τεθεώρηται ἐν τοῖς περὶ Ποιήσεως· § 7 : Τί μὲν οὖν τούτων ἕκαστόν ἐστι καὶ πόσα εἴδη μεταφορᾶς, καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται καὶ ἐν ποιήσει καὶ ἐν λόγοις, αἱ μεταφοραί, εἴρηται, καθάπερ ἐλέγομεν ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς· quæ cuncta ad Poeticæ c. 22 spectant, facile fieri potuit ut Porphyrius, e quo hausta sunt quæ habet Simplicius, de Rhetorica simul et de Poetica locutus sit, Simplicius vero non satis accurate illum exscripserit. Inde perspicias, ea de quibus Simplicius loquitur, neque e capite 21 Poeticæ excidisse, ut Tyrwhittus conjiciebat, neque cum Spengelio (cf. *Annal. Monac.* 1840, nr. 133, p. 29 et ejusdem *Aristotelische Studien. Heft* IV. München, 1866, p. 17) de iis quæ comœdiam tractabant cogitandum esse. Erravit item David in Categ. p. 25, B, 17 : Τὰ δὲ ὁποδυόμενα αὐτὴν τὴν ἀπόδειξίν εἰσι τὰ Τοπικά, αἱ Ῥητορικαὶ τέχναι, οἱ Σο-

(1) Nihil huc facere titulos περὶ Τραγῳδιῶν α′ et Διδασκαλίαι α′ (Diog. L. 136 et 137), de quibus temere nonnulli cogitabant, satis manifestum est.

(1) Themistius in ejusdem loci paraphrasi habet ἐν τοῖς Ἠθικοῖς, fol. 76 verso, t. II, p. 92, 4 Spengel. Cf. idem in Physic. II, 2, fol. 24 verso, t. I, p. 169, 5, Simplic. ib. p. 349, B, 13, Joann. Philopon. ib. p. 349, B, 16 et quæ diximus in libro *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, p. 181 sqq.

Digitized by Google

φιστικοὶ ἔλεγχοι καὶ τὸ περὶ Ποιητικῆς, et quidem ita ut erroris fontem eundem esse agnoscas quem jam apud Abulfaragium notavimus. In iis quæ habent Ammonius in Arist. de Interpret. p. 99, A, 12 et Boethius ib. p. 290, ad Poeticæ c. 20 spectantia, illud memorabile est, utrumque plurali numero ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς et *in libris quos de arte poetica conscripsit*, dixisse, unde fortasse conjicias eos antiquiore quodam commentario usos esse. Singulari contra numero Aristotelem ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς, e capite quarto, laudat Hermias ad Platonis Phædrum, p. 111 Ast.

Sed missis jam hisce locis, quibus etiamsi demonstratum esset eos ad deperditam partem Aristotelei libri pertinere, non multum juvaremur, de alio fragmentorum genere videndum, et quidem primum de iis quæ in Anonymi Excerpto, e codice Coisliniano 120 a Cramero, Anecd. Paris. t. I, p. 403 prolata (cf. Fragm. com. Græc. ed. Meinek. t. II, p. 1254, Scholia in Aristoph. ed. Dübner. et Aristophanes a Bergkio editus), latere suspicatus est Bernaysius (*Ergänzung zu Aristoteles Poetik, Rhein. Museum N. Folge*, t. VIII, p. 561 ss.), cujus sententiam præter alios probavit quoque qui novissime edidit Aristotelis librum de Poetica Fr. Susemihl (*Aristoteles über die Dichtkunst, gr. und d.* Leipzig 1865). Continentur in hoc Excerpto, post brevem totius poesis divisionem in genera, pauca quædam satisque inepta de tragœdia, multoque plura de comœdia, quorum partem ex Aristotele fluxisse putat Bernaysius. Ea vero hæc sunt, eo ordine quo apud Anonymum leguntur :

(165.)

§ 1 : Συμμετρίαν θέλει ἔχειν τοῦ φόβου (ἡ τραγῳδία scil.) capiti 14 Poeticæ apposuit Susemihl.

§ 2 : Γίνεται δὲ ὁ γέλως ἀπὸ τῆς λέξεως κατὰ ὁμωνυμίαν, συνωνυμίαν, ἀδολεσχίαν, παρωνυμίαν, παρὰ πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν, ὑποκόρισμα, ἐξεναλλαγήν (φωνῇ, τοῖς ὁμογενέσι), σχῆμα λέξεως.

§ 3 : Ὁ ἐκ τῶν πραγμάτων γέλως ἐκ τῆς ὁμοιώσεως, τμήσει (ita Bern. pro χρήσει) πρὸς τὸ χεῖρον, πρὸς τὸ βέλτιον —, ἐκ τῆς ἀπάτης, ἐκ τοῦ ἀδυνάτου, ἐκ τοῦ δυνατοῦ καὶ ἀνακολούθου, ἐκ τοῦ παρὰ προσδοκίαν, ἐκ τοῦ χρῆσθαι φορτικῇ ὀρχήσει, ὅταν τις τῶν ἐξουσίαν ἐχόντων παρὲις τὰ μέγιστα φαυλότητα λαμβάνῃ, ὅταν ἀσυνάρτητος ὁ λόγος ἢ καὶ μηδεμίαν ἀκολουθίαν ἔχῃ.

§ 4 : Διαφέρει ἡ κωμῳδία τῆς λοιδορίας· ἐπεὶ ἡ μὲν λοιδορία ἀπαρακαλύπτως τὰ προσόντα κακὰ διέξεισιν, ἡ δὲ δεῖται τῆς ὑπονοίας (ita Bern. coll. Eth. Nic. IV, 14 pro eo quod apud Anon. legitur τῆς καλουμένης ἐμφάσεως).

§ 5 : Ὁ σκώπτων ἐλέγχειν θέλει ἁμαρτήματα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος.

§ 6 : Συμμετρία τοῦ φόβου θέλει εἶναι ἐν ταῖς τραγῳδίαις, καὶ τοῦ γελοίου ἐν ταῖς κωμῳδίαις.

§ 7 : Ἦθη κωμῳδίας τά τε βωμολόχα, καὶ τὰ εἰρωνικὰ καὶ τὰ τῶν ἀλαζόνων.

Κωμικὴ ἐστι λέξις κοινὴ καὶ δημώδης.

Δεῖ τὸν κωμῳδοποιὸν τὴν πάτριον αὐτοῦ γλῶσσαν τοῖς (ἄλλοις add. Bernays.) προσώποις περιτιθέναι, τὴν δὲ ἐπιχώριον αὐτῷ τῷ ξένῳ (αὐτῷ ἐκείνῳ Anon. em. Bern. Cf. Vahlen, *Rhein. Mus.* 1867, p. 148 sq.).

Μέλος τῆς μουσικῆς ἐστιν ἴδιον, ὅθεν ἀπ' ἐκείνης τὰς αὐτοτελεῖς ἀφορμὰς δεήσῃ λαμβάνειν. Hæc ultima Susemihl. inseruit cap. 6 Poeticæ in fine § 18.

Etsi minime negare velim in his plura inesse quæ apte dicta sint neque Aristotele indigna, tamen illud mirari liceat, excerptorem qui ante oculos integrum Aristotelis de Poetica librum habuerit, non et meliores sive tragœdiæ sive comœdiæ definitiones, quam quæ apud illum leguntur, exscripsisse, quarum altera minime illi respondet, quæ apud ipsum Aristotelem Poet. c. 6, 1 legitur, altera vero § 2 : Κωμῳδία ἐστὶ μίμησις πράξεως γελοίου καὶ ἀμοίρου μεγέθους (συμμέτρου μεγ. conj. Bern.) τελείου χωρὶς ἑκάστου τῶν μορίων ἐν τοῖς εἴδεσι δρῶντας, καὶ δι' ἀπαγγελίας, δι' ἡδονῆς καὶ γέλωτος περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν· ἔχει δὲ μητέρα τὸν γέλωτα, ridiculam profecto et plane insulsam definitionis tragœdiæ, qualis ab Aristotele data est, imitationem continet.

Quum paulo supra ex ipsius Aristotelis scriptis eos locos colligeremus, qui librum de Poetica qualis quidem hodie exstat, integrum non esse posse demonstrant, consulto illum prætermisimus, quo præcipue usi sunt, qui de hac re verba fecerunt. Sunt autem notissima illa verba in fine Politicorum VIII, c. 7, 4 : Τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς, πάλιν δ' ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς ἐροῦμεν σαφέστερον. In his vero illud primo notandum est, philosophum, quum ἐροῦμεν dicat, de re nondum acta loqui, hujusque igitur loci rationem plane aliam esse atque eorum quos supra attulimus, in quibus libri de Poetica ut jam absoluti mentio fit, ita ut jure quæri possit, num quod in Politicorum libris pollicitus est Aristoteles, revera præstiterit. Sed etiamsi hoc postea factum esse concedamus, ecce jam alia oritur difficultas, quam non satis fortasse perspectam habuerunt, qui hoc loco usi sunt ut demonstrarent, omnem illam de purgatione passio-

Digitized by Google

num quam vocant quæstionem, quam verbo tantum modo attigit Aristoteles in Poetica, accuratius sine dubio tractatam fuisse in deperdita hujus libri parte. Quod tamen ut verum sit valde vereor. Verbis enim περὶ ποιητικῆς, non libros de Poetica, sed ipsorum Politicorum partem designari puto, eodem plane modo ut, exempli causa, IV, 3, ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀριστοκρατίαν, sive ib. 12 : Τὴν δ' αἰτίαν ὕστερον ἐν τοῖς περὶ τὰς μεταβολὰς τῶν πολιτειῶν ἐροῦμεν dicendo, non peculiares de his rebus libros sed alias Politicorum partes in animo habuit (1). Ac sane dubitari nequit quin, ut præter alios optime observatum est a v. cl. L. Spengel, in dissertatione de Aristotelis Politicis, (*Abhandl. der K. baier. Akademie*, t. II, p. 9), ob ea præsertim quæ a Platone dicta sunt, de poetarum in republica utilitate quæstio in Politicorum libris ab Aristotele tractari debuerit (cf. quoque Jourdain, *Recherches sur les traductions d'Aristote*, p. 181 : *Les livres de la Politique donnent lieu à une remarque : dans la plupart des manuscrits on lit cette note finale* : Réliqua hujus operis in Græco nondum inveni). Consequitur inde, ea quæ Bernaysius (*Grundzüge der verlor. Abhandlung des Aristot. über Wirkung der Tragödie*, Breslau 1857) ad hanc Aristotelis de affectuum purgatione doctrinam pertinere arbitratus est, e deperdita potius Politicorum parte, quam ex integro de Poetica libro fluxisse, nisi, quod minorem fortasse verisimilitatem habet, ad dialogum de Poetis referenda sunt.

ΑΠΟΡΗΜΑΤΑ ΟΜΗΡΙΚΑ.

De Homericis Aristotelis studiis (cf. R. Wachsmuth, *De Aristotelis studiis Homericis capita selecta*. Berol. 1863), locus est quem jam supra attulimus Dionis Chrysostomi, in Oratione de Homeri laudibus ita dicentis Or. LIII, p. 634 Emper. : Καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ διέξεισι θαυμάζων αὐτὸν ὡς τὸ πολὺ καὶ τιμῶν· ἔτι τε καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, τούτων δὲ πρότερος Πλάτων πανταχοῦ μέμνηται, quæ licet præcipue illum morem philosophi spectent, quo eum et in superstitibus libris usum esse constat, ut verba scilicet poetæ ubique afferat, ut ea sive illustret sive in suos usus convertat, tamen et curam quam et in recensenda Iliade et in explicandis difficilioribus poetæ locis posuisse dicitur significare videntur. De qua posteriores plura narraverunt etsi fortasse non omnino fide digna. Ita enim in Vita Marciana legitur p. 2 Robbe : Ἕως μὲν οὖν ἔτι νέος ἦν, τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐπαιδεύετο παιδείαν, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ Ὁμηρικὰ Ζητήματα, καὶ ἡ τῆς Ἰλιάδος ἔκδοσις, ἣν δέδωκε τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ὁ περὶ Ποιητῶν διάλογος κτλ., quæ iisdem fere verbis in altera quoque Vita sunt, ubi tamen p. 10, 22 Westerm., non Ὁμηρικὰ ζητήματα sed Ὁμήρου προβλήματα nominantur. Horum librorum titulum ita affert index Diogenis Laertii : Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν α' β' γ' δ' ε' ζ' et levi discrepantia Anonymus Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν ζ'. In ejusdem appendice iterum recensentur et præter ea tituli de quibus nulla apud alium quendam mentio reperitur : Ἀπορήματα Ἡσιόδου ἐν α', Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδου, Χοιρίλου ἐν βιβλίοις γ', Ἀπορημάτων ποιητικῶν α', Αἰτίας ποιητικάς, Προβλημάτων Ὁμηρικῶν ι', quos eosdem libros nominat etiam Dschemaluddinus : *Quæstiones de Homeri versibus maxime reconditis libri X*. Inde duas collectiones exstitisse conjicere licet, quarum antiquiorem, ex Alexandrino quodam, ut videtur, grammatico, laudant Phrynichus p. 225 ed. Lobeck. et Antiatticistes in Bekkeri Anecdd. t. I. p. 34 Ὁμήρου ἀπορήματα sive Ὁμηρικὰ Ἀπορήματα appellantes.

Etsi vero neutrius horum librorum titulus alibi afferatur, minime tamen dubito quin ex illis desumpta sint, quæ solo Aristotelis nomine apposito de quarundam Homericarum quæstionum solutione sive apud Strabonem sive apud Athenæum leguntur (cf. infra in fragmentis). Quod multo etiam certius de Plutarcho affirmare licet, tantum non ipsum libri titulum apponenti, quum Non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 12 dicat : Ἀλλ' ἔδει γε τοὺς ἀπολαυστικοὺς... εἶτ' ἄγειν ἀφροδίσια τοῦ βίου καὶ μεθεόρτους καλὰς ἐν ἱστορίαις καὶ ποιήμασι διατρίβοντας ἢ προβλήμασι μουσικοῖς καὶ γεωμετρικοῖς· οὐ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν αὐτοῖς εἰς νοῦν βαλέσθαι τὰς τυφλὰς ἐκείνας καὶ νωδὰς ψηλαφήσεις καὶ ἐπιτηδεύσεις τοῦ ἀκολάστου μεμαθηκόσιν, εἰ μηδὲν ἄλλο, γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος. Cui loco alter accedit paulo infra in eodem libro apud Plutarchum positus c. 13 : Τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἔωθεν ἀκροασάμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν καὶ Ἀριστοφάνους περὶ Ὁμήρου τὰ ὦτα καταλήψῃ ταῖς χερσὶ δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος, ubi pro Ἀριστοφάνους egregie emendavit Ἀριστοτέλους Nauck, in Aristophan. Byzant. p. 24; cf. *Rhein. Mus. N. F.* t. III, p. 452. Eundem morem librum potius signifi-

(1) His exemplis et alia quædam addi possunt : cf. I, 5, 11; III, 4, 2.

Digitized by Google

candi quam indicato titulo nominandi supra jam observare licet in eodem Plutarchi libro, c. 10, ubi Aristotelis Politiæ designantur per κτίσεις καὶ πολιτείας. Ceterum nec illud silentio prætereundum est, haud uno in loco Homericorum versuum explicationes apud Plutarchum memoratas esse, quæ ad nullum alium librum commodius referri possunt quam ad Homerica Aristotelis Problemata.

www.tibtool.com.cn

Sed longe maximus numerus fragmentorum quæ ex his Quæstionibus philosopho adscriptis servata sunt, Homericis debentur scholiis, quibus omnibus unus idemque fons, Porphyrii scilicet deperditus liber fuisse videtur, Ὁμηρικὰ Ζητήματα inscriptus (cf. Schol. ad Iliad. γ, 175; β, 249, 308), in quo, teste Joanne Tzetze, Exeges. in Iliad. p. 3, 5 Herm., controversarum quæstionum solutionem sibi proposuerat, congestis simul, ut idem Tzetzes nobis auctor est, quod et scholia demonstrant, veterum solutionibus; cf. Schol. in Exeg. Iliad. p. 125,20 : Ὁ Πορφύριος καὶ ὧν ἀνδρῶν συνεποιήσατο πάντες παιδιώδεις καὶ ἀρχαϊκὰς ἀπορίας ἀπέλυσαν. Quod verius dictum est, quam ut ipsius Tzetzis opinio haberi possit. De hoc vero Porphyriano opere quæstionem tractare nuper aggressus est Kammer, in specimine *Porphyrii Scholia Homerica*, Regimont. 1865 (cf. Parisot *de Porphyrio tria Tmemata*, Paris. 1845).

Quod si jam quæratur quid de horum fragmentorum origine et auctoritate statuendum sit, non magis difficile est negare Problemata Homerica ab Aristotele conscripta fuisse quam demonstrare contrarium. Etenim argumentum quod præcipuum fuit iis, qui subdititio libro Porphyrium usum esse contendunt, inter quos satis erit nominasse C. Lehrsium v. cl. *de Aristarchi studiis Homericis*, p. 222 ed. alt., insulsitas nempe et puerilitas quæstionum et solutionum, quum per se jam satis infirmum est, plane evellitur similium problematum comparatione quorum plenum est Aristotelis Poeticæ caput vicesimum quintum, quod περὶ προβλημάτων καὶ λύσεων inscribitur. Aut igitur concedendum erit Aristotelis ingenium et doctrinam a talibus non abhorruisse, aut cum F. Rittero, ad talem explicationem confugiendum erit (p. 264 Comment. in Poetic.), ut affirmemus Poeticæ quendam interpolatorem, ex subditicia collectione Problematum Homericorum, Aristotelis nomine inscripta, ineptias illas in Poeticæ caput XXV (quod et ipsum totum subditicium putat Ritterus) invexisse. Verum enim vero qui semel in talem viam ingressus fuerit, vereor ne multo longius abripiatur quam et ipse voluerit. An de solo fortasse Aristotele ita judicabimus? An illi soli in his errare non licuerit, in quibus plerumque Heraclitum, Platonem, Antisthenem aliosque summi ingenii philosophos mire cæcutientes deprehendimus? Quodsi igitur non de omnibus fere dubitare placet, quæcumque ante Alexandrinorum grammaticorum ætatem de talibus prolata sunt, jam multo magis artis criticæ rationibus conveniens de his ita statuere, cum in hisce ἀπορίαις et λύσεσι, tum etiam in etymologicis, non ex nostro sensu dijudicanda esse vel quæstionum opportunitatem vel veritatem solutionum.

At minime vero, dicet fortasse aliquis, ita demonstratum est revera pro genuinis habenda esse quæ feruntur Aristotelis Homerica Problemata, sed tantum haberi posse. Libenter hoc concedam, quin et illud adjiciam plerumque satis incertum esse quid ipse Aristoteles dixerit quid a Porphyrio aliisve additum sit. Accedit et illud quod eadem plane horum problematum ratio fuisse videtur atque eorum quæ physica inscripta sunt, et quidem talis, ut genuinis et vere Aristotelis varia a variis sive similia sive et alia interponerentur. Cujus rei, quæ per se jam satis verisimilis est, documento præcipue illud esse puto, quod, ut supra vidimus, manifeste duplex eorum nominatur collectio, quarum una sex libris, altera vero decem continebantur. Quin et singula problemata peculiari titulo inscripta circumlata esse videntur, ut declarat inscriptio in appendice indicis Anonymi (3) : Εἰ δή ποτε Ὅμηρος ἐποίησε τὰς Ἡλίου βοῦς, ubi pro εἰ, τί corrigendum videtur, si, quod suspicor, ex hoc problemate servata sunt quæ fragm. 206 leguntur. Ita illud tantum modo affirmare licet, tempore quo Andronicus indicem suum confecit Homericorum Problematum collectionem exstitisse quæ Aristoteli philosopho tribuebatur, hanc vero collectionem respexisse grammaticum antiquum cujus testimonio usi sunt Phrynichus et Antiatticistes Bekkeri, et quidem, quod notandum est, ut vocabuli usum inde comprobarent.

Digitized by Google

ΙΛΙΑΣ.

1 (166).

www.libtool.com.cn

Schol. Ven. B. ad Il. β, 53, p. 46 Villois., ad β, 73, p. 50, B, 39 Bekk. : Διὰ τί ὁ Ἀγαμέμνων ἀποπειρᾶται τῶν Ἀχαιῶν καὶ οὕτως ἔπραξεν ὥστε ὀλίγου τὰ ἐναντία συμβῆναι (ita Bekk. pro scriptura cod. συμβουλεύειν) ἢ ἐβουλεύετο; καὶ τὸ κώλυμα ἀπὸ μηχανῆς· ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ ἐκώλυεν· ἔστι δὲ ἀποίητον μηχάνημα λύειν ἄλλως εἰ μὴ (εἰ add. Villois., cod. ἄλλως μὴ) ἐξ αὐτοῦ τοῦ μύθου. Φησὶ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης ποιητικὸν μὲν εἶναι τὸ μιμεῖσθαι τὰ εἰωθότα γενέσθαι καὶ ποιητῶν μᾶλλον τὸ κινδύνους παρεισάγειν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐκ λοιμοῦ πεπονημένους... Quæ longior sequitur explicatio, Porphyrii, non jam Aristotelis esse videtur, etsi hujus nomen toti scholio superinscriptum legatur; cf. Egger v. cl. *Essai sur l'histoire de la critique chez les Grecs*, p. 140.

Ceterum de eadem re aliter judicavit philosophus Poetic. c. 15, § 11 : Φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ ἀπὸ μηχανῆς καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλουν, ubi tamen non erat cur de Iliade Homeri dubitarent G. Hermannus ad l. l. Poeticæ et Welckerus, in *Museo Rhen.* a. 1837, p. 492.

2 (167).

ταιτο παῖδα ἰδών, Ἀχιλῆι δ' ὀρινθείη φίλον ἦτορ καί ἑ κατακτείνειε, Διὸς δ' ἀλίτηται ἐφετμάς, ὅ ἐστιν ἐντολάς... Ὅλως γὰρ ταράσσεται ὁ Ἀχιλλεὺς ἐνταῦθα ὡς μάλιστα, εἰ καὶ μόνον ἀκούσει Ἕκτορος ὄνομα, ὃ δὴ καὶ Φίλιππος λέγεται πάσχειν μετὰ τὴν ἐν μάχῃ πήρωσιν... Διὸ οὐδ' ἐμφανίζει αὐτῷ τὸν υἱόν, μὴ καὶ ὁ ἐπὶ τῷ νεκρῷ οἶκτος τοῦ πατρὸς ἀναζωπυρήσῃ χόλον τῷ Ἀχιλλεῖ, ἅμα δὲ ἠοῖ φαινομένῃ ὄψεσθαι αὐτὸν λέγει. Συνάγεται δὲ τὸ τοῦ Ἀχιλλέως ἄστατον καὶ ἐν τῇ α' ῥαψῳδίᾳ καὶ ἐν ταῖς Λιταῖς.

Τὸ ὁμαλὸν in ingeniis exprimendis esse observandum, præcipit Aristoteles in libro de Poetica c. 15 § 4.

30 (195).

Strabo XIII, p. 598 : Καὶ μὴν τόγε ναύσταθμον τὸ νῦν ἔτι λεγόμενον πλησίον οὕτως ἐστὶ τῆς νῦν πόλεως (scil. Ἰλίου), ὥστε θαυμάζειν εἰκότως ἄν τινα τῶν μὲν τῆς ἀπονοίας, τῶν δὲ τοὐναντίον τῆς ἀψυχίας· ἀπονοίας μέν, εἰ τοσοῦτον χρόνον ἀτείχιστον αὐτὸ εἶχον, πλησίον οὔσης τῆς πόλεως καὶ τοσούτου πλήθους τοῦ τ' ἐν αὐτῇ καὶ τοῦ ἐπικουρικοῦ· νεωστὶ γὰρ γεγονέναι φησὶ τὸ τεῖχος· ἢ οὐδ' ἐγένετο, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν· ἀψυχίας δέ, εἰ γενομένου τοῦ τείχους ἐτειχομάχουν καὶ εἰσέπεσον εἰς αὐτὸ τὸ ναύσταθμον καὶ προσεμάχοντο ταῖς ναυσίν; ἀτείχιστον δὲ ἔχοντες οὐκ ἐθάρρουν προσιόντες πολιορκεῖν μικροῦ τοῦ διαστήματος ὄντος.

In tota hac de Trojano agro disputatione secutus est Strabo Demetrii Scepsii librum Τρωϊκὸς Διάκοσμος inscriptum, cui fortasse debetur etiam testimonium ex Aristotele prolatum. Num ex Strabone hauserit Eustathius qui duobus locis verborum Aristotelis meminit dubium, quum etiam in scholiis ad Iliadem legantur. Eustath. in Iliad. p. 689 57 : Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι τὸ Ἑλληνικὸν τοῦτο τεῖχος ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς πλάσμα εἶναι Ὁμηρικόν. Τῇ γὰρ ἀληθείᾳ, φασίν, οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἐπλάσατο τὴν πρὸς τῷ ναυστάθμῳ τειχοποιίαν, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ὁ ποιητὴς οὐχ ἱστορῶν πρᾶγμα γενόμενον, ἀλλ' ὡς γενόμενον ἐκτιθέμενος. Ib. p. 690 8 : Διὰ δὲ τοῦ παντελοῦς αὖθις ἀφανισμοῦ διαφεύγει τὸν τοῦ ψευδοῦς ἔλεγχον, αὐτὸς ποιήσας τὸ τεῖχος αὐτὸς ἀφανίσας, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ, ὅπου ἔφη ὅτι τὸ τεῖχος ὁ φράσας (leg. fortasse ὁ πλάσας) ποιητὴς ἠφάνισεν, cf. p. 888, 51 : Αὐτὸς τὸ τεῖχος ἐγείρας, ὡς καὶ προερρέθη, αὐτὸς καὶ ἀφανίσας καὶ καταρρίψας, ὡς παντελῶς πλάσμα ὂν αὐτοῦ, συναφανίζων τοῖς ἐρειπίοις καὶ τὸν ἐσύστερον ἔλεγχον. Quibus similia sunt quæ in Schol. BL ad Il. η, 445, præsertim vero in BLV ad Iliad. μ, 4 legimus : Τούτου γὰρ χάριν καὶ ἀνέπλασε τὴν τειχοποιίαν, ὑπὲρ τοῦ ἀγῶνας κινῆσαι ἐπὶ τῇ τειχομαχίᾳ. Ἐπὶ οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ τείχους τοῦτο ἀμήχανον (θεοποίητον γὰρ ἦν)· ὑπὲρ δὲ τοῦ μηδὲ ταύτην καταλιπεῖν τὴν ἰδέαν, ἐπὶ τῷ τῶν Ἑλλήνων τείχει τὴν τειχομαχίαν ποιεῖ. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ἀνήγειρε τὸ τεῖχος, διὰ τοῦτο καὶ ἠφάνισεν αὐτό, τὸν ἔλεγχον συναφανίζων. Hæc aperte ex eodem fonte fluxerunt. Qui tamen, utrum dialogus an Quæstiones Homericæ fuerint, dubitari licet.

31 (196).

Athenæus XIII, p. 556, D : Θαυμάσαι δ' ἄν τις, φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅτι οὐδαμοῦ τῆς Ἰλιάδος Ὅμηρος ἐποίησε Μενελάῳ συγκοιμωμένην παλλακίδα, πᾶσι δοὺς γυναῖκας. Κοιμῶνται γοῦν παρ' αὐτῷ καὶ οἱ γέροντες μετὰ γυναικῶν, Νέστωρ (Il. λ, 626) καὶ Φοίνιξ. Οὐ γὰρ ἦσαν οὗτοι ἐκλελυμένοι τοῖς σώμασιν ἐν τοῖς τῆς νεότητος χρόνοις ἢ διὰ μέθης ἢ δι' ἀφροδισίων ἢ καὶ διὰ τῆς ἐν ταῖς ἀδηφαγίαις ἀπεψίας, ὥστε εἰκότως ἔρρωνται τῷ γήρᾳ. Ἔοικεν οὖν ὁ Σπαρ-

---

paruit sermoni. Videtur autem id convenienter facere ut terreat senem et a lamentis avocet. Hoc vero non ita est : in sequentibus enim poeta indicat ita fieri oportere, ne Priamus filium dolenti corde conspicatus iram non contineret, Achilles vero in iram commotus ipsum interficeret, Jovisque violaret mandata... Prorsus enim quam maxime hoc loco turbatur Achilles solum audiens nomen Hectoris, quod et Philippo accidisse dicitur postquam in prœlio oculo orbatus est... Quare nec ostendit Priamo filium ne luctus in defuncti conspectu iram Achilli accendat, dicitque Priamum simul atque aurora apparuerit filium conspecturum. Inconstantiæ arguitur Achillis ingenium et in prima rhapsodia et in Precibus.

30.

Porro Naustathmus sive navium statio, quæ nunc dicitur, ita vicina est recenti Ilio, ut mirari subeat alterorum dementiam, alterorum timiditatem. Græcorum inquam vecordiam, si tanto eum tempore sine muris tenuerunt, Ilio tam propinquo, tantaque Trojanorum et sociorum multitudine in eo versante : nam sub fine demum belli factus est murus, quem Aristoteles ait ab ipso poeta ut factum, ita deletum fuisse. Timiditatem vero Trojanorum, si muro demum facto irruere et impugnare eum ac naves aggressi sunt, stationem autem muro nondum cinctam ausi non sunt invadere, non longe dissitam.

31.

Miretur vero aliquis, ait Aristoteles, quod nusquam in Iliade Menelaum cum pellice concumbentem faciat Homerus, qui tamen aliis omnibus mulieres tribuit. Concumbunt sane apud illum cum mulieribus etiam senes Nestor et Phœnix. Non fuerunt enim hi effœto corpore, vitio ex juvenili ætate contracto, sive per temulentiam,

Digitized by Google

τιάτης αἰδεῖσθαι γαμετὴν οὖσαν τὴν Ἑλένην, ὑπὲρ ἧς καὶ τὴν στρατιὰν ἤθροισε· διόπερ φυλάττεται τὴν πρὸς ἄλλην κοινωνίαν. Ὁ δ' Ἀγαμέμνων ὡς πολυγύναιος ὑπὸ Θερσίτου λοιδορεῖται·

> Πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες
> εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι, ἃς τοι Ἀχαιοὶ
> πρωτίστῳ δίδομεν (Il. β, 226 sq.).

Ἀλλ' οὐκ εἰκός, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, εἰς χρῆσιν εἶναι τὸ πλῆθος τῶν γυναικῶν, ἀλλ' εἰς γέρας· ἐπεὶ οὐδὲ τὸν πολὺν οἶνον εἰς τὸ μεθύειν παρεσκευάσατο.

Ex Athenæo eadem brevius Eustathius in Iliad. p. 1361, 25.

32 (197).

Plutarch. De audiend. poetis c. 12 (t. III, p. 40, 2 Plutarchi op. ed. Dübner.) : Οἱ δὲ παῖδες, ἂν ὀρθῶς ἐκτρέφωνται τοῖς ποιήμασιν, καὶ ἀπὸ τῶν φαύλους καὶ ἀτόπους ὑποψίας ἐχόντων ἕλκειν τι χρήσιμον ἀμωσγέπως μαθήσονται καὶ ὠφέλιμον. Αὐτίκα γοῦν ὕποπτός ἐστιν ὁ Ἀγαμέμνων, ὡς διὰ δωροδοκίαν ἀφεὶς τῆς στρατείας τὸν πλούσιον ἐκεῖνον (τὸν Ἐχέπωλον scil. cf. Il. ψ, 296), καὶ τὴν Αἴθην χαρισάμενον αὐτῷ

> Δῶρ' ἵνα μή οἱ ἔποιθ' ὑπὸ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν,
> ἀλλ' αὐτοῦ τέρποιτο μένων· μέγα γάρ οἱ ἔδωκεν
> Ζεὺς ἄφενος (Il. ψ, 277 ss.).

Ὀρθῶς δέ γε ἐποίησεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, ἵππον ἀγαθὴν ἀνθρώπου τοιούτου προτιμήσας. Οὐδὲ γὰρ κυνὸς ἀντάξιος οὐδ' ὄνου, μὰ Δία, δειλὸς ἀνὴρ καὶ ἀναλκις, ὑπὸ πλούτου καὶ μαλακίας διερρυηκώς.

Et iterum Gryllo c. 4, 8 : Τὴν δ' Αἴθην ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἔλαβε παρὰ τοῦ Σικυωνίου μισθὸν ἀστρατείας, ἄριστα βουλευσάμενος, ὃς δειλοῦ προετίμησεν ἀνδρὸς ἵππον ἀγαθὴν καὶ φιλόνεικον.

Cf. schol. BY ad l. l. Iliad. : Δῶρ' ἵνα μή οἱ ἔποιθ'. p. 612, A, 43 Bekk. : ἀπεσέμνυνε τὴν ἵππον οὕτως αὐτὴν εὐγενίσας, ὥστε καὶ δῶρον (λύτρον V) ἀστρατείας δοθῆναι. Κρεῖττον δὲ ἡγήσατο πολεμικὴν (πολεμιστὴν V) ἵππον ὑπὲρ ἀπόλεμον ἄνθρωπον Ἀγαμέμνων. Schol. A : Χρησιμώτερον γὰρ ἐνόμιζε πολεμικὸν ἵππον ἢ ἀστράτευτον ἄνδρα λαβεῖν. Eadem Eustathius p. 1302, 10.

ΟΔΥΣΣΕΙΑ.

33 (198).

Schol. HQE ad Odyss. δ, 356 (Νῆσος... Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσιν, τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς ἦνυσεν), p. 206, 26 Dind. : τοσοῦτον γὰρ ἀπέχει Ναυκράτεως ἡ Φάρος, ἔνθα τότε τῆς Αἰγύπτου τὸ ἐμπόριον ἦν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Μέχρι Ναυκράτεως τὸ πέρας ἦν τοῦ Νείλου τότε. Καὶ Ἡρόδοτος γοῦν φησὶν ὅτι τὸ παλαιὸν τὸ κάτω μέρος τῆς Αἰγύπτου πᾶν πέλαγος ἦν, ὁ δὲ Νεῖλος πολλὴν καταφέρων ἴλυν τὴν καλουμένην κάτω χώραν ὅλην προσέχωσεν· ὅθεν καὶ μέλαινα καλεῖται. Ὁρᾶται δὲ καὶ μέχρι νῦν κογχύλια καὶ λοπάδες. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Μέμφιν εἶδον, φησὶν ὁ Πῖος (quod nomen interdum in scholiis cod. B ad Iliadem obvium, item in schol. ad Odysseam et Eustath. p. 1822, 60, semelque in Etym. M. s. v. ὠμήρησε citatum, e compendio pro Πορφύριος ortum esse probabiliter suspicatur Rosius). Cum Aristotele cf. Herod. II, 179 : Ἦν δὲ τὸ παλαιὸν μούνη ἡ Ναύκρατις ἐμπόριον καὶ ἄλλο οὐδὲν Αἰγύπτου. Plin. Hist. nat. XIII, 21, 11. Similem quæstionem tractat Aristoteles, Homeri usus testimonio, Meteorol. I, 14, § 12.

---

sive nimio Veneris usu, sive crudilatibus ex voracitate : quare merito vegeti validique sunt in senectute. Videtur igitur Spartanus, uxorem Helenam reveritus, propter quam etiam susceperat illam expeditionem, ab aliarum feminarum congressu abstinuisse. Agamemnon vero ut pluribus utens mulieribus vituperatur a Thersite :

> Multi tibi sunt ænei lecti, multæque mulieres
> in tentoriis sunt exquisitæ, quas tibi nos Achivi
> primo omnium damus.

At non est consentaneum, ait Aristoteles, illam mulierum multitudinem fuisse ei ad concubitus usum, sed honoris causa et in præmium virtutis : nam et vini copiam non ad temulentiæ usum sibi comparaverat.

32.

Pueri in poematis recte instituti, etiam ab his quæ absurditatis et pravitatis suspecta sunt, commodi aliquid et utilitatis trahere discent. Prima fronte Agamemnon videtur avaritia ductus a divite isto Echepolo equum accepisse Æthan, ipsique militiæ vacationem concessisse,

> Una ventosum ne miles ad Ilion iret :
> sed se divitiis, quas illi Juppiter ampias
> præbuerat, patriis in sedibus oblectaret.

Attamen recte fecit, ut ait Aristoteles, bonam equam tali viro præferens; nam neque canem, neque asinum pretio æquat timidus et imbellis, divitiis et mollitie diffluens.

ODYSSEA.

33.

Aristoteles dicit Homeri temporibus solum Ægypti emporium Naucratide fuisse. Quæ ultra Naucratidem sita sunt Nili tunc erant.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

34 (199).

Schol. Odyss. ε, 93 : Κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν, p. 251, 14 Dind. : Εἰ μηδὲν ἄλλο πίνουσιν οἱ θεοὶ ἢ τὸ νέκταρ, διὰ τί αὐτὸ ἡ Καλυψὼ τῷ Ἑρμῇ κεράσασα δίδωσιν; εἰ γὰρ κεκέρασται σὺν ὕδατι, οὐ μόνον τὸ νέκταρ ἀλλὰ καὶ τὸ ὕδωρ πίνουσιν. Καίτοι, φησί, ψιλὴν ἀμβροσίαν παρέθηκε, « Κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν. » Λύων οὖν ὁ Ἀριστοτέλης τὸ κέρασσε, φησίν, ἤτοι τὸ μῖξαι ἄλλο ἄλλῳ ὑγρῷ δηλοῖ, ἢ τὸ ἐγχέαι· ἄμφω γὰρ δηλοῖ τὸ κεράσαι. Νῦν οὖν τὸ « κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρὸν » οὐ τὸ μῖξαι δηλοῖ, ἀλλὰ ψιλῶς ἐγχέαι.

E Porphyrio hæc desumpta esse indicant schol. QEB, et schol. cod. Vindob. 133 apud Rosium : Κέρασε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν : ἀντὶ τοῦ ἐνέχεεν· οὐ γὰρ κιρνᾶται τὸ νέκταρ. Εἰ οὐδὲν γὰρ ἄλλο πίνουσιν οἱ θεοὶ ἢ νέκταρ, πῶς αὐτὸ κιρνᾷ ὕδατι ἡ Καλυψώ; ἔστιν οὖν ἀντὶ τοῦ ἐνέχεεν ἀπὸ τῆς ἀρχαίας συνηθείας· εἰς κέρας γὰρ ἐγχέοντες ἔπινον. Ἢ ὅτι τὸ κέρασε κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην, ὡς ὁ Πορφύριος λέγει, οὐ μόνον δηλοῖ τὸ μῖξαι ἄλλῳ ὑγρῷ ἄλλο, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐγχέαι ψιλῶς. Cf. Etymol. M. p. 504 30 : Κεράσαι δ' ἐστὶ τὸ ἐπιχεῖν οἶνον ἀπὸ παλαιοῦ ἔθους· πάλαι γὰρ ἐχρῶντο κέρατι ἀντὶ προχόου. Οὕτω Πείσανδρος· καὶ Ὅμηρος Ἰλιάδος θ (189) « Οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, » ἀντὶ τοῦ ἐγχέασα εἰς κέρας· πρὸ γὰρ τοῦ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν ἐν τοῖς κέρασιν ἔπινον. Similia Eustath. in Iliad. θ, 189, p. 707, 45 et in Odyss. l. l. p. 1525, 38.

35 (200).

Schol. TQEP (et Vind. apud Rosium) ad Odyss. ε, 334 : Ἰνὼ Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἦν βροτὸς αὐδήεσσα, p. 278, 15 : Τὸ αὐδήεντα (Il. τ, 407) οὐκ ἔστι φωνὴν ἔχοντα ἀλλ' ἀνθρωπείᾳ φθεγγόμενον ὀπὶ ὡς οἱ ἄνθρωποι· καὶ ὡς παράδοξον ἐπεσημήναντο. Καὶ τὸ « Κίρκη ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα (Od. κ, 136) » σημαίνει τὸ ἀνθρωπίνως φθεγγομένη, οὐχ ὡς θεός· διὰ σημείων γὰρ οἰωνῶν καὶ ἱερείων καὶ θυσιῶν, καὶ δι' ὀνείρων καὶ οὐκ αὐδῆς φθέγγονται οἱ θεοί. — Καὶ ἐφετμαὶ αὗται « Οἱ δ' αἰεὶ βούλοντο θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμέων » (Odyss. δ. 353), τῶν θεοπροπίων λέγει. Ἡ δὲ Κίρκη « καλὸν ἀοιδιάει » (Odyss. κ, 227), ὡς ἄνθρωπος. Ζητεῖ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης, διὰ τί τὴν Καλυψὼ καὶ τὴν Κίρκην καὶ τὴν Ἰνὼ αὐδηέσσας λέγει μόνας. Πᾶσαι γὰρ καὶ αἱ ἄλλαι φωνὴν εἶχον. Καὶ λῦσαι μὲν οὐ βεβούληται, μεταγράφει δὲ ποτὲ εἰς τὸ αὐλήεσσα, ἐξ οὗ δηλοῦσθαί φησι ὅτι μονώδεις ἦσαν· ἐπὶ δὲ τῆς Ἰνοῦς οὐδήεσσα (codd. male αὐδήεσσα)· τοῦτο γὰρ πάσαις ὑπῆρχεν αὐταῖς καὶ μόναις· πᾶσαι γὰρ αὗται ἐπὶ γῆς ᾤκουν. Μήποτε δὲ τὸ αὐδήεσσα οὐ τὸ φωνῇ μόνον χρῆσθαι δηλοῖ, ὡς τὸ « αὐδήεντα δ' ἔθηκε » (Il. τ, 407)· σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἔνδοξον καὶ ἐπίφημον. Καὶ ἑκάστη δὲ τούτων ἔνδοξος, ὥσπερ ἡ Ἰνώ· ὅτε γὰρ ἐν ἀνθρώποις ἦν, ἔνδοξος καὶ ἐπίφημος ἐν πᾶσιν ἐτύγχανεν.

Schol. HQP ad l. l. (p. 278, 8) : Ὁ μὲν Ἀριστοφάνης τὰς ἀνθρωποειδεῖς θεὰς αὐδηέσσας φησὶν οἱονεὶ φωνὴν μετειληφυίας, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οὐδήεσσαν λέγει οἱονεὶ ἐπίγειον. Οὕτως καὶ Χαμαιλέων. Eustathius p. 1543, 52 : Γράφεται δὲ καὶ οὐδήεσσα, τουτέστιν ἐπίγειος. Νύμφη γὰρ ἦν καὶ οὐκ ἐκ τῶν οὐρανιώνων. Ἀριστοτέλους δέ φασι καὶ Χαμαιλέοντος (cf. Kœpke, *de Chamæleontis Heracleotæ vita et scriptis*, Berol. 1856, p. 16) ἡ τοιαύτη γραφή. Nomen Aristotelis inde in Schol. H ad Odyss. κ, 136 pro Aristarchi restituendum est (cf. Lehrs, *de Aristarchi stud. Homer.*, p. 50, et Nauck, *Aristoph. Byzant. Fragm.*, p. 41) : Αὐδήεσσα· Ἀρίσταρχος οὐδήεσσα. Schol. QBV ad eund. l. p. 457, 10 : Ἤτοι περιδόητος, ἢ εἰς διάλεξιν καὶ προσαγόρευσιν ἀνθρώποις ἐρχομένην, ἢ καθὸ ἐπίγειός ἐστιν. Cf. Eustath. ad l. l. p. 1651, 48, Etym. M. p. 169, 11.

34.

Si nihil aliud dei bibunt quam nectar, cur Calypso Mercurio id mixtum dat? Si enim cum aqua permixtum fuerit, non solum nectar sed et aquam bibunt. Dicit tamen poeta « puram ambrosiam apposuit, miscuitque nectar rubrum. » Solvens hanc quæstionem Aristoteles, κέρασσε, inquit, sive liquorem alii liquori miscere significat, sive infundere, utrumque enim indicat κεράσαι. Nunc autem Κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν, non significat miscere, sed nude infundere.

35.

Αὐδήεντα non significat eum qui vocem habet, sed qui humana voce loquitur ut homines; et ut insolens notaverunt (*Inum scilicet* αὐδήεσσαν dici). Et illud « Circe coinaspulchra, veneranda dea, vocalis (αὐδήεσσα), » significat quæ loquitur humano more, non sicut deus; dii enim per auguria, victimas, sacrificia et per somnia loquuntur, non autem voce utuntur. Hæcce vero sunt præcepta (ἐφετμαί), « semper autem volebant dii nos meminisse præceptorum » de oraculis dicit. At Circe « pulchre canit », ut homo. Quærit Aristoteles cur Calypsum, Circen et Inum αὐδήεσσας (*vocales*) solas vocet Homerus; nam et ceteræ omnes vocem habebant. Quum autem difficultatem solvere non potuerit, lectionem mutat αὐλήεσσα scribens, quo indicari dicit eas solitarias fuisse; de Ino vero οὐδήεσσα quasi *terrestris*, scribit, id enim omnibus obtingebat et quidem solis, omnes enim in terra habitabant.

Digitized by Google

36 (201).

Schol. HQ ad Odyss. ι, 106 : Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν, p. 414, 25 : Ζητεῖ Ἀριστοτέλης πῶς ὁ Κύκλωψ ὁ Πολύφημος μήτε πατρὸς ὢν Κύκλωπος, Ποσειδῶνος γὰρ ἦν· μήτε μητρός, Κύκλωψ ἐγένετο. Αὐτὸς δὲ ἑτέρῳ μύθῳ ἐπιλύεται. Καὶ γὰρ ἐκ Βορέου ἵπποι γίνονται, καὶ ἐκ Ποσειδῶνος καὶ τῆς Μεδούσης ὁ Πήγασος ἵππος. Τί δ' ἄτοπον ἐκ Ποσειδῶνος τὸν ἄγριον τοῦτον γεγονέναι, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἐξ αὐτοῦ ἀναλόγως τῇ θαλάσσῃ ἄγρια γεννᾶται ἢ τερατώδη ἢ παρηλλαγμένα;

37 (202).

Schol. HF ad Odyss. ι, 345, p. 432, 12 : Διὰ τί Ὀδυσσεὺς πρὸς τοὺς Φαίακας ἔλεγεν ὅτι τὸν Κύκλωπα ἐτύφλωσε Ποσειδῶνος υἱὸν ὄντα, οὖσι καὶ αὐτοῖς ἀπογόνοις Ποσειδῶνος; Λύων οὖν Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι ἤδει ἐχθροὺς αὐτοὺς ὄντας τοῦ Κύκλωπος· ἐκβληθέντας γὰρ ὑπὸ τῶν Κυκλώπων ἔλθεῖν ἐπὶ τὴν Σχερίαν·

Οἳ πρὶν μέν ποτ' ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ Ὑπερείῃ,
ἀγχοῦ Κυκλώπων, ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων,
οἳ σφέας σινέσκοντο, βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν.
Ἔνθεν ἀναστήσας ἄγε Ναυσίθοος θεοειδής,
εἶσεν δὲ Σχερίῃ, ἑκὰς ἀνδρῶν ἀλφηστάων.
(Od. ζ, 4, ss.)

Cf. Schol. Q M ad Odyss. ι, 333, p. 431, 23 : Πῶς (cod. Vindob. qui hæc habet ad ι, 315, διὰ τί) οὐκ ἐδεδίει τοὺς ἐκγόνους Ποσειδῶνος Φαίακας, τὴν πήρωσιν λέγων Κύκλωπος; Ἀριστοτέλης οὖν φησὶν ὅτι ἤδει ἐχθροὺς ὄντας αὐτοῖς· οἱ σφέας σινέσκοντο (Od. ζ, 6). Cf. Eustath. ad l. l. p. 1653, 20 et Anecd. Paris. Crameri, t. III, p. 462, 7.

38 (203).

Schol. HFQ in Odyss. ι, 525, p. 440, 29 : Διὰ τί Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν Κύκλωπα οὕτως ἀνοήτως εἰς τὸν Ποσειδῶνα ὠλιγώρησε τῷ λόγῳ εἰπών,

Ὥς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.

Ἀντισθένης μέν φησι διὰ τὸ εἰδέναι ὅτι οὐκ ἦν ἰατρὸς ὁ Ποσειδῶν, ἀλλ' ὁ Ἀπόλλων, Ἀριστοτέλης δὲ οὐχ ὅτι οὐ δυνήσεται, ἀλλ' ὅτι οὐ βουλήσεται διὰ τὴν πονηρίαν τοῦ Κύκλωπος.

39 (204).

Ibid. p. 441, 3 : Διὰ τί οὖν ὁ Ποσειδῶν ὠργίσθη, καίτοι μὴ χαλεπαίνων διὰ τὸ ἀπόφθεγμα (cf. fragm. præced.), ἀλλὰ διὰ τὴν τύφλωσιν· « Κύκλωπος γὰρ κεχόλωται ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν » (Od. α, 69), καὶ παμπονήρου ὄντος καὶ τοὺς ἑταίρους κατεσθίοντος; Λύων δὲ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ μὴ ταὐτὸν εἶναι ἐλευθέρῳ πρὸς δοῦλον καὶ δούλῳ πρὸς ἐλεύθερον, οὐδὲ τοῖς ἐγγὺς τῶν θεῶν οὖσι πρὸς τοὺς ἄπωθεν. Ὁ δὲ Κύκλωψ ἦν μὲν ζημίας ἄξιος, ἀλλ' οὐκ Ὀδυσσεῖ κολαστέος ἀλλὰ τῷ Ποσειδῶνι. Ἦ πανταχοῦ νόμιμον τῷ διαφθειρομένῳ βοηθεῖν, τῷ υἱῷ· καὶ ἦρχον ἀδικίας οἱ ἑταῖροι.

36.

Aristoteles quærit quomodo Cyclops Polyphemus quum neque a patre, filius enim erat Neptuni, neque a matre e genere Cyclopum esset, Cyclops factus sit. Ipse vero alia fabula solvit. Etenim Boreas gignit equos et Neptunus et Medusa mater Pegasi. (*Quæ sequuntur non videntur esse Aristotelis.*)

37.

Cur Ulysses Phæacibus dixit se Polyphemum Cyclopem, Neptuni vero filium, oculo orbasse, quum ipsi Neptuno orti sint? Ad solvendam difficultatem Aristoteles dicit Ulyssem cognitum habere illos cum Cyclope inimicitias exercere, expulsos enim a Cyclopibus in insulam Scheriam venisse :

Qui antea quidem habitabant in spatiosa Hyperæa,
prope Cyclopas, viros superbientes;
qui ipsos infestabant : viribus autem potiores erant.
Inde excitos *illos* deduxit Nausithous deo similis,
collocavitque in Scheria, procul ab hominibus cupidis.

38.

Cur Ulysses cum Cyclope agens tam imprudenter parvi fecit Neptunum hisce verbis :

Adeo haud oculum utique sanabit neque Neptunus.

Antisthenes inquit ideo factum esse, quod sciret non Neptunum sed Apollinem medendi artis esse peritum. Aristoteles autem non quia non potuerit sed quia noluerit ob pravitatem Cyclopis.

39.

Quamobrem Neptunus iratus est, etsi non succensuit ob ea quæ Ulysses dixerat sed quia Cyclopem obcæcaverat : ob Cyclopem enim irascitur, quem oculo privavit, et id licet scelestissimus fuerit et socios (*Ulyssis*) devoraverit? Ad solvendam quæstionem Aristoteles observat non eandem rationem intercedere inter liberum et servum et inter servum et liberum, neque iis qui prope ad deos accedunt et iis qui longius absunt. Cyclops itaque pœna dignus erat. Quæ vero non ab Ulysse sed a Neptuno infligi debebat. Sive omnino legitimum est succurrere illi qui clade conficitur præsertim filio; deinde socii primi injusti fuerant.

Digitized by Google

40 (205).

Eustath. in Odyss. μ, 62, p. 1712, 57, ad versus poetæ :

www.libtool.com.cn

Τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται οὐδὲ πέλειαι
τρήρωνες, ταί τ' ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν,
ἀλλά τε καὶ τῶν αἰὲν ἀφαιρεῖται λὶς πέτρη :

οἱ δὲ παλαιοὶ οὕτω τὰ τοῦ λόγου θεραπεύουσι. Χείρων ὁ Ἀμφιπολίτης Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐρωτήσαντος, φασί, τί βούλεται παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ τὰς περιστερὰς εἰπεῖν κομίζειν ἀμβροσίαν τῷ Διὶ καὶ τὸ ἀφαιρεῖσθαί τι αὐτὰς (τὰς πέτρας scrib. esse vidit Rosius) καὶ τῶν πελειῶν, περὶ τῶν πλειάδων εἶναι τὸν λόγον ἔφη, ἃς εἶναι μὲν ἑπτά, φαίνεσθαι δὲ ἐξ τοῖς ἐκεῖ, τῆς μιᾶς διὰ τὸ καὶ ἄλλως ἀμυδρὸν τοῦ ἀστρίου ἀφανιζομένης ὑπὸ τῶν πετρῶν. Ὡς δὲ ἡμεῖς, φησί, πελειάδων ἤτοι πλειάδων ἐπιτελλουσῶν ἀρχόμεθα θερίζειν, οὕτω καὶ θεοὶ τὴν ἀμβροσίαν κομίζεσθαι. Interpositis ex Athenæi libro XI excerptis ita pergit Eustathius : Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ Ἀμφιπολίτης Χείρων. Ἀριστοτέλης δέ, φασίν, ἀλληγορικῶς εἶπε δηλοῦν Ὅμηρον ἐξ ἀναθυμιάσεως τρέφεσθαι τοὺς θεοὺς ἤτοι τὰ ἄνω σώματα, ἀεροπόρον ζῷον παραλαβόντα εἰς ἔνδειξιν τῆς τοιαύτης τροφῆς. Τὸ δὲ ἀφαιρεῖσθαί τι ὑπὸ τῆς πέτρας δηλοῦν ἔφη, ὡς καὶ ἡ γῆ ἕλκει ἐκ τῆς τοιαύτης ἀναθυμιάσεως. Ἀλέξανδρος δ' ὁ βασιλεύς, διὰ τὸ δακεῖν φύσει (ita Rosius pro φησὶ) τοὺς θεοὺς φιλοσόφους καὶ ἡδονῆς μείζους, ἀναθεῖναι τὸν ποιητὴν τὴν ἐκείνων τροφὴν τῷ ἀσθενεστάτῳ καὶ τρυφερωτάτῳ ζῴῳ, ὑφ' οὗ βραχύ τι ἂν παρακομίζοιτο.

Desumpta hæc esse patet non ex eodem fonte, unde reliqua, sed potius e ficto quodam dialogo, qui præsente Philippo inter Chironem, Aristotelem ejusque discipulum Alexandrum instituebatur. Non absimilia sunt quæ leguntur apud Dionem Chrysostomum Orat. II, in cujus fine, postquam Alexander multa disseruit, ita loquens introducitur Philippus : Οὐ μάτην, Ἀλέξανδρε, περὶ πολλοῦ ποιούμεθα τὸν Ἀριστοτέλη, καὶ τὴν πατρίδα αὐτῷ συνεχωρήσαμεν ἀνακτίζειν, Στάγειραν τῆς Ὀλυνθίας οὖσαν· ὁ γὰρ ἀνὴρ ἄξιος πολλῶν καὶ μεγάλων δωρεῶν, εἰ τοιαῦτά σε διδάσκει περί τε ἀρχῆς καὶ βασιλείας, εἴτε Ὅμηρον ἐξηγούμενος, εἴτε καὶ ἄλλον τρόπον. Ceterum quæ habet Eustathius, e Ptolemæo Hephæstione fluxisse, sive is ipse finxerit, sive ab alio acceperit, testantur quæ in Excerptis e primo libro Novæ ejus historiæ apud Photium Bibl. cod. 190 p. 147, 3 Bekk. leguntur : Διὰ τί ὁ ποιητὴς πελειάδας ἐποίησε τῆς τροφῆς τῶν θεῶν διακόνους καὶ τίνα Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς καὶ Ἀριστοτέλης εἰς τοῦτο εἶπον καὶ περὶ Ὁμήρου καὶ πελειάδων ; Cf. Hercherus, *über die Glaubwürdigkeit der neuen Geschichten des Ptolemæus Chennus*, in *Jahn's Jahrb.* 1855, p. 271.

41 (206).

Schol. Vindob. apud Ros. ad Odyss. μ., 128 (Βόσκονθ' ἡελίοιο βόας) : Ἀπόβλητον ἦν τοῖς ἀρχαίοις ἀρότην βοῦν κτείνειν. Ἔπασχε γὰρ κακῶς ἐξ ἀνθρώπων ἢ θεῶν ὅστις τοῦτο πεποίηκεν. Ὅπερ οἱ τοῦ Ὀδυσσέως φίλοι ποιήσαντες ἀπώλοντο. Ἀριστοτέλης φυσικῶς φησίν· λέγει γὰρ τὰς τριακοσίας τὸν χρόνον ἡμέρας πρὸς ταῖς λοιπαῖς. Corrupta sunt quæ in Schol. B p. 542, 4 Dind. leguntur : Ἀριστοτέλης φυσικῶς φησί· λέγει γὰρ τὰς καθ' ἡμέρας πεντήκοντα πρὸς ταῖς τριακοσίαις. In alio scholio Q (p. 542, 8) et Vind. ad versum 129, Ἑπτὰ βοῶν ἀγέλαι : Ἀριστοτέλης φυσικῶς τὰς κατὰ σελήνην ἡμέρας αὐτὸν λέγειν φησὶ τν' (τὰς ν' Vindob.) οὔσας. Τὸν γὰρ πεντήκοντα ἀριθμὸν ἑπταπλασιάσας εἰς τὸ τριακοστὸν πεντηκοστὸν περιεστάναι εὑρήσεις.

40.

Hac quidem neque volucres prætervolant, neque columbæ
Timidæ, quæ ambrosiam Jovi patri ferunt,
Sed etiam ex iis aliquam semper adimit lævis petra.

Veteres ita fabulam interpretantur. Chiro Amphipolita, interrogatus, ut narratur, ab Alexandro Macedonio, quid sibi velit poeta quum dicat columbas Jovi ambrosiam ferre, et aliquid illis adimere petras, dixit de Pleiadibus loqui poetam, quæ revera septem sunt, sex vero videntur esse illis qui ibi sunt (*apud Planctas scil.*), quum earum quæ et alias obscura sit a scopulis occultetur. Ut autem nos, inquit, quum Peleiades sive Pleiades surgunt messem incipimus, ita dii quoque colligunt ambrosiam. Sed ita Chiron Amphipolita. Aristoteles vero, ut ferunt, dixit Homerum ita allegorice significare deos sive quæ in loco superiore degunt corpore exhalationibus ali, et ut tale alimentum indicet animal aerium adhibet. Tolli vero aliquid a petra, id ostendit terram quoque partem istarum exhalationum adtrahere. At rex Alexander, etc.

Cur poeta finxit columbas diis alimenta ministrantes, et quæ de hac re et de Homero et de columbis Alexander rex et Aristoteles disputaverunt.

41.

Nefas erat antiquis bovem aratorem occidi : male enim dii hominesque illum habebant quicunque talia fecisset. Quare Ulyssis socii quum hoc fecissent pereunt. Aristoteles dicit naturaliter hoc explicandum esse : dicit enim triginta dies temporis præter ceteros.

Notandum est Aristotelem istos greges et præcipue boum

Digitized by Google

Eustathius, p. 1717, 33 : Ἰστέον δὲ ὅτι τὰς ἀγέλας ταύτας καὶ μάλιστα τὰς τῶν βοῶν φασὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἐλληγορεῖν εἰς τὰς κατὰ δωδεκάδα τῶν σεληνιακῶν μηνῶν ἡμέρας γινομένας πεντήκοντα πρὸς ταῖς τριακοσίαις ὅσος καὶ ὁ ἀριθμὸς ταῖς ἑπτὰ ἀγέλαις ἐχούσαις ἀνὰ πεντήκοντα ζῷα. Διὸ οὔτε γόνον αὐτῶν γίνεσθαι Ὅμηρος λέγει οὔτε φθοράν· τὸ γὰρ αὐτὸ ποσὸν ἀεὶ ταῖς τοιαύταις ἡμέραις μένει. Similia Schol. B ad μ, 128 et 353 et E ad α, 8. Quæ hîc tribuitur Aristoteli allegorica interpretatio, recurrit in Luciani libro de Astrologia, c. 22. Ceterum ad hanc quæstionem referendus videtur, qui quasi peculiaris citatur libri apud Anonymum titulus (in altero indice 3) Εἰ δή ποτε Ὅμηρος ἐποίησε τὰς ἡλίου βοῦς, ubi supplendum erit ἡμέρας, nisi cum Rosio pro εἰ, τί scribere mavis.

42 (207).

Schol. N ad Odyss. ν extr., p. 789 Dind. : Διὰ τί Ὀδυσσεὺς τῇ μὲν Πηνελόπῃ ἡλικίαν τε ἤδη ἐχούσῃ καὶ φιλούσῃ αὐτὸν οὐκ ἐδήλωσεν ὃς ἦν, τῷ δὲ Τηλεμάχῳ νέῳ ὄντι καὶ τοῖς οἰκέταις, τῷ μὲν συβώτῃ τῷ δὲ βουκόλῳ ὄντι; οὐ γὰρ δήπου μὴ πεῖραν ἐκείνης εἰληφώς. Ἔστι φάναι, φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅτι τοῖς μὲν ἔδει ὡς ἂν μετέχειν μέλλουσι τοῦ κινδύνου εἰπεῖν· ἀδύνατον γὰρ ἦν ἄνευ τούτων ἐπιθέσθαι τοῖς μνηστῆρσι. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τῇ Εὐρυκλείᾳ ἐκαλύπτει αὐτὸν χρησίμῳ ἐσομένῃ πρὸς τὴν θυρῶν ἀσφάλειαν καὶ τὴν θεραπαινίδων ἡσυχίαν. Πᾶσι δ' οὐχ ἅμα ἀλλὰ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ καὶ μόνῳ ἐκφαίνων, ἵνα μὴ ἐκλαλήσας τις εἰς ἕτερον τὴν αἰτίαν ἀνενέγκῃ. Κατ' ἰδίαν γὰρ καὶ πρώτῳ τῷ υἱῷ, εἶτα τῇ τροφῷ, εἶτα τῷ βουκόλῳ καὶ τῷ συβώτῃ, καὶ πρὸς οὐδένα διότι ἤδη τις ἄλλος μεμάθηκεν. Ἀλλὰ καὶ οἱ εἰδότες λανθάνειν ἀλλήλους σπουδάζουσιν. Ἔστι δὲ εἰπεῖν καὶ ὅτι ἠλαθήθη μὴ περιχαρὴς ἀκούσασα γένηται καὶ ἐπίδηλον ποιήσῃ. Ἐώρα γὰρ αὐτὴν σφόδρα ἐπιθυμοῦσαν. Οὐκοῦν καὶ ὁ υἱός; Ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μειδιᾶν εἴωθε καὶ ἁπλῶς διαλέγεσθαι καὶ κρατεῖν τοῦ πάθους, ἡ δὲ μόνον κλαίειν. Παυσαμένης οὖν τοῦ κλαίειν μόνον, εἰ καὶ μηδεὶς ἐξεῖπεν, ὑποψία τις ἐγένετο. Οὐ γὰρ ἂν προσεποιήθη δακρύειν. Ἡ γὰρ χαρὰ ὑποῦσα οὐκ ἂν κρατεῖν τῆς ποιήσεως εἴασεν. Ἴσως δὲ καὶ μὴ σῶσαι τινὰς βουληθεῖσα ὑπείδετο. Ἐώρα γὰρ καὶ ἑαυτὸν πεπονθότα τοῦτο πρός τινας, ὥστε καὶ τῷ Ἀμφινόμῳ ἐπαρρησιάσατο. Εἶχε δέ που κἀκεῖνα ἐν μνήμῃ ἃ Ἀγαμέμνων συνεβούλευσε·

> Τῷ νῦν μή ποτε καὶ σὺ γυναικὶ πὰρ ἦπιος εἶναι·
> μή οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν, ὃν κ' εὖ εἰδῇς
> (Odyss. λ, 441 s.).

Καὶ πάλιν ἐπάγει·

> Ἀλλ' οὐ σοί γ', Ὀδυσεῦ, φόνος ἔσσεται ἔκ γε γυναικός
> (ν. 444).

Ἀλλ' αὖθι παρακελεύεται·

> Κρύβδην, μηδ' ἀναφανδά, φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
> νῆα κατισχέμεναι (ν. 455 s.).

Καὶ διὰ τοῦτο... παρακελεύεται Ὀδυσσεύς·

> Μήτ' οὖν Λαέρτης ἵστω τόδε μήτε συβώτης
> μήτε τις οἰκήων, μήτ' αὐτὴ Πηνελόπεια,
> ἀλλ' οἷοι σύ τ' ἐγώ τε (Il, 302 ss.).

---

allegorice interpretari de duodecim mensibus lunariis trecentos et quinquaginta dies efficientibus, qui idem numerus et septem gregum est, quorum singuli quinquaginta habent capita. Quare illis neque prolem neque interitum esse dicit Homerus, totidem enim semper isti sunt dies.

42.

Cur Ulysses Penelopæ, provectioris jam ætatis atque ipsum diligenti, quis fuerit non indicavit, sed Telemacho qui juvenis erat, et servis quorum unus subulcus, alter vero bubulcus erat? Nec licet dicere non illius animum expertum fuisse. Dicendum est, inquit Aristoteles, illis oportuisse indicare, utpote qui periculorum participes forent : sine illorum enim auxilio insidiæ procis strui non poterant. Quamobrem et Eurycleæ se detegit, quæ utilis esse poterat ut portas custodiret famulasque compesceret. Non autem cunctis simul sed singulis opportuno tempore et quidem cuique soli, ne quis, re divulgata, causam alii imponere posset. Separatim enim et primum filio, deinde nutrici, postea bubulco et subulco, nulli autem ob hanc causam quia alius jam rem didicerat, sed et qui sciunt alii alios latere student. Etiam illud dici potest, Ulyssem veritum esse ne Penelope, re cognita, nimio gaudio impleta ejus reditum divulgaret. Videbat enim valde appetentem. Nonne etiam filius? Sed ille et subridere solebat et simpliciter colloqui et imperare dolori, illa contra tantum lamentari. Si igitur solum lamentari desiisset, etiamsi nullus dixisset, suspicio aliqua orta esset. Non enim se flere simulasset, quippe præ gaudio simulationis impotens fuisset, sed fortasse etiam suspicio illi erat ne quosdam servare vellet. Sentiebat enim se ipsum ita erga aliquos affectum esse, ita ut et libere cum Amphiaro confabulatus sit. Sed et haud dubie illa animo observabantur quæ suaserat Agamemnon :

> Ideo jam nunquam etiam tu vel uxori mansuetus sis,
> neque ei sermonem omnem revela, quem bene noveris;

deinde pergit :

> Sed haud tibi, Ulysse, exitium erit utique ex uxore;

rursus vero hortatur :

> Clam neque palam, caram in patriam terram
> navem appelle;

Digitized by Google

Μήποτε δ' οὐχ ἅμα πάσας τὰς ἀναγνωρίσεις ἠθέλησε λαβεῖν, ἀλλὰ τὰς μὲν πρὸ τῆς μάχης, τὰς δὲ μετὰ τὴν μάχην. Ὑπερτίθεται δὲ τὰς πρὸς οὓς ἧκιστα ἐχρῆν, τήν τε πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν πατέρα, διώκων τὸ παράδοξον καὶ ἵνα ἐκπληκτικαὶ γένωνται. Εἰ μὲν γὰρ πρότερον ἐποίησεν, ἧττον ἂν τὸ παράδοξον παρέσχε, νῦν δὲ ἅμα καὶ τὸ χαρτὸν μέγα τοῖς φιλτάτοις παρεσκεύασε τῇ τε γυναικὶ καὶ τῷ πατρί. Ἅμα τε γὰρ ἀκούουσι παρόντα αὐτὸν καὶ τοὺς μνηστῆρας ἅπαντας τεθνεῶτας. Ἀγωνίας δ' ἂν οἱ μὲν πολεμοῦντες μείζονος ἐπλήσθησαν, ἧς καὶ ἐσπούδασε τοὺς φιλτάτους ἀπαλλάξαι· καὶ καθεύδουσι μᾶλλον καὶ τὴν ἐκ τοῦ ὕπνου ἔχουσι τέρψιν ἢ περὶ τὰ ἔργα ἀσχολουμένοις ἐξαίφνης δηλῶσαι. Ἀκίνδυνον τὸ εὐτύχημα ἢ τὸ εὐφρόσυνον τὸ ἐκ τῆς παρουσίας διὰ τὸν φόβον ἀπολέσθαι τῆς τοῦ πολέμου ἐκβάσεως. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν περὶ τοῦ πολιτικοῦ μεριμνῆσαι πολέμου οὐχ οὕτως ὄντος ἐκπληκτικοῦ διὰ τὴν τῶν μνηστήρων λαμπρὰν (λαμπρῶς?) ἀποβᾶσαν νίκην, ἢ ταῖς ἐλπίσιν ἐξεκρούετο παρὰ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεως ἐπανισταμένων.

Hæc, ut Dindorfius indicavit, adscripta sunt in cod. Veneto rhapsodiæ ν Odysseæ. Locus erat opportunior π, 302, ubi similia præbet Eustathius, p. 1803, 48 : Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ὀκνεῖ Ὀδυσσεὺς ἀκουσθῆναι τοῖς οἰκείοις ὡς ἔνδον ἐστίν, ἵνα μὴ περιχαρεῖς γενόμενοι ἐπίσημον τὴν αὐτοῦ ποιήσωσιν ἔλευσιν καὶ οὕτω κωλυθῇ μὲν ἡ τῶν μνηστήρων πανωλεθρία, γίνηται δὲ καὶ ὁ ἀναγνωρισμὸς ἧττον παράδοξος, ἄλλως δέ γε πάνυ θαυμαστὸν τῷ τε Λαέρτῃ καὶ τῇ Πηνελόπῃ, αἴφνης τὸν Ὀδυσσέα ἰδεῖν καὶ ἅμα τοὺς μνηστῆρας τεθνεῶτας μαθεῖν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τοῖς Ἰθακησίοις πάνυ πολλὴν κατάπληξιν.

43 (208).

Eustath. in Odyss. τ, 472, p. 1873, 28 : Ὁρᾶ δὲ καὶ ὅτι μᾶλλον ὁ Ὀδυσσεὺς ἀπὸ τῆς συμβεβηκυίας αὐτῷ οὐλῆς ἐγνωρίζετο ἢ ἐκ τῶν δώρων τῆς φύσεως· ὃς ἄλλως μὲν ἔπειθε τὴν γραῦν, ὅτε κομιδῇ ἀπειλημμένος ἦν ἐν στενῷ καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ ἐλεγχθῆναι ἐτύγχανεν. Ὡς δὲ καὶ οὐλῆς ἅψοιτο ἔγνω τὸν ἄνακτα. Ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ τῷ Εὐμαίῳ καὶ τῷ Φιλοιτίῳ ὕστερον ἀναγνωρίζεται. Ἀριστοτέλης δέ, φασίν, ἐπιλαμβάνεται τοῦ τοιούτου ἀναγνωρισμοῦ, λέγων ὡς ἄρα κατὰ τὸν ποιητὴν τῷ τοιούτῳ λόγῳ πᾶς οὐλὴν ἔχων Ὀδυσσεύς ἐστιν.

Aliud plane est quod in libro de Poetica de Ulyssis agnitione, cicatricis ope legitur, c. 16, § 3 : Ἔτι δὲ καὶ τούτοις (signis scilicet adquisitis quibus agnitiones fiunt) χρῆσθαι ἢ βέλτιον ἢ χεῖρον, οἷον Ὀδυσσεὺς διὰ τῆς οὐλῆς ἄλλως ἀνεγνωρίσθη ὑπὸ τῆς τροφοῦ καὶ ἄλλως ὑπὸ τῶν συβοτῶν. Minime tamen negare velim non aliunde potius quam e quæstionibus Homericis petita esse quæ Eustathius habet, nisi forte solutionis ab Aristotele datæ vestigia in sequentibus apud eundem deprehendas : Τὸ δέ ἐστιν οὐχ ἁπλῶς τοιοῦτον, ἀλλὰ συμβάλλεταί τι καὶ τὸ ποιὸν τῆς, ὡς ἐρρέθη, ἀξιολόγου οὐλῆς σύν γε τοῖς ἄλλοις. Καὶ γὰρ κατὰ τὸν τῆς γραὸς λόγον (τ, 381) καὶ δέμας καὶ φωνὴν καὶ πόδας ὁ παρὼν ξένος ἐψκει τῷ Ὀδυσσεῖ.

44 (209).

Schol. Vind. ap. Ros. ad Odyss. ρ, 326 (Ἄργον δ' αὖ κατὰ μοῖρ' ἔλαβε) : Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι πρεσβύτης ἦν ἤδη σφόδρα ὁ κύων καὶ ὑπὸ τῆς ἡ-

---

quare monet Ulysses

Ne quidem Laertes sciat hoc, neque subulcus
neque quisquam domesticorum, neque ipsa Penelope
sed soli tuque egoque.

Fortasse etiam noluit omnes simul adhibere agnitiones, sed partem ante pugnam, partem vero post. Differt vero recognitiones eorum quas minime oportebat, conjugis nempe atque patris, inopinatum sectatus atque ut animos magis perturbentur. Si enim prius fecisset, minus inopinatæ accidissent, nunc vero eodem tempore et maxima lætitia affecit, Ulyssi dilectissimos, conjugem atque patrem. Simul enim audiunt illum adesse et omnes procos occisos esse. Qui autem certamen inierunt majore trepidatione impleti sunt, qua liberos esse voluit poeta eorum carissimos, qui dormiunt potius atque dulcedinem somni percipiunt quam ut qui in opere detinentur rem statim aperiant. Nullo periculo obnoxia est secunda fortuna atque delectatio quam iis affert præsentia Ulyssis quum jam omnis metus de belli exitu evanuit : sufficit enim, ut post cædem procorum cura sollicitentur civilis belli, quod non ita formidandum erat ob præclaram de procis relatam victoriam, quam spe deturbabatur ab iis qui ex urbe insurgebant.

43.

Vide etiam Ulyssem potius e cicatrice, quam fortuito gerebat, quam e donis quæ a natura acceperat agnitum fuisse. Qui quum alias in angusto prope caperetur et jam in eo esset ut coargueretur persuasit anum. Simulac vero in cicatricem incidit agnovit regem. Ex eodem vero postea et ab Eumæo et a Philœtio agnoscitur. Aristoteles vero, ut ferunt, reprehendit talem agnitionem : dicit enim ista ratione secundum poetam Ulyssem esse quicunque cicatricem habeat.

44.

Aristoteles dicit canem (Argum) jam annis provectum fuisse nec mirum igitur esse, cum præ gaudio adventus Ulyssis exspirasse. Nimis vehemens enim gaudium mortem affert. Quamobrem poeta finxit canem, postquam dominum agnovit et gaudio elatus est, animam reddidisse.

Digitized by Google

δονῆς τῆς πρὸς τὸν Ὀδυσσέα ἐτελεύτησεν, εἰκότως· αἱ γὰρ σφοδραὶ ἡδοναὶ καὶ ἰσχυραὶ διαλύουσι. Διὸ καὶ τὸν κύνα ἐποίησεν ἀναγνωρίσαντα καὶ ἡσθέντα καταψῦξαι.

www.libtool.com.cn

Eustathius ad Odyss. ρ, 320, p. 1821, 7 : Ὅτι δὲ καὶ εἰκοσιτέσσαρα ζῶσιν ἔτη κύνες, ἱστόρησαν οἱ μεθ' Ὅμηρον. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς τέθνηκεν οὕτω ταχὺ ὁ Ἄργος ὑφ' ἡδονῆς τῆς ἐπὶ τῷ ἀναγνωρισμῷ. De ætate Argi cf. Schol. Q ad Od. ρ, 291 : Ἀλλὰ μετὰ τοσαῦτα ἔτη πῶς ἔζη ὁ κύων; Ἀριστοτέλης φησὶν, τέσσαρα καὶ εἴκοσι ζῆν ἔτη κύνα, cum quibus non consentiunt Aristotelis verba Hist. An. VI, 20, § 4, ubi postquam dixit canes quattuor vel quindecim annos vivere addit : Ἔνιαι δὲ καὶ εἰκοσιν· διὸ καὶ Ὅμηρον οἴονταί τινες ὀρθῶς ποιῆσαι τῷ εἰκοστῷ ἔτει ἀποθανόντα τὸν κύνα τοῦ Ὀδυσσέως, ubi si Scholiasta bene vidit τῷ τετάρτῳ καὶ εἰκοστῷ scribendum erit. Aliter Ælianus de Nat. Anim. IV, 40 : Κυνὶ δὲ βίος, φασὶ, μήκιστος τέτταρα καὶ δέκα τὰ ἔτη. Ἄργος δὲ ὁ Ὀδυσσέως καὶ ἡ περὶ αὐτὸν ἱστορία ἔοικεν παιδιὰ Ὁμήρου εἶναι.

45 (210).

Schol. Vind. ap. Ros. ad Odyss. ψ, 337 (Ἀλλὰ τοῦ οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν) : Πορφυρίου. Διὰ τί Ὀδυσσεὺς τῆς Καλυψοῦς διδούσης αὐτῷ τὴν ἀθανασίαν οὐκ ἐδέξατο; Ἀριστοτέλης μὲν οὖν πρὸς τοὺς Φαίακάς φησι ταῦτα λέγειν Ὀδυσσέα ἵνα σεμνότερος φαίνηται καὶ μᾶλλον ἀλλοῖα σπουδάσαι. Συνέφερε γὰρ αὐτῷ πρὸς τὸ θᾶττον ἀποσταλῆναι. Ἔπειτα ἔοικεν οὐ τῷ μὴ πεισθῆναι λέγειν μὴ λαβεῖν τὴν τοιαύτην δωρεάν, ἀλλὰ μὴ πιστεῦσαι αὐτῇ τοιαῦτα λεγούσῃ. Ἡ μὲν ἔφασκε ποιήσειν, ὁ δὲ οὐκ ἐπίστευεν, ἀλλ' οὐχὶ πιστεύων παρῃτεῖτο.

Hæc loco non suo posita sunt. Debuerant adscribi Od. η, 257, ad quem versum in schol. PQ legitur : Θήσειν ἀθάνατον : καὶ διὰ τί μὴ βεβούληται; ἔοικε διὰ τὸ οὔποτ' ἔπειθε. Δῆλον οὖν οὐ τὸ μὴ θέλειν γενέσθαι ἀθάνατος, ἀλλὰ τὸ μὴ πιστεῦσαι αὐτῇ τοιαῦτα λεγούσῃ. Ἡ μὲν γὰρ ἔφασκε ποιήσειν, ὁ δὲ οὐκ ἐπίστευεν. Ἀλλ' οὐχὶ πιστεύων παρῃτεῖτο. Ἤδει γὰρ ὡς σοφὸς ὅτι ἀθανασίαν οὐχ αἱ τοιαῦται δαίμονες χαρίσαιντο ἂν (hæc in cod. Vind. ut Rosius testatur sic scripta sunt : Εἴη δ' ἂν καὶ τοῦ σοφοῦ ἀθανασία οὐχ ἣν τοιαῦται δαίμονες χαρίσαιντο)· ἀλλὰ τοῦ Διὸς ἂν εἴη καὶ τῶν ἔργων ἃ πέφυκεν ἀπαθανατίζειν. Ἀντισθένης δέ φησιν (cf. Antisthen. Fragm. ed. Winckelmann, p. 28).

46 (211).

Phrynichus Ecl. voc. Attic. p. 225, Lob. s. v. : Βασίλισσα οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλίς. In altera Epitoma s. v. Βασίλισσαν Ἀλκαῖον φασὶ τὸν κωμῳδοποιὸν καὶ Ἀριστοτέλην ἐν τοῖς Ὁμήρου Ἀπορήμασιν εἰρηκέναι... τοῖς πλείοσιν οὖν πειθόμενοι βασίλειαν ἢ βασιλίδα λέγωμεν.

Alteram glossam habet etiam Antiattic. Bekkeri p. 84, 26 : Βασίλισσα : Ἀλκαῖος Γανυμήδει, Ἀριστοτέλης Ὁμηρικοῖς Ἀπορήμασιν.

47 (212).

Joan. Tzetzes Exeg. in Iliad. p. 70 Herm. ad α, 9, Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός... ὁποίαν τινὰ τὴν Λητὼ νομίζουσιν Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων οὐκ ἴσημι. Πλάτων μὲν γὰρ (Cratyl. p. 406, A) ἐκ τοῦ λήθω τὸ λανθάνω ταύτην ἠτυμολόγηκε, πραεῖαν εἶναι λέγων αὐτὴν καὶ πάντας οἰκτείρουσαν· Ἀριστοτέλης δὲ πάλιν φησὶ παρὰ τὸ λῶ τὸ θέλω, ὃ γὰρ ἄν τις θελήσειε, παρὰ ταύτης εὑρήσει. Τοῦτο δ' ἀκριβῶς ἴσημι ὅτι τριχῶς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἑνὸς ἑκάστου τῶν θεῶν ὄνομα ἐκλαμβάνεται, στοιχειακῶς πραγματικῶς τε καὶ ψυχικῶς.

Non erat cur de Aristotelis nomine hîc dubitaret Rosius, quod, præter ipsam cum Platone comparationem, tuetur locus ejusdem Tzetzis Schol. in Exeg. Il. p. 126 : Πολλοὶ τῆς Ὁμηρικῆς ἐτυμολογίας ἐπεμελήθησαν, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης (in cod. Ἀριστο. ε. teste Bachmanno Schol. in Iliad. p. 768, 32), οἱ φιλόσοφοι, Σωρανός, Ἡρωδιανός, Φιλόξενος, Ἀπ(ίων), Τυραννίων, Ἀρίσταρχος, Ζηνόδοτος, Φιλητᾶς, Σαπφὼ καὶ ἕτεροι. Quod si quis, propter hujus et ejus quæ in sequenti fragmento est etymologiæ insulsitatem, de Aristotelis nomine dubitet, non solum Platonis nomen quod in utroque loco recte se habet, sed et ipsius Aristotelis jure opponi posset. Quid enim, quæso, an forte veriloquia haberi possunt ety-

---

45.

Cur Ulysses quum Calypso ei obtulisset immortalitatem eam accipere noluit ? Aristoteles ait Ulyssem hæc dixisse Phæacibus ut augustior videretur et ad alia magis intentus. Hoc autem illi utile erat ut citius emitteretur. Deinde ut videtur dicit se tale donum accipere nolle, non quod non de illius præstantia persuasus non esset, sed quod Nymphæ talia pollicenti fidem non habuisset. Hæc enim dixit se facturam. Ille vero quum illi fidem non haberet deprecatus est.

46.

Βασίλισσαν pro βασίλειαν sive βασιλίδα Aristoteles dixit in Homeri Quæstionibus.

47.

Aristoteles Latonæ nomen (Λητώ) a λῶ (*id est volo*) derivavit; quod enim aliquis cupit ab hac accipiet.

Digitized by Google

mologiæ, quales exempli causa in Ethicis Nicomacheis leguntur ubi, V, 5, 9, δίκαιος a δίχα, seu VII, 11, 2, μακάριος a χαίρειν derivantur? Inde jam vides in Etymol. M. p. 564, 21 (cf. Etymol. Gudian. p. 369, 17, Etymol. Orion. p. 93): Ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησι, παρὰ τὸ λῶ, τὸ θέλω, nomen Aristarchi male pro Aristotelis positum esse. Ceterum hoc fragmentum et quæ sequuntur Homericis quæstionibus adscripsimus, etsi potius fortasse ad dialogos referenda sint.

48 (213).

Epimerismi Homer. apud Cram. Anecd. Oxon. t. I, p. 17: Μούσας: Ἀριστοτέλης δὲ διὰ τὸ φιλαδέλφους εἶναι Μοῦσαι οἱονεὶ ὁμοῦ οὖσαι ἢ ὁμοῦ σοοῦσαι, οἷον ὁρμῶσαι· ὁ δὲ Πλάτων (sequitur locus e Cratylo, p. 406, A).

49 (214).

Schol. cod. Ven. B in Il. α, 303: Ἐρωήσει: παρὰ τὴν ἐρωήν, ἤτοι ὁρμήσει. Ἐναργῶς δὲ πέφανται τὸ περὶ τὸ δόρυ μεθ' ὁρμῆς ἐχχεόμενον αἷμα. Καὶ ταύτας ἐμψύχους ἔλεγεν εἶναι παρ' αὐτῷ λέξεις Ἀριστοτέλης.

Schol. Ven. B in Il. α, 481: Πρῆσεν: Ἀριστοτέλης φησὶν ὡς κινούμενα ὀνόματα γράφει ὁ ποιητής.

Schol. V in Il. π, 283: Πάπτηνεν: δεινότατον τῶν ἐπῶν Ὁμήρου τοῦτό φησιν Ἀριστοτέλης, ἐν ᾧ πάντες φευκτιῶσιν, καὶ οἰκεῖον βαρβάρων. Cf. præterea Porphyr. in Schol. A B D in Il. θ, 87: Δεινός ἐστιν Ὅμηρος καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ὅλον τὸν ἄνδρα σημαίνειν.

Priora satis consentiunt cum illis quæ exposita sunt in Rhet. III, 11 2: Καὶ ὡς κέχρηται Ὅμηρος πολλαχοῦ τῷ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα λέγειν διὰ τῆς μεταφορᾶς... κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιεῖ πάντα, ἡ δ' ἐνέργεια κίνησις. Omnia tamen potius e dialogo de Poetis desumpta esse arbitror, unde et Plutarchi locus fluxerit, de Pythiæ oraculis, c. 8: Ἀριστοτέλης μὲν οὖν μόνον Ὅμηρον ἔλεγε κινούμενα ποιεῖν ὀνόματα.

48.

Aristoteles Musas ita appellatas esse putat a ὁμοῦ οὖσαι (*quæ una sunt*) propter mutuum amorem sive ὁμοῦ σοοῦσαι (id est una cientes).

V. SCRIPTA ETHICA.

Quomodo factum sit, ut in indice Diogenis (38) Ἠθικῶν α' β' γ' δ' ε' tantum nominentur, quum contra Anonymus Ἠθικῶν κ' (37) recenset, non magis hujus loci est quærere, quam de auctoribus Ethicorum, quorum quæ ad Nicomachum inscripta sunt Nicomacho Aristotelis filio a Cicerone de Finib. V, 5, 12 et Diogene Laertio VIII, 88 (cf. Ethic. ad Nicom. X, c. 2) tribuuntur. Illud vero hîc notandum est, de horum librorum integritate dubitasse Aspasium, veterem eorum interpretem. Quum enim in fine primi capitis libri octavi ita dixisset philosophus: Διέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, καὶ τὰ ἕτερα τῷ εἴδει· εἴρηται δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἔμπροσθεν, hæc ille scripsit, fol. 136 recto: Εἴρηται δέ φησι περὶ αὐτῶν ἔμπροσθεν, ἔοικε δὲ εἰρῆσθαι ἐν τοῖς ἐκπεπτωκόσι τῶν Νικομαχείων, ubi illud in incerto est, utrum antiquiorem quendam commentatorem secutus, an proprio usus sit judicio.

De libris Προτάσεις περὶ ἀρετῆς α' β' γ' in utroque indice memoratis (D. L. 34 et Anon. 32 ubi tamen β', quod et codd. a Rosio collati habent), nihil præterea compertum est, nisi tamen quod ad hos fortasse referri poterit titulus qui in catalogo ex Ægypto nuper allato legitur: Ἀρι]στοτέλους περὶ ἀρετῆς. Cf. Zündel, *Ein griechischer Bücherkatalog aus Ægypten, Rhein. Mus.* 1866, p. 432 sqq.

(ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΟΡΓΗΣ.)

Præter illos qui ad dialogos pertinent satis multi in indicibus recensentur tituli librorum ad doctrinam morum spectantium, e quibus tamen nullum servatum est fragmentum, nisi quod Seneca in libris quos de Ira conscripsit quædam ex Aristotele attulit, quæ, si titulum solum spectamus, ad librum περὶ παθῶν Ὀργῆς α' apud Diogenem (37), περὶ πάθους Ὀργῆς α' apud Anonymum (37), a nemine vero præterea nominatum, commodissime referri posse videntur. Ex hoc tamen libro num desumpta quoque sit Aristotelica iræ definitio quam apud eundem Senecam de Ira I, c. 3, hisce verbis legimus: *Aristotelis definitio non multum a nostra abest. Ait enim iram esse cupiditatem doloris reponendi* (apud Lactantium qui in libro de Ira Dei, c. 17, 13 totum hunc locum Senecæ excerpsit, vulgo legitur *rependendi*), ideo incertum fit, quia hæc eadem definitio apud Aristotelem de Anima I, 1, 11 ubi iram a physico sic definiri statuit: ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως ἤ τι τοιοῦτον, sive Rhet. II, 2 in.: Ἔστω δὴ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης

Digitized by Google

τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν ἢ τῶν αὐτοῦ, τοῦ ὀλιγωρεῖν προσηκόντως, exstat.

www.libtool.com.cn

Aliter vero de his statuendum erit locis, quos infra ex eodem Seneca exscripsimus, in quibus postquam Aristotelem iræ defensorem exstitisse affirmavit, eum e Stoicorum doctrinæ rationibus impugnare aggressus est. Talem autem sententiam quum neque e superstitibus libris philosopho propriam fuisse comprobari possit, neque quisquam alius Aristoteli tribuat, satis probabiliter fortasse conjicias Aristotelis nomen a Seneca male pro Peripateticorum usurpatum fuisse, quippe quos in simili plane argumentatione a Cicerone et Philodemo (cf. infra ad fragm. 3) nominatos videamus.

Talem vero in afferendis aliorum verbis supinam levitatem a Seneca non alienam fuisse, vel uno exemplo demonstrari poterit. Non minus enim oscitanter scripta sunt quæ leguntur apud eundem de Brevit. vitæ c. 1 : *Inde* ARISTOTELI *cum rerum natura exigenti, minime conveniens sapienti viro lis est : illam animalibus tantum indulsisse, ut quina aut dena secula educerent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citeriorem terminum stare.* Quod dictum Theophrasti, non vero Aristotelis esse, notissima Ciceronis verba declarant Tuscul. Disputat. III, 23.

Opinioni quam Rosius amplexus est, dialogice conscriptum fuisse librum περὶ παθῶν Ὀργῆς neque ipse titulus favet neque locus quem in indice obtinet. Ceterum plane diversam Aristoteli fuisse de ira sententiam quam quæ a Seneca ei tribuitur, ostendunt fragmenta a Joanne Stobæo servata quæ e dialogo de Justitia desumpta esse conjicimus.

1 (215).

Seneca de Ira I, 9, 2 : *Ira, inquit* ARISTOTELES, *necessaria est, nec quidquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum et spiritum accendat. Utendum autem illa est, non ut duce, sed ut milite. Quod est falsum.*

2 (216).

Seneca de Ira II, 17, 1 : ARISTOTELES *ait affectus quosdam si quis illis bene utatur pro armis esse. Quod verum foret, si velut bellica instrumenta sumi deponique possent induentis arbitrio. Hæc arma, quæ Aristoteles virtuti dat, ipsa per se pugnant, non exspectant manum, habent et non habentur.*

3 (217).

Seneca de Ira III, 3, 1 : *Atqui, ut in prioribus libris dixi, stat* ARISTOTELES *defensor iræ et vetat illam nobis exsecari. Calcar ait esse virtutis. Hac erepta inermem animum et ad conatus magnos pigrum inertemque fieri.*

Nec minus ad Aristotelem, seu potius, ut supra diximus, ad Aristotelicos, spectare videntur quæ dicit III, 3, 5 : *Non est ergo quod me putes tempus in supervacuis consumere, quod iram quasi dubiæ apud homines opinionis sit infamem, quum aliquis sit et quidem de illustribus philosophis, qui illi indicat operas et tamquam utilem et spiritus subministrantem in prælia, in actus rerum, ad omne quodcunque calore aliquo gerendum est vocet.*

Eandem sententiam quam hic impugnat Seneca et alibi tangit, ita II, 15, 1, II, 16, 1, II, 16, 3, præsertim vero I, 7, 1 : *Num quid.. ira adsumenda est, quia utilis sæpe fuit? Extollit animos et incitat, nec quicquam sine illa magni ficum in bello fortitudo gerit, nisi hinc flamma subdita est et hic stimulus peragitavit misitque in pericula audaces. Optimum itaque quidam putant temperare iram, non tollere, eoque detracto quod exundat ad salutarem modum cogere, id vero retinere sine quo languebit actio et vis ac vigor animi resolvetur.*

Ciceronis plane similis locus de quo jam locuti sumus hic est, Tuscul. Disput. IV, 19 : *Quid? quod iidem Peripatetici, perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas. Quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant, cotem fortitudinis esse dicunt multoque et in hostem et in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse. Leves autem ratiunculas eorum qui ita cogitarent : prælium rectum est hoc fieri; convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria. Hæc nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo. Nec vero de bellatoribus solum disputant; imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. Oratorem denique non modo accusantem, sed ne defendentem quidem probant sine aculeis iracundiæ. Quæ etiamsi non adsit, tamen verbis atque motu simulandam arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio. Virum denique videri negant, qui irasci nesciat eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.* Cf. Philodemum de Ira, in volum. Herc. Oxon. 1824, P. I, col. 6 : Ἔνιοι γοῦν τῶν Περιπατητικῶν, ὥς που καὶ πρότερον παρεμνήσθη-

Digitized by Google

μεν, διὰ προσώπων ἐκτέμνειν τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς φασὶ τοὺς τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν αὐτῆς ἐξαιροῦντας· ὧν χωρὶς οὔτε κόλασιν οὔτ' ἄμυναν εἶναι.

www.libtool.com.cn

(ΠΕΡΙ ΣΥΜΒΙΩΣΕΩΣ ΑΝΔΡΟΣ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ.)

E duobus titulis : περὶ Συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός et Νόμους ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς in appendice Anonymi memoratis (25, 26), priorem afferre videtur etiam David in Categ., p. 25, B, 6 Brand. : Ἀλλὰ μὴν καὶ οἰκονομικά εἰσιν αὐτῷ γεγραμμένα βιβλία, ὧν τὸ οἰκονομικὸν σύνταγμα καὶ περὶ Συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Nec ab eo fortasse diversus est quem respexit Hieronymus adv. Jovin. I, t. IV, 1, p. 191, ed. Paris., 1706 : *Scripserunt* Aristoteles *et Plutarchus et noster Seneca de Matrimonio libros.* Talem titulum satis bene respondere argumento libri, qui ut secundus, seu potius alius Œconomicorum, in codicibus latinis operum ethicorum et politicorum Aristotelis legitur, optime perspexit Rosius, *de Aristot. libr. ord.* p. 60 sqq., a quo præclare demonstratum est, hunc librum non, ut olim suspicatus erat Sylburgius, a Leonardo Aretino confictum fuisse, sed vel duplicem ejus, tertio decimo seculo factam versionem in codicibus (cf. Jourdain, *des Traductions latines d'Aristote*, p. 71) et veteribus etiam editionibus exstare, prætereaque commentariis Ferrandi de Hispania, Bartholomæi de Brugis, Henrici de Oyta, Alberti episcopi Halberstetensis et aliorum illustratum fuisse. Hujus vero versionis exemplum, Leonardi Aretini cura in faciliorem et elegantiorem sermonem redactum, a Jacobo Tusano postea græcitate donatum, in editiones Sylburgii, Casauboni, Duvallii receptum est (1).

Librum e codicibus septem quos contulit, cum editione vetere Lipsiensi (Hain, Repert. bibl. 1775), edidit Rosius, additis præterea scholiis e commentario Ferrandi e cod. Sorbon. 963 excerptis. Nos eam recensionem, si hoc nomen meretur, sequi maluimus, quam dedit Nicoletus, *artium liberalium ac medicinæ professor in gymnasio Patavino legens*, ut ipse dicit, in editione latina Aristotelis, Venetiis *impendio industriave Andree de Asula Bartholomeique Alexandrini sociorum*, impressa anno MCCCCLXXXIII, cujus exemplar asservatur in bibliotheca Argentoratensi, quæ recensio, ut est obscurior, ne dicam barbarior, ita tamen nonnumquam quæ in Græcis legebantur magis ad verbum exprimere nobis visa est. Præter hanc editionem aliam quoque inspeximus ita inscriptam : *Liber yconomicorum Aristotelis tractans de gubernatione rerum domesticarum cum commento magistri Johannis Versoris legentium aspectibus multum amenus* (cf. Hain 1773) Coloniæ apud H. Quentel a. 1497 ut videtur impressam, cujus textus plerumque cum editione Lipsiensi a Rosio collata consentit. Ubi sensus deerat, quæ apud Rosium leguntur, uncinis inclusa apposuimus. Ceterum de his qui plura cupit librum supra laudatum Rosii et quæ idem dixit in *Aristotele Pseudepigrapho*, p. 644, adeat, præsertim vero quæ doctissime disputata sunt a B. Hauréau, *Histoire littéraire de la France*, t. XXV sub titulo : *Durand d'Auvergne, traducteur.* Illud tantum addam dolendum esse hunc librum, licet minime Aristoteleus sit, non jam græce exstare, quum ab auctore satis antiquo satisque docto conscriptus videatur.

(218.)

INCIPIT LIBER SECUNDUS ECONOMICORUM ARISTOTELIS.

Bonam autem mulierem his que intus sunt decet dominari omnibus, curantem de singulis secundum scriptas leges, si (non) *permittentem ingredi ullum nisi vir perceperit : timentem precipue verba forensium mulierum ad correctionem* (corruptionem) *anime. Et ea que contingunt intus ut sciat sola et siquid sinistri fiat ab ingredientibus vir habet causam : dominam existentem sumptuum et expensarum ad festivitates quas vir permiserit : sumptibus et veste et ornatu utentem minori quam etiam leges civitatis precipiunt : considerantem quod nec vestium questus differt pulchritudinem, nec auri multitudo tanti est ad mulieris virtutem quanti moderantia in omni tempore et desiderium honeste et bene ordinate vite. Etenim invidiosus omni anime hujusmodi ornatus est, et multo firmior ad senectutem justas laudes sibi filiisque retribuendo. Hujusmodi quidem ipsa igitur se inanimet ornare viriliter dominari. Difficile enim viro scire que intus fiunt. In ceteris*

(1) Præfationis loco hæc a Jacobo Tusano (*Jaques Tousain, de Troyes en Champagne*) adscripta erant : Τὸ ἐφεξῆς μόριον, τὸ ὅσα γυναικί τε καὶ ἀνδρὶ πρὸς ἀλλήλω καθήκοντα περιέχον, Ἀρρητῖνος μὲν ὁ Τυρρηνικὸς κατὰ τὸ αὐτοῦ ἀντίγραφον μετέφρασεν εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων φωνήν· εἶτα τοῦ ἀντιγράφου ἀφανισθέντος, ἅμα καὶ τὸ μόριον αὐτὸ παρ' Ἕλλησιν ἐξέλιπε παντελῶς. Ἡμεῖς δέ, τὸ τῆς Ἑλλάδος δυστύχημα ἐλεήσαντες, μεταλαβόντες αὐτὸ ἐκ τῆς τοῦ Ἀρρητίνου ἑρμηνείας, πάλιν εἰς τὴν Ἑλλάδα ὁποιονοῦν δεδυνήμεθα, μετηνέγκαμεν. Ἔσται δὴ τοῦτο, κατὰ μὲν τὴν λέξιν μόνην ὑποβολιμαῖόν τι· κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν, εἰ μὴ ὁ Ἀρρητῖνος διήμαρτεν αὐτὸς δηλαδή, γνησιώτατον.

Digitized by Google

autem omnibus viro parere intendat, nec quemquam civilium audiens, nec aliquid etiam de nuptiis suorum volens peragere, sed quum tempus affuerit filios filiasve foras tradere aut recipere, tunc autem audiat quidem virum in omnibus et secum deliberet et obediat etiam in eo quod ipse precepit arbitrans sic viros (viro) *turpe esse eorum que intus sunt aliquid agere, sicut mulieri ea que foris sunt perquirere. Sed arbitrari decet vere compositam mulierem mores viri vite sue leges imponi, sibi adeo cum nuptiis et fortuna conjunctos, quos quidem si patienter ferat* (facile, reget domum), *si autem non difficile.*

Propter que decet non solum quum contingit virum opulentum esse rebus et alia gloria et prudentia simul intelligere ac suam voluntatem servire, verum etiam in adversitatibus, etsi defectum patietur rerum, aut ad egritudinem corporis aut ignorantiam anime dicat quidem semper optima. Obsequitur autem decentia præter quod agat aliquid turpe aut indignum : sibi autem ipsi recordetur siquid vir anime passione ad ipsam delinquat : nec de aliquo conqueratur quasi ille hoc peregerit, sed hec omnia egritudinis et ignorantie ponere et accidentium delictorum. Quanto enim quis in his diligentius obsequatur, tanto maiorem gratiam habebit qui curatus extitit cum ab egritudine fuerit liberatus. Et si quid ei non paruerit iubenti eorum qui non bene habent mulier (et si quid ei iubenti non bene habencium non paruerit mulier), *multo magis sentiet ille sanatus, propter quod opus hujusmodi timere, in aliis autem multo diligentius obsequi quam si empta venisset ad domum, nam maximi precii empta est. Societatis namque vite et prolis generationis quibus nihil maius nec sanctius fit. Adhuc insuper siquidem cum felici viro vixisset non quoque similiter fuisset manifesta. Et quidem non modicum est in prosperitate uti bene et non humiliter, verum tamen adversitatem sufferre bene multo magis merito honoratum. Nam in doloribus et injuriis et tribulationibus existentem nil turpe committere magni animi est. Orare quidem igitur decet in adversitate* (adversitatem) *virum non pervenire, si autem quid sinistri contigerit arbitrari sibi hoc maximam laudem esse honeste mulieris, cogitantem quod nec Alcestem* (Alceste) *tantam sibi gloriam quæsivisset, nec Penolope tot et tantas laudes meruisset si vixissent cum felicibus viris : nec vero amitti et Ulixis adversitas* (nunc autem Admiti, i. e. Admeti et Ulixis adversitates) *preparaverunt eis memoriam immortalem, facte enim in malis fideles et juste viris honorate nec in merito* (immerito) *sunt a diis, prosperitatis quidem enim facile participantes invenire, adversitatis autem nolunt communicare non optime mulierum; propter que omnia decet multo magis honorare viros et in verecundia non habere, etsi non consequantur secundum Orpheum mentis sanitas sacra et divitie animositatis filius* (si sacra podicicia et opes animositatis filius secundum Herculem non sequantur). *Mulierem quidem igitur in quodam tali typo legum et morum oportet se custodire.*

Vir autem leges a similibus adinveniat uxori (uxoris) *in usu, quoniam tanquam socia vite et filiorum sicut ab externeitate deprecator ad domum viri convenit* (quoniam tamquam socia filiorum et vite ad domum viri devenit), *relinquens filios genitorum viri et sui nomina habituros, quibus quid sanctius fieret, aut circa quid magis vir sane mentis studebit quam ex optima et preciosissima muliere filios procreare. Senectutis pastores quasi optimos et prudentissimos patris et matris custodes et totius domus conservatores; quoniam educati quidem recte a patre et matre sancte et juste eis utentibus quasi merito boni fient : hoc autem non obtinentes patientur defectum. Vite enim exempla filiis nisi preparaverint genitores excusabilem et puram causam ad invicem habere poterunt : timor ne contempti a filiis quum non bene viverent ad interitum eis erunt. Propter que enim nihil opus omittere curantem ad doctrinam uxoris seipsum ut iuxta posse quasi ex optimis liberos valeat* (valeant) *procreare. Etenim agricola nihil omittit studendo ut ad optimam terram et maxime bene cultam semen consumere* (dispenset) *expectans sic sibi fructum optimum fieri. Et eligit pro ea ut non secetur pugnando cum hostibus et sic contigerit mori et huiusmodi mors maxime honoratur. Ubi autem tanta sit cura pro corporis nutrimento et multo magis pro filiis et matre et nutrice ad quam anime semen consumitur omne studium est faciendum, hoc enim solo mortale omne semper factum immortalitate participat, et omnes orationes et petitiones divine permanent paternorum. Unde qui hoc contempnit deos videtur negligere; propter deos itaque coram quibus sacra mactavit* (et) *uxorem duxit et multo magis se post parentes uxori tradidit ad honorem. Maximus autem est honor honeste mulieri si respicit virum castum esse in eam et de nulla alia muliere curantem : sed pre ceteris aliis propriam et amicam et fidelem putet esse; tanto vero magis studebit se talem esse circa cum uxor si cognoverit fideliter et juste amabilem virum erga se esse ut ipsa est : nec parentum qui sui honores sunt nec qui uxori et filiorum proprii et decentes et tribuens singuli*

www.libpol.com.cn

Digitized by Google

que sua sunt iustus et sanctus fiat. Multo etenim magis graviter fert unusquique suo honore privatus, et nec si aliorum valde multa quibus dederit propria auferendo libenter suscipiet. Nihil ergo est proprius nec maius uxori ad virum quam societas honorabilis et fidelis; propter que non decet hominem sane mentis ut ubicunque contigerit ponere semen suum ad qualemcunque accesserit proprium immittere semen : ut non de illegitimis vilibus et iniquis generibus similia liberis legitimis fiant. Et quidem uxor honore suo privetur, filiis autem obprobrium adjungatur. De his quidem ergo omnibus attendendum est viro.

Appropinquare autem decet uxori ordinate et multa modestia et pudore. Verba etiam et communicationem tribuentem ei (dando verba coniunctionis eius) *qui bene habet ac liciti operis et honetis multa mansuetudine et fidelitate utentem. Eorum autem que non sponte et parvorum peccatorum indulgentiam tribuentem : si quid autem per ignorantiam deliquerit monentem : nec timorem incutientem sine verecundia et pudore, nec solutam sevitiam neque voluntatem* (nec etiam sit negligens nec severus) *: huius modi quidem enim passio meretricis est ad amasium, cum pudore autem et verecundia equaliter diligere et similiter timere libere mulieris ad proprium virum est. Duplex enim timoris est species : alia quidem cum pudore et verecundia facta qua utuntur ad parentes filii sobrii et cives compositi ad benignos rectores, alia vero species cum inimicitia et odio sicut servi ad dominos et cives ad tyrannos iniuriosos et iniquos. Ex his igitur omnibus eligens meliora et uxorem sibi concordem et fidelem et propriam facere decet ut presente viro et non utatur nihilominus ac si presens esset ut de communibus curet rebus, et ut nullus videatur nec sibi melior nec pudicitior esse nec magis proprius viro suo. Et ostendet vir hec quidem in principio ad commune bonum respiciens semper quamvis novitia sit in talibus; et si incipiat talia ipse sibi maxime dominetur, optimus enim totius vite rector exsistet et uxorem talibus uti docebit. Sicut et Homerus ait : Decet habere virum. Non enim nec amicitiam nec pudorem alias* (atque) *timorem nequaquam sine pudore honoravit Homerus, sed ubique diligere precipit cum modestia et pudore. Timere autem sicut Helena ait timere Priamum sic dicens : Verendus atque timendus es mihi ac terribilis o amantissime socer, nil aliud dicens quam ipsum quidem cum timore et pudore diligere : nam timidum terribilem dicit. Et rursus Ulixes ad Nausicam dicit hoc : Te mulier valde miror et timeo. Arbitratur enim Homerus sic ad invicem virum et uxorem habere putans ambos bene fieri taliter se habentes. Nemo enim diliget unquam peiorem : nec miratur nec timet etiam cum pudore. Sed huius modi passiones contingunt ad invicem melioribus et natura benignis : minoribus tamen scientia ad se maiores. Hunc habitum fecit Ulixes ad Penolopem habens et in absentia nil deliquit. Agamemnon autem propter Chryseidem ad eius uxorem peccavit in ecclesia dicens : Mulierem captivam et non bonam imo dico barbaram in nullo defieere in virtutibus ad Clytemnestram. Non bene quidem igitur liberos habens ex ea, nec iuste puella muliere usus est. Qualiter enim iuste qui antequam sciret illam qualis fieret contra se nuptam per violentiam duxit? Ulixes autem deprecantem ipsum Athlantis filia cohabitare secum et permittentem immortalem facere et beatum omni tempore, nec ut immortalis fieret prodere presumpsit uxoris sue amicitiam affectum et fidem maximam sibi penam arbitrans fieri si malus existens immortalitatem promereatur habere : nec etiam cum Circe coire voluisset nisi propter amicorum salutem immo respondit ei : quod nihil dulcius patria sua videre posset quamvis aspera existente, et oravit magis mortalem uxorem et filium videndo mori : sic firmiter in uxorem fidem suam servabat : propter quod econverso uxor sibi similiter faciebat.*

Manifestus est etiam et poeta in Ulixis oratione ad Nausicam, honorare maxime viri et uxoris cum communicatione (cum nupciis pudicam societatem). *Oravit enim deos sibi dare virum et domum et humanitatem* (unanimitatem) *optatam ad virum et non quamcunque sed optimam. Nihil enim hoc maius bonum inquit esse in hominibus quam quum concordes in voluntatibus sunt. Iterum manifestus poeta est quod non de malis obsequiis invicem concordiam laudat, sed eam que cum prudentia et intellectu iuste coniuncta est : quod enim dicit voluntatibus et concordia illud significat. Et iterum dicit quod si amicitia talis fiat multe quidem tristicie inimicis fiunt in ipsa amicis vero gaudia multa. Maxime autem audiebant eum et vera dicentem. Concordantibus enim viro et uxore circa optima necesse et amicos utrisque letari : deinde fortes existentes terribiles esse inimicis, suis autem utiles : his autem discordantibus oportere amicos discordes esse, deinde autem debiles esse, maxime autem sentire huiüs modi eos. In his autem manifeste precipit poeta turpia quidem et impudica dissuadere adinvicem : ea autem que iuxta posse concordes sunt et iusta sunt cum sollicitudine*

Digitized by Google

sibi adinvicem obsequi indifferenter. Inanitates se primo quidem parentum communes curam habere (studentes primo quidem curam parentum habere), *vir quidem eorum que* (qui) *sunt uxoris nil minus quam suorum, uxor vero eorum similiter que sunt viri; deinde filiorum et amicorum et rerum et totius domus tanquam communis curum habeant. Colluctantes adinvicem ut plurimum bonorum utrique fiat ad commune, causa videlicet quod meritum et utrique melior et compositior, dimittens quidem superbiam, regens autem recte et habens mansuetos et domesticos mores, ut quum ad senectutem pervenerint liberati a beneficiis et cura multa videlicet que interdum in iuventute fiunt habeant invicem et filiis respondere uter eorum plurimum bonorum eorum que domi sunt* [rector] *factus est, et statim scire aut propter fortunam malum aut propter virtutem bonum : in quibus qui vicerit maximum quidem meritum a diis promeretur, ut ait Pindarus : dulce enim sibi cor et species* (spes) *mortalium variam voluntatem gubernat secundo autem a filiis in senecta pasci feliciter propter que opertet specialiter et comiter iuste cogitantes ad omnes deos et homines vivere et multum ad uxorem suam et filios et parentes.*

Economice summi philosophi Aristotelis ex Stragyra Grecie oppido artis medicine professoris Nicomachi filii : favente deo finis feliciter impositus est.

Versus Pindari qui hîc laudantur a Platone servati sunt de Republ. p. 331, A et ab aliis sæpe respiciuntur. Cf. Pindari fr. 233 Bœckh. 198 Bergk.

VI. SCRIPTA PHYSICA.

Scriptorum, quæ inter physica recensenda sunt satis magnus est numerus in solis indicibus memoratorum, quorum nullam hîc faciemus mentionem. Alia sunt deinde, nec pauca, de quibus plerumque nihil aliud affirmari licet, quam quod ex ipsius philosophi verbis conjectura assequi possumus. Tertium quod restat genus, tales fere libros continet, qui licet non ita multum post Aristotelem conscripti sint, et magnam fortasse partem ex ipsius operibus compilati, tamen pro genuinis nullo modo haberi possunt. De singulis jam videamus.

I. ΠΕΡΙ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ.

Librum περὶ Στοιχείων, in eadem quæstione bis nominat philosophus, tertio autem in loco satis manifesto respicere videtur :

De Anima II, 11, 10 : Λέγω δὲ διαφορὰς αἳ τὰ στοιχεῖα διορίζουσι, θερμὸν ψυχρόν, ξηρὸν ὑγρόν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον ἐν τοῖς περὶ Στοιχείων. De Sensu, c. 4 p. 483, 3 : Ἴδιον τοῦ πυρὸς τὸ θερμόν ἐστι, γῆς δὲ τὸ ξηρόν, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ Στοιχείων. De Partib. Animal. II, 2, p. 23a. 17 : Καθάπερ γὰρ ἐν ἑτέροις εἴρηται πρότερον, ἀρχαὶ τῶν φυσικῶν στοιχείων αὗταί εἰσι, θερμὸν καὶ ψυχρόν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν. Veteres philosophi interpretes, Simplicius in Arist. de An. f. 46 recto, Joannes Philoponus ib. fol. N 6 recto, Alexander Aphrodisiensis in Ar. de Sensu fol. 106 verso, uno ore affirmant τὰ περὶ τῶν Στοιχείων nihil aliud esse quam libros de Generatione et Corruptione, quorum sine dubio libri II caput secundum, ad quod in simili disputatione ipse Alexander de Anima fol. 133 verso provocat, respici putant. Num vero hic locus quæstioni de qua agitur sufficiat, dubitat Trendelenburgius v. cl. in comm. ad libros de Anima p. 412, qui potius de iis libris cogitat quos περὶ Στοιχείων recensent Diogenes Laertius (39) et Anonymus (33). Talem libri titulum ignorasse videtur Galenus quum ita scriberet de Elem. sec. Hippocrat. I, 9 (t. I, p. 487 Kühn.) : Τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν ἅπαντα περὶ Φύσεως ἐπιγέγραπται τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδοκλέους, Ἀλκμαίωνός τε καὶ Γοργίου, καὶ Προδίκου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· Ἀριστοτέλει δ' ἐν τοῖς περὶ Οὐρανοῦ καὶ τοῖς περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς ὁ περὶ τῶν στοιχείων λόγος ἐξείργασται, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῆς Οὐσίας Χρυσίππῳ· ἀλλ' οὐδὲ τούτων οὐδέτερος ἐπιγράφει τὰ βιβλία περὶ Στοιχείων· οὐδὲ χρὴ τοὔνομα ζητεῖν, ἀλλὰ τὴν δύναμιν ἐξετάζειν τῶν λόγων· εἴτε γὰρ περὶ Φύσεως, εἴτε περὶ Στοιχείων, εἴτε περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς, εἴτε περὶ Οὐσίας ἐπιγράψειέ τις τὴν νῦν ἡμῖν ἐνεστῶσαν πραγματείαν, οὐδὲν ὁπότου διοίσει. In quibus, quonam jure affirmare potuerit Galenus titulis, περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς et περὶ Οὐρανοῦ ab ipso Aristotele inscriptos fuisse libros, ignoro, quum nusquam ita apud illum designentur. Libenter tamen illud crediderim, titulo περὶ Στοιχείων α' β' γ' in indicibus, nihil aliud significari quam duo libros de Generatione et Corruptione concedam et qui nunc quartus est Meteorologicorum. Quod fortasse ex interpretum verbis colligere licet. Ita enim Alexander in Meteorol. fol. 126 recto (t. II, p. 167 Id.) : Τὸ τέταρτον ἐπιγραφόμενον τῶν Ἀριστοτέλους Μετεωρολογικῶν ἔστι μὲν Ἀριστοτέλους, οὐ μὴν τῆς γε μετεωρολογικῆς πραγματείας. Οὐ γὰρ ἐκείνης οἰκεῖα τὰ ἐν αὐτῇ λεγόμενα, μᾶλλον δέ, ὅσον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, ἦν ἂν ἑπόμενον τῇ περὶ

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Γενέσεως καὶ Φθορᾶς πραγματείᾳ, Olympiodorus fol. 1 verso (t. I, p. 133 Idel.) : Ἰστέον δὲ ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Ἀφροδισιεὺς τὸ πέρας τοῦ τρίτου λόγου τῆς παρούσης πραγματείας καὶ τὸν τέταρτον λόγον χωρίζει ἀπὸ τῶν Μετεώρων καὶ συνάπτει τῷ περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς τοὺς πρώτους τῶν Μετεώρων λόγους (corrig. videtur τοῖς προτέροις τῶν Μετεώρων λόγοις)· ἔδει γάρ, φησίν, μετὰ τὴν εἴδησιν τῶν στοιχείων εἰδέναι καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γινόμενα, φησὶ δὲ τὰ σύνθετα· ὁ δέ γε φιλόσοφος Ἀμμώνιος συνηγορεῖ λέγων, ὅτι δεῖ ἀπὸ τῶν Μετεώρων διακρίνεσθαι αὐτά, καὶ προσάπτεσθαι τῇ περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς· οὕτω γὰρ εὐρεθήσεται διασπωμένη ἡ περὶ τῶν στοιχείων διδασκαλία μεσολαβουμένη καὶ διακοπτομένη ὑπὸ τῆς τῶν συνθέτων πραγμάτων ὑφηγήσεως. Ipsum autem quartum librum Meteorologicorum in nulla alia quæstione magis versari, quam in illa quam tangit Aristoteles, iis locis quos supra exscripsimus, vix opus est ut moneam.

II. III. (ΠΕΡΙ ΜΙΞΕΩΣ. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΙΕΙΝ ΚΑΙ ΠΑΣΧΕΙΝ).

Similis est quæstio de iis quæ Aristoteles sive τὰ περὶ μίξεως sive περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν vocaverit. Tales tituli neque in indicibus comparent neque a quoquam nominantur. Qui enim alteri similis est apud Diogenem Laertium (25) περὶ τοῦ πάσχειν ἢ πεπονθέναι, nihil huc facere videtur. Nec illud facile quemquam morabitur, quod in ipso titulo editionis libri Gennadii contra Plethonem, Paris. 1858, Minoides Mynas, non satis certæ fidei homo, pollicitus est fragmentum ineditum Aristotelis de Mixtione. Ipsum excerptum, fortasse e *Divisionum* collectione desumptum, hîc exscribam ne quid omnino eorum desideretur quæ Aristoteli tributa sunt, licet jam verbum ἕνωσις, quod semel tantum in libris philosophi occurrit, de Gener. et Corr. l. I, extremo : Ἡ δὲ μίξις τῶν ἀλλοιωθέντων ἕνωσις, in loco ab interpolationis suspicione non alieno (cf. libr. de Plantis II, c. 1), non minus quam ὑπόστασις, quod hoc quidem sensu, nusquam apud philosophum legitur, posterioris cujusdam Peripatetici fœtum esse demonstret. Legitur l. l. p. 171, testaturque Minoides Mynas descriptum esse e codice sæculi duodecimi.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΟΡΟΙ ΕΝΩΣΕΩΣ.

Ἡ κατ' οὐσίαν ἕνωσις ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων, τοῦτ' ἐστὶ τῶν ἀτόμων.

Ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις ἐπὶ τῶν οὐσιῶν, καὶ ἐπὶ ψυχῆς καὶ σώματος.

Ἡ κατὰ σχέσιν ἕνωσις ὡς ἐπὶ τῶν γνωμῶν, ὡς εἰς ἓν θέλημα.

Ἡ κατὰ παράθεσιν ἕνωσις ὡς ἐπὶ τῶν σανίδων.

Ἡ κατὰ ἁρμονίαν ἕνωσις ὡς ἐπὶ τῶν λίθων.

Ἡ κατὰ κρᾶσιν ἕνωσις ὡς ἐπὶ τῶν ὑγρῶν.

Ἡ κατὰ φύρσιν ἕνωσις ὡς ἐπὶ τῶν ὑγρῶν καὶ τῶν ξηρῶν, ὕδατος καὶ ἀλεύρου.

Ἡ κατὰ σύγχυσιν ἕνωσις ἐπὶ τῶν τηκτῶν, κηροῦ καὶ πίσσης καὶ τῶν τοιούτων.

Ἡ κατὰ συναλοιφὴν ἕνωσις ἐπὶ τῶν ἀποσπωμένων καὶ αὖθις ἀποκαθισταμένων, οἷον λαμπάδος ἐκ πυρὸς προερχομένης καὶ πάλιν ἀποκαθισταμένης.

Ἡ κατὰ σωρείαν [ἕνωσις] ὡς ἐπὶ τῶν ξηρῶν, σίτου καὶ κριθῆς.

Revertamur vero ad genuinum Aristotelem. Cujus verba quæ leguntur in libro de Sensu, c. 3, p. 481, 33 : ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ μίξεως εἴρηται, et 44 : πῶς δὲ τοῦτο γίνεσθαι δυνατόν, ἐν τοῖς περὶ μίξεως εἴρηται πρότερον, cum Alexandro Aphrod. fol. 10 verso ad libros de Generatione et corruptione, II, c. 2, referenda sunt. Quod et idem valere puto de iis, quæ de Anima II, 5, 1, τοὺς καθόλου λόγους περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν et de Generat. Anim. IV, 3 (p. 400, 3), τὰ περὶ τοῦ Ποιεῖν καὶ πάσχειν διωρισμένα vocat, ita ut quod Simplicius in Arist. de An. f. 32 verso et cum eo Joannes Philoponus, ib. f. J 3 verso volunt, de Generat. et Corrupt. I, 7, respiciatur. Hoc idem confirmant verba sive in extremo primo libro sive in initio alterius posita (cf. Minoides Mynas l. l. p. 194) : Περὶ μὲν οὖν μίξεως καὶ ἁφῆς καὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν εἴρηται...

Aliam secutus est opinionem Trendelenburgius, qui in libro *Geschichte der Kategorienlehre*, p. 130 (cf. Zeller, l. l. t. II, 1, p. 63), librum περὶ τοῦ Ποιεῖν καὶ πάσχειν logicis adnumerandum esse censet.

IV. ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ.

Libri, cujus titulum Σημεῖα χειμώνων α' affert Diogenes Laertius (112), Σημασίαι χειμώνων α' Anonymus (90), excerptum Ἀνέμων θέσεις καὶ προσηγορίαι ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ Σημείων inscriptum in editionibus Aristotelis legitur (t. IV, p. 45 s.). Quem librum eundem fuisse atque illum, qui in Theophrasteorum scriptorum indice Diogeniano (p. 7, 7, Usener.) περὶ Σημείων α' reperitur, satis probabiliter suspicari licet. Ita enim, quæ nunc inter Theophrasti scripta exstant excerpta περὶ Σημείων ὑδάτων, πνευμάτων, χειμῶνος, εὐδίας, in cod. Marciano 200 sub Aristotelis nomine leguntur, quod nomen etiam inscriptum erat codici quem medio ævo

Digitized by Google

secutus est latinus interpres Bartholomæus de Messana, ceterisque omnibus qui nunc servantur, teste Rosio, p. 244. Theophrastum ἐν τῇ περὶ Σημείων βίβλῳ solus est qui citet Proclus in Plat. Timæum, p. 285 ed. Basil. : Ἐπειδὴ δὲ τὰ σχήματα καὶ τὰς κινήσεις τῶν οὐρανίων φόβους εἶπε (Plato in Timæo p. 40, D) καὶ σημεῖα τῶν γιγνομένων παρέχειν τοῖς δυναμένοις λογίζεσθαι, τοσοῦτον ἱστέον ὅτι οὐ μόνον ἐκεῖνα σημαίνειν οἰητέον, ἀλλὰ σημεῖα γεγονότων ὄντα σημαντικά τινων· διὸ καὶ αὐτὸς τῶν σημαντικῶν ἑαυτοῖς ἐνεργειῶν προηγουμένως ἐμνήσθη. Θαυμασιωτάτην δὲ εἶναί φησιν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν Χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν τά τε ἄλλα προλέγουσαν καὶ τοὺς βίους ἑκάστων καὶ τοὺς θανάτους· καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον οἷον χειμῶνας καὶ εὐδίας, ὥσπερ καὶ τὸν ἀστέρα τοῦ Ἑρμοῦ χειμῶνος μὲν ἐκφανῆ γενόμενον ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους, εἰς ἐκείνους ἀναπέμπει· πάντα δ' οὖν αὐτοὺς καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων ἐν τῇ περὶ Σημείων βίβλῳ φησὶν ἐκεῖνος. E quibus illud tantum legitur in Excerptis de signis, c. 3, 9 : ὁ τοῦ Ἑρμοῦ ἀστὴρ χειμῶνος μὲν φαινόμενος ψύχη σημαίνει, θέρους δὲ καῦμα. Librum ut Aristotelis memorare videtur Joannes Lydus de Ostentis, c. 2 : Τὰ γὰρ Ἀριστοτέλει (περὶ Σημείων scil.) εἰρημένα γνωριμώτατα. Simili fortasse confusione factum est ut liber περὶ Ἀνέμων, ceteroquin ignotus, Aristoteli tribueretur ab Achille Tatio, Isag. in Arati Phæn. p. 158. A, Petav. : Καὶ τοὺς μὲν ἐκ νεφῶν λέγουσιν εἶναι ἀνέμους καὶ καλεῖσθαι ἐκνεφίας, τοὺς δὲ ἀπὸ γῆς φερομένους ἀπογείους, τοὺς δὲ ἀπὸ ποταμῶν ἐνυδρίας, τοὺς δὲ ἀπὸ κόλπων κολπίας, ἀπὸ δὲ ὀρῶν ὀρίας ἢ ὀρεστίας. Καὶ γὰρ παρὰ Ἀριστοτέλει ἐν τῷ περὶ Ἀνέμων καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ (cf. Suidas s. v.) οὕτως ὀνομάζονται. Ὥστε καὶ ἀπὸ τόπων τινῶν φασί τινας λέγεσθαι, οἷον Καικίαν τὸν ἀπὸ Καΐκου ποταμοῦ πνέοντα καὶ Σκείρωνα τὸν ἀπὸ Σκειρωνίδων πετρῶν... Ἐπραγματεύσατο δὲ περὶ ἀνέμων καὶ Ἐρατοσθένης. In his Aristotelis sine dubio liber pro Theophrasti libro nominatur, cujus excerptum tantum exstat. Integro vero usus esse videtur Alexander Aphrodis. in Aristotelis Meteorol. fol. 105 verso (t. I, p. 308 et 309 Ideler). Posidonii verba apud Strabonem I, p. 29 : Φησὶ δὲ Ποσειδώνιος μηδένα οὕτως παραδεδωκέναι τοὺς ἀνέμους τῶν γνωρίμων περὶ ταῦτα, οἷον Ἀριστοτέλη, Τιμοσθένη, Βίωνα τὸν ἀστρολόγον, ad Meteorol. II, 6 spectare possunt.

1 (218).

Geminus Isagoge in Phænom., p. 231 ed. Edo Hilderic. Altorph. 1590. Petavius *Uranol.* p. 61 : Ὥστε εἶναι φανερὸν ἐκ πάντων, ὅτι οὐδ' οὗτος ὁ ἀστὴρ (ὁ κύων scil.) οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς τηλικαύτην τινὰ δύναμιν ἔχει ὥστε μεταβολὰς περὶ τὸν ἀέρα κατασκευάζειν, ἀλλ' ἔστι τὸ ἡγεμονικὸν αἴτιον περὶ τὸν ἥλιον. Αἱ δὲ τούτων ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις ἐπὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῶν περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν παράκεινται· δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ διὰ παντὸς συμφωνοῦσιν. Ὅθεν βελτίοσιν ἂν τις σημείοις χρήσαιτο τοῖς ὑπὸ τῆς φύσεως ἡμῖν διδομένοις, οἷς καὶ Ἄρατος κέχρηται. Τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἐπιτολῶν καὶ δύσεων τῶν ἄστρων γινομένας μεταβολὰς τοῦ ἀέρος φήθη εἶναι διεψευσμένας, τὰς δὲ φυσικῶς γινομένας καὶ μετά τινος αἰτίας κατεχώρισεν ἐν τῇ τῶν Φαινομένων θεωρίᾳ ἐπὶ πέρατι (ita Rosius, edd. male ἐπὶ πᾶσι) τῆς ὅλης συντάξεως (v. 1035, sive Diosem. v. 304). Λαμβάνει γὰρ τὰς προγνώσεις ἀπὸ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς καὶ δύσεως καὶ ἀπὸ τῶν τῆς σελήνης ἀνατολῶν καὶ δύσεων καὶ ἀπὸ τῆς ὅλως τῆς γινομένης περὶ τὴν σελήνην καὶ ἀπὸ τῶν διαϊσσόντων ἀστέρων καὶ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων· αἱ γὰρ ἀπὸ τούτων προγνώσεις μετά τινος φυσικῆς αἰτίας γινόμεναι κατηναγκασμένα ἔχουσι τὰ ἀποτελέσματα. Ὅθεν καὶ Βοηθὸς ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῆς Ἀράτου Ἐξηγήσεως φυσικὰς τὰς αἰτίας ἀποδίδωκε τῶν τε πνευμάτων καὶ ὄμβρων, ἐκ τῶν προειρημένων εἰδῶν τὰς προγνώσεις ἀποφαινόμενος. Τούτοις δὲ τοῖς σημείοις καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος κέχρηται καὶ Εὔδοξος καὶ ἕτεροι πλείονες τῶν ἀστρολόγων.

2 (219).

Schol. in Arat. v. 1094 (Dios. v. 362) : Περὶ δὲ τῶν ὀρνίθων Ἀριστοτέλης φησίν, ὅταν μὲν ψυχρὸς καὶ ὑγρὸς ᾖ ὁ ἀήρ, τὸ τηνικαῦτα καὶ αἱ νῆσοι βρεχόμεναι ἀναφύουσιν· ὅταν δὲ αὐχμώδης ᾖ καὶ ξηρός, τότε παντελῶς τῶν νήσων μὴ ἀναφυουσῶν ἐπὶ τὴν γῆν τὰ ἐν ταῖς νήσοις ὄρνεα φεύγουσιν, εἰς ἣν δύνανται κἂν ἐξ ὀλίγου τρέφεσθαι. Καὶ οἱ κολοιοὶ δὲ ἐκ τῶν νήσων πετόμενοι τοῖς γεωργοῖς σημεῖον αὐχμοῦ καὶ ἀφορίας εἰσίν· ἐὰν δὲ ἐμμετροι χωρῶσιν, εὐκαρπίαν δηλοῦσι.

DE SIGNIS.

1.

Talibus signis (sc. quæ e solis ortu et occasu item e lunæ et e stellis emicantibus et a brutis animalibus proveniunt) usus est et Aristoteles philosophus et Eudoxus et ceteri plerique astrologi.

2.

De avibus dicit Aristoteles, quoties aer est frigidus et humidus tunc et insulæ irrigatæ, herbas et frondes excitant, quoties vero torridus atque siccus, quum insulæ tunc nihil proferant, quæ in illis sunt aves ad terras fugiunt, ubi possunt etiamsi paucis nutriri. Graculi ex

Digitized by Google

Desumpta hæc sunt e Plutarchi libro : Αἰτίαι τῶν Ἀράτου διοσημείων (cf. Plut. Op. ed. Didot, t. V, p. 33. Plutarchi nomen paulo post ad v. 1098, adscriptum legitur : Τὸ δέ, αὐχμῷ ἀνιηθείς, ἤγουν βλαβεὶς ὑπὸ τοῦ αὐχμοῦ. Ξηρότεραι γὰρ αἱ νῆσοι τῶν ἠπείρων τυγχάνουσαι, ὥς φησι Πλούταρχος, θᾶττον καὶ ῥᾷον τοῦ αὐχμηροῦ καταστήματος ἀντιλαμβάνονται.

3 (220).

Ælian. de Nat. Animal. VII, 7 : Ἀριστοτέλους δὲ ἀκούω λέγοντος, ὅτι ἄρα γέρανοι ἐκ τοῦ πελάγους εἰς τὴν γῆν πετόμεναι χειμῶνος ἀπειλὴν ἰσχυροῦ ὑποσημαίνουσι τῷ συνιέντι· πετόμεναι δὲ ἄρα ἡσυχῇ αἱ αὐταὶ ὑπισχνοῦνται εὐημερίαν τινὰ καὶ εἰρήνην ἀέρος, καὶ σιωπῶσαι δὲ ὅτι ἔσται ὑπεύδια τοὺς οὐκ ἀπείρως ἔχοντας τῇ σιωπῇ ὑπομιμνήσκουσιν αἱ αὐταί· ἐὰν δὲ καταπέτωνται καὶ βοῶσι καὶ ταράττωσί τε καὶ ταράττωνται, ἀπειλοῦσι κἀνταῦθα χειμῶνα ἰσχυρόν. Ἐρωδιὸς δὲ κνεφαῖος βοῶν τὰ αὐτὰ ἔοικεν ὑποδηλοῦν, ὡς ὁ αὐτὸς Ἀριστοτέλης φυλάξας λέγει· πετόμενος δὲ ἐρωδιὸς τῆς θαλάττης εὐθὺ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ ῥαγήσεσθαι αἰνίττει. Εἰ δὲ εἴη χειμερία, ἅσασα γλαὺξ εὐδίαν σημαίνει καὶ ἡμέραν φαιδράν· ἐὰν δὲ εὐδία μὲν ᾖ, ἡ δὲ ὑποφθέγγηται, χειμῶνα δεῖ προσδέχεσθαι. Κόραξ δὲ ἐπιτρόχως φθεγγόμενος καὶ κρούων τὰς πτέρυγας καὶ κροτῶν αὐτάς, ὅτι χειμὼν ἔσται κατέγνω πρῶτος. Κόραξ δὲ αὖ καὶ κορώνη καὶ κολοιὸς δείλης ὀψίας εἰ φθέγγοιντο, χειμῶνος ἔσεσθαί τινα ἐπιδημίαν διδάσκουσιν. Κολοιοὶ δὲ ἱερακίζοντες, ὡς ἐκεῖνος λέγει, καὶ πετόμενοι πῇ μὲν ἀνωτέρω πῇ δὲ κατωτέρω, κρυμὸν καὶ ὑετὸν δηλοῦσιν. Κορώνη δὲ ἐπὶ δείπνου ὑποφθεγγομένη ἡσυχῇ, ἐς τὴν ὑστεραίαν εὐδίαν παρακαλεῖ. Φανέντες δὲ ὄρνιθες πολλοὶ μὲν τὸν ἀριθμὸν λευκοὶ δὲ τὴν χρόαν, χειμὼν ὅτι ἔσται πολὺς ἐκδιδάσκουσιν. Νῆτται δὲ καὶ αἴθυιαι πτερυγίζουσαι πνεῦμα δηλοῦσιν ἰσχυρόν. Ὄρνιθες δὲ ἐκ τοῦ πελάγους εἰς τὴν γῆν σὺν ὁρμῇ πετόμενοι μαρτύρονται χειμῶνα. Ἐριθακὸς δὲ εἰς τὰ αὔλια καὶ τὰ οἰκούμενα παριὼν δῆλός ἐστι χειμῶνος ἐπιδημίαν ἀποδιδράσκων. Ἀλεκτρυόνες γε μὴν καὶ ὄρνιθες οἱ ἠθάδες πτερυσσόμενοι καὶ φρυαττόμενοι καὶ ὑποτρύζοντες χειμῶνα δηλοῦσιν. Ἀπειλοῦσι δὲ καὶ πνεῦμα λουόμενοί γε ὄρνιθες καὶ ἀνέμων τινὰς ἐμβολὰς ὑποφαίνουσι. Χειμῶνος δὲ ὄντος εἰς ἀλλήλους ὄρνιθες πετόμενοι καὶ δι' ἀλλήλων θέοντες σημαίνουσιν εὐδίαν. Ὄρνιθες δὲ ἀθροιζόμενοι περί τε λίμνας καὶ ποταμῶν ὄχθας χειμῶνα ἐσόμενον οὐκ ἀγνοοῦσι. Πάλιν τε ὄρνιθες οἱ μὲν θαλάττιοι καὶ

---

insulis advolantes signum sunt agricolis siccitatis et sterilitatis, si vero modico numero migrant, frugum abundantiam significant.

3.

Aristotelem dicere audio, grues ex mari in mediterranea volantes, tempestatis atroces minas intelligenti significare; easdem silentio et quiete volantes serenitatem et tranquillitatem promittere; quod si turbulente clamant, et ordine turbato volant, acerbam tempestatem denuntiant. Hoc idem sonans in crepusculo matutino ardea præsignificare existimatur, ut idem Aristoteles observavit; eademque ad mare recta proficiscens pluviam portendit. Si noctua pluvio tempore sit garrula, serenum et tranquillum cælum prænuntiat; contra sereno canens tempestatem ostendit. Corvus excitato et volubili sono crocitans et alarum plausu se concutiens, tempestates præmonstrat. Rursus, si corvus, cornix, graculus, crepusculo vespertino vocales sint, tempestatis adventum prædicunt. Monedulæ volantes modo in sublime, modo deorsum versus, et voce referentes accipitrem, eodem Aristotele teste, frigus et pluviam monstrant. Cornix, si ad cœnæ tempus lenius sonet, bonam cæli temperiem postridie futuram promittit. Quum autem aves aliæ frequentes conveniunt, multam tempestatem demonstrant. Anates et mergi alarum gestu exsultantes vehementem ventum prædicunt. Aves ex mari in mediterranea cum impetu volantes tempestatem testantur. Rubecula avis stabula circumiens, et habitata loca lustrans, ex adventu tempestatis se fugere declarat. Gallinacei ceteræque domesticæ aves alarum percussione concrepantes et cucurrientes et submissa voce obstrepentes, tempestatem nuntiant. Aves lavatione utentes venti procellas et turbines significant. Quod si, quum est tempestas, aliæ in alias volent, et ultro citroque inter se commeent, serenitatem pollicentur. Circa stagna et fluviorum ripas congregantes se aves tempestatem impendere non ignorant. Contra marina et palustres in terram proficiscentes plurimam tempestatem prænuntiant. Terrestres vero si modo silentes sint, ad humidiora loca contendentes, serenitatem denuntiant.

Præterea hæc etiam ad admirationem movendam idonea audivi : si bos mugit et terram olfacit, pluvia impendet; idem si supra quam consuevit, pabulo vescitur, tempestatem futuram ostendit. Oves fodientes terram pedibus videntur tempestatem significare, quæ etiam coitu earundem prænuntiatur. Capræ dormientes frequentes eadem monstrant. Sues in arvis apparentes pluviam præsignificant. Agni et hædi lascivientes, serenos dies promittunt. Mustelæ et mures stridentes vehementem præsagiunt tempestatem. A desertis locis ad habitata refugientes lupi hiemis acerbitatem se horrere ostendunt. Leonis ad frugifera et fructuosa loca profectio siccitatem prænuntiat. Jumenta exsultantia et supra consuetudinem hoantia, humidiorem tempestatem præsciunt; hanc eandem, si ungulis pulverem spargunt, denuntiant. Lepores multi iisdem in locis conspecti bonam aeris temperiem significant.

Digitized by Google

οἱ λιμναῖοι ἐς τὴν γῆν ἰόντες, ὡς ἔσται χειμὼν πολὺς οὐκ ἀγνοοῦσιν, οἱ δὲ χερσαῖοι σπεύδοντες ἐς τὰ ὀτερὰ εὐδίας ἄγγελοί εἰσιν, ἐὰν μέντοι σιωπῶσιν.

In sequenti capite ejusdem libri (VII, 8) similia apponuntur praesagia, quae a pecoribus scilicet praebentur, ex eodem sine dubio auctore ducta :

Καὶ ἐκεῖνα δὲ προσακήκοα ἐκπλῆξαι ἱκανά. Βοῦς ἐὰν βοᾷ καὶ ὀσφραίνηται [τῆς γῆς], ὕειν ἀνάγκη· ἅδην δὲ βόες καὶ πέρα τοῦ ἔθους ἐσθίοντες δηλοῦσι χειμῶνα. Πρόβατα δὲ ὀρύττοντα ταῖς ὁπλαῖς τὴν γῆν ἔοικε σημαίνειν χειμῶνα, ἀναβαινόμενα δὲ τὰ αὐτὰ πρωὶ χειμῶνα ὁμολογεῖ. Κοιμώμενοι δὲ ἀθρόαι αἱ αἶγες τὰ αὐτὰ ὁμολογοῦσιν. Ὗες (μύες corrig. censet Rosius) δὲ ἐν τοῖς ἀρώμασι φαινόμεναι ὑετοῦ φυγὴν διδάσκουσι. Ἄρνες δὲ ἅρα καὶ ἔριφοι ἀλλήλοις ἐμπηδῶντές τε καὶ ὑποσκιρτῶντες φαιδρὰν ἡμέραν ὁμολογοῦσιν. Γαλαῖ δὲ ὑποτρίζουσαι καὶ μῦες ἐκείναις ὁρῶντες τὰ αὐτὰ χειμῶνα συμβάλλονται ἔσεσθαι ἰσχυρόν. Αὔκοι δὲ φεύγοντες ἐρημίας καὶ εὐθὺ τῶν οἰκουμένων ἰόντες χειμῶνος ἐμβολὴν μέλλοντος ὅτι πεφρίκασιν, μαρτυροῦσι δι' ὧν ὀρῶσι. Λέοντος δὲ ἐν τοῖς καρπίμοις χωρίοις ἐπιδημία αὐχμὸν δηλοῖ. Σκιρτῶντά γε μὴν τὰ ὑποζύγια καὶ βοῶντα τοῦ ἔθους μᾶλλον νοτερὸν χειμῶνα ἐσόμενον δηλοῖ· εἰ δὲ καὶ ταῖς ὁπλαῖς κόνιν προσαναβάλλοι, ταὐτὰ ταῦτα δηλοῖ που. Ἀαγὼ δὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς χωρίοις ὁρώμενοι πολλοὶ δηλοῦσιν εὐδίαν. Quibus, ut ex eodem fonte desumpta, addenda sunt, collato Plutarcho de Sollert. Anim. c. 34, quae habet Ælianus l. IX. 9 : Ὅταν δὲ βάτραχοι γεγωνότερον φθέγγωνται καὶ τῆς συνηθείας λαμπρότερον, ἐπιδημίαν δηλοῦσιν ὑετοῦ.

Ex his pleraque in libro de Signis, qui inter Theophrasti scripta legitur, et apud Aratum, nonnulla etiam apud Plinium, Hist. n. XVIII, 87 sq. traduntur. In aliis tamen vel differunt, vel plura praebent.

V. ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΚΟΝ.

Qui in utroque indice legitur titulus Ἀστρονομικὸν α' (Diog. L. 113, Anon. 93), eum, si de genuino Aristotelis libro agitur, Ἀστρολογικὸν scribendum fuisse, constans loquendi usus apud philosophum (semel tantum quod sciam ἀστρονόμος invenitur Problem. XVIII, 6, p. 204, 25), quem optime observavit Olympiodorus in Meteorol., f. 5 verso (t. I, p. 139 Idel.) : Ὁ οὖν Ἀριστοτέλης τὴν ἀστρονομίαν ἀστρολογίαν ἐκάλεσεν, demonstrat. Quod etiam confirmant omnes loci in quibus peculiarem librum de astris respicere videtur Aristoteles :

De Cælo II, 10, 1 : Περὶ δὲ τῆς τάξεως αὐτῶν (τῶν ἄστρων scil.), ὃν μὲν τρόπον ἕκαστον κεῖται τῷ τὰ μὲν εἶναι πρότερα τὰ δ' ὕστερα, καὶ πῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα τοῖς ἀποστήμασιν, ἐκ τῶν περὶ ἀστρολογίαν θεωρεῖσθω.

Meteorol. I, 3, 2 : Ὁ μὲν γὰρ τῆς γῆς ὄγκος πηλίκος ἔν τις εἴη πρὸς τὰ περιέχοντα μεγέθη, οὐκ ἄδηλον· ἤδη γὰρ ὦπται διὰ τῶν ἀστρολογικῶν θεωρημάτων ἡμῖν ὅτι πολὺ καὶ τῶν ἄστρων ἑνίων ἐλάττων ἐστίν.

Meteorol. I, 8, 6 : Πρὸς δὲ τούτοις εἰ καθάπερ δείκνυται ἐν τοῖς περὶ ἀστρολογίαν θεωρήμασιν, οὕτως ἔχει, καὶ τό τε τοῦ ἡλίου μέγεθος μεῖζόν ἐστιν ἢ τὸ τῆς γῆς καὶ τὸ διάστημα πολλαπλασίως μεῖζον τὸ τῶν ἄστρων πρὸς τὴν γῆν ἢ τὸ τῆς σελήνης, οὐκ ἂν πόρρω που ἀπὸ τῆς γῆς ὁ ἀπὸ τοῦ ἡλίου συμβάλλοι τὰς ἀκτῖνας, οὐδ' ἂν ἡ σκιὰ πρὸς τοῖς ἄστροις εἴη τῆς γῆς, ἡ καλουμένη νύξ, ἀλλ' ἀνάγκη πάντα τὸν ἥλιον τὰ ἄστρα περιορᾶν, καὶ μηθενὶ τὴν γῆν ἐντιφράττειν αὐτῶν.

Tribus his locis inter se comparatis, unam eandemque quaestionem apparebit esse de qua loquitur philosophus, ita tamen ut incertum maneat, utrum ipse eam propriis de hac re libris pertractaverit an aliorum de hac re significare voluerit scripta. Veteres interpretes, ut solent, non multum juvant ad dijudicandam quaestionem. Omnes enim (Schol. cod. Coisl. in Arist. de Cælo p. 497, A, 1 Brand., Theodorus Metochita p. 371, versionis latinae, Alexander in Arist. Meteorol. f. 72 verso (t. I, p. 140 Idel.), Olympiodorus, ib. fol. 56 recto (p. 139 Id.), Theodorus Metoch. p. 577, Alexander fol. 81 verso, Olympiod. f. 66 verso, Joannes Philoponus fol. 100 recto, Theodorus Metochita p. 585), ita philosophi verba accipiunt, quasi de astrologorum solum demonstrationibus loqueretur, praeter unum fortasse Simplicium in Arist. de Cælo f. 115 recto (p. 497, A, 8) : Ταῦτα οὖν, φησίν, ἐκ τῶν περὶ ἀστρολογίαν θεωρείσθω. Καὶ γὰρ ἐκεῖ περὶ τῆς τάξεως τῶν πλανωμένων καὶ περὶ μεγεθῶν καὶ περὶ ἀποστημάτων ἀποδέδεικται, quem peculiarem de hac re librum ab ipso Aristotele conscriptum respexisse putat Zeller. l. l. p. 65. Eandem hanc opinionem probant Ideler, in Aristotel. Meteorol. t. I, p. 415 et Prantl, *Aristoteles Buch über das Himmelsgebäude*, Leipzig, 1857, p. 303. Rem neque negare neque affirmare ausim. Quod vero ad titulum in indicibus allatum attinet, a quo alieni sunt quos apud Arabes legimus : *de Siderum arcanis*, *de Stellis labentibus*, *Mille verba de Astrologia judiciaria*, hunc jam ipse locus quo recensetur indicat, ad collectionem problematum de astrorum cursu referendum esse. Ex tali autem collectione, nisi interpretis ad libros de Cælo sunt, fortasse sua hausit

Digitized by Google

Joannes Lydus de Mensibus c. 4 : Ὀξυτέραν γάρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, ποιεῖται τὴν πορείαν (ἡ σελήνη scil.) τὴν πρὸς τῷ χειμερινῷ τροπικῷ, βραδυτέραν δὲ τὴν πρὸς τῷ θερινῷ, ὁμαλὴν δὲ τὴν πρὸς τῷ ἰσημερινῷ. Quæ, licet cum Aristotelis de hac re sententia consentire videantur, tamen his verbis nusquam apud ipsum leguntur.

VI. ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΛΛΩΝ.

Librum περὶ Μετάλλων neque indices norunt neque ipse Aristoteles unquam talem pollicetur. Etenim quæ in Meteorologicis dicit, in ipso fine libri tertii : Κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν (τῶν ὀρυκτῶν καὶ τῶν μεταλλευτῶν scil.), ἰδίᾳ δ' ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος, et IV, 8, 2 : Ἐκ μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς τὰ ὁμοιομερῆ συνίσταται, καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζῴοις, καὶ τὰ μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἑκατέρου ἐγκατακλειομένης, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις (cf. III, 7), minime talia sunt, ut inde consequatur philosophum peculiari libro quæstionem de metallis tractasse. Quod quum et manifesto declarent Olympiodori verba, ad antiquiorum interpretum testimonium provocantis, in Arist. Meteor. III, 7, f. 60 recto (t. II, p. 162 Idel.) : Καὶ ταῦτα μὲν καθολικῶς περὶ μετάλλων παραδίδωσιν Ἀριστοτέλης ὑπισχνούμενος καὶ ἴδια γράφειν. Οὐκ ἔγραψε δέ, ὅσον ἡμᾶς καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν εἰδέναι. Ὁ μέντοι τούτου μαθητὴς Θεόφραστος ἔγραψεν ἰδίᾳ (ita corr. pro ἴδια) περὶ ἑκάστου μετάλλου (cf. Alexand. Aphrod. ad eund. loc. fol. 126 recto : Ἰδίᾳ δὲ δεῖν φησιν ἕκαστον τῶν εἰρημένων γενῶν προχειριζομένοις τὰ οἰκεῖα αὐτοῖς ἐπισκοπεῖν. Περὶ ὧν Θεόφραστος πεπραγμάτευται ἔν τε τῷ περὶ Μεταλλευομένων καὶ ἐν ἄλλοις τισίν), jam patet nullius esse pretii, quæ sive ipse Olympiodorus, non satis sibi constans, in initio commentarii, f. 1 recto (t. I, p. 133 Idel.) : Ἐπεὶ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν συνθέτων ἐμνήσθημεν, χρὴ μὲν εἰδέναι, ὅτι τῶν συνθέτων τὰ μὲν ὁμοιομερῆ, τὰ δὲ ἀνομοιομερῆ, καὶ ἑκάτερον (corr. ἑκατέρων) τούτων τρίτον ἐστὶ σύνθετα ὁμοιομερῆ ἄψυχα, ἅπερ διδάσκει ἐν τῷ πέρατι τοῦ τρίτου λόγον τῆς προσούσης πραγματείας καὶ ἐν τῇ μονοβίβλῳ περὶ Μετάλλων γεγραμμένῃ, sive alii de libro de Metallis ab Aristotele conscripto memorant. In hoc numero ponendi sunt Joannes Philoponus in Arist. de Gen. et Corrupt. fol. 1 recto : Περὶ δὲ τῶν ἀψύχων (διαλήψεται) ἐν τοῖς περὶ Μετάλλων καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Μετεωρολογικῶν (quibus adversantur quæ dixit idem sive in Arist. Phys. fol. 1 recto : Ἐν δὲ τοῖς Μετεώροις περὶ τῶν ἰδίᾳ τούτοις ὑπαρχόντων γέγραπται αὐτῷ καὶ περὶ μετάλλων, sive in Meteorol. (t. I, p. 135 Idel.) : Μετὰ γὰρ τὰ Μετεωρολογικὰ ἡ περὶ Ζῴων καὶ Φυτῶν λείπεται θεωρία. Περὶ γὰρ μετάλλων ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν προκειμένων ἐδίδαξε), Simplicius in Arist. Phys. f. 1 recto : Περὶ μὲν ἀψύχων ἐν ταῖς τῶν μετάλλων πραγματείαις διδάσκει, de Cælo, p. 468, B, 25 : Καὶ περὶ μὲν τῶν ἀψύχων τὰ περὶ Μετάλλων γεγραμμένα διδάσκει· Damascius in Arist. de Cælo p. 454, A, 22 : Τὰ μὲν ἄψυχα διὰ τῶν περὶ Μετάλλων συγγραμμάτων γνωρίζεται. Qui tamen non, ut Rosius voluit, Aristotelis et Theophrasti scripta confudisse existimandi sunt, sed potius, quum totam naturalem philosophiam ab Aristotele absolutam putarent, singulis doctrinæ physicæ partibus peculiarem philosophi librum tribuisse videntur, illud tantum omittentes quærere an unquam revera talis liber exstiterit necne.

Diversa plane quæstio est de libro Μεταλλικὸν inscripto, quo Harpocration, Pollux, Hesychius usi sunt, licet ab Harpocratione, et semel a Polluce περὶ Μετάλλων nominetur. Qui non magis quam Ζωικὰ et Φυτικὰ in indicibus affertur, nec genuinus habendus est, quippe quem ab antiquiore quodam grammatico ex Aristotelis et Theophrasti, aliorumque fortasse scriptis in formam lexici, ut videtur, compilatum apparet. Ex iisdem fontibus derivata sunt fortasse quæ in libro de Mirabilibus Auscultationibus 42-50, 61 et 62 de metallis leguntur.

1 (221).

Pollux Onom. VII, 99 : Τὸ δὲ ἀγγεῖον ἐν ᾧ κατεκεράννυσαν τὸν σίδηρον, περίοδος καλεῖται ἐν τῷ περὶ Μετάλλων εἴτε Ἀριστοτέλους ἐστὶ τὸ βιβλίον εἴτε Θεοφράστου.

Cf. idem X, 149 : Μεταλλέως σκεύη θύλακες, περίοδος, σάλαξ. Καὶ θυλακοφορεῖν μὲν τοὺς μεταλλέας οἱ κωμῳδοὶ λέγουσι, περίοδον δὲ καὶ σάλακα Θεόφραστος ἐν τῷ Μεταλλικῷ, περίοδον μὲν τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ κατακεραννύουσι τὸν σίδηρον, σάλακα δὲ τὸ τῶν μεταλλέων κόσκινον. Hesych. s. v. Περίοδος, Σάλαξ.

Ceteros, qui ex eodem libro petiti sunt (cf. Harpocrat. s. Κεγχρέων, Hesych. s. v. Προσφανῆ, Σύζωσμα, Σκαρφών), hîc omisimus locos, quum potius inter Theophrasti fragmenta reponendi

---

DE METALLIS.

Vas in quo ferrum temperarunt *periodus* appellatur in libro de Metallis sive is Aristotelis sive Theophrasti est.

Digitized by Google

videantur. Quod sequitur fragmentum, manifesto spurium, quale in cod. Paris. 1310 (chart. sec. 15) legitur exscripsit Rosius :

www.libtool.com.cn

2 (222).

Περὶ τῶν εὑρισκομένων μετάλλων ἐν τῇ νήσῳ Κύπρῳ. Ἰστέον ὅτι ἐν ταῖς βίβλοις τῶν περὶ Γαληνὸν περὶ εἰδῶν, καὶ Ἀριστοτέλους φυσιολογικῶν περὶ οὐσίας γῆς καὶ λίθων καὶ μετάλλων εὑρέσεις, εὑρίθη ἐν τῇ Κύπρῳ νήσῳ ὅτι ἔστιν ὄρος μέγα καὶ ὑψηλὸν ὑπὲρ πάντων τῶν βουνῶν αὐτῆς, Τρόγοδος καλούμενον. Πολλὰ καὶ διάφορα εἴδη βοτανῶν τῆς ἰατρικῆς τέχνης χρήσιμα εὑρισκόμενα, ἅτινα λέγειν ἐπιχειροῦντα καθ' ἕν, ἐπιλείψει με διηγούμενον ὁ χρόνος. Ὁμοίως καὶ περὶ μετάλλων γῆς γέγραπται ἐν τῷ περὶ λίθων διαφορᾶς Ἀριστοτέλους. Ὅτι χρυσίου μετάλλων ὄρος, ἡ Βούκασα· ἡ καὶ διακειμένη εἰς πόδοσιν τοῦ Τρογόδου· καὶ ἐπιβλέπει ἐπὶ τὰ βορειότερα μέρη τῆς νήσου. Κατὰ θάλατταν δὲ γίνεται δυτικώτερον αὐτῆς. Ἔχει δὲ διαφορὰς μετάλλων καθὼς διηγήσατο· φημὶ (sic pro φημί) χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ χαλκοῦ, στυπτηρίας σχιστῆς καὶ λευκῆς καὶ ἀληθινῆς στυπτηρίας, καὶ σωροῦ (sic pro σῶρυ) τὸ προζύμιον τοῦ χρυσαρίου· καὶ μίσσει (sic pro μίσυ) καὶ ὁ χαλκίτης καὶ ἄλλα διάφορα μέταλλα. Ἐν ἑτέροις δὲ ὅρασι φασὶ τῆς Κύπρου γίνεται ὁ σίδηρος, ὁ ὕελος καὶ πᾶσα ὕλη τιμία.

« Summus Cypri mons et qui idem debet esse cum Trogodo illo, quo nomine recentiori sane nunc quoque appellatur (*Throdos*, *Troodos* apud Engel, *Kypros* I, 34), Olympus est, prope quem (ἐν ποσίν), ut Strabonis utar verbis (XIV, p. 684), μέταλλα χαλκοῦ ἐστὶν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ, ἐν οἷς τὸ χαλκανθὲς γίνεται καὶ ὁ ἰὸς τοῦ χαλκοῦ πρὸς τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις χρήσιμα (cf. Steph. Byz. s. Ταμασός πόλις Κύπρου διάφορον ἔχουσα χαλκόν, ἐν μεσογείᾳ, Engel, *Kypros* I, 149). Galenus qui juvenis adhuc ut μεταλλικὰ φάρμακα (de quibus v. Dioscor. l. V. Galen. de Simpl. I, 9, Oribas. I, 15) sibi compararet itinere facto in Cyprum insulam profectus est apud medicos (cf. Engel, *Kypros* II, 41 sqq.) famosam, τὸ μέταλλον visitavit prope Solos (ab eo igitur de quo agitur diversum, licet ejusdem montium jugi fuerit), de quo sæpe memorat in opere de Simplic. Medicam. fac. (XII, 214, 219 sq. 226, 234, 238 sqq. cf. XIV, 7), aliisque fortasse deperditis, unde hæc ducta sint. » *Rosius.*

VII. ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ.

De his quæ ad plantas pertinent se tractaturum, non uno loco pollicitus est Aristoteles. Ita enim physiologiam plantarum ab animalium non separat, initio in libri primi Meteorologicorum p. 552, 21 : Διειλθόντες δὲ περὶ τούτων, θεωρήσωμεν εἴ τι δυνάμεθα κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον ἀποδοῦναι περὶ ζῴων καὶ φυτῶν. Magis etiam explicite, quum in libro de Longitudine et Brevitate vitæ c. 6, de stirpium vita disseruisset, addit p. 531, 13 : Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου καὶ καθ' αὑτὰ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν διορισθήσεται· νῦν τε περὶ τῶν ἄλλων ζῴων εἴρηται τὸ αἴτιον περί τε μεγέθους ζωῆς καὶ βραχυβιότητος, quibus similia sunt, quæ in libro de Juventute et Senectute c. 2, p. 533, 25 leguntur : Δι' ἣν δ' αἰτίαν τὰ μὲν οὐ δύναται διαιρούμενα ζῆν, τὰ δὲ ἀποφυτεύεται τῶν φυτῶν, ἕτερος ἔσται λόγος. Cum his locis optime conjungi poterit, qui est in libro de Sensu c. 4, p. 484, 28 : Καὶ περὶ μὲν τοῦ γευστοῦ καὶ χυμοῦ εἴρηται· τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν ἐν τῇ φυσιολογίᾳ τῇ περὶ φυτῶν. Ad talem commentationem de plantarum natura vix referenda erunt verba Meteorol. II, 3, p. 583, 9 : Αἱ δὲ διαφοραὶ τούτων (τῶν χυμῶν scil.) ἐκεῖθεν δῆλαι· ποῖοι δὲ χυμοὶ ἐκ ποίων γίνονται κράσεων, εἴρηται περὶ αὐτῶν χωρὶς ἐν ἄλλοις.

Ab his autem differunt testimonia quæ de eadem re in zoologicis scriptis Aristotelis occurrunt. Ibi enim de libris ad plantas spectantibus potius sic locutus esse videtur philosophus quasi jam absolutis. Ita H. An. V, c. 1, p. 76, 39 : Κοινὸν μὲν οὖν συμβέβηκε καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν· τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ σπέρματος ἑτέρων φυτῶν τὰ δ' αὐτόματα γίνεται, συστάσης τινὸς τοιαύτης ἀρχῆς, καὶ τούτων τὰ μὲν ἐκ τῆς γῆς λαμβάνει τὴν τροφήν, τὰ δ' ἐν ἑτέρῳ ἐγγίνεται φυτοῖς, ὥσπερ εἴρηται ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ τῶν Φυτῶν (ubi nihil mutat varia codicum quorundam lectio, qui pro φυτῶν, τούτων habent), de Gener. Anim. I, c. 1, p. 320, 22, ubi de eadem quæstione accuratius disseritur : Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν τὸν αὐτὸν τρόπον· τὰ μὲν γὰρ ἐκ σπέρματος γίνεται, τὰ δ' ὥσπερ αὐτοματιζούσης τῆς φύσεως· γίνεται γὰρ ἡ τῆς γῆς σηπομένης, ἢ μορίων τινῶν ἐν τοῖς φυτοῖς· ἕνια γὰρ αὐτὰ μὲν οὐ συνίσταται καθ' αὑτὰ χωρίς, ἐν ἑτέροις δ' ἐγγίνεται δένδρεσιν, οἷον ὁ ἰξός. Περὶ μὲν οὖν φυτῶν αὐτὰ καθ' αὑτὰ ἐπισκεπτέον, ib. c. 23, p. 343, 44 : Διὸ ἐν τοῖς φυτοῖς ἀχώριστον τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν· ἀλλὰ περὶ μὲν φυτῶν ἐν ἑτέροις ἐπέσκεπται, postremo de Partibus Anim. II, 10, p. 243, 24 : Ἡ μὲν οὖν τῶν φυτῶν φύσις οὖσα μόνιμος, οὐ πολυειδής ἐστι τῶν ἀνομοιομερῶν· πρὸς γὰρ ὀλίγας πράξεις ὀλίγων ὀργάνων ἡ χρῆσις· διὸ θεωρητέον καθ' αὑτὰ περὶ τῆς ἰδέας αὐτῶν.

Hisce igitur omnibus locis inspectis, nemini jam dubium esse poterit, nisi quis obscurato judicio rem aggrediatur, quin Aristoteles non solum

Digitized by Google

quæstionem de plantis tractandam sibi proposuerit, sed etiam quin propositum perfecerit. Itaque, si quis contendat titulo qui apud Diogenem Laertium legitur (108) περὶ Φυτῶν α′ β′ (apud Anonymum 87), hos ipsos philosophi libros designari, quod illi opponerem nescio, præsertim quum occurrant nonnulla apud antiquos scriptores fragmenta, quæ ex his libris excerpta videntur. De his vero postea. Nunc primum de antiquis philosophi commentatoribus videndum erit, qui omnes sæpius de Aristotelis libris περὶ Φυτῶν verba faciunt, etsi tales nullus viderat. Quod et antiquissimus eorum quos habemus apertis declarat verbis. Ita enim Alexander ad locum quem supra attulimus de Sensu c. 4, f. 109 recto : Τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν ... οἰκείας φησὶν εἶναι τῇ περὶ Φυτῶν φυσιολογίᾳ· καὶ ἔστι περὶ Φυτῶν Θεοφράστῳ πραγματεία γεγραμμένη· Ἀριστοτέλους γὰρ οὐ φέρεται. Huic adstipulatur Michael Ephesius in Aristot. de Vita et Morte f. 175 verso : Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς, ὄντα δὲ περὶ φυτῶν καὶ χυλῶν, Ἀριστοτέλους μὲν οὐχ εὑρίσκομεν διὰ τὸ τὰς συντάξεις ἀπολωλέναι. Ἐκ δὲ τῶν Θεοφράστου δεῖ λαμβάνειν, μέχρι ἂν εὑρεθῇ τὰ ὑπ' Ἀριστοτέλους γραφέντα. Aliter tamen idem fol. 161 recto, in locum Arist. supra laudatum, de Juvent. et Senect. c. 2 : Ἄλλος ἔστω λόγος· τῆς γὰρ περὶ φυτῶν πραγματείας ἔστω λόγος· δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν τὰ μὲν οὐ δύναται διαιρούμενα ζῆν, τὰ δὲ ἀποφυτεύεται τῶν φυτῶν, ἄλλος ἔστι λόγος. Ceteri vero apud quos librorum de Plantis mentio fit, pene omnes, non tam illud egerunt, ut de libris quos ipsi novissent loquerentur, sed tantum ut indicarent quinam locus in doctrinarum divisione, qualem Aristoteles instituerat, plantarum doctrinæ esset. Quod ita ab iis factum est ut unum communemque omnibus fontem fuisse facile agnoscas. Cf. Simplic. in Phys. f. 1 recto : Τῶν δὲ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τόπῳ ἐπειδὴ τὰ μέν ἐστιν ἔμψυχα τὰ δὲ ἄψυχα, περὶ μὲν ἀψύχων ἐν ταῖς τῶν μετάλλων πραγματείαις διδάσκει· τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ μέν ἐστι ζῷα, τὰ δὲ ζωόφυτα. Περὶ μὲν οὖν ζώων ἐν ταῖς περὶ ζώων πραγματείαις διελέχθη, τῇ μὲν ἱστορικῶς τὰ περὶ αὐτῶν ἀφηγούμενος ὡς ἐν ταῖς περὶ Ζώων Ἱστορίαις, τῇ δὲ αἰτιολογικῶς διδάσκων ὡς ἐν ταῖς περὶ Ζώων γενέσεως καὶ μορίων καὶ κινήσεως καὶ ὕπνου καὶ τῶν τοιούτων. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ φυτῶν κατὰ τὸν διττὸν τοῦτον ἐδίδαξε τρόπον, Joannes Philop. in Phys. f. A, 1 verso : Γέγραπται οὖν αὐτῷ ... καὶ περὶ τῶν κοινῇ πᾶσι τοῖς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ παρακολουθούντων ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς· ἐν δὲ τοῖς Μετεώροις περὶ τῶν ἰδίᾳ τούτοις. Γέγραπται αὐτῷ καὶ περὶ μετάλλων· τοιοῦτο δέ ἐστι καὶ ὁ τῶν Μετεώρων τέταρτος· ἐν οἷς περὶ τῶν τοῖς ἀψύχοις παρεπομένων ἐδίδαξεν. Αἱ δὲ περὶ ζώων καὶ φυτῶν πᾶσαι πραγματεῖαι αἱ μέν εἰσι περὶ τῶν ὡς ἐμψύχοις καὶ ἀναισθήτοις παρακολουθούντων, ὡς αἱ περὶ φυτῶν, αἱ δὲ περὶ τῶν ὡς ἐμψύχοις καὶ αἰσθητικοῖς, ὡς αἱ περὶ ζώων πᾶσαι πραγματεῖαι καὶ ἱστορίαι, Damasc. in Arist. de Cælo p. 454, A, 22 Brand. : Τὰ μὲν ἄψυχα διὰ τῶν περὶ Μετάλλων συγγραμμάτων γνωρίζεται, τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ μὲν αἰσθητικὰ καὶ κατὰ τόπον κινούμενα ὡς τὰ ζῷα· καὶ δὴ καὶ περὶ τὰ ζῷα γέγραπται ... τὰ δὲ ἀναίσθητα καὶ κατερριζωμένα ὡς τὰ φυτά· καὶ μέντοι καὶ περὶ Φυτῶν τῷ Ἀριστοτέλει γέγραπται, Simplic. in Arist. de Cælo p. 468, B. 25 Brand. : Καὶ περὶ μὲν τῶν ἀψύχων τὰ περὶ Μετάλλων γεγραμμένα διδάσκει, τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ μέν ἐστιν αἰσθητικὰ καὶ κατὰ τόπον κινούμενα ὡς τὰ ζῷα, τὰ δὲ ἀναίσθητα καὶ κατερριζωμένα ὡς τὰ φυτά· καὶ δὴ καὶ περὶ Φυτῶν αὐτῷ γέγραπται καὶ περὶ Ζώων, Joannes Philop. in Ar. de Gen. et Corrupt. f. 1 recto :' Ἐν δὲ ταῖς περὶ Ζώων πραγματείαις περὶ τῶν ὡς ἐμψύχοις καὶ αἰσθητικοῖς (παρακολουθούντων διαλήψεται)· πλεῖσται δὲ αὗται διὰ τὸ πολυειδὲς τῆς τῶν ζώων φύσεως. Ἐν δὲ τοῖς περὶ Φυτῶν περὶ τῶν ἐμψύχων μὲν οὐκ αἰσθητικῶν δέ, περὶ δὲ τῶν ἀψύχων ἐν τοῖς περὶ μετάλλων καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Μετεωρολογικῶν (1), id. fol. 2 recto : Εἴρηται γὰρ κατ' ἀρχὰς ὅτι οὐ περὶ τωνδέ τινων ἡ παροῦσα πραγματεία διαλαμβάνει, ἀλλὰ κοινῇ περὶ πάντων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ· κατὰ μέρος γὰρ περὶ τούτων αἱ ἐφεξῆς πραγματεῖαι διδάσκουσιν, αἱ μὲν περὶ τῶν ἐν τῷ μετεώρῳ σημαινόντων, ἄλλαι δὲ περὶ ζώων καὶ φυτῶν, Olympiodor. in Arist. Meteorol. f. 2 verso : Τὰ δὲ μέλλοντα προανακρούεται μεμνημένος τῶν ὑπολοίπων αὐτοῦ πραγματειῶν ὅσαι περὶ ἐμψύχων αὐτῷ εἰσὶ γεγραμμέναι· ἀλλὰ περὶ ἐμψύχων ἢ ἀναισθήτων ὡς ἡ περὶ Φυτῶν πραγματεία, ἢ αἰσθανομένων ὡς ἡ περὶ Ζώων ἱστορία, id. fol. 2 verso : Ἐξ γὰρ οὐσῶν τῶν πραγματειῶν συνιστασῶν τὴν πᾶσαν φυσιολογίαν, τρισὶ μὲν ἕπεται ἡ παροῦσα πραγματεία, τριῶν δὲ προηγεῖται· τῇ μὲν γὰρ Φυσικῇ ἀκροάσει καὶ τῇ περὶ Οὐρανοῦ καὶ τῇ περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς ἕπεται, προηγεῖται δὲ τῶν περὶ Ψυχῆς, τουτέστι τῆς περὶ Φυτῶν καὶ τῆς περὶ Ζώων. Ab his paulum differunt quæ dicit Simplicius in Categ. f. 1 B : Τῶν δὲ Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων τὰ μέν ἐστι μερικὰ ... τὰ δὲ καθόλου, τὰ δὲ καὶ μεταξύ, ὡς αἱ περὶ Ζώων, καὶ Φυτῶν ἱστορίαι. Non magis tamen, ut Rosius conjecit, inde consequitur Aristotelis Theophras-

(1) Cf. idem in Aristot. Meteor, t. I, p. 135 ed. Ideler· Μετὰ γὰρ τὰ Μετεωρολογικὰ ἡ περὶ Ζώων καὶ Φυτῶν λείπεται θεωρία, περὶ γὰρ μετάλλων ἐν τῷ προκειμένῳ ἐδίδαξε, et Theodor. Metoch. p. 575, vers. lat. Basil. 1562 : *Et post eam, profitetur se tractaturum universam historiam animalium plantarum, utpote quod in his concludatur et absolvatur universa naturalis tractatio.* Joan. Philop. in Arist. de Gen. Anim. fol. 31 verso ed. Venet. 1535 : Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν φυτῶν εἴρηκε καὶ ἐν τῇ περὶ Φυτῶν πραγματείᾳ.

Digitized by Google

tique opera ab interpretibus in unum corpus confusa fuisse (etsi illud libenter concedam ob nullam aliam causam servatos esse Theophrasti libros de Plantis et de Causis Plantarum, quam quod Aristotelis sive interierant, sive consulto prætermissi fuerant), sed eodem plane modo dicta sunt quo et cetera, quæ interpretes sive de dialogis sive de aliis philosophi scriptis, ut Politiis, quæ ipsi nunquam oculis usurpaverant, referre solent.

Sed ad libros revertamur qui in indicibus nominantur. Unicum ad hos referendum videtur fragmentum quod e Callimachi Ἐκλογῇ τῶν παραδόξων, apud Antigonum Mirab. 169 legitur, quum, quæ duobus locis affert Athenæus, licet XIV, p. 652, A, Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Φυτῶν laudetur, ex alio potius opere, Φυτικὰ inscripto, excerpta sint. Hujus et Pollux mentionem fecit, X, 170, incertus utrum Aristoteli an Theophrasto tribuendum sit, eodem plane modo quo apud eundem in simili opere, Μεταλλικὸν inscripto, factum est. Horum itaque librorum eadem plane ratio fuisse puto atque Ζωϊκῶν, quæ sexcenties ab Athenæo scripta sunt. Neque magis igitur genuina haberi possunt, quippe quæ omnia post Hermippi demum, ut videtur, indicem condita, ex Aristotelis præsertim et Theophrasti libris compilata sint. Sed et ita demonstratur peculiari opere de plantis tractasse Aristotelem, cujus rei testem præterea habemus Quintilianum Inst. Orat. XII, 22 : *Quot seculis Aristoteles didicit ut non solum quæ ad philosophos et oratores pertinent scientia complecteretur, sed animalium satorumque naturas omnes perquireret*, licet hæc quodammodo infirment quæ a Cicerone de Finib. V, 4 dicta sunt : *Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras, Theophrastus autem stirpium naturas omniumque fere rerum quæ e terra gignerentur causas atque rationes.*

Restat ut et illud quæramus, num peculiarem περὶ χυμῶν librum conscripsisse censendus sit Aristoteles. Ex ipsius verbis philosophi talem exstitisse librum nullo modo comprobari potest. Quæ dixit Meteorol. II, 3, 47 : Ποῖοι δὲ χυμοὶ ἐκ ποίων γίνονται κράσεων εἴρηται περὶ αὐτῶν χωρὶς ἐν ἄλλοις, hæc optime sive ad ipsam disputationem libri de Sensu c. 4, sive ad illam quam libris de Plantis propriam ibi esse dixerat philosophus : Τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν ἐν τῇ φυσιολογίᾳ τῇ περὶ τῶν φυτῶν, spectare possunt. Quæ et interpretis ad librum de Respiratione fol. 165 verso fuisse videtur sententia, disputationem περὶ φυτῶν et περὶ χυλῶν conjungentis. Errore igitur factum erit, ut Alexander in Meteorol. f. 98 verso πραγματείαν περὶ χυμῶν nominaret, quem temere secutus est Olympiodorus ib. fol. 36 et 37 recto, ubi de μονοβίβλῳ περὶ χυμῶν loquitur.

(ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ.)

(223.)

Antigon. Mirab. c. 169 (cf. 129 : Πεποίηται δέ τινα καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος Ἐκλογὴν τῶν παραδόξων, ἧς ἀναγράφομεν ὅσα ποτὲ ἡμῖν ἐφαίνετο εἶναι ἀκοῆς ἄξια... c. 133 : περὶ δὲ τῶν ποταμῶν καὶ χρηνῶν... c. 166 : περὶ δὲ πυρὸς... c. 168 : περὶ δὲ λίθων..) : περὶ δὲ φυτῶν τῆς ἀκάνθου εἶδος (ita Bentl. pro περὶ δὲ τούτων τῆς ἀκανθείσας quod in cod. leg.) Ἀριστοτέλην φάσκειν περὶ τὴν Ἐρύθηναν (Ἐρύθειαν conj. Rosius) εὑρίσκεσθαι διαποίκιλον τὴν χρόαν, ἐξ οὗ πλῆκτρα γίνεσθαι. Τίμων δὲ ὁ κιθαρῳδὸς εἶχε καὶ ἐπεδείκνυε πολλοῖς, φάσκων αὐτῷ τὸν διδάσκαλον Ἀρτοκλῆν δεδωρῆσθαι, εἶναι δ' αὐτῶν τὴν ἀφὴν ἐν τῇ χρείᾳ σκληράν.

« Cf. Theophr. Hist. Plant. IV, 4, 12 : Ἐν ἑτέροις δὲ τόποις ἐστὶν ἄκανθα λευκὴ τρίζος, ἐξ ἧς καὶ σκυτάλια καὶ βακτηρίας ποιοῦσιν· ὀπώδης δὲ καὶ μανή. Ταύτην δὲ καλοῦσι ἡρακλείαν (ex Erythea scil. insula propter Herculis in Iberiam στρατείαν famosa : eadem igitur est Theophrasti spina Herculea quæ Pseudaristotelis) ». *Rosius.*

(ΦΥΤΙΚΑ.)

1 (224).

Pollux X, 170 : Τάχα δὲ κἂν ὀροφόν τις ὀνομάσειεν, ὃς ἐστι στεγαστὴρ κάλαμος, ὃν καὶ Ὅμηρος (Il. ω, 451) ὀνομάζειν ἔοικεν ἐπὶ τῆς Ἀχιλλέως σκη-

---

(DE PLANTIS.)

Callimachus in Ecloga Mirabilium de plantis narrat Aristotelem dicere spinæ genus apud Erythiam inveniri, variatum colore ex quo plectra fiant. Ac Timon citharœdus unam habuit, multisque ostendit, dicens se a magistro suo Artocle accepisse. Esse autem durum earum in usu contactum.

(PHYTICA.)

1.

In Aristotelis seu Theophrasti Phyticis scriptum est : « Calami, tegetis, thryallidis, nuclei pinei, pinus ».

Digitized by Google

νῆς. Καὶ ἐν Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου Φυτικοῖς (ita pro Φυσικοῖς Hemsterhus.) γέγραπται· « Καλάμου, ὀρόφου, θρυαλλίδος, στροβίλου, πίτυος.

« Nescio an εὐκαύστων et δυσκάπνων (cf. Theophr. de Igne 72) exempla hæc fuerint. » *Rosius*.

2 (225).

Eustath. in Iliad. ν, 289, p. 932 32 : Σημείωσαι δὲ ὅτι αὐχὴν οὐ μόνον ἐπὶ ζώων λέγεται ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καρπῶν, ὡς δηλοῖ ὁ οὕτω γράψας « ἔσμα φησὶν Ἀριστοτέλης, Θεόφραστος δὲ μίσχον. » Ἔστι δὲ ὁ αὐχὴν τοῦ καρποῦ τῶν ἀκροδρύων.»

Photius s. v. Ἔσμα : Ἀριστοτέλης ὅπερ ὁ Θεόφραστος μίσχον· ἔστι δὲ ὁ αὐχὴν τοῦ καρποῦ τῶν ἀκροδρύων.

Cf. Theophr. Hist. Plant. I, 2, 1 : Μίσχος· τοῦτο δ' ἔστιν ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ φυτὸν τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός. Hesych. s. v. et s. v. Μίσχος : ὁ παρὰ τῷ φύλλῳ κόκκος. Schneider ad Theophr. t. III, p. 143.

3 (226).

Athen. XIV, p. 652 A : Καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Φυτῶν οὕτως· « Φοινίκων ἀνόρχων, οὓς τινες εὐνούχους καλοῦσιν, οἱ δὲ ἀπυρήνους. » Male hîc περὶ Φυτῶν liber pro Φυτικοῖς citatur, ut sæpe περὶ Ζώων pro Ζωικῶν.

Cf. Plinius Hist. Nat. XIII, 8 : *Quædam* (*palmæ* scil.) *ferunt statim in trimatu, in Cypro vero Syria, Ægypto quadrimæ, aliæ quinquennes altitudine hominis, nullo intus pomi ligno quamdiu sunt novellæ, ob id spadonum accepto nomine*, e quibus priora e Theophrasto Hist. Plant. II. 6, 6 ducta sunt. Εὐνουχίας calamos memorat idem IV, 11, 4.

4 (227).

Athen. XIV, p. 653, D : Γενναῖα (σῦκα) λέγει τὰ εὐγενῆ ὁ φιλόσοφος (Plato Leg. 844, E)... ἢ τὰ ἐπιγεγενημένα, οἷον τὰ ἐμβεβλημένα. Ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης καὶ ἐπεμβολάδας ἀπίους ὀνομάζει τὰς ἐγκεκεντρισμένας.

Cf. Harpocrat. s. v. Ἐμβεβλημένα : ἀντὶ τοῦ ἐγκεκεντρισμένα. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Νικόστρατον. Καὶ Ἀριστοτέλης δ' ἐμβολάδας ἀπίους λέγει τὰς τοιαύτας. Eustath. in Iliad. p. 545, 43 in Odyss. p. 1405, 40.

VIII. ΓΕΩΡΓΙΚΑ.

Aristotelis libri Γεωργικά inscripti in indice Anonymi inter pseudepigrapha recensentur. Eosdem norant Arabes quoque Dschemaluddinus XV libros numerat. Hadschi Khalfa V, 132, X. Hoc opere quod unus laudat Gargilius, usi videntur quos secutus est Ibn-El-Awwâm, e cujus scripto in hispanicam linguam translato *Libro de Agricultura, traducido al Castellano y anotado por don Josef, Antonio Banqueri*, Madrid 1802, quæ huc faciunt protulit Rosius, quem de ætate et origine horum librorum, aperta fraude Aristotelis suppositorum disputantem adeas p. 268-271. Ipsum Aristotelem de talibus ne voluisse quidem tractare satis perspicue declarant quæ ab ipso Politic. I. c. 4, § 2 et 3 dicta sunt.

Ne cui fraudem faciat titulus libri : *Aristote, Instruction pour le jardin potager*, Parisiis 1678 editi, non inutile fortasse erit hîc adjecisse, illum Aristotelem non Stagiritam philosophum, sed topiarium quendam in vico dicto *Puteaux* fuisse.

1 (228).

Geoponic. III, 3 : Τούτῳ τῷ μηνὶ (Μαρτίῳ scilic.) ταῖς ῥίζαις τῶν ἀμυγδαλῶν κόπρον χοιρείαν ἐπιθήσομεν· τάς τε γὰρ πικρὰς γλυκείας ποιεῖ καὶ μείζους καὶ τρυφερὰς, ὡς Ἀριστοτέλης φησί.

Desumpta hæc sunt, ut in initio primi capitis indicatur : Ἐκ τοῦ Βάρωνος καὶ τῶν Κυντιλίων. Cf. X, 59, 2. Gargil. Mart. c. 5, p. 408 Mai, Pallad. de Re rust. II, 15, 11.

2 (229).

Gargilius Mart. c. 5, p. 408 Mai : ARISTOTELES *in Georgicis amaritudinem amygdali flagranti soli adsignat, quum crebrius exustæ dulcior sucus hauriatur*. Cf. Nicol. Damasc. de Plantis II, 16 ed. Meyer.

2.

Ἔσμα (*pediculus*) dicit Aristoteles; Theophrastus vero μίσχον. Est vero pediculus, quem nonnulli cervicem (αὐχένα) vocabant fructus.

3.

Aristoteles in libro de Plantis hæc dixit : « Palmarum quæ testiculis carent, quas spadones nonnulli vocant, alii apyrenas ».

4.

Aristoteles insititia pyra dicit, quæ ex insitione nata sunt.

GEORGICA.

1.

Stercus suillum amygdalas amaras facit dulces et majores et delicatas, ut dicit Aristoteles.

Digitized by Google

3 (230).

Ibn El-Awwâm t. I, p. 551 Banq. : *Es maxima de* Aristoteles *que introduciendo una piedra en la hendidura executada en el pie del arbol, le hace esto fructificar ; la qual ha de quedar descubierta, segun Kastos.* Apud gallicum interpretem, *Le livre de l'Agriculture d'Ibn-Al-Awâm, traduit de l'arabe par Clément Mullet,* Paris, 1864-1866, hæc sic expressa sunt, t. I, ch. XII, p. 517 : *Aristote prescrit de fendre le pied* (*de la vigne*) *et d'introduire dans cette fente une pierre, et alors la stérilité cessera* (cf. Geop. V, 32). *Suivant Kastos, cette pierre ne doit pas être ronde.* Cf. Gargilius c. 5, p. 407 Mai : *De amygdalis : Si ferax non erit, terebrari in radicibus debet, et taxillus e tæda in foramen aptari vel in locum tædæ cuneus, qui esset ex robore. Quidam radicibus perforatis silicem adjiciunt et ita arboris librum patiuntur inolescere.* E Gargilio Palladius de Re Rustica II, 15, 9-10. Cf. Columella de Arbor. c. 25, de Re Rust. V, 10, 20, qui tamen potius Theophrastum secutus videtur H. Plant. II, 7, 6; unde et Plinius Nat. Hist. XVII, 43.

4 (231).

Ibn El-Awwâm t. I, p. 657 c. XV Banq. : *En quanto a las lechugas y las acelgas dice* Aristoteles *que, si quieres que en un solo pie de qualquiera de ellas haya dos especies de hortaliza, tomes excremento de camello u otro igual, y horadandole hasta dexarle hueco, pongas en el dos o tres granos de cada una de las simientes de lechugas, apio o semejantes, y sepultandolas en tierra labrada, y cubriendolas con polvo de buena calidad y estiercol podrido bien desmenuzado en cantidad suficiente, segun lo expresado en la siembra de las hortalizas, les des con frequencia los acostrumbados riegos, pues asi quando nacen se forman un solo pie ; y lo mismo sucede, si en lugar de las lechugas se ponen acelgas.* Versio gall. t. I, p. 617 ; Aristote *dit, en parlant des laitues et des bettes, que lorsqu'on veut se procurer sur un même pied des légumes de diverses couleurs ou espèces, il faut prendre une fiente de chameau ou quelque chose d'analogue, percé de façon à y pratiquer une cavité ; introduire des graines de laitue et de persil, deux ou trois grains de chaque espèce ; enfouir alors le tout dans une terre bien préparée, le couvrant d'une terre végétale de bonne qualité et de terreau consommé et en poudre en quantité suffisante ; on se conforme du reste à ce qui a été dit plus haut pour le semis des légumes ; on donne les arrosements habituels. Or, quand ces graines ont poussé, elles ne forment qu'un seul pied* (*composé des diverses espèces semées*) *; on peut, au lieu de laitue, mettre de la bette, et le résultat est le même.*

Cf. Geoponica XII, 14 : Ὥστε θρίδακα ἔχειν ἐν ἑαυτῇ σέλινον καὶ εὔζωμον καὶ ὄκιμον καὶ τὰ τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης. Διδύμου : Αἰγὸς ἢ προβάτου λαβὼν τὴν κόπρον, καίτοι μικρὰν οὖσαν τρυπήσας, κένωσον εὐφυῶς καὶ ἔνθες τὰ σπέρματα εἰς τὸ κενωθὲν πυκνῶς τῶν προειρημένων ἢ ὧν βούλει σπερμάτων καὶ εἰς βάθος μὴ ἔλαττον παλαιστῶν δύο κατάθου, προϋποπάσας ἁπαλὴν κόπρον καὶ ἀραιὰν διαθείς, ἔπειτα λεπτὴν γῆν ἐπιχώσας ἄρδευε ἠρεμαίως ὕδατι καὶ ἐκφυὲν τὸ σπέρμα κατάρραινε, συνεχῶς ἐπιπάσσων κόπρον · καὶ ὅταν εἰς καυλὸν αὐξηθῇ, ἐπιμελοῦ πολλῷ μᾶλλον, καὶ ἔσται θρίδαξ τῶν συμβληθέντων σπερμάτων συμφυής. Cf. Pallad. de Re Rust. II, 14, 3.

5 (232).

Ibn El-Awwâm t. I, p. 671 c. XVI : *Si quieres, dice* Aristoteles, *conservar manzanas, guardalas metidas en barro de alfahares el tiempo que te pareciere, y las hallaras buenas y sanas. Y si te agradare, pon el mismo barro en vaso de igual materia, lodo seco, o cosa semejante, y alli occulta las manzanas sin juntar unas con otras ; las quales guardando las en el vaso despues de seco, las sacaras xugosas siempre y quando quisieres ; y si las pones en tinajas, embarrando le a estas un poco, se conservan frescas mucho tiempo.* Versio gall. t. I, p. 630 : *Suivant* Aristote, *quand on veut conserver des pommes, on les plonge dans l'argile à potier ; quand on l'enlève, on trouve toujours le fruit bien sain. On peut, si l'on préfère, disposer ce lut à l'état de mollesse dans un vase d'argile à potier ou de toute autre argile, pourvu qu'il soit sec, ou dans quelque chose d'analogue ; on y plonge le fruit isolément. On fait sécher, et quand il en est ainsi, on enserre, et toutes les fois qu'on voudra retirer une pomme, on la trouvera toujours fraîche. Si on enserre le fruit dans un tonneau enduit d'une légère couche d'argile, il se conserve longtemps aussi avec sa fraîcheur.*

« Similia quædam sed artificiosiora habent Geopon. X. 21. Cf. Pallad. (e Gargilio) III, 25, 17. » *Rosius.*

6 (233).

Ibn El-Awwâm t. I, p. 673, c. XVI : *Maxima es de* Aristoteles, *que el que quiera conserva*

Digitized by Google

os membrillos, los tenga en barro de alfahareros. Versio gall. t. I, p. 632 : ARISTOTE *conseille de plonger les coings dans l'argile à potier pour les garder.*

www.libtool.com.cn

Cf. Geoponic. X, 26. Gargilius p. 392 Mai, e quo Palladius de Re Rust. III, 25, 25.

7 (234).

Ibn El-Awwâm t. II, p. 226, c. XXV : *Citando a* ARISTOTELES *se dice, sobra las cosas que echan a perder los melones, que si se rocian con algun vinagre, se pudren enteramente ; que si en el melonar o cohombral entra muger menstruada, dana esto a uno y otro, pues les corrompe el fruto haciendo le amargo; y tambien se dice, que enferma y se pudre.* Versio gall. t. II, p. 218 : *Suivant d'autres, parmi les procédés nuisibles au melon, il faut citer ceux-ci : d'après* ARISTOTE, *il périt quand on l'arrose, même avec une petite quantité de vinaigre. Si une femme à l'époque de la menstruation entre dans les lieux où on cultive des melons ou des concombres, c'est très-mauvais, le fruit se gâte ou devient amer; suivant d'autres, il s'étiole et meurt.*

« De mulieris accessu cf. Columella XI, 3, 50, Geopon. XII. 20, 5 : (περὶ μηλοπεπόνων) : Γυνὴ ἐμμήνος μὴ εἰσίτω εἰς σικυήλατα · μαραίνει γὰρ τοὺς καρποὺς καὶ τὰ φυόμενα πικρὰ ἔσται. » *Rosius.*

8 (235).

Ibn El-Awwâm, t. II, p. 242, c. XXV : *Si quieres, dice* ARISTOTELES, *que fructifiquen mucho las calabazas, los cohombros y los pepinos, y que ademas de esto no necessiten aquellas (segun Kastos) mucho riego, cava en la tierra donde quieras sembrar aquellas pepitas unos hoyos hondos y anchos, y habiendoles rehinchido la mitad de paya y herba seca, acabalos de llenar con mezcla de polvo xugoso y estiercol repodrido quando un codo en alto; y sembrando alli aquella simiente riegala con agua, pues de este modo viendra bien y su fruto sera muy abundante,* Versio gall. t. II, p. 233 : *Suivant* ARISTOTE, *si on veut augmenter le produit de la courge, du concombre et du cornichon, il ne faut pas, comme le pense aussi Kastos, donner beaucoup d'eau, mais il faut ouvrir, dans le sol où on a l'intention de les semer, un trou profond et large. On y dépose dans le fond, jusqu'à la moitié de la cavité, de la paille et de l'herbe sèche; on remplit le surplus de la cavité avec de la terre meuble, fraîche, mêlée de fumier usé (terreau). Ce mélange (terreux) occupera la partie supérieure dans une épaisseur d'une coudée* (0m,462) ; *les choses ainsi disposées, on sème la graine et on arrose, et l'on a un beau résultat et un grand produit.* Cf. Geop., XII, 19; Pallad. IX, 8.

IX. ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΗΣ.

In libris de Anima II, c. 4 § 16 ita dixerat philosophus : Τύπῳ μὲν οὖν ἡ τροφὴ τί ἐστιν εἴρηται· διασαφητέον δ' ἐστὶν ὕστερον περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις. Ad quæ Simplicius, fol. 32 recto : Τουτέστιν ἐν τῇ περὶ Ζώων γενέσεως, εἰρηκὼς ἤδη καὶ ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς. Similiter Joannes Philoponus fol. J, 3 a : Εἴρηκε μέν πως περὶ τροφῆς καὶ ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως· ἐρεῖ δὲ ὕστερον καὶ ἐν τῇ περὶ Ζώων γενέσεως πραγματείᾳ, εἰς ἣν ὑπερτίθεται. Quocum consentit Alexander Aphrod. quum in Aristotel. de Sensu fol. 107 verso ad philosophi verba c. 4, t. III, p. 483, 27 : Δεῖ μὲν οὖν διορίζειν· περὶ τούτων (περὶ τῆς προσφερομένης τροφῆς) ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως, hæc scribat : Εἶναι μὲν οὖν φησι τὸν περὶ τοῦ σίτου τίσι καὶ πῶς τρεφόμεθά τε καὶ αὐξόμεθα, τοῖς περὶ γενέσεως λόγοις οἰκεῖον. Εἰρηκε δὲ περὶ μὲν αὐξήσεως ἰδίως ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς· περὶ δὲ τροφῆς ἐν τοῖς περὶ Ζώων γενέσεως· διὸ τὸν μὲν ἀκριβῆ λόγον εἰς ἐκείνας ἀνατίθεται, ὡς οἰκειοτέρας τῆς πραγματείας.

Errorem interpretum notavit jam C. Gesnerus, in *Physicis meditationibus*, Tiguri, 1586, cujus verba attulit Trendelenburgius in commentariis ad libros de Anima p. 362 : « At nihil tale invenimus in his : nisi quod libri octavi historiæ capitibus undecim primis de victu animalium particulatim agit.» Nec aliter Trendelenburgius l. l. p. 124 : « Ceterum in libris de anima quæstio περὶ Τροφῆς promittitur. De victu nobis quidem singularis liber non exstat et quæ libri octavi Historiæ animalium capitibus undecim leguntur, vix sufficiunt. » Peculiarem de hac quæstione librum sæpius significare videtur Aristoteles.

De Somno, c. 3, t. III, p. 504, 13 : Τῆς μὲν οὖν θύραθεν τροφῆς εἰσιούσης εἰς τοὺς δεκτικοὺς τόπους, γίνεται ἡ ἀναθυμίασις εἰς τὰς φλέβας, ἐκεῖ δὲ μεταβάλλουσα ἐξαιματοῦται καὶ πορεύεται ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τροφῆς. Νῦν δὲ κτέ.

De Part. anim. II, 3, t. III, p. 235, 14 : Ὃν δὲ τρόπον λαμβάνει ἐξ αὐτοῦ (τοῦ αἵματος scil.) τὰ μόρια τὴν αὔξησιν, ἔτι δὲ περὶ τροφῆς ὅλως, ἐν τοῖς περὶ γενέσεως καὶ ἐν ἑτέροις οἰκειότερόν ἐστι διελθεῖν ; νῦν δὲ κτέ.

Ibid. c. 14, t. III, p. 270, 46 : Ἀλλὰ περὶ μὲν

Digitized by Google

τούτων (τῆς κοιλίας scilicet καὶ τοῦ καλουμένου ἐντέρου) ἐν τοῖς περὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν τροφὴν οἰκειότερός ἐστιν ὁ διορισμός. Cf. de Gener. II, 6.

Ibid. c. 7, t. III, p. 239, 51 : Τὰ μὲν οὖν τῆς τροφῆς περιττώματα περὶ τὴν τῆς τροφῆς σκέψιν καὶ θεωρίαν οἰκείους ἔχει τοὺς λόγους, τίσι τε τῶν ζώων ὑπάρχει καὶ διὰ τίνας αἰτίας· τὰ δὲ περὶ σπέρματος καὶ γάλακτος ἐν τοῖς περὶ γενέσεως· τὸ μὲν γὰρ ἀρχὴ γενέσεως αὐτῶν ἐστι, τὸ δὲ χάριν γενέσεως.

Ibid. IV, 4, t. III, p. 276, 45 : Τίνα δὲ τρόπον λαμβάνει τὴν τροφὴν (τὸ μεσεντέριον scil.), καὶ πῶς εἰσέρχεται διὰ τῶν φλεβῶν ἀπὸ τῆς εἰσιούσης τροφῆς εἰς τὰ μόρια ταῦτα τὸ διαδιδόμενον εἰς τὰς φλέβας, ἐν τοῖς περὶ τὴν γένεσιν τῶν ζώων λεχθήσεται καὶ τὴν τροφήν.

De Animal. motione c. 10, t. III, p. 524, 44 : Τίς μὲν οὖν ἡ σωτηρία τοῦ συμφύτου πνεύματος, εἴρηται ἐν ἄλλοις.

Incertum est utrum Michaelis Ephesii verba ad h. l. fol. 156 recto : Περὶ δὲ τῆς τοῦ συμφύτου πνεύματος σωτηρίας οἰκεῖον ἦν εἰπεῖν ἐν τοῖς περὶ τροφῆς, ad peculiarem librum an ad libros de Ortu et Interitu et de Generatione animalium pertineant.

Ad librum περὶ Τροφῆς denique conjectura retulit locum Idelerus (comm. in Arist. Meteor. t. II, p. 445) e libro quarto Meteorolog. c. 3, § 25 : Καὶ ζῷον οὐκ ἐγγίνεται ἐν τῇ πέψει, ὥσπερ τινές φασιν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀποχρίσει σηπομένῃ ἐν τῇ κάτω κοιλίᾳ· εἶτ' ἐπανέρχεται ἄνω· πέττεται μὲν γὰρ ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, σήπεται δ' ἐν τῇ κάτω τὸ ἀποκριθέν· δι' ἣν δ' αἰτίαν εἴρηται ἐν ἑτέροις. De hac re aliter statuerat Alexander Aphrod. ad h. l. fol. 131 recto, in cujus tamen verbis excidisse nonnulla videntur : Τὴν δ' αἰτίαν τοῦ κάτω μὲν γίνεσθαι αὐτά (τὰ ζῷα scil.), ἐπανιέναι δὲ πολλάκις καὶ ἐπὶ τὴν ἄνω κοιλίαν, ἐν ἑτέροις εἰρῆσθαί φησιν· ἐν γὰρ τοῖς Προβλήμασι· κάτω μὲν γὰρ καὶ ἐν τῇ κάτω κοιλίᾳ, ὅτι ἐκ σήψεως γίνεται· ἐνταῦθα δὲ ἡ σῆψις. Ἐπάνεισι δὲ ἐν ταῖς νόσοις καὶ ἐπὶ τὴν ἄνω κοιλίαν, δι' ἃς ἐν ἐκείνοις αἰτίας λέγει. In his autem quæ hodie exstant problematis nihil de hac re reperitur. Quod enim legitur Probl. XX, 12, t. IV, p. 216, 21, vix huc referri poterit. Quo jure denique Fr. Patritius hunc Aristotelis locum inter illos recensuerit, in quibus philosophus superstites libros citaverit, dicere nequeo, quum quinam ille liber fuerit, nec in *Discussionum Peripateticarum* editione Veneta 1571, f. 37 recto, nec in Basileensi p. 57, additum reperiatur.

X. ΠΕΡΙ ΝΟΣΟΥ ΚΑΙ ΥΓΙΕΙΑΣ.

De Sensu, c. 1, t. III, p. 476, 18 : Φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς· οὔτε γὰρ ὑγίειαν, οὔτε νόσον οἷόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐστερημένοις ζωῆς· διὸ σχεδὸν τῶν τε περὶ φύσεως οἱ πλεῖστοι καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ φιλοσοφωτέρως τὴν τέχνην μετιόντες, οἱ μὲν τελευτῶσιν εἰς τὰ περὶ ἰατρικῆς, οἱ δ' ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἄρχονται περὶ τῆς ἰατρικῆς. Ad hæc Alexander Aphrod. fol. 94 recto : Καὶ ὅτι οἰκεία ἡ περὶ τούτων (τῆς νόσου καὶ ὑγιείας scilicet) θεωρία τῇ περὶ ζῴων, ἔδειξεν εἰπών· « Οὔτε γὰρ .. ζωῆς, » et paulo post : Τὸ δὲ περὶ Ὑγιείας καὶ Νόσου, εἰ ἐγένετο, οὐ σώζεται. Cf. Scholia ad Aristot. de Partibus animal. ed. Langkavel. Berol. 1863, p. 17 : Καὶ γάρ, ὡς ἐν τῷ περὶ Αἰσθήσεως καὶ Αἰσθητῶν εἶπεν, ἀρίστου φυσικοῦ ἐστι τὸ μέχρι τῶν ἰατρικῶν καταντᾶν λόγων, ὥσπερ καὶ ἰατροῦ τὸ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῶν περὶ φύσεως. Ἡ δὲ πραγματεία αὕτη, ἧς μνημονεύει, οὐχ εὑρίσκεται νῦν, φαίνεται δὲ ὡς γέγραφε καὶ οὗτος ἰατρικήν.

De Longit. et Brevitate vitæ c. 1, t. III, p. 527, 13 : Περὶ μὲν οὖν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως εἴρηται πρότερον, περὶ δὲ ζωῆς καὶ θανάτου λεκτέον ὕστερον, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ νόσου καὶ ὑγιείας, ὅσον ἐπιβάλλει τῇ φυσικῇ φιλοσοφίᾳ· νῦν δὲ κτέ. Michael Ephes. ad h. l. fol. 157 recto : Μέμνηται δ' ἐν αὐτῷ (legendum est αὐτῇ, quum spectet ad πραγματείᾳ quod præcedit, nisi potius sequens πρῶτον in προοιμίῳ mutandum sit) πρώτων, ὡς εἰρηκὼς μὲν περὶ ὕπνου, ἐρῶν δὲ περὶ ὑγείας καὶ νόσου καὶ περὶ νεότητος καὶ ζωῆς ὡς τελευταίων τούτων ὄντων τῆς φυσικῆς ζητήσεως.

De Respirat. c. 21, t. III, p. 551, 13 : Περὶ μὲν οὖν ζωῆς καὶ θανάτου καὶ τῶν συγγενῶν ταύτης τῆς σκέψεως σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων· περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ ἀλλὰ καὶ τοῦ φυσικοῦ μέχρι του τὰς αἰτίας εἰπεῖν. Ἡ δὲ διαφέρουσι καὶ ᾗ διαφέροντα θεωροῦσιν, οὐ δεῖ λανθάνειν, ἐπεὶ ὅτι γε σύνορος ἡ πραγματεία μέχρι τινός ἐστι, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον· τῶν τε γὰρ ἰατρῶν ὅσοι κομψοί, ἢ περίεργοι, λέγουσί τι περὶ φύσεως καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν, καὶ τῶν περὶ φύσεως πραγματευθέντων οἱ χαριέστατοι σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικάς.

Michael Ephes. ad h. l. fol. 165 verso : Ταῦτα εἰπὼν (leg. est εἶπεν) εἶτα φήσας ὅτι περὶ ὑγείας καὶ νόσου οἰκεῖόν ἐστιν εἰπεῖν τῷ φυσικῷ μέχρι του καὶ ὅτι οὐ δεῖ λανθάνειν, ᾗ διαφέρουσιν ἰατρική τε καὶ φυσικὴ καὶ πῶς διαφέρουσι, ταῦτα τὴν ὑγείαν καὶ νόσον θεωροῦσι, καὶ ὅτι σύνορός ἐστιν ἡ φυσικὴ τῇ ἰατρικῇ, τούτου μὲν πέπαυται τοῦ βιβλίου· τὰ δ' ἑξῆς μὲν ἔχει τὸν περὶ γάλακτος λόγον· πάλαι γὰρ ἐσύστερον εὑρεῖν ὑπερέθετο, ἐν ᾧ καὶ περὶ πέψεως καὶ ἀπεψίας εἰπεῖν ἁρμόττει. Τούτοις δ' οἰκεῖος καὶ ὁ περὶ ὑγείας καὶ νόσου· τῆς γὰρ τροφῆς κρατουμένης μὲν εἰκὸς ὑγείαν, ἀπέπτου δὲ γενομένης τὰς νόσους γεννᾶσθαι. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς, ὄντα δὲ

Digitized by Google

περὶ φυτῶν καὶ χυλῶν, Ἀριστοτέλους μὲν οὐχ εὑρίσκομεν, διὰ τὸ τὰς συντάξεις ἀπολωλέναι· ἐκ δὲ τοῦ Θεοφράστου δεῖ λαμβάνειν, μέχρι ἂν εὑρεθῇ τὰ ὑπ' Ἀριστοτέλους γραφέντα.

www.libtool.com.cn

Erroris Michaelem arguere videntur verba philosophi, de Part. anim. II, c. 7, t. III, p. 239, 51 : Τὰ μὲν οὖν τῆς τροφῆς περιττώματα περὶ τὴν τῆς τροφῆς σκέψιν καὶ θεωρίαν οἰκείους ἔχει τοὺς λόγους, τίσι τε τῶν ζώων ὑπάρχει καὶ διὰ τίνας αἰτίας· τὰ δὲ περὶ σπέρματος καὶ γάλακτος ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως· τὸ μὲν γὰρ ἀρχὴ γενέσεως αὐτῶν ἐστι, τὸ δὲ χάριν γενέσεως, et ibid. c. 9, t. III, p. 243, 9 : Ἔτι δὲ περὶ γονῆς καὶ γάλακτος ἀπελίπομεν ἐν τῇ περὶ τῶν ὑγρῶν καὶ ὁμοιομερῶν θεωρίᾳ· τοῖς γὰρ περὶ Γενέσεως λόγοις ἁρμόττουσαν ἔχει τὴν σκέψιν· τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀρχή, τὸ δὲ τροφὴ τῶν γινομένων ἐστί.

De Partt. anim. II, c. 7, t. III, p. 238, 48 : Διὸ καὶ τὰ ῥεύματα τοῖς σώμασιν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐστι τὴν ἀρχήν, ὅσοις ἂν ᾖ τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον ψυχρότερα τῆς συμμέτρου κράσεως· ἀναθυμιωμένης γὰρ διὰ τῶν φλεβῶν ἄνω τῆς τροφῆς, τὸ περίττωμα ψυχόμενον διὰ τὴν τοῦ τόπου τούτου δύναμιν ῥεύματα ποιεῖ φλέγματος καὶ ἰχῶρος. Δεῖ δὲ λαβεῖν, ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντα μικρόν, ὁμοίως συμβαίνειν ὥσπερ τὴν τῶν ὑετῶν γένεσιν· ἀναθυμιωμένης γὰρ ἐκ τῆς γῆς τῆς ἀτμίδος καὶ φερομένης ὑπὸ τοῦ θερμοῦ πρὸς τὸν ἄνω τόπον, ὅταν ἐν τῷ ὑπὲρ τὴν γῆν γένηται ἀέρι ὄντι ψυχρῷ, συνίσταται πάλιν εἰς ὕδωρ διὰ τὴν ψύξιν καὶ ῥεῖ κάτω πρὸς τὴν γῆν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ταῖς τῶν νόσων ἀρχαῖς ἁρμόττει λέγειν, ἐφ' ὅσον τῆς φυσικῆς φιλοσοφίας ἐστὶν εἰπεῖν περὶ αὐτῶν.

Facile concedam minime talia esse philosophi verba, ut satis certo inde colligi liceat, librum de Morbo ac Sanitate revera ab eo conscriptum fuisse. Attamen haud obscure significant quod de hac re consilium habuerit. Neque illud objici poterit, talis libri titulum apud Diogenem Laertium frustra quæri, de ceteris enim indicibus, præsertim arabicis, nihil nunc curo, quippe quorum nimis incerta est fides. Quod vero, si ad hanc quæstionem dijudicandam alicujus esset ponderis, jam non solum de libro περὶ Τροφῆς, sed de omnibus quos vulgo Parva Naturalia vocant, quorum partem fuisse libros περὶ Τροφῆς et περὶ Νόσου verisimillimum puto, dubitandum foret. At plane aliter se ea res habet. Eadem enim causa, qua factum est ut pleraque Aristotelis scripta quæ quidem nos habemus, in indice Diogenis Laertii desiderentur, fieri quoque oportuit, ut ab eo absint, tituli eorum quæ ad idem genus pertinerent et quorum memoria prorsus interiit, præterquam quæ de iis apud ipsum philosophum dicta sunt.

XI. ANATOMAI.

Eadem illa ambiguitas, de qua sæpius querendum est in verbis philosophi, in hac quoque quæstione ad quam nunc accedimus locum obtinet. In utroque indice, inter titulos librorum ad Animalium historiam pertinentium, afferuntur qui vocantur Ἀνατομῶν libri, α' β' γ' δ' ε' ς' ζ' apud Diog. L. 103, περὶ Ἀνατομῶν ς' apud Anonymum 84, quos statim alter similis excipit titulus Ἐκλογὴ Ἀνατομῶν α' apud D. L. 104, Ἐκλογὴ τούτων α' apud Anon. 85. De hoc, quem præter indices solus Apollonius Mirab. c. 39 attulit, postea dicemus, de Ἀνατομῶν vero libris quum ad eos plus quam semel lectorem retulisse videatur Aristoteles, hic jam disserendi locus erit. Quod si tamen accuratius inspiciuntur loci satis multi, in quibus ἀνατομῶν mentio apud Aristotelem facta est, minime eorum omnium unam eamdemque rationem esse facile apparebit. A reliquis, ita primum secernendi sunt quinque, in quibus ἀνατομαί nihil aliud significant, nisi ipsam dissectionem corporum. Quod jam satis declarant quæ apponemus philosophi verba :

De Generat. Animal. II, 7, t. III, p. 366, 25 : Οἱ δὲ λέγοντες τρέφεσθαι τὰ παιδία ἐν ταῖς ὑστέραις διὰ τοῦ σαρκίδιόν τι βδάλλειν οὐκ ὀρθῶς λέγουσιν. Ἐπί τε γὰρ τῶν ἄλλων ζώων ταὐτὸν συνέβαινεν ἄν, νῦν δ' οὐ φαίνεται, θεωρῆσαι γὰρ τοῦτο ῥᾴδιον διὰ τῶν ἀνατομῶν.

Ibid. IV, 1, p. 393, 18 : Ἔτι δὲ γίνεται δίδυμα θῆλυ καὶ ἄρρεν ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ μορίῳ πολλάκις τῆς ὑστέρας, καὶ τοῦθ' ἱκανῶς τεθεωρήκαμεν ἐκ τῶν ἀνατομῶν ἐν πᾶσι τοῖς ζωοτοκοῦσι καὶ ἐν τοῖς πεζοῖς καὶ ἐν τοῖς ἰχθύσιν.

Ibid. c. 4, p. 404, 38 : Ἐν ταὐτῷ γὰρ γίνονται τόπῳ τῆς ὑστέρας δύο πολλάκις, ἐν δὲ τοῖς πολυτόκοις, ὅταν πληρωθῇ τῶν ἐμβρύων, ἐφεξῆς κείμενα φαίνεται. Τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν ἀνατομῶν ἐστιν.

Ibid. V, 1, p. 415, 32 : Ἀλλ' ὅμως ἐγειρόμενα φαίνεται (τὰ ζῷα scilicet) καὶ ἐν τῇ μήτρᾳ, δῆλον δὲ γίνεται τοῦτο ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ ἐν τοῖς ὠοτοκοῦσιν.

De Partt. Animal. IV, 2, t. III, p. 275, 4 : Οὐκ ὀρθῶς δ' ἐοίκασιν οἱ περὶ Ἀναξαγόραν ὑπολαμβάνειν ὡς αἰτίαν οὖσαν (τὴν χολὴν scil.) τῶν ὀξέων νοσημάτων· ὑπερβάλλουσαν γὰρ ἀπορραίνειν πρός τε τὸν πνεύμονα καὶ τὰς φλέβας καὶ τὰ πλευρά· σχεδὸν γὰρ οἷς ταῦτα συμβαίνει τὰ πάθη τῶν νόσων, οὐκ ἔχουσι χολήν, ἔν τε ταῖς ἀνατομαῖς ἐγίνετο τοῦτο φανερόν.

Cum his apte conferri possunt quæ eodem plane sensu in libro spurio de Spiritu dicta sunt, c. 5, t. III, p. 667, 10 : Φανερὸν δ' ἔκ τε

Digitized by Google

τῶν ἀνατομῶν εἶναι, καὶ ὅτι εἰς τὸ ἔντερον καὶ εἰς τὴν κοιλίαν αἵ τε φλέβες καὶ αἱ ἀρτηρίαι συνάπτουσιν, ἃς εἰκὸς εἶναι τὴν τροφὴν ἕλκειν. Hisce igitur omnibus locis, sive διὰ τῶν ἀνατομῶν, sive ἐκ τῶν ἀνατομῶν, sive ἐν ταῖς ἀνατομαῖς dixit philosophus, nihil aliud sunt ἀνατομαί, quam ipsæ corporum dissectiones, de quibus memorabilis locus legitur de Anim. Hist. l. III, 2 § 2. Quominus autem ubicunque huic vocabulo eandem vim apud Aristotelem tribuamus, totidem nec minus perspicui obstant loci :

De Anim. Hist. I, 17, t. III, p. 17, 14 : Ὧν (τῶν ὑστερῶν scil.) ἡ μὲν ὄψις θεωρείσθω ἐκ τῆς διαγραφῆς τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς.

Ibid. III, 1, p. 37, 24 : Αὐτῶν δὲ τούτων (τῶν σελαχῶν scil.) πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἰχθῦς ἡ διαφορὰ τῶν ὑστερῶν ἀκριβέστερον ἂν θεωρηθείη τοῖς σχήμασιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν.

Ibid. IV, 1, p. 57, 42 : Ἕκαστα δὲ τούτων ὡς κεῖται τῶν μορίων, θεωρείσθω ἐκ τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαγραφῆς.

Ibid. VI, 11, p. 113, 34 : Θεωρείσθωσαν δὲ καὶ οἱ τῶν ἀρρένων (τῶν σελαχῶν scil.) πόροι, ὡς ἔχουσιν, ἐκ τῶν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαγεγραμμένων.

De Gener. Anim. II, 7, p. 366, 17 : Ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν μονοτόκα, τὰ δὲ πολυτόκα τῶν τοιούτων ἐστὶ ζῴων, καὶ τὰ πλείω τῶν ἐμβρύων τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον τῷ ἑνί. Δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἔκ τε τῶν παραδειγμάτων τῶν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς καὶ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων.

Hisce vero locis subjungendus est multo major numerus eorum, in quibus dubium relinquitur quidnam per ἀνατομάς significare voluerit philosophus :

De Somno c. 3, t. III, p. 504, 11 : Τόπος δὲ τοῦ αἵματος αἱ φλέβες, τούτων δ' ἀρχὴ ἡ καρδία· φανερὸν δὲ τὸ λεχθὲν ἐκ τῶν ἀνατομῶν.

De Respiratione c. 8, p. 542, 28 : Ἀρχὴ δὲ τῶν φλεβῶν ἡ καρδία τοῖς ἐναίμοις· οὐ γὰρ διὰ ταύτης, ἀλλ' ἐκ ταύτης ἠρτημέναι πᾶσαι τυγχάνουσιν. Δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀνατομῶν.

De Partibus Animal. III, 4, p. 258, 47 : Αὕτη γὰρ (ἡ καρδία scil.) ἐστὶν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τοῦ αἵματος ἡ ὑποδοχὴ πρώτη. Ἐκ τῶν ἀνατομῶν δὲ κατάδηλα μᾶλλον ταῦτα καὶ ἐκ τῶν γενέσεων.

Ut hîc per ἐκ τῶν γενέσεων non libri de Generatione animalium, sed partus intelligendi sunt, ita et eodem loco et in duobus qui antecedunt, ἀνατομαί, ipsæ sunt dissectiones; in sequentibus vero designantur libri, vel potius descriptiones per lineamenta quæ illis continebantur.

De Respirat. c. 16, t. III, p. 547, 38 : Ὃν δὲ τρόπον ἡ καρδία τὴν σύντρησιν ἔχει πρὸς τὸν πνεύμονα, δεῖ θεωρεῖν ἔκ τε τῶν ἀνατεμνομένων καὶ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῷα γεγραμμένων.

Ib. l. 47 : Ὡς δ' ἡ θέσις ἔχει τῆς καρδίας πρὸς τὰ βράγχια, πρὸς μὲν τὴν ὄψιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν, πρὸς δ' ἀκρίβειαν ἐκ τῶν ἱστοριῶν.

De Partib. Animal. II, 3, p. 234, 51 : Αἱ γὰρ φλέβες κατατείνονται διὰ τοῦ μεσεντερίου παράπαν, κάτωθεν ἀρξάμεναι μέχρι τῆς κοιλίας· δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν καὶ τῆς φυσικῆς ἱστορίας.

Ib. III, 5, p. 262, 46 : Τὸ δὲ μετ' ἀκριβείας ὡς ἔχουσιν αἱ φλέβες πρὸς ἀλλήλας, ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν καὶ ἐκ τῆς ζωϊκῆς ἱστορίας.

De Gener. Animal. II, 4, p. 357, 10 : Τροφὴ δὲ ζῴου ἡ ἐσχάτη αἷμα καὶ τὸ ἀνάλογον· τούτων δ' ἀγγεῖον αἱ φλέβες· διὸ ἡ καρδία καὶ τούτων ἀρχή. Δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τῶν ἱστοριῶν καὶ τῶν ἀνατομῶν.

De Partibus Animal. III, 14, p. 271, 29 : Καλοῦνται δὲ ταῦτα κοιλία καὶ κεκρύφαλος καὶ ἐχῖνος καὶ ἡνυστρον· ὃν δ' ἔχει τρόπον ταῦτα πρὸς ἄλληλα τῇ θέσει καὶ τοῖς εἴδεσιν, ἔκ τε τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ ζῷα δεῖ θεωρεῖν καὶ ἐκ τῶν ἀνατομῶν.

De Animal. Hist. III, 1, p. 35, 26 : Αὐτοὶ δὲ (οἱ ὄρχεις scil.) πρὸς αὑτοὺς ἣν ἔχουσι διαφοράν, ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν καὶ ὕστερον λεχθήσεται ἐν τοῖς περὶ ἑκάστου αὐτῶν ἰδίοις ἀκριβέστερον.

De Partibus Animal. IV, 8, p. 286, 26 : Καθ' ἕκαστον δὲ τῶν μορίων, τίς ἡ θέσις αὐτῶν καὶ τίνες διαφοραὶ πρὸς ἄλληλα, τῶν τ' ἄλλων καὶ τίνι διαφέρει τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν θεωρείσθω καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν τὰ περὶ τὰ ζῷα.

Ibid. c. 10, p. 293, 6 : Ἐντὸς δὲ πῶς ἔχει καὶ πῇ διαφέρουσι τά τε περὶ τὸ σπέρμα καὶ τὰ περὶ τὴν κύησιν, ἔκ τε τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ ζῷα φανερὸν καὶ τῶν ἀνατομῶν, καὶ ὕστερον λεχθήσεται ἐν τοῖς περὶ γενέσεως.

De Animal. Histor. IV, 4, p. 64, 15 : Πάντα δὲ ταῦτα (τὰ μόρια τῶν ὀστρακοδέρμων scil.) τίνα τρόπον τῇ θέσει ἔχει ἐκ τῶν ἀνατομῶν θεωρείσθω.

Ibid. p. 65, 6 : Εἰσὶ δέ τινες κόχλοι οἳ ἔχουσιν ἐν αὑτοῖς ὅμοια ζῷα τοῖς ἀστακοῖς τοῖς μικροῖς, οἳ γίνονται καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς· διαφέρουσι δ' αὐτῶν τῷ μαλακὸν ἔχειν τὸ ἔσω τοῦ ὀστράκου, τὴν δ' ἰδέαν οἷοί εἰσιν, ἐκ τῶν ἀνατομῶν θεωρείσθωσαν.

De Partibus. Animal. IV, 5, p. 279, 34 : Ὃν δὲ τρόπον ἔχει τούτων ἕκαστον (τὰ μόρια scilicet τῶν ὀστρακοδέρμων), ἔκ τε τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῷα θεωρείσθω καὶ ἐκ τῶν ἀνατομῶν· τὰ μὲν γὰρ τῷ λόγῳ, τὰ δὲ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτῶν σαφηνίζειν δεῖ μᾶλλον.

Digitized by Google

De Animal. Histor. VI, 10, p. 112, 16 : Τὸ μὲν οὖν σχῆμα τῆς ὑστέρας (τῶν σελαχῶν scil.) ὡς ἔχει ἐκ τῶν ἀνατομῶν θεωρείσθω.

De Partibus Animal. IV, 13, p. 302, 15 : Οἱ μὲν οὖν αὐτῶν (τῶν σελαχῶν scil.) ἔχουσι πολλὰ βράγχια, οἱ δ' ὀλίγα, καὶ οἱ μὲν διπλᾶ οἱ δ' ἁπλᾶ· τὸ δ' ἔσχατον ἁπλοῦν οἱ πλεῖστοι. Τὴν δ' ἀκρίβειαν ἐκ τῶν ἀνατομῶν περὶ τούτων καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τὰ ζῷα δεῖ θεωρεῖν.

De Gener. Animal. I, 11, p. 325, 27 : Δεῖ δὲ καὶ περὶ ταύτης (τῶν σελαχῶν scil.) καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὑστερῶν, ὃν τρόπον ἔχουσιν, ἐκ τε τῶν ἀνατομῶν τεθεωρηκέναι καὶ τῶν ἱστοριῶν.

Simili plane modo ut in hisce locis Aristotelis, cum Animalium historiis ἀνατομαί conjunguntur, apud interpretem Græcum libri de Animalium Ingressu, cujus scholia post Simplicii commentarios ad libros de Anima edita sunt. Ex hujus tamen verbis fol. 178 verso : Ὅτι δ' εἰσὶ μόριά τινα ὑφ' ὧν ἐνοῦται καὶ συνεχίζεται τὰ ὀργανικὰ μέρη, δῆλον ἐκ [τε] τῆς περὶ ζώων ἱστορίας καὶ τῶν ἀνατομῶν, nihil satis certi elici potest. Nec magis, vereor, ad dijudicandam quæstionem nos juvabit Apulejus, quippe qui, quum in libro de Magia, c. 36, primum dixit : *Bene quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis* περὶ ζώων γενέσεως, περὶ ζώων ἀνατομῆς, περὶ ζώων ἱστορίας *multijuga volumina*, deinde vero, c. 40 : *Quasi vero non paulo prius dixerim, me de particulis omnium animalium, de situ earum deque causa conscribere ac libros* ἀνατομῶν *Aristotelis et explorare studio et augere*, de nullis aliis libris locutus esse videtur quam de iis qui de Animalium Partibus inscripti sunt.

De tota igitur hac re, cum Schneidero, in *Præfat. ad Arist. de Anim. hist.* t. I, p. XII, Prantlio, *De libris ad hist. animall. pertinent. ordine*, Monachii, 1843, p. 25 sq., Thielio, *De zoologicor. Aristot. libr. ordine*, Vratisl. 1855, p. 22 sq., Zellero, *Geschichte der Philos. der Griechen*, t. II, 2, p. 66, sic statuendum esse arbitror, præter libros de Animalium Historiis, Aristotelem alios quosdam condidisse, in quibus descriptiones per lineamenta interiorum partium cujuscunque generis animalium continebantur. Hos autem cum libris de Animalium historiis arctiore quodam nexu cohæsisse, cum et ipsa res satis declarat, tum frequens utrorumque apud philosophum conjunctio. Neque tamen eos unum idemque opus fuisse, manifesto et ex ipsius Aristotelis verbis deprehenditur et confirmat index. Non magis igitur audiendus est Rosius, quum de hac re, in libro *de Aristotelis libr. ord. et auct.* p. 188, statuere conatus, affirmat eosdem plane fuisse libros Ἱστοριῶν et Ἀνατομῶν, quam quum (*Aristot. Pseudepigr.* p. 276) nullam fuisse differentiam inter Ἀνατομῶν et Ζωικῶν libros contendit. Hoc enim falsum esse jam Apollonii testimonio comprobari poterit, qui præter Ζωϊκά et Ἱστορίας, Ἐκλογάς quoque Ἀνατομῶν nominat. Talis autem excerpti mentio in indice mentionem integri operis statim subsequitur : Ἐκλογὴ Ἀνατομῶν α' (Diog. Laert. 104 Ἐκλογὴ τούτων α' Anon. 85).

XII. ΕΚΛΟΓΗ ΑΝΑΤΟΜΩΝ.

(236.)

Apollonius Mirab. c. 39 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν ταῖς Ἐκλογαῖς τῶν Ἀνατομῶν· « Ὄφις ὤφθη ἐν Πάφῳ πόδας ἔχων δύο ὁμοίους χερσαίῳ χροκοδείλῳ ».

XIII. ΖΩΙΚΑ.

Numerum librorum de animalium sive historia sive natura, qui jam inde ab Alexandrinorum, ut videtur, ætate, seu vero seu falso Aristotelis nomine inscripti circumferebantur, multo majorem fuisse quam quem indices nostri declarant, cum *quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus* ostendere videntur, quorum mentionem injecit Plinius Hist. Natur. VIII, 17, 43, tum præsertim Antigoni verba, ita dicentis Mirab. c. 60 : Πλὴν δ γε Ἀριστοτέλης χωρὶς τῆς περὶ τοὺς βίους τῶν ζώων ἐντρεχείας καὶ τοιαῦτά τινα διεξέρχεται, πάνυ πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένος ἐν τοῖς πλείστοις αὐτῶν καὶ οἷον ἔργῳ οὐ παρέργῳ χρώμενος τῇ περὶ τούτων ἐξηγήσει· τὰ γοῦν πάντα σχεδὸν ἑβδομήκοντα περὶ αὐτῶν καταβέβληται βιβλία, καὶ πεπείραται ἐξηγητικώτερον ἢ ἱστορικώτερον ἐν ἑκάστοις ἀναστρέφεσθαι.

In condendo opere Naturalis Historiæ Plinium, ut par erat, ubivis fere Aristotelis vestigiis institisse, nemo profecto mirabitur qui quanta hujus auctoritas in tali præsertim re per totam antiquitatem fuerit non ignorat. Quonam vero modo id plerumque fecerit, non satis liquido apparet. De hac enim re quæ ipse

---

ECLOGA DISSECTIONUM.

Aristoteles in Dissectionum Eclogis scribit : « In Papho serpens conspectus est, qui duos pedes haberet perinde ac crocodilus terrestris. »

Digitized by Google

adjecit loco supra laudato : *Quæ* (scil. *quinquaginta illa volumina Aristotelis*) *a me collecta in artum cum iis quæ ignoraverat quæso ut legentes boni consulant*, quominus vera habeantur, multa sunt quæ impediunt, ita ut suo jure contendere potuerit Rosius (l. l. p. 712), his verbis præfationem contineri libri cujusdam περὶ Ζώων a græco quodam scriptore ex Aristotele excerpti, quam magis temere quam vere, ineptoque insuper loco positam, in suum usum transtulisset Plinius. De hac vero quæstione non magis hic disserere lubet, quam de altera haud minus dubia, utrum solius Trogi Pompeji libro de Animalibus an et ipso Aristotelico opere usus fuerit Plinius. Quorum alterum, adhibito illo insigni errore in quem incidit leporem a dasypode distinguendo, et novo ita prorsusque inaudito animali fingendo (Hist. nat. X, 63, 83 ; XI, 39, 94), demonstrare aggressus est A. v. Gutschmid, *über die Fragmente des Pompejus Trogus*, Leipzig, 1857, p. 184 sqq. Quomodocunque vero ista se res habet, satis confidenter affirmare audeo præter Aristotelis libros de Animalibus qui et hodie superstites sunt, nullum plane alium Plinio ad manus fuisse. Nec multo aliter judicandum erit inspectis Antigoni excerptis; quippe quorum tria tantummodo sunt e deperditis libris petita, quum contra centum et tria manifesto nostros libros repræsentant, quorum et ordinem quadantenus secutus est excerptor. Quod vero ad numerum attinet quem isti norunt, L vel etiam LXX voluminum, longe abest ut eum perficiamus, etiamsi præter libros ad animalia spectantes, qui apud Diogenem Laertium nominantur (102-107), et quorum omnium summa viginti non excedit volumina, superstites quoque libros in ejus tabula omissos, quorumque nulla mentio apud scriptorem Galeno antiquiorem occurrit, de animalium scilicet Partibus, Generatione, Motu, Ingressu in censum adhibeamus. Meræ igitur fabulæ sunt quæ de ista librorum multitudine ab ipso Aristotele conscriptorum traduntur, nec multo pluris facienda quam quæ ex eodem satisque turbido fonte fluxisse videntur, de pecuniis quas Alexander in Aristotelis usum irrogaverat, de venationibus per totum Orientem institutis et quæ sunt hujuscemodi narrationes.

Ut tamen et hoc Antigoni et Plinii, vel eorum quos secuti sunt, auctoritati concedamus, revera exstitisse aliquando in quadam bibliotheca, quot illi indicant Aristotelis nomine inscriptos de Animalibus libros, statim illud quoque concedendum erit, eorum longe maximam partem spurios et supposititios fuisse, aut Aristotelis nomen ideo tantum in fronte tulisse quod e genuinis philosophi scriptis consarcinati erant. Quum enim jam in Theophrasti scriptorum catalogo recenseatur Ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους περὶ Ζώων, α′ β′ γ′ δ′ ε′ ς′ (p. 11, 4 Usen.), ab iis profecto qui in priori indice nominantur (p. 5, 4 ibid.) : Περὶ Ζώων, α′, β′, γ′, δ′, ε′, ς′, ζ′ non diversi, quumque postea Aristophanes Byzantius simile opus condiderit (cf. Nauck, *Aristophanis Byzantii Fragmenta*, p. 480 sq. et quæ e cod. bibl. Paris. gr. suppl. 495 attulit Rosius l. l. p. 283), facile fieri potuit, ut talia compendia cum ipsius Aristotelis libris numerarentur.

Huic vero generi manifesto adscribendi sunt libri, e quibus solis fragmenta satis multa servata sunt, quos ab Historiis animalium ita distinxit Apollonius Mirab. c. 27 : Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ζωικοῖς· δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι, ἡ μὲν περὶ Ζώων, ἡ δὲ περὶ τῶν Ζωικῶν. Iidem autem sunt hi libri atque quibus sæpissime usus est Athenæus, qui tamen in eorum titulo afferendo miro prorsus modo variavit. Ita enim octies laudat librum ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν (cf. fr. 11, 13, 14, 16, 17, 19, 22, 41), quibus locis quinque præterea addendi sunt ubi manifesto, pro ἐν τῷ περὶ Ζώων, quod in codicibus legitur, περὶ Ζωικῶν corrigi debet (fr. 12, 21, 23, 29, 34). Simili plane vitio alibi (fr. 19) recurrit περὶ Ζώων ἢ ἰχθύων, quod duobus aliis locis collatis (fr. 12 et 23), ubi recte legitur ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν ἢ ἰχθύων, corrigendum est. Verba deinde περὶ Ζωικῶν omissa semel (fr. 20), semel inverso ordine posita sunt (fr. 46). Duobus vero aliis locis legitur sive ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωικῷ (fr. 18), sive ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωικῷ ἢ περὶ ἰχθύων. Factum est deinde, sive ipsius Athenæi, sive librariorum negligentia, ut aliquoties liber περὶ Μορίων falso pro περὶ Ζωικῶν nominaretur (fr. 27, 38, 43, 44). Quem enim, nescio qua de causa, περὶ Ζώων Μορίων inscribit librum, hunc ab eo qui quintus in Historiis animalium numeratur diversum non fuisse, sexcenti ostendunt loci, eodem plane modo, quo quem περὶ τῶν Ζώων Ἠθῶν vocare solet (VII, 282, C; 307, C), ejusdem operis nonum repræsentat, quum contra qui hodie nonus habetur, octavus Athenæo erat (Conf. Deipn. IX, 387, B : Ἀριστοτέλης ἐν ὀγδόῃ Ζώων ἱστορίας = Hist. anim. IX, 49, 5). Inde facile perspicitur duplex statuendum esse genus librorum e quo ducta sunt omnia quæ

www.libnpq.com.cn

Digitized by Google

ut Aristotelea, de animalibus apud Athenæum leguntur : primum quod continet genuinos philosophi de Historiis animalium libros, alio vero ordine dispositos quam quo inde ab Andronico fuerunt. Quod ne cui mirum videatur, tenendum est Athenæum nequaquam ex ipso Aristotele hausisse, sed copias ab Alexandrinis philologis congestas compilasse (1). Alterum vero librorum manifesto suppositiorum, eaque lege compositorum, ut quæ de singulis animalibus sparsim et variis locis dicta sunt apud Aristotelem, in unum congesta, certo quodam ordine exhiberentur, aliis insuper quibusdam et novis, aliundeque petitis per occasionem adspersis, ita ut lexici sive indicis instar totum esset opus. Tales autem fuisse præter Ζωικά, cum Φυτικὰ tum Μεταλλικά, de quibus supra dictum est, facile adducor ut credam. Quin et illud satis probabile puto, ex una eademque officina omne hoc genus librorum in lucem prodiisse, hominis scilicet grammatici atque philologi, in eo inprimis occupati ut, sedulo in diversa singulorum animalium nomina inquirendo, synonymiam, quam vocant, illustraret.

Quod si, post ea quæ hucusque disputavimus, opus esset demonstrari Zoicorum libros ab Aristotele alienos fuisse, jam uno argumento res dijudicari poterit. Licet enim philosophus a compositione novorum vocabulorum minime abstinuerit, ut animalia secundum communes naturales differentias in classes distingueret, sive ut singulorum diversitates enotaret, tot tamen composita vocabula in fragmentis Zoicorum suppeditant, manifesto brevitatis quodam studio inventa, quorum vero nullum apud Aristotelem usquam occurrit, ut horum librorum auctorem a philosopho diversum fuisse, jam neminem fugere possit. Ad hoc autem genus pertinent præter ἀμφίβιος, cujus vocabuli nullus est usus apud Aristotelem, quamvis eo Democritum jam usum esse testari videatur Theophrastus fr. CLXXI, 12 Wimm., ποικιλερυθρομέλαινος, μελανόγραμμοι, γραμματοποικίλα, τρεψίχρως, παχύστομον, λεπτόστομον, σχιδανόπους, λιθοκέφαλα, ἀκανθοστεφῆ, ποικιλόστικτα, μελανόστικτα, σκολιόγραπτα, ἐρυθρόγραμμα, μονάκανθος, δίραβδα, πολύραβδα, νωτόγραπτα, σχιδανόπους, συναγελαστικά, μονήρη, συμφυές, μονοφυές, ἀλληλοκτονεῖν. Horum vocabulorum quum quædam apud Apulejum recurrant, cujus hæc sunt verba de Magia c. 38 : *De solis aquatilibus dicam, nec cetera animalia nisi in communibus differentiis attingam. Ausculta igitur quæ dicam. Jam me clamabis magica nomina Ægyptio vel Babylonico ritu percensere :* σελάχια, μαλάκια, μαλακόστρακα, χονδράκανθα, ὀστρακόδερμα, καρχαρόδοντα, ἀμφίβια, λεπιδωτά, φολιδωτά, δερμόπτερα, στεγανόποδα, μονήρη, συναγελαστικά, illi Zoicorum libros non ignotos fuisse verisimillima est conjectura, quam etiam in eadem oratione de Magia c. 40, ex Aristotele memorata narratio de asello pisce, collato præsertim Athenæo (cf. fragm. 41), egregie confirmat. Verumenimvero fac hos Zoicorum libros revera innotuisse Apulejo, non statim inde consequetur, eosdem illi fuisse atque quos l. l. c. 36 *Aristotelis* περὶ Ζώων ἀνατομῆς et c. 40, *libros* Ἀνατομῶν *Aristotelis* vocaverat, neque ideo qui in indicibus sub hoc titulo afferuntur libri (Diog. Laert. 102, Anon. 84), a Zoicorum non distinguendi erunt. In hanc vero sententiam eo longius absum ut cum Rosio abeam, quo magis a tali horum librorum inscriptione abhorrent, quæcunque ex iis servata sunt fragmenta.

(1) Hoc et de ipsis Ζωικῶν libris verum esse facile demonstrari potest. Quæcunque enim de avibus attulit ea solo Aristotelis nomine, nulla libri indicatione adjecta apposuit, quum contra in iis quæ marina animalia spectant ubicunque fere librum designet.

(ΠΕΡΙ ΟΡΝΙΘΩΝ.)

1 (237).

Cicero de Natura Deor. II, 49 : *Illud vero ab* Aristotele *animadversum, a quo pleraque, quis potest non mirari, grues quum loca calidiora petentes maria transmittant, trianguli efficere formam. Ejus autem summo angulo aer ab iis adversus pellitur, deinde sensim ab utroque latere tanquam remis ita pennis cursus avium levatur. Basis autem trianguli quem grues efficiunt, ea tanquam a puppi ventis adjuvatur; eæque in tergo prævolantium colla et capita reponunt. Quod quia ipse dux facere non potest quia non habet cui innitatur, revolat ut ipse quoque quiescat. In ejus locum una succedit ex iis quæ acquierunt eaque vicissitudo in omni cursu conservatur. Multa ejus modi proferre possem, sed genus ipsum videtis.*

Cf. Plutarch. de Sol. anim. c. 10 et Ælian. de Nat. Anim. III, 13, V, 35. Locus fortasse ex eodem fonte fluxit, e quo alii plures, quos ex Aristotele in libris de Natura Deorum attulit Cicero, scilicet e dialogo de Philosophia. Vix tamen ipse apud philosophum hæc legerat, sed aliunde potius, e Panætii, ut Rosius conjecit, περὶ Προνοίας libro accepit.

Digitized by Google

2 (238).

Athen. IX, 393, D : Φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης· « Ὁ κύκνος εὔτεκνός ἐστι καὶ μάχιμος. Ἀλληλοκτονεῖ γοῦν ὁ μάχιμος. Μάχεται δὲ καὶ τῷ ἀετῷ αὐτὸς μάχης μὴ προαρξάμενος. Εἰσὶ δ' ᾠδικοί, καὶ μάλιστα περὶ τὰς τελευτάς. Διαιροῦσι δὲ καὶ τὸ πέλαγος ᾄδοντες. Ἔστι δὲ καὶ τῶν στεγανοπόδων καὶ ποιηφάγων. »

Eustath. ad Iliad. p. 254, 38 : Ὅτι δὲ ὁ κύκνος εὔτεκνος καὶ μάχιμος καὶ ὡς ἀλληλοκτονεῖ ὁ μάχιμος, καὶ ὡς Ἀριστοτέλους εἰπόντος ᾠδικοὺς εἶναι τοὺς κύκνους μάλιστα περὶ τὰς τελευτὰς καὶ διαιρεῖν τὸ πέλαγος ᾄδοντας.

Cf. H. An. IX, c. 1, p. 174, 20, c. 12, p. 182, 28. Ælian. Var. Hist. I, 14 : Λέγει Ἀριστοτέλης τὸν κύκνον καλλίπαιδα εἶναι καὶ πολύπαιδα, ἔχειν γε μὴν καὶ θυμόν. Πολλάκις γοῦν εἰς ὀργὴν καὶ μάχην προελθόντες καὶ ἀλλήλους ἀπέκτειναν οἱ κύκνοι. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς· ἀμύνεσθαί γε μὴν αὐτοὺς ἀλλ' οὐκ ἄρχειν ἀδίκων. Ὅτι δέ εἰσι φιλῳδοί, τοῦτο μὲν ἤδη τεθρύληται.

3 (239).

Athen. IX, 392, B : Ἀριστοτέλης δέ φησιν· « Ὁ ὄρτυξ ἐστὶ μὲν τῶν ἐκτοπιζόντων καὶ σχιδανοπόδων· νεοττιὰν δ' οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ κονίστραν· καὶ ταύτην σκεπάζει φρυγάνοις διὰ τοὺς ἱέρακας ἐν ᾗ ἐπωάζει. » Cf. H. An. VIII, 12, p. 157, 23, IX, 8, p. 179, 38.

4 (240).

Athen. IX, 389, A : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης περὶ τοῦ ζώου τάδε· « Ὁ πέρδιξ ἐστὶ μὲν χερσαῖος, σχιδανόπους. Ζῇ δὲ ἔτη πεντεκαίδεκα· ἡ δὲ θήλεια καὶ πλείονα· πολυχρονιώτερα γὰρ ἐν τοῖς ὄρνισι τῶν ἀρρένων τὰ θήλεα. Ἐπωάζει δὲ καὶ ἐκτρέφει· καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς. Ὅταν δὲ γνῷ ὅτι θηρεύεται, προελθὼν τῆς νεοττιᾶς κυλινδεῖται παρὰ τὰ σκέλη τοῦ θηρεύοντος ἐλπίδα ἐμποιῶν τοῦ συλληφθήσεσθαι, ἐξαπατᾷ τε ἕως ἂν ἀποπτῶσιν οἱ νεοττοί, εἶτα καὶ αὐτὸς ἐξίπταται. Ἔστι δὲ τὸ ζῷον κακόηθες καὶ πανοῦργον, ἔτι δὲ ἀφροδισιαστικόν. Διὸ καὶ τὰ ὠὰ τῆς θηλείας συντρίβει, ἵνα ἀπολαύῃ τῶν ἀφροδισίων. Ὅθεν ἡ θήλεια γιγνώσκουσα ἀποδιδράσκουσα τίκτει. » Cf. H. An. IX, 7, p. 179, 21, c. 8, p. 179, 40 ss.

5 (241).

Athen. IX, 393, F : Ἀριστοτέλης φησὶ περιστερῶν μὲν εἶναι ἓν γένος, εἴδη δὲ πέντε, γράφων οὕτως· « Περιστερά, οἰνάς, φάψ, φάσσα, τρυγών. » Ἐν δὲ πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει.... Ἡ μὲν οὖν οἰνάς, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς, χρῶμα δ' ἔχει οἰνωπόν, ἡ δὲ φὰψ μέσον περιστερᾶς καὶ οἰνάδος, ἡ δὲ φάσσα ἀλέκτορος τὸ μέγεθος, χρῶμα δὲ σποδιόν, ἡ δὲ τρυγὼν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τεφρόν. Αὕτη δὲ θέρους φαίνεται, τὸν δὲ χειμῶνα φωλεύει. Ἡ δὲ φὰψ καὶ ἡ περιστερὰ ἀεὶ φαίνονται, ἡ δ' οἰνὰς

ZOICA.

(*De Avibus.*)

2.

De cygnis hæc tradidit Aristoteles : « Cygnus numerosa prole fecundus est, idemque pugnax ; ita quidem ut mutuo etiam se occidant pugnantes. Pugnat etiam cum aquila, nec vero ipse facit initium pugnandi. Sunt autem canori, maxime sub vitæ finem ; atque etiam maria transjiciunt canentes. Pedes habent palmatos : pascuntur herba.

3.

Scribit Aristoteles : « Coturnix est e genere avium peregrinantium, et fissos pedes habentium. Nidum non facit, sed cubile pulvereum, ubi incubat ; idque fruticibus obtegit accipitrum causa. »

4.

De perdicibus ita scribit Aristoteles : « Perdix est avis terrestris, fissos pedes habens. Vivit annos quindecim : femina vero etiam diutius. Nam in avibus longior vita est feminis, quam maribus. Ovis incubat, ac pullos enutrit, quemadmodum gallina. Ubi insidiari sibi aucupem sentit, e nido progressa ante pedes ejus sese volutat, spem ei faciens comprehendi se posse : atque ita eum decipit, donec evolarint pulli ; tum vero et ipsa avolat. Est autem animal versutum et malignum, ad hæc libidinosum. Quare mas ova etiam frangit feminæ, quo fruatur venere : quod quia intelligit femina, aufugit, clanculum paritura. »

5.

Aristoteles, columbarum unum quidem esse genus, ait, sed quinque species, quas sic enumerat : « Columba, rupilia (œnas), phabs, phatta, turtur. » Quinto vero de Partibus Animalium phaba non recenset... Œnas igitur, major est, ut ait Aristoteles, columba vulgari, colorem autem habet vineum : phabs vero, inter columbam et œnadem media : phassa, galli gallinacei est magnitudine, colore cinereo albicante : turtur vero omnium minima, cinereo colore nigrescente. Hæc quidem æstate apparet, hieme vero occultatur : phabs autem et columba semper apparent ; œnas vero nonnisi autumno. Ex his diuturniore vita frui aiunt phassam : vivere quippe ad triginta atque etiam ad quadraginta annos. Nec vero desernnt aut

Digitized by Google

φθινοπώρῳ μόνῳ. Πολυχρονιωτέρα δὲ εἶναι λέγεται τούτων ἡ φάσσα· καὶ γὰρ τριάκοντα καὶ τεσσαράκοντα ζῇ ἔτη. Οὐκ ἀπολείπουσι δ' ἕως θανάτου οὔτε οἱ ἄρρενες τὰς θηλείας οὔτε αἱ θήλειαι τοὺς ἄρρενας, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος χηρεύει ὁ ὑπολειπόμενος. Τὸ δ' αὐτὸ ποιοῦσι καὶ κόρακες καὶ κορῶναι καὶ κολοιοί. Ἐπωάζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστεροειδὲς γένος. Καὶ γενομένων τῶν νεοττῶν ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ὡς μὴ βασκανθῶσι. Τίκτει δὲ ὠὰ δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἄρρεν ποιεῖ, τὸ δὲ δεύτερον θῆλυ. Τίκτουσι δὲ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους· διὸ δὴ καὶ δεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τιθέασιν, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωδεκάκις· τεκοῦσα γὰρ τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ συλλαμβάνει.» Cf. Hist. Anim. VIII, 3, p. 151, 27, VI, 4, passim; IX, 7, p. 178, 50, 179, 15.

6 (242).

Athen. IX, 388, E : Πορφυρίων... Ἀριστοτέλης δὲ σχιδανόποδά φησιν αὐτὸν εἶναι ἔχειν τε χρῶμα κυάνεον, σκέλη μακρά, ῥύγχος ἠργμένον ἐκ τῆς κεφαλῆς φοινικοῦν, μέγεθος ἀλεκτρυόνος. Στόμαχον δ' ἔχει λεπτόν, διὸ τῶν λαμβανομένων εἰς τὸν πόδα ταμιεύεται μικρὰς τὰς ψωμίδας. Κάπτων δὲ πίνει, πενταδάκτυλός τε ὢν τὸν μέσον ἔχει μέγιστον. Cf. H. An. II, 17, p. 34, 25; VIII, 6, p. 154, 6.

7 (243).

Athen. IX, 391, F : Τίκτει γοῦν ὁ στρουθός, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ μέχρι ὀκτώ. Ἀριστοτέλης δέ φησι τοὺς ἄρρενας τῷ χειμῶνι ἀφανίζεσθαι, διαμένειν δὲ τὰς θηλείας, τεκμαιρόμενος ἐκ τῆς χροάς τὴν πιθανότητα· ἀλλάττεσθαι γὰρ ὡς τῶν κοσσύφων καὶ φαλαρίδων ἀπολευκαινομένων κατὰ καιρούς. Cf. Hist. An. IX, 7, p. 179, 27 et supra fr. 169.

8 (244).

Athen. IX, 397, B : Ὁ ταὼς, φησὶν Ἀριστοτέλης, σχιδανόπους ἐστὶ καὶ ποιολόγος, καὶ τίκτει τριετὴς γενόμενος, ἐν οἷς χρόνοις καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν πτερῶν λαμβάνει. Ἐπωάζει δὲ πρὸς ἡμέρας τριάκοντα. Τίκτει δὲ ἅπαξ τοῦ ἔτους ὠὰ δώδεκα· ταῦτα δὲ οὐκ εἰς ἅπαξ, ἀλλὰ παρ' ἡμέρας δύο· αἱ δὲ πρωτοτόκοι ὀκτώ. Τίκτει δὲ καὶ ὑπηνέμια ὠά, ὡς ἡ ἀλεκτορίς, οὐ πλείω δὲ τῶν δύο. Ἐκλέπει δὲ καὶ ἐπωάζει καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς. Cf. Hist. An. VI, 9, p. 111, 9.

9 (245).

Athen. IX, 390, E : Γράφει δὲ περὶ αὐτῶν (τῶν ὠτίδων scil. quæ male pro ὤτων posuerat, is quem secutus est Athenæus) Ἀριστοτέλης οὕτως, ὅτι ἔστι μὲν τῶν ἐκτοπιζόντων καὶ σχιδανοπόδων καὶ τριδακτύλων, μέγεθος ἀλεκτρυόνος μεγάλου, χρῶμα ὄρτυγος, κεφαλὴ προμήκης, ῥύγχος ὀξύ, τράχηλος λεπτός, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, γλῶσσα ὀστώδης, πρόλοβον δ' οὐκ ἔχει... Φασὶ δ' αὐτὸν καὶ τὴν τροφὴν ἀναμηρυκᾶσθαι, ἥδεσθαί τε ἵππῳ. Εἰ γοῦν τις δοραν ἵππων περιθοῖτο, θηρεύσει ὅσους ἂν θέλοι· προσίασι γάρ. Cf. H. An. II, 17, p. 34, 8. Ultima quoque Aristoteli tribuuntur apud Plutarchum de Solert.

---

feminas mares aut mares feminæ, usque ad mortem : et altero mortuo, viduam vitam agit superstes. Idem faciunt et corvi et cornices et graculi. Universum item columbinum genus ovis incubat alternis vicibus : et postquam exclusi sunt pulli, sputo eos conspergit mas, ne fascinentur. Pariunt autem ova duo, quorum e priore mas nascitur, ex altero femina. Pariuntque quovis anni tempore : quare ad decies ponunt per annum; in Ægypto vero etiam duodecies : nam postridie quam peperit, concipit femina.

6.

Aristoteles tradit, porphyrionem fissis esse pedibus, colore cyaneo, cruribus longis, rostro inde a capite puniceo, magnitudine galli gallinacei, gula angusta : quapropter cibum pede apprehensum in minutas buccula dispertitur. Bibit autem morsu. Quinos habet digitos, in his medium maximum.

7.

Aristoteles ait passerem ad octo pullos parere. Idem ait passerum mares hieme nusquam comparere, manere vero feminas : probabile id esse colligens ex colore : mutari enim eum, ut in merulis et phalaridibus, quæ certo anni tempore albescunt.

8.

Pavo, ait, Aristoteles, fissis pedibus est, et herba vescens. Parit tertio anno ex quo natus est : quo tempore etiam varietatem accipit pennarum. Ovis incubat ad dies triginta. Parit autem semel in anno ova duodecim : sed ea non continuato enixu verum alternis diebus : primiparæ vero feminæ nonnisi octo pariunt. Parit autem etiam irrita ova, quemadmodum gallina : nec vero plura duobus. Excludit vero et incubat prorsus ut gallina.

9.

Scribit de otide Aristoteles in hunc modum : Avis est ex earum genere quæ peregrinantur; scissis pedibus; tribus digitis; magnitudine galli majoris; colore coturnicis; capite oblongo; rostro acuto; collo gracili; amplis oculis; lingua ossea : ingluviem vero non habet... Aiunt autem, ruminare eos cibum, et delectari equo, ita quidem ut, si quis equi pelle tectus eis insidietur, capiat quotquot voluerit, ultro quippe accedentes.

Aristoteles narrat vulpium et serpentum amicitias, quia communem inimicum habeant aquilam, aut otidum cum equis, quibus appropinquare et fimum disjicere gaudent.

Digitized by Google

an. c. 31 : Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ φιλίας ἀλωπέκων καὶ ὄφεων διὰ τὸ κοινὸν αὐτοῖς (cf. H. An. IX, 1, p. 174, 32, ἀλώπηξ καὶ ὄφις (φίλοι), ἔμφω γὰρ τρωγλοδύται. Ib. c. 32, p. 189, 3 dicitur tantum aquilas venari vulpes) πολέμιον εἶναι τὸν ἀετόν, ἢ τὰς ὠτίδων πρὸς ἵππους ὅτι χαίρουσι προσπελάζουσαι καὶ διασκάλλουσαι τὸν ὄνθον, quæ tamen ex alio fonte ducta videntur quam quo Athenæus usus est. Cf. Ælian. de Anim Nat. II. 28. Oppian.Cyneg. II, 406, 431. Eutecn. Ixeut. III, 8.

10 (246).

Athen. IX, 390, F, ita pergit : Ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης· « Ὁ ὦτος ἐστὶ μὲν παρόμοιος τῇ γλαυκί, οὐκ (delend. videtur) ἔστι δὲ νυκτερινός. Ἔχει τε περὶ τὰ ὦτα πτερύγια, διὸ καὶ ὦτος καλεῖται· μέγεθος περιστερᾶς, μιμητὴς ἀνθρώπων· ἀντορχούμενος γοῦν ἁλίσκεται. » Eadem fere Hist. An. VIII, 12, p. 157, 41.

(ΠΕΡΙ ΙΧΘΥΩΝ.)

11 (247).

Athen. VII, 330, A : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων (H. A. V, 9, 1)... ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωικῶν· « Σελάχη, φησί, βοῦς, τρυγών, νάρκη, βατίς, βάτραχος, βούγλωττος (βούγλωττα, cod. Marc.), ψῆττα, μῦς. »

« Locum corruptum esse aiunt Rondelet *De Piscibus* p. 321, Schneider. *Hist. piscium* p. 313, ultima enim βούγλωττος, ψῆττα, μῦς quum ad ea quæ σελάχη vocat Aristoteles vel σελαχώδη (de quibus J. Bona Meyer, *Aristoteles Thierkunde*, Berl. 1855, p. 280, de bove cf. p. 290) non possint referri, aut eum qui primus hos locos collegit atque excerpsit aut Athenæum qui descripsit manifestum est non solum, sicut in ipso qui præcedit Historiarum loco factum est, exempla multa neglexisse sed ipsam divisionem auctoris. » *Rosius*. Ceterum cf. Athen. p. 286, B : Τῆς μὲν οὖν βατίδος καὶ τοῦ βατράχου μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ Ζώων (corr. Ζωικῶν), καταριθμῶν αὐτὰ ἐν τοῖς σελάχεσιν... et paulo post C : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων σελάχη φησὶν εἶναι βάτον, τρυγόνα, βοῦν, λάμιαν, ἀετόν, νάρκην, βάτραχον καὶ πάντα τὰ γαλεοειδῆ, quæ ad H. An. V, 5 spectant. Neque βούγλωττος neque βούγλωττα apud Aristotelem pominantur.

12 (248).

Athen. VIII, 305, D : Κάπρος καὶ κρέμυς· Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ζώων (corr. Ζωικῶν) φησί· « Τὰ δὲ ἀνόδοντα καὶ λεῖα ὡς ῥαφίς. Καὶ τὰ μὲν λιθοκέφαλα ὡς κρέμυς· τὰ δὲ σκληρότατα τραχύδερμα ὡς κάπρος· καὶ τὰ μὲν δίραβδα ὡς σεσερῖνος, τὰ δὲ πολύραβδα καὶ ἐρυθρόγραμμα ὡς σάλπη. »

Pro κρέμυς, apud Hesychium legitur χρέμυς, apud Aristotelem H. A. IV, 8, 10 κρομίς, cum v. l. χρέμις vel χρενίς.

Athen. VII, 319, D : Ῥαφίδες. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων βελόνην αὐτὴν καλεῖ (H. An. V, 11, 6). Ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωικῶν ἢ Ἰχθύων ῥαφίδα αὐτὴν ὀνομάσας ἀνόδουν φησὶν αὐτὴν εἶναι.

13 (249).

Athen. VII, 319, C : Φυκίς... Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν ἀκανθοστεφῆ φησὶν εἶναι καὶ ποικιλόχροα φυκίδα. Τῶν δὲ γραμμοπτερίλων πλαγίαις τε ταῖς ῥάβδοις κεχρημένων (an corr. κεχρωσμένων ?) πέρκη.

14 (250).

Athen. VII. 327, F : Χάνναι... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν ποικιλερυθρομέλαιναν (ita, Meinekius pro ποικιλέρυθρον μέλαιναν) αὐτὴν ὀνο-

10.

Alibi rursus ait Aristoteles : « Otus est similis noctuæ, nec vero noctu volat. Habet autem circa aures pinnulas : quare et otus nominatur. Magnitudine est columbæ, hominum imitator : nam et capitur, dum ex adverso saltantis aucupis saltat ipse. »

(DE PISCIBUS.)

11.

Aristoteles in Zoicis : Cartilaginei, inquit, sunt : bos, gastinaca, torpedo, raia, rana, buglossus, passer, mus.

12.

Aristoteles in libro de Zoicis dicit : Alii vero (pisces) carent dentibus et læves sunt, ut acus : alii lapidem in capite habent, ut cremys : alii durissimi sunt et aspera cute, ut aper : alii duabus lineis distincti ut seserinus ; alii multis lineis eisque rubris distincti, ut salpa.

Aristoteles in libro de Zoicis sive Piscibus βελόνην, ῥαφίδα (acum) appellat dicitque eum dentibus carere.

13.

Aristoteles in libro de Zoicis ait spinis coronatam et colore variam esse phycidem. Perca autem variis lineis et obliquis virgulis notata.

14.

Aristoteles in libro de Zoicis, e rubro et nigro variega-

Digitized by Google

μάζει καὶ ποικιλόγραμμον, διὰ τὸ μελαίναις γραμμαῖς πεποικίλθαι.

15 (251).

www.libtool.com.cn

Athen. VII, 286, F : Βῶκες· Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωικῷ ἢ περὶ Ἰχθύων· « Νωτόγραπτα, φησί, λέγεται βῶξ, σκολιόγραπτα δὲ κολίας. »

16 (252).

Athen. VII, 313, D : Μελάνουρος... Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν γράφει οὕτως· « Ὀρροπυγόστικτοι δὲ τῶν ἰχθύων μελάνουρος καὶ σαργός, πολύγραμμοί τε καὶ μελανόγραμμοι. »

17 (253).

Athen. VII, 305, C : Κίχλαι καὶ κόσσυφοι... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν· « Καὶ τὰ μὲν μελανόστικτα ὥσπερ κόσσυφος, τὰ δὲ ποικιλόστικτα ὥσπερ κίχλη. »

18 (254).

Athen. VIII, 331, D : Μνασέας δ' ὁ Πατρεὺς ἐν τῷ Περίπλῳ τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ φησὶν ἰχθῦς φθέγγεσθαι, καίτοι μόνους εἰρηκότος Ἀριστοτέλους φθέγγεσθαι σκάρον καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον. Cf. Eustath. ad Odyss. p. 1720, 38 : Καίτοι Ἀριστοτέλους εἰπόντος μόνον σκάρον φθέγγεσθαι καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον.

« Inter pisces Aristotelis vocales (IV, 9, 3) hi duo non memorantur neque meminit qui in illum locum commentatus est Jo. Müller (*über die Fische welche Töne von sich geben, Archiv für Anatomie und Physiol.* 1857, p. 249). Reliqua igitur vocalium exempla, sicut alibi factum esse vidimus, omissa crederem a grammatico qui hunc locum excerpsit, mutilumque esse locum censerem cum Hippolyto Salviano (*Aquatil. Animal. Hist.* Rom. 1554, f. 208, C), nisi omnino dubium esset quomodo huc accesserit porcus ille fluviatilis (cf. Schneider *Hist. pisc.* p. 174, Müller l. c. p. 269, cf. 262) neque cum porco marino Plinii (XXXII, 9) vel orthagorisco neque cum apro (Plin. XI, 112, quem κάπρον Aristoteles, qui omnino non habet χοῖρον) Acheloi amnis confundendus, quorum uterque grunnitum habet. Nam de uno tantum pisce, non de multorum exemplis Pseudaristotelem dixisse ostendit qui hoc idem testimonium reddit Oppianus Halieut. I, 134 :

> Καὶ σκάρον, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις
> φθέγγεται ἰκμαλέην λαλαγὴν καὶ μοῦνος ἐδητὺν
> ἄψορρον προΐησιν ἀνὰ στόμα, δεύτερον αὖθις
> ζαινύμενος, μήλοισιν ἀναπτύσσων ἴσα φορβήν,

ubi alterum illud de ruminatione (cf. Cuvier et Valenciennes, *Hist. nat. des poissons* t. XIV, p. 113) Aristotelis est (H. An. II, 17, 13, VIII, 2, p. 149, 43; de Part. An. II, 14, p. 271, 54). Itaque μόνος φθέγγεται, μόνος δοκεῖ μηρυκάζειν, denique μόνος καθεύδει Seleuco auctore apud Athenæum VII, 320, F (Oppian. Halieut. II, 661). De sono unus præterea, nescio unde, testatur Joann. Philoponus q. f. ad Arist. de Anima (II, 8 : Ψοφοῦσι τοῖς βραγχίοις ἢ τινι ἑτέρῳ τοιούτῳ) fol. L 8 verso sup., qui de Acheloi piscibus locutus postquam τῇ πληγῇ τοῦ ὕδατος rem explicavit, hæc addit : ὥστε εἰ καὶ οἱ σκάροι λέγονται φωνεῖν, τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπ' αὐτῶν ὑπολητέον. Quæ accuratius ex alia commentarii recensione ita Suidas exprimit s. v. Πνεύμων· καὶ οἱ σκάροι τῷ στόματι τὸ ὕδωρ ἐξωθοῦντες μετὰ ῥοίζου τὸν ἦχον ἀποτελοῦσιν· ἀμέλει ἐν τῷ βάθει ὄντες οὐ φωνοῦσιν. Oppianum repetit Tzetzes in Historiis, Chil. VII, 338. » *Rosius.*

19 (255).

Athen. VII. 328, D : Χαλκίδες καὶ τὰ ὅμοια,

---

tam channam nominat, et lineis variegatam, quia nigris lincis est distincta.

15.

Aristoteles in libro qui inscribitur Zoicum sive de Piscibus in dorso notatus appellatur box, oblique notatus colias.

16.

Aristoteles in libro de Zoicis ita scribit : « In cauda punctis variegati e piscibus melanurus et sargus : iidem multis eisque nigris notati lineis. »

17.

Aristoteles in libro de Zoicis : Et alia quidem nigris punctis notata sunt ut merula, alii variis punctis, ut turdus.

18.

Aristoteles dicit solum scarum et porcum fluviatilem sonum edere.

19.

Thrissarum meminit Aristoteles in libro de Zoicis vel Piscibus, ubi ait : « Locum non mutant thrissa, encrasicholus, membras, coracinus, erythrinus, trichis. »

Trichiam piscem vocat Aristoteles in quinto libro de Animalium partibus : in illo vero qui Zoicum inscribitur trichidem appellat.

Digitized by Google

θρίσσαι, τριχίδες, ἐρίτιμοι... Θρισσῶν δὲ μέμνηται Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ζώων καὶ (corr. Ζωικῶν ἢ) Ἰχθύων ἐν τούτοις· « Μόνιμα θρίσσα, ἐγκρασίχολος, μεμβράς, κορακῖνος, ἐρυθρῖνος, τριχίς. » Paulo post p. 328, F : Ὁμοίως δὲ (τριχίαν) καὶ Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων (H. An. V, 9, 1), ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωικῷ τριχίδα, et supra p. 300, F : Ἐγκρασίχολοι· καὶ τούτων μέμνηται Ἀριστοτέλης, ὡς μικρῶν ἰχθυδίων ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν.

20 (256).

Athen. VII. 303, D : Θυννίς... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ [περὶ Ζωικῶν ἢ] Ἰχθύων ἀγελαῖον καὶ ἐκτοπιστικὸν εἶναι τὴν θυννίδα. Similia leguntur H. An. VIII, 13, 2.

21 (257).

Athen. III, 88, B : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ζώων (corrig. Ζωικῶν). « Ὄστρεα, φησί, πίννη, ὄστρεον, μῦς, κτείς, σωλήν, κόγχη, λεπάς, τῆθος, βάλανος. Πορευτικὰ δὲ κῆρυξ, πορφύρα, ἡδυπορφύρα, ἐχῖνος, στράβηλος. Ἔστι δ' ὁ μὲν κτεὶς τραχύοστρακος ραβδωτός, τὸ δὲ τῆθος ἀρράβδωτον λειόστρακον, ἡ δὲ πίννη λεπτόστομον, τὸ δὲ ὄστρεον παχύστομον, δίθυρον δὲ καὶ λειόστρακον, λεπὰς δὲ μονόθυρον καὶ λειόστρακον, συμφυὲς δὲ μῦς, μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον σωλὴν καὶ βάλανος, κοινὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν κόγχη. »

22 (258).

Athen. VII, 318, E : Εἰδὴ δ' ἐστὶ πολυπόδων ἑλεδώνη, πολυποδίνη, βολβιτίνη, ὀσμύλος, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ καὶ Σπεύσιππος. Ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωικῶν Ἀριστοτέλης μαλάκιά φησιν εἶναι πολύποδας, ὀσμύλην, ἑλεδώνην, σηπίαν, τευθίδα.

23 (259).

Athen. VII, 318, B : Ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωικῶν καὶ [corr. ἢ] Ἰχθύων (Ἀριστοτέλης). « Πολύπους, φησί, τὶς ὁ μὲν τρεψίχρως, ὁ δὲ ναύτιλος. »

24 (260).

Athen. VII, 281, F : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ζώων (corr. Ζωικῶν) μονάκανθον εἶναι καὶ χιρρὸν τὸν ἁλφηστικόν.

25 (261).

Athen. VII, 277, E : Ταύτας (τὰς ἀμίας scil.) Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ τὰ μὲν βράγχια ἔχειν καλυπτά, εἶναι δὲ καρχαρόδοντας καὶ τῶν συναγελαζομένων καὶ σαρκοφάγων, χολήν τε ἔχειν ἰσομήκη τῷ ἐντέρῳ καὶ σπλῆνα ὁμοίως. Λέγεται δὲ ὡς θηρευθεῖσαι προσανάλλονται καὶ ἀποτρώγουσαι τὴν ὁρμιὰν ἐκφεύγουσιν. Ib. 278, A : Ἀριστοτέλης δὲ παρετυμολογῶν αὐτῆς τοὔνομά φησιν ὠνομάσθαι παρὰ τὸ ἅμα ἰέναι ταῖς παραπλησίαις· ἔστι γὰρ συναγελαστική.

Eadem Etymol. M. p. 83, 37. Etymologia, cujus Aristoteles non meminit H. An. I, 1, 10 ubi locus fuerat, rursus memoratur apud Athen. VII, p. 324, D et Plutarch. de Solert. animal. c. 30.

26 (262).

Athen. VII, 284, F : Τῆς δ' ἀφύης ἐστὶ γένη πλείω. Καὶ ἡ μὲν ἀφρῖτις λεγομένη οὐ γίνεται ἀπὸ γόνου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπι-

---

Encrasicholorum meminit Aristoteles ut minutorum pisciculorum, in libro de Zoicis.

20.

Aristoteles in libro de Zoicis vel Piscibus gregalem piscem esse thynnidem scribit et locum mutare.

21.

Aristoteles in libro de Animalibus (imino Zoicis) ait : « Ostreorum genera : pinna, ostreum, musculus, pecten, solen, concha, lepas, tethos, glans. Quæ vero huc illuc vaga progrediuntur : buccinum, purpura, hedyporphyra, echinus, strabelus. Est vero pecten testa opertus aspera, virgata : tethos testa lævi, nullis distincta virgis : pinnæ os tenuius est; ostreo crassius : et est ostreum bivalve, testa lævi; patella vero univalvis, testa lævi. Cohærentibus testis constat musculus : in unam concreta, eaque lævi, solen et glans : communis ex ambobus naturæ est concha. »

22.

In libro de Zoicis Aristoteles mollusca ait esse, polypodes, osmylen, heledonen, sepiam, loliginem.

23.

In libro de Zoicis sive Piscibus Aristoteles dicit : « Polypus alius qui cutem mutat, alius nautilus. »

24.

Aristoteles in libro de Zoicis, unicam spinam habere, et fulvi esse coloris alphesticum dicit.

25.

Amias, Aristoteles tradit, habere branchias tectas, dentes vero serratos : esseque ex genere gregalium piscium et carnivororum : fel eis esse longitudine par intestino, pariterque splenem. Captas, narrant, sursum prosilire, arrosaque linea aufugere... Aristoteles nominis rationem reddens, ait dictas esse amias, eo quod simul (ἅμα) cum sui similibus eant. Nam gregatim is piscis degit.

26.

Aphyæ plura sunt genera. Et ea quidem, quæ aphritis vocatur, non nascitur e semine, ut ait Aristoteles, sed ex spuma (ἀφρῷ) mari innatante, quum illa multis imbribus incidentibus concrescit.

Digitized by Google

πολάζοντος τῇ θαλάσσῃ ἀφροῦ, ὅταν ὄμβρων γενομένων πολλῶν σύστασις γένηται. In Aristotelis H. An. VI, 15, 3 loco qui conferri potest, nomen ἀφρῖτις non legitur.

www.libtool.com.cn

27 (263).

Athen. VII, 294, D : Γαλεοί... Ἀριστοτέλης δὲ εἴδη αὐτῶν φησὶν εἶναι πλείω, ἀκανθίαν, λεῖον, ποικίλον, σκύμνον, ἀλωπεκίαν, ῥίνην... Ὁ δ' Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων (corr. περὶ Ζωικῶν, cf. infra fr. 37) καὶ κεντρίνην φησί τινα γαλεὸν εἶναι καὶ νωτιδανόν... Ἰδίως δὲ ὁ ἀκανθίας τὴν καρδίαν ἔχει πεντάγωνον. Τίκτει δ' ὁ γαλεὸς τὰ πλεῖστα τρία καὶ εἰσδέχεται τὰ γεννηθέντα εἰς τὸ στόμα καὶ πάλιν ἀφίησι, μάλιστα δ' ὁ ποικίλος καὶ ὁ ἀλωπεκίας· οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἔτι διὰ τὴν τραχύτητα. Ultima ex Aristotelis Hist. An. desumpta videntur, cf. V, 10, 7; 11, 9.

28 (264).

Athen. VII, 298, B : Ἀριστοτέλης δὲ χαίρειν φησὶ τὰς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι. Ὅθεν τοὺς ἐγχελυοτρόφους καθαρὸν αὐταῖς ἐπιχεῖν· πίνεσθαι γὰρ ἐν τῷ θολερῷ· διὸ καὶ οἱ θηρεύοντες θολοῦσι τὸ ὕδωρ ἵν' ἀποπνίγωνται. Λεπτὰ γὰρ ἔχουσαι τὰ βράγχια αὐτίκα ὑπὸ τοῦ θολοῦ τοὺς πόρους ἐπιπωματίζονται. Ὅθεν κἂν τοῖς χειμῶσιν ὑπὸ τῶν πνευμάτων ταραττομένου τοῦ ὕδατος ἀποπνίγονται. Ὀχεύονται δὲ συμπλεκόμεναι, κἄτ' ἀφιᾶσι γλοιῶδες ἐξ αὑτῶν, ὃ γενόμενον ἐν τῇ ἰλύι ζωογονεῖται. Λέγουσι δὲ οἱ ἐγχελυοτρόφοι καὶ ὡς νυκτὸς μὲν νέμονται, ἡμέρας δ' ἐν τῇ ἰλύι ἀκινητίζουσι, ζῶσί τε τὸ ἐπὶ πολὺ ἐπὶ ὀκτὼ ἔτη. Ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ... (scil. in Hist. An.).

Horum maxima pars, nec tamen omnia, præsertim quæ de generatione referuntur, in H. An. inveniuntur, ubi cf. VIII, 2, p. 149, 57, 150, 23, 26. Cf. præterea Oppian. Halieut. I, 516 sqq. Ad Zoica spectant fortasse quæ addit paulo post Athenæus l. l. p. 299, C : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς περὶ Ζώων (ita in codice Marc. teste Rosio non ἐν τοῖς περὶ Ζώων Μορίων) διὰ τοῦ ι ἔγχελις εἴρηκεν.

29 (265).

Athen. VII, 300, E : Ἐρυθρῖνος. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ζώων (corr. Ζωικῶν) καὶ Σπεύσιππος παραπλήσιά φησιν εἶναι φάγρον, ἐρυθρῖνον, ἧπατον.

30 (266).

Athen. VII, 301, C : Ἧπατος... Ἔστι δὲ μονήρης, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, σαρκοφάγος τε καὶ καρχαρόδους, τὴν χροιὰν μὲν μέλας, ὀφθαλμοὺς δὲ μείζονας ἢ καθ' αὑτὸν ἔχων, καρδίαν τρίγωνον λευκήν.

« Mendum subesse ultimis verbis atque legendum esse καρδίαν τρίγωνον, ἧπαρ λευκόν, optime exposuit Rondelet *de Piscib.* p.148-49. » *Rosius.*

31 (267).

Athen. VII, 282, D : Ἀνθίας, κάλλιχθυς... Ἀριστοτέλης δὲ καὶ καρχαρόδοντα εἶναι (φησὶ) τὸν κάλλιχθυν σαρκοφάγον τε καὶ συναγελαζόμενον.

32 (268).

Ælian. de Nat. anim. XIII, 4 : Ἀκούσαις δ' ἂν ἁλιέων καὶ ἰχθύων τινὰ καλλιώνυμον οὕτω λεγόντων. Καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀριστοτέλης λέγει ὅτι ἄρα ἐπὶ

27.

Aristoteles quinto libro de Partibus Animalium (*immo* de Zoicis) etiam centrinem in galeorum numero nominat et notidanum... Singulare vero hoc habet acanthias, quod cor ei sit quinquangulare. Parit autem galeus ut plurimum fœtus tres : natosque in os recipit rursusque emittit; præsertim is qui varius vel variegatus nominatur et qui alopecias. Reliqui vero non item propter asperitatem.

28.

Aristoteles vero gaudere ait anguillas aqua purissima ideoque hos, qui anguillas alunt, limpidam eis adfundere; suffocari enim turbidis. Quamobrem aquam turbant qui eas piscantur. Tenues enim illis branchiæ sunt, quarum meatus statim obturantur cœno : quamobrem aquis vi tempestatum conturbatis suffocantur. Coëunt complexæ se mutuo : deinde emittunt ex se glutinosum quiddam : quod, postquam in limo fuit, vitam concipit, ut animalia inde nascantur. Narrant etiam qui anguillas alunt, noctu eas pasci, interdiu vero in limo immotas manere. Vivunt autem ut plurimum ad octo annos.

29.

Aristoteles in libro de Animalibus (immo Zoicis) et Speusippus similes inter se esse tradunt phagrum, erythrinum, hepatum.

30.

Hepatus est solitarius, ut dicit Aristoteles, et carnivorus, et dentibus serratis, colore niger : oculos autem majores habet quam pro corporis magnitudine; cor triangulare, album.

31.

Aristoteles tradit, serratos dentes habere callichthyn et esse carnivorum et gregalem.

32.

De piscatoribus audies, ex piscibus quendam esse nomine callionymum. Huic Aristoteles ait in dextra jecoris

Digitized by Google

τοῦ λοβοῦ τοῦ δεξιοῦ καθημένην ἔχει χολὴν πολλήν, αὐτῷ δὲ τὸ ἦπαρ κατὰ τὴν λαιὰν φορεῖται πλευράν.

Ex his pars tantum legitur in Hist. An. II, 15, 7. Cf. Plin. Hist. nat. XXXII, 24 : *Callionymi fel cicatrices sanat... Nulli hoc piscium copiosius, ut existimavit Menander quoque in comœdiis. Idem piscis et uranoscopos vocatur ab oculo quem in capite habet.*

33 (269).

Athen. VII, 307, A : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Μορίων (H. An. V, 11, 6)... Ἐν δ' ἄλλοις φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης· « Ὁ κεστρεὺς καρχαρόδους ὢν οὐκ ἀλληλοφαγεῖ, ἅτε δὴ οὐδ' ὅλως σαρκοφαγῶν. Ἔστι δὲ ὁ μέν τις κέφαλος, ὁ δὲ χελλών, ὁ δὲ φεραῖος. Καὶ ὁ μὲν χελλὼν πρὸς τῇ γῇ νέμεται, ὁ δὲ φεραῖος οὔ. Καὶ τροφῇ χρῆται ὁ μὲν φεραῖος τῇ ἀφ' αὑτοῦ γενομένῃ μύξῃ, ὁ δὲ χελλὼν ἄμμῳ καὶ ἰλύι. Λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὸν γόνον τῶν κεστρέων οὐδὲν τῶν θηρίων κατεσθίει, ἐπεὶ οἱ κεστρεῖς οὐδένα τῶν ἰχθύων. »

Cf. H. An. VIII, 4, 2 : Ἀλληλοφαγοῦσι δὲ πάντες μὲν πλὴν κεστρέως, μάλιστα δὲ οἱ γόγγροι... Ἔστι δὲ ὁ μὲν κέφαλος, ὃν καλοῦσί τινες χελῶνα, πρόσγειος· ὁ δὲ παρείας (περαίας Bekk. παρέας v. l. παρδίας Plut. de Sol. An. c. 9 ex Arist.) οὔ· βόσκεται δ' ὁ παρείας τὴν ἀφ' αὑτοῦ μύξαν· διὸ καὶ νῆστίς ἐστιν ἀεί. Οἱ δὲ κέφαλοι νέμονται τὴν ἰλύν· διὸ καὶ βαρεῖς καὶ βλεννώδεις εἰσίν, ἰχθὺν δ' ὅλως οὐκ ἐσθίουσιν... τὸν δὲ γόνον αὐτῶν οὐδὲν ἐσθίει τῶν θηρίων, διὸ γίνονται πολλοί.

34 (270).

Athen. VII, 305, F : Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ζώων (corr. Ζωικῶν) ἢ Ἰχθύων· « Ὁ κίθαρος, φησί, καρχαρόδους, μονήρης, φυκοφάγος, τὴν γλῶτταν ἀπολελυμένος, καρδίαν λευκὴν ἔχων καὶ πλατεῖαν. » Cithari semel mentio occurrit H. An. II, 17, p. 33, 49.

35 (271).

Athen. VII, 306, B : Κόρδυλος. Τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶν ἀμφίβιον εἶναι καὶ τελευτᾶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου αὐανθέντα. Cf. Hesych. s. v. Κορδύλος.

36 (272).

Athen. VII, 309, A : Κυπρῖνος. Τῶν σαρκοφάγων καὶ οὗτος, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, καὶ συναγελαστικῶν. Τὴν δὲ γλῶτταν οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κέκτηται (ita cod. Marc.).

« Ultima hæc de lingua neque sensum ullum habent (ut ait Rondelet, non integrum esse locum Athenæi statuens, *Aquatil. Hist. part. alt.* Lugd. 1555, p. 152, cf. Schneider, *Hist. Piscium*, p. 7), et ad emendandum sunt impeditissima, cf. Schweigh. Animadv. t. IV, p. 306 ss. » *Rosius*. Cf. H. An. IV, 8.

37 (273).

Athen. VII, 310, E : Λάβρακες. Οὗτοι, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, μονήρεις εἰσὶ καὶ σαρκοφάγοι. Γλῶσσαν δ' ἔχουσιν ὀστώδη καὶ προσπεφυκυῖαν, καρδίαν τρίγωνον. Ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων Μορίων... (H. A. V, 10, 11, p. 83, 7, 14). Interpositis quibusdam ex Hicesio desumptis, ita de nominis etymologia pergit Athenæus l. l. F : Ὠνομάσθη δ' ὁ ἰχθὺς παρὰ τὴν λαβρότητα. Λέγεται δέ, ὅτι καὶ συνέσει τῶν ἄλλων ἰχθύων διαφέρει, ἐπινοητικὸς ὢν τοῦ διασώζειν ἑαυτόν, quæ et ipsa fortasse in Zoicis legebantur.

38 (274).

Athen. VII, 312, C : Μύραιναι.. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων ἐκ μικροῦ φησιν αὐτὴν ταχεῖαν τὴν αὔξησιν λαμβάνειν καὶ εἶναι καρχαρόδουν· τίκτειν τε πᾶσαν ὥραν μικρὰ ὠά.

---

fibra copiosum fel situm esse, jecur autem ad lævum latus collocatum esse.

33.

In aliis dicit Aristoteles : « Mugil, licet dentes habeat serratos, alios non vorat pisces; quippe ne carne quidem omnino vescitur. Est autem alius cephalus, alius chellon, alius pheræus. Et chellon quidem prope terram pascitur, pheræus vero non item. Et alimento utitur pheræus quidem muco qui ex ipso exit : chellon vero arena et cœno. Dicunt etiam, fœtum mugilem a nullo alio piscium genere vorari, quia nec ipsi aliis piscibus vescuntur. »

34.

Aristoteles in libro de Zoicis vel Piscibus ait : « Citharus serratis dentibus est, solitarius, alga vescitur, linguam habet solutam, cor album et latum. »

35.

Cordylum Aristoteles ait amphibium esse et mori exsiccatum a sole.

36.

Cyprinus. Est hic quoque ex carnivoris, ut tradit Aristoteles, et ex gregalibus. Habet autem linguam non in ore, sed post os.

37.

Labraces (*seu* Lupi). Hi, ut tradit Aristoteles, solitarii sunt et carnivori. Linguam habent osseam et adhærentem; cor triangulare.

38.

Aristoteles quinto libro de Partibus Animalium scribit e parvula celeriter incrementum capere murænam, et esse

Digitized by Google

Non ad quintum H. An. hunc locum pertinere arbitratus est Rosius, sed ad librum περὶ Ζωικῶν, quum l. l. V, 10, 3 verba καὶ εἶναι καρχαρόδουν non legantur. Notandum est præterea, codd. aliquot et ed. Venet. Athenæi et hic et supra p. 304, C, ubi idem plane Aristotelis locus respici videtur, non ἐν πέμπτῳ sed ἐν δευτέρῳ Z. M. habere.

39 (275).

Athen. VII, 314, C : Ἔστι δὲ ἡ νάρκη, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, τῶν σελαχωδῶν καὶ τῶν σκυμνοτοκούντων. Θηρεύει δ' εἰς τροφὴν ἑαυτῆς τὰ ἰχθύδια προσαπτομένη καὶ ναρκᾶν καὶ ἀκινητίζειν ποιοῦσα. Cf. H. A. II, 13, p. 28, 24.

40 (276).

Athen. VII, 314, E : Ξιφίας. Τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶν ἔχειν τοῦ ῥύγχους τὸ μὲν ὑποκάτω μικρόν, τὸ δὲ καθύπερθεν ὀστῶδες μέγα, ἴσον τῷ ὅλῳ αὐτοῦ μεγέθει· τοῦτο δὲ καλεῖσθαι ξίφος. Ὀδόντας δ' οὐκ ἔχειν τὸν ἰχθύν. De his nihil apud Aristotelem. De dentibus cf. Ælian. N. An. XIV, 23.

41 (277).

Athen. VII, 315, E : « Ὄνος, φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ζωικῶν, ἔχει στόμα ἀνερρωγὸς ὁμοίως τοῖς γαλεοῖς· καὶ οὐ συναγελαστικός. Καὶ μόνος οὗτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει, καὶ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ λίθους ἐμφερεῖς μύλαις. Φωλεύει τε μόνος ἐν ταῖς ὑπὸ κύνα θερμοτάταις ἡμέραις, τῶν ἄλλων ταῖς χειμεριωτάταις φωλευόντων. » De his ultima tantum modo memorat Aristoteles Hist. An. VIII, 15, 4. Eodem fonte quo Athenæus, usus est Ælianus de Nat. An. VI, 30, qui et alia quædam præterea addidit : Ὁ ἰχθὺς ὁ ὄνος τὰ μὲν ἄλλα ὅσα ἐντὸς προσπέφυκεν, οὐ πάνυ τι τῶν ἑτέρων διεστῶτα κέκτηται, μονότροπος δέ ἐστι καὶ σὺν ἄλλοις βιοῦν οὐκ ἀνέχεται. Ἔχει δὲ ἄρα ἰχθύων μόνος οὗτος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν, καὶ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ λίθους οἵπερ οὖν ἐοίκασι μύλαις τὸ σχῆμα. Σειρίου δὲ ἐπιτολῇ φωλεύει μόνος, τῶν ἄλλων ἐν ταῖς κρυμωδεστάταις (ἡμέραις) φωλεύειν εἰθισμένων. Cf. ib. V, 20 : Ὄνος ὁ θαλάττιος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἕλαχεν ἔχειν, ὡς οἱ δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ὁμολογοῦσιν ἡμῖν καὶ διδάσκουσιν.

Clemens Alexandr. Pædag. II, 1, 18, p. 65 Sylburg. : Τὸν νοῦν ἐγκατορύξας τῇ κοιλίᾳ, τῷ ἰχθύι τῷ καλουμένῳ ὄνῳ τὰ μάλιστα ἐοικώς, ὃν δή φησιν Ἀριστοτέλης μόνον τῶν ἄλλων ζῴων ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔχειν, quæ ex eodem fonte excerpta esse quo Athenæus usus sit, Epicharmi, qui hunc piscem ἐκτραπελόγαστρον appellat, loco demonstrari, similiter apud utrumque Aristoteleis subjuncto, apte observavit Rosius. Apuleius de Magia c. 40 : *Quod* Aristoteles *si scisset, nunquam profecto omisisset, qui aselli piscis solius omnium in medio alvo corculum situm pro maximo memoravit.*

42 (278).

Athen. VII, 315, A : Ὀρφώς... Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ Ζῴων Μορίων ταχεῖαν λέγων γίνεσθαι τοῖς ἰχθύσι τὴν αὔξησιν, καὶ ὀρφώς, φησίν, ἐκ μικροῦ γίνεται μέγας ταχέως (hæc in H. An. V, 10, 5 leguntur). Ἔστι δὲ καὶ σαρκοφάγος (H. An. VIII, 2, p. 148, 53) καὶ καρχαρόδους, ἔτι δὲ καὶ μονήρης. Ἴδιον δ' ἐν αὐτῷ ἐστὶ τὸ τοὺς θορικοὺς πόρους μὴ εὑρίσκεσθαι καὶ τὸ δύνασθαι πολὺν χρόνον ζῆν μετὰ τὴν ἀνατομήν. Ἔστι δὲ καὶ τῶν φωλευόντων (Hist. An. VIII, 15, 1) ἐν ταῖς χειμεριωτάταις ἡμέραις· χαίρει τε πρόσγειος (H. An. VIII, 13, 1) μᾶλλον ὢν ἢ πελάγιος. Ζῇ δ' οὐ πλέον δύο ἐτῶν.

Quæ non in Hist. An. leguntur ex alio opere Zoicorum desumpta esse, omissa tamen mentione

---

dentibus serratis, parereque quovis anni tempore minuta ova.

39.

Est autem torpedo, ut dicit Aristoteles, e genere piscium cartilagineorum, eorumque qui vivos pariunt catulos. Venatur autem sibi pro pabulo pisciculos, quos dum attingit, ita torpere facit ut immobiles maneant.

40.

Xiphias (*sive* gladius). Hunc Aristoteles scribit inferiorem rostri partem habere brevem; superiorem vero, osseam longam, toti corpori longitudine parem : hanc vero partem gladium vocari : dentibus autem carere hunc piscem.

41.

Asinus, ait Aristoteles in libro de Zoicis, habet os late patens, sicut galei : non est gregalis : et unus hic e piscibus cor in ventre habet; in capite vero lapides, molaribus similes. Estque etiam unus qui se abscondat calidissimis caniculæ diebus, quum alii latitent diebus maxime hiemalibus.

42.

Aristoteles libro quinto de Animalium Partibus, ubi dicit celeriter incrementum capere pisces, ait, orphum etiam celeriter ex parvo magnum fieri. Est autem et carnivorus et serratis dentibus instructus. Porro vivit solitarius. Habet autem hoc proprium, quod nulla in eo genituræ via reperiatur, et quod diu etiam vivat postquam dissectus est. Est vero etiam ex eis qui latitant diebus maxime hiemalibus : amatque magis loca litori vicina, quam altum mare. Non vivit autem ultra biennium.

Digitized by Google

satis probabiliter conjecit Rosius hîc et in sequenti fragmento. Similis est locus apud Ælianum de Nat. An. V, 18 : Ὁ ὀρφὼς θαλάττιον ζῷόν ἐστι, καὶ εἰ ἅλοις καὶ ἀνατίμοις, οὐκ ἂν ἴδοις τεθνεῶτα παραχρῆμα αὐτόν, ἀλλὰ ἐπιλαμβάνει τῆς κινήσεως καὶ οὐκ ἐπ' ὀλίγον. Διὰ χειμῶνος δὲ ἐν τοῖς φωλεοῖς οἰκουρῶν χαίρει· διατριβαὶ δὲ ἅρα αἱ πρὸς τῇ γῇ μᾶλλον φίλαι αὐτῷ. Cf. Oppian. Halieut. I, 142 sq.

43 (279).

Athen. VII, 321, E : Σάλπη... Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων ἅπαξ τίκτειν φησὶν αὐτὴν τοῦ μετοπώρου (H. An. V, 9, p. 82, 27, VI, 17, p. 119, 38). Ἔστι δὲ πολύγραμμος καὶ ἐρυθρόγραμμος, ἔτι δὲ καρχαρόδους καὶ μονήρης. Λέγεσθαι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἁλιέων φησὶν ὡς καὶ κολοκύντῃ θηρεύεται χαίρουσα τῷ βρώματι.

44 (280).

Athen. VII, 329, A : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας (Μορίων corr. Casaub.) σαρδίνους αὐτὰς (τὰς ἐριτίμους scil.) καλεῖ.

Pro σαρδίνους Meinekius σαργίνους, qui nominantur semel in H. An. IX, 2, p. 175, 10. Nusquam vero alius nisi quintus Historiarum liber ab Athenæo, scil. titulo ἐν πέμπτῳ Μορίων, citatur.

45 (281).

Athen. VII, 319, E : Σκάρος. Τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶ καρχαρόδοντα εἶναι καὶ μονήρη καὶ σαρκοφάγον, ἔχειν τε στόμα μικρὸν καὶ γλῶτταν οὐ λίαν προσπεφυκυῖαν, καρδίαν τρίγωνον, ἧπαρ λευκὸν (ita Rondel. *de Piscib.* p. 166, pro παράλευκον) τρίλοβον, ἔχειν τε χολὴν καὶ σπλῆνα μέλανα, τῶν δὲ βραγχίων τὸ μὲν διπλοῦν τὸ δὲ ἁπλοῦν. Μόνος δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἰχθύων μηρυκάζει· χαίρει δὲ τῇ τῶν φυκίων τροφῇ· διὸ καὶ τούτοις θηρεύεται. Ἀκμάζει δὲ θέρους.

Hæc magnam partem in Hist. An. sed non uno loco leguntur, e quibus, iis quæ II, 13, p. 28, 51 leguntur, usus est Rondeletius, l. l. ut apud Athenæum ante καρχαρόδοντα, οὐ adderet. Cf. præterea ibid. v. 36, VII, 2, p. 149, 43.

46 (282).

Athen. VII, 320, E : Τίκτει δ' ὁ σκορπίος ὀίς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων (H. An. V, 9, p. 82, 25) ...Ὅτι δὲ καὶ πληκτικός ἐστιν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Ἰχθύων ἢ Ζωικῶν.

47 (283).

Athen. VII, 324, D : Τὴν δὲ τρίγλην φησὶν Ἀριστοτέλης τρὶς τίκτειν τοῦ ἔτους ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων (H. An. V, 9, p. 82, 23), τεκμαίρεσθαι λέγων τοὺς ἁλιεῖς τοῦτο ἐκ τοῦ γόνου τρὶς φαινομένου περί τινας τόπους· μήποτ' οὖν ἐντεῦθέν ἐστι καὶ τὸ τῆς ὀνομασίας, ὡς ἁμίαι ὅτι οὐ κατὰ μίαν φέρονται ἀλλ' ἀγεληδόν, σκάρος δὲ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν καὶ χαρίς, ἀφύαι δ' ὡς ἂν ἀφυεῖς οὖσαι, τουτέστι δυσφυεῖς, θύω, θύννος ὁ ὁρμητικὸς διὰ τὸ κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν ὑπὸ τοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς οἴστρου ἐξελαύνεσθαι. Ἔστι δὲ καρχαρόδους, συναγελαστική, παντόστικτος, ἔτι δὲ σαρκοφάγος. Τὸ δὲ τρίτον τεκοῦσα ἄγονός ἐστι· γίνεται γάρ τινα σκωλήκια αὐτῇ ἐν τῇ ὑστέρᾳ, ἃ τὸν γόνον τὸν γινόμενον κατεσθίει.

Etymologiæ nominum (cf. supra fragm. 25) ex Aristophane Byzantio fluxisse videntur, quod ostendit Artemidorus Oneirocr. II, 14 : Τρίγλη. Αὕτη δὲ γυναιξὶν ἀτέκνοις ἐστὶν ἀγαθή· τρὶς γὰρ κύει. Ὅθεν αὐτῇ καὶ τοὔνομα εἰκότως φασὶ κεῖσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ Ζώων (l. l.) καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην Ὑπομνήμασι.

43.

Aristoteles quinto libro de Partibus Animalium salpam semel parere dicit autumno. Est autem multis virgis, eisque rubris striata, dentibus serratis et solitaria. Tradit idem narrare piscatores, amare eum cucurbita vesci et ea esca capi solere.

44.

Aristoteles quinto Historiarum Animalium (?) sardinos vocat eritimos.

45.

Scarum Aristoteles dentes habere serratos dicit esseque solitarium et carnivorum : os habere parvum et linguam non nimis adhærescentem, cor triangulare, jecur album, trilobum : habere fel et splenem nigrum et branchiarum unam duplicem, alteram simplicem. Solus autem hic ex omnibus piscibus ruminat. Gaudet alga vesci; quare et hac eum venantur. Viget æstate.

46.

Pungendo scorpium lædere, tradit Aristoteles in libro de Piscibus sive Zoicis.

47.

Mullus (*ut Aristoteles dicit?*) est dentibus instructus serratis, gregalis, totus punctis maculosus; ad hæc carnivorus. Postquam tertium peperit, fit sterilis : nascuntur enim in ejus utero vermiculi quidam, qui conceptum fœtum devorant.

Digitized by Google

48 (284).

Athen. VII, 327, C : Φάγρος... Ἀριστοτέλης δὲ σαρκοφάγον φησὶν αὐτὸν εἶναι καὶ μονήρη καρδίαν τε ἔχειν τρίγωνον ἀκμάζειν τε ἔαρος.

(ΠΕΡΙ ΜΑΛΑΚΙΩΝ.)

49 (285).

Athen. VII, 316, C : Ἱστορεῖ δ' Ἀριστοτέλης τὸν πολύποδα ἔχειν πόδας ὀκτώ, ὧν τοὺς μὲν ἄνω δύο καὶ κάτω ἐλαχίστους, τοὺς δ' ἐν μέσῳ μεγίστους· ἔχειν δὲ καὶ κοτυληδόνας δύο, αἷς τὴν τροφὴν προσάγεσθαι· τοὺς δ' ὀφθαλμοὺς ἐπάνω τῶν δύο ποδῶν (corr. ὀδόντων, ex A. H. An. IV, 1, p. 56, 53)· τὸ δὲ στόμα καὶ τοὺς ὀδόντας ἐν μέσοις τοῖς ποσίν. Ἀναπτυχθεὶς δὲ ἐγκέφαλον ἔχει διμερῆ· ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον θολόν, οὐ μέλανα καθάπερ σηπία, ἀλλ' ὑπέρυθρον, ἐν τῷ λεγομένῳ μήκωνι· ὁ δὲ μήκων κεῖται ἐπάνω τῆς κοιλίας οἱονεὶ κύστις· σπλάγχνον δ' οὐκ ἔχει ἀναλογοῦν. Τροφῇ δὲ χρῆται ἔστιν ὅτε καὶ τοῖς τῶν κογχυλίων σαρκιδίοις, τὰ ὄστρακα ἐκτὸς τῶν θαλαμῶν ῥίπτων· ὅθεν διαγινώσκουσιν οἱ θηρεύοντες. Ὀχεύει δὲ συμπλεκόμενος καὶ πολὺν χρόνον πλησιάζει, διὰ τὸ ἄναιμος εἶναι. Τίκτει δὲ διὰ τοῦ λεγομένου φυσητῆρος, ὃς ἐστι πόρος τῷ σώματι, καὶ τίκτει ὡὰ βοτρυδόν.

Hæc omnia, exceptis iis quæ de atramenti colore et de coitu narrantur, in H. An. leguntur, sed multis locis dispersa, cf. IV, 1, p. 56, 10, 17, 53; VIII, 2, p. 148, 42; V, 6, p. 80, 22, c. 12 p. 83, 45, ita ut jure Athenæum non ex ipsis Historiis Animalium, sed ex opere quodam ex illis maximam partem excerpto, hausisse putes.

50 (286).

Athen. VII, 317, F : Ὁ δὲ ναυτίλος καλούμενος, φησὶν Ἀριστοτέλης, πολύπους μὲν οὐκ ἔστιν, ἐμφερὴς δὲ κατὰ τὰς πλεκτάνας· ἔχει δὲ τὸ νῶτον ὀστρακόδερμον. Ἀναδύνει δὲ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἐφ' ἑαυτὸν ἔχων τὸ ὄστρακον, ἵνα μὴ τὴν θάλασσαν ἕλκῃ· ἐπαναστραφεὶς δ' ἐπιπλεῖ ἄνω ποιήσας δύο τῶν πλεκτανῶν, αἳ μεταξὺ αὐτῶν λεπτὸν ὑμένα ἔχουσι διαπεφυκότα, ὡς καὶ τῶν ὀρνίθων οἱ πόδες ὁρῶνται μεταξὺ τῶν δακτύλων δερμάτινον ὑμένα ἔχοντες· ἄλλας δὲ δύο πλεκτάνας καθίησιν εἰς τὴν θάλασσαν ἀντὶ πηδαλίων. Ὅταν δέ τι προσιὸν ἴδῃ, δείσας συστέλλει τοὺς πόδας καὶ πληρώσας αὐτὸν τῆς θαλάσσης κατὰ βυθοῦ ὡς τάχος χωρεῖ.

Ab hac narratione, cui similis est quæ legitur in Oppiani Halieut. I, 338 sqq., paulum differunt, quæ apud Aristotelem, Hist. An. IX, 37, p. 193, 21, exstant.

51 (287).

Athen. VII, 323, C : Τὴν σηπίαν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ πόδας ἔχειν ὀκτώ, ὧν τοὺς ὑποκάτω δύο μεγίστους, προβοσκίδας δύο, καὶ μεταξὺ αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα. Ἔχει δὲ καὶ ὀδόντας δύο, τὸν μὲν ἄνω τὸν δὲ κάτω, καὶ τὸ λεγόμενον ὄστρακον ἐν τῷ νώτῳ. Ἐν δὲ τῇ μύτιδι ὁ θολός ἐστιν· αὕτη δὲ κεῖται παρ' αὐτὸ τὸ στόμα κύστεως τρόπον ἐπέχουσα. Ἔστι δ' ἡ κοιλία πλακώδης καὶ λεία, ὁμοία τοῖς τῶν

48.

Aristoteles carnivorum esse ait phagrum et solitarium : habereque cor triangulare et vigere vere.

(DE MOLLUSCIS.)

49.

Narrat Aristoteles, polypodem octo habere pedes : quorum duo supremi duoque infimi, minimi, medii autem maximi. Habere autem etiam duo acetabula, quibus cibum ori admoveat : oculos vero supra duobus dentibus : os autem et dentes, in pedum medio. Dissectus et explicatus, cerebrum habere deprehenditur bipartitum. Habet vero etiam atramentum quod dicitur, sicuti sepia ; nec vero illud nigrum, sed rubescens : inestque in ea parte, quæ mecon sive papaver dicitur. Situm est autem papaver supra ventrem veluti vesica. Intestinum vero aliis piscibus simile non habet. Cibo utitur quum alio, tum subinde carne conchularum, quarum testas extra cubile suum projicit; quo signo eos adesse intelligunt qui venantur. Coit complexu, longoque tempore coitum absolvit, quoniam exsanguis est. Parit autem per fistulam, quæ dicitur, qui est corporis meatus. Ova autem parit racematim.

50.

Qui nautilus vocatur, inquit Aristoteles, is polypus quidem non est, sed brachiis ei similis. Hujus dorsum testa tegitur. Emergit autem e profundo, testam supra se habens, ne aquam illa trahat : deinde conversus, innatat supinus aquæ, sublatis duobus e suis brachiis, inter quæ tenuis internata membrana distenditur; qualis est illa coriacea membrana, quam in avium nonnullorum pedibus inter digitos extentam videmus : duo autem alia brachia in mare demittit, quæ sunt ei pro gubernaculis. Ubi vero aliquid adversus se videt accedere, metuens contrahit pedes, et aqua testam implens, celeriter in profundum abit.

51.

Sepiam vero, Aristoteles scribit, pedes habere octo, quorum duo infimi maximi; proboscides duas et inter

Digitized by Google

βοῶν ἠνύστροις. Τρέφονται δὲ αἱ μικραὶ σηπίαι τοῖς λεπτοῖς ἰχθυδίοις, ἀποτείνουσαι τὰς προβοσκίδας ὥσπερ ὁρμιὰς καὶ ταύταις θηρεύουσαι. Λέγεται δὲ ὡς, ὅταν ὁ χειμὼν γένηται, τῶν περιδίων ὥσπερ ἀγκύραις ταῖς προβοσκίσι λαμβανόμεναι ὁρμοῦσι. Διωκομένη τε ἡ σηπία τὸν θολὸν ἀφίησι καὶ ἐν αὐτῷ κρύπτεται ἐμφήνασα φεύγειν εἰς τοὔμπροσθεν. Λέγεται δὲ ὡς καὶ θηρευθείσης τῆς θηλείας τριόδοντι οἱ ἄρρενες ἐπαρήγουσιν ἀνθέλκοντες αὐτήν· ἂν δ' οἱ ἄρρενες ἁλῶσιν, αἱ θήλειαι φεύγουσιν. Οὐ διατίζει δ' ἡ σηπία, καθάπερ οὐδ' ὁ πολύπους. Ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων Μορίων· « Αἱ σηπίαι, φησί, quæ ad H. An. V, 6, p. 80, 17 et ib. c. 12, p. 33, 37 spectant.

Athenæum exscripsit Eustathius in Iliad. p. 950, 3. Nihil vero in his est quod non ex Aristotele compilatum sit, præter illud tamen quod de usu acetabuli narratur, de quo ex Aristotele habet etiam Plutarchus de Solertia anim. c. 27 : Ὃ σοφίσματι καὶ τὴν σηπίαν χρῆσθαί φησιν ὁ Ἀριστοτέλης· καθίησι γὰρ ὥσπερ ὁρμιὰν ἀπὸ τοῦ τραχήλου πλεκτάνην, μηκύνεσθαί τε πόρρω χαλώσης καὶ πάλιν συντρέχειν εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβανούσης, βᾷστα πεφυκυῖαν· ὅταν οὖν τι τῶν μικρῶν ἰχθυδίων ἴδῃ πλησίον, ἐνδίδωσι δακεῖν καὶ κατὰ μικρὸν ἀναμηρύεται λανθάνουσα καὶ προσάγεται, μέχρις ἂν ἐν ἐφικτῷ τοῦ στόματος γένηται τὸ προσχόμενον. Cf. Oppiani Halieut. II, 120 sqq.

52 (288).

Athen. VIII, 326, B : Τευθίς. Ἀριστοτέλης εἶναί φησι καὶ ταύτην τῶν συναγελαζομένων, ἔχειν τε τὰ πλεῖστα τῆς σηπίας, τὸν τῶν ποδῶν ἀριθμόν, τὰς προβοσκίδας. Τῶν δὲ ταύτης ποδῶν οἱ μὲν κάτω μικροί εἰσιν οἱ δ' ἄνω μείζους, καὶ τῶν προβοσκίδων ἡ δεξιὰ παχυτέρα, καὶ τὸ ὅλον σωμάτιον τρυφερὸν καὶ ὑπομηκέστερον. Ἔχει δὲ καὶ θολὸν ἐν τῇ μύτιδι οὐ μέλανα ἀλλ' ὠχρόν, καὶ τὸ ὀστρακον μικρὸν λίαν καὶ χονδρῶδες.

53 (289).

Athen. l. l., D, ita pergit : Τεῦθος. Ὁ δὲ τεῦθος μόνῳ τούτῳ διαφέρει τῷ μεγέθει· γίνεται δὲ καὶ τριῶν σπιθαμῶν. Τὸ δὲ χρῶμά ἐστιν ὑπέρυθρος, καὶ τῶν ὀδόντων τὸν μὲν κάτω ἐλάττονα ἔχει τὸν δὲ ἄνω μείζονα, ἄμφω δὲ μέλανας καὶ ὁμοίους ῥύγχει ἱέρακος. Ἀναπτυχθεὶς δὲ κοιλίαν ἔχει ὁμοίαν ταῖς ὑείαις. Ἔν δὲ πέμπτῳ Μορίων (H. An. V, 18, p. 92, 49). Cf. H. An. IV, 1, p. 56, 43.

54 (289^b).

Apollonius Mirab. c. 27 : Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ζωικοῖς (δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι, ἡ μὲν περὶ Ζώων, ἡ δὲ περὶ τῶν Ζωικῶν). « Οἱ φθεῖρες, φησίν, ἐν τῇ κεφαλῇ, ἐν ταῖς μακραῖς οὐ φθίνουσι νόσοις, μελλόντων τελευτᾶν τῶν πασχόντων, ἀλλ' ἐπὶ τὰ προσκεφάλαια εὑρίσκονται, προλελοιπότες τὴν κεφαλήν. » Cf. quæ tribuuntur Alexandro Aphrod. Problem. II, 30 : Διὰ τί ἐν τῷ ἀπόλλυσθαι οἱ φθεῖρες ἀφίστανται ἐν οἷς ἂν ὦσι τόποις ; ὅτι δέονται καὶ θάλψεως καὶ τροφῆς ἐκ τοῦ αἵματος, τοῦτο δὲ καὶ καταψύχεται καὶ ἐκδαπανᾶται. Ζητοῦντες οὖν ἕτερον τόπον ὅμοιον τοῦ προτέρου ἀφίστανται.

---

pedes et proboscides oculos et os. Habet vero etiam dentes duos, alterum supra, alterum infra : et testam, quæ vocatur, in dorso. In mytide, quæ vocatur, inest atramentum : sita est ea prope os, vesicæ rationem habens. Alvus in latitudinem patens et lævis : similis boum omasis. Vescuntur autem parvæ sepiæ minutos pisciculos, extendentes proboscides veluti lineas piscatorias, atque earum ope prædam venantes. Aiunt porro, incidente tempestate, sepias proboscidibus veluti ancoris minuta saxa prehendere, atque ita veluti in statione quiescere. Quum sepiam persequitur venator, atramentum suum illa emittit, in eoque se occultat, antrorsum se profugere simulans. Narrant quoque ubi feminam sepiam furca jam prehendit venator, mares subsidio ei venire, eamque retrahere : sin mares capti sint, profugere feminas. Vita sepiæ bimatum non transit, non magis quam polypi.

Cujus arte (piscis scilicet qui piscator vocatur) etiam sepiam, uti Aristoteles scribit. A collo suo demittit acetabulum instar funiculi quo hamus dependet, quod et laxatum longe emitti. et facillime retrahi in se potest : id pisciculis, quos prope se videt, mordendum exhibet, paullatimque in se retrahens fraude ad se prædam adducit, dum ore contingere possit.

52.

Loliginem quoque docet Aristoteles e gregalibus esse, habereque plurima cum sepiis communia, pedum numerum, proboscides. Huic duo pedes inferiores minores sunt; superiores vero majores, et proboscis dextra crassior : totum vero corpusculum delicatius et magis oblongum. Habet autem humorem quem solet emittere in mytide (*sive* vesica) non atrum, sed luridum : et testam parvam admodum et cartilagineam.

53.

Lolius vero a loligine non differt nisi magnitudine : excrescit enim ad tres spithamas. Est autem colore subrufo, et dentem inferiorem minorem habet, superiorem vero majorem : ambo autem nigros et similes rostro accipitris. Aperta alvus similis est ventriculo suillo.

54.

Aristoteles in Zoicis, sive opere de iis quæ ad animalia pertinent (duo enim sunt ejus opera, unum de animalibus, alterum de iis quæ ad animalia pertinent) pediculos

Digitized by Google

55 (290).

Apollonius Mirab. c. 28 : Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ζωικοῖς· « Ὁ ῥύπος, φησίν, ἐν τοῖς ὠταρίοις γιγνόμενος πικρὸς ὤν, ὅταν τελευτᾶν μέλλωσιν ἐν ταῖς μακραῖς νόσοις γλυκὺς γίνεται. » Τοῦτο δέ, φησίν, παρατετήρηται ἐπὶ πολλῶν γιγνόμενον. Ἀποδέδωκε δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ γιγνομένου ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασιν. Cf. Arist. Probl. XXXII, 4 : Διὰ τί ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος πικρός ἐστιν; ἢ διότι ἱδρώς ἐστι σαπρός· ἔστιν οὖν ἁλμυρὸν σαπρόν, τὸ δὲ σαπρὸν ἁλμυρὸν πικρόν.

56 (291).

Eustathius in Iliad. p. 117, 20 : Ὅθεν καὶ ζῷα ὑτικὰ παρ' Ἀριστοτέλει τὰ καθ' ὕδατος δυόμενα.

57 (292).

Eustath. in Iliad. p. 481, 35 : Τάχα καθ' ὁμοιότητα τοῦ ὀπτητὸν ὀπτὸν εἴρηται παρ' Ἀριστοτέλει καὶ ἑρπτὸν τὸ ἑρπετόν. Cf. in Odyss. p. 1502, 54 : Ὅρα δὲ τὰ ἑρπετὰ ὁς καὶ τὰ ἑρπηστικὰ (corr. ἑρπυστικὰ), οὐκ ἀπὸ τοῦ ἕρπω βαρυτόνου παρηγμένα οὗ παράγωγον τὸ ἑρπετὸν κατὰ Ἀριστοτέλην, ἀλλ' ἀπὸ περισπωμένου ἀρρήτου τοῦ ἑρπῶ, ἵνα ᾖ ὡς τελῶ τελέσω τελεστόν, οὕτως ἑρπῶ ἑρπέσω ἑρπεστόν, καὶ ἐκδρομῇ τοῦ σ ἑρπετόν.

Vix puto rectum esse quod suspicatus erat Lobeckius v. cl. in *Pathologiæ græci sermonis elementis*, t. I, p. 247, malis codicibus deceptum esse Eustathium, immo hunc et quem supra attulimus locum e Zoicis duxit, in quibus et alia multa fuisse vocabula ab Aristotele aliena, jam dictum est. Apud genuinum Aristotelem in Hist. An. I, 1 et de Partibus animal. IV, 10, ἑρπυστικόν legitur; ἑρπετόν vero Mirab. Auscult. c. 115; IV, p. 96, 18, et 130, p. 99, 34 et de Coloribus c. 6, item de Mundo c. 7.

XIV. (ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ.)

Superest satis magnus fragmentorum numerus, in quibus varia de animalibus traduntur, fabulosa pleraque et falsa, partim etiam Aristotele prorsus indigna, quæ tamen nullo modo ad Zoicorum libros referri possunt. Unde vero petita sint, id ne conjectura quidem satis certo indicari potest, nisi quod jure suspiceris, pleraque non ex ipsius Aristotelis libris desumpta esse, sed e Mirabilium quadam collectione, eaque multo quam quæ inter philosophi libros servata est, ampliori. De qua tamen cave accipias quod apud Stephanum Byz. v. Γελωνοί in codicibus legitur : ὡς Ἀριστοτέλης πέμπτῳ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ubi pro πέμπτῳ, scribendum esse ἐν τῷ optime perspexit v. cl. E. Miller, *Journal des Savants*, a. 1840, p. 4. Patet igitur horum omnium locorum non majorem esse auctoritatem quam totius istius farraginis, quæ Mirabilium Auscultationum nomine inscribitur, in qua etsi quædam latent e genuinis libris philosophi excerpta, plura tamen dubia sunt, nonnulla etiam manifesto post Aristotelis ætatem conscripta (cf. Westermann, præfat. in *Paradoxograph.* p. XXV). Quanquam vero ita facile fieri potuit, ut, quæ aliorum erant, Aristoteli tribuerentur, dubito tamen an satis firmis argumentis probari possit, id quod Rosius sibi persuasit, in hisce omnibus Aristotelis et Theophrasti nomina ubique confusa esse, ita ut potius inter Theophrasteorum scriptorum reliquias hæc fragmenta reponenda essent. Ne enim illud tantum modo objiciam, Aristotelem et Theophrastum interdum conjunctim nominari, ut apud auctorem Geoponicorum (cf. infra fr. 7), nullam video causam, cur non multa eorum quæ jam Aristoteles, sive verus, sive falsus narraverat, a Theophrasto quoque in suas collectiones referri potuerint. Neque illud prætereundum est, satis magnam fortasse partem talium mirabilium a posterioribus ex opere de Rebus publicis et e Nomimis barbaris excerpta fuisse. De hac vero re pluribus infra videndum erit.

Locos Æliani de Nat. animal. V, 14 et Antigoni Mirabil. c. 20 et 25, qui sunt fragmenta 317, 322, 323 apud Rosium, in sequentibus consulto omisimus, quum iisdem verbis legantur in Mirabil. Auscult. c. 25, 30, 66.

---

capitis tradit in longis morbis non tabescere interituris ægrotis, sed inveniri in pulvinaribus, ad quæ desertis capitibus ægrotorum transeant.

55.

Aristoteles in Zoicis sordes tradit quæ in auribus nascuntur, quum sint alioquin amaræ, morituris fieri dulces : idque in multis esse observatum. Et causam rei exponit in Quæstionibus naturalibus.

56.

Animalia ὑτικὰ apud Aristotelem vocantur quæ aquam subeunt.

57.

Apud Aristotelem ἑρπτόν (i. e. *reptile*) vocatur quod alibi ἑρπετόν.

Digitized by Google

1 (293).

Ælian. de Nat. Anim. XVI, 33 : Ἀριστοτέλης γε μήν φησι τῶν βοῶν τῶν ἐν Νεύροις (codd. Λευκτροῖς) ἐκπεφυκέναι τὰ κέρατα καὶ τὰ ὦτα ἔκφυσιν τὴν αὐτὴν καὶ εἶναι συνυφασμένα.

Paulo aliter ib. V, 27 : Τοὺς δὲ ἐν Νεύροις βοῦς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχειν τὰ κέρατα.

2 (294).

Ælianus l. l. XVI, 33, ita pergit : Ὁ δὲ αὐτὸς ἐν χώρῳ τινὶ Λιβύων τὰς αἶγας τοῦ στήθους φησὶ τοὺς μαζοὺς ἔχειν ἀπηρτημένους.

3 (295).

Ælianus l. l. : Εἴη δ' ἂν τοῦ παιδὸς τοῦ Νικομάχου καὶ ταῦτα· ἐν τοῖς περὶ τὸν Σκαρίσκον (v. l. καρίσκον) Βουδινοῖς (codd. Βουδιανοῖς) οἰκοῦσιν οὐ γίνεσθαί φησι πρόβατον λευκόν, ἀλλὰ μέλανα πάντα.

Cf. ib. III, 32 : Οἷς δὲ Βουδινὰς (ita corr. codd. l. Ἀβυδηνάς) οὐκ ὄψει λευκάς, ὥς φασι, μελαίνας δὲ πάσας.

4 (296).

Ælianus de Nat. An. V, 8 : Ἀριστοτέλης ὄφεσιν ἐχθρὰν τὴν Ἀστυπαλαιέων γῆν λέγει, καθάπερ καὶ τὴν Ῥήνειαν ταῖς γαλαῖς ὁ αὐτὸς ὁμολογεῖ ἡμῖν. Κορώνῃ δὲ εἰς τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν οὐκ ἔστιν ἐπιβατά. Ἡμιόνων δὲ τὴν Ἥλιν μητέρα οὐκ ἐρεῖς, ἢ τὸ λεχθὲν ψεῦδός ἐστιν.

Cf. Antigon. Hist. mirab. c. 11 : Ἐν Ἀστυπαλαίᾳ δὲ ὄφεις οὐ γίνονται... οὐδὲ ἐν Ῥηνείᾳ τῇ πρὸς Δήλῳ γαλῇ. Ib. c. 12 : Ἀμεληναγόρας δὲ ὁ Ἀθηναῖος ὁ τὴν Ἀτθίδα συγγεγραφὼς οὔ φησι κορώνην προσιπτασθαι πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, οὐδ' ἔχοι ἂν εἰπεῖν ἑωρακὼς οὐδείς. Ἀποδίδωσι δὲ τὴν αἰτίαν μυθικῶς. Φησὶ γάρ κτλ.

Cf. Fragm. Hist. gr. ed. Müller. t. II, p. 21. Apollon. Mirab. c. 8 : Ἄνδρων ἐν τῇ δ' τῶν πρὸς Φίλιππον θυσιῶν. Κορώνη ἐν τῇ Ἀττικῇ εἰς τὴν ἀκρόπολιν οὐδεμία ἑώραται εἰσερχομένη. Antig. Hist. mir. c. 13 : Οὐδὲ κατὰ τὴν Σκυθῶν χώραν, ὁμοίως δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν Ἠλείαν ἡμίονος οὐ γεννᾶται. Cf. Herodot. IV, 30. Arist. Hist. An. VIII, 28. Ceterum hæc fortasse in Rebuspublicis narrata erant, unde in collectiones Mirabilium translata sunt.

5 (297).

Antigon. Hist. mir. c. 19 : Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ ἐκ τῶν σισυμβρίων φησὶ σαπέντων σκορπίους γίνεσθαι.

Idem de ocimo referunt Plinius Hist. Nat. XX, 48 ; Galenus t. VI, p. 640 ed. Lips.; Geoponica XI, 28, 3.

6 (298).

Ælian. de Nat. Anim. IV, 57 : Ἀριστοτέλης λέγει τὸν ὑπὸ ὕδρου πληγέντα παραχρῆμα ὀσμὴν βαρυτάτην ἀπεργάζεσθαι, ὡς μὴ οἷόν τε εἶναι προσπελάσαι αὐτῷ τινά· λήθην τε καταχεῖσθαι τῷ πληγέντι ὁ αὐτὸς λέγει καὶ μέντοι καὶ ἀχλὺν κατὰ τῶν ὀμμάτων πολλὴν καὶ λύτταν ἐπιγίνεσθαι καὶ τρόμον εὖ μάλα ἰσχυρὸν καὶ ἀπόλλυσθαι διὰ τρίτης αὐτόν. Cf. Nicandri Theriaca v. 424 sqq.

7 (299).

Schol. in Theocrit. VII, 22 : Σαῦρος : Ἀρσενικῶς ὁ σαῦρος. Λέγεται καὶ θηλυκῶς ἡ σαῦρα. Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης περὶ τοῦ ζῴου τούτου ὅτι ξηραινόμενον εἰς ἔχιν μεταβάλλεται.

Cf. Geoponica XV, 1, 21 : Θεόφραστος καὶ Ἀριστοτέλης φασὶ τὰ ζῷα οὐ μόνον ἐξ ἀλλήλων

1.

Aristoteles ait apud Neuros boum cornua atque aures ex una stirpe cognata et simul contexta esse.

Boves apud Neuros cornua in humeris habere Aristoteles auctor est.

2.

Aristoteles narrat, in loco quodam Libyæ caprarum ubera a pectore rependere.

3.

Et hoc tradit filius Nicomachi, apud Budinos Scariscum accolentes albam ovem nullam nasci, sed nigras omnes esse.

4.

Aristoteles auctor est, terram circa Astypylæam serpentibus adversariam esse, et similiter Rheneam mustelis. Cornix in arcem Atheniensium nunquam conscenderit. Muli in Eleo agro non gignuntur, nisi quod dixeris falsum erit.

5.

Aristoteles etiam ex sisymbriis putrefactis scorpios nasci dicit.

6.

Ab hydro percussum statim odorem teterrimum reddere narrat Aristoteles : ex eoque quod male oleat, neminem ei appropinquare posse. Idem quoque ait eundem percussum cum oblivione circumfundi, ejusque oculis multam caliginem offundi, tum rabiem et summum tremorem eidem exoriri, tertioque die perire.

7.

Aristoteles dicit lacertam exsiccatam in viperam mutari.

Digitized by Google

γεννᾶσθαι ἀλλὰ καὶ αὐτόματα γίνεσθαι καὶ ἀπὸ τῆς γῆς σηπομένης (H. An. V, 19, p. 93, 19)· αὐτῶν δὲ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν μεταβάλλεσθαί τινα εἰς ἕτερα. Καὶ γὰρ τὴν κάμπην φασὶν (l. l. p. 93, 30) εἰς ζῷον ἕτερον πτερωτὸν τὴν καλουμένην ψυχὴν καὶ τὰς ἀπὸ τῆς συκῆς κάμπας (ib. 95, 12. Cf. Ælian. de Nat. Anim. IX, 39) εἰς κανθαρίδας, τόν τε ὕδρον εἰς ἔχιν ξηραινομένων τῶν λιμνῶν. Ἔνια δὲ καὶ κατὰ τὰς ὥρας δοκεῖ μεταβάλλειν (H. An. IX, 49, p. 206, 39 sqq.) Cf. Nicand. Theriac. v. 414 sqq.

8 (300).

Ælian. de Nat. Anim. VI, 14 : Ἡ ὕαινα, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἔχει δύναμιν ὑπνοποιὸν καὶ ἐνεργάζεται κάρον μόνον προσθιγοῦσα. Πάρεισι γοῦν ἐς τὰ αὔλια πολλάκις καὶ ὅταν ἐντύχῃ τινὶ καθεύδοντι, προσελθοῦσα ἡσυχῇ τὴν ὑπνοποιόν, ὡς ἂν εἴποις, χεῖρα προσέθηκε τῇ ῥινί. Ὁ δὲ ἕλκεταί τε καὶ πιέζεται καὶ ἀναισθήτῳ μᾶλλον ἔοικε· καὶ ἐκείνη μὲν ὑπορύττει τὴν γῆν τὴν ὑπὸ τῇ κεφαλῇ ἐς τοσοῦτον, ἐς ὅσον ἀνέκλασεν ἐς τὸν βόθρον καὶ τὴν φάρυγγα ὑπτίαν ἀπέφηνε καὶ γυμνήν· ἐνταῦθα δὲ ἡ ὕαινα ἐνέφυ καὶ ἀπέπνιξε καὶ ἐς τὸν φωλεὸν ἀπάγει. Καὶ τοῖς κυσὶ δὲ ἐπιτίθεται ἡ αὐτὴ τὸν τρόπον ἐκεῖνον· ὅταν ᾖ πλήρης ὁ τῆς σελήνης κύκλος, κατόπιν λαμβάνει τὴν αὐγὴν καὶ τὴν αὐτῆς σκιὰν ἐπιβάλλει τοῖς κυσὶ καὶ παραχρῆμα αὐτοὺς κατεσίγασε καὶ καταγοητεύσασα, ὡς αἱ φαρμακίδες, εἶτα ἀπάγει σιωπῶντας καὶ κέχρηται ὅ τι καὶ βούλεται τὸ ἐντεῦθεν αὐτοῖς.

Cf. Arist. Auscultt. mirab. 145. Ælian. l. l. III, 7. Plin. Hist. Nat. VIII, 44 : *Multa præterea mira traduntur* (de hyæna scil.)... *umbræ ejus contactu canes obmutescere et quibusdam magicis artibus omne animal quod ter lustraverit in vestigio hærere.*

9 (301).

Schol. Cod. Ven. B in Hom. Il. χ, 93 : Φησὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ς′ περὶ Ζώων Ἀριστοτέλης ἐσθίοντα αὐτὸν (τὸν δράκοντα scil.) μύρμηκας καὶ κανθαρίδας μετὰ τὴν φώλευσιν ἰοῦ πληροῦσθαι πλείονος τοῦ ἐμφύτου καὶ ἐρεθίζεσθαι καὶ λυσσᾶν ἐπιθυμοῦντά που ἀπομάξασθαι τὸν ἐνοχλοῦντα ἰόν.

Cf. Eustath. l. l. p. 1259, 41 : Κακὰ δὲ φάρμακα οἱ μὲν πόαν τινά φασι χολῆς γεννητικήν, ἣν ἐσθίων ὄφις εἰς χολὴν ἐρεθίζεται· ἕτεροι δὲ ὅτι δράκων ἐσθίων μύρμηκας καὶ κανθαρίδας ἰοῦ πληροῦται καὶ εἰς λύσσαν ἄγεται, καὶ ταῦτά ἐστιν, ἅπερ ὁ ποιητὴς λέγει κακὰ φάρμακα πρὸς διαστολὴν τῶν ἀγαθῶν.

In Hist. Animalium nihil tale legitur, quamvis de dracone mentio fiat l. IX, 6. p. 178, 3, ad quem locum cf. Ælian. de Nat. An. VI, 4 et Plin. VIII, 41.

10 (302).

Ælian. de Nat. Anim. IX, 6 : Κατὰ τὴν νουμηνίαν δὲ τὰ ζῷα, ὡς πυνθάνομαι, ἢ φθέγγεταί τι τῇ συντρόφῳ φωνῇ ἢ πίπτει, λέων δὲ ἄρα μόνος, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, οὐθέτερον αὐτοῖν δρᾷ. Similia sunt apud Plinium Hist. Nat. II, 41.

11 (303).

Solinus Polyh. c. 27, 12 : *Verum, ut ad Africam redeam, interna ejus plurimæ bestiæ sed principaliter leones tenent : qui, ut* Aristoteles *perhibet, soli ex eo genere quod dentatum vocant vident protinus atque nascuntur.*

Nomen Aristotelis hîc valde suspectum est. Longe enim abest ut tale quid narret philosophus, immo plane contrarium asserit, de Generat. Animal. II, 6, p. 360, 4 : Ἔτι δ' ὅσα πολυσχιδῆ τῶν τετραπόδων, οἷον κύων, λέων, λύκος, ἀλώπηξ, θώς, πάντα τυφλὰ γεννᾷ, καὶ διίσταται τὸ βλέφαρον γενομένων ὕστερον. Eandem fabulam repetunt Plutarch. Quæst. conviv. IV, 5, 2, ubi de Ægyptiis tradit : Τὸν λέοντα τῷ ἡλίῳ συνοικειοῦσιν, ὅτι

8.

Hyæna, ut Aristoteles tradit, læva in manu vim soporiferam habet, et solo tactu somnum efficit. Sæpenumero igitur in stabula ingressa, quum dormientem aliquem deprehenderit, et pedetentim ad illum progressa fuerit, soporiferam, ut ita dicam, manum ejus naribus admovet; sicque eas opprimit, hic ut sine sensu esse videatur; ac tantum terræ suffodit, quantum sit ad eum ipsum obruendum satis : guttur vero et supinum et nudum reliquit, in quod incumbens somno oppressum suffocat posteaque in latibulum abstrahit. Jam quum lunæ orbis plenus est, retro posito lunæ fulgore, suam canibus umbram injicit, quos statim mutos reddit, et tanquam veneficio quodam eorum sensus perstringit; deinde et ellingues abducit, et optatis fruitur.

Aristoteles dicit draconem postquam latuit, formicas et cantharidas comedere et ita majore copia veneni impleri quam quod innatum est. Lacessitum igitur et furere cupientem exprimere alicubi quod molestiam exhibeat venenum.

10.

In novilunio comperio animantes vel voce ipsis naturale aliquid sonare, vel cadere, leonem tantum, ut Aristoteles dicit, neutrum facit.

Digitized by Google

τῶν γαμψωνύχων τετραπόδων βλέποντα τίκτει μόνος, et Ælianus de Nat. Anim. V, 39 : Λέγει Δημόκριτος τῶν ζῴων μόνον τὸν λέοντα ἐκπεπταμένοις τίκτεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Aristotelis igitur nomen ex errore pro Democriti illatum est a Solino, vel ab ejus potius interpolatore, quum jam Salmasius annotaverit in *Exercitat. Plin.* p. 229, B, ed. Traj. 1689, hunc locum in plerisque libris non haberi, in aliis exstare, in optimo vero codice Pauli Petavii, senatoris Parisiensis hæc verba ad marginem adscripta fuisse, monente Josia Mercerio.

12 (304).

Schol. in Odyss. σ, 2 : Ἔκπεπε γαστέρι μάργῃ : (πόθεν ἐτυμολογεῖται addit. Etym.) οὐδεὶς οὔτε γραμματικῶν οὔτε ῥητόρων ἐμνημόνευσεν. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Ζῴων μέμνηται ζῴου μάργου, λέγων ὅτι γεννᾶται ἀπὸ σήψεως μεταξὺ γῆς καὶ ὕδατος. Καὶ ἀφ' οὗ γεννηθῇ οὐ παύεται γαιηφαγοῦν, ἕως οὗ ἐκτρυπήσῃ (κατατρυπήσῃ cod. Vindob.) τὴν γῆν καὶ εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἔλθῃ. Καὶ ἐλθὸν θνήσκει (καὶ κεῖται νεκρὸν add. Etym. Gud.) τρεῖς ἡμέρας. Καὶ (μετὰ ταῦτα add. Et. Gud. μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας cod. Paris. 2630) ἔρχεται νέφος μετὰ βροντῆς καὶ βρέχει ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἀναζῇ μηκέτι γαιηφαγοῦν. Ἐκ τούτου οἶμαι τοὺς ἀρχαίους φιλοσόφους ὁρμηθέντας τοὺς πολυφάγους γαστριμάργους καλέσαι.

Quæ sequuntur aperte christianum scriptorem produnt, e quorum numero alius, Isidorus Pelusiota Epist. 384 rectius de nominis origine disserens hæc habet : Γαστριμαργία δέ ἐστιν ἡ περὶ γαστέρα μανία, ἐπεὶ μάργος ὁ μεμηνώς. Eadem quæ Scholia in Odysseam, habent quoque Etymol. M. p. 222, 3 et Etym. Gud. p. 120, 6, qui in fine addit : Μάργος δέ μοι δοκεῖ ὅτι ὁ μύρμηξ ἐστί. Fortasse nomen Aristotelis male pro Aristophanis Byzantii irrepsit.

XV. ΠΕΡΙ ΘΗΡΙΩΝ.

(305.)

Eratosthenes Catasterismi, c. 41 : Κόρακος. Τοῦτο το ἄστρον κοινόν ἐστιν ἀπὸ πράξεως γεγονὸς ἐναργοῦς· τιμὴν γὰρ ἔχει ὁ κόραξ παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι· ἑκάστῳ γὰρ τῶν θεῶν ὄρνεόν ἐστιν ἀνακείμενον. Θυσίας δέ γινομένης τοῖς θεοῖς σπονδὴν πεμφθεὶς ἐνέγκαι ἀπὸ κρήνης τινός, ἰδὼν παρὰ τὴν κρήνην συκῆν ὀλύνθους ἔχουσαν ἔμεινεν ἕως πεπανθῶσιν. Μεθ' ἱκανὰς δὲ ἡμέρας πεπανθέντων τούτων καὶ φαγὼν τῶν συκῶν, αἰσθόμενος τὸ ἁμάρτημα, ἁρπάσας καὶ τὸν ἐν τῇ κρήνῃ ὕδρον ἔφερε σὺν τῷ κρατῆρι, φάσκων αὐτὸν ἐκπίνειν καθ' ἡμέραν τὸ γιγνόμενον ἐν τῇ κρήνῃ ὕδωρ. Ὁ δὲ Ἀπόλλων ἐπιγνοὺς τὰ γενόμενα τῷ μὲν κόρακι ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτίμιον ἔθηκεν ἱκανόν, τοῦτον τὸν χρόνον διψᾶν, καθάπερ Ἀριστοτέλης εἴρηκεν ἐν τοῖς περὶ Θηρίων, μνημόνευμα δώσων τῆς εἰς θεοὺς ἁμαρτίας σαφές, εἰκονίσας (δὲ) ἐν τοῖς ἄστροις ἔθηκεν εἶναι τόν τε ὕδρον καὶ τὸν κρατῆρα· καὶ τὸν κόρακα μὴ δυνάμενον πιεῖν μηδὲ προσελθεῖν τῷ κρατῆρι.

Cf. Schol. ad. Arati Phænom. v. 449, p. 104 Buhle : Εἴδωλον κόρακος : Τινές φασι τὸν κόρακα θεράποντα Ἀπόλλωνος ὄντα ὑπ' αὐτοῦ πεμφθῆναι σπονδῶν χάριν ἐκ τινος κρήνης κομιοῦντα καθαρὸν ὕδωρ ἐν κρατῆρι, ἰδόντα δὲ συκῆν ὀλύνθους ἔχουσαν ἀναμεῖναι μέχρι πεπανθῶσι· φαγόντα δὲ οὕτω καὶ τὸ ἁμάρτημα συνθήσαντα ἁρπάσαντά τε ὕδωρ (ὕδρον corr.) ἐκ πηγῆς ὁμοῦ τῷ κρατῆρι φέρειν καὶ λέγειν, ὡς διεκωλύετο ὑδρεύσασθαι ὑπ' αὐτῆς. Ἀπόλλωνα δὲ γνόντα τὸ ἀληθὲς εἰς ὄρνεον αὐτὸν μεταμορφῶσαι καὶ ποιῆσαι δίψαν (διψᾶν corr.) περὶ τὴν ἀκμὴν τῆς ὀπώρας. (Κατηστερίσθη δὲ πάντων τὰ εἴδωλα add. cod. Mosq.)

Eandem narrationem habent Ovidius Fast. II, 243-66, Hyginus Poet. Astron. II, 40 : *Hydra, in qua corvus insidere et crater positus exis-*

12.

Aristoteles in libro de Animalibus, bestiæ cujusdam meminit quam *margum* appellat, dicens eam e corruptione nasci inter aquam et terram. Inde a tempore vero quo nascitur terram vorare non desinit, dum, perforata terra, conspicua fiat. Quod postquam factum est moritur et mortua tres dies jacet. Post hos accedit nubes cum tonitru et pluit super ipsam et ad vitam redit, non amplius vero terram comedit.

DE BESTIIS.

Signum corvi commune est (*corvi, hydræ, crateris* scil.) et a manifesto facto ortum : honorem enim corvus habet apud Apollinem, quum unicuique deorum avis consecrata sit. Sacrificium quum inter deos celebraretur missus est corvus qui ab aliquo fonte latices ad libationem faciendam afferret. Quum vidisset propter fontem ficum grossos habentem, commoratus est dum maturescerent. Post justos vero dies, quum hi jam maturi facti essent et quum ab illis comedisset, et se peccasse sensisset, raptam simul hydram quæ in fonte erat cum cratere abstulit, dicens illam quotidie exhaurire aquam quæ in fonte esset. Apollo vero quæ facta essent perspiciens, justam corvo imposuit pœnam apud homines, per hoc tempus (*quo ficus maturescunt*) sitire, ut Aristoteles dicit in libris de Bestiis, in manifestam memoriam culpæ quam in deos contraxerat. Effigiem autem inter astra posuit hydræ, crateris et corvi, neque bibere, neque ad craterem accedere valentis.

Digitized by Google

timatur, de qua hanc habemus memoriæ proditam causam. Corvus Apollinis tutela usus, eo sacrificante missus ad fontem aquam puram petitum, vidit arbores complures ficorum immaturas. Eas exspectans dum maturescerent, in arbore quadam earum consedit. Itaque post aliquot dies coctis ficis et a corvo compluribus earum comesis, exspectans Apollo corvum vidit eum cum cratere pleno volare festinantem. Pro quo admisso ejus dicitur, quod diu moratus sit Apollinem qui coactus mora corvi alia aqua est usus, hac ignominia cum affecisse, ut quam diu fici coquerentur corvus bibere non possit, ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus. Itaque quum vellet significare sitim corvi, inter sidera constituit cratera et supposuit hydram, quæ corvum sitientem moraretur. Videtur enim rostro caudam ejus extremam verberare, ut tamquam sinat se ad cratera transire. Schol. in Germanici Arat. Phæn. 426, p. 88 Buhle : *Qui corvus ideo inter astra collocatus dicitur eo quod fuerit in tutela Apollinis, a quo missus ad fontem ut diis ad libandum aquam deferret, quum vidisset arbores grossos ficus habentes, volans consedit in eis donec maturæ fierent, et aquam deferre distulit. Post paucos autem dies peracto sacrificio, quum ille ficus comedisset et se diis peccasse sensisset denuo ad fontem ut aquam hauriret rediit et ab hydra exterritus vas vacuum reportavit, dicens excessisse aquam quæ fuerat in fonte. Cognoscens Apollo sibi corvum peccasse prohibuit eum eo tempore aquam bibere, ut* Aristoteles *dicit in eo libro qui de Bestiis scribitur. Et Isidorus in Naturalibus vel in Physicis memoriæ tradidit, quod ipse peccati pœnas daret, qui et postea astris illatus est. Crater autem in medio angue positus est, caudam autem anguis corvus appetit rostro neque potest juxta accedere ut bibat.* Propius accedit ad græca altera ejusdem Scholiastæ recensio quam nuper edidit Breysig, in Germanici Cæsaris Arateis, Berol. 1867, p. 100 sq.: *Hoc signum commune est quod est factum enarges. Honoratus est autem corvus ab Apolline sacrificio facto deis sponden adferre de lacu quodam, quod fuit castum antequam vinum ostenderetur. Qui cum vidisset [et] ad fontem ficus grossos arbores habentes volans consedit in eis donec maturæ fierent. Post paucos dies peracto sacro [et] ille ficus comedit. Cum sensisset se peccasse eripit ex eo fonte anguem. Attulit cum ipso cratere dicens ebibisse quod fuerit in fonte aquæ. Re cognita Apollo corvo inter homines pœnam ad paucum tempus dedit sitim ut* Aristoteles *dicit in eo libro qui de Bestiis scribitur. Item Isidorus in Naturalibus id est physicis memoriæ tradidit ut ipse peccati pœnas daret. Quem postea astris intulit. Cratera autem cum aqua medio posuit angue caudam autem anguis corvum rostro adpetentem ne possit juxta ascendere ut bibat.*

Qui hîc laudatur titulus περὶ Θηρίων, *de Bestiis*, eorum qui in indicibus leguntur nulli respondet, nec video quomodo, quod Rosius voluit, περὶ Θηρίων idem hic valere possit, atque περὶ Δακετῶν, *de Bestiis venenatis*, ita ut Aristoteli male pro Theophrasto adscriptus esset liber, quum non de hydra sed de corvo fabula narretur, nec quidquam in illa simile sit iis quæ e Theophrasti opere ita inscripto alibi afferuntur. Si constaret totam fabulam ex Aristotele fluxisse, nec ejus testimonium ideo tantum adhibitum esse, ut probaretur corvum per certum quoddam anni spatium sitim tolerare, nullus est de quo prius cogitandum foret libro, quam de eo qui περὶ τῶν μυθολογουμένων Ζώων α′ inscriptus, apud Diogenem (106) et Anonymum (86) recensetur (similis titulus in Stratonis scriptorum catalogo exstat apud Diog. Laërt. V, 59), qui titulus similem exsequitur apud Diogenem (105) ὑπὲρ τῶν συνθετῶν Ζώων α′. Ipsam narrationem ex Eratosthene excerptam esse, licet male ementitus sit celeberrimum ejus nomen catasterismorum liber in quo legitur (cf. Bernhardy, *Eratosthenica*, Berol. 1822, p. 110, Westermann, præf. in *Mythogr.* p. IX), testari videtur Hyginus l. l.

XVI. ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ

Librum de Natura hominis, quem, nonnullis additis, ex libris Historiarum, de Generatione et de Partibus excerptum credideris, in una appendice Anonymi indicis memoratum, περὶ Ἀνθρώπου φύσεως (42), respicere videtur Clemens Alexandrinus, apud quem tamen περὶ Φύσεως solum vocatur. Ad hunc præterea retulimus tria excerpta ex Oribasii Collectaneis medicis. Quintum quod Rosius addiderat fragmentum, nullum est, quum Proclus, apud quem exstare putabat, in Platonis Rempubl. p. 431 Basil., non deperditum quendam librum, sed quæ in libello de Insomniis c. 2, p. 509, 6 dicta sunt respexerit.

1 (306).

Clemens Alexandr. Stromat. VI, 16 p. 290 Sylb. : Φασὶ δὲ καὶ τὸ ἔμβρυον ἀπαρτίζεσθαι πρὸς ἀκρίβειαν μηνὶ τῷ ἕκτῳ τουτέστιν ἑκατὸν ἡμέραις καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς ταῖς δύο καὶ ἡμίσει, ὡς ἱστορεῖ Πό-

Digitized by Google

λυβος μὲν ὁ ἰατρὸς ἐν τῷ περὶ Ὀκταμήνων, Ἀριστοτέλης δ' ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ Φύσεως.

Soli Polybo hæc tribuuntur apud Pseudo-Plutarchum Placit. Philosoph. V, 18 : Ὁ δ' Ἀριστοτέλης καὶ Ἱπποκράτης φασίν, ἐὰν ἐκπληρωθῇ ἡ μήτρα ἐν τοῖς ἑπτὰ μησί, τότε προκύπτειν καὶ γεγεννῆσθαι γόνιμα· ἐὰν δὲ προκύψῃ μέν, μὴ τρέφηται δέ, ἀσθενοῦντος τοῦ ὁμφαλοῦ διὰ τὸ ἐπίπονον αὐτῷ γεγενῆσθαι τὸ κύημα, τότε ἔμβρυον ἄτροφον εἶναι· ἐὰν δὲ μείνῃ τοὺς ἐννέα μῆνας ἐν τῇ μήτρᾳ, προκύψαν τότε ὁλόκληρόν ἐστι (eadem in Joan. Stob. Ecl. phys. I, 45, 3, ubi tamen : οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην καὶ Ἱπποκράτην. Respicitur Hist. An. VII, 4). Pergit deinde Pseudo-Plutarchus : Πόλυβος ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἡμέρας γίνεσθαι εἰς τὰ γόνιμα· εἶναι γὰρ ἑξάμηνον, ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ τροπῶν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ παραγίνεσθαι· λέγεσθαι δὲ ἑπταμηνιαίους διὰ τὸ τὰς ἐλλειπούσας ἡμέρας τούτου τοῦ μηνὸς ἐν τῷ ἑπτὰ προσλαμβάνεσθαι. Τὰ δ' ὀκταμηνιαῖα μὴ ζῆν, ὅταν προκύψῃ μὲν τῆς μήτρας τὸ βρέφος, ἐπὶ πλεῖον δὲ ὁ ὀμφαλὸς βασανισθῇ· ἄτροφος γὰρ γίνεται, ὡς τοῦ τρέφοντος αἴτιος. Inde suspiceris ex errore quodam positum esse apud Clementem Aristotelis nomen. Ceterum quæ habet, iisdem fere verbis initio libri περὶ Ἑπταμήνων, qui inter Hippocratis scripta est leguntur, t. I, p. 444 ed. Lips.

2 (307).

Oribasius Coll. med. XXII, 5, t. III, p. 63 ed. Bussemaker et Daremberg. : Περὶ ὀκταμήνων, ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου. Περὶ τῶν ὀκταμήνων εἰσί τινες οἳ φασιν οὐθὲν ζῆν. Τοῦτο δέ ἐστι ψεῦδος· ζῇ γάρ, καὶ τοῦτο μάλιστα μὲν ἐν Αἰγύπτῳ δῆλον διὰ τὸ τρέφειν τε πάντα τὰ γινόμενα τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ ἔτι τὰς γυναῖκας ἐκφόρους εἶναι καὶ τῶν παίδων τὴν τροφὴν μὴ εἶναι ἐπίκαιρον, εἴτε διὰ τὴν κουφότητα τοῦ ὕδατος· ὥσπερ γὰρ ἀφῃρημένον τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ ἐστίν· εἴτε καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι τηροῦσιν ἔστιν ἰδεῖν οὕτως ἔχειν, ὥστε τὸ μὲν ἅπαντα τὰ ὀκτάμηνα μὴ ζῆν οὐκ ἀληθές ἐστιν, ὅτι μέντοι ὀλίγα καὶ ἧττον τῶν ἑπταμήνων τε καὶ τῶν ἐκ τοῦ πλείονος ἀριθμοῦ γενομένων ἀληθές· καὶ γὰρ ἐνδεκάμηνον δοκεῖ γεννᾶσθαι καὶ δεκάμηνον.

Ex his pars tantum in Hist. An. VII, 4 reperitur (cf. præcipue § 5), unde etiam et e libro X excerpta sunt quæ in sequentibus apud Oribasium leguntur. De causa cur raro vivant qui octavo mense nascantur se egisse testatur ipse Aristoteles de Gener. Anim. IV, 4. p. 405, 43.

3 (308).

Oribas. Coll. med. XXII, 71 (περὶ συλλήψεως καὶ ἐπικυήσεως) : Αἱ δὲ συλλήψεις γίνονται μὲν οὐ πολὺ μετὰ τὰς καθάρσεις, ὀλιγάκις δὲ καὶ πρὸ τῆς καθάρσεως αὐταῖς τοσοῦτον ἐχούσαις τὸ περίσσευμα, ὅσον ἐστὶ ταῖς ἄλλαις πρὸς τῷ λήγειν ἤδη γενομένης καθάρσεως· οὔτε δὲ μὴ γινομένων ὅλως τῶν καταμηνίων οὔτε πεπαυμένων πρὸ πολλοῦ δυνατὸν γίνεσθαι σύλληψιν, οὐδὲ μὴν ἀκμαζούσης τῆς καθάρσεως. Ἔμπροσθεν μὲν γὰρ τῶν καθάρσεων τετυλωμένης τῆς μήτρας οὐχ οἷόν τε προσφῦσαι τὸ σπέρμα· οὐδὲ μὴν ἀκμαζουσῶν· ἐκκλύζεται γὰρ ὑπὸ αὐτῶν ὁ γόνος· οὐδὲ πάλιν κατὰ πᾶν πεπαυμένων καὶ τῆς μήτρας ἀνεξηραμμένης ἤδη καὶ κατεψυγμένης. Λεγού-

---

DE NATURA HOMINIS.

1.

Aiunt fœtum quoque perfecte absolvi mense sexto, hoc est, centum et octoginta duobus diebus et dimidio, ut scribit Polybus quidem medicus in libro de Octomestribus Aristoteles autem philosophus in libro de Natura.

2.

De octomestribus ex Aristotele philosopho. Ex iis qui octavo mense editi sunt, nonnulli affirmant nullum vivere. Hoc vero falsum est; vivunt enim et præcipue in Ægypto hoc manifestum fit, propterea quod omnia quæ nascuntur educant Ægyptii, deinde et mulieres commode perferunt, et infantium alimentum opportunum est, sive propter aquæ levitatem, Nili enim aqua quasi decocta est, sive propter aliam causam. Nec minus in Græcia rem sic se habere observantibus videre licet, ita quidem, ut omnes octomestres vivere verum non sit, quum contra pauci et pauciores quam e septimestribus et ex iis qui post majorem numerum mensium nati sunt vivunt : etenim et undecimestres et decimestres partus edi videntur.

3.

De conceptionibus et graviditate. Conceptiones fiunt non multo post purgationes, interdum etiam ante purgationes, illis scilicet quæ tantum humoris superflui habent, quantum allis est quum jam incepta purgatio desinere incipit. Neque vero quum nec omnino menstrua prodierunt neque quum jamdudum desierunt, neque per ipsum purgationis tempus concipi potest. Antequam enim menstrua fiant semen adhærere non potest, quum callosa sit matrix : neque per tempus menstruorum, ab his enim semen foras ejicitur, neque vero quum omnino purgatio fieri desierit atque matrix exsiccata et inanis facta fuerit. In fine autem menstruorum quum matrix sanguine repleta et calida est et propter hæc prurit ad recipiendum semen, idoneum est tempus ad conceptum.

Digitized by Google

σης δὲ τῆς καθάρσεως καὶ τῆς μήτρας ἀκμὴν ἐναίμου τε οὔσης καὶ διαθέρμου, καὶ διὰ ταῦτα ὀργώσης πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ σπέρματος, καιρὸς εὐφυὴς πρὸς σύλληψιν.

www.libtool.com.cn

Hæc partim conflata videntur ex Hist. Anim. VII, 2 et e libris de Gener. Anim. I, 19. Cf. Plutarch. Placit. phil. V, 6.

4 (309).

Oribasius, l. l, ita pergit : Γίνεται δέ τισιν ἐπισύλληψις καὶ ἐπικύησις, αἷς ἐστὶν ἕλκωσίς τε περὶ τὴν μήτραν καὶ τροφὴ ἱκανή. Τισὶ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς πρώτης συλλήψεως ἔτι μενούσης ἐπί τινας χρόνους τῆς ἕλκώσεως ὕστερον ἐπισυλλαμβάνουσι, τισὶ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα, καταμηνίων ἐπιφανέντων, κατὰ ἄλλα μέρη τῆς ὑστέρας. Διὸ καί τινες μετὰ ὀλίγον, τινὲς δὲ μετὰ πλείονα χρόνον τῷ πρώτῳ ἕτερον ἐπιτίκτουσιν. Τῶν δὲ ἐπικυουμένων τὰ μέν ἐστιν ἀτελῆ καὶ ἀδιάρθρωτα καὶ σαρκοειδῆ, τὰ δὲ διηρθρωμένα μὲν ἀσθενῆ δέ· τινὰ δὲ αὐτῶν ἰσχυρότερα γίνεται τῶν ἔμπροσθεν. Cf. Arist. de Gener. An. IV, 5. Hist. An. VII, 4.

5 (310).

Pseudo-Plutarch. Placit. Philos. V, 17 : Τί πρῶτον τελεσιουργεῖται ἐν τῇ γαστρί;... Ἀριστοτέλης, πρῶτον τὴν ὀσφύν, ὡς τρόπιν νεώς. Aliter de hac re statuit Aristoteles in libris de Gener. An. II, 4, p. 356, 44, p. 357, 5, c. 6, p. 364, 22.

6 (311).

Schol. in Arist. de Part. An. I, 1, p. 221, 43 : Τῆς γὰρ αὐτῆς (scil. ἐπιστήμης) περὶ νοῦ καὶ τοῦ νοητοῦ θεωρῆσαι, p. 4 ed. Langkavel., Berol. 1865 : Ἐπ' ἐνίων ταὐτό ἐστιν ὁ νοῦς καὶ τὸ νοητόν, ὡς ἐν τοῖς περὶ Ἀνθρώπου εἴρηται.

Scholiorum editor de libro περὶ ἀνθρώπου φύσεως cogitat; nescio an recte.

XVI. ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΑ.

De Physiognomonicis tractatus, quem etsi nomen philosophi præ se ferat, nemo tamen facile ab Aristotele non abjudicabit num idem sit atque cujus titulum recenset Diogenes Laertius (109) Φυσιογνωμονικόν, α', jam idcirco dubium videri potest, quod eundem titulum Anonymus (87) ita exhibet : Φυσιογνωμονικά, β'. Habemus igitur cur jure doleamus Galeni brevitatem, cujus hæc sunt verba, de Passionibus animi, t. IV, p. 797 ed. Lips. : Ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ζῴων ἱστορίας Ἀριστοτέλης ἔγραψεν. Ὀλίγα δὲ μέμνηται καὶ ἐν ἄλλῳ συγγράμματι περὶ Φυσιογνωμονικῶν θεωρημάτων, ὧν καὶ παρεθέμην ἄν τινας ῥήσεις, εἰ μήτε μακρολογίας ἔμελλον ἀποίσεσθαι δόξαν. De hac vero re dubitatio, licet et aliunde aucta, vereor ut omnis tollatur, ita ut statuendum sit, si non omni parte diversum, at saltem integriorem, Aristotelis nomine inscriptum de Physiognomonicis, exstitisse quondam tractatum, quam qui inter philosophi libros reperitur. Priusquam vero de ipso argumento dicamus, quod ad talem opinionem confirmandam afferri potest, pauca præmittenda erunt de ipso libello, quo quasi fundamento nititur. Cujus quum, post ea quæ de ejus codice Leodiensi dicta sunt a J. H. Bormans, *Compte rendu de la Comm. d'Histoire*, Bruxelles, 1852, 2e *série*, t. IV, p. 128 sq. brevem notitiam dedisset Dom. Pitra in *Spicilegio Solesmensi*, t. III, p. 321, partem edidit Rosius, primum in *Aristotele Pseudepigr.* p. 676 sqq., mox vero integrum in lucem e bibliothecarum tenebris protraxit, in *Anecdotis græcis et græco-latinis*, Berol. 1864, p. 61 sqq., hoc præmisso titulo : *Die Physiognomonia des Apulejus nach Polemon mit Zusätzen aus Eudoxus und Aristoteles*. Apuleji nomen huic libello, nec fortasse immerito, ex antiquo indice adscribi in codice Harleiano 3960, observavit jam D. Pitra l. l, De hac tamen re videat futurus scriptorum græcorum de Physiognomonia editor, interim vero satis erit doctissimam Rosii commentationem adire in quo egregie de libelli auctore ejusque fontibus disputavit, et quidem ita ut satis commode demonstraret, illum sæpissime nominatum Loxum, neminem alium fuisse quam Eudoxum medicum Platonis æqualem, cf. l. l. p. 80 sqq.

4.

Accidit nonnullis superfœtatio, quibus simul exulceratio matricis et sufficiens alimentum esse contigit. Nonnullis vero accidit manente ad aliquod tempus a prima conceptione exulceratione, nonnullis postea, purgatione menstrua apparente, in alia matricis parte. Quare nonnullæ brevi, nonnullæ vero longiore tempore post primum partum alterum edunt. Eorum quæ ex superfœtatione nascuntur alia imperfecta sunt, nec distincta habent membra sed carnosa sunt, alia vero distinctis nascuntur membris sed imbecilla sunt; nonnulla vero prioribus sunt validiora.

5.

Aristoteles primum lumbos in utero absolvi dicit, tam quam carinam navis.

7.

In nonnullis idem est intelligentia et res intelligibilis, ut in iis quæ de homine sunt dictum est.

Digitized by Google

Sed jam de Aristotele videamus cujus nomen cum Polemonis et Loxi conjunctum sæpius in hoc libello profertur. Postquam enim in ipsa fronte auctor libri dixit : *Ex tribus auctoribus quorum libros præ manu habui, Loxi medici, Aristotelis philosophi, Polemonis declamatoris qui de physiognomonia scripserunt, ea elegi quæ ad primam institutionem hujus rei pertinent et quæ facilius intelligantur*, in alia parte ita loquitur (p. 152, 5 ap. Ros. l. l.) : *Nunc repetenda sunt, ut supra proposuimus, quæ proprie Loxus seu Aristoteles posuerunt vel aliter interpretati sunt, quamvis etiam locis suis aliqua adjunxerimus. Quæ enim Polemon dixit et consentanea sunt reliquis auctoribus, propemodum prosecuti sumus.* Jam inde vides quam fluxæ sit auctoritatis homo, quippe a quo facile assui potuerunt, quæcunque ab eo Aristoteli adscripta, in vulgato textu Physiognomicorum non leguntur. Eo vero facilius adducor ut hoc verum esse credam, quod neque multa sunt nova neque operæ pretium quæ ab illo traduntur. Itaque in re dubia abstinendum esse puto, præsertim autem quum, ut in Problematis ita etiam in Physiognomonicis, facile fieri potuerit, immo sæpissime factum sit, ut quædam adderentur, quædam vero in brevius contraherentur. Quamobrem nec e collatione Physiognomicorum Polemonis, sive potius ejus epitomatoris, quam cum Aristoteleo libro instituit Rosius l. l. p. 699 sqq., integriorem olim fuisse Aristotelis textum satis certo comprobari posse concedam. Quæ quum ita sint, in eo subsistendum esse putavi, ut omnia quæ in libello Apulejo adscripto, Aristoteli tribuuntur, exscribenda curarem, quippe quum res tædii plenissima fuisset, illa tantummodo apponere quorum mentio in superstite libro nulla occurrit. Ob argumenti similitudinem locum e Plinii Nat. Hist. præmisimus, licet et aliunde quam e Physiognomonicis sumptus esse possit.

Nihil nos hîc morabitur Aristotelis quæ dicitur ad Alexandrum de Physiognomonia Epistola, quam cum aliis quibusdam similis argumenti excerptis apud Albertum M. exstantibus e cod. Bibl. Imp. Paris. 6298 fol. 155, C. B. Hasii apographo usus, edidit E. Taube, Vratisl. 1862, quum, quod jam eodem illo codice inspecto judicaverat Jourdain, *Recherches critiques sur les traductions latines d'Aristote*, ed. II, p. 148, 175, 345, nihil aliud sit quam extrema pars libri ex arabico sermone translati *Secretum Secretorum* inscripti, qui talis est, ut eum facile patiamur, blattarum tinearumque escam, in arca putrescere.

1 (312).

Plinius Natur. Hist. XI, s. 114: *Miror equidem* Aristotelem *non modo credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam prodidisse. Quæ quanquam vana existimo nec sine cunctatione proferenda, ne in se quisque ea auguria anxie quærat, attingam tamen quæ tantus vir in doctrina non sprevit. Igitur vitæ brevis signa ponit raros dentes, prælongos digitos, plumbeum colorem pluresque in manibus incisuras nec perpetuas. Contra longæ esse vitæ incurvos humeris et in manu una duas incisuras longas habentes et plures quum XXXII dentes, auribus amplis. Nec universa hæc, ut arbitror, sed singula observat, frivola ut reor et vulgo tamen narrata.*

De dentibus Hist. animal. II, 3 : Ὅσοι δὲ πλείους ἔχουσι, μακροβιώτεροι ὡς ἐπὶ τὸ πολύ εἰσιν· οἱ δὲ ἐλάττους καὶ ἀραιόδοντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, βραχυβιώτεροι. Cf. Problem. XXXIV, 1. De incisuris manuum Hist. Anim. I, 15, 2.

2 (313).

Apulejus de Physiognom. in Rosii Anecd. gr. et gr. lat. p. 153 14 : Aristoteles *dicit : quum frons compressior fuerit ad caput, et nares in origine sua prope simæ sunt, liberales esse et referri ad leonem.* (Cf. Arist. Physiogn. c. 6 t. III, p. 11, 45.) *Idem* Aristoteles *dicit eos qui supercilia obducunt, pupillas autem superius tendunt atque omni vultu summisso sunt, esse quidem inhoneste blandos et referri ad canes. Idem* Aristoteles *dicit eos qui vultu omni tranquillo, pari modo blandos esse : et hos ad canes referri* (ib. p. 11, 48). *IDEM dicit, quibus origo narium tenuis est, impudentes esse : referri ad speciem corvorum* (ib. p. 11, 4). *Idem* Aristoteles *dicit promptos satis oculos inertes esse : referri hos ad asinos* (ib. p. 11, 34). *IDEM dicit oculos caprinos libidini esse deditos : referri hoc ad caprum* (ib. p. 12, 43). *IDEM dicit, qui rotundiores oculos splendidosque gerunt, insatiabiles esse veneris, ut galli* (ib. p. 12, 48). *IDEM dicit animosos esse eos quorum post primam juventutem genæ duriores et nudæ sunt, extimum autem mentum barba est obsitum* (ib. p. 13, 9). *IDEM dicit eos qui voce ita intendunt ut proxime caprino balatu eam exasperent, furiosos esse in venerem : referri hoc ad capras* (ib. p. 14, 13). *IDEM dicit insidiosos qui brevem habent cervicem* (ib. p. 10, 37), *tanquam si infulciat cetero corpori, et quibus subsannatio vel aspiratio est narium et concussio prima vultus ac reducti oris, ut in risu solet fieri vel certe quum indigna-*

Digitized by Google

tione concepta sermone utimur, ut est ille sermo in Bucolicis :

Mopse, novas incide faces : tibi ducitur uxor,
Sparge, marite, nuces : tibi deserit Hesperus Œtam.
(Virg. Ecl. VIII, 30.)

et status oris vel motus corporis esse dicitur hoc vultu, qui frequentes sunt absque indignatione. Igitur Aristoteles *prohibet contingere ea loca quæ non oportet. IDEM dicit, quotiens torus in fronte est superpositus supercilliis, inquietos esse ac furiosos, ut ipse nominat* (deest vocabulum græcum). *IDEM dicit eos qui colorem varium habent tanquam lente aspersum, vitam turpem, facta turpia exercere, tam mulieres quam mares. IDEM dicit imperitos ac rusticos esse qui quum incedunt brachia inferunt et immoderate commovent et qui calcaneis innituntur. IDEM dicit eos quibus parvum est veretrum atque siccum, mulieribus esse deditos, et quibus etiam quum non intenditur rectum est, et qui feminis proximos habent vultus et ceteram corporis speciem : masculis autem esse deditos qui corpore et vultu sunt virili, et qui alterum ex oculis habent glaucum. Ita et de mulieribus dicit, mulieres coire cum mulieribus quarum species est muliebris, masculis autem magis deditas quæ magis ad virilem speciem respondent. Qui virilia habent magna laneaque stolidi sunt. IDEM dicit eos qui quum ambulant calcaneis introrsum, pedibus autem forinsecus conversis incedunt, posteriora sectari. IDEM dicit attentantibus se facilem esse qui in alios turpis est, qui vultum gerat femininum, et qui nigrum quod est intra oculum aliquanto pinguius habeat, et qui lævum oculum glaucum erat. Idem* Aristoteles *dixit sensibus esse eos tardiores quorum crura incurva sunt, quos certum est detractione potius delectari : sunt enim otiosi homines convenientes ad locum certum ineptisque narrationibus studentes. Et stolidos* Aristoteles *dicit esse quibus aures magnæ et ad vultum conversæ sunt pedesque in modum falcium recurvi, quorum voci insonant nares, et quorum latera tumida sunt ac recurva, et quorum genua introrsum retracta sunt. IDEM dicit colorem plumbo similem et qui distinctus est maculis rotundis quem ipse appellat* (deest nomen græcum) *omnemque sordidum colorem cutemque crassam ac rugosam, rotundum ventrem et prominentem, quibusque caro durior est, et quibus suræ crassæ atque nervosæ sunt, et quibus vultus naresque crassæ sunt : stoliditatis omnia hæc esse indicia. Deinde* Aristoteles *dicit invidos esse qui sinistras partes majores habent, et quibus supercilia ad oculos detracta sunt. IDEM dicit ubi ea pars quæ super gingivas et oram labii superioris est eminet, id est medietas ejus spatii quæ inter nares est oramque labii superioris, maledicum designari* (ib. p. 10, 49). *IDEM dicit maledicos esse quibus labium altum superius est, vultus pronior, hispidus, subrubeus et uti dixit ipse* (deest nom. gr. Cf. ib. p. 6, 12). *IDEM dicit suras quum retractæ sunt ad genua vel suffragines, indicare hominem qui ad coitum facilis sit et velox. IDEM dicit femur quum nimia carne circumdatum est, femininum potius videri : siccis solidisque ossibus virtuti assignari* (ib. p. 9, 28). *IDEM dicit quum hispida nimium sunt femina et crura, pronos in venerem ostendere : refertur hoc ad capros* (ib. p. 12, 15). *IDEM dicit nates sicciores viriles esse : nates amplis carnibus effeminatum ostendere. Nates autem tanquam abscisas malignitatis esse signa : refertur hoc ad ursum et simiam* (ib. p. 9, 31). *IDEM dicit pantomimis et aleæ deditos esse qui brachia ab humero usque ad cubitum breviora habent quam est spatium ab humero usque ad caput summum* (ib. p. 6, 11). *Iisdem vitiis attineri eum qui femina parva, crura autem habet longiora. IDEM dicit tristes esse quibus vultus omnis rugosus est. IDEM dicit parva corpora velocia* (ib. p. 14, 17). *Quum igitur sicca caro est in parvo corpore colorque candidus, inefficacem hominem esse* (ib. p. 14, 18) : *quum vero magno corpori caro mollis est vel color est frigidus, inefficaces sunt* (ib. p. 14, 26). *Color autem calidus niger est, subniger, ignitus, rubeus : color frigidus albus est : medius inter nigrum et pallidum habetur. Et calidi coloris signum, ut supra dictum est, meridianæ plagæ, frigidi septentrionali attributum est. Rursus quum corpus parvum molli carne circumdatum est et colorem ex frigidioribus sortitum est, facile perficit cœpta et est efficax* (ib. p. 14, 30) : *corpus autem magnum quum sicca carne circumdatum est et colorem ex calidioribus sumpsit, efficax est vigetque sensibus* (ib. p. 14, 34).

Hæc sunt quæ apud Loxum et Aristotelem *notanda esse credidimus, quæ etiam a Polemone vel non dicta vel aliter dicta esse perspeximus. In ceteris enim propemodum omnibus hi tres auctores sibimet consentiunt.*

In eodem tractatu jam antea ter Aristotelis nomen occurrit :

P. 133, 23 : Aristoteles *hujusmodi oris homines, id est concavi, libidinosos magis ostendit.*

Digitized by Google

P. 138, 1 : Aristoteles *etiam ad dextram partem declinationem capitis cinædis attribuit.*

P. 144, 12 : Aristoteles *addit etiam hos esse versutos qui habent inflexa supercilia, sicut sunt in personis senum comicorum.*

VII. PROBLEMATA.

I. ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ ΦΥΣΙΚΑ.

De Problematis Aristotelis multiplex est quæstio. Librum Problematum a se conscriptum quum sæpius designet philosophus, ab ejus testimonio ordiendum erit, appositis simul iis quæ in singulos locos ab antiquis interpretibus observata sunt; licet eorum nullum accuratiorem horum Problematum notitiam habuisse manifestum sit.

1.

Meteorol. II, 6 § 1, t. III, p. 588, 14 : Περὶ δὲ θέσεως αὐτῶν (τῶν ἀνέμων scil.), καὶ τίνες ἐναντίοι τίσι, καὶ ποίους ἅμα πνεῖν ἐνδέχεται, καὶ ποίους οὔ, ἔτι δὲ τίνες καὶ πόσοι τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ πρὸς τούτοις περὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ὅσα μὴ συμβέβηκεν ἐν τοῖς Προβλήμασιν εἰρῆσθαι τοῖς κατὰ μέρος, νῦν λέγωμεν.

Alexander Aphrod. fol. 1 recto, nihil aliud quam hæc annotat : Ὅσα μὴ φθάνει εἰρῆσθαι ἐν τοῖς Προβλήμασι κατὰ μέρος. Num hæc ad Problematum sectionem XXVI, inscriptam ὅσα περὶ ἀνέμων, spectent, dijudicari non magis licet, quam quid illa τὰ κατὰ μέρος sibi velint.

2.

Ibid. IV, 3, §. 25. Cf. supra περὶ Τροφῆς, p. 168.

3.

De Memoria c. 2, t. III, p. 496, 29 : Περὶ δὲ τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι λοιπὸν εἰπεῖν. Πρῶτον μὲν οὖν ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις ἐστὶν ἀληθῆ, δεῖ τίθεσθαι ὡς ὑπάρχοντα· οὔτε γὰρ μνήμης ἀνάληψις ἡ ἀνάμνησις, οὔτε λῆψις· ὅταν γὰρ τὸ πρῶτον ἢ μάθῃ, ἢ πάθῃ, οὔτ' ἀναλαμβάνει μνήμην οὐδεμίαν (οὐδεμία γὰρ προγέγονεν), οὔτ' ἐξ ἀρχῆς λαμβάνει· ὅταν δ' ἐγγένηται ἡ ἕξις καὶ τὸ πάθος, τότε ἡ μνήμη ἐστίν, ὥστε μετὰ τοῦ πάθους ἐγγινομένου οὐκ ἐγγίνεται.

Themistius in Paraphrasi fol. 97 recto, t. II, p. 241, 16 ed. Spengel : Πρῶτον μὲν οὖν ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις καὶ προβληματικοῖς ἡμῖν ἀποδέδεικται, δεῖ τιθέναι ὡς ἀληθῆ καὶ ὑπάρχοντα. Multo vero fusius Michael Ephes. fol. 131 verso : Ἐπιχειρηματικοὺς λόγους λέγει τὰ Προβλήματα, ἔστι δὲ τὸ λεγόμενον, ὅσα ἐν τοῖς Προβλήμασιν ἡμῖν εἴρηται καὶ δέδεικται ἀποδεικτικῶς περὶ ἀναμνήσεως· δεῖ ἐνταῦθα ὡς ὁμολογούμενα λαμβάνειν, καὶ μὴ ζητεῖν καὶ νῦν αὐτῶν ἀποδείξεις· τὸ γὰρ ἅπαξ δειχθὲν οὐ δεῖ πάλιν ἀποδεικνύναι. Δέδεικται δ' ἐν τοῖς Προβλήμασιν ὅτι οὔτε μνήμης ἐστὶν ἀνάληψις ἡ ἀνάμνησις, ὡς ἔλεγόν τινες.... Εἰπὼν δὲ ὅτι οὔτε λῆψις οὔτε ἀνάληψις μνήμης ἐστὶν ἡ ἀνάμνησις καὶ λαβὼν ὡς ἀληθὲς διὰ τὸ δεδεῖχθαι ἐν τοῖς Προβλήμασιν ἐπάγει, quæ e mera conjectura, sive potius manifesto errore dicta esse videntur. Quos enim ἐπιχειρηματικοὺς λόγους vocat philosophus, ἀπορίαι sunt in primo capite ejusdem libri expositæ.

4.

De Somno, c. 2, t. III, p. 504, 2 : Διότι δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δ' ἐγρηγορικὰς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς Προβληματικοῖς εἴρηται, quæ ad verbum repetit Themistius fol. 100 verso, t. II, p. 265, 15 Sp. Male olim conjiciebam in his, ante ἐν τοῖς Προβληματικοῖς, excidisse ἐν τοῖς ὕπνοις, quum ἐγρηγορικαὶ πράξεις, de quibus loquitur philosophus, per somnum fiant.

5.

De Vita et Morte, c. 5, t. III, p. 535, 48 : Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης, ὅτι τὸ ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγκρυπτομένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρὶ (τὸ μὲν γὰρ μαραίνεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον), εἴρηται ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

Michael Ephes fol. 164 recto : Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων εἴρηται ἐν τοῖς Προβλήμασι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐκείνοις ἐντυγχανέτω. Similis comparatio legitur Problem. I, s. 55, sed quæ ad nostrum locum nihil facit.

6.

De Partt. Animal. III, 15, t. III, p. 273, 41 : Διότι δὲ τῶν πολυκοιλίων ἐν τῷ ἐχίνῳ γίνεται ἡ πυετία, εἴρηται ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

7.

De Gener. Anim. II, 8, t. III, p. 368, 13 : Ἐμπεδοκλῆς δ' αἰτιᾶται τὸ μῖγμα τὸ τῶν σπερμάτων γίνεσθαι πυκνὸν ἐκ μαλακῆς τῆς γονῆς οὔσης ἑκατέρας· συναρμόττειν γὰρ τὰ κοῖλα τοῖς πυκνοῖς ἀλλήλων, ἐκ δὲ τῶν τοιούτων γίνεσθαι ἐκ μαλακῶν σκληρόν, ὥσπερ τῷ καττιτέρῳ μιχθέντα τὸν χαλκόν, λέγων οὔτ' ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ καττιτέρου τὴν αἰτίαν ὀρθῶς (εἴρηται δ' ἐν τοῖς Προβλήμασι περὶ αὐτῶν) οὐθ' ὅλως ἐκ γνωρίμων ποιούμενος τὰς ἀρχάς.

Ab interpolationis suspicione hic locus non magis liber est quam qui sequuntur.

Digitized by Google

8.

De Gener. Anim. IV, 4, t. III, p. 405, 38 : Διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς τῆς κυήσεως χρόνους μόνῳ τῶν ζώων (τῷ ἀνθρώπῳ scil.) ἀνωμάλους εἶναι συμβέβηκεν· τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις εἷς ἐστιν ὁ χρόνος, τοῖς δ' ἀνθρώποις πλείους· καὶ γὰρ ἑπτάμηνα καὶ δεκάμηνα γεννῶνται καὶ κατὰ τοὺς μεταξὺ χρόνους· καὶ γὰρ τὰ ὀκτάμηνα ζῇ μέν, ἧττον δέ. Τὸ δ' αἴτιον ἐκ τῶν λεχθέντων συνίδοι τις ἄν, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

9.

De Generat. Animal. IV, 7, t. III, p. 410, 44 : Τὰ δὲ θύραζε ἐξιόντα τῶν τοιούτων (τῶν μυλῶν scil.) γίνεται σκληρὰ οὕτως ὥστε μόλις διακόπτεσθαι καὶ σιδήρῳ. Περὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ πάθους αἰτίας εἴρηται ἐν τοῖς Προβλήμασιν· πάσχει γὰρ ταὐτὸν τὸ κύημα ἐν τῇ μήτρᾳ ὅπερ ἐν τοῖς ἑψομένοις τὰ μολυνόμενα, καὶ οὐ διὰ θερμότητα, ὥσπερ τινές φασιν, ἀλλὰ μᾶλλον δι' ἀσθένειαν θερμότητος.

10.

Ethic. Nicom. I, 5, § 56 : Φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα καὶ αὕτη (ἡ ἀρετὴ scil.)· δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετήν, ἢ ἀπραχτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα· τὸν δ' οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν.

Verba ad hunc locum in scholio Cod. Reg. Christin. teste Brandisio, *Aristoteles und seine Nachfolger*, t. I, p. 108, adscripta : Ἔστι δὲ αὐτῷ προβλήματα ἐγκύκλια ἡ βιβλία (hæc duo vocabula omissa sunt apud Rosium p. 221, qui locum e codice exscripsit) παντοδαπά· διὸ καὶ ἐγκύκλια ὠνομάζετο διὰ τὸ ἐγκυκλίως αὐτοὺς καθημένους ἐπιχειρεῖν εἰς τὸ προτεθέν, ἢ διὰ τὸ ἐν τῷ κύκλῳ περιεστῶτας ἀκροᾶσθαι, vix minus absurda videntur, quam quæ ad eundem locum annotat Eustratius fol. 10 verso : Φασὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἔπη τινὰ ἐκθέσθαι ἐπίτηδες κατά τινα ἀριθμὸν συμποσούμενα ἐν ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε· διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν, οἷς ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐνετύχομεν, εἰσὶ δ' οἳ περὶ τούτων ἱστόρησαν. Nec major lux affulgebit ex iis quæ apud interpretes ad Aristotelis locum de Cælo I, 9, dicta sunt (cf. dialogum de Philosophia fr. 21) ad explicandam quæstionem quid sint quæ apud Aristotelem ἐγκύκλια φιλοσοφήματα vocantur.

Sed et missis his interpretum nugis, satis luculenter ipsius Aristotelis testimonio constat Problematum librum ab eo conscriptum fuisse. Cujus tamen libri fortuna non melior fuit quam aliorum nonnullorum scriptorum quæ ipse laudat philosophus, ut περὶ Τροφῆς, περὶ Νόσου καὶ Ὑγιείας, περὶ Φυτῶν, quorum omnium nulla est memoria apud posteros. Etenim inter omnes locos in quibus Problemata respicit philosophus, nullus est, qui vel ad eam collectionem Problematum quæ sub Aristotelis nomine exstat, vel ad libros primum in hac editione a Bussemakero in lucem prolatos referri possit : unus vero tantum (8), qui quæstionem tangit, quam tractatam in deperdita Aristoteleorum collectione fortasse invenerat Oribasius (cf. supra fragm. 307). Jam inde igitur minime obscuro argumento perspicitur, quid de hac nostra collectione statuendum sit, de qua ne illud quidem affirmari licet, excerpta quædam e genuinis Aristotelis Problematis in ea contineri, quum contra frequens earundem quæstionum iteratio aperte compilatoris manum prodit, multæque quæstiones ad verbum sæpe cum iis quæ in scriptis Theophrasti de Igne, de Ventis, de Sudore, περὶ Κόπων, et in libello de Coloribus Aristotelis nomine falso inscripto leguntur consentientes, e variis scriptoribus consarcinatam esse farraginem ostendunt (cf. Prantl, *über die Probleme des Aristoteles*, *Abhandl. der Münchner Akad.* t. VI, p. 341-377, Rosius, *De Aristot. libr. ord.*, p. 189, ss.).

Quod si quæritur, num hæc collectio eadem sit atque quam indices afferunt : Φυσικῶν [προβλημάτων] κατὰ στοιχεῖον λή (Diog. Laert. 120, Anon. 101, ubi inverso ordine λή κατὰ στοιχεῖον), favet quidem consensus librorum, qui tamen, ut jam a Rosio observatum est (p. 216), fortuitus vel a librariis postea restitutus esse potuit; præter alia vero illud præcipue obstat, quod quum in indice ἐγκυκλίων [προβλημάτων] α' β' (Diog. Laert. 122) nominantur, quæ Taurus apud Gellium Noct. Att. XX, 4, ex ἐγκυκλίοις προβλήμασι attulit, ea in nostris Problematis, XXX, 1, ad verbum fere leguntur. Cæterum verisimile est plures tales exstitisse Problematum collectiones. Ita enim non solum auctor Vitæ Marcianæ φυσικὰ Προβλήματα ἐν ἑβδομήκοντα βιβλίοις nominat, sed multo etiam accuratius de eadem re David et auctor appendicis qui Anonymi indici adjectus est. Quorum ille citat in Categor. p. 24, B, 9 : Τὰ πρὸς Εὐκαίριον αὐτῷ γεγραμμένα ἑβδομήκοντα βιβλία περὶ συμμίκτων Ζητημάτων, χωρὶς προοιμίων καὶ ἐπιλόγων καὶ διαιρέσεως (quæ quid sibi velint intelligetur ex ejusdem Davidis verbis ib. p. 24, A, 42 : Καὶ ὑπομνηματικὰ λέγονται ἐν οἷς μόνα τὰ κεφάλαια

Digitized by Google

ἀπεγράφησαν δίχα προοιμίων καὶ ἐπιλόγων καὶ τῆς πρεπούσης ἐκδόσεσιν ἀπαγγελίας), hic vero, rectius, ut conjicio, (28) : Συμμίκτων Ζητημάτων, οϐ', ὥς φησιν Εὔκαιρος ἀκουστὴς αὐτοῦ. Sunt autem hi iidem procul dubio libri, qui et apud illum memorati erant, quem secutus est Diogenes Laertius V, 32 : Ἔν τε τοῖς φυσικοῖς αἰτιολογικώτατος πάντων ἐγένετο μάλιστα, ὥστε καὶ περὶ τῶν ἐλαχίστων τὰς αἰτίας ἀποδιδόναι· διόπερ καὶ οὐκ ὀλίγα βιβλία συνέγραψε φυσικῶν ὑπομνημονευμάτων.

De his igitur ita statuendum esse arbitror, non quasi unquam omne hoc genus librorum communi Ζητημάτων nomine inscriptum fuisset (Galenus enim, quum De simplic. medic. l. II, p. 474, Aristotelis et Theophrasti φυσικὰ ζητήματα nominat, aperte non librorum titulum protulit), sed procul dubio Eucærum illum, non minus ignotum ceteroquin hominem, quam Diarem, ad quem epistolas scripsisse fertur Aristoteles, ita summam omnium librorum indicasse, in quibus varias quæstiones tractaverat philosophus. Illud igitur « φυσικῶν, » quod additum reperitur in Vita Marciana, non magis urgendum est, quam quod in titulo nostræ collectionis Problematum a plerisque codicibus præbetur (1), quippe quæ non physicas tantummodo quæstiones continet. Ab isto vero LXXXII librorum numero, ut et hoc addam, non multum discrepat eorum summa, quos meras Problematum collectiones fuisse probabile est. Sunt autem hi, qui apud Diogenem Laertium inde a 109 ad 125 enumerantur, quorum summa LXVIII conficit volumina. Eorum numerum permagnum fuisse, etsi non definiat, testatur quoque Apulejus, qui, quum in oratione de Magia c. 37 primum locutus esset « *de multijugis voluminibus Aristotelis* περὶ Ζώων γενέσεως, περὶ Ζώων ἀνατομῆς, περὶ Ζώων ἱστοριῶν, » ita pergit : « *Præterea Problemata innumera ejusdem, tum ex eadem secta ceterorum, in quibus id genus varia tractantur.* » Sed hæc hactenus.

Restat ut de iis locis videamus, in quibus ab aliis scriptoribus Aristotelis Problemata nominantur. Quorum hæc est conditio, ut major fere pars tales quæstiones respiciat, quæ in superstitibus libris tractatæ non sunt, vel quibus si in iis reperiuntur, aliter responsum est, ita ut facile conjicias, collectionem vel duplo nostra ampliorem (cf. Prantl l. l. et quæ diximus in libro *Die verlornen Schriften des Aristot.* p. 103, ss.), Aristotelis nomine olim inscriptam fuisse. Ceterum ex iis, quæ a nobis disputata sunt, satis erit perspicuum, auctoritatem Aristotelis, nostro quidem judicio, non minus incertam esse, quum de deperditis Problematum partibus agitur, quam quum de servatis.

Pauca hîc adjicere liceat de Problematis primum in hac editione a v. cl. Bussemakero vulgatis, quæ iterum, multis in locis sive codicum quos contulit, sive et conjecturarum ope emendatiora H. Usenerus edidit, in hoc tantummodo fortasse non probandus, quod ea Alexandro Aphrodisiensio tribuit. Cf. *Alexandri Aphrodis. Problematum ll. III et IV rec. H. Usener*, Berol. 1859. Ut vero ad Bussemakerum redeam, qui alia multa egregie disputavit, non perspexit vir doctissimus in Præfatione, p. XVIII, Plutarchum in Natural. quæst. c. 21, non e Problem. ined. s. II, 142 pendere, sed eodem illum fonte usum esse quo et Problematum auctorem, scilicet Historiis anim. VIII, 28. Contra vero quæ apud eundem Plutarchum duobus locis leguntur, Natural. quæst. c. 12 et De primo frigido c. 13, de quæstione sæpissime tractata : Διὰ τί τῆς θαλάττης ἐλαίῳ καταρραινομένης γίνεται γαλήνη, aperte eadem sunt ac quæ in Probl. ined. s. III, 29 tractantur. Præter hanc vero et altera est quæstio, cujus tanquam ex Aristotele desumptæ meminit Plutarchus, quam pæne eandem Problemata inedita exhibent. Cf. infra fr. 15.

Ceterum hîc et illud addendum est, nonnullas quæstiones ex horum Problematum sectione altera desumptas, intermixto uno alterove Cassii Alexandrive Aphrodisiensi problemate, in antiqua versione latina legi, quam e codice Bambergensi sec. X, cui titulus inscriptus est : *Incipit problema Aristotelis philosophi*, primus edidit Rosius, l. l. p. 666, collatis codd. Bruxellensi et Berolinensi, in quorum priori titulus legitur : *Interrogatio et responsio discipuli et magistri*. En conspectus quæstionum quæ ibi exhibentur, adscripto singularum fonte :

1	=	Aristot. Probl. ined. II,	1
2	=	»	2
3	=	»	3
4	=	»	4
5	=	»	5
6	=	Cassii Problemata,	5
7	=	Aristot. Probl. ined. II,	6
8	=	»	9
9	=	»	7
10	=	»	8
11	=	»	10

(1) Φυσικὰ Προβλήματα codd. apud Bekkerum C^a K^a N^a γ^a rstw, plerique additis κατ' εἶδος συναγωγῆς.

Digitized by Google

13 =	Cassii Problemata,	46
14 =	»	47
15 =	»	4
17 =	Aristot. Probl. ined. II,	12
18 =	»	13
19 =	Cassii Problemata,	50
20 =	»	49
21 =	Aristot. Probl. ined. II,	15
22 =	Cassii Problemata,	52
23 =	Aristot. Probl. ined. II,	19
25 =	»	20
28 =	»	14
29 =	Cassii Problemata,	56
30 =	Aristot. Probl. ined. II,	21
31 =	Alexandri Aphr. Probl. I,	99
34 =	Aristot. Probl. ined. II,	22
37 =	»	28
38 =	»	29
39 =	»	30
40 =	»	31
41 =	»	32

Quæstiones vero quæ tantummodo in latina illa versione occurrunt, integras adscripsimus, non quod magnum ex iis percipi posse fructum putavimus, sed ne quid omnino desideretur. Dedimus autem, quales, Rosio teste, in codice Bambergensi leguntur, Bruxellensis (B) et Berolinensis (C) varietate adscripta, neglectis tamen minutioribus quibusdam orthographicis :

Quærit omni doctrina instructissimus Aristoteles in physicis Problematis : Cur magis canescant qui unguento caput inungunt? An, quoniam unguentum propter aromata desiccat, ideo etiam, qui unguentis utuntur siccriores fiunt? Siccitas autem magis facit canos. Nam sive ariditas quædam capilli sit canities, sive defectus caloris, siccitate certe omnia marcescunt. Quare etiam pilei citius canos faciunt : quia absumitur humor alendis capillis destinatus.

29.

Est et aliud curandæ lassitudinis genus, quod fit capitis irrigatione... In solio enim aqua, spiraculis cutis undique circumfusa, obstruit sudoris excretionem; veluti si cribrum in aquam injicias. Nam ex cribro nihil effluet, nisi attollatur, ut apertis foraminibus humori foras exituro via pateat : quemadmodum Aristoteles exposuit in physicis Problematis, ubi causam exposuit, cur qui sudant, sive calida sive frigida lavent, sudare desinant, nec iterum sudent, priusquam e solis discesserint.

30.

Aristoteles in opere de iis quæ ad animalia pertinent, sordes, inquit, quæ in auribus gignuntur, quum sint alioquin amaræ, dulces morituris fieri : idque in multis esse observatum et causam rei exponit in physicis Problematis.

Digitized by Google

31 (344).

Pseudo-Alex. Aphrod. Probl. I, 99 : Διὰ τί τὰ στρογγύλα τῶν ἑλκῶν δυσίατα; ὅτι κατὰ παρουσίαν χολῆς ἐρυσίπελας... Οὕτω μὲν οἱ ἰατροί· οἱ δὲ φυσικοὶ καὶ οἱ φιλόσοφοί φασι, τῷ μὴ εἶναι ἀρχὴν ὅθεν ἡ οὐλὴ ἄρξεται· ἐν γὰρ κύκλῳ οὔτε ἀρχὴν οὔτε τέλος ἔστι λαβεῖν. Ὅθεν, φασί, καὶ τὸ σχῆμα τοῦτο οἱ ἰατροὶ τῷ σιδήρῳ τέμνοντες ἀλλοιότερον αὐτὸ ποιοῦσι.

Hæc satis probabili conjectura ad Aristotelem retulit Rosius, collato Pseudo-Alex. Probl. I, 141 (cf. Probl. ined. s. II, 147), ubi Aristoteles eodem modo medicis opponitur. Idem affert e Problematis Aristoteli inscriptis, quæ e cod. Bambergensi edidit, quæst. 21 : *Quare rotunda vulnera non facile cicatricantur? Quia initium cicatricis non habent*, quod uberius tractatur a Cassio Probl. 1, et Apollon. Mirab c. 42 : Τῶν παρατετηρημένων ἐστὶ τὸ δυσκατούλωτα ἕλκη γίγνεσθαι ταῖς τε κυούσαις καὶ τοῖς σπληνικοῖς καὶ τοῖς κιρσοὺς ἔχουσι καὶ ταῖς γυναιξὶν ὅσαις ἴξίαι περὶ τοὺς μηροὺς ἔνεισιν.

32 (345).

Apuleius de Magia, c. 51 : *Percontatus an esset mulieri illi* (*caducæ* scil.) *caput grave, cervix torpens, tempora pulsata, cures sonoræ. Ceterum quod dexteræ auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti. Nam dextera corporis validiora sunt eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, quum et ipsa ægritudini succumbunt.* Aristoteles *adeo in Problematis scriptum reliquit, quibuscunque caducis a dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. Longum est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere : est enim etiam ejus egregius liber de caducis.*

Dexteras corporis partes validiores esse affirmat Aristoteles de Hist. An. I, 15, p. 12, 2. Cf. Probl. XXXI, 22, 13.

33 (346).

Alexander Aphrod. in Arist. Meteor. f. 131 recto : Λέγει δὲ (Aristoteles scil. Meteor. IV, 3, § 25) ἐν τῇ τῆς τροφῆς πέψει, ἥτις ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ γίνεται, μηδὲ ζῷον γεννᾶσθαι, ὥς τινες φασιν, ἀλλ' ἐν τοῖς περιττώμασι καὶ τῇ ἀποκρίσει καὶ τῇ κάτω κοιλίᾳ σηπομένῃ, ὡς ἐπὶ τῶν ἐκτὸς σηπομένων ὁρᾶται τινα ζῷα, ὡς προείρηκεν, ὅτε ἔλεγε περὶ σήψεως· γεννώμενα δὲ οὕτω τε καὶ ἐνταῦθα ἐπάνεισι πολλάκις ἐπὶ τὴν ἄνω κοιλίαν. Ἔστι δὲ ταῦτα αἵ τε λεγόμεναι τερηδόνες καὶ οἱ ἕλμινθες. Διὸ πολλάκις ἐν ταῖς νόσοις καὶ ἐμοῦνται. Τὴν δ' αἰτίαν τοῦ κάτω μὲν γίνεσθαι αὐτά, ἐπανιέναι δὲ πολλάκις καὶ ἐπὶ τὴν ἄνω κοιλίαν, ἐν ἑτέροις εἰρῆσθαί φησιν· ἐν γὰρ τοῖς Προβλήμασι. Κάτω μὲν γὰρ καὶ ἐν τῇ κάτω κοιλίᾳ, ὅτι ἐκ σήψεως γίνεται· ἐνταῦθα δὲ ἡ σῆψις. Ἐπάνεισι δὲ ἐν ταῖς νόσοις καὶ ἐπὶ τὴν ἄνω κοιλίαν, δι' ἃς ἐν ἐκείνοις αἰτίας λέγει.

Aristotelem potius libros περὶ Τροφῆς innuisse supra jam dictum est cf. p. 168, rem vero et in Problematis tractatam fuisse, hæc Alexandri Aphrodisiensis verba testantur.

34 (347).

Plutarch. Quæst. conviv. VIII, 10, 1 : Διὰ τί τοῖς φθινοπωρινοῖς ἐνυπνίοις ἥκιστα πιστεύομεν; Προβλήμασιν Ἀριστοτέλους φυσικοῖς ἐντυγχάνων

31.

Cur difficulter ulcera rotunda curantur? Quoniam perbilem acrem atque.... Medici ita volunt, physici vero et philosophi quoniam principium nullum est, unde cicatrix adduci incipiat; circulus enim et principio caret et fine. Quare, dicunt, medicos figuram hanc ulceris ferramento incidentes mutare.

33.

Aristoteles dicit in concoctione alimenti, quæ fit in superiore ventre non nasci animalia, ut quidam putabant, sed in supervacaneis et excrementis, quæ in ventre putreant inferiore, ut in iis quæ extrinsecus putrent, animalia quædam conspiciuntur, quemadmodum jam antea dixit quum de putrefactione locutus est. Quæ autem sic nata sunt et ibi, sæpe in superiorem ventrem ascendunt, sunt vero hæc quæ vocantur teredones et lumbrici. Quare sæpe in morbis et vomitu eduntur. Causam autem cur infra nascantur, sæpe vero in superiorem ventrem ascendant se alias dixisse monet, in Problematis enim. Nascuntur enim infra et in inferiore ventre quoniam e putredine oriuntur, ibi vero putredo. In morbis autem et in superiorem ventrem ascendunt ob causas quas in illis dicit.

34.

Cur autumnalibus somniis minimum fidei adhibeamus. Florus quum faceret lectionem physicorum Aristotelis Problematum, ad ipsum Thermopylas allatorum, cum ipse multas animo dubitationes concepit, ut solent ingenia doctrinæ studiosa, tum sodales iis impertivit : testimonium ferens Aristoteli, qui dixit, multam sciendi cupiditatem multa facere principia (*quæstionum*). Et sane reliquæ in ambulationibus diurnis quæstiones non insuaviter nos oblectaverunt : quod autem de insomniis fertur, ea maxime iis mensibus quibus defluunt folia, esse incerta et mendacia, nescio quomodo se rursum protulit, quum Favorinus a cœna res tractaret

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

44 (357).

In libro s. l. e. a. inscripto : *Speculum sapientie beati Cirilli episcopi alias quadripartitus apologeticus vocatus* (V. Hain, *Repert. bibl.* 5904), cujus et codices duo Berol. contulit Rose (qui de auctore Cyrillo de Qwidenon, citat Debrorosky, *Geschichte der böhmischen Sprache und Litteratur*, Prag. 1818, p. 296) hic est prologus : *Secundum Aristotelis sententiam in Probleumatibus suis, quanquam in exemplis in addiscendo gaudeant omnes, in disciplinis tamen moralibus hoc amplius placet, quoniam structura morum imagine picta rerum similitudinibus palacium virtutis ostendit* (*sub imagine picta paulatim ostenditur* cod. Berol. sec.), *eo quod ex naturalibus animalium moribus et proprietatibus rerum quasi de vivis imaginibus humane vite qualitas exemplatur. Totus enim mundus visibilis est scola et rationibus sapientie plena sunt omnia. Propter hoc, fili karissime, informativa juventutis tue documenta moralia... trademus*, etc.

Præter collectionem Problematum, quæ communi titulo physicorum inscripta, varias naturales quæstiones complectebatur, minoris ambitus libellos exstitisse, unius tantum generis quæstionibus compositos, cum ex indicibus, tum aliunde probabile fit, de quibus nunc paucis videndum erit.

II. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΝΕΙΛΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ.

Liber περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως in appendice Anonymi memoratus (19) et item in indice arabico : *De Nilo Ægyptiaco libri III* (Dschemal. 22), eadem fere fortuna usus videtur, qua qui secundus inscriptus est Œconomicorum de quo supra diximus. Antiqua enim ejus versio latina quintodecimo seculo ter seorsim typis edita (cf. Hain, *Repertor. bibliographic.* Stuttg. 1826-38, N. 1659, 1682, 1786), nec minus in latinas operum Aristotelis editiones recepta, ut in Venetam 1550, Basileensem 1563, adeo deinde obliterata est ut ab omnibus fere jam ignoraretur (cf. tamen præter Fabricium, Buhle, *de Aristotelis libris deperditis*, p. 127 et Brandis, *Aristoteles*, t. I, p. 120), ita ut eam Rosius quamvis editam, ineditam vocare merito potuerit. Librum ipsum jure Problematis accenseri, demonstrat quæstio de qua agitur, non minus in antiquitate quam ad nostram usque memoriam controversa, licet proxime jam ad verum accesserit, quisquis ille fuit, qui hunc libellum condidit, et solemne in talibus initium Διὰ τί, *propter quid*. Utrum vero Aristoteles, an, ut voluit Rosius, Theophrastus auctor habendus sit, quæstio est, quam vix dijudicari posse speramus, præsertim quum ad codicum auctoritatem, scriptorum quoque græcorum testimonia accedant, unde manifestum fieri videtur hoc ipsum argumentum uberius ab Aristotele tractatum esse. De auctore libri more solito in *Expositione supra librum de inundatione Nili collecta anno Domini MCCCVIII in rogationibus a magistro Bartholomeo de Brugis*, cujus specimina quædam e codice Sorbon. 841 edita sunt apud Rosium p. 639 s. : *Nota primo quod iste liber videtur factus esse ab Aristotele, et hoc propter tria, primo quia similem modum procedendi habet in isto, scilicet primo ponendo opiniones aliorum ante propriam, sicut in aliis libris suis, secundo ex stilo, ejus qui brevis et obscurus secundum subjectam materiam, tercio quia quedam tradita in libro metheororum hic replicat.*

Ceterum de Nilo pluribus ab Aristotele dictum fuisse, in ampliore librorum de Meteorologia recensione, conjecerat olim Idelerus, in comm. ad Aristot. Meteorol., t. I, p. 467, nullis tamen satis aptis argumentis ad suam de duplici recensione opinionem confirmandam additis. Locus erat libri primi caput tertiumdecimum, quod aperte respexit Proclus in Platonis Timæum, p. 37, adjectis tamen nonnullis quæ ad deperditum quendam de hac quæstione librum pertinere videntur. Cf. infra fr. 2.

1 (358).

Joannes Philop. in Arist. de Gener. et Corrupt. (I, 5, 8) fol. 22 recto : Πέφυκε δὲ πυκνοῦσθαι (ὁ ἀὴρ scil.) καὶ εἰς ἑαυτὸν συνιζάνειν οὐ μόνον ψυχόμενος (cf. Arist. Meteorol. I, 9, 3 et c. 12, 19) ἀλλὰ καὶ ὠθούμενος καὶ πιλούμενος. Οὕτω γοῦν ἀποδείκνυσιν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν θέρει ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ τοὺς ὑετοὺς γινομένους· ὠθουμένης γὰρ τῆς ἐκ τῶν βο-

---

DE NILO.

1.

Aer densatur et in se ipsum considit non solum frigore sed etiam pulsus et compressus. Ita igitur ostendit Aristoteles æstate imbres gigni in Æthiopia : aer enim ex regionibus versum septentrionem positis, ventis eteslis

Digitized by Google

ρείων ἀτμίδος ὑπὸ τῶν ἐτησίων πνευμάτων καὶ τοῖς Ἀραβικοῖς προσπιπτούσης ὄρεσι μεγίστοις οὖσι καὶ συνθλιβομένης ἀεὶ ὑπὸ τῆς ἐπιγινομένης, τῇ πιλήσει πυκνοῦσθαι καὶ εἰς ὕδωρ μεταβάλλειν. Ἔστι γοῦν τὸν τῶν ἐτησίων χρόνον ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ κατὰ συνέχειαν ὁρᾶν κρουνηδὸν τοὺς ὑετοὺς καταφερομένους ψύξεως ἁπάσης χωρίς· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐν τοῖς βαλανείοις γίνεται· ἡ γὰρ ἀνιοῦσα ἀτμὶς καὶ τῇ ὀροφῇ πλησιάζουσα διέξοδον οὐκ ἔχουσα συμπιλεῖται εἰς ἑαυτὴν καὶ πυκνουμένη γίνεται ὕδωρ καὶ τῇ συμφύτῳ βαρύτητι καταρρεῖ.

Olympiod. in Arist. Meteor. (I, 9, 3) fol. 18 verso (t. I, p. 222 Idel.) : Ἰστέον ὅτι ὁ μὲν Ἀριστοτέλης αἴτιον λέγει τῆς εἰς ὕδωρ μεταβολῆς τὴν ψῦξιν μόνον, Θεόφραστος δὲ οὐ μόνον τὴν ψῦξιν λέγει αἰτίαν τῆς τοῦ ὕδατος γενέσεως ἀλλὰ καὶ τὴν πίλησιν. Ἰδοὺ γὰρ ἐν Αἰθιοπίᾳ μὴ οὔσης ψύξεως ὅμως ὑετὸς κατάγεται διὰ τὴν πίλησιν. Φησὶ γὰρ ὄρη εἶναι ἐκεῖσε ὑψηλότατα, εἰς ἃ τὰ νέφη προσπαίουσι καὶ εἶθ' οὕτως ὑετὸς καταρρήγνυται διὰ τὴν γινομένην πίλησιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπὶ τῶν λεβήτων ὑγρότης, φησίν, ἀντικαταρρεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θόλων τῶν λουτρῶν μὴ παρούσης ψύξεως, διὰ τὴν πίλησιν δηλονότι τούτου γινομένου. . . . Ἀλλ' ἔστιν, ὡς μοι δοκεῖ, συνηγορῆσαι τῷ Ἀριστοτέλει, ὅτι ψῦξις μόνη αἰτία. Cf. Olympiod. f. 21 recto, 34 verso.

2 (359).

Photius Biblioth. cod. 249, p. 441, B, 1 : Φέρονται γοῦν (οἱ ἐτησίαι ἄνεμοι) ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τόπους· ἐκεῖ δὴ ταῦτα ἐκφερόμενα προσπίπτει τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γινόμενα ἀπεργάζεται ὑετούς· καὶ ἐκ τῶν ὑετῶν τούτων ὁ Νεῖλος πλημμυρεῖ τοῦ θέρους, ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ξηρῶν τόπων ῥέων. Καὶ τοῦτο Ἀριστοτέλης ἐπραγματεύσατο· αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔργῳ κατενόησεν, ἀξιώσας πέμψαι τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους καὶ ὄψει τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ Νείλου αὐξήσεως παραλαβεῖν. Διό φησιν ὡς τοῦτο οὐκέτι πρόβλημά ἐστιν· ὤφθη γὰρ φανερῶς ὅτι ἐξ ὑετῶν αὔξει.

Proclus in Plat. Timæum p. 37, D : Καὶ γὰρ τοῦτο ἓν εἶναι αἴτιον ὄμβρων φησὶν ὁ Θεόφραστος τὴν τῶν νεφῶν πλησιν πρός τινα τῶν ὀρῶν . . . (καὶ γὰρ φέρεται πρῶτον ὁ Νεῖλος) ἐκ τῶν Σεληναίων ὀρῶν, ἃ διὰ τὸ ὕψος οὕτω ἐκάλεσαν καὶ τῶν πρὸς ἐκείνοις ἀθροιζομένων νεφῶν . . . Ἐρατοσθένης δὲ οὐκέτι φησὶν οὐδὲ ζητεῖν χρῆναι αἰτίαν τῆς αὐξήσεως τοῦ Νείλου, σαφῶς καὶ ἀφικομένων τινῶν εἰς τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς καὶ τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους ἑωρακότων, ὥστε κρατύνεσθαι τὴν Ἀριστοτέλους ἀπόδοσιν. Cf. Scholia in Platon. Timæum p. 425 Bekk.

Cum his conjungenda sunt quæ leguntur apud Strabon. XVIII, p. 790 : Φησὶ γὰρ (sc. Ποσειδώνιος) Καλλισθένη (*Eratosthenem* vet. interpr.) λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος), ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θαλοῦ (ita C. Müller. in ed. Didot., pro παρ' ἄλλου), τὸν δὲ παρ' Ὁμήρου διιπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον

ἂψ δ' εἰς Αἰγύπτοιο διιπετὲς ποταμοῖο (Od. δ, 581).

Poterat etiam v. 477 laudare Strabo, ad quem hæc scholia : Πολλῶν λεγομένων περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως πρῶτος Ὅμηρος τὴν ἀληθεστάτην αἰτίαν εἶπε διιπετῆ προσαγορεύσας αὐτόν, διότι πληροῦται ἀπὸ τῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ γινομένων ἀδιαλείπτων τοῦ θέρους καὶ σφοδρῶν ὑετῶν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Εὔδοξος, πεπύσθαι ταῦτα φάσκοντες ἀπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν, quæ eadem et Eustathius p. 1505, 61 exhibet. Apud hos nomen Eudoxi male pro Eudori illatum esse, e Strabonis l. l. videri posset, ubi Eudorum et Aristonem Peripateticum de Nilo scripsisse testatur. Non ab Aristotele, sed a Callisthene res explorata esse dicitur apud Joannem Lydum de Mensibus IV, 68, p. 264 ed. Rœth. et Anonymum Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως ap. Schweighæuserum ad Athenæum II, c. 87, editum jam in H. Stephani collectione scriptt. quorundam Aristot. et Theophrasti, Par. 1557, p. 145. Cf. Callisthenes fr. 6 ad calcem Arriani ed. Didot, Demosth. Orat. ed.

---

impulsus, in arabicos montes qui altissimi sunt incidit, et novo semper aere accedente coarctatus, compressione densatur et in aquam mutatur.

2.

Etesiæ venti ad oppositas plagas meridionales feruntur; eoque delati in altissimos Æthiopiæ montes decidunt. Quum autem condensati et frequentes fuerint, pluvias creant, e quibus æstivo tempore Nilus auctus exundat, ex australibus locis et aridis profluens, idemque Aristoteles investigando comperit. Ipse enim ingenii præstantia hoc deprehendit, quum æquum putasset Alexandrum Macedonem ad ea loca mittere, ut oculis causam incrementi Nili fluminis cognosceret. Propterea aperit hoc non amplius dubium esse. Clare enim patet e pluviis augeri.

Posidonius ait Callisthenem tradere æstivos imbres causam esse; idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis; Thrasyalcen vero a Thalete, atque illum ab Homero, qui διιπετέα, i. e. cælitus delabentem, Nilum dicit.

Digitized by Google

Φλῶρος εἰς Θερμοπύλας κομισθεῖσιν, αὐτός τε πολλῶν ἀποριῶν, ὅπερ εἰώθασι πάσχειν ἐπιεικῶς αἱ φιλοσόφων φύσεις, ὑπεπίμπλατο καὶ τοῖς ἑταίροις μετεδίδου, μαρτυρῶν αὐτῷ τῷ Ἀριστοτέλει, λέγοντι τὴν πολυμάθειαν πολλὰς [ἀποριῶν] ἀρχὰς ποιεῖν (cf. supra fragm. 90). Τὰ μὲν οὖν ἄλλα μεθ' ἡμέραν οὐκ ἄχαριν ἡμῖν ἐν τοῖς περιπάτοις διατριβὴν παρίσχε· τὸ δὲ λεγόμενον περὶ τῶν ἐνυπνίων, ὡς ἔστιν ἀβέβαια καὶ ψευδῆ μάλιστα περὶ τοὺς φυλλοχόους μῆνας, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἑτέροις λόγοις πραγματευσαμένου τοῦ Φαβωρίνου μετὰ τὸ δεῖπνον, ἀνέκυψε. Τοῖς μὲν οὖν σοῖς ἑταίροις ἐμοῖς δὲ υἱοῖς ἐδόκει λελυκέναι τὴν ἀπορίαν Ἀριστοτέλης, καὶ οὐδὲν ὤφοντο δεῖν ζητεῖν οὐδὲ λέγειν ἀλλ' ἢ τοὺς καρπούς, ὥσπερ ἐκεῖνος αἰτιᾶσθαι. Νέοι γὰρ ὄντες ἔτι καὶ σφριγῶντες πολὺ πνεῦμα γεννῶσιν ἐν τῷ σώματι καὶ ταραχῶδες· οὐ γὰρ τὸν οἶνον εἰκός ἐστι μόνον ζεῖν καὶ ἀγαναχτεῖν οὐδὲ τοὔλαιον ἂν ᾖ νεουργὸν ἐν τοῖς λύχνοις ψόφον ἐμποιεῖν ἀποκυματιζούσης τὸ πνεῦμα τῆς θερμότητος, ἀλλὰ καὶ τὰ σιτία τὰ πρόσφατα καὶ τὴν ὀπώραν ἅπασαν ὁρῶμεν ἐντεταμένην καὶ οἰδῶσαν, ἄχρι ἂν ἀποπνεύσῃ τὸ φυσῶδες καὶ ἄπεπτον. Ὅτι δέ ἐστι τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνον ὄψεων, μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος, ὧν ἀπέχεσθαι κελεύουσι τοὺς δεομένους τῆς διὰ τῶν ὀνείρων μαντικῆς.

Cf. ibidem infra s. 3, ubi legitur : Παῦε ποικίλλων, ἔφη, πρὸς ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν, ὅτι τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν εὐδοκιμῆσαι βουλόμενος, ὥσπερ σκιὰν αὐτῇ τὴν Δημοκρίτου παραβέβληκας.

35 (348).

A. Gellius Noct. Att. XIX, 6 : *In Problematis* Aristotelis *philosophi ita scriptum est :* Διὰ τί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν, οἱ δὲ φοβούμενοι ὠχριῶσιν, παραπλησίων τῶν παθῶν ὄντων; ὅτι τῶν μὲν αἰσχυνομένων διαχεῖται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος ὥστε ἐπιπολάζειν, τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συντρέχει εἰς τὴν καρδίαν, ὥστε ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν.

Non eadem, sed his similia leguntur in Probl. s. XXVII, 6, 8; XXXI, 3; XXXII, 1, 8, 12, 31, ubi tamen de solo rubore aurium mentio fit. Cf. Cassii Probl. 49. Alexandri Probl. I, 12, 14, 15, 19, 32.

36 (349).

A. Gellius Noct. Att. I, 11 : *Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum modulos prælii institutum esse a Lacedæmoniis* Aristoteles *in libris Problematum scripsit, quo manifestior fieret exploratiorque militum securitas et alacritas. Nam diffidentiæ, inquit, et timori cum ingressione hujuscemodi minime convenit et mœsti atque formidantes ab hac tam intrepida ac tam decore incedendi modulatione alieni sunt. Verba pauca Aristotelis super ea re apposui :* Διὰ τί ἐπειδὰν πολεμεῖν μέλλωσι, πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνουσιν; ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσιν.

37 (350).

Plinius Hist. Nat. II, 101 : *Omnia plenilunio maria purgantur... his addit...* Aristoteles *nullum animal nisi æstu recedente exspirare. Observatum id multum in Gallico Oceano et duntaxat in homine compertum.* Cf. Posidonius apud Priscianum Quæst. p. 571 ed. Didot.

38 (351).

Athen. X, 434, E : Ἐξυδαροῦσθαι γάρ φησιν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς φυσικοῖς Προβλήμασι τῶν τοιούτων (τῶν μεθυόντων scil.) τὴν γονήν.

---

alias. Tuis quidem sociis, meis filiis videbatur solvisse nodum Aristoteles, neque aliud quærendum putabant, sed cum eo causam in fructus conferendam : qui recentes et humore turgidi multum turbulentumque in corpore spiritum generent. Non enim vinum duntaxat effervescere et insurgere, et oleum recens expressum in lucernis probabile est obstrepere, calore flatum, quasi fluctum quendam, edente; sed et frumentum novum, et pomorum genus omne videmus tumere atque distendi, donec flatus et cruditas eorum discutiatur. Cibos porro quosdam esse qui difficiles somnos faciant, et animam perturbent, testatum fieri fabarum exemplo, et polypodis capite, quibus abstinere juberentur qui divinare per somnum cuperent.

35.

Cur erubescant qui pudore afficiantur, palleant qui metu, quum istæ affectiones similes sint inter se? An quoniam pudore affectis sanguis de corde in omnes corporis diffunditur, ita ut superficiem occupet, metu vero perculsis ad cor attrahitur, ita ut ceteris partibus deficiat?

37

Cur, ubi commissuri prælium sunt (*Lacedæmonii scil.*), ad tibiæ modulos congrediuntur? Ut timidos minus decore agentes cognoscant.

38.

Ebriosorum hominum genituram, ait Aristoteles in Physicis Problematis, in aquam fere resolvi.

Digitized by Google

Eadem quæstio tractatur in Problem. III, 11 et 33, sed in neutro loco illud ἐξυδαροῦσθαι verbum occurrit.

www.libtool.com.cn

39 (352).

Plutarch. Quæst. conviv. III, 5, ita inscriptum est : Εἰ ψυχρότερος τῇ δυνάμει ὁ οἶνος; Quæstionem in Aristotelis Problematis tractatam fuisse testatur Plutarchus his verbis § 2 : Μέμνημαι μὲν οὖν, ἔφην, ἐγώ, καὶ Ἀριστοτέλους ἐντυχὼν οὐ νεωστὶ λόγῳ περὶ τούτου τοῦ προβλήματος, ἀλλ' ἱκανῶς πάλαι.

40 (353).

Plutarch. Quæst. conviv. III, 8, 1 : Διὰ τί ἀκροθωράκων λεγομένων οἱ σφόδρα μεθύοντες ἧττον παρακινητικοί εἰσιν; Οὐκοῦν, εἶπεν ὁ πατήρ, ἐπεὶ παρακεκινήκαμεν τὸν Ἀριστοτέλην (III, 7, cf. supra fr. 11), καὶ περὶ τῶν ἀκροθωράκων καλουμένων ἴδιόν τι ἐπιχειρήσομεν εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἱκανῶς μοι δοκεῖ, καίπερ ὀξύτατος ὢν ἐν τοῖς τοιούτοις ζητήμασι, διηκριβωκέναι τὴν αἰτίαν. Φησὶ γάρ, οἶμαι, τοῦ μὲν νήφοντος εὖ καὶ τὰ ὄντα κρίνειν τὸν λογισμόν, τοῦ δ' ἄγαν μεθύοντος ἐκλελυμένην κατέχεσθαι τὴν αἴσθησιν, τοῦ δ' ἀκροθώρακος ἔτι μὲν ἰσχύειν τὸ φανταστικόν, ἤδη δὲ ταραχθῆναι τὸ λογιστικόν· διὸ καὶ κρίνειν, καὶ κακῶς κρίνειν ἑπακολουθοῦντα ταῖς φαντασίαις.

Eadem quæstio bis tractata est Problem. III, 2 et 27, alia tamen in suis Problematis legisse videtur Plutarchus, licet ea quæ in ultimo Problemate de Satyro, tragœdiarum actore, narrantur respexerit in libro De cohib. ira, c. 10.

41 (354).

Plutarchi Quæst. conviv VI, 8, 3 : Ἐμνήσθην τῶν Ἀριστοτελικῶν, ἐν οἷς λέγεται, ὅτι, πολλῆς περιψύξεως γενομένης ἔξωθεν, ἐκθερμαίνεται σφόδρα τὰ ἐντός, καὶ πολὺ σύντηγμα ποιεῖ· τοῦτο δ', ἐὰν μὲν ἐπὶ τὰ σκέλη ῥυῇ, κόπους ἀπεργάζεται καὶ βαρύτητας, ἐὰν δ' ἐπὶ τὰς τῆς κινήσεως καὶ τῆς ἀναπνοῆς ἀρχάς, ἀψυχίαν ἢ καὶ ἀσθένειαν.

Haud puto alio quodam Aristotelis libro usum esse Plutarchum in Quæstionibus convivalibus, quam Problematum collectione; in iis vero quæ habemus Problematis nullum tale occurrit in quinta sectione, quæ inscribitur : Ὅσα ἀπὸ κόπου. Ceterum cf. de Somno et Vigilia, c. 3, p. 504, 49

42 (355).

Plutarch. Quæst. conviv. VII, 5, 2 : Δοκεῖ δέ μοι μηδ' Ἀριστοτέλης αἰτίᾳ δικαίᾳ τὰς περὶ θέαν καὶ ἀκρόασιν εὐπαθείας ἀπολύειν ἀκρασίας, ὡς μόνας ἀνθρωπικὰς οὔσας· ταῖς δ' ἄλλαις καὶ τὰ θηρία φύσιν ἔχοντα χρᾶσθαι καὶ κοινωνεῖν.

Hæc, licet proxime accedant ad ea quæ in capite primo de Sensu disputata sunt, tamen ob rationem quam supra attulimus, potius e deperdita Problematum parte desumpta arbitramur, quod et verba αἰτίᾳ δικαίᾳ demonstrare videntur.

43 (356).

Plutarch. Quæst. conviv. VI, 9, 3 : Καὶ γὰρ οἶνον κεκραμένον, δυσχερέστερον ἐξαιροῦσι τῶν ἱματίων, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, ὅτι λεπτότερός ἐστι, καὶ μᾶλλον ἐνδύεται τοῖς πόροις.

Οἴνου κεκραμένου mentio fit in Problem. III, 14 et XII, 13, neutrum vero problema respicere videtur Plutarchus.

39.

Memini (*dicit Plutarchus*) me incidisse in Aristotelis de hac quæstione an vinum facultate frigidum sit disputationem, non nuper, sed jam dudum.

40.

Cur acrothoraces (*id est semiebrii*) magis motibus excitantur absurdis, quam admodum ebrii? Quantumvis acutissimus in hoc genere quæstionum Aristoteles, tamen causam mihi videtur non satis subtiliter et exacte reddidisse. Dicit enim, ut puto, sobrii rationem sibi constare : valde inebriati etiam sensum esse obrutum : at semiebrii adhuc valere vim imaginatricem, jam conturbata ratione; itaque eos et judicare, et quod visis pareant, male judicare.

41.

Aristoteles docet foris magno circumfuso et efficaci frigore corporis interna vehementer incalescere, magnamque ita colliquationem effici : quæ si ad crura defluat, lassitudines gignat ac gravitates; sin ad principia motus et respirationis, exanimationes aut imbecillitatem.

42.

Videtur autem Aristoteles etiam non justam causam afferre, cur solæ delectationes spectaculorum et auditionum intemperantiæ culpæ vacent; quia scilicet hominis eæ sint propriæ, reliquæ etiam a brutis per naturam suam percipiantur.

43.

Vinum dilutum Aristoteles ait difficilius elui e vestibus, quod magis tenue factum, penitius in meatus subeat.

Digitized by Google

minus quam quando utique bore : boreas enim nubes fert ad locum, ex quibus aqua facta impletur Nilus. De Nilo quidem igitur hæc dicta sint.

Explicit liber de inundatione Nili Aristotilis.

www.libtool.com.cn

III. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΙΘΟΥ.

Non minus quam de Nilo sæpissime ab antiquis philosophis tractata est quæstio, quam ut exemplum physici problematis proponunt Alexander Aphrodis. in Arist. Topic. p. 34 (p. 258, A, 11) et Themistius paraphr. Analytic. f. 13 verso (p. 249, A, 4) : Διὰ τί ἡ λίθος ἡ Μαγνῆτις λεγομένη ἕλκει τὸν σίδηρον. De hac conscriptus liber περὶ τῆς Λίθου α', in utroque indice inter Problemata recensetur (Diog. L. 125, An. 114). Idem quoque argumentum tractatur inter Alexandri Aphrod. Quæstiones naturales II, 23 : περὶ τῆς Ἡρακλείου λίθου, διὰ τί ἕλκει τὸν σίδηρον, et quidem ita, ut primum, Aristoteleo more, antiquiorum philosophorum de proposita quæstione sententiæ exponantur. Non male inde conjecit Rosius, l. l. p. 243, nos si non ipsam Aristotelis disputationem, tamen ejus quasi imaginem quandam habere. Quibus illud adjicere liceat Aristotelem sine dubio, ut et in disputatione de Nilo factum est, a Thalete orsum esse, nec ab Empedocle solum, quod Alexander fecit, ita ut quod infra apposuimus fragmentum ad hunc fortasse librum referendum sit.

(361.)

Diog. Laert. I, 24 : Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἱππίας φασὶν αὐτὸν (τὸν Θάλητα) καὶ τοῖς ἀψύχοις μεταδιδόναι ψυχάς, τεκμαιρόμενον ἐκ τῆς λίθου τῆς μαγνήτιδος καὶ τοῦ ἠλέκτρου.

Minime me fugit locus philosophi de Anima :, 2, 14 : Ἔοικε δὲ καὶ Θαλῆς ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι, κινητικόν τι τὴν ψυχὴν ὑπολαβεῖν, εἴπερ τὸν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ, quem tamen vix respexisse puto Diogenem Laertium vel eum quem secutus est auctorem, qui uberiorem de hac re disputationem ante oculos habuisse videtur, unde et illud quod de electro narrat, desumsit. De Hippia quem nominat Diogenes Laertius cf. Mæhlyum, *Rhein. Museum*, 1861, p. 45.

IV. ΟΠΤΙΚΑ.

Problematis adnumeranda sunt etiam Ὀπτικά, quorum titulum apud Diogenem L. (114) Ὀπτικὸν α', potius fuisse Ὀπτικῶν α', ita ut Προβλημάτων suppleatur, confirmant auctor Vitæ Marcianæ, p. 2 Robbe, qui τὰ ὀπτικὰ προβλήματα simul cum Mechanicis nominat, David in Categ., p. 25, A, 35 : Τὰ δὲ μαθηματικὰ αὐτοῦ, ὡς τὰ ὀπτικὰ καὶ μηχανικὰ αὐτῷ βιβλία γεγραμμένα, Anonymus Proleg. in Metaphys. cod. Coisl. 161 fol. 226 recto (apud Rosium p. 377) : Περὶ μὲν οὖν τούτων (τῶν μαθηματικῶν scil.) διώρισεν ἐν ἑτέροις, ὡς ἔν τε τοῖς μηχανικοῖς καὶ ὀπτικοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις συντάγμασι, Alfarabi in Proleg. philos. Aristot. c. 2 (apud Schmœlders, *Documenta philos. Arab.* p. 20) : *Scripta in quibus disciplinæ mathematicæ docentur, sunt ejus liber de Speculis, ejus liber de Lineis atque liber de Mechanica.* A quibus solus dissentit Simplicius qui pro opticis geometrica nominat, Comm. in Categor. f. 1 verso : Καὶ τῶν θεωρητικῶν τὰ μὲν θεολογικά... τὰ δὲ μαθηματικά, οἷα γεωμετρικά τε αὐτῷ γέγραπται καὶ μηχανικὰ βιβλία. Ad hæc Optica jure retuleris, quæ in Problem. XVI, 1, leguntur : Διὰ τί αἱ μὲν βάσεις τῶν πομφολύγων λευκαὶ ἐν τοῖς ὕδασι, καὶ ἐὰν ἐν ἡλίῳ τεθῶσι, σκιὰν οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡ μὲν ἄλλη πομφόλυξ σκιὰν ποιεῖ, ἡ δὲ βάσις οὐ ποιεῖ, ἀλλ' ἡλίωται κύκλῳ. Τὸ δ' ἔτι θαυμασιώτερον, ὅτι οὐδ' ἐάν τι τεθῇ ξύλον εἰς τὸ ὕδωρ ἐν τῷ ἡλίῳ, τέμνεται ὑπὸ τοῦ ὕδατος ταῦτα. Ἢ οὐ γίνεται σκιά, ἀλλ' ἡλίῳ διῄρηται ἡ σκιά; Εἰ οὖν σκιά ἐστι τὸ μὴ ὁρώμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κύκλῳ ἂν ὁρῷτο ὁ ὄγκος. Τοῦτο δὲ ὅτι ἀδύνατον δείκνυται ἐν τοῖς Ὀπτικοῖς· οὐδὲ γὰρ τὸ ἐλάχιστον ὑπὸ τοῦ μεγίστου ἐνδέχεται ὅλον περιφθῆναι. Num vero ex eodem libro fluxerint, quæ his verbis apposuit auctor Vitæ Marcianæ, p. 8 : Τῇ δὲ μαθηματικῇ (προσέθηκε) τὸ ὀξυγώνιον (ita Rosius e cod. ὀξύγωνον Robbe) εἶναι τὸν κῶνον τῶν ὄψεων, διὰ τὸ ἐπὶ πλέον προϊέναι τὴν ὄψιν οὗ ὁρᾷ μεγέθους· καὶ κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ὅλον ἅμα ὁρᾶται· καὶ ταῦτα μείζονα γίνεσθαι (γενέσθαι male Robbe) τὸν ἄξονα τῆς ἐκ τούτου[τῆς] βάσεως καὶ ὀξυγώνιον τὸν κῶνον ἀποτελεῖσθαι, incertum est, quippe quæ talia sunt ut Euclidi magis conveniant quam Aristoteli (cf. Rosius p. 377 s.). De Opticorum quoque Problematum libro cogitasse Pseudo-Alexandrum Aphrodisiensem in Aristotelis Meteorol. fol. 115 recto (t. II. p. 104 Idel.), facilis esset conjectura, inspectis ejus verbis : Οὐκ ἀρέσκεται μὲν τῇ δόξῃ τῇ δι' ἐκτίνων ἐκχύσεως ὁρᾶν ἡμᾶς λεγούσῃ, καθά φασιν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων, ᾗ δόξῃ ἀκόλουθός ἐστι καὶ ἡ δι' ἀνακλάσεως τῶν αὐτῶν τούτων

(DE LAPIDE MAGNETE.)

Inanimatis etiam animam inesse putasse Thaletem, Aristoteles et Hippias auctores sunt, conjicientem id ex lapide magnete et succino.

Digitized by Google

ἀκτίνων ὁρᾶν ἡμᾶς πάντα τὰ δι' ἀμφάσεως ὁρώμενα λέγουσα. Οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἀκτίνάς τινας ἐκχεομένας καὶ προσπιπτούσας τῷ ὁρατῷ αἰτίας ἡμῖν τοῦ ὁρᾶν οἷόν τε γίνεσθαι, οὔτε τὰς αὐτὰς ταύτας ἀνακλωμένας ἀπὸ τῶν κατόπτρων καὶ πάντων τῶν διὰ τοιούτων ὁρωμένων ἐπὶ τὸ ὁρώμενον τὴν αἰτίαν ἡμῖν πάλιν παρέχειν τοῦ ταῦτα ὁρᾶν, τῆς τῶν ἀκτίνων ἀνακλάσεως πρὸς ἴσας γινομένης γωνίας. Ὅτι γὰρ ἀδύνατα ταῦτα ἐδείχθη ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν, ὧν καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ Ψυχῆς ἐμνημόνευσεν, nisi, ut ostendit collatio cum iis quæ a genuino Alexandri Aphrod. de Anima fol. 131 recto, bis dicta sunt: ὡς δέδεικται καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν ἐζητημένοις, et paulo infra: ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν καὶ αὐτὸ εἴρηται, hæc potius librum quendam Alexandri Aphrodisiensis spectant, quem male fortasse, qui illum exscripsit Meteorologicorum interpres, Aristotelis esse crediderit (cf. Rosius p. 374). Quod vero ad ipsius Aristotelis verba de Anima II, 7, attinet: Δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν ταῦτα ὁρᾶται ἄλλος λόγος quibus ad aliam disputationem remittimur, intelligenda sunt de capite secundo libri de Sensu, ut recte jam vidit Themistius fol. 79 recto.

De loco qui restat Olympiodori in Meteorol. fol. 9 verso (t. I, 171 Idel.), τὸ περὶ ὄψεως (qui titulus in sola appendice Anonymi occurrit) laudantis, Rosius, apud quem de tota hac quæstione uberior exstat disputatio, p. 375 (cf. *de Arist. libr. ord.* p. 194), ita statuit, Euclidis Optica respici, eodem plane errore quo sæpius Aristoteles pro Euclide nominetur ab Arnoldo Saxone in libro ms. de Virtute universali, a Vincentio Bellovacensi, in cujus Specul. Hist. III, 84, ubi Aristotelis libri recensentur, legitur: *Extat etiam liber qui dicitur perspectiva Aristotelis* (cf. Jourdain, *Sur les traductions d'Aristote*, p. 34) et ab Alberto Magno, in Speculo Astronomiæ, t. V, p. 657 ed. Lugd.: *Perspectiva autem Aristotelis ad supra dicta non descendit specialiter*, quum contra ad arabicum potius textum *Aristotelis de speculo* (Hadschi Khalfa 23), spectaverint quæ retulit Nunnesius in notis ad Vitam Aristotelis, Lugd. Bat., 1621, p. 129, de Optico Aristotelis apud Laertium, *quem librum Bellunensis a se lectum indicat.* (De qua re cf. G. Schneider in notis ad Eclogas physicas, p. 234, s.) Ab eodem Rosio affertur denique locus ex Heronis mechanici Catoptricis, tertio decimo seculo in latinam linguam versis editisque in libro: *Sphera cum commentis in hoc volumine contentis Cichi Esculani*, etc. Venetiis 1518, fol., ubi inter auctores qui de optica scripserunt ita nominatur Aristoteles: *Negotium autem quod circa visus dividitur in opticum id est visivam et dioptricum id est perspectivam et catoptricum id est inspectivum negotium. Et opticum quidem opportune ab his qui ante nos descriptum est et maxime ab* Aristotele.

V. (ΙΑΤΡΙΚΑ.)

Aristotelem simul et philosophum et medicum fuisse satis constans est apud recentioris antiquitatis scriptores fama, quam tamen potius e narratione de ejus genere, quod et paternum et maternum Asclepiadarum fuisse tradunt, et ex ipso ejus naturalium rerum studio ortam esse puto, quam ex iis, quæ cum a Timæo, tum ab Epicuro, non sine calumnia in eum congesta fuerant, cf. Aristocles ap. Euseb. Præpar. evang. XV, 2, p. 791, A. Athen. VIII, 354, B. Diogen. L. X, 8. Ælian. Var. Hist. V, 9. Suidas s. Ἀριστοτέλης, et, qui de hac quæstione nuper disputavit Bernays, *Grundzüge der verlor. Abhandl. des Arist. über Tragödie*, p. 192 sq. Quod si ipsum Aristotelem in propria causa audiamus, vix ulla superesse poterit dubitatio quin aperte se medicæ artis imperitiorem esse professus sit. Postquam enim in libro de Divinatione per somnum, c. 1 (t. III, p. 513, 30), rem de qua agit ex sententia elegantiorum medicorum dijudicandam esse censuit, ita statim pergit: Εὔλογον δ' οὕτως ὑπολαβεῖν καὶ τοῖς μὴ τεχνίταις σκοπουμένοις δέ τι καὶ φιλοσοφοῦσιν (cf. Zeller, *die Philosophie der Griechen*, t. II, 2, p. 7, *Anm.*). Neque aliter locutus est quotiescunque, libri de Morbo et Sanitate mentione injecta, declarat physici quoque esse quadantenus in morborum causas inquirere. Quæ quidem satis superque sunt ad demonstrandum, Aristotelem de re medica, quatenus scilicet ad sanationem corporum pertinet, neque conscribere potuisse libros neque si potuisset voluisse. Igitur manifesto spurii habendi sunt quicunque tales illi tribuuntur libri, qualis est e. c. qui ultimus in Dschemaluddini indice recensetur: *De universo medicinæ sensu I*, vel secundum Casirium: *De universa medicina liber I, iatrice inscriptus.* Cujus vero rei aliud nec minus grave argumentum afferri poterit. Qui enim plus quam sexcentis locis nominavit Aristotelem, ejus scripta ubivis laudans et admirans meritaque ejus in naturalem doctrinam extollens, Galenus, nusquam librum de re medica ab Aristotele conscriptum commemorat,

Digitized by Google

Paris. 1570, p. 35, Suidas s. v. Ἐτησίαι, Schol. Apollonii Rh. IV, 269.

www.chool.com.cn

3 (360).

Incipit liber Aristotelis de inundacione Nili.

Propter quid aliis fluminibus in hyeme quidem augmentatis, in estate autem multo factis minoribus, solus eorum qui in mare fluunt, multum estate excedit fitque tantus ut civitates solæ supersint velut insulæ? Crescit autem a versionibus estivalibus qualibet die et rursum abscedit. Exundat autem per labia fluminis aqua et non sicut quidam aiunt super terram, verumtamen iuxta. ipsum fluvium putei apparent. Circa quidem ipsum igitur sunt accidentia talia, causam autem sumat quis sic quærens. Necesse enim aut estate ipsi advenire aliunde aquam, aut hyeme auferri, videlicet desursum a sole attractam: hic enim manifeste hoc facit, aut in terra dessicatam. Per eam quidem igitur quæ in hyeme ablationem sic utique in estate fiet maior, per appositionem autem hoc modo. Aut enim propria supernatante propter obstructionem, velut etiam accidit canalibus: si enim aliquis intercipiat, fluens congregatum excrescet ad alta: aut aliena superveniente: hoc autem utique fiet, si fortes plenissimi fiant aliunde adsupernatante aqua, apponantur autem utique aut liquescente aliquo aut pluente.

Modi quidem igitur tales et tanti, per quos utique crescet fluvius solus. Horum autem qui quidem existunt dicti prius a dubitantibus de ipso, hoc nos dicemus. Tales qui de Ameo (ὁ Ἐξαμίου scil.) *Milesius a ventis annualibus repulsum inquit fluvium inundare. Crescit enim si illi flant et e regione fluit ipsorum. Accidit autem contrarium. Supernatat enim ad modicum desubtus, principium autem repletionis videtur deorsum. Adhuc idem alios oportebat pati magis fluvios, qui ex opposito fluunt ipsis magis, et minores existentes faciles sunt cogi a ventis. Frequenter autem et annuales nunc flant, fluvius autem non videtur idem faciens.*

Diogenes autem Nakhitemius (scil. ὁ Ἀπολλοθέμιδος) *Apolloniates fontibus ait addi aquam attrahente terra propter arefieri a sole in estate. Natum esse enim indigens trahere ex propinquo. Accidit autem et huic unum quidem, quia frigidissimi estate quod secundum terram est, trahit autem omne calidum existens et quando utique maxime fuerit calidum. Adhuc autem, quia alios oportebat fluvios eos qui in Libia idem facere. Non enim singulariter solum* (*sol* conj. Rosius) *illius desiccat fontes.*

Anaxagoras autem Egisiboli (scil. Ἡγησιβούλου) *Clasomenius propter liquefieri nivem estate repleri fluvium ait. Contingit quidem enim sic augeri, quemadmodum diximus, sed multitudo inproportionata facta in excrescentia fluvii. Multum enim superexcedit quam ut verisimile a nive liquefacta: et multa enim modica fit aqua, Nilus autem multam superinfundit regionem et profundum iam aliquando etiam super triginta cubitos fuit. Adhuc autem neque locus videtur* (v. l. *audetur*, unde Rosius conj. *auditur*), *talis puta, unde possibile sit ipsum fluere a nive: Ethyopia enim et Libia inhabitabiles propter estum, ex Asia autem non contingit ipsum fluere. Sythonis* (Σαρβωνίς s. Σιρβωνίς) *enim lacus apud mare est illud quod est iuxta Syriam, hujus autem et rubri quod intermedium mille stadia sunt. Rubrum quidem mare aiunt quidam coniungi ad id quod extra: ab hoc quidem non videtur fluens, ab hoc autem immanifestum si possibile. Nullum enim audivimus dignum fide nondum de rubro mari, utrum ipsum per se ipsum est aut coniungitur ad id quod extra Eracleas columpnas. Deceptus est autem et rex Artaxerxes Okhos cognominatus, quando super Egyptum debebat militare. Conatus est enim avertere Indorum fluvium tanquam existentem eundem, audiens quia cocodrillos habet quemadmodum Nilus. Mittens autem ad vocatos Onifalos* (*ouifalos*, *omfalos* alii) *audivit, quia fluit fluvius in rubrum mare, et cessavit a conatu. Iterum persuasum est dicentibus Indis, quia fluvius alter esset ad illas partes Indie fluens ex monte vocato Aleto* (*aieto*, *axeto*, *alete* alii), *ex quo quidem Indus. Hunc autem dicebant habere cocodrillos et circumfluere exterius rubrum mare, sive veraces sint hoc dicentes sive mentientes. Verumptamen rex dicebat conari hunc avertere, sed ipsum prohibuerunt, quoniam* (*quos iam*?) *ad curam hanc miserant, dicentes quia maiorem destruit regionem quam accipit dominans Egypciis. De principio quidem unde existat fluens Nilus et de rubro mari hoc modo, aut secundum quem Athinagoras dicebat Arimnisti. Ille enim inquit unum esse mare quod rubrum et quod extra Eracleas columpnas, nichil dignum ad confirmandum ad regem dicentem* (ita codd. Rosius *dicens*). *Totum autem manifestum quod siquidem ex hoc monte fluit liquefacta nive, subcontraria multa fierent hiis quam nunc accidunt circa ipsum. Mons enim iste intermedius Ethyopum et Indorum distat itinere quinque mensium, ut aiunt. Differt eciam quantum differt fluxus longus aut brevis: fluentium enim de prope primum pervenit fluxus plurimus, in fine autem minor atque deficiens. Eorum autem qui a longe, primo quidem minus, in fine autem copiosissimum,*

Digitized by Google

quemadmodum et in ventis. Propter quod proverbialiter loquentes dicimus : inchoante autem austro et desinente borea. Qui quidem enim auster quia a longe pervenit ad nos, primo debilis fiat, magnus autem fit consumens (*consummans* v. l.), *boreas autem contrarium propter habitatum locum supponi ad boream. Nilus autem venit primo maximus, postremo autem minoratus et deficiens. Adhuc autem conventibus mensium magis fluit et deficiente luna magis quam stante et panselinis. Oportebat autem contrarium : plenilunio enim congelata tabescunt. Et ventorum quando boree obtinent, sed non quando nothi : quamvis liquefaciat quidem borea nunc magis nothus. Eadem autem dicere congruit et ad dicentes ab Eracleis columpnis fluere. Promathus enim Samius ex Argenti monte; unde et Cremetis* (cf. Arist. Meteorol. I, 15, 21), *liquefacta nive. Adhuc enim per amplius spacium fieri fluxum : per totam enim Libiam ipsum fluere inquit.*

De causa quidem igitur, propter quam Anaxagoras ait effluere Nilum, tanta dicta sunt. Reliquum autem modorum eos qui non habent raciones verisimiles posterius dicemus. Sunt autem quidam qui aiunt augeri fluvium propter annuales, fontibus incidente eo quod extra mari. Hii autem, calidiores existentes fontes per estatem superfluere accedente sole ad ursam : magis enim fervore fluere aquam quam frigore. Quorum utrumque mediocri dignum est consideratione. Qui quidem enim propter annuales, videntur solvi eisdem racionibus, quas quidem et prius diximus, et quod per totam Libiam fluens idem facere consuevit fluvius. Quod autem tantam sumat addicionem aqua propter fervorem, irrationabile totaliter, quia non plus facit propter fervere secundum tumorem maiorem eiusdem multitudinis.

Nicagoras (nomen rectum se habere docent Schol. Apoll. Rhod. IV, 269 et Callimachus apud Antig. Mirab. c. 157) *autem Ciprius ait ipsum fluere amplius estate eo, quod fontes habeat ex terra ad illam partem, in qua hyems est, quando fuerit apud nos estas. Non plane autem hoc determinat. Videtur autem nichil negociatus* (*negociatur, negociacius* v. l.) *esse circa hoc quod dicitur : simul enim nobis estas fit et hyems in altera zona habitantibus, intermedium autem inhabitabile est quod tropici incidunt de terra. Est enim una quidem pars hæc, altera autem quam semper manifestus circulus et quam semper immanifestus determinant. Media autem horum et tropicorum habitari contingit in circuitu terre : sola autem que intermedia est, solis transitus existens, duarum zonarum magnitudo. Due enim decisiones sunt, que autem habitatur una. Accidit igitur pertransire fluentem duplo tantam regionem latitudinis habitate et per inhabitabilem propter excessum ardoris. Itaque si neque stet in circuitu maris Libie, sed continuus progressus tam interminatam pertransit latitudinem, propter quod quidem et a nive dicentibus fluere accidit, et sic dicentibus impossibile.*

Restant autem tres adhuc modi dictorum, secundum quos contigimus annuis augeri. In hyeme enim ablata que inerat aqua : hoc autem utique erit sole desiccante, quemadmodum dicit Erodotus fabularum scriptor. Non enim ait in hyeme solem per Libiam facere habundanciam, nisi si contingat latum hinc ducere humorem, circa versiones autem estivales ad arctum venire. Nequaquam autem dicitur exquisite : neque enim Nilum oportebat facere solum hoc. Similiter enim ex Libia tota idem dicit solem trahere humorem, putareque supervenire habitabili solem secundum quamcunque partem, stultum. Ubique gnomones umbram ad meridiem faciunt et non hoc differunt, sed per maiorem aut minorem facere umbram. Libiam totam amphithalassiam aiunt esse, tamquam cum iste modus quidem causæ impossibilis.

Reliquum autem duarum utrumque dicere est. Est enim una quidem causa, quia terra superfervens existens hyeme eo, quod in tali fundo fontes sint, Nili desiccatur aqua. Quod quidem et aliis accidit : puta in Frigia sunt putei, qui in hieme quidem sunt sicci, in estate autem replentur. Et in Olinthia Calcidonie quidam putei plenissimi sunt estate. Hanc quidem igitur causam ut racionabiliorem existentem illa, quam predicti assignant, dirimamus prius.

Nunc autem relinquetur sola causa dictorum. Hanc causam dicendum, propter quod iam non problema videtur esse : in sensum enim venit, quemadmodum per se videntes facti a visis. Videntur enim aque facte per tempora hec a cane usque ad arcturum multe et habundanter, hyeme autem nulle. Et fluctus nutriuntur, cum crescunt in ipsis. Et propter hoc simul annualibus advenit fluvius : isti enim nebulas maxime ferunt in regionem et quicunque alii venti fiunt estivales ante hos. Quibus offendentibus ad montes defluunt aque ad stagna, per que Nilus fluit. Adhuc autem et quæ a nive dicentibus fluere subcontrarietates testificantur huic racioni, quodque et toti conventibus mensium magis crescere fluvium : etenim aque consueverunt fieri tunc magis, et quod non similiter copiosum inchoans cum postremo; adhuc autem quando nothi flant

www.libgoo.com.cn

Digitized by Google

musicis, scenicis vicerant, in enodandis proverbiis aliisque hujuscemodi quæstionibus versarentur, communi quodam nomine, historici vocari poterunt.

www.libtool.com.cn

In hoc vero genere scriptionis, in quod præter Theophrastum insequentes Peripateticæ disciplinæ sectatores miro quodam ardore, etsi non satis sincero semper judicio incubuerunt, Heraclides Ponticus, Dicæarchus, Aristoxenus, Hieronymus, Clearchus, Satyrus, Hermippus, facile principem fuisse Aristotelem agnoscas. Quippe tot et tanta ejus sunt in hac re merita, ut omnis Alexandrinorum philologia ad illum quasi auctorem quodammodo referenda sit, siquidem nullus alius fuit apud quem locupletiorem gravissimarum observationum messem invenerunt, quicunque inde ab Eratosthene et Callimacho ad Didymum usque in exploranda antiquitate versati sunt. Quod et multo manifestius appareret, si vel ipsius Aristotelis talem librum possideremus, quæ enim sola hîc nominari poterit collectio Mirabilium Auscultationum aperte non ita multum post Aristotelem ex ipsius aliorumque libris compilata est, vel si integro quodam Didymi commentario uteremur. Nunc vero quæ ex hisce libris Aristotelis innotuerunt, licet multa sint maximique facienda, longe maximam partem excerptis debentur quæ a posterioribus ex Alexandrinorum et præcipue Didymi copiis facta sunt. Quam iniqua igitur in his sit nostra conditio facile perspicis. Non enim aliter se res habet, ac si deperdito præclarissimo opere de Animalium historiis, de eo ex solis excerptis quæ passim apud Athenæum aliosque servata sunt, judicandum esset.

De titulis nonnullis, ad scripta historici argumenti referendis, in solis vero indicibus memoratis infra videbimus, de Peplo qui dicitur Aristotelis disputaturi. Nunc autem pauca addenda erunt de singulari libro Παροιμίαι inscripto (Diog. L. 138). Talem librum ab Aristotele revera conscriptum fuisse, ut post Schneidewinum et alios C. Müllerus quoque statuit (cf. Hist. gr. Fragm. t. II, p. 188), e solius Diogenis Laertii auctoritate vix confici posse spero. Fieri enim potuit ut librarii errore apud eum illatus sit hic titulus, quippe quum apud Anonymum hæc legantur : Διονυσιακῶν ἀστικῶν καὶ ληναίων προοιμίων α'. Aperte hæc corrupta sunt. Nescio tamen an ita refingenda sint, ut Παροιμιῶν α' ex ultimis efficiatur. Neque magis puto de tali libro accipienda esse verba Cephisodori apud Athenæum Epit. II, p. 60, D : Ὅτι Κηφισόδωρος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς ἐν τοῖς κατὰ Ἀριστοτέλους, τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα, ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους ὅλον ποιήσαντος δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίαι. Hæc enim pertinere, potius ad morem in dialogis ab Aristotele observatum, crebro proverbia afferendi, supra jam diximus et in libro *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, p. 163 sq.

Quod tamen et si de his aliter statuendum foret, nullus est locus quem satis certo ad librum Proverbiorum referamus. Quæcunque enim sive apud Parœmiographos sive apud alios ex Aristotele laudantur proverbiorum explicationes, eas e Politiis petitas fuisse sive certis testimoniis constat, sive probabiliter conjicitur.

I. ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ.

Nullum est profecto inter omnia Aristotelis scripta, sive deperdita sive etiam servata, ne Historiis quidem Animalium exceptis, ex quo plura hausisse et in suos usus transtulisse videantur cum Peripateticorum plerique, tum Alexandrinæ ætatis grammatici et philologi, quam Politiarum opus. Quod ita fuisse egregie demonstrat ingens plane fragmentorum inde petitorum numerus. Qui vero multo etiam amplior fieret, si illa quoque addere liceret, quæ, reconditioris græcæ antiquitatis notitiam continentia, ab Aristotele primum in suas collectiones relata, deinde omisso ejus nomine ad recentioris ætatis scriptores migraverunt.

Etsi vero singulæ Politiæ assim a multis laudantur, de universi tamen operis ratione, scopo, ambitu, exornatione non ita multa sunt quæ accepimus, immo paucissima, si quæcunque apud plerosque qui de Politiis locuti sunt, fabularum in modum adornata et aperte ficta et ementita narrantur missa fecerimus. Ad hoc autem genus multa, ne dicam pæne omnia, eorum pertinent quæ sive in Vitis philosophi, sive ab antiquis ejus interpretibus tradita sunt, quippe apud quos, cum veris quibusdam mera somnia et nugæ plerumque reperiuntur. Hoc quin verum sit nemo dubitabit qui legerit verba Porphyrii qui dicitur, in Prolegom. ad philosophiam, in Schol. ed. Brandis. p. 9, B, 26 : Γεγραμμέναι δὲ αὐτῷ εἰσὶ καὶ Πολιτεῖαι διακόσιαι πεντήκοντα τὸν ἀριθμόν, ἃς συνεγράψατο ἐκ τοῦ πολλὴν γῆν περιελθεῖν σὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ, quæ ad verbum habet Anonymus Proleg. Phil. in Crameri Anecd. Paris. t. IV, p. 225, 6, nisi quod συμπεριελθεῖν Ἀλεξάνδρῳ scripsit. Nec mi-

Digitized by Google

nus incredibilia et inaudita ceteri narrant. Ita David. Proleg. in Categor. p. 24, A, 24 Brand.: Αἱ Πολιτεῖαι ἃς ἱστόρησεν ἐκ τοῦ πολλὴν γῆν περιελθεῖν ἅμα τῷ Ἀλεξάνδρῳ βασιλεῖ ἃς ἐκδέδωκε κατὰ στοιχείων διακοσίας πεντήκοντα οὔσας τὸν ἀριθμόν, Anonym. ad Porphyr. in cod. Paris. 1939 fol. 51 verso, apud Rosium: Ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοτέλης συνὼν καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ κτίστῃ πολιτείας λέγεται μετ' αὐτοῦ περιελθεῖν, ὧν ἀναγράφετο τὸν βίον κατὰ στοιχεῖον· ὅτι τυχὸν μὲν Ἀλεξανδρεῖς τοιῶσδε πολιτεύονται καὶ Ἀθηναῖοι τοιῶσδε καὶ Βιθυνοὶ καθεξῆς κατὰ τὴν τάξιν τῶν στοιχείων· οὕτως οὖν καὶ τὰς πολιτείας τέθεικεν, Vita Marciana, p. 5 Robbe: Ἀκμάσαντι δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐπιστρατεύσαντι κατὰ Περσῶν συνεξῆλθεν, οὐδὲ τότε τοῦ φιλοσοφεῖν ἀποσχόμενος· τὴν γὰρ ἱστορίαν τῶν πολιτειῶν τότε συνέλεξε, cum quibus conferenda est vetus versio latina: *Juvene autem existente Alexandro et militante contra Persas, eundo cum eo, nec tunc abstinuit philosophari. Tunc enim composuit historiam ducentarum et quinquaginta Politiarum, et associavit ipsum usque ad Persas.* Hos tamen omnes longe etiam superat Pseudo-Ammonius in Vita Aristotelis ad calcem Diogenis Laertii ed. Didot. p. 11, 47: Ἀμέλει καὶ συνώδευσεν αὐτῷ (τῷ Ἀλεξάνδρῳ) καὶ ἕως τῶν Βραχμάνων, ἵνὑ' ἱστόρησε (ita Bernays. recte pro ἔστησε) τὰς σνε' Πολιτείας.

Paulo jam minus absurda sunt etsi non veriora, quæ tradit Joannes Philoponus in Arist. Categor. p. 35, B, 19. Ita enim ille in divisione scriptorum Aristoteleorum loquitur: Τῶν δὲ μεταξύ (i. e. scriptorum quæ neque μερικὰ neque καθόλου sunt) εἰσι καὶ γεγραμμέναι αὐτῷ Πολιτεῖαι ἀμφὶ τὰς ν' καὶ διακοσίας οὖσαι, ἃς οὔτε πρός τινας ἰδίᾳ γέγραφεν οὔτε καθόλου, ἡ γὰρ Ἀθηναίων Πολιτεία ἢ τῶν δείνων, εἰ τύχοι, καθόλου οὐκ ἂν εἴη, ἔγραψε δὲ ἵνα ἐντυγχάνοντες μετ' αὐτὸν ἄνθρωποι καὶ κρίνοντες κατὰ τί μὲν ὀρθῶς ἐπολιτεύοντο κατὰ τί δὲ οὐχ οὕτως, τὰ μὲν ζηλωται τὰ δὲ φύγωσι, καὶ ταύτῃ ὠφελῶνται. Quibus si addideris quæ similiter disputata sunt duobus locis apud Davidem, ubi comparatione inter Politica et Politias instituta hæc leguntur, Proleg. in Porphyr. p. 16, B, 20: Ὁ μὲν Πλάτων ἑνικῶς ἐπέγραψε Πολιτείαν, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πληθυντικῶς Πολιτείας· ὁ δὲ σκοπός ἐστι διάφορος, ὅτι ὁ μὲν Ἀριστοτέλης λέγει πῶς ἐπολιτεύοντο οἱ ἀρχαῖοι, οἷον οἱ Ἀργεῖοι, οἱ Βοιωτοί, ὁ δὲ Πλάτων λέγει πόσα εἴδη πολιτειῶν καὶ πῶς δεῖ πολιτεύεσθαι, et iterum in Comm. in Categor. p. 25, B, 5: Ἐν γὰρ ταῖς Πολιτείαις οὐ διδάσκει πῶς δεῖ πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ πῶς οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐπολιτεύσαντο ἄνθρωποι, jam præter Simplicii locum, de quo postmodo videndum erit, omnia habebis quæ apud recentiores Aristotelis interpretes, obscura quadam fama multisque additis, quæ sive e temeraria conjectura sive e falsa opinione orta erant, de celebratissimo Politiarum opere percrebuerant.

Quod si in hac causa locupletioribus testibus uti voluerimus, nulli sunt quos præter Plutarchum et Ciceronem atque utroque antiquiorem, scriptorum Aristoteleorum tabulam adire liceat. Ex his pauca tantummodo suppeditat Cicero, sed ad rem proxime accedentia, de Finibus V, 4: *Omnium fere civitatum non Græciæ solum sed etiam barbariæ ab Aristotele mores, instituta, disciplinas, a Theophrasto leges etiam cognovimus;* in quibus simul cum Politiis et cognatum illis opus Νομίμων βαρβαρικῶν innuit. Pauciora etiam præbet Plutarchus, Non posse suaviter vivi sec. Epicurum c. 10, 4 (1), ubi Κτίσεις et Πολιτείας Aristotelis simul cum Ἑλληνικοῖς Herodoti, Περσικοῖς Xenophontis, Homeri carminibus, Περιόδοις Eudoxi et Aristoxeni Βίοις ἀνδρῶν nominavit, horum librorum omnium lectionem commendans, utpote copiosam et ingentem exhilarandi materiam præbentem, puramque præterea et pœnitentiæ securam. Solus igitur jam restat index ad quem confugiendum erit. A quo vero major quædam lux ideo sperari posse videtur, quod non, ut in reliquis titulis factum est, nude tantummodo nominantur Politiæ, sed adduntur nonnulla ad indicandam videlicet totius operis divisionem. Ita enim apud Diogenem Laertium (142) scriptum est: Πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεουσαῖν ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν, καὶ ἰδίᾳ δημοκρατικαί, ὀλιγαρχικαί, ἀριστοκρατικαὶ καὶ τυραννικαί. Multo negligentius, ex eodem tamen fonte, hæc expressit Anonymus (124): Πολιτείας πόλεων ἰδιωτικῶν καὶ δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν ρνη'. In quibus quid sibi velint ἰδιωτικαὶ πολιτεῖαι, nullo pacto dici poterit, quum contra ex ipso Aristotele perspicuum sit, ἰδιωτῶν πολιτείας, eas appellari quæ philosophorum et politicorum opponantur. Cf. Polit. II, 4, 1. Etsi vero multo minus offensionis habeat, quod in titulo qualem Diogenes Laertius exhibet le-

(1) Ὅταν δὲ μηδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλαβερὸν ἱστορία καὶ διήγησις ἐπὶ πράξεσι καλαῖς καὶ μεγάλαις προσλάβῃ λόγον ἔχοντα δύναμιν καὶ χάριν, ὡς τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικά, καὶ Περσικὰ τὸν Ξενοφῶντος,

Ὅσσα δ' Ὅμηρος ἰθέσπισε θέσκελα εἰδώς,

ἢ γῆς Περι[όδους] Εὔδοξος, ἢ Κτίσεις καὶ Πολιτείας Ἀριστοτέλης, ἢ Βίους ἀνδρῶν Ἀριστόξενος ἔγραψεν, οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ τὸ εὐφραῖνον, ἀλλὰ καὶ καθαρὸν καὶ ἀμεταμέλητόν ἐστι.

Digitized by Google

immo apertis verbis declarat collectionem quandam de veterum medicorum placitis Aristoteli adscriptam non illius esse, sed Menonis cujusdam, ejus discipuli. Cf. Galen. in Comment. ad l. I. Hippocratis de Nat. hom, t. XV, 25 ed. Lips. : Καὶ Θεόφραστος δ' ἂν ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν δοξῶν Ἐπιτομαῖς τὴν Ξενοφάνους δόξαν εἴπερ οὕτως εἶχεν ἐγεγράφει, καί σοι πάρεστιν εἰ χαίροις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ, τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους ἀναγνῶναι, καθ' ἃς τὴν ἐπιτομὴν ἐποιήσατο τῶν φυσικῶν δοξῶν. Ὥσπερ γε πάλιν εἰ τὰς τῶν παλαιῶν ἰατρῶν δόξας ἐθέλοις ἱστορῆσαι, πάρεστί σοι τὰς τῆς ἰατρικῆς συναγωγῆς ἀναγνῶναι βίβλους ἐπιγεγραμμένας μὲν Ἀριστοτέλει, ὁμολογουμένας δὲ ὑπὸ τοῦ Μένωνος, ὃς ἦν μαθητὴς αὐτοῦ, γεγράφθαι, διὸ καὶ Μενώνεια προσαγορεύουσιν ἔνιοι ταυτὶ τὰ βιβλία. Quibus statim addit unde satis accuratam horum librorum notitiam haurire licet : Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ὁ Μένων ἐκεῖνος ἀναζητήσας ἐπιμελῶς τὰ διασωζόμενα κατ' αὐτὸν ἔτι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν βιβλία, τὰς δόξας αὐτῶν ἐκεῖθεν ἀνελέξατο. Τῶν δ' ἤδη διεφθαρμένων... οὐκ ἠδύνατο γράψαι. Κατὰ ταῦτ' οὖν τὰ βιβλία χολὴν ξανθὴν ἢ μέλαιναν ἢ φλέγμα στοιχεῖον ἀνθρώπου φύσεως οὐκ ἂν εὕροις οὐδ' ὑφ' ἑνὸς εἰρημένον, αἷμα δὲ καὶ τῶν μεθ' Ἱπποκράτην φαίνονται πολλοὶ μόνον εἶναι νομίζοντες ἐν ἡμῖν, ὥστε καὶ τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ γίγνεσθαι καὶ τὴν μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν μήτραν αὔξησιν καὶ ἀποκυηθέντων τελείωσιν. Præter Galenum, hanc Menonis collectionem laudat Plutarchus, qui tamen nihil de Aristotele addit. In indicibus vero nullum ejus vestigium deprehenditur; nam ne illam, sicut a Rosio factum est, titulo Ἰατρικὰ β' apud Diogen. L. (110) et Anonym. (89) designari arbitrer, ideo impedior, quod hos libros ab illis non diversos fuisse puto, qui in Vita Marciana, p. 11 Robbe, nominantur : Ἰατρικὰ προβλήματα, atque igitur simillimos primo superstitum Problematum capiti quod et ipsum ὅσα περὶ Ἰατρικὰ inscriptum est. Ad hos autem libros nullum est fragmentum quod satis certo referri liceat. Quæ sequentur partim ad illa Μενώνεια pertinebunt, partim a nobis ob argumenti similitudinem apposita sunt, licet de nullo non jure dubitari possit, præcipue vero de illis quæ a Cælio Aureliano, e libro ceterequin ignoto *de Adjutoriis*, prolata sunt, quem rectius fortasse medico cuidam quam philosopho tribuas.

1, 2 (362, 363).

Plutarch. Quæst. conviv. VIII, 9, 3 : Τὴν δὲ Τίμωνος ἐν Κιλικίᾳ τεθῆν Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε φωλεύειν τοῦ ἔτους ἑκάστου δύο μῆνας, μηδενὶ πλὴν μόνῳ τῷ ἀναπνεῖν ὅτι ζῇ διάδηλον οὖσαν. Καὶ μὴν ἔν γε τοῖς Μενωνείοις (vulg. Μελωνείοις corr. Reines. *Var. Lect.* I, 10) σημεῖον ἡπατικοῦ πάθους ἀναγέγραπται τὸ τοὺς κατοικιδίους μῦς ἐπιμελῶς παραφυλάττειν καὶ διώκειν· ὃ νῦν οὐδαμοῦ γινόμενον ὁρᾶται.

De libro ad quem priora referenda sint, aperte a Μενωνείοις diverso, incertus hæreo : facile enim fieri potuit, ut ob eandem causam rem quam commemorat attulerit Aristoteles, ob quam narraverat de homine solis radiis vescente cf. dial. de Philosophia, fr. 10.

3 (364).

Diogenes Laert. V, 61 : Γεγόνασι δὲ Στράτωνες ὀκτώ.... ἕβδομος ἰατρὸς ἀρχαῖος ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.

Sedes fragmenti incerta : ad collectionem tamen historicam qualem Menonis fuisse testatur Galenus satis commode referri potest. Ceterum in Ambrosii versione scriptum est *Aristocles*.

4 (365).

Plin. Nat. Hist. II, 101 : *Omnia plenilunio maria purgantur... his addit... Aristoteles nullum animal nisi æstu recedente exspirare. Observatum id multum in Gallico Oceano et duntaxat in homine compertum.*

5 (366).

Plinius Natur. Hist. XXVIII, s. 21 : *Peculiariter* (*lac*) *valet potum contra venena quæ data sunt e marino lepore, bupresti, ut Aristoteles tradit, dorycnio* (*dorycnion, dorycnium*), *et contra insaniam quæ facta sit hyoscyami potu.*

(SCRIPTA MEDICA.)

1, 2.

Timonis in Cilicia aviam Aristoteles refert quovis anno per duos menses in fovea quadam se continuisse, sola respiratione ostendentem se vivere. Et in Menoneis scriptum est, morbi jecinoris hoc esse indicium, quod eò laborans mures domesticos accurate observet et consectetur.

3.

Stratones octo fuerunt... quorum septimum medicum antiquum nominat Aristoteles.

Digitized by Google

6 (367).

Michael Psellus, de Cimice p. 92 (apud Boissonad. in ed. M. Pselli, de Operatione Dæmonum, Norimb. 1838) : Ἀλλ' οὐδὲ δεῖ πρὸς ἡμᾶς συγκρίνειν τὰ αἰσθητά, οὐδὲ ὅπερ ἡμῖν τοιοῦτον ἐστίν, οὕτω καὶ τῇ φύσει κατεσκευάσθη. Πολλὰ γοῦν τῶν ἡμῖν οὕτως ἐχόντων ἄλλως τοῖς ἄλλοις ζῴοις καθέστηκεν. Αὐτίκα τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἡ τοῦ κωνείου φύσις ὀλέθριόν τι προσφερομένη, ἀλλ' οὐ δὴ καὶ τοῖς ὄρτυξιν. Ὁ δέ γε φιλόσοφος Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ Ἀττικήν τινα γυναῖκα πρισβῦτιν ἀβλαβῶς ἐσθίουσαν ὑοσκύαμον· τὸ δὲ οὕτω ψυχρότατον πέφυκεν ὡς αὐτίκα πηγνύειν τὸν βεβρωκότα.

In his non pauca sunt quæ difficultatem moveant. Ac primum de libro unde fragmentum duci potuerit dicendum. Possis enim de libris de Plantis cogitare in quorum primo c. 15 (p. 27, 11), hæc habet interpres græcus : Καί τινες καρποί εἰσι βρώσιμοι καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἄβρωτοι, καί τινες καρποὶ ἡμῖν μὲν ἄβρωτοι, ἄλλοις δὲ βρώσιμοι, ὡς ὁ ὑοσκύαμος καὶ ὁ ἑλλέβορος ἀνθρώποις μὲν δηλητήριον, τροφὴ δὲ τοῖς ὄρτυξιν. Quorum quum minimam partem det versio latina : *Sed fructus comestibiles et incomestibiles sunt per accidens et quosdam fructus quidam comedere possunt, quidam vero non et quosdam quædam animalia comedunt, quædam vero non,* factum est fortasse, ut integriore, sive, ut verius dicam, magis etiam interpolato exemplari græco in hoc loco usus sit Psellus. Ad Problemata tamen referre malui, quum talem collectionem, nostra ampliorem, aut saltem ab ea diversam, Psello ad manus fuisse aliunde quoque constet. At ne illud quidem satis certo affirmare ausim, Aristotelem revera hîc a Psello allatum esse. Mirum enim est eum de hyoscyamo narrare videri quod de cicuta omnes uno ore tradunt, et quidem ipse sive verus sive falsus Aristoteles Problem. III, 23, quum contra hyoscyamum insaniam parere affirmant. Cf. H. Stephan. Thesaurus s. v. Nec minor e genere oritur difficultas, quum ὁ ὑοσκύαμος dicatur. Ita jam in suspicionem adducimur totam hanc Aristotelis mentionem nescio unde desumptam, alia quadam manu huic loco insertam esse. Quod etiam verius apparebit, si attente perlegeris quæ apud Psellum dicta sunt : nisi enim credas hunc, vetulam illam Atticam mulierem, cujus mentio fit, inter τὰ ἄλλα ζῷα numerare voluisse, aliter profecto loqui debebat.

(*DE ADJUTORIIS.*)

7 (368).

Cælius Aurelianus Celer. Passion. l. II, c. 13, p. 110 ed. Amman, Lugd. Bat. 1709 : *Hanc* (sc. *pleuritidem*) *definiens primo de Adjutoriis libro Aristoteles sic tradendam credidit : Pleuritis, inquit, est liquidæ materiæ coactio* (ita Almeloveen in notis, p. 616, pro *coctio*) *sive densatio.* » *Nec tamen disseruit utrumne totius, quod falsissimum, siquidem phlebotomati ægrotantes liquidum sanguinem reddunt, an vero particulæ. Sed quum hoc tacuit, necessarium prætermisit* (ita conj. Amman pro *non promisit*).

8 (369).

Cælius Aurel. Tard. Passion. l. V, c. 5, p. 336 : *Alii frigidis usi sunt rebus, passionis causam ex fervore venire suspicantes, ut Aristoteles et Diocles, nescii quoniam fervor innatus sine dubio tumoris est signum et non ut existimant passionis causa. Quare pejorare necesse est et majorem furorem fieri quum frigida curatione corpora densentur.*

VIII. SCRIPTA HISTORICA.

Collectiones varias Problematum excipit in utroque indice nova quædam series scriptorum, ad unum idemque genus pertinentium. De titulo Παραβολαὶ α' (apud Diogenem Laertium 126, apud Anonymum 112) incertus hæreo. Insequentes vero omnes (usque ad 143 apud Diog. L., 128 apud Anonym.), si excipias titulos Κατηγορίαι α' et περὶ Ἑρμηνείας α' (Diog. L. 141 et 142), quibus tertius accedit apud Anonymum (120–122) προτέρων Ἀναλυτικῶν β', nescio quó casu male huc delatos, tales sunt ut ad libros quos hypomnematicos vocare solent antiqui Aristotelis interpretes (1) referri debeant. Neque vero formæ tantummodo, sed et argumenti similitudine conjunctos fuisse hos libros patet. Etenim quum in antiquarum rerum exploratione, in enarrandis moribus et institutis cum Græciæ tum etiam barbarorum, in recensendis nominibus et temporibus eorum qui in ludis gymnicis,

(1) Cf. Ammon. in Categ. fol. 6 verso, Simplic. Proleg. in Categ. fol. 1 verso Basil., Joann. Philop. in Categ. p. 35, B, 27, David. Proleg. in Categ. p. 25, A, 45, Brandis.

6.

Aristoteles philosophus narrat vetulam quandam Atticam mulierem sine noxa hyoscyamum comedisse.

Digitized by Google

rum uterque centum et quadraginta octo fuisse affirmat. Ceteri omnes plus minusve variant. Ita enim in Vita Pseudo-Ammonii σνε′ indicantur, a quo numero non multum dissentit vetus interpres latinus *historiam ducentarum et quinquaginta politiarum* afferens, sicuti ab Anonymo quoque Proleg. in Philos. apud Brand. p. 9, B, 26 factum est. Paulo cautius apud Joannem Philoponum in Categ. p. 39, B, 19 : ἀμφὶ τὰς ν′ καὶ διακοσίας dictum est. Magis etiam discrepant Arabum numeri, quorum alter Dschemaluddinus *de centum et septuaginta una* loquitur, alteri vero Hadschi Khalfæ, duplici errore apud Herbelotium, *Bibliothèque orientale*, p. 971, *centum et nonaginta una*, apud Flügelium vero *septuaginta una* tribuuntur.

Talis est in his numerorum dissensus, ut in eo per librariorum negligentiam explicando facile acquiescere possimus, si concedas, antiquo jam errore, ducentas male pro centum positas fuisse. Itaque non opus est, ut cum Nunnesio, in notis ad *Vitam Aristotelis*, Lugd. Batav. 1621, p. 97, Menagio ad Diogenem Laertium V, 17, Grashofio, *Philologus* t. IV, p. 268, de Politiis, nescio quibus, Aristoteli falso adscriptis cogitemus. Quod quidem ut facerent iis causa fuit Simplicius, apud quem in Aristot. Categor. fol. 2 γ ed. Basil., p. 27, A, 43 Brand. hæc leguntur : Δῆλον δὲ (sc. Aristotelem perspicua oratione usum esse) καὶ ἐξ ὧν ἐν οἷς ἐβουλήθη σαφέστατα ἐδίδαξεν, ὡς ἐν τοῖς Μετεώροις καὶ τοῖς Τοπικοῖς καὶ ταῖς γνησίαις αὐτοῦ Πολιτείαις, ἅπερ διὰ τὸ κοινότερον τῶν θεωρημάτων σαφέστερον ἀπαγγεῖλαι σύνοιδε. Τὸ δὲ δύνασθαι σαφῶς εἰπεῖν δηλοῖ μάλιστα δ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ χαρακτήρ. In his vitium aliquod inesse optimo sane jure suspicati sunt cum Idelerus, qui in præfat. ad Aristot. Meteorol. t. I, p. XII, n. 40 parum feliciter Ἐπιστολαῖς conjecit, tum Nauckius, *Philologus*, t. V, p. 680 sq., lenissimam vero esse medicinam non perspexerunt. Molestum enim istud γνησίαις quid aliud esse poterit quam ρνη′ Diogenis et Anonymi male pro compendio habitum, de quo genere errorum cf. Cobet, *Variæ Lectt.* Lugd. Batav. 1854, p. 122. (1) Nullum igitur jam exstat Simplicii testimonium de suppositiis Aristotelis Politiis. Quæ si unquam adulteratæ sunt, multo magis id singularum interpolatione, quam novarum additione factum esse putarem. Talis vero interpolationis in tanto fragmentorum numero ne levissimum quidem licet deprehendere vestigium. Summopere igitur vereor, ut frustra fuerit Rosii demonstratio, illud evincere conantis, Politias non ad ipsum Aristotelem pertinere, sed non ita multum post ejus mortem, Heraclidis Pontici ætate conscriptas fuisse. Cui opinioni viri ὑπερκριτικωτάτου totius antiquitatis consensum opponere sufficiat, qui quidem talis est ut vix major optari possit.

Attamen ab ipso Aristotele Politiarum nusquam mentio facta est. Quod quominus affirmemus vix impedient Davidis verba, qui in Aristot. Categ. p. 24, A, 35 de Politiis loquitur ἃς ἐκδέδωκε philosophus. Nec majoris profecto sunt momenti συνηγμέναι πολιτεῖαι de quibus in extremis Ethicis Nicomachiis locutus est philosophus, quas ad Politiarum opus spectare arbitrati sunt nonnulli, non satis bene perspectis interpretis græci verbis. Quas enim ille Πολιτείας vocat fol. 189 recto : Ὡς γὰρ δείξει ἐν ταῖς Πολιτείαις, πλείω εἴδη δημοκρατιῶν εἰσίν, Politica sunt non jam Politiæ, quem usum apud Eustathium quoque deprehendere licet, quippe qui in Iliad. p. 126 12 : Ἥλῳ γὰρ ἧλος, κατὰ παροιμίαν τὴν ἐν Πολιτείαις παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει κειμένην, aperte Politica l. V, 9 § 6 respexerit. Tale vero silentium Aristotelis nihil habet quod mireris. Etenim si quæ supra a nobis disputata sunt recte se habent, jam illud consequetur ipsius philosophi testimonium de Politiis ne quæri quidem deberi.

De Politiis satis jam dictum esset, nisi et quædam addi oporteret de excerptis quæ sub Heraclidis Pontici nomine circumferuntur, maximam vero partem, ut videtur, ex Aristotelis opere desumptis. Ea integra cum Aristoteleis fragmentis conjuncta apponere nolui, eorum scilicet memor, quæ rectissime contra Schneidewinum a C. Müllero in Fragm. Hist. gr. t. II, p. 204 disputata sunt, cujus hæc sunt verba : » Igitur quod in fragmentis (scil. Heraclidis) nonnulla leguntur, quæ verbo tenus fere ex Aristotele descripta sunt, ex eo per se minime consequitur reliqua omnia, quæ in summa re non dissentiunt ab Aristotele, totumque adeo libellum, ex Aristotele esse excerpta, » licet argumentis quibus in hac re usus est vir doctissimus quum ita pergat : « Adversantur autem huic sententiæ et Heraclidis nomen, quod codices profitentur, et ordinis defectus in serie Politiarum conspicuus, » vix tantum tribuerim.

(1) Scriptum erat fortasse ρνη′ οὔσαις, sicut et David. in Categ. p. 24, A, 24 B.: διακοσίας πεντήκοντα οὔσας, et Joann Philop. ib. p. 35, B, 19.

Digitized by Google

ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

1 (370).

Harpocration s. v. Ἀπόλλων πατρῷος· ὁ Πύθιος· προσηγορία τίς ἐστι τοῦ θεοῦ πολλῶν καὶ ἄλλων οὐσῶν. Τὸν δὲ Ἀπόλλωνα κοινῶς πατρῷον τιμῶσιν Ἀθηναῖοι ἀπὸ Ἴωνος· τούτου γὰρ οἰκήσαντος τὴν Ἀττικήν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, τοὺς Ἀθηναίους Ἴωνας κληθῆναι καὶ Ἀπόλλω πατρῷον αὐτοῖς ὀνομασθῆναι. Cf. Lex. Rhet. Seguer. in Bekk. Anecd. p. 291, 33. Schol. Plat. Euthyd. p. 369, ed. Bekk. Schol. Aristoph. Av. 1527. Heraclidis Excerpta ita incipiunt : Ἀθηναῖοι τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐχρῶντο βασιλείᾳ· συνοικήσαντος δὲ Ἴωνος αὐτοῖς τότε πρῶτον Ἴωνες ἐκλήθησαν. Cf. infra fragmentum 33.

2 (371).

Plin. Hist. Nat. VII, 57 : *Gyges Lydus picturam Ægypti* (*condere instituit*) *et in Græcia Euchir Dædali cognatus, ut* ARISTOTELI *placet, ut Theophrasto, Polygnotus Atheniensis.* Cf. Apollodor. III, 15, 8, Pausan. VII, 4, V, 25, VIII, 14. Diodor. IV, 76.

3 (372).

Schol. Soph. Œd. Col. 701 : Γλαυκᾶς παιδοτρόφου (φύλλον ἐλαίας) .... ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Παναθήναια ἐλαίου τοῦ ἐκ τῶν μορίων γινομένου δίδοσθαί φησιν. Photius Lex. s. Μορίαι ἐλαῖαι· ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια· ἦσαν δὲ πρῶται ὀώδεκα τὸν ἀριθμόν, αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν· ἤτοι ἀπὸ τοῦ μόρου καὶ τοῦ φόνου τοῦ Ἁλιρροθίου ὀνομασθεῖσαι οὕτως· ἢ ὅτι ἐνέμοντο καὶ ἐμερίζοντο τὸ ἐξ αὐτῶν Ἀθηναῖοι ἅπαντες. Eadem brevius, e communi fonte, Didymo, ut opinor, Hesych. et Lex. Rhet. Bekk. p. 280, 16. Itidem Etym. M. p. 590, 42. Hoc fragmentum quod Müllerus ad libros de ludis publicis retulit (fr. 266), initio Politiæ Atheniensium positum fuisse opinor, non tam, ut Rosius arbitratus est, propter Theseum, a quo, teste Plutarcho V. Thesei c. 24 (cf. Pausan. VIII, 2, Schol. Plat. Parmen. p. 329 Bekk., Photius s. v. Παναθήναια), Panathenæa instituta sunt, quam propter ea quæ tradit Schol. ad Aristophanis Nubes v. 999, ad antiquissimas fabulas spectantia, quæ et ipsa fortasse e Politiis excerpta sunt : Αἱ ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ ἀκροπόλει μορίαι ἐκαλοῦντο. Λέγουσι γὰρ ὅτι Ἁλιρρόθιος, ὁ παῖς Ποσειδῶνος, ἠθέλησεν ἐκκόψαι αὐτάς, διὰ τὸ τῆς ἐλαίας εὑρεθείσης κριθῆναι τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν. Ὁ δὲ ἀνατείνας τὸν πέλεκυν, καὶ ταύτης ἀποτυχών, ἔπληξεν ἑαυτὸν καὶ ἀπέθανε. Καὶ διὰ τοῦτο μορίαι ἐλαῖαι ἐκλήθησαν, ἢ διὰ τὸ πάντα ἄνθρωπον κεκτημένον ἐλαίας ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς τὰ Παναθήναια. Κέραμον γὰρ ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. Cf. Serv. in Virg. Georg. I, 18, et de præmio, Simonides in Antholog. Pal. XIII, 19, Schol. Pind. Nem. X, 67.

4 (373).

Plutarch. Vit. Thesei, c. 25, 1 : Ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴν πόλιν βουλόμενος ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ τό, Δεῦρ' ἴτε πάντες λεώ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαι φασὶ πανδημίαν τινὰ καθιστάντος. Οὐ μὴν ἄτακτον οὐδὲ μεμιγμένην περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γενομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς εὐπατρίδας καὶ γεωμόρους καὶ δημιουργούς, εὐπατρίδαις μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητὰς τοῖς ἄλλοις πολίταις, ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων. Ὅτι δὲ πρῶτος ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, καὶ ἀφῆκε τὸ μοναρχεῖν, ἔοικε μαρτυρεῖν καὶ Ὅμηρος ἐν νεῶν καταλόγῳ (v. 547) μόνους Ἀθηναίους δῆμον προσαγορεύσας. Ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα βοῦν ἐγχαράξας ἢ διὰ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον ἢ διὰ τὸν Μίνω στρατη-

---

RESPUBLICA ATHENIENSIUM.

1.

Apollinem patrium omnes Athenienses colunt inde ab Ionis temporibus. Hoc enim Atticam frequentante, uti Aristoteles tradit, Athenienses Iones dicti sunt atque Apollo patrius ipsis nuncupatus est.

3.

Aristoteles etiam iis qui Panathenæis vicissent, oleum ex oleis sacris proveniens dari tradit.

4.

Ut magis adhuc civitatem amplificaret, invitavit omnes pari proposito jure : et edictum, « Huc pergite omnes populi », Thesei autumant fuisse, concilium quoddam populorum constituentis commune. Non permisit tamen, ut respublica popularis, ab affluente et indiscreta colluvie incondita evaderet et confusa, sed primus discrevit seorsum patricios, agricolas et opifices. Et quum patriciis jus concessisset res divinas cognoscendi, magistratus ex suo ordine creandi, et ut leges docerent, sacra et cærimonias reliquis civibus interpretarentur, quasi ad

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

gitui, ἰδίᾳ, vitii tamen aliquid et hîc subesse suspicatus est Bernaysius, qui, ut solet, acutissime de Politiis disputavit in *Rheinisch. Museum N. Folge*, t. VII, p. 286 sqq. Egregia igitur conjectura locum sanavit pro ἰδίᾳ, ἴδιαι scribendo et vocabulo κοιναί ante καί inserendo, ita ut jam habeamus ἰδίας πολιτείας quas κοιναῖς opponamus, bis apud Harpocrationem laudatis, Ἀρκάδων scilicet et Θεσσαλῶν s. v. Μύριοι ἐν Μεγάλῃ πόλει et Τετραρχία. Verum hac difficultate feliciter sublata altera jam restat eaque gravissima. Quam tamen quum in solo vocabulo τυραννικαί positam arbitraretur Bernaysius, vereor ut omnem dubitationem de his verbis penitus discusserit. Quid enim, hoc loco, præter priorem illam divisionem in ἰδίας et κοινάς, altera in respublicas democraticas, oligarchicas, aristocraticas, sibi velit minime equidem perspicio. Itaque plane cum C. Müllero sentio, illam male huc propter Politica illatam esse existimanti. Cf. Fragm. Hist. gr. t. II, p. 104. Etenim si quales fuerint Aristotelis Politiæ ex ipsis superstitibus fragmentis eruere conabimur, apparebit jam minime in eo versatum fuisse philosophum ut singulas civitates secundum reipublicæ genera quo definito quodam tempore, id est ipsius philosophi ætate, uterentur, ad certas quasdam classes revocaret. Nec magis probandæ esse videntur eorum opiniones qui sive, ut a Joanne Philopono, loco supra laudato, factum est, eo usque progressi sunt, ut affirmarent philosophum ostendere voluisse, quid in quoque reipublicæ genere fugiendum, quidve imitandum esset, sive qui arctissimo vinculo Politias cum Politicis conjunctas esse contenderent, simili plane modo quo inter se cohæreant Historiæ Animalium cum libris de Generatione et de Partibus animalium. Quod plane aliter se habuisse atque isti sentiunt, optimum testem ipsum Aristotelem proferre licet, quippe qui nusquam in octo Politicorum libris ne verbo quidem Politiarum mentionem injecerit, quum contra sæpissime in libris quos nominavimus Historias Animalium laudavit. De quæstione igitur qualenam argumentum Politiarum fuerit minime audiendos esse puto veteres philosophi interpretes, præter unum tamen apud quem fortasse sanioris notitiæ vestigia deprehendere licebit. Etenim quum apud Anonymum supra jam laudatum, qui, teste Rosio, Olympiodori in Porphyrii Isagogen commentarium recoquit, hæc legantur verba in cod. Paris. 1939 f. 51 recto : Πολιτείας... ὧν ἀνεγράφετο τὸν βίον, nonne jam probabile fit hæc : ἀνεγράφετο τὸν βίον ex antiquiori et graviori quodam auctore fluxisse, similitudinemque quandam inter Aristoteleas Politias et Βίον Ἑλλάδος Dicæarchi, cujus singulæ partes fortasse Politiarum nomine citantur, atque Clearchi Solensis Βίους intercessisse? Cui sententiæ fidem conciliabit cum fragmentorum similitudo, tum Varroniani scripti titulus ad Græcorum imitationem compositi : *De vita populi Romani ll. IV.* Cf. Catalog. operum Varronis in *Spicilegio Solesmensi*, t. III, p. 312 et fragmenta ad calcem editionis Bipontinæ.

Hæc si nostra comparatio probabitur jam multo dilucidius apparebit, quomodo de Aristoteleo opere judicandum sit. Patet enim in singulis Politiis diligenter collecta et enotata fuisse quæcunque ad cujusque civitatis situm, originem, incrementa, instituta, leges, mores, magistratus, religiones illustranda pertinerent. Itaque factum est, ut fragmenta pæne omnia ad certas quasi classes revocari possint. Quippe in his præcipue versantur : In enarrandis urbium initiis fabulisque cujuscunque generis de earum conditoribus afferendis; in explicandis earum nominibus et situ; in interpretandis obsoletioribus et minus cognitis vocabulis; in enarratione proverbiorum; in definitione singulorum magistratuum, judiciorum, munerum publicorum; in dissertationibus de nummis et mensuris cuique urbi peculiaribus. Quibus si addideris observationes quasdam de re naturali, publicorum monumentorum notitiam, memoriam præclarorum inventorum, jam omnia erunt puto de quibus in Politiis relatum erat. Neque in ea re aliter facere possum quin a C. Müllero dissentiam, qui quum l.l. rectissime laudasset « simplicitatem atque antiqui ævi eruditatem quam præ se ferunt narrationes e Politiis excerptæ, » hæc addidit : « Non excludunt hæc acre atque perspicax de iis rebus judicium. » Quod enim, si, ut vir doctissimus arbitratus est, ita revera se habuisset, profecto ejus rei documenta inter fragmenta exstarent. Quæ autem quum nulla sint, ut ipse fatetur Müllerus, jam probabilior sequenda erit opinio, consulto hæc ab Aristotele omissa esse nihilque aliud igitur fuisse Politias, ut et cetera historica Aristotelis scripta, nisi mera collectanea, et quidem ita congesta, ut ne continuum quidem opus effecerint, sed tantummodo excerptis et notitiis cujuscunque generis, nullo arctiore vinculo inter se cohærentibus constarent. In talem vero opinionem de Aristotelis Politiis ut perveniamus, plura sunt quæ nos permovent. Fac enim Aristotelem, ut plerumque creditum est, histo-

Digitized by Google

rias singularum civitatum conscripsisse, atque ita opus quoddam absolutum omnibusque numeris perfectum condidisse, cui quæso non mirum videbitur, nusquam apud antiquos philosophi interpretes in operum Aristoteleorum divisione (cf. David in Categ. p. 24, A, 20 et præterea Ammonius, Simplicius, Joannes Philoponus), Politias cum Epistolis et Dialogis inter eos libros nominari, qui dilucidiori et elegantiori stylo quam ceteri conscripti erant? Quin et illud suspicari licet, ne suis quidem verbis semper usum fuisse Aristotelem, sed quæ sive in publicis monumentis sive in aliorum libris invenerat, quomodo ab illis conscripta erant, in sua excerpta retulisse. Cui rei documento esse poterunt fragmenta 16 et 17, in quibus haud pauca inveniuntur iisdem pæne verbis descripta, quibus et apud Herodotum leguntur. Adde et illud, quod inter ὑπομνηματικά scripta recensentur Politiæ, unde qualis earum indoles fuerit satis perspicue declaratur. Non sine quodam jure igitur, Politias, quod ad formam et dispositionem spectat, cum Problematum libris conferri licet. Quare si nobis nominandus esset liber, quem proxime ad illarum similitudinem accedere putaremus, de nullo prius cogitaremus quam de Plutarchi *Quæstionibus græcis*, quarum, ut et hoc addam, satis magna pars ex Aristoteleo opere desumpta est.

Si quales diximus, fuisse censendæ sunt Politiæ, haud difficulter perspicietur quomodo intelligenda sint, quæ de earum ordine a nonnullis tradita sunt. Quod enim cum a Davide in Categ. p. 24, A, 35, tum ab Anonymo sæpius jam laudato affirmatur, κατὰ τάξιν τῶν στοιχείων sive κατὰ στοιχεῖον dispositas fuisse Politias, id longissime absum, ut cum Rosio ita accipiendum esse censeam, quasi e falsa interpretatione tituli πολιτεῖαι κατὰ στοιχεῖον ρνη΄ ortum esset. Neque me fugiunt quæ ad satietatem usque recoquunt antiqui philosophi interpretes, de more scilicet Peripateticorum singulos libros litterarum alphabeti serie, non signis numerorum designandi. Fuerit ita Andronicus, concedo, indicis verus auctor, talem morem nusquam agnoscit, ita ut et hîc et alias sæpius de dispositione secundum litterarum alphabeti ordinem cogitandum sit. In una tantum re incertus hæreo. Utrum scilicet hic alphabeticus ordo ad seriem tantummodo Politiarum pertinuerit, an, quæ Bernaysii est conjectura, intra singulas quasque Politias observatus fuerit. Quod si, præter ea quæ supra jam Zoicorum occasione a nobis dicta sunt, illud quoque exploratum habemus, talem ordinem vix ipsi Aristoteli tribuendum esse, sed postea illatum, vix ulla remanebit dubitatio, quin utrumque commodissime factum esse potuerit. Et quidem, quod ad ipsam seriem Politiarum spectat, observandum est Atheniensium Politiam semel ita apud Harpocrationem afferri s. v. Θεσμοθέται, Ἀρ. ἐν τῇ α΄ Ἀθηναίων πολιτείᾳ, quum apud Photium s. v. Σκυτάλη, Ἀρ. ἐν τῇ Ἰθακησίων πολιτείᾳ μϚ΄ laudetur. Uterque numerus, quem Didymus posuerat, e quo sua habent Harpocration et Photius, satis bene cum alphabetico ordine congruit, siquidem civitatum præcipuarum seriem conjectando expleas. Minus favet alphabetico ordini intra singulas Politias observato, quod alio loco apud Harpocrationem s. v. Μύριοι ἐν Μεγάλῃ πόλει legitur, ubi Aristoteles rem tetigisse dicitur ἀρχόμενος τοῦ βιβλίου. Singulas ceterum Politias e variis capitibus compositas fuisse egregie demonstrare videtur quæ semel apud Photium legitur mentio s. v. Ναυκραρία: Ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους ὃν τρόπον διέταξε τὴν πόλιν ὁ Σόλων, quæ quid aliud esse poterit quam longioris cujusdam capitis inscriptio, ego non perspicio. Inde vero frotasse factum est ut tota hæc disputatio in tabulas quasi peculiaris liber referretur, quod in altero indice Anonymi factum est, et quidem hoc titulo: περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων. De his vero jam sufficiunt quæ dicta sunt.

De alia jam videndum erit quæstione, de numero scilicet Politiarum quem alium alii indicant. Earum unamquamque singulo libro sive volumine constitisse cum quæ modo attulimus Harpocrationis verba, tum Ciceronis indicant, de Dicæarcho ita scribentis Epistol. ad Attic. II, 2: Πελληναίων (sc. πολιτείαν) *in manibus tenebam, et hercle magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes exstruxeram* ... Κορινθίων *et* Ἀθηναίων *puto me Romæ habere*, tum demum tabula in Ægypto nuper reperta, quæ inter alios complures librorum titulos, Aristotelis quoque Atheniensium politiam recenset aliamque præterea, cujus tamen nomen satis certo indicari nequit. (1) De Politiarum numero inter se consentiunt Diogenes Laertius et Anonymus, quo-

(1) Cf. Zündel. *Ein Griechischer Bücherkatalog aus Ægypten*, in *Rhein. Museum n. Folge* t. XXI, p. 482 sqq. In priore columna ita legitur:

v. 12: Ἀρι]στο..τέλους Ἀθηναίων πολιτείας
v. 22: Ἀριστοτέλους πολιτεία νεοπο...

Tabulam anno 232-235 post Christum natum conscriptam esse existimat editor. Inter Politiarum quos novimus titulos, optime convenit cum ultimis Ἀριστοτέλους πολιτεία Ὀπουντίων.

Digitized by Google

γὸν ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παραχαλῶν· ἀπ' ἐκείνου δέ φασι τὸ ἑκατόμβοιον καὶ τὸ δεκάβοιον ὀνομασθῆναι,

www.libtool.com.cn

Hæc si non omnia, attamen pleraque ex Aristotele petita esse, ostendunt Heraclides Pont. fr. 1, 1; Pollux On. VIII, 111; IX, 60.

5 (374).

Schol. in Plat. Axioch. p. 465 Bekk. : Γεννήτη· Ἀριστοτέλης φησὶ τοῦ ὅλου πλήθους διηρημένου Ἀθήνησιν εἰς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργοὺς φυλὰς αὐτῶν εἶναι τέσσαρας, τῶν δὲ φυλῶν ἑκάστης μοίρας εἶναι τρεῖς, ἃς τριττύας τε καλοῦσι καὶ φρατρίας, ἑκάστης δὲ τούτων τριάκοντα εἶναι γένη, τὸ δὲ γένος ἐκ τριάκοντα ἕκαστον ἀνδρῶν συνεστάναι. Τούτους δὴ τοὺς εἰς τὰ γένη τεταγμένους γεννήτας καλοῦσι.

Cf. Mœris Att. p. 193, 16 ed. Bekk.: Γεννηταὶ καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὄνομα. Εἰσὶ δὲ οἱ γεννηταὶ τοιόνδε τι· ἡ πόλις ἡ τῶν Ἀθηνῶν τὸ παλαιὸν διεκεκόσμητο δίχα, εἴς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ δημιουργούς· οὗτοι δὲ πάλιν διῃρηντο εἰς φυλὰς δ', αἱ δὲ φυλαὶ ἑκάστη εἰς τριττῦς, εἰς δὲ ἑκάστην τριττὺν εἰσήχθη γένη λ', οὐθὲν ἀφ' αἵματος ἀλλήλοις προσήκοντες, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ γένους οὕτως κατωνομασμένοι. In his deesse primum εὐπατριδῶν, deinde ἐθνῶν mentionem jamdudum a multis observatum est. Pleniora partim apud Harpocrationem et Pollucem. Harpocr. s. Τριττύς. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος (§ 8). Τριττύς ἐστι τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς· αὕτη γὰρ διῄρηται εἰς τρία μέρη, τριττῦς καὶ ἔθνη καὶ φρατρίας, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ, quæ habent eadem Photius et Suidas ubi frustra lectionem φατρίας defendere conatus est Bernhardyus; Harpocr. s. Γεννῆται· οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνοῦντες. Διῃρημένων γὰρ ἁπάντων τῶν πολιτῶν κατὰ μέρη, τὰ μὲν πρῶτα καὶ μέγιστα μέρη ἐκαλοῦντο φυλαί, ἑκάστη δὲ φυλὴ τριχῇ διῄρητο καὶ ἐκαλεῖτο ἕκαστον μέρος τούτων τριττὺς καὶ φρατρία. Πάλιν δὲ τῶν φρατριῶν ἑκάστη διῄρητο εἰς γένη λ', ἐξ ὧν αἱ ἱερωσύναι αἱ ἑκάστοις προσήκουσαι ἐκληροῦντο..... Οὐχ οἱ συγγενεῖς μέντοι ἁπλῶς καὶ οἱ ἐξ αἵματος γεννῆταί τε καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐκαλοῦντο, ἀλλ' οἱ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὰ καλούμενα γένη κατανεμηθέντες. Φιλόχορος δ' ἐν τῇ δ' (fr. 91 Müll.) φησὶ πρότερον ὁμογάλακτας ὀνομάζεσθαι οὓς νῦν γεννήτας καλοῦσιν. Pollux On. VIII, 111 : Ὅτε μέντοι τέτταρες ἦσαν αἱ φυλαί, εἰς τρία μέρη ἑκάστη διῃρητο, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριττὺς καὶ ἔθνος καὶ φρατρία. Ἑκάστου δὲ ἔθνους γένη τριάκοντα ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γένους γεννῆται καὶ ὁμογάλακτες, γένει μὲν οὐ προσήκοντες, ἐκ δὲ τῆς συνόδου οὕτω προσαγορευόμενοι. Τρία δ' ἦν τὰ ἔθνη πάλαι, εὐπατρίδαι, γεωμόροι, δημιουργοί. Cf. præterea Lex. rhet. Seguer. p. 227, 9, 231, 23 Bekk., Schol. in Platon. Menon. p. 382, Suidas s. Γεννῆται, Etymol. M. p. 226, 13. Hesych. s. Γεννῆται.

6 (375).

Servius ad Virgil. Georg. I, 19 : *Uncique puer monstrator aratri : Alii Triptolemum alii Osirim volunt quod magis verum est, nam Triptolemus frumenta divisit ..... Varro de scenicis originibus vel Scauro : Triptolemum dicit Nigidius .. Ergo Osiris significatur, ut* Φιλοστέφανος περὶ Εὑρημάτων (fr. 28 Müll.), *vel Epimenides qui postea Buzyges dictus est secundum* Aristotelem. Cf. Probus ib. p. 29, 22 ed. Keil.: *Quidam putant Triptolemum Atticum dici ... quidam Buzygen, qui primus junctis existimatur ad arandum usus.* Plinius Nat. Hist. VII, 57 : *Bovem et aratrum (invenit) Buzyges Atheniensis, ut alii Triptolemus*, Schol. Iliad. σ, 483 : Καὶ ἄροτρον δὲ πρῶτος Ἐπιμενίδης ὁ καὶ Βουζύγης ἐξευξε, Hesychius s. Βουζύγης· ἥρως Ἀττικὸς ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας· ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. Καθίστατο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ὁ τοὺς ἱεροὺς ἀρότους ἐπιτελῶν Βουζύγης. De ultimo cf. Append. Prov. I, 61 in Parœmiogr. ed. Gott. t. I, p. 388 et Schol. Aristid. p. 473 Dind., Lex. Rhetor. Seguer. p. 221, 8 Bekk. : Βουζυγία· γένος τι Ἀθήνησιν, ἱερωσύνην τινὰ

æquabilitatem constituit rempublicam, quod dignitate patricii, utilitate agricolæ, artifices numero viderentur præcellere. Nam eum primum fuisse in plebem, ut auctor est Aristoteles, propensum et dominatum deposuisse, testari Homerum quoque in Navium catalogo apparet, qui solos Athenienses populum vocat. Signavit etiam nummum incuso bove, vel ob taurum Marathonium, vel ob Minois ducem, vel ad agriculturam cives incitans. Hinc ferunt Hecatombœon et Decabœon dictum.

5.

Aristoteles dicit universam populi multitudinem in Attica in rusticos et operarios divisam esse; tribus eorum esse quattuor; tribuum singularum ternas esse partes, quas Trittyes sive Phratrias appellent, phratriæ uniuscujusque gentes esse tricenas; singulas gentes virorum esse tricenorum; eos autem qui ad unam eandemque gentem pertineant, appellari γεννήτας.

Trittys tribus tertia pars est: nam tribus in tres dividitur partes, quas trittyes sive gentes sive phratrias dicunt, uti tradidit Aristoteles in Atheniensium Republica.

Digitized by Google

ἔχον· Βουζύγης γάρ τις τῶν ἡρώων πρῶτος βοῦς ζεύξας τὴν γῆν ἤροσε καὶ εἰς γεωργίαν ἐπιτήδειον ἐποίησεν, ἀφ' οὗ γένος καλεῖται Βουζυγία. Müllerus hæc ad librum περὶ Εὑρημάτων retulit fr. 258, ob Plutarchum V. Solon. c. 12, cum Grashofio et Rosio ad Atheniensium Politiam potius referenda sunt.

7 (376).

Photius Lex. s. Ναυκραρία : τὸ πρότερον οὕτως ἐκάλουν, ναυκραρία καὶ ναύκραρος· ναυκραρία μὲν ὁποῖόν τι ἡ συμμορία καὶ ὁ δῆμος, ναύκραρος δὲ ὁποῖόν τι ὁ δήμαρχος, Σόλωνος οὕτως ὀνομάσαντος, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησί. Καὶ ἐν τοῖς νόμοις δέ· « ἄν τις ναυκραρίας ἀμφισβητῇ, » καί· « τοὺς ναυκράρους τοὺς κατὰ τὴν ναυκραρίαν. » Ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεισθένους δῆμοί εἰσι καὶ δήμαρχοι ἐκλήθησαν. Ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους πολιτείας ὃν τρόπον διέταξε τὴν πόλιν ὁ Σόλων· « φυλαὶ δὲ ἦσαν τέσσαρες καθάπερ πρότερον καὶ φυλοβασιλεῖς τέσσαρες· ἐκ δὲ τῆς φυλῆς ἑκάστης ἦσαν νενεμημέναι τριττύες μὲν τρεῖς, ναυκραρίαι δὲ δώδεκα καθ' ἑκάστην ». Ὁ Κλείδημος ἐν τῇ τρίτῃ φησίν, ὅτι Κλεισθένους δέκα φυλὰς ποιήσαντος ἀντὶ τῶν τεσσάρων, συνέβη καὶ εἰς πεντήκοντα μέρη διαταγῆναι· αὐτοὺς δ' ἐκάλουν ναυκραρίας, ὥσπερ νῦν εἰς τὰ ἑκατὸν μέρη διαιρεθέντα καλοῦσι συμμορίας.

In codicis lectione : Καὶ ἐν τοῖς νόμοις δέ, nihil mutandum est, nisi quod fortasse ἐστίν excidit. Müllerus λέλεκται addendum esse conjiciebat. Minus felix idem est, quum in sequentibus, omisso Aristotelis nomine, legi vult : Ἐκ τῆς πολιτείας ὃν τρόπον διέταξε τὴν πόλιν ὁ Σόλων. Ceterum hanc mentionem ad præcedentia potius quam ad sequentia pertinere arbitror. Ad priorem locum qui verba ex ipsis legibus Solonis continet, apte comparat Rosius quæ apud eundem Photium p. 59, 13 s. v. Ἡγεμονία δικαστηρίου leguntur ἂν τις ἱερωσύνης ἠμφισβήτει, cf. Pollux VIII, 90 : ἱερωσύνης ἀμφισβήτησις.

Cf. Pollux VIII, 108 : Δήμαρχοι οἱ κατὰ δήμους ἄρχοντες· ἐκαλοῦντο δὲ τέως ναύκραροι, ὅτε καὶ οἱ δῆμοι ναυκραρίαι. Ναυκραρία δ' ἦν τέως φυλῆς δωδέκατον μέρος, καὶ ναύκραροι ἦσαν δώδεκα, τέτταρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην. Τὰς δ' εἰσφορὰς τὰς κατὰ δήμους διεχειροτόνουν οὗτοι καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα. Ναυκραρία δ' ἑκάστη δύο ἱππέας παρεῖχε καὶ ναῦν μίαν, ἀφ' ἧς ἴσως ὠνόμαστο. Hesychius s. Ναύκλαροι· Δήμαρχοι ... ἀφ' ἑκάστης φυλῆς δώδεκα, οἵτινες ἀφ' ἑκάστης χώρας τὰς εἰσφορὰς ἐξέλεγον· ὕστερον δὲ δήμαρχοι ἐκλήθησαν.

8 (377).

Harpocration s. v. Ἱππάς : Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἀπολλοδώρου κλήρου (§ 39)· « Ἀπεγράψατο μὲν τίμημα μικρὸν ὡς ἱππάδα τελῶν. » Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ φησὶν ὅτι Σόλων εἰς τέτταρα διεῖλε τέλη τὸ πᾶν πλῆθος Ἀθηναίων, πεντακοσιομεδίμνους καὶ ἱππέας καὶ ζευγίτας καὶ θῆτας.

Eadem apud Photium apud quem hæc adduntur verba : Τῶν οὖν ἱππέων αἱ ἱππάδες, quæ etiam in cod. D Harpocrationis leguntur. Cf. Plutarch. Sol. c. 18.

9 (378).

Harpocration s. v. Θῆτες καὶ θητικόν : .. Εἰς τέσσαρα διηρημένης παρ' Ἀθηναίοις τῆς πολιτείας οἱ ἀπορώτατοι ἐλέγοντο θῆτες καὶ θητικὸν τελεῖν. Οὗτοι δὲ οὐδεμιᾶς μετεῖχον ἀρχῆς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ. Ὅτι δὲ οὐκ ἐστρατεύοντο εἴρηκε καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν. Cf. Photius et Suidas s. v.

7.

Nauceraria. Prius nomina *naucraria* et *naucrarus* in usu erant. Naucraria idem fere valet quod symmoria et demus : naucrarus idem fere quod demarchus, Solone sic nominante, ut Aristoteles quoque tradit. Et in legibus Solonis hæc sunt : « Si quis de naucraria in controversiam vocatur » et « Naucraros secundum naucrarias. » Postea vero a temporibus Clisthenis *demi* et *demarchi* nominabantur. Ex Aristotelis Politia de ratione qua Solon civitatem constituerit : « Tribus erant quattuor, ut antea, tribuum reges item quattuor ; singulæ tribus in ternas trittyes et duodenas naucrarias divisæ erant. » Clidemus libro tertio dicit : « Quum Clisthenes decem tribus substituisset quattuor illis, quæ antea fuerant, factum est, ut in quinquaginta quoque partes Athenienses dividerentur, eosque ita divisos vocabant naucrarias, ut nunc in centum partes divisos vocant symmorias. »

8.

Aristoteles in Atheniensium Politia dicit Solonem omnem Atheniensium populum in quattuor classes e censu descriptas divisisse, in pentacosiomedimnos, equites, zeugitas et thetes.

9.

Republica apud Athenienses, in quattuor classes divisa, tenuissimi thetes (mercenarii et opifices) et θητικὸν τελεῖν (mercenariorum vel opificum classi accenseri) dicebantur. His magistratu fungi non licebat, ut Aristoteles declarat in Republica Atheniensium, nec militabant, ut Aristophanes quoque in Dædalensibus ait.

Digitized by Google

10 (379).

Harpocration v. Πεντακοσιομέδιμνον .... Ὅτι δ' τέλη ἐποίησεν Ἀθηναίων ἁπάντων Σόλων, ὧν ἦσαν καὶ οἱ πεντακοσιομέδιμνοι, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ. Ex Harpocratione eadem Photius.

Totam hanc divisionem ex Aristotele expressit Pollux VIII, 129 sq. : Τιμήματα δ' ἦν τέτταρα πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, ζευγιτῶν, θητικῶν. Οἱ μὲν ἐκ τοῦ πεντακόσια μέτρα ξηρὰ καὶ ὑγρὰ ποιεῖν κληθέντες· ἀνήλισκον δ' εἰς τὸ δημόσιον τάλαντον· οἱ δὲ τὴν ἱππάδα τελοῦντες ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους κεκλῆσθαι δοκοῦσιν· ἐποίουν δὲ μέτρα τριακόσια, ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον· οἱ δὲ τὸ ζευγήσιον τελοῦντες ἀπὸ διακοσίων μέτρων κατελέγοντο, ἀνήλισκον δὲ μνᾶς δέκα· οἱ δὲ τὸ θητικὸν οὐδεμίαν ἀρχὴν ἦρχον, οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν. Cf. Schol. in Platon. Rempubl. p. 415 Bekk. et Plutarch. V. Solon c. 18.

11 (380).

Photius Lex. s. v. Πελάται : Οἱ παρὰ τοῖς πλησίον ἐργαζόμενοι καὶ θῆτες· οἱ αὐτοὶ καὶ ἑκτημόροι, ἐπειδὴ ἕκτῳ μέρει τῶν καρπῶν εἰργάζοντο τὴν γῆν. Id. in altera glossa : Πελάται : Οἱ μισθῷ δουλεύοντες, ἐπεὶ τὸ πέλας ἐγγύς, οἷον ἔγγιστα διὰ πενίαν προσιόντες. Ἀριστοτέλης. Cf. Schol. in Platon. Euthyphr. p. 327 Bekk.: Πελάτης ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων, ἀπὸ τοῦ πέλας ἤτοι ἐγγύς, ἐκαλεῖτο ὁ δι' ἔνδειαν προσιών, μίσθιος δὲ ὑπηρετῶν. Pollux IV, 165 : Ἑκτημόριοι δὲ οἱ πελάται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Idem III, 82 : Πελάται δὲ καὶ θῆτες ἐλευθέρων ἐστὶν ὀνόματα διὰ πενίαν ἐπ' ἀργύρῳ δουλευόντων. Apud Etym. Gudian. p. 165, 52 : Εἵλωτες ... Οἱ αὐτοὶ δὲ παρὰ Ἀθηναίοις θῆτες λέγονται, παρὰ Ἀργείοις γυμνῆτες, παρὰ Θεσσαλοῖς πενέσται, παρὰ Κρησὶ πελάται, ultimum male pro κληρωταὶ positum est. Ceterum cf. Ruhnken. ad Timæum s. Πελάτης.

12 (381).

Plutarch. Vita Solonis c. 25 : Ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε· καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο· καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, κύρβεις ..... Ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται κύρβεις, ἄξονας δὲ τοὺς ἄλλους ὠνομάσθαι. Cf. Schol. Aristophan. Aves. 1354 : Κύρβεις, χαλκαῖ σανίδες ἔνθα τοὺς νόμους γράφουσιν. Κατὰ δὲ ἐνίους, ἄξονες τρίγωνοι, ἐν οἷς ἦσαν οἱ τῶν πόλεων νόμοι γεγραμμένοι καὶ αἱ δημόσιαι ἱεροποιίαι (καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ φησὶ καὶ Ἀπολλόδωρος)· κύρβεις δὲ ἤτοι παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος ἀνατεταμένον ἢ ἀπὸ τῶν Κορυβάντων· ἐκείνων γὰρ εὕρημα, ὥς φησι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Εὐσεβείας. (Cf. Porphyr. de Abstin. p. 94, 19 Nauck. Photius s. v. Κύρβεις, Bernays, *Theophrastos Schrift über Frömmigkeit*, Berl. 1866, p. 37 et 165 sq.) Harpocrat. s. Κύρβεις. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. Κύρβεις φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ Θεῶν (fr. 24, 25 apud Müll. Fragm. Hist. gr.) .... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ φησίν· « Ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τὰς κύρβεις ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ· » (βασιλίδι cod. D). Cf. Schol. Apollon. Rhodii IV, 280.

Qui primus legitur in altero indice apud Anonymum titulus : Περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, ε', librum fortasse, sive potius partem libri designat in quo omnia quæ ab Aristotele de Solonis legibus dicta erant in unum collecta continebantur. Cf. infra fr. 38.

13 (382).

Gellius N. Att. II, 12 : *In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quasque latas ab eo Athenienes, ut sempiternæ manerent, pœnis et religionibus sanxe-*

10.

Solonem omnes Athenienses in quattuor classes divisisse, e quibus erant pentacosiomedimni, declaravit Aristoteles in Atheniensium Republica.

11.

Pelatæ, qui mercede serviunt; nomen derivandum a voce πέλας i. e. prope, ut πελάται sint proxime propter paupertatem accedentes. Aristoteles.

12.

Legibus suis omnibus Solon auctoritatem in centum annos esse voluit, suntque inscriptæ ligneis tabulis, quæ ἄξονες dictæ, quadrangulis ligneis inserti convertuntur, earumque etiamnum reliquiæ quædam in Prytaneo asservantur. Aristoteles κύρβεις cognominatas esse auctor est ... Nonnulli seorsum cyrbes vocatos dicunt, quibus continebantur leges sacrorum et sacrificiorum, ceteras axones fuisse appellatas.

Cyrbes erant tabulæ æneæ, quibus leges inscripserunt. Secundum nonnullos erant axes trianguli, in quibus scriptæ erant leges civiles et quæ ad procurationem sacrorum publicorum pertinent, sicuti etiam Aristoteles in Atheniensium Republica et Apollodorus tradunt.

Aristoteles in Atheniensium Republica dixit : « Leges in cyrbes inscriptas in stoa regia erexerunt. »

15.

Digitized by Google

runt, legem esse ARISTOTELES *refert scriptam ad hanc sententiam : Si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fiet et ob eam causam irritatis animis utrimque arma capientur pugnabiturque, tum qui in eo tempore in eoque casu civilis discordiæ non alterutra parte sese adjunxerit, sed solitarius separatusque a communi malo civitatis secesserit, is domo patria fortunisque omnibus careto, exsul extorrisque esto.*

Cf. Plutarch. Vita Solon. c. 20 : Τῶν δ' ἄλλων αὐτοῦ νόμων ἴδιος μὲν μάλιστα καὶ παράδοξος ὁ κελεύων ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενον. Idem De sera numinis vind. c. 4 : Παραλογώτατον δὲ τὸ τοῦ Σόλωνος ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέρᾳ μερίδι προσθέμενον μηδὲ συστασιάσαντα. Hujus legis Aristotelem in libris περὶ Νόμων δ', apud Anonymum tantum occurrentibus, mentionem fecisse temere suspicabatur Stahrius, cf. Jahn. *Jahrb. für Philol. u. Pæd. Supplem.* t. IV, p. 249.

14 (383).

Plutarch. V. Solon. c. 32 : Ἡ δὲ δὴ διασπορὰ καταναυθέντος αὐτοῦ (τοῦ Σόλωνος) τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίων νῆσον ἔστι μὲν διὰ τὴν ἀτοπίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης, ἀναγέγραπται δὲ ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.

Idem de Lycurgo in Creta mortuo narratum esse ab Aristocrate apud Plutarchum in Vita Lyc. c. 31 monet Müllerus.

15 (384).

Schol. Aristoph. Acharn. 234 : Παλλήναδε : Οἱ Παλληνεῖς δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν καὶ Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν συνέστη πόλεμος ... Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ἀνδροτίων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ.

Cf. Photius v. Τὸ ἀπὸ τῆς Παλληνίδος : Τὸ φοβερὸν ἀπὸ τῆς ἐπὶ Παλληνίδι μάχης ἐν ᾗ ἡττήθησαν Ἀθηναῖοι, et de re Herodot. I, 62.

16 (385).

Schol. Aristoph. Lysistr. 665 : Λυκόποδες : λυκόποδας ἐκάλουν, ὡς μὲν Ἀριστοτέλης, τοὺς τῶν τυράννων δορυφόρους· τοὺς γὰρ ἀκμάζοντας τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ ἔλαβον. Λυκόποδες δὲ ἐκαλοῦντο ὅτι διὰ παντὸς εἶχον τοὺς πόδας λύκων δέρμασι περικεκαλυμμένους ὥστε μὴ ἐπικαίεσθαι ἐκ τοῦ περιέχοντος. Τινὲς δὲ λυκόποδας διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημον λύκον. Ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἔφη τοὺς νῦν λεγομένους Ἀλκμαιωνίδας· οὗτοι γὰρ πόλεμον ἀράμενοι πρὸς Ἱππίαν τὸν τύραννον καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας ἐτείχισαν τὸ Λειψύδριον.

Λειψύδριον χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ὑπὸ τὴν Πάρνηθον, εἰς ὃ συνῆλθόν τινες τῶν ἐκ τοῦ ἄστεος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ.

Eadem Suidas v. Λυκόποδες, qui tamen in initio fragmenti nomen Aristotelis omittit. Cf. Apostol. Prov. X, 91, Photius s. v. Λυκόποδας : Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ· τοὺς πρὸς Ἱππίαν ἀγωνισαμένους ἐπὶ Λειψυδρίῳ ὡς γενναίους· ἔλαθον γὰρ τοὺς δορυφόρους τῶν τυράννων διὰ τὸ κατειλεῖσθαι δέρμασι τοὺς πόδας καὶ λυκόποδας εἶναι· ἢ διὰ τὸ λύκον ἔχειν ἐπίσημον ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν ἀπὸ Διονύσου (ita recte Rosius pro Διονυσίου) πρώτου. Ad Aristotelem sine dubio referenda sunt quæ habent Etymol. M. p. 361, 32, Suidas s. v. Ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη, Apostol. VII, 70, Eustath. in Il. δ p. 461, 20 ed. Roman. Cujus hæc sunt verba : Ἦν δὲ Λειψύδριον χωρίον, φασίν, ὑπὲρ τῆς Σπάρτης (ita male pro ὑπὸ τὴν Πάρνηθον Hesych. Suidas, Apost. vitiose ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος), ὃ ἐτείχισαν οἱ φυγάδες τῶν τυράννων, ὧν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι προειστήκεισαν. Ἐκπολιορκηθέντων δ' αὐτῶν ὑπὸ τῶν περὶ Πεισίστρατον, σκολιὸν εἰς αὐτοὺς ᾖδετο, ἦγον μέλος τι ἐψάλλετο παροίνιον τοιοῦτον· Αἰαῖ Λειψύδριον προδωσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας μάχεσθαί τ' ἀγαθοὺς (μάχεσθαι ἀγαθούς γε correx. Leutschius) καὶ εὐπατρίδας, ὁπότ' (οἳ τότ' apud Athenæum

---

14.

Cremati Solonis cineres sparsos esse apud Salaminem insulam tantum habet absurdi, ut omnino fidem non mereri, sed commentum judicari possit : tamen id factum scripsere cum alii fide digni auctores, tum Aristoteles etiam philosophus.

15.

Pallenensium demus Atticus est, in quo Pisistratus, quum tyrannide potiri vellet et Athenienses repulsuri eum manum conseruerunt ... Meminit hujus rei Androtion et Aristoteles in Atheniensium Republica.

16.

Eandem glossam apud Photium et Suidam invenies, qui pro δεδειχτικως, quod apud Harpocrationem corruptum est (δεδειχτικῶς BD, δεδειχτικώς G, δὲ δειχτικῶς AC), non meliorem lectionem præbent ὁ τῷ προτέρῳ ἐπιδεδημηκώς. Aristotelem διῳκηκώς scripsisse arbitror. Priora plenius Harpocration exhibet s. v. Ἐπώνυμοι : Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους (§ 18). Διττοί εἰσιν οἱ ἐπώνυμοι, οἱ μὲν ι΄ τὸν ἀριθμὸν ἀφ' ὧν αἱ φυλαί, ἕτεροι δὲ β΄ καὶ μ΄ ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἀπὸ τη΄ ἐτῶν μέχρις ξ΄. Cf. Photius et Suidas qui eadem habent, Etymol. M. p. 369, 16, Lex. Rhet. Seguer. p. 245, 17.

90 (459).

Harpocration s. v. Ἀδύνατοι : Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου (§ 103 s.). Οἱ ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι τὸ σῶμα πεπηρωμένοι. Ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ἢ ὀβολόν, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ· ὡς δὲ Φιλόχορός φησιν ἐννέα δραχμὰς κατὰ μῆνα. Ἔστι δὲ καὶ λόγος τις ὡς Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου, ἐν ᾧ ὡς ὀβολὸν λαμβάνοντος μέμνηται.

Eadem Suidas s. v. et Zonaras p. 42, apud quos tamen male : ἐλάμβανον δὲ οὗτοι... ὀβολοὺς δύο, οἱ δὲ ὀβολόν. Hesych. s. v. Ἀδύνατοι : Οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν μνῶν παρὰ (codex τριῶν περὶ) Ἀττικοῖς. Ἐλάμβανον δὲ παρὰ τῆς βουλῆς δύο ὀβολούς. Ex eodem fonte quo Harpocration, sed negligenter, Synag. Lex. Seguer. p. 345, 15 (cf. Lex. Rhet. Seg. p. 200, 3) : Ἀδύνατοι : Οἱ μέρος τι βεβλαμμένοι τοῦ σώματος ὡς μηδὲ ἐργάζεσθαι· οἱ καὶ ἐχορηγοῦντο τὰ πρὸς τὸ ζῆν παρὰ τῆς πόλεως, μισθοφορούντων αὐτῶν (ita C. Müller. cod. αὐτοῖς) τῶν ἐντὸς τριῶν μνῶν περιουσίαν κεκτημένων. Ἐδοκιμάζοντο δὲ οἱ ἀδύνατοι ὑπὸ τῆς τῶν πεντακοσίων βουλῆς καὶ ἐλάμβανον τῆς ἡμέρας, ὡς μὲν Λυσίας λέγει, ὀβολὸν ἕνα, ὡς δὲ Φιλόχορος πέντε. Ἀριστο-

---

fragiis approbandos esse juvenes, qui exacto vitæ anno duodevicesimo in demi suæ albo inscribebantur.

87.

Aristoteles in Atheniensium Republica, de ephebis verba faciens, sic ait : « Altero anno concione in theatro convocata, ephebi, clypeo et hasta pro concione accepta, terram Atticam perlustrant et in castellis versantur. » Observa Aristotelem putare ephebos per annum in excubiis mansisse, Æschinem vero per biennium.

88-89.

Militia in eponymis, hujus meminit Æschines in Oratione de falsa legatione. Quid sit declarat Aristoteles in Atheniensium Republica inquiens : « Eponymorum duo sunt genera : nam decem numero sunt tribuum; duo et quadraginta sunt ætatum. Ephebi vero, antea quidem in albo inscribebantur ac notabatur archon anni, quo inscriberentur et eponymus anni antecedentis; nunc vero in senatu inscribuntur. » Et paulo post : « Utuntur autem eponymis etiam ad militiam, et quum juventutem emittunt, a quo archonte eponymo usque ad quem stipendia merere oporteat adscribunt. » Disserit de his etiam Philochorus Atthidis libro quarto.

90.

Invalidi, intra tres minas possidentes et corpore mutilati. Hi a senatu approbati duo obolos vel unum obolum quotidie accipiebant, ut Aristoteles in Republica Atheniensium ait. Philochorus vero dicit novem drachmas eos per mensem accepisse.

Digitized by Google

τέλης δὲ δύο ἔφη. Singulari errore Schol. Æschin. l. l. Orat. att. ed. Didot. t. II, p. 497 : Τοῖς ἀδυνάτοις τοῖς σώμασιν ἐχορηγεῖτο ἑκάστης ἡμέρας ἐκ τοῦ δημοσίου εἰς τροφὴν τριώβολον.

91 (460).

Harpocration : Ὅτι νόμος ἐστὶν ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισὶν Αἰσχίνης τε ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου (§ 11) φησὶ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ. Photius et Suidas eadem omissis testium nominibus.

92 (461).

Schol. Aristoph. Pac. v. 1178 : Ἐγὼ δ' ἕστηκα λινοπτώμενος : Λινόπτας γάρ φησιν Ἀριστοτέλης τοὺς τὰ θηρευτικὰ λίνα φυλάττοντας, ὡς καὶ οἰνόπτας τοὺς οἰνοφύλακας. De hoc loco quid statuendum sit mihi non liquet. Similis est glossa apud Photium : Λινόπται (cod. λινοιπαι) οἱ ἀποσκοπούμενοι τὰ ἐμπίπτοντα τοῖς κυνηγετικοῖς λίνοις θηρία (eadem Hesychius s. v. et Pollux V, 17). Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὰς οἰκίας ὁμοίως ἔλεγον. Alienior ab hoc loco glossa est apud Suidam : Λινοπτωμένη· λίνον ἁλιέως ψυχόμενον ἐποπτεύουσα. Error fortasse apud ipsum Aristophanem latet, quem primam syllabam vocabuli λινοπτώμενος corripuisse, jure miratur editor Parinus Thesauri Stephaniani. Præterea quid sibi velint verba poetæ si ea cum scholiaste interpreteris, non satis bene intelligo. Ceterum quæ de οἰνόπταις alibi leguntur, ab eodem scholiaste nominatis, fortasse ex Aristotelis Politia Atheniensium deprompta sunt. Cf. Hesychius s. v. Οἰνόπται : εὐτελὴς ἀρχὴ Ἀθήνησιν, παρέχουσα λύχνους καὶ θρυαλλίδας ἐν ἑορταῖς τισίν et in altera glossa : Οἰνόπται : ἐπιμεληταὶ τοῦ τοὺς φράτορας ἡδὺν οἶνον ἔχειν. Δίδυμος οὕτως ἀποδίδωσιν. Εὐτελὴς ἀρχή τις Ἀθήνησιν, et Pollux VI, 22 : Καὶ οἰνόπτης ὁ τὸν οἶνον ἐπιβλέπων· οὗτος δὲ καὶ λύχνους καὶ θρυαλλίδας παρεῖχε. De his plura collecta invenies a M. Schmidtio in notis ad Didymi Fragmenta, p. 38 sq.

93 (462).

Athenæus VI, p. 235, E : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ· « Παράσιτοί φησι τοῖς μὲν ἄρχουσι δύο καθ' ἕκαστον ἦσαν, τοῖς δὲ πολεμάρχοις εἷς. Τεταγμένα δ' ἔλαμβανον παρ' ἄλλων τέ τινων καὶ τῶν ἁλιέων ὄψον. »

Pro Μεθωναίων, quod in codd. legitur, Ἀθηναίων correxit Grashofius, l. l., p. 168, probante C. Müllero et Rosio. Emendatio certissima quum horum parasitorum apud Athenienses satis frequens mentio facta sit. Cf. Preller. ad Polemonis Perieg. fragm. p. 106 sqq. Meinek. Fragm. comic. Græc. t. II, 2, p. 1022, H. Steph. Thes. ed. Didot. s. v. et Mœris p. 208, 2 Bekk. : Παρασίτους : Τοὺς δημοσίᾳ σιτουμένους ἐν πρυτανείῳ Ἀττικοί.

ΑΙΓΙΝΗΤΩΝ.

94 (463).

Athenæus VI, p. 272, D : Ἀριστοτέλης δ' ἐν Αἰγινητῶν Πολιτείᾳ καὶ παρὰ τούτοις φησὶ γενέσθαι ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα μυριάδας δούλων.

Eadem schol. cod. Vratisl. A in Pindari Olymp. VIII, 30 : Οὕτω γὰρ ἐπλήθυναν οἱ Αἰγινῆται, ὡς τεσσαράκοντα ἑπτὰ μυριάδας οἰκετῶν κτήσασθαι, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης.

ΑΙΤΩΛΩΝ.

95 (464).

Strabo VII, p. 321 : Ὅτι δὲ πλάνητες (οἱ Λέλεγες scil.) καὶ μετ' ἐκείνων (τῶν Καρῶν) καὶ χωρὶς καὶ ἐκ παλαιοῦ καὶ αἱ Ἀριστοτέλους Πολιτεῖαι δηλοῦσιν. Ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἀκαρνάνων φησὶ τὸ μὲν ἔχειν αὐτῆς Κουρῆτας, τὸ δὲ προσεσπέριον Λέλεγας,

---

91.

Lex jubet ut puerorum choragi annum ætatis quadragesimum excesserint, uti Æschines in Oratione contra Timarchum testatur et Aristoteles in Atheniensium Republica.

92.

Ἀινόπτας Aristoteles eos vocat qui retia venatoria custodiebant, ut et οἰνόπτας qui vinum.

93.

Aristoteles in Republica Atheniensium (*ita scrib. pro* Methonensium) ait : « Parasiti archontibus duo erant singulis, polemarchis vero unus. Accipiebant autem statuta quædam cum ab aliis, tum a piscatoribus obsonium. »

ÆGINETARUM.

94.

Aristoteles in Æginetarum Republica etiam apud hos quadraginta septem millia servorum fuisse dicit.

ÆTOLORUM.

95.

Multum vagatos esse Leleges vel una cum Caribus vel

Digitized by Google

εἶτα Τηλεβόας· ἐν δὲ τῇ τῶν Αἰτωλῶν τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ· κατασχεῖν δὲ καὶ τὴν Βοιωτίαν αὐτούς φησιν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν Ὀπουντίων καὶ Μεγαρέων· ἐν δὲ τῇ Λευκαδίων καὶ αὐτόχθονά τινα Λέλεγα ὀνομάζει, τούτου δὲ θυγατριδοῦν Τηλεβόαν, τοῦ δὲ παῖδας δύο καὶ εἴκοσι Τηλεβόας, ὧν τινας οἰκῆσαι τὴν Λευκάδα.

ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ.

96 (465).

Vide supra Ætolorum Rempublicam.

97 (466).

Schol. Pindari Nem. III, 27 : Παγκρατίου στόλῳ : στόλῳ μὲν τῇ στάλσει. Εἰσὶ δὲ οἱ τὸ παγκράτιον ἀπαρχαίζοντες καὶ τὸν Θησέα φασὶ τῷ Μινωταύρῳ παγκρατιαστικῶς ἀγωνίσασθαι. Ἀριστοτέλης δὲ Λεύκαρόν φησι τὸν Ἀκαρνᾶνα πρῶτον ἐντεχνον τὸ παγκράτιον ποιῆσαι.

Rectius ad Politias quam ad Olympionicas hunc locum referendum esse ex iis patet, quæ infra de Olympionicarum indice ab Aristotele conscripto dicta sunt.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ.

98 (467).

Pollux IV, 173 : Καὶ μὴν οἵ γε Δωριεῖς ποιηταὶ τὴν λίτραν ποτὲ μὲν νόμισμά τι λεπτὸν λέγουσιν, οἷον ὅταν Σώφρων ἐν τοῖς γυναικείοις Μίμοις λέγῃ ὅτι « ὁ μισθὸς δεκάλιτρον » καὶ πάλιν ἐν ἀνδρείοις « σῶσαι δ' οὐδὲ τὰς δύο λίτρας δύναμαι », ποτὲ δὲ σταθμόν τινα, ὡς Δεινόλοχος ἐν Μηδείᾳ· « τετταρακονταλίτρους τινὶ νεανίσκῳ πέδας. « Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀκραγαντίνων Πολιτείᾳ προειπὼν ὡς ἐζημίουν πεντήκοντα λίτρας, ἐπάγει· « Ἡ δὲ λίτρα δύναται ὀβολὸν Αἰγιναῖον. » Ἐν δ' Ἱμεραίων Πολιτείᾳ φησὶν ὡς οἱ Σικελιῶται τοὺς μὲν δύο χαλκοῦς ἕξαντα καλοῦσι, τὸν δὲ ἕνα οὐγκίαν, τοὺς δὲ τρεῖς τριᾶντα, τοὺς δὲ ἓξ ἡμίλιτρον, τὸν δὲ ὀβολὸν λίτραν, τὸν δὲ Κορίνθιον στατῆρα δεκάλιτρον, ὅτι δέκα ὀβολοὺς δύναται. Ἔνιοι δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι κωμῳδούντων τῶν νέων, οἷον Φιλήμων ἐν Σικελικῷ καὶ Ποσειδίππος ἐν Γαλάτῃ, λίτρας μνημονεύουσιν.

Ἕξαντα codd. quidam, alii δέξαντα, in antiquis edd. ἑξάλιτρα, et postea pro τριᾶντα, τριάκοντα. Pro τρεῖς scribendum esse τέτταρας, conjectura est Bœckhii, *Metrologische Untersuchungen*, p. 293.

Iterum hæc repetit Pollux IX, 80 : Καὶ μὴν ἐν Ἀκραγαντίνων Πολιτείᾳ φησὶν Ἀριστοτέλης ζημιοῦσθαί τινας τριάκοντα λίτρας, δύνασθαι δὲ τὴν λίτραν ὀβολὸν Αἰγιναῖον. Ἀλλὰ μέντοι παρ' αὐτῷ τις ἂν ἐν τῇ Ἱμεραίων Πολιτείᾳ καὶ ἄλλα εὕροι Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον οὐγκίαν, ὅπερ δύναται χαλκοῦν ἕνα, καὶ διᾶντα ὅπερ ἐστὶ δύο χαλκοῖ, καὶ τριᾶντα ὅπερ τρεῖς, καὶ ἡμίλιτρον ὅπερ ἓξ, καὶ λίτραν ἣν εἶναι ὀβολόν· τὸ μέντοι δεκάλιτρον δύνασθαι μὲν δέκα ὀβολούς, εἶναι δὲ στατῆρα Κορίνθιον. Codd. pro διᾶντα et τριᾶντα, quod a Jungermanno correctum est, ἓξ τάλαντα et τρία τάλαντα. Cf. Hesychius : Αἴτρα : ὀβολός. Οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμοῦ. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β λίβρα.

ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΩΝ.

99 (468).

Stephanus Byzant. s. v. Δεξαμεναί : Μέρος τῆς Ἀμβρακίας, ἀπὸ Δεξαμενοῦ τοῦ Μεσόλου παιδὸς καὶ Ἀμβρακίας τῆς θυγατρὸς Φόρβαντος τοῦ Ἡλίου. Τὸ ἐθνικὸν Δεξαμεναῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν τῇ Ἀμβρακιωτῶν Πολιτείᾳ.

---

absque iis inde ab antiquissimis temporibus etiam Aristoteles in opere de Rebuspublicis declarat. Etenim in Acarnanum Republica ait partem Acarnaniæ Curetas tenere, occidentalem Leleges, deinde Teleboas. Porro in Ætolorum Republica, qui nunc Locri dicuntur Leleges nominat; eosdem etiam Bœotiam tenuisse ait. Similiter in Opuntiorum Republica et Megarensium. In Leucadiorum vero Republica etiam autochthonem quendam Lelega commemorat, ejusque e filia nepotem Teleboam, hujus denique viginti duo filios Teleboas, quorum nonnulli Leucadem frequentaverint.

ACARNANUM.

97.

Aristoteles Leucarum Acarnana primum artem ad pancratium attulisse dicit.

AGRIGENTINORUM.

98.

Aristoteles in Agrigentinorum Republica, præfatus quod quinquaginta litris mulctarentur, addit : « Litra vero obolum adæquat Æginetticum. » In Himerensium vero Republica dicit : « Siculi duos chalcos *sextantem* vocant, unum chalcum *unciam*, tres chalcos trientem, sex vero *semilitrum*, obolum autem *litram*. porro staterem Corinthiacum vocant *decalitrum*, quia decem obolos valet.

AMBRACIOTARUM.

99.

Dexamenæ, Ambraciæ pars a Dexamene Mesoli filio et Ambracia Phorbante nata, Solis filio. Gentile Dexamenæus, ut Aristoteles dicit in Ambraciotarum Republica

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

(ΑΝΤΑΝΔΡΙΩΝ.)

100 (469).

www.libtool.com.cn

Stephanus Byzant. s. v. Ἀντανδρος : Πόλις ὑπὸ τὴν Ἴδην πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος, ἀπὸ Ἀντάνδρου τοῦ στρατηγοῦ Αἰολέων. Τὸ ἐθνικὸν Ἀντάνδριος. Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα διὰ τὸ Θρᾷκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι, καὶ Κιμμερίδα Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη.

Plin. Hist. Nat. V, 23, 123 : *Rursus in litore Antandros Edonis prius vocata, dein Cimmeris.*

ΑΡΓΕΙΩΝ.

101 (470).

Plinius Hist. nat. VII, s. 57 : *Turres, ut* Aristoteles, *Cyclopes* (*invenerunt*), *Tirynthii, ut Theophrastus.*

Confert Rosius Strabonem VIII, p. 372 : Τῇ μὲν οὖν Τίρυνθι ὁρμητηρίῳ χρήσασθαι δοκεῖ Προῖτος καὶ τειχίσαι διὰ Κυκλώπων, οὓς ἑπτὰ μὲν εἶναι, καλεῖσθαι δὲ γαστερόχειρας τρεφομένους ἐκ τῆς τέχνης, ἥκειν δὲ μεταπέμπτους ἐκ Λυκίας.

102 (471).

Pollux X, 179 : Εἴη δ' ἂν καὶ φείδων τι ἀγγεῖον ἐλαττηρὸν ἀπὸ τῶν Φειδωνίων μέτρων ὠνομασμένον, ὑπὲρ ὧν ἐν Ἀργείων Πολιτείᾳ Ἀριστοτέλης λέγει.

Nomen aliunde non cognitum. Ceterum de Phidonis mensuris cf. Bœckh. *Metrologische Untersuchungen*, p. 76, 77, 282.

103 (472).

Strabo VIII, p. 373 : Δρυόπων δ' οἰκητήριόν φασι καὶ τὴν Ἀσίνην (sicut Hermionem) εἶτ' ἐκ τῶν περὶ Σπερχειὸν τόπων ὄντας αὐτοὺς Δρύοπος τοῦ Ἀρκάδος κατοικίσαντος ἐνταῦθα, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, ἢ Ἡρακλέους ἐκ τῆς περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωρίδος ἐξελάσαντος αὐτούς.

104 (473).

Eustathius ad Hom. Iliad. δ, 51.

Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλτατοί εἰσι πόληες,
Ἄργος τε Σπάρτη τε καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη·
τὰς διαπέρσαι κτέ.

p. 443 ed. Roman. : Δοκεῖ δὲ ἐνταῦθα μαντικώτερον παραλαλεῖν ὁ ποιητὴς τὴν τῆς Μυκήνης ἀπώλειαν, ἣν ἐκ τῶν ῥηθειαῶν τριῶν κακῶς παθοῦσαν καὶ Ἀριστοτέλης ἱστόρησε.

Aliud est quod dicit Aristoteles Meteorol. I, 14, § 14, ad quem locum Bournot, *Philologus*, t. IV, p. 284, Eustathii mentionem referebat. Nec magis, ut Müllerus suspicabatur (fr. 96 a) ad Homericas quæstiones spectat, sed ad Argivorum Rempublicam, quod e Strabone VIII, p. 372 : Χρόνοις δ' ὕστερον κατεσκάφησαν ὑπ' Ἀργείων, ὥστε νῦν μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως, conjicere licet.

ΚΟΙΝΗ ΑΡΚΑΔΩΝ.

105 (474).

Harpocration s. v. Μύριοι ἐν Μεγάλῃ πόλει : Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου (De fals. legat. § 11, 198). Συνέδριόν ἐστι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων, οὗ πολλάκις μνημονεύουσιν οἱ ἱστορικοί. Διείλεκται δὲ περὶ αὐτῶν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ κοινῇ Ἀρκάδων Πολιτείᾳ, ἀρχόμενος τοῦ βιβλίου.

Omissa Aristotelis mentione eadem Photius et Suidas. In altera glossa apud Photium p. 280, 17 et in Lexic. Rhet. Seguer. p. 280, 4 : Μυρίων : Συνέδριον ἦν μυρίων ἐν Μεγάλῃ πόλει τῆς Ἀρκαδίας.

(ANTANDRIORUM.)

100.

Antandrus, urbs sub Ida monte ad Mysiam Æolidis, nomen habet ab Antandro Æolum duce. Gentile Antandrius. Aristoteles tradit eam nominatam esse Edonidem, quod Edones Thraces inhabitaverint, et Cimmeridem, quod Cimerii tenuerint eam per annos centum.

ARGIVORUM.

102.

Fuerit etiam phidon vas quoddam olei certam mensuram continens, a Phidoniis mensuris denominatum, de quibus in Argivorum Republica exponit Aristoteles.

103.

Asinem Dryopum habitaculum fuisse dicunt, quos ex regionibus circa Spercheum sitis Dryopos Arcadis filius huc deduxerit, ut Aristoteles dicit, aut quos e Doride circa Parnassum terra Hercules ejecerit.

104.

Videtur poeta velut divinando Mycenæ excidium innuere, quam de tribus hisce urbibus afflictam atque eversam Aristoteles narravit.

COMMUNIS ARCADUM.

105.

Decies mille viri in urbe Megalopoli. Demosthenes in Oratione contra Æschinem. Est commune totius Arcadiæ concilium, cujus sæpe mentionem faciunt historici. Disserit de iis etiam Aristoteles in communi Arcadum Republica, statim initio libelli.

Digitized by Google

ΑΧΑΙΩΝ.

105b (475).

Photius Biblioth. cod. 161, p. 104, B, 42 Bekk. de Sopatri sophistæ historiarum Eclogis : Ὁ δὲ δωδέκατος αὐτῷ λόγος συνήθροισται ἐξ ἄλλων τε διαφόρων καὶ... ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Πολιτειῶν, Θετταλῶν τέ φημι καὶ Ἀχαιῶν καὶ Παρίων Λυκίων τε καὶ Κίων, καὶ ὧν ἐκεῖνος ἁπλῶς ἐν τοῖς πολιτικοῖς αὐτοῦ διαλαμβάνει.

www.libtool.com.cn

BOTTIAIΩN.

106 (476).

Plutarch. V. Thesei c. 15 : Ὅτι μὲν οὖν Ἀνδρόγεω περὶ τὴν Ἀττικὴν ἀποθανεῖν δόλῳ δόξαντος, ὅ τε Μίνως πολλὰ κακὰ πολεμῶν εἰργάζετο τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸ δαιμόνιον ἔφθειρε τὴν χώραν· ἀφορία τε γὰρ καὶ νόσος ἐνέσκηψε πολλὴ καὶ ἀνέδυσαν οἱ ποταμοί· καὶ τοῦ θεοῦ προστάξαντος ἱλασαμένους τὸν Μίνω καὶ διαλλαγεῖσι λωφήσειν τὸ μήνιμα καὶ τῶν κακῶν ἔσεσθαι παῦλαν, ἐπικηρυκευσάμενοι καὶ δεηθέντες ἐποιήσαντο συνθήκας, ὥστε πέμπειν δι' ἐννέα ἐτῶν δασμὸν ἠϊθέους ἑπτὰ καὶ παρθένους τοσαύτας, ὁμολογοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν συγγραφέων. Τοὺς δὲ παῖδας εἰς Κρήτην κομιζομένους ὁ μὲν τραγικώτατος μῦθος ἀποφαίνει τὸν Μινώταυρον ἐν τῷ λαβυρίνθῳ διαφθείρειν... c. 16 : Φιλόχορος δέ φησιν οὐ ταῦτα συγχωρεῖν Κρῆτας, ἀλλὰ λέγειν (cf. fr. 38. Müll.)... Ἀριστοτέλης δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Βοττιαίων Πολιτείᾳ δῆλός ἐστιν οὐ νομίζων ἀναιρεῖσθαι τοὺς παῖδας ὑπὸ τοῦ Μίνω, ἀλλὰ θητεύοντας ἐν τῇ Κρήτῃ καταγηράσκειν· καί ποτε Κρῆτας εὐχὴν παλαιὰν ἀποδιδόντας ἀνθρώπων ἀπαρχὴν εἰς Δελφοὺς ἀποστέλλειν, τοῖς δὲ πεμπομένοις ἀναμιχθέντας ἐγγόνους ἐκείνων συνεξελθεῖν· ὡς δὲ οὐκ ἦσαν ἱκανοὶ τρέφειν ἑαυτοὺς αὐτόθι, πρῶτον μὲν εἰς Ἰταλίαν διαπεράσαι κἀκεῖ κατοικεῖν περὶ τὴν Ἰαπυγίαν, ἐκεῖθεν δὲ αὖθις εἰς Θρᾴκην κομισθῆναι καὶ κληθῆναι Βοττιαίους· διὸ καὶ τὰς κόρας τῶν Βοττιαίων θυσίαν τινὰ τελούσας ἐπᾴδειν « Ἴωμεν εἰς Ἀθήνας. »

Eundem morem tangit Plutarchus in Quæst. Græc. c. 35 : Τί δή ποτε ταῖς κόραις τῶν Βοττιαίων ἔθος ἦν λέγειν χορευούσαις· « Ἴωμεν εἰς Ἀθήνας »; Κρῆτές φασιν εὐξαμένους ἀνθρώπων ἀπαρχὴν εἰς Δελφοὺς ἀποστεῖλαι, τοὺς δὲ πεμφθέντας ὡς ἑώρων οὐδεμίαν οὖσαν εὐπορίαν, αὐτόθεν εἰς ἀποικίαν ὁρμῆσαι· καὶ πρῶτον μὲν ἐν Ἰαπυγίᾳ κατοικῆσαι, ἔπειτα τῆς Θρᾴκης τοῦτον τὸν τόπον κατασχεῖν, ἀναμεμιγμένων αὐτοῖς Ἀθηναίων· ἔοικε γὰρ μὴ διαφθείρειν ὁ Μίνως οὓς ἔπεμπον Ἀθηναῖοι κατὰ τὸν δασμὸν ἠϊθέους, ἀλλὰ κατέχειν παρ' ἑαυτῷ λατρεύοντας. Ἐξ ἐκείνων οὖν τινὲς γεγονότες καὶ νομιζόμενοι Κρῆτες εἰς Δελφοὺς συναπεστάλησαν· ὅθεν αἱ θυγατέρες τῶν Βοττιαίων ἀπομνημονεύουσαι τοῦ γένους ἦδον ἐν ταῖς ἑορταῖς· « Ἴωμεν εἰς Ἀθήνας. »

Ab his diversa narrat Conon c. 25. Utramque fabulam tangit Strabo VI, p. 279 et 282.

ΓΕΛΩΩΝ.

107 (477).

Schol. Pindari Pyth. I, 89 : Καμάτων δ' ἐπίλασιν παράσχοι : Καμάτων φησὶ τῶν συνεχόντων τὸν Ἱέρωνα ἐκ τοῦ νοσήματος τῆς λιθουρίας. Φησὶ γάρ που καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Γελώων Πολιτείᾳ, Γέλωνα τὸν τοῦ Ἱέρωνος ἀδελφὸν ὑδέρῳ νοσήματι τὸν βίον τελευτῆσαι, αὐτὸν δὲ τὸν Ἱέρωνα, ἐν τῇ τῶν Συρακουσίων Πολιτείᾳ, δυσουρίᾳ δυστυχῆσαι.

Cf. Plutarch. de Pythiæ orac. c. 19 : Ἴστε τοίνυν, ὅτι Γέλων μὲν ὑδρωπικῶν, Ἱέρων δὲ λιθιῶν ἐτυράννησεν· ὁ δὲ τρίτος Θρασύβουλος (tertius scilicet Dino-

---

BOTTIÆORUM.

106.

Ipse quoque Aristoteles in Bottiæorum Republica fatetur non arbitrari se a Minoe interfectos fuisse liberos (quos Athenienses mittebant, scil.), sed mercenariam vitam agentes in Creta consensuisse, ac Cretenses aliquando ad vetera persolvenda vota hominum misisse primitias Delphos, atque cum his qui mittebantur, mistam illorum Atheniensium sobolem una emigrasse. Qui quum victum sibi quærere in illis locis non valerent, in Italiam transmisisse primum, atque illic sedes circa Iapygiam collocasse : inde rursus delatos in Thraciam, et dictos Bottiæos : quapropter Bottiæorum virgines sacris quibusdam accinere solebant : Eamus Athenas.

Cur Bottiæorum virginibus mos fuit choreas ducentibus dicere : Eamus Athenas? Cretenses, ut perhibetur, ex voto primitias hominum Delphos miserunt. Missi quum viderent nullam ibi rerum copiam esse, inde in coloniam profecti primum incoluerunt Iapygiam, post Thraciæ istam partem, quæ Bottiæorum dicitur, obtinuerunt permixtis Atheniensibus. Apparet enim adolescentes, qui tributi nomine ab Atheniensibus mittebantur, a Minoe non fuisse interfectos, sed pro servis detentos. Horum ergo aliqui facti et habiti Cretenses, una cum reliquis Delphos missi erant. Itaque Bottiæorum filiæ gentis suæ memoriam celebrantes, in festivitatibus canebant : « Eamus Athenas. »

GELOORUM.

107.

Aristoteles in Geloorum Republica alicubi dicit Gelonem Hieronis patrem hydrope mortuum esse; Hieronem vero

Digitized by Google

menis filius) ἐν στάσεσι καὶ πολέμοις γενόμενος χρόνον οὐ πολὺν ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς.

ΔΕΛΦΩΝ.

www.hbtool.com.cn

107 (477).

Proverb. Coll. III apud E. Miller, *Mélanges de littérature grecque*, Paris, 1868, p. 369 : Τὸ Αἰσώπειον αἷμα. Αὕτη λέγεται κατὰ τῶν δυσαποτρίπτους ὀνείδεσι περιπεπτωκότων· τοῖς γὰρ Δελφοῖς ἀνελοῦσι τὸν Αἴσωπον συνέβη δαιμόνιον χαλεπῆναι, ὡς μέμνηται καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Δελφῶν Πολιτείᾳ.

Idem proverbium legitur apud Zenob. I, 47, Diogen. I, 46, Suidam s. v., apud quos δυσαπονίπτοις (v. l. δυσαπορρίπτοις) scriptum est, cf. Prov. Coll. IV apud Miller. l. l. p. 376 : Αἰσώπειον αἷμα. Ἐπὶ τῶν δυσαπονίπτοις ὀνείδεσι κακοῖς (καὶ κακοῖς Suid. fortasse κακῶς) συνεχομένων· παρόσον Δελφοὶ τοῦτον ἀνελόντες πολλαῖς δι' αὐτὸν θεομηνίαις ὑπέπεσον ἀεὶ τὸν τούτου φόνου ὀνειδιζόμενοι. Rei mentio facta est apud Heraclidem in Republica Magnetum p. 20, 7 Schneidew : Φᾶμις. ἄρχων ἦν καὶ τούτου τοὺς υἱοὺς ὡς ἱεροσύλους συνέλαβον θύοντας. Ὅπερ φασὶ καὶ περὶ Αἴσωπον γεγονέναι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ διεφθάρη, φιάλης χρυσῆς φωραθείσης ἐν τοῖς στρώμασιν αὐτοῦ. Inde suspicatus est Schneidewinus narrationem apud Scholiast. ad Aristoph. Equites v. 1446 ex Aristotele petitam fuisse. Cf. Plutarch. De sera numinis vind. c. 12, Libanius Decl. XXXIX, p. 687, A. Æsopum in Samiorum quoque Republica nominaverat Aristoteles.

ΔΗΛΙΩΝ.

108 (478).

Plinius Hist. nat. IV, 22 : *Hanc* (*Delum* scil.) Aristoteles *ita appellatam tradit, quoniam repente apparuerit enata.* Cf. Etymol. Magn. p. 264, 22 : Δῆλος... Εἴρηται ὅτι κρυπτομένην αὐτὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁ Ζεὺς δήλην ἐποίησε καὶ ἀνέδωκεν et ib. v. 30 : Καὶ τὴν νῆσον ἐκάλεσε Δῆλον, ὅτι ἐξ ἀδήλου βάσεως ἐρριζώθη, quæ e scholio in Il. α, 9 desumpta leguntur quoque apud Eustath. in Dionys. Perieg. v. 525. Aliter Eustath. in Odyss. p. 1557, 54 : Ὡς δὲ ἱερὰ ἡ Δῆλος Ἀπόλλωνος ὅ ἐστιν Ἥλιου δι' οὗ δῆλα γίνεται τὰ περὶ γῆν, ἐν ἄλλοις ἐγράφη. Similis narratio de Rhodo apud Heraclid. Pontic. p. 26, 1, Schneidew. Cf. Plin. Hist. nat. II, 89 : *Claræ jam pridem insulæ Delos et Rhodos memoriæ produntur enatæ.*

109 (479).

Diogenes Laert. VIII, 13 : Ἀμέλει καὶ βωμὸν προσκυνῆσαι (Πυθαγόραν φασίν scil.) μόνον ἐν Δήλῳ τὸν Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὃς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ Κερατίνου, διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρός, ἱερεῖον δὲ μηδέν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων Πολιτείᾳ.

Iamblichus de Vita Pythag. c. 5 § 25 : Λέγεται δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι αὐτὸν περὶ τὴν Δῆλον, προσελθόντα μόνον (ita scrib. pro αὐτὸν) πρὸς τὸν ἀναίμακτον, λεγόμενον καὶ τοῦ γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμὸν καὶ τοῦτον θεραπεύσαντα. Id. c. 7 § 35 : Καθάπερ καὶ πρότερον ὅτε εἰς Δῆλον κατέπλευσεν· ἐκεῖ τε γὰρ πρὸς μόνον τὸν βωμὸν τὸν τοῦ γενέτορος Ἀπόλλωνος προσευξάμενος, ὃς μόνος ἀναίμακτός ἐστιν, ἐθαυμάσθη παρὰ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ.

110 (480).

Athen. VII, p. 296, C. : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Δηλίων Πολιτείᾳ (Γλαῦκόν φησι τὸν θαλάττιον δαίμονα) ἐν Δήλῳ κατοικήσαντα μετὰ τῶν Νηρηίδων τοῖς θέλουσι μαντεύεσθαι. Cf. Gædechens, *Glaukos der Meergott*, Gotting. 1860, p. 46.

---

idem in Syracusanorum Republica refert urinæ difficultate laborasse.

DELPHORUM.

107.

Æsopeus sanguis. Proverbium dicitur de iis qui criminibus a quibus purgari difficile est circumventi sunt. Factum est enim ut numen Delphis qui Æsopum occiderant irasceretur, quemadmodum Aristoteles quoque in Delphorum Republica narrat.

DELIORUM.

109.

Pythagoram aiunt in Delo solam Apollinis genitoris aram, quæ pone aram ceratinam (*corneam*) est adorasse, quod frumentum et hordeum et placentas solas illi absque usu ignis imponere soleant, ceterum nullas victimas, ut Aristotelis in Deliorum Republica testimonio probatur.

110.

Aristoteles in Deliorum Republica Glaucum in Delo insula habitantem cum Nereidibus, volentibus vaticinari ait.

Digitized by Google

(ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ.)

111 (481).

Strabo VIII, p. 374 : Ἡ Ἐπίδαυρος δ' ἐκαλεῖτο Ἐπίκαρος· φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης κατασχεῖν αὐτὴν Κᾶρας ὥσπερ καὶ Ἑρμιόνην, τῶν δ' Ἡρακλειδῶν κατελθόντων Ἴωνας αὐτοῖς συνοικῆσαι τοὺς ἐκ τῆς Ἀττικῆς τετραπόλεως συνεπομένους εἰς Ἄργος.

Codd. omnes pro Ἐπίκαρος, Ἐπίταυρος, quod emendavit Casaubonus ex Steph. Byz. s. v. Ἐπίδαυρος... Κατὰ δὲ τὸν γεωγράφον καὶ Ἐπίκαρον αὐτὴν οἴονταί τινες ὡς Καρῶν αὐτήν ποτε κατεχόντων. Ἐπίκαρος habet Epitome Strab. Vatic. et Eustathius qui Strabonem exscripsit, in Iliad. p. 287. Cf. Al. Politus in comm. ad Eustathium, Florent. 1732, t. I, p. 603.

(ΕΡΜΙΟΝΕΩΝ.)

112 (482).

Schol. in Theocrit. Id. XV, 64 : Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥρην : Φησὶν ὅτι τὰ πάντα αἱ γυναῖκες γινώσκουσι καὶ ὅπως ὁ Ζεὺς λάθρᾳ τῇ Ἥρᾳ συνῆλθε. Καὶ Ὅμηρος·

Εἰς εὐνὴν φοιτῶντε φίλους λήθοντε τοκῆας.
(Il. ξ, 296.)

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ τῆς Ἑρμιόνης ἱερῶν ἰδιώτερον ἱστορεῖ περὶ τοῦ Διὸς καὶ [τῆς] Ἥρας γάμου. Τὸν γὰρ Δία μυθολογεῖ ἐπιβουλεύειν τῇ Ἥρᾳ μιγῆναι, ὅτε αὐτὴν ἴδοι χωρισθεῖσαν ἀπὸ τῶν ἄλλων θεῶν. Βουλόμενον δὲ ἀφανῆ γενέσθαι καὶ μὴ ὀφθῆναι ὑπ' αὐτῆς, τὴν ὄψιν μεταβάλλειν εἰς κόκκυγα καὶ καθίσαι εἰς ὄρος, ὃ πρῶτον μὲν Θόρναξ (Θρόναξ vulg. quod corr. Hemsterh.) ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ Κόκκυξ. Καὶ χειμῶνα ποιῆσαι δεινὸν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Τὴν δὲ Ἥραν πορευομένην μόνην ἀφικέσθαι πρὸς τὸ ὄρος καὶ καθέζεσθαι ἐπ' αὐτό, ὅπου νῦν ἐστὶν ἱερὸν Ἥρας τελείας. Τὸν δὲ κόκκυγα ἰδόντα καταπετασθῆναι καὶ καθεσθῆναι ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτῆς, περιρώτα καὶ ριγῶντα διὰ τὸν χειμῶνα. Τὴν δὲ Ἥραν ἰδοῦσαν αὐτὸν οἰκτεῖραι καὶ περιβαλεῖν τῇ ἀμπεχόνῃ. Τὸν δὲ Δία εὐθέως μεταβαλεῖν τὴν ὄψιν καὶ ἐπιλαβέσθαι τῆς Ἥρας. Τῆς δὲ τὴν μῖξιν παραιτουμένης διὰ τὴν μητέρα, αὐτὸν ὑποσχέσθαι γυναῖκα ταύτην ποιήσασθαι. Καὶ παρ' Ἀργείοις δὲ οἱ μέγιστα τῶν Ἑλλήνων τιμῶσι τὴν θεόν, τὸ ἄγαλμα τῆς Ἥρας ἐν τῷ ναῷ καθήμενον ἐν θρόνῳ τῇ χειρὶ ἔχει σκῆπτρον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ σκήπτρῳ Κόκκυξ [ἐπικάθηται].

De nomine Aristotelis plerique dubitaverunt: ita, ne de Wartono loquar, Ἀριστοφάνης scribendum esse conjicienti, Prellerus ad Polemon. Perieg. fr. p. 59 Ἀριστείδης malebat, C. Müllerus vero cum Grashofio Ἀριστοκλῆς, quod unice probat Rosius. Nec minor est dubitatio de verbis ἐν τῷ περὶ Ἑρμιόνης ἱερῶν, quæ est Toupii et Hemsterhusii emendatio, pro eo quod in codd. legitur ἱερῷ. Cf. Welcker, *Kleine Schriften*, t. V, p. 13. Pro sequenti ἰδιώτερον, pro quo in cod. Florent. ἢ διατριβῇ exstare dicitur, Kiesslingius διατριβῇ recepit, unde Grashof. l. l. p. 143 conjecit ἐν τῇ περὶ Ἥρας καὶ Διὸς ἱερῶν διατριβῇ. Erroris causam e compendio ortam indicavit Dübnerus v. cl. in annot. crit. in Schol. ad Theocrit., ed. Didot. p. 161, apud quem et reliqua lectionis varietas enotata est. Cf. *Scholia codicis Ambrosiani* 222 *in Theocritum* ed. Ziegler, Tubing. 1867, p. 89. Ceterum totus hic locus exstat quoque in Eudociæ Violario, p. 202, omisso tamen auctoris nomine et initio τὸν Δία μυθολογοῦσι. Pro illo deinde : ὅπου νῦν ἐστὶν ἱερὸν Ἥρας τελείας ibi legitur ὅπου τὸ ἱερὸν μετέπειτα αὐτῆς ἵδρυτο τελείας Ἥρας ἐπονομασθέν : postea vero simili errore quo Scholiastes Θρό-

(EPIDAURIORUM.)

111.

Epidaurus olim nominabatur Epicarus : etenim Cares olim urbem tenuisse sicuti etiam Hermionem refert Aristoteles; sub reditu vero Heraclidarum cohabitasse cum iis Ione, qui una cum Heraclidis ex tetrapoli Attica in Argolidem venissent.

(HERMIONENSIUM.)

112.

Aristoteles ubi de Hermiones sacris agit, peculiare quiddam de Jovis et Junonis nuptiis narrat. Etenim Jovem fabulatur voluisse cum Junone consuescere simulac eam a reliquis deabus separatam offenderet. Quum vero invisibilis fieri neque conspici ab ea vellet, in cuculum se mutavit, conseditque in monte, qui olim Thornax vocabatur, nunc appellatur Coccyx. Porro die isto Jovem narrat ingentem excitasse tempestatem; Junonem autem solem ad montem hunc venientem consedisse eo loco, ubi nunc est fanum Junonis Pronubæ. Tunc cuculum tempestate rigentem et trementem in genua Junonis devolasse ibique consedisse. Junonem misertam veste eum sua texisse. Jovem statim mutata forma Junonem comprehendisse, eique matris causa concubitum deprecanti promisisse se uxorem ipsam ducturum esse. Quare apud Argivos, qui præ ceteris Græcis deam hanc colunt, signum Junonis in templo throno insidens manu tenet sceptrum, sceptroque insidet cuculus.

Digitized by Google

ναξ habet, de quo ita Pausanias II, 36, 2 : Ἔστι δ' οὖν ὁδὸς καὶ ἐς ταύτην τοῦ τε Πρωνοῦ μέση, καὶ τοῦ Θόρνακος καλουμένου τὸ ἀρχαῖον. Ἀπὸ δὲ τῆς Διὸς ἐς κόκκυγα τὸν ὄρνιθα ἀλλαγῆς λεγομένης ἐνταῦθα γενέσθαι μετονομασθῆναι τὸ ὄρος φασίν. Ἱερὰ δὲ καὶ ἐς τόδε ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀρῶν, ἐπὶ μὲν τῷ Κοκκυγίῳ Διός, ἐν δὲ τῷ Πρωνί ἐστιν Ἥρας. De cuculo in sceptro Junonis considenti idem narrat II, 17, 4. Inde perspicitur rem, si ab Aristotele narrata erat (narrari autem potuit eodem plane modo quo a Pausania narrata est, qui hæc adscripsit l. l.: Τοῦτον τὸν λόγον, καὶ ὅσα ἐοικότα εἴρηται περὶ θεῶν, οὐκ ἀποδεχόμενος γράφω, γράφω δὲ οὐδὲν ἧσσον), ad nullum melius librum referri quam ad Hermionensium Politiam. Talem vero ab Aristotele conscriptam fuisse satis manifesto declarant quæ in præcedenti fragmento allata sunt Strabonis verba. Deinde ipsam narrationem antiquissimam et cum urbis origine conjunctam fuisse, immo inde Hermionenses, etsi ridicula etymologia, nomen derivasse, Stephanus Byzant. testatur s. v. : Ἑρμιὼν καὶ Ἑρμιόνη, ἀπὸ τῆς Ἑρμιόνος γενικῆς... ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λακέρεια. Ἕρμιον δὲ ἀπὸ τὸν Δία καὶ τὴν Ἥραν ἐνταῦθα ἀπὸ Κρήτης ἀφικομένους ὁρμισθῆναι, καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς ε, ὅθεν καὶ ἱερὸν Ἥρας παρθένου (immo τελείας) ἦν ἐν αὐτῇ. Minime igitur cum C. Müllero de Cerere Hermione cogitandum, licet deæ nomen et urbis idem fortasse fuerit. Cf. Hesych. et Phot. s. v., Athen. XIV, p. 624, 655 et Lobeck. *Paralipom. gramm. græc.*, t. I, p. 299. De hujus Cereris sacris apud Hermionenses locutus erat Aristocles quidam, versibus elegiacis quos affert Ælianus Hist. An. XI, 4. Cf. C. Mülleri, Fragm. Hist. t. IV, p. 330.

ΗΛΕΙΩΝ.

113 (483).

Harpocration s. v. Ἑλλανοδίκαι : Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Καλλίπου πρὸς Ἠλείους. Ἀριστοτέλης Ἠλείων Πολιτείᾳ τὸ μὲν πρῶτόν φησιν ἕνα καταστῆσαι τοὺς Ἠλείους Ἑλλανοδίκην, χρόνου δὲ διελθόντος β', τὸ δὲ τελευταῖον θ'. Eadem Suidas, Aristotelis nomine omisso.

114 (484).

Strabo VIII, p. 345 : Οἱ μὲν γὰρ ὅλην τὴν νῦν Ἠλείαν, ἀπὸ τῆς Μεσσηνίας μέχρι Δύμης, Καυκωνίαν λέγεσθαί φασιν. Ἀντίμαχος οὖν Ἐπειοὺς καὶ Καύκωνας ἅπαντας προσαγορεύει· τινὲς δὲ ὅλην μὲν μὴ κατασχεῖν αὐτούς, δίχα δὲ μεμερισμένους οἰκεῖν, τοὺς μὲν πρὸς τῇ Μεσσηνίᾳ κατὰ τὴν Τριφυλίαν, τοὺς δὲ πρὸς τῇ Δύμῃ κατὰ τὴν Βουπρασίδα καὶ τὴν κοίλην Ἦλιν. Ἀριστοτέλης δ' ἐνταῦθα μάλιστα οἶδεν ἱδρυμένους αὐτούς. Καὶ δὴ τοῖς ὑφ' Ὁμήρου λεγομένοις ὁμολογεῖ μᾶλλον ἡ ὑστάτη ἀπόφασις τό τε ζητούμενον πρότερον λαμβάνει λύσιν.

Inter Homericas quæstiones memorat Strabo, cf. Odyss. γ, 366 indeque C. Müllerus (fr. 93) ad Ἀπορήματα Ὁμηρικὰ pertinere putabat.

ΗΠΕΙΡΩΤΩΝ.

115 (485).

Stephan. Byzant. s. v. Ἀμύνται : Ἔθνος Θεσπρωτικόν, « μένος πνείοντες Ἀμύνται ». Καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Ἠπειρωτῶν Πολιτείᾳ.

Versus particulæ ut Meineke in *Analectis Alexandrinis*, p. 188, et C. Müller. suspicati sunt, Rhiani videntur esse.

ΘΕΤΤΑΛΩΝ.

Vide quæ supra e Photii Bibl. in Sopatri excerptis c. 161 allata sunt, ad Achæorum Politiam fr. 105 [b].

116 (486).

Junius Philargyrius in Virgilii Georg. II, 97: *Sunt et Aminææ : Aminæos* ARISTOTELES *in Politicis* (*Politiis* corr.) *hoc scribit Thessalos fuisse, qui suæ regionis vites in Italiam transtulerint, atque illis inde nomen dederint.*

ELEORUM.

113.

Aristoteles in Eleorum Republica dicit primum quidem unum tantum Hellanodicam Eleos instituisse, postea duos, postremo novem.

114.

Etenim nonnulli Eleam universam Cauconiam appellatam esse dicunt. Itaque Antimachus Epeos et Caucones omnes appellat; alii vero non totam Eleam eos tenuisse volunt, sed bifariam divisos habitasse, alteros ad Messeniam in Triphylia, alteros ad Dymen in Bupraside et in cava Elide. Aristoteles vero hoc postremo maxime loco eos consedisse novit. Quæ quidem sententia magis convenit cum verbis Homeri, atque sic etiam quod antea quærebatur, jam explicationem invenit.

EPIROTARUM.

115.

Amyntæ populus Thesproticus, Aristoteles in Epirotarum Republica.

Digitized by Google

Vites Aminæas antiquissimas fuisse tradit Columella de Re rust. III, 9 : *Quum vetustissimas quasque vineas adhuc existimemus Aminæas.* Huc fortasse et Hesychii glossa spectat : Ἀμιναῖον· δι' ἑνὸς ν, τὸν οἶνον λέγει· ἡ γὰρ Ἡυκετία Ἀμιναία λέγεται. Alia nominis etymologia apud Macrobium legitur Saturnal. III, 20, 6. Ceterum fragmentum potius ad Italicam quandam rempublicam pertinuisse videtur.

117 (487).

Eustath. in Odyss. ν, 408, p. 1746, 66 : Παυσανίας δέ φησιν ὅτι Βοιωτοῖς ἔχρησεν ὁ θεός, ἔνθα λευκοὶ κόρακες αὐτοῖς ὀφθῶσιν, ἐκεῖ κατοικεῖν. Ἰδόντες οὖν φησὶ κόρακας πετομένους περὶ τὸν Παγασητικὸν κόλπον, οὓς ἄκακοι παῖδες ἐγύμνωσαν, ἐκεῖ ᾤκησαν καλέσαντες τὸ χωρίον Κόρακας· ὕστερον δὲ Αἰολεῖς ἐκβαλόντες αὐτοὺς ἔπεμπον ἐκεῖ τοὺς φυγαδευομένους, Ὁ δ' αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ λοιμοῦ κατασχόντος καὶ κοράκων πολλῶν γενομένων τοὺς ἀνθρώπους θηρεύοντας αὐτοὺς καὶ περικαθαίροντας ἐπαοιδαῖς ἀφιέναι ζῶντας καὶ ἐπιλέγειν τῷ λοιμῷ· Φεῦγ' εἰς κόρακας.

Eadem Photius s. v. Ἐς κόρακας, Apostol. VII, 99. In Etymol. Gudian. p. 34, 35 s. v. Ἀπεσκοράκιζεν, plurima corrupta sunt. Priorem proverbii explicationem Zenobius ita dat III, 87 : Ἐς κόρακας. Ἐν Θεσσαλίᾳ τόπος ἐστὶ Κόρακες, ὅπου τοὺς κακούργους ἔβαλλον· ὅθεν ἡ παροιμία. Μέμνηται δὲ ταύτης Μένανδρος συνεχῶς. Λέγουσι δὲ ὅτι Βοιωτοῖς Ἄρνην (cf. O. Müller. *Orchomenos u. die Minyer* p. 385) ποτὲ οἰκοῦσι προείρητο ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐκπεσεῖσθαι τῆς χώρας λευκῶν κοράκων φανέντων. Νεανίσκοι δέ ποτε μεθυσθέντες καὶ συλλαβόντες κόρακας, γυμνώσαντες ἀφῆκαν πέτεσθαι. Ἰδόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ ἐταράχθησαν ὡς τῆς μαντείας λαβούσης τὸ τέλος. Καὶ φοβηθέντες οἱ νεανίσκοι τὸν θόρυβον, φυγόντες ᾤκησάν τινα τόπον ὃν ἐκάλεσαν Κόρακας. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκβαλόντες τοὺς Βοιωτοὺς οἱ Αἰολεῖς (ita male pro Θεσσαλοὶ) ἔσχον τὴν Ἄρνην οἰκείαν οὖσαν καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας μεθιστᾶσιν εἰς τοὺς Κόρακας καλουμένους. Post hanc explicationem, alia interposita : Οἱ δέ, ὡς τοῦ ζώου ἀναιδοῦς καὶ δυσοιωνιστικοῦ τῶν ἀνθρώπων ὄντος, Aristotelis quoque adjecit Suidas. Cf. Schol. Aristoph. Nubes, v. 133, Schol. Clement. Alexandr. t. IV, p. 97 ed. Klotz.

Fragmentum ad librum περὶ Παροιμιῶν retulit Müllerus (fr. 280) quem nullum fuisse puto. Ad Politias potius referendum videtur etsi fortasse non ad Thessalorum.

118 (488).

Harpocration s. v. Τεταρχία : Δημοσθένης Φιλιππικοῖς (III, § 26). Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας ἕκαστον μέρος τετρὰς ἐκαλεῖτο, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Θετταλικοῖς. Ὄνομα δέ φησιν εἶναι ταῖς τετράσι Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν. Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν Πολιτείᾳ ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ Πυρροῦ διηρῆσθαί φησιν εἰς δ' μοίρας τὴν Θετταλίαν. Εἴη ἂν οὖν λέγων ὁ Δημοσθένης τὴν τετραρχίαν. Ὅτι δὲ Φίλιππος καθ' ἑκάστην τούτων τῶν μοιρῶν ἄρχοντα κατέστησε δεδηλώκασιν Ἄλλοι τε καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ μδ'.

Eadem Photius et Suidas. De Aleua cui cognomen rufo erat cf. Plutarch. de Fraterno amore c. 21.

119 (489).

Schol. A (Vatic.) ad Eurip. Rhesum v. 307 (t. I, p. 28, 17 Dind.) : Πολλὰ πελταστῶν τέλη : Πέλτη ἀσπίς ἐστιν ἵτυν οὐκ ἔχουσα, καθάπερ φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν Θεσσαλῶν Πολιτείᾳ γράφων οὕτως· « Διελὼν δὲ τὴν πόλιν Ἀλεύας ἔταξε κατὰ (ita Pflugk. et Ros. pro καὶ) τὸν κλῆρον παρέχειν ἑκάστους, ἱππέας μὲν τεσσαράκοντα, πελταστὰς (cod. ὁπλίτας quod corr. Cobet. et Pflugk.) δὲ ὀγδοήκοντα. Ἦν δὲ ἡ πέλτη ἀσπὶς ἵτυν οὐκ ἔχουσα [οὐδ'] ἐπίχαλκος [οὐδὲ βοὸς ἀλλ'] αἰγὸς [ἢ οἰὸς] δέρματι περιτεταμένη, καὶ τριάκοντα [ὁπλίτας] οἳ (ita Cobet.

THESSALORUM.

117.

Aristoteles, Pausania teste, narrat peste grassante quum corvi adessent permulti, homines eos cepisse et purgantes incantationibus dimisisse vivos, simulque post dixisse : *Fuge ad corvos.*

118.

Aristoteles in communi Thessalorum Republica sub Aleua qui cognomen rufi habebat Thessaliam in quattuor partes divisam esse ait.

119.

Πέλτη, clypeus est umbone carens, ut dicit Aristoteles in Thessalorum Republica, ita scribens : « Urbe divisa Aleuas jussit [singulos] secundum censum præbere equites quadraginta, peltastas octoginta. Pelta vero clypeus erat umbone destitutus, neque ære factus, obductus vero non bovina sed caprina sive ovina pelle. Præterea vero triginta qui longam hastam gerebant quæ σχέδιον vocabatur. »

Digitized by Google

pro ἢ) μακρὸν δόρυ πάντες ἐφόρουν ὃ σχέδιον ἐκαλεῖτο.

Suppleri hæc debent e Schol. ad Plat. Leges p. 453 Bekk. : Πέλτη ἐστὶν εἶδος ἀσπίδος, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης, ἧτις ἴτυν οὐκ ἔχει, οὐδ' ἔστιν ἐπίχαλκος, οὐδὲ βοός, ἀλλ' αἰγὸς δέρματι περιτεταμένη : quæ, omisso Aristotelis nomine, exstant quoque apud Photium s. v. Πελτασταί et in Lexic. Rhet. Seguer. p. 297, 8 ubi tamen, post αἰγός additur ἢ ὑός, pro quo Eustathius, duobus in locis eandem descriptionem exhibens, in Iliad. p. 905, 59 et 911, 64 Rom., veriorem scripturam ἢ οἰός præbet. Cf. præterea Hesych. s. v. Πέλτη, Etym. M. p. 660, 25, Timæus Lex. Plat. s. v., Schol. Eurip. Alcest. v. 516. Ad eundem Aristotelis locum sine dubio spectat Hesychii glossa : Σχέδιον. Τὸ δόρυ, ὃ μὴ ἀκοντίζεται. Ἢ τὸ ἀνευπρεπῶς γενόμενον. Ἢ ἐκ τοῦ σύνεγγυς.

Rosii conjecturæ pro τὴν πόλιν, τὰς πόλεις scribentis, illud obstat, quod vix statui poterit singulis urbibus eundem numerum militum imperatum fuisse, ita ut potius de una tantummodo urbe locutum esse Aristotelem credam. Error vero fortasse in voce ἑκάστους latet, totusque locus in hunc modum scriptus erat : Παρέχειν εἴκοσι μὲν ἱππέας, τεσσαράκοντα [δ'] ὁπλίτας, [πελταστὰς] δὲ ὀγδοήκοντα. Triginta vero qui postea nominantur item erant peltastæ aliter vero armati. Ratio numerorum ita jam optime conveniet cum simillimo loco qui apud Xenophontem legitur Hellen. VI, 1, 19 : Ἐπεί γε μὴν ἐτάγευσε, διέταξεν ἱππικόν τε ὅσον ἑκάστη πόλις δυνατὴ ἦν παρέχειν καὶ ὁπλιτικόν. Καὶ ἐγένοντο αὐτῷ ἱππεῖς μὲν σὺν τοῖς συμμάχοις πλείους ἢ ὀκτακισχίλιοι, ὁπλῖται δὲ ἐλογίσθησαν οὐκ ἐλάττους δισμυρίων, πελταστικόν γε μὴν ἱκανὸν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀντιταχθῆναι. Aliter de loco statuit Prellerus, *Philologus*, t. III, p. 139, qui pro τριάκοντα legi vult τρι' ἀκόντια, servata in sequentibus codicum lectione ἢ.

120 (490).

Athen. XI, p. 499, B : Λάγυνον δὲ μέτρου λέγουσιν εἶναι ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς χοῦς καὶ κοτύλης, χωρεῖν δ' αὐτὸ κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα. Καὶ ἐν Πάτραις δέ φασι τοῦτ' εἶναι τὸ μέτρον τὴν λάγυνον. Ἀρσενικῶς δὲ εἴρηκε τὸν λάγυνον Νικόστρατος... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Θετταλῶν Πολιτείᾳ θηλυκῶς λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Θετταλῶν τὴν λάγυνον. Καὶ Ῥιανός... Οὐδετέρως δὲ Δίφιλος ἐν Ἀδελφοῖς εἴρηκεν. Cf. Moeris p. 202, 19 Bekk.: Λάγυνος ἀρρενικῶς Ἀττικοί, θηλυκῶς Ἕλληνες, Pollux X, 72

121 (491).

Ammonius de Differ. voc. p. 147 Valcken. s. v. Χλαμὺς καὶ χλαῖνα διαφέρει, καθὸ διὰ πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι δευτέρου Ἰλιάδος (β, 183). Ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωικὸν φόρημα, χλαμὺς δὲ Μακεδονικόν, μετὰ ἑξακόσια ἔτη τῶν ἡρωικῶν ὀνομασθεῖσα Σαπφοῖ· πρώτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος. Διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ σχήματι· ἡ μὲν γὰρ χλαῖνα τετράγωνον, φησίν, ἱμάτιον, ἡ δὲ χλαμὺς εἰς τέλειον (εἰς κύκλον scribend. videtur Rosio, collato Ptolemæo Ascal. apud Valcken. : Ἡ δὲ χλαμὺς Μακεδόνων ἐστὶν εὕρημα καὶ ἔχει κυκλοτερῆ τὰ κάτω) περὶ τὰ κάτω συνῆκται· καὶ τοὺς χρησαμένους πολὺ καὶ ἀπ' ἀλλήλων διεστάναι. Προσάγεται Ἀριστοτέλην, Φύλαρχον, Πολέμωνα ὅτι πολὺ διαφέρουσιν.

Cf. Pollux X, 124 : Ὅμηρος καὶ τὰ λεπτὰ (ἱμάτια scil.) χλαίνας καλεῖ. Οἱ μέντοι Ἀττικοὶ τὸ λεπτὸν χλανίδα καὶ τὸ ἱππικὸν χλαμύδα, ὡς Θετταλῶν. Πρώτην δέ φασι χλαμύδα ὀνομάσαι Σαπφώ. Idem VII, 46 : Θετταλικὰς χλαμύδας. Aristotelis sententiam refert Schol. in Il. β, 183 : Χλαῖνα ἡ τετράγωνος, χλαμὺς ἡ εἰς ὀξὺ λήγουσα. Pro Ἀριστοτέλης legendum esse Ἀρίσταρχος vix recte conjecit C. Müller. ad fr. 86. De re cf. Schmidt ad Didymi fragm. p. 180.

(ΘΗΒΑΙΩΝ.)

122 (492).

Schol. in Dionys. Thrac. Gramm. in Bekk. Anecd. t. II, p. 783, 1 : Τῶν στοιχείων εὑρέτην ἄλλοι τε καὶ Ἔφορος ἐν δευτέρῳ Κάδμον φασί. Τῆς δὲ Φοινίκων εὑρέσεως πρὸς ἡμᾶς Διόσκορον γεγενῆσθαι, ὡς καὶ Ἡρόδοτος ἐν ταῖς Ἱστορίαις (V, 58) καὶ

120.

Aristoteles in Thessalorum Republica τὴν λάγυνον (*mensuræ nomen*) feminino genere apud Thessalos dici tradit.

121.

Multum inter se differre chlænam et chlamydem Didymus comprobat, adductis testimoniis Aristotelis, Phylarchi, Polemonis.

(THEBANORUM.)

122.

Literarum inventorem Ephorus libro secundo, aliique Cadmum fuisse dicunt, alii eum Phœnicum inventum ad nos pertulisse aiunt, ut Herodotus in Historiis et Aristoteles. Dicunt enim Phœnices invenisse literas, Cadmum vero in Græciam attulisse.

Digitized by Google

Ἀριστοτέλης λέγει. Φασὶ γὰρ ὅτι Φοίνικες μὲν εὗρον τὰ στοιχεῖα, Κάδμος δὲ ἦγαγεν αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλλάδα. Pro τῆς δέ, τινὲς δὲ τῆς conjecit C. Müller ad fragm. 256, sub titulo libri περὶ Εὑρημάτων qui nullus erat.

Eadem in scholio Anonymi ibid. p. 786, 1 : Τῶν στοιχείων ὁ Κάδμος εὑρετής, ὡς φασιν Ἔφορος καὶ Ἀριστοτέλης· ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι Φοινίκων εἰσὶν εὑρήματα, Κάδμος δὲ ταῦτα διεπόρθμευσεν εἰς τὴν Ἑλλάδα. Cf. Clemens Alexandr. Strom. I, p. 132 et Suidas s. v. Γράμματα.

Plinius Hist. nat. VII, 57 : *Litteras semper arbitror Assyriis fuisse ; sed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt. Utique in Græciam intulisse e Phœnice Cadmum sedecim numero. Quibus Trojano bello Palamedem adjecisse hac figura* Θ Ξ Φ Χ, *totidem post Simonidem melicum* Ζ Η Ψ Ω, *quarum omnium vis in nostris recognoscitur.* Aristoteles *decem et octo priscas fuisse* Α Β Γ Δ Ε Ζ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ *et duas ab Epicharmo additas* Θ Χ *quam a Palamede mavult.*

Sedes fragmenti incerta. Ad Thebanorum Rempublicam retulit Rosius ob Cadmum. De eadem re tamen et in Atheniensium Republica mentio fieri poterat, ut ostendunt quæ legimus apud Photium et Suidam s. v. Σαμίων ὁ δῆμος :... ἢ ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρῶτον τὰ κδ' γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν Τρίποδι· τοὺς δ' Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναῖος ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου... Περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος. Cf. Harpocration s. v. Ἀττικοῖς γράμμασιν : Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας (§ 76) ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς. Τὴν γὰρ τῶν κδ' στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. Θεόπομπος δ' ἐν τῇ κε' τῶν Φιλιππικῶν ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐ τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασιν ἐστηλιτεῦσθαι ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων et Grammat. in Bekk. Anecd. p. 461, 13.

123 (493).

Zenobius Prov. VI, 17 : Τί οὐχ ἀπήγξω ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ : Ταύτης Πλάτων ἐν Μενέλεῳ μέμνηται. Φασὶ δὲ ὅτι ἐν Θήβαις οἱ ἑαυτοὺς ἀναιροῦντες οὐδεμιᾶς τιμῆς μετεῖχον. Καὶ Ἀριστοτέλης δέ φησι περὶ Θηβαίων τὸ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι τοὺς αὐτόχειρας ἑαυτῶν γινομένους οὐκ ἐτίμων. Τὸ οὖν· « Ἵνα ἥρως γένῃ » κατ' εὐφημισμὸν εἴρηται.

Eadem, Aristotelis mentione omissa, Plutarch. Prov. 47. Cf. Photius p. 590, 22. Suidas s. v. Apostol. Prov. XVI, 72. Greg. Cypr. III, 80.

124 (494).

Plutarch. Pelopid. c. 18 : Τὸν δ' ἱερὸν λόχον, ὡς φασι, συνετάξατο Γοργίδας πρῶτος... Ἔνιοι δέ φασιν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων γενέσθαι τὸ σύστημα τοῦτο... Λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἰόλεων τοῦ Ἡρακλέους ἐρώμενον ὄντα κοινωνεῖν τῶν ἄθλων καὶ παρασπίζειν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ καθ' αὑτὸν ἔτι φησὶν ἐπὶ τοῦ τάφου τοῦ Ἰόλεω τὰς καταπιστώσεις ποιεῖσθαι τοὺς ἐρωμένους καὶ τοὺς ἐραστάς.

Idem iterum Erotic. c. 17 : Ἡρακλέους δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἔρωτας ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν διὰ πλῆθος, Ἰόλαον δὲ νομίζοντες ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι μέχρι νῦν σέβονται καὶ τιμῶσιν ἔρωτος ὅρκους τε καὶ πίστεις ἐπὶ τοῦ τάφου παρὰ τῶν ἐρωμένων λαμβάνοντες.

Ad dialogum Ἐρωτικὸν inscriptum hæc retulit Rosius, nulla satis idonea causa. Illa καθ' αὑτόν quod in priore loco invenitur, μέχρι νῦν in altero, non infrequentia in Rebuspublicis fuisse videntur. Cf. 89. 137, 155, 158 et Νόμιμα Τυρρηνῶν, fr. 2.

(ΙΑΣΕΩΝ.)

125 (495).

Schol. cod. Ven. B et Lips. in Iliad. β, 116 : Ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν : Ἔθος πλείους τῶν δέκα μὴ συνεσθίειν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Πολιτείαις φησίν.

Hæc ex Iasensium Republica desumpta esse conjecit Grashofius l. l. p. 151, propter Heraclidis Pontici excerptum p. 28, 10 Schneidew. : Ἰασέων : Τούτοις οὐκ ἐξῆν ἐν γάμοις πλείους ἑστιᾶν [τῶν] δέκα καὶ γυναικῶν ἴσων, οὐδὲ γάμους ποιεῖν πλεῖον ἡμερῶν δύο.

123.

Quidni te suspendisti ut Thebis heros fieres? Hujus Plato in Menelao meminit. Referunt enim Thebis mortem qui sibi consciscerent, infames habitos. Idem de Thebanis Aristoteles quoque commemorat, nempe qui sibi manus attulissent, nullo in honore fuisse. Illud itaque « Ut heros fieres, » per euphemismum dictum est.

124.

Sacram cohortem, ut tradunt, Gorgidas primus congregavit... Alii autem dicunt eam ex iis conflatam esse qui se mutuo amarent... Ferunt etiam Iolaum Herculis amasium una cum eo certamina obiisse, auxiliumque tulisse amatori. Et Aristoteles sua etiam ætate ait apud sepulcrum Iolai amatores et amasios mutua se fide obligare.

IASENSIUM.

125.

Mos erat (*apud Iasenses*) non ultra decem convivio adhibere ut Aristoteles in Rebuspublicis ait.

Digitized by Google

ΙΘΑΚΗΣΙΩΝ.

126 (496).

www.libtool.com.cn

Etymol. Magn. p. 144, 22 : Ἀρκείσιος : Ὁ ἥρως, ὁ πάππος Ὀδυσσέως. Παρὰ τὸν ἀρκέσω μέλλοντα Ἀρκέσιος καὶ Ἀρκείσιος. Οὕτως Ἡρωδιανός. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Ἰθακησίων Πολιτείᾳ, τὸν Κέφαλον οἰκοῦντα ἐν ταῖς ἀπ' αὐτοῦ κληθείσαις Κεφαλληνίαις νήσοις ἄπαιδα ἐπιπολὺ ὄντα, ἐρόμενον τὸν θεὸν κελευσθῆναι ᾧ ἂν ἐντύχῃ θήλει συγγενέσθαι· παραγενόμενον δὲ εἰς τὴν πατρίδα καὶ δὴ ἐντυχόντα ἄρκτῳ κατὰ χρησμὸν συγγενέσθαι, τὴν δὲ ἐγκύμονα γενομένην μεταβαλεῖν εἰς γυναῖκα καὶ τεκεῖν παῖδα Ἀρκείσιον, ἀπὸ ἄρκτου.

Eadem Eudocia Viol. p. 394. Cf. Eustath. in Odyss. p. 1756, 54, 1961, 15. Brevius rem narrat Joann. Tzetzes in scholiis ad Antehomerica sua p. 34 ed. Schirach : Κεφαλλῆνες λέγονται ἀπὸ Κεφάλου τοῦ Δηιονέως, τοῦ Ἀρκεισίου πατρός· κυριεύσας γὰρ τῆς χώρας οὕτως αὐτὴν ὠνόμασε. Τούτῳ τῷ Κεφάλῳ ἄπαιδι ὄντι ἐδόθη χρησμὸς παιδοποιῆσαι μιγέντα τῷ ἐντυχόντι θήλει· ὃς ἄρκτῳ μιγεὶς τὸν Ἀρκείσιον ἔτεκεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἰθακησίων Πολιτείᾳ. Ex Aristotele quoque in Heraclidis excerptis leguntur p. 27, 10 Schneidew. : Κεφάλῳ μαντευσαμένῳ περὶ παίδων ὁ θεὸς εἶπεν, ᾧ ἂν ἐντύχῃ (θήλει ins. Coraes) πρῶτον συγγενέσθαι. Τὸν δὲ περιτυχεῖν ἄρκτῳ καὶ πλησιάσαντα γεννῆσαι γυναῖκα, ἐξ ἧς τὸν Ἀρκείσιον φερωνύμως ὀνομασθῆναι. Cf. Müller. ad h. l. t. II, p. 223.

127 (497).

Eustath. in Odyss. π, 118 p. 1796, 36 ed. Rom. : Ἱστέον δὲ ὅτι γενεαλογοῦσι Διὸς μὲν καὶ Εὐρυοδείας Ἀρκείσιον, αὐτοῦ δὲ καὶ Χαλκομεδούσης Λαέρτην, τοῦ δὲ καὶ Ἀντικλείας Ὀδυσσέα, οὗ καὶ Πηνελόπης Τηλέμαχον, αὐτοῦ δὲ καὶ Πολυκάστης τῆς Νέστορος Περσέπτολιν, ὡς Ἡσίοδος· (fr. 100 Dübn.)

Τηλεμάχῳ δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐΰζωνος Πολυκάστη
Νέστορος ἐπλοτάτη κούρη Νηληϊάδεω,
Περσέπολιν μιχθεῖσα διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Ἰθακησίων Πολιτείᾳ καὶ Ἑλλάνικος (fr. 141) δὲ Τηλέμαχόν φασι Ναυσικάαν γῆμαι τὴν Ἀλκινόου καὶ γεννῆσαι τὸν Περσέπτολιν. Eadem Eudocia Viol. p. 77 : Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἑλλάνικος. Dictys Cret. de Bello Trojano VI, 6 : *Neque multo post precibus atque hortatu Ulyssis, Alcinoi filia Nausicaa Telemacho denubit.*

128 (498).

Plutarch. Quæst. græc. c. 14 : Τίνες οἱ παρ' Ἰθακησίοις Κολιάδαι καὶ τίς ὁ Φάγιλος; Τῷ Ὀδυσσεῖ μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν οἱ ἐπιτήδειοι τῶν τεθνηκότων ἐπανέστησαν, μεταπεμφθεὶς δ' ὑπ' ἀμφοτέρων διαιτητὴς Νεοπτόλεμος ἐδικαίωσε τὸν μὲν Ὀδυσσέα μεταναστῆναι καὶ φεύγειν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας καὶ Ζακύνθου καὶ Ἰθάκης ἐφ' αἵματι, τοὺς δὲ τῶν μνηστήρων ἑταίρους καὶ οἰκείους ἀποφέρειν ποινὴν Ὀδυσσεῖ τῶν εἰς τὸν οἶκον ἀδικημάτων καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. Αὐτὸς μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν μετέστη, τὴν δὲ ποινὴν τῷ υἱεῖ καθιερώσας, ἀποφέρειν ἐκέλευσε τοὺς Ἰθακησίους· ἦν δ' ἅλφιτα, οἶνος, κηρία, ἔλαιον, ἅλες, ἱερεῖα πρεσβύτερα φαγίλων. Φάγιλον δέ φησιν Ἀριστοτέλης τὸν ἀμνὸν εἶναι. Τοὺς δὲ περὶ Εὔμαιον ἐλευθερώσας ὁ Τηλέμαχος κατέμιξεν εἰς τοὺς πολίτας καὶ τὸ γένος ἐστὶ Κολιαδῶν ἀπ' Εὐμαίου καὶ Βουκολιδῶν ἀπὸ Φιλοιτίου.

Apud Plutarchum Βουκολιῶν legitur; mutavit Rosius, collato Eustath. in Iliad. p. 1018, 47 ubi Βουκολίδης. Cf. Hesychii glossa : Φάγιλος : ἀμνός et Eustath. in Odyss. p. 1625, 38 : Ἔνιοι δέ φασι, καὶ φαγίλους καλοῦσι (τοὺς ἀμνοὺς scil.), ut recte reposuit Nauckius, *Aristoph. Byz. fragm.* p. 107, pro φαῦλους.

ITHACENSIUM.

126.

Aristoteles in Ithacensium Republica narrat Cephalum in Cephalleniis, quæ ab ipso nominantur insulis habitantem, quum diu liberorum expers esset, consuluisse deum, qui imperasset ei ut cum femina, quæ primum fieret obviam, coiret. Reversus in patriam ursæque obviam factum, ex jussu oraculi cum ea colisse. Hanc autem uterum gerentem in mulierem esse mutatam et genuisse filium, qui ἀπὸ ἄρκτου sive ab ursa nominatus sit Arcisius.

127.

Nimirum genealogiam ita constituunt, ut Jovis et Euryodiæ sit filius Arcisius, hujus et Chalcomedusæ Laertes, hujus et Anticliæ Ulysses, hujus et Penelopes Telemachus, hujus et Polycastes Nestoris filiæ Perseptolis ut Hesiodus dicit. Aristoteles vero in Ithacensium Republica et Hellanicus Telemachum aiunt Nausicaam duxisse Alcinoi filiam et ex ea genuisse Perseptolin.

128.

Quinam sint apud Ithacenses Coliadæ, et quis Phagilus? Adversus Ulyssem procorum ab ipso necatorum necessarii seditionem moverunt. Arbiter adscitus ab utraque parte Neoptolemus, judicavit debere Ulyssem ut sanguine inquinatum exsulare Cephallenia, Zacyntho atque Ithaca : socios autem et familiares procorum quotannis pro damno rei familiaris Ulyssis illato, ei pendere mulctam. Itaque Ulysses in Italiam commigravit, mulctam filio dedicavit, eique ab Ithacensibus solvi jus-

Digitized by Google

129 (499).

Cf. Zenobius Prov. V, 9 : Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν· Παροιμία ταττομένη ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα φερομένων ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Λακεδαιμόνιοι στασιάζοντες μετεπέμψαντο κατὰ χρησμὸν τοῦ θεοῦ ἐκ Λέσβου τὸν μουσικὸν Τέρπανδρον· ἐλθὼν δὲ ἐκεῖνος καὶ τῇ μουσικῇ χρώμενος ἥρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν. Εἶποτε οὖν μετὰ ταῦτα μουσικοῦ τινὸς ἤκουον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπεφώνουν μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. Μέμνηται τῆς παροιμίας ταύτης Κρατῖνος ἐν Χείρωσι. Eadem Plutarch. Prov. 110, Suidas s. v. (altera glossa), Apostol. Prov. XI, 27, Prov. Bodleian. 627, Prov. Collect. III ap. Miller, l. l. p. 375, Photius s. v. Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν : Παρὰ Κρατίνῳ παροιμία λεγομένη ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα φερομένων· οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Λεσβίους κιθαρῳδοὺς πρώτους προσεκαλοῦντο. Ἀκαταστατούσης γάρ ποτε τῆς πόλεως αὐτῶν χρησμὸς ἐγένετο τὸν Λέσβιον ᾠδὸν μεταπέμπεσθαι· οἱ δ' ἐξ Ἀντίσσης Τέρπανδρον ἐφ' αἵματι φεύγοντα μεταπεμψάμενοι ἤκουον αὐτοῦ ἐν τοῖς συσσιτίοις καὶ κατεστάλησαν, cf. Suidas gl. pr. Hesychii glossa mutilata est : Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.... Τοὺς ἀπογόνους τοῦ Τερπάνδρου ἀγαθοὺς ἡγουμένους εἶναι κιθαρῳδούς, πρώτους εἰς τὸν ἀγῶνα προσκαλεῖσθαι, [εἶτ'] εἴ τις εἴη Λέσβιος ᾠδός. Quorum omnium partem saltem ex Aristotele fluxisse ostendunt Excerpta Heraclidis p. 7, 5 Schneidew. : Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον ᾠδὸν ἐτίμησαν· τούτου γὰρ ἀκούειν ὁ θεὸς χρησμῳδούμενος ἐκέλευεν.

(ΛΕΣΒΙΩΝ.)

169 (539).

Synag. Lex. Seguer, p. 451, 31 Bekk. : Ἀσιάς· Ἡ κιθάρα, ἀπὸ Ἀσίου τινός· καὶ Ἀσία καὶ Ἀσιώνη, ἡ ἀπὸ Ἀσίας τῆς μητρὸς Προμηθέως. Δοῦριν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ λέγειν ὅτι ἐκλήθη Ἀσιὰς ἀπὸ τῶν χρωμένων Λεσβίων, οἵτινες οἰκοῦσι πρὸς τῇ Ἀσίᾳ. Οἱ δὲ ἀπὸ Τυρρήνου Λυδοῦ εὑρόντος πρώτου τὸ τρίγωνον ὄργανον· οἱ δὲ ἀπὸ Τερπάνδρου.

In his verbis plura sunt quæ dubitationem movent. Quod primum ad Aristotelis nomen attinet non difficilior est emendatio Δοῦρις δὲ Ἀριστοτέλη φησὶ λέγειν, quam, quod mavult Müllerus l. l. fr. 259, Δοῦριν δὲ Ἀριστοκλῆς φησὶ λέγειν, cf. Duridis fragm. 83, in Hist. gr. t. II, p. 488. Possis et Δοῦριν δὲ καὶ Ἀριστοτέλη φασὶ λ., nisi explicationem a Duride datam ab excerptore errore omissam esse statuas. Cf. Etymol. M. p. 513, 28 de cithara : Ὁ δὲ Δοῦρις ἀπὸ Κιθαιρῶνός φησιν, ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο. Hæc vero utcunque se habent, quod hîc Aristoteli tribuitur optime sive in Lesbiorum, seu Mytilenæorum, sive in alia Republica Lydorum fortasse, narrari potuit. Nec minus apte fortasse de dialogo de Poetis cogitare poterit aliquis. Non enim video, cur si hæc ab Aristotele narrata sunt, non item ab Aristoxeno et ab Heraclide dici potuerint, e quorum libris satis probabiliter desumpta esse contendit Rosius quæ de eadem hac re refert Plutarchus de Musica c. 6 : Ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητήν, ἐκλήθη δὲ Ἀσιὰς διὰ τὸ κεχρῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρῳδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. Cf. Etymol. M. p. 153, 31 : Ἀσιάδος κρούματα : τῆς κιθάρας· οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. Ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. Εἴρηται δὲ ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη. Καὶ τὰς γοώδεις δὲ ᾠδὰς ὑπὸ Νιόβης καὶ τῶν Λυδῶν γυναικῶν εὑρεθείσας εἰς Ἕλληνας ἀχθῆναι· ὅθεν καὶ Λύδιος ὁ τρόπος μετωνομάσθη, Steph. Byz. s. v. Ἀσία : πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ [ἡ] τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα. Hesych. s. v. Ἀσιάς : Ἡ κιθάρα διὰ τὸ ἐν Ἀσίᾳ εὑρῆσθαι. Schol. Apoll. Rh. II, 277 : Καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς λέγεται, ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη.

Terpandrum, sive Eusenetidem, sive Aristoclidem esse. Aristoteles etiam in Lacedæmoniorum Republica dicit proverbium *Post Lesbium cantorem* Terpandrum designare... Appellabantur autem, inquiunt, et postea in illius honorem primum qui ab illo genus ducebant, deinde si quis alius Lesbius adesset, postremo ita reliqui post Lesbium cantorem, Lesbium nude dictum.

(LESBIORUM.)

169.

Asias, cithara, ut ex Duride Aristoteles (*immo ut ex Aristotele Duris*) refert, nomen habet a Lesbiis, qui ea utebantur, prope Asiam habitantibus.

Digitized by Google

ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ.

169b (540).

Strabo VII, p. 322 in. : Ἐν δὲ τῇ Λευκαδίων (Πολιτείᾳ Ἀριστοτέλης) καὶ αὐτόχθονά τινα Λέλεγα ὀνομάζει, τούτου δὲ θυγατριδοῦν Τηλεβόαν, τοῦ δὲ παῖδας δύο καὶ εἴκοσι Τηλεβόας, ὧν τινὰς οἰκῆσαι τὴν Λευκάδα.

Cf. supra Ætolorum Rempublicam.

ΛΟΚΡΩΝ.

170 (541).

Polybii Excerpta c. XII, 5 : Οὐκ ὤκνησα καὶ λέγειν καὶ γράφειν ὅτι τὴν ὑπ' Ἀριστοτέλους παραδιδομένην ἱστορίαν περὶ τῆς ἀποικίας ἀληθινωτέραν εἶναι συμβαίνει τῆς ὑπὸ Τιμαίου λεγομένης. Σύνοιδα γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὁμολογοῦσιν ὅτι παραδόσιμος αὐτοῖς ἐστὶν αὕτη περὶ τῆς ἀποικίας ἡ φήμη παρὰ πατέρων, ἣν Ἀριστοτέλης εἴρηκεν, οὐ Τίμαιος. Καὶ τούτων γε τοιαύτας ἔφερον ἀποδείξεις. Πρῶτον μὲν ὅτι πάντα τὰ διὰ προγόνων ἔνδοξα παρ' αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γυναικῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν εἴη... Ib. c. 6 : Ἐκ τούτων ἄν τις συλλογιζόμενος Ἀριστοτέλει πρόσσχοι μᾶλλον ἢ Τιμαίῳ. Καὶ μὴν τὸ συνεχὲς τούτῳ τελέως ἄτοπον. Τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν, καθάπερ ἐκεῖνος ὑποδείκνυσιν, ὡς οὐκ εἰκὸς ἦν τοὺς οἰκέτας τῶν Λακεδαιμονίοις συμμαχησάντων τὴν τῶν κυρίων εὔνοιαν ἀναφέρειν πρὸς τοὺς ἐκείνων φίλους εὔηθες... διὸ καὶ τὴν ὀνομασίαν (Locrorum scil.) τῇ πόλει τὴν ἀπὸ τῶν γυναικῶν εἰκότως ἐπέθεσαν καὶ τὴν οἰκειότητα τὴν κατὰ τὰς γυναῖκας προσεποιήθησαν, ἔτι δὲ τὰς φιλίας καὶ τὰς συμμαχίας τὰς προγονικὰς τὰς ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἀνενεοῦντο... Ἀλλὰ πῶς αὐτοὶ μὲν ἐξαπέστελλον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς ἀκμάζοντας εἰς τὴν πατρίδα τεκνοποιίας χάριν, τοὺς δὲ Λοκροὺς τὸ παραπλήσιον οὐκ εἴων ποιεῖν; ἕκαστα δὲ ταῦτα οὐ μόνον κατὰ τὸ πιθανὸν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν μεγάλην ἔχει διαφοράν... Διόπερ οἱ Λοκροὶ μήτε ταῖς ἀραῖς ὄντες ἔνοχοι μήτε τοῖς ὅρκοις οἷς ὤμοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ πρότερον εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήξειν πρὶν ἢ τὴν Μεσσήνην κατὰ κράτος ἑλεῖν, τῆς μὲν κατὰ τὸ κοινὸν ἐξαποστολῆς εὐκόλως οὐ μετέσχον, κατὰ δὲ μέρος τὰς ἐπανόδους ποιούμενοι καὶ σπανίως, ἔδοσαν ἀναστροφὴν ταῖς γυναιξὶ πρὸς οἰκέτας γενέσθαι συνήθειαν ἢ πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἄνδρας, ταῖς δὲ παρθένοις καὶ μᾶλλον· ὃ καὶ τῆς ἐξαναστάσεως αἴτιον γέγονεν... c. 8 : Ἡ δεικτέον οὖν τὸν Ἀριστοτέλη κατὰ τὸν ἄρτι λόγον τὰ περὶ Λοκρῶν εἰρηκότα χάριτος ἢ κέρδους ἢ διαφορᾶς ἕνεκεν, ἢ μηδὲ τολμῶντας τοῦτο λέγειν, ὁμολογητέον ἀγνοεῖν καὶ παραπαίειν τοὺς τοιαύτῃ χρωμένους ἀπεχθείᾳ καὶ πικρίᾳ κατὰ τῶν πέλας, οἷᾳ κέχρηται Τίμαιος κατὰ Ἀριστοτέλους. Φησὶ γὰρ αὐτὸν εἶναι θρασύν, εὐχερῆ, προπετῆ, πρὸς δὲ τούτοις κατατετολμηκέναι τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως εἰπόντα τὴν ἀποικίαν αὐτῶν εἶναι δραπετῶν [οἰκετῶν], μοιχῶν, ἀνδραποδιστῶν.

Cf. c. 11 : Μεταβὰς ἐπὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκροὺς πρῶτον μέν φησι (ὁ Τίμαιος scil.) τὴν τε πολιτείαν καὶ τὰ λοιπὰ φιλάνθρωπα τοῖς Λοκροῖς ἀμφοτέροις Ἀριστοτέλη καὶ Θεόφραστον κατεψεῦσθαι τῆς πόλεως, et præterea Dionysius Perieg. v. 365 et

---

LEUCADIORUM.

169 b.

Aristoteles in Leucadiorum Republica quendam indigenam Lelegem ponit, cujus ex filia nepos fuerit Teleboas, atque hujus XXII filii Teleboæ, quorum quosdam Leucadiam inhabitasse.

LOCRORUM.

170.

Nihil sum cunctatus dicere et scribere, narrationem ab Aristotele proditam memoriæ super deductione ejus coloniæ veriorem esse ea quam adfert Timæus. Compertum namque mihi est ipsos Locrenses fateri eam se a patribus traditam accepisse famam de sua colonia quam habet Aristoteles, non quam Timæus. Cujus sententiæ hæc etiam argumenta adferebant. Primum quidem, quod splendor omnis qui a majoribus repetitur, apud ipsos a feminis, non a viris derivetur... Ex his quisque ratiocinans ad Aristotelis magis quam ad Timæi sententiam accedet. Et quidem aliud hinc proximum est absurdum. Namque opinari, ut Timæus ostendere nititur, consentaneum non fuisse ut famuli Lacedæmoniorum, qui militiam cum his tolerabant, dominorum benevolentiam ad illorum necessarios referrent, id quidem stultum, est...

Aut igitur ea quæ Aristoteles de Locris prodidit, gratiæ vel utilitati vel inimicitiæ dedisse monstrandus est : aut, si nemo est, qui id asserere ausit, fateri oportet graviter a vero aberrare eos, qui ejusmodi odio et acerbitate feruntur, cujusmodi Timæus in Aristotelem est ausus.

Ait enim, audacem illum ac levem et temerarium fuisse ac de civitate Locrorum graviter mentitum, quum coloniam eorum ex fugitivis mancipiis, mœchis ac plagiariis collectam esse dixit.

Timæus Tauromenites libro nono Historiarum (quo nomine eum reprehendit Polybius Megalopolita Historiarum duodecimo). Græcis olim non fuisse ait patrium institutum, ut emptitii servi ipsis famularentur : atque ita scribit : Omnino Aristotelem reprehendebant Locri, ac prorsus errasse eum contendebant in Locrorum institutis. Nec enim legibus Locrorum, quemadmodum nec Phocensium, licere aut servos aut ancillas possidere, iis recenti admodum memoria.

Digitized by Google

Eustathius, ad h. l. Eandem quoque rem e Polybii integro libro tangit Athenæus VI, p. 264, C : Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης ἐν τῇ ἑνάτῃ τῶν Ἱστοριῶν (ἐλέγχει δ' αὐτὸν εἰς τοῦτο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης διὰ τῆς δωδεκάτης τῶν Ἱστοριῶν, ita p. 272, A)· Οὐκ ἦν, φησί, πάτριον τοῖς Ἕλλησιν ὑπὸ ἀργυρωνήτων τὸ παλαιὸν διακονεῖσθαι, γράφων οὕτως· Καθόλου δὲ ἠτιῶντο τὸν Ἀριστοτέλη (οἱ Λοκροὶ scil.), διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν· οὐδὲ γὰρ κεκτῆσθαι νόμον εἶναι τοῖς Λοκροῖς, ὁμοίως οὐδὲ Φωκεῦσιν, οὔτε θεραπαίνας, οὔτε οἰκέτας, πλὴν ἐγγὺς τῶν χρόνων.

171 (542).

Schol. Pind. Olymp. XI, 17 : Νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν (Didymus teste schol. ad h. l. probaverat lectionem ἃ τραχεῖα πόλις, cf. *Didymi Fragm.* ed. Schmidt, p. 222 et v. l. Bergkii) Λοκρῶν... Ὃ βούλεται λέγειν ἐστὶ τοιοῦτον· καίπερ τραχεῖα οὖσα εὐνομεῖται. Διὰ τί δέ, φησὶν Ἀριστοτέλης. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχρῶντο τῷ θεῷ πῶς ἂν πολλῆς ταραχῆς ἀπαλλαγεῖεν, ἐξέπεσεν αὐτοῖς χρησμός, ἑαυτοῖς νόμους τίθεσθαι, ὅτε καί τις ποιμήν, ὄνομα δ' ἦν Ζάλευκος, πολλοὺς νόμους δυνηθείη τοῖς πολίταις εἰσενεγκεῖν δοκίμους· γνωσθείς τε καὶ ἐρωτηθεὶς πόθεν εὕροι, ἔφησεν ἐνύπνιον αὐτῷ τὴν Ἀθηνᾶν παρίστασθαι· διὸ αὐτός τε ἠλευθέρωται καὶ νομοθέτης κατέστη.

Eadem brevius Clemens Alex. Stromat. I, p. 152 Sylb. : Χαμαιλέων τε ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Μέθης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λοκρῶν Πολιτείᾳ Ζάλευκον τὸν Λοκρὸν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς τοὺς νόμους λαμβάνειν ἀπομνημονεύουσιν. Cf. Plutarch. De sui laude c. 11.

(ΛΥΔΩΝ.)

172 (543).

Plinius Hist. nat. VII 57 : *Æs conflare et temperare* Aristoteles *Lydum Scythen monstrasse, Theophrastus Delan Phrygem putant. Æreariam fabricam alii Chalybas, alii Cyclopas. Ferrum Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idæi. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis, ut alii, Æacus. Auri metalla et conflaturam Cadmus Phœnix. ad Pangæum montem, ut alii Thoas,* etc. Ex eodem fonte, Philostephano scilicet περὶ Εὑρημάτων, Clemens Alex. Strom. I, p. 132 Sylb. : Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δάκτυλοι πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ, Δέλας δὲ ἄλλος Ἰδαῖος εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν, ὡς δὲ Ἡσίοδος (male pro Ἀριστοτέλης) Σκύθης... Κάδμος δὲ ὁ Φοίνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε καὶ μέταλλα χρυσοῦ τὰ περὶ τὸ Πάγγαιον ἐπενόησεν ὄρος.

173 (544).

Stephanus Byzant. s. v. Ἀδραμύτειον : Πόλις τῆς κατὰ Κάικον Μυσίας... Κέκληται ἀπὸ Ἀδραμύτου κτίστου, παιδὸς μὲν Ἀλυάττου, Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Πολιτείαις καὶ ἄλλοι. Τινὲς δὲ ἀπὸ Ἕρμωνος τοῦ Λυδῶν βασιλέως· τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἄδραμυν καλοῦσι Φρυγιστί. Ultima Hesychius s. v. Ἄδραμυς (cod. Ἀδραμών) : Ὁ Ἕρμων παρὰ Λυδοῖς. Καὶ Ἀδραμύτιον Ἑρμωνος. Cf. Joann. Lyd. de Mensibus IV, 18 : Τὸ Ἀδραμύττειον, πόλιν Ἀσίας, ὁ Τραϊανὸς ἔκτισεν ἀπὸ Ἀδραμύττου, τοῦ ἀδελφοῦ Κροίσου· ὄνομα δὲ αὐτῇ τὸ πάλαι Ὑποπλάκιοι Θῆβαι, Strabo XIII, p. 613, Athen. XII, p. 515, C. De nominis Ἀδραμύτειον scriptura hæc annotat Stephan. Byz. l. l. : Ἡ γραφὴ διχῶς, διὰ τοῦ τ καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ καὶ διὰ δύο· ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο τῷ ι μόνως.

ΛΥΚΙΩΝ.

Vide supra ad Achæorum Rempublicam fragm. 105b.

171.

Locrorum civitas etsi aspera optime administrabatur. Causam rei tradit Aristoteles. Etenim quum deum interrogassent, quomodo magnis turbis liberari possent, editum iis oraculum est jubens ut ipsi sibi leges ferrent; quum et pastor quidam, Zaleucus nomine, multas leges posset civibus ferre optimasque. Cognitus vere atque interrogatus unde inveniret leges, dixit per quietem ipsi Minervam astare. Quare libertatem ei dederunt et legislatorem constituerunt.

Chamæleon Heracleota in libro de Ebrietate et Aristoteles in Locrorum Republica Zaleucum Locrum a Minerva leges suas accepisse memorant.

(LYDORUM.)

173.

Adramytium, urbs Mysiæ, quæ Caico proxima; nomen habet ab Adramyto conditore, Alyattæ filio, fratre Crœsi, ut ait Aristoteles in Rebuspublicis et alii; nonnulli vero nominatam dicunt ab Hermone Lydorum rege; scilicet Hermonem Lydi Adramyn vocant lingua Phrygia.

Digitized by Google

ΜΑΣΣΑΛΙΩΤΩΝ.

174 (545).

www.libtool.com.cn

Athen. XIII, p. 576, A : Τὸ ὅμοιον ἱστορεῖ γενέσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν Πολιτείᾳ γράφων οὕτως· « Φωκαεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ ἐμπορίᾳ χρώμενοι ἔκτισαν Μασσαλίαν. Εὔξενος δ' ὁ Φωκαεὺς Νάνῳ τῷ βασιλεῖ, τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ ὄνομα, ἦν ξένος. Οὗτος ὁ Νάνος ἐπιτελῶν γάμους τῆς θυγατρὸς κατὰ τύχην παραγενόμενον τὸν Εὔξενον παρακέκληκεν ἐπὶ τὴν θοίνην. Ὁ δὲ γάμος ἐγίγνετο τόνδε τὸν τρόπον· ἔδει μετὰ τὸ δεῖπνον εἰσελθοῦσαν τὴν παῖδα φιάλην κεκερασμένην ᾧ βούλοιτο δοῦναι τῶν παρόντων μνηστήρων, ᾧ δὲ δοίη τοῦτον εἶναι νυμφίον. Ἡ δὲ παῖς εἰσελθοῦσα δίδωσιν εἴτε ἀπὸ τύχης εἴτε καὶ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν τῷ Εὐξένῳ· ὄνομα δ' ἦν τῇ παιδὶ Πέττα. Τούτου δὲ συμπεσόντος καὶ τοῦ πατρὸς ἀξιοῦντος, ὡς κατὰ θεὸν γενομένης τῆς δόσεως, ἔχειν αὐτήν, ἔλαβεν ὁ Εὔξενος γυναῖκα καὶ συνῴκει μεταθέμενος τοὔνομα Ἀριστοξένην. Καὶ ἔστι γένος ἐν Μασσαλίᾳ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου μέχρι νῦν Πρωτιάδαι καλούμενον. Πρῶτος γὰρ ἐγένετο υἱὸς Εὐξένου καὶ τῆς Ἀριστοξένης. »

Apud Plutarchum in Vita Solonis c. 2, hic Protus conditor urbis Massiliæ fuisse dicitur, apud Justinum vero, qui rem paulo aliter narrat XLIII, 3 Protis appellatur.

175 (546).

Harpocration s. v. Μασσαλία : Ἰσοκράτης μέν φησιν ἐν Ἀρχιδάμῳ (§ 84) ὡς Φωκαεῖς φυγόντες τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως δεσποτείαν εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησάν· ὅτι δὲ πρὸ τούτων τῶν χρόνων ἦδη ὑπὸ Φωκαέων ᾤκιστο ἡ Μασσαλία καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν Πολιτείᾳ δηλοῖ.

Eadem Photius et Suidas qui tamen post ἀπῴκησαν tantum addunt : Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἀριστοτέλης.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ.

176 (547).

Strabo VII, p. 322 : Ἐν δὲ τῇ Αἰτωλῶν (Πολιτείᾳ Ἀριστοτέλης) τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ, κατασχεῖν δὲ καὶ τὴν Βοιωτίαν αὐτούς φησιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ Ὀπουντίων καὶ Μεγαρέων.

Vide supra Strabonem de Republica Ætolorum.

ΜΕΘΩΝΑΙΩΝ.

176 ª (548).

Proverb. Coll. III, apud E. Miller, *Mélanges de littérature grecque*, Paris 1868, p. 369 : Ἀμουσότερος Λειβηθρίων. Λειβήθριοι ἔθνος ἐστὶ Πιερικόν, οὗ καὶ Ἀριστοτέλης μέμνηται ἐν τῇ Μεθωναίων Πολιτείᾳ. Λέγονται δὲ ἀμουσότατοι εἶναι οἱ Λειβήθριοι ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς ἐγένετο ὁ τοῦ Ὀρφέως θάνατος.

In cod. Λειβήθριον scriptum est. Zenob. I, 79 recte Λειβήθριοι. Pro Πιερικόν, ut recte legitur in Prov. Coll. IV, l.l. p. 377, codex a manu posteriori Περσικόν, cf. Bast, *Lettre critique*, p. 224 s. et quæ habet Boissonad. ad Aristænet. Ep. I, 27, p. 592. Methonæorum Rempublicam male

---

MASSILIENSIUM.

174.

Similem historiam narrat Aristoteles in Massiliensium Republica ita scribens : Phocæenses Ioniæ, mercaturam facientes, Massiliam condidere. Euxenus autem Phocæensis hospitio utebatur Nani ; nomen id regi erat. Hic Nanus quum nuptias celebraret filiæ suæ, Euxenum, qui tunc forte Massiliam advenerat, ad epulum vocavit. Agebantur autem nuptiæ tali modo : post cœnam oportebat virginem in cœnaculum intrare, et vini pateram cui vellet ex præsentibus procis tradere ; cui autem tradidisset, is sponsus erat. Ingressa igitur virgo, pateram sive casu, sive alia de causa tradidit Euxeno : nomen virgini Petta erat. Ita quum accidisset, pater, ratus volente deo huic pateram esse traditam, æquum censuit ut Euxeno collocaretur filia : isque eam duxit uxorem et mutato nomine Aristoxenam appellavit. Et superest ad hunc diem Massiliæ familia ab hac muliere originem ducens, qui Protiadæ nominantur. Fuit enim Protus filius Euxeni hujus et Aristoxenæ.

175.

Isocrates in Archidamo dicit Phocæenses Persarum regis dominationem fugientes Massiliam emigrasse. Ceterum jam ante hæc tempora Massiliam a Phocæensibus habitatam esse Aristoteles quoque in Massiliensium Republica tradit.

MEGARENSIUM.

176.

In Ætolorum Republica Aristoteles qui nunc Locri dicuntur Leleges nominat ; eosdem etiam Bœotiam tenuisse ait. Similiter in Opuntiorum Republica et Megarensium.

METHONÆORUM.

176 ª.

Libethriis illepidior. Libethrii natio Pierica, cujus meminit etiam Aristoteles in Methonæorum Republica. Illepidissimi dicuntur Libethrii fuisse quia apud illos occisus est Orpheus.

Digitized by Google

pro Atheniensium nominatam apud Athenæum VI, 235, E, supra vidimus fragm. 93.

ΜΗΛΙΕΩΝ.

www.libtool.com.cn

177 (549).

Suidas s. v. Τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα : Φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μηλιέων Πολιτείᾳ τοὺς παῖδας γυμνοὺς ἐκφέρειν μέχρι ἐτῶν ις' καὶ καταφιλεῖν αὐτοὺς ἐν τοῖς συμποσίοις.

Hæc emendanda et supplenda sunt e Proverb. in Appendice Vaticana Centur. V, 3 : Τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα. Μηλίοις ἀνεῖλεν ὁ θεὸς φιλεῖν τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα· μέχρις οὗ ἐτῶν δέκα ἐξ γυμνοὺς περιέφερον τοὺς παῖδας καὶ κατεφίλουν ἐν Ὀλυμπίᾳ.

178 (550).

Photius s. v. Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον : Τοῦτο ἐπὶ τῶν ἄγαν ῥεόντων πλοίων ἀπὸ ἱστορίας τινὸς εἴρηται· φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης Ἱππότην εἰς ἀποικίαν στελλόμενον τοῖς μὴ βουληθεῖσιν αὐτῷ συμπλεῖν καταράσασθαι· ἐπειδὴ γὰρ προφασιζόμενοι οἱ μὲν τὰς γυναῖκας αὐτοῖς ἀρρωστεῖν, οἱ δὲ τὰ πλοῖα ῥεῖν κατέμενον, κατηράσατο μήτε πλοῖα στεγανὰ αὐτοῖς γενέσθαι ποτὲ καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν κρατεῖσθαι ἀεί.

Eadem Suidas s. v. et brevius omissa Aristotelis mentione idem s. v. Μηλιακόν, Apostolius Prov. XIX, 89. Prov. Vat. Append. IV, 4. Aliam explicationem proverbii dat Diogenian. Prov. VIII, 31 : Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον : Ἐπὶ τῶν ἄγαν ῥεόντων πλοίων. Κατηράσαντο γὰρ Λακεδαιμόνιοι μηδέποτε στεγνὰ τὰ πλοῖα Μηλιέων γενέσθαι· παραβάται γάρ. De Hippote, Aletæ Corinthi conditoris patre, C. Müllerus qui totam hanc historiam illustravit ad Aristot. fragm. 143, conferri jubet Apollodor. II, 8, 3, Conon. 26, Pausan. II, 4, 3, III, 13, 3, Schol. Theocrit. V, 83, O. Müller, *die Dorer*, t. I, p. 84, 124.

(ΜΗΛΙΩΝ.)

179 (551).

Plinius Hist. nat. IV, s. 23 : *Melos cum oppido quam Aristides Byblida*, Aristoteles *Zephyriam*, *Callimachus Mimallida*, *Heraclides Siphim et Acyton. Hæc insularum rotundissima est.* Stephan. Byz. s. v. Μῆλος : Νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν. Φοίνικες οὖν οἰκισταὶ πρότερον, ὅθεν καὶ Βυβλὶς ἐκλήθη ἀπὸ τῶν Βυβλίων Φοινίκων· ἀλλὰ καὶ Ζεφυρία.

(ΜΙΛΗΣΙΩΝ.)

180 (552).

Parthenius Erotic. c. 14. Περὶ Ἀνθέως. Ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ τὰ Μιλησιακά. — Ἐκ δὲ Ἁλικαρνασσοῦ παῖς Ἄνθεὺς ἐκ βασιλείου γένους ὡμήρευσε παρὰ Φοβίῳ ἑνὶ τῶν Νηλειδῶν τότε κρατοῦντι Μιλησίων. Τούτου Κλεόβοια, ἣν τινες Φιλαίχμην ἐκάλεσαν, τοῦ Φοβίου γυνὴ ἐρασθεῖσα πολλὰ ἐμηχανᾶτο εἰς τὸ προσαγαγέσθαι τὸν παῖδα. Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀπεωθεῖτο ποτὲ μὲν φάσκων ὀρρωδεῖν μὴ κατάδηλος γένοιτο, ποτὲ δὲ Δία ξένιον καὶ κοινὴν τράπεζαν προϊσχόμενος, ἡ Κλεόβοια κακῶς φερομένη ἐν νῷ εἶχε τίσασθαι αὐτὸν ἀνηλεῆ τε καὶ ὑπέραυχον ἀποκαλουμένη. Ἔνθα δὴ χρόνου προϊόντος τοῦ μὲν ἔρωτος ἀπηλλάχθαι προσεποιήθη, πέρδικα δὲ τιθασὸν εἰς βαθὺ φρέαρ κατασοβήσασα ἐδεῖτο τοῦ Ἀνθέως ὅπως κατελθὼν ἀνέλοιτο αὐτόν· τοῦ δὲ ἑτοίμως ὑπακούσαντος διὰ τὸ μηδὲν ὑφορᾶσθαι, ἡ Κλεόβοια ἐπισείει στιβαρὸν αὐτῷ πέτρον. Καὶ ὁ μὲν παραχρῆμα ἐτεθνήκει, ἡ δ' ἀρ' ἐννοηθεῖσα ὡς δεινὸν ἔργον δεδράκοι, καὶ ἄλλως δὲ καομένη σφοδρῷ ἔρωτι τοῦ παιδός,

---

MALIENSIUM.

177.

Carissimorum carissima. Aristoteles dicit in Maliensium Republica Malienses liberos usque ad ætatis annum decimum sextum nudos circumferre et deosculari in conviviis.

Malienses deus jussit diligere carissima carissimorum. Liberos igitur usque ad annum sextum decimum ætatis nudos circumferebant et deosculabantur Olympiæ.

178.

Maliacum navigium dicitur de vetusto et rimarum pleno navigio ab historia quadam. Aristoteles enim refert Hippoten, quum coloniam deducturus esset, imprecatum esse iis qui secum navigare recusassent. Nam quum alii uxorum infirmitatem, alii rimas navigiorum prætexentes domi manerent, imprecatus iis est, ut nunquam firmis uterentur navigiis, feminarumque imperio semper subjecti essent.

(MILESIORUM.)

180.

De Antheo. Narrat Aristoteles et scriptores rerum Milesiacarum. — Antheus regii generis ex Halicarnasso adolescens Phobio Nelidæ tunc Milesiis imperanti obses datus fuit. In hujus amorem Cleobœa, quam quidam Philæchmen vocarunt, Phobii uxor illata, multa sane machinata est, quibus adolescentem illiceret. Quum autem ille eam aversaretur aliquando quidem timorem prætexult, ne videlicet manifestum id fieret, aliquando autem hospitii jus et communem mensam causatus est, tamdiu ut Cleobœa ægre rem ferens, in animo haberet ulcisci eum, immisericordem ipsum et superbum vo-

Digitized by Google

ἀναρτᾷ ἑαυτήν. Φόβιος μέντοι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὡς ἐναγὴς παρεχώρησε Φρυγίᾳ τῆς ἀρχῆς· ἔφασαν δέ τινες οὐ πέρδικα, σκεῦος δὲ χρυσοῦν εἰς τὸ φρέαρ βεβλῆσθαι, ὡς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς μέμνηται ἐν τοῖσδε ἐν Ἀπόλλωνι... Cf. Anthol. gr. ed Jacobs. t. VII, p. 239 sqq.

www.libtool.com.cn

181 (553).

Athenæus XII, p. 523, E : Μιλήσιοι δὲ ἕως μὲν οὐκ ἐτρύφων, ἐνίκων Σκύθας, ὥς φησιν Ἔφορος, καὶ τάς τε ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις ἔκτισαν καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον κατῴκισαν πόλεσι λαμπραῖς, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν Μίλητον ἔθεον· ὡς δ' ὑπῆχθησαν ἡδονῇ καὶ τρυφῇ κατερρύη τὸ τῆς πόλεως ἀνδρεῖον, φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ παροιμία τις ἐγεννήθη ἐπ' αὐτῶν· « Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. »

Ex Athenæo Eustath. ad Il. ψ, 444, p. 1358, 5 Rom. Versus a Zenobio, Prov. V, 80 Anacreonti tribuitur, fr. 86 apud Bergkium. Cf. præterea Suidas s. v., Apostol. Prov. XIII, 85, Diogenian. V, 3, Hesychius, Photius, Philostrat. Vit. Sophist. XXII, 4.

ΝΑΞΙΩΝ.

182 (554).

Athenæus VIII, p. 348, A : Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ναξίων Πολιτείᾳ περὶ τῆς παροιμίας (Οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς scil.) οὕτω γράφει· « Τῶν παρὰ Ναξίοις εὐπόρων οἱ μὲν πολλοὶ τὸ ἄστυ ᾤκουν, οἱ δὲ ἄλλοι διεσπαρμένοι κατὰ κώμας. Ἐν οὖν δή τινι τῶν κωμῶν, ᾗ ὄνομα ἦν Ληστάδαι, Τελεσταγόρας ᾤκει πλούσιός τε σφόδρα καὶ εὐδοκιμῶν καὶ τιμώμενος παρὰ τῷ δήμῳ τοῖς τ' ἄλλοις ἅπασι καὶ τοῖς καθ' ἡμέραν πεμπομένοις. Καί ὅτε καταβάντες ἐκ τῆς πόλεως δυσωνοῖντό τι τῶν πωλουμένων, ἔθος ἦν τοῖς πωλοῦσι λέγειν ὅτι μᾶλλον ἂν προέλοιντο Τελεσταγόρᾳ δοῦναι ἢ τοσούτου ἀναδόσθαι. Νεανίσκοι οὖν τινες ὠνούμενοι μέγαν ἰχθύν, εἰκόντος τοῦ ἁλιέως τὰ αὐτά, λυπηθέντες τῷ πολλάκις ἀκούειν, ὑποπιόντες ἐκώμασαν πρὸς αὐτόν. Δεξαμένου δὲ τοῦ Τελεσταγόρου φιλοφρόνως αὐτούς, οἱ νεανίσκοι αὐτόν τε ὕβρισαν καὶ δύο θυγατέρας αὐτοῦ ἐπιγάμους. Ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες οἱ Νάξιοι καὶ τὰ ὅπλα ἀναλαβόντες ἐπῆλθον τοῖς νεανίσκοις· καὶ μεγίστη τότε στάσις ἐγένετο, προστατοῦντος τῶν Ναξίων Λυγδάμιδος, ὃς ἀπὸ ταύτης τῆς στρατηγίας τύραννος ἀνεφάνη τῆς πατρίδος.

183 (555).

Plutarch. De mulier. virtutibus c. 17 : Ναξίοις καὶ Μιλησίοις συνέστη πόλεμος διὰ τὴν Ὑψικρέοντος τοῦ Μιλησίου γυναῖκα, Νέαιραν. Αὕτη γὰρ ἠράσθη Προμέδοντος Ναξίου, καὶ συνέπλευσεν· ὃς ἦν μὲν ξένος τοῦ Ὑψικρέοντος, ἐρασθεὶς δὲ τῇ Νεαίρᾳ συνῆλθε καὶ τὸν ἄνδρα φοβουμένην ἀπαγαγὼν εἰς Νάξον ἱκέτιν τῆς Ἑστίας ἐκάθισεν. Τῶν δὲ Ναξίων οὐκ ἐκδιδόντων, χάριν τοῦ Προμέδοντος, ἄλλως δὲ ποιουμένων πρόφασιν τὴν ἱκετείαν, ὁ πόλεμος συνέστη. Τοῖς δὲ Μιλησίοις ἄλλοι τε πολλοί, καὶ προθυμότατα τῶν Ἰώνων Ἐρυθραῖοι συνεμάχουν, καὶ μῆκος ἔσχε καὶ συμφορὰς ἤνεγκε μεγάλας ὁ πόλεμος· εἶτ' ἐπαύσατο διὰ ἀρετὴν γυναικός, ὡς συνέστη διὰ μοχθηρίαν. Διόγνη-

---

cans. Quare temporis progressu amorem in se exstinctum simulabat, ac perdicem cicurum in profundum puteum demittens, Antheum rogavit ut descenderet atque extraheret illam. Ille itaque quum nihil mali suspicatus prompte obediret, Cleobœa super eum dejecit ingens saxum, unde ille statim mortuus est. Ipsa vero animo volvens quam grave flagitium perpetrasset, atque alias etiam vehementi adolescentis amore flagrans, se ipsam suspendit. Porro Phobius ob eandem causam tanquam scelestus Phrygio regnum cessit. Dixerunt autem nonnulli non perdicem, sed vasculum aureum in puteum projectum fuisse, ut Alexander quoque Ætolus.

181.

Milesii postquam voluptatibus et luxuriæ succubuerunt, enervatum concidit civitatis robur, ut ait Aristoteles, et enatum in eos est proverbium : *Fortes olim fuerunt Milesii.*

NAXIORUM.

182.

Aristoteles in Naxiorum Republica, ubi proverbii *Nullus piscis magnus est malus* meminit, hæc scribit : Eorum qui apud Naxios copia rei familiaris abundabant alii habitabant in urbe, alii per vicos sparsim vitam agebant. In uno igitur ex vicis, cui Lestadæ nomen, habitabat Telestagoras, vir prædives et optimæ apud eos famæ; quem honorabat populus cum aliis omnibus rebus, tum missis quotidie muneribus. Et si quando oppidani, in vicos digressi, emere aliquid rerum venalium vellent, sed minoris licitarentur quam par esset, solebant venditores respondere, malle se Telestagoræ dare quam eo pretio addicere. Aliquando igitur juvenes nonnulli magnum piscem mercantes, quum idem illud respondisset iis piscator, ægre ferentes sæpius illud verbum a se audiri, jam bene adpoti ad eum perrexerunt comissabundi. Quos quum benigne accepisset Telestagoras, illi et ipsum et duas nubiles filias contumelia affecerunt. Quibus indignantes Naxii, arreptis armis impetum in juvenes fecere : et maxima tum exorta est seditio, in qua præerat Naxiis Lygdamis, qui ab hoc imperio tyrannus patriæ evasit.

183.

Propter Neæram Hypsicreontis Milesii uxorem bellum inter Naxios et Milesios ortum fuit. Ea enim quum

Digitized by Google

τος γὰρ ὁ τῶν Ἐρυθραίων στρατηγός, ἔχων καὶ πεπιστευμένος ἔρυμα κατὰ τῆς Ναξίων πόλεως εὖ πεφυκὸς καὶ κατεσκευασμένον, ἠλάσατο λείαν τῶν Ναξίων πολλήν, καὶ γυναῖκας ἐλευθέρους καὶ παρθένους ἔλαβεν. Ὧν μιᾶς, Πολυκρίτης, ἐρασθείς, εἶχεν αὐτὴν οὐχ ὡς αἰχμάλωτον, ἀλλ' ἐν τάξει γαμετῆς γυναικός. Ἑορτῆς δὲ τοῖς Μιλησίοις καθηκούσης ἐν τῇ στρατιᾷ, καὶ πρὸς πόσιν ἁπάντων καὶ συνουσίας τραπομένων, ἠρώτησε τὸν Διόγνητον ἡ Πολυκρίτη, μή τι κωλύοι πεμμάτων μερίδας ἀποπέμψαι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῆς. Ἐπιτρέψαντος δ' ἐκείνου καὶ κελεύσαντος ἐνέβαλε μολίβδινον γραμματίδιον εἰς πλακοῦντα, κελεύσασα φράσαι τὸν κομίζοντα τοῖς ἀδελφοῖς, ὅπως αὐτοὶ μόνοι καταναλώσωσιν ἃ ἔπεμψεν. Οἱ δ' ἐντυχόντες τῷ μολίβδῳ, καὶ τὰ γράμματα τῆς Πολυκρίτης ἀναγνόντες, κελευούσης νυκτὸς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις, ὡς ὑπὸ μέθης διὰ τὴν ἑορτὴν ἐξημελημένων πάντων, προσήγγειλαν τοῖς στρατηγοῖς, καὶ παρώρμησαν ἐξελθεῖν μετ' αὐτῶν. Ἁλόντος δὲ τοῦ χωρίου, καὶ πολλῶν διαφθαρέντων, ἐξητήσατο τὸν Διόγνητον ἡ Πολυκρίτη παρὰ τῶν πολιτῶν, καὶ διέσωσεν. Αὐτὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις γενομένη τοὺς πολίτας ἁπαντῶντας αὐτῇ, μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένους καὶ θαυμάζοντας, οὐκ ἤνεγκε τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπέθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα περὶ τὴν πύλην· ὅπου τέθαπται, καὶ καλεῖται βασκάνου τάφος, ὡς βασκάνῳ τινὶ τύχῃ τὴν Πολυκρίτην φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῶν τιμῶν. Οὕτω μὲν οἱ Ναξίων συγγραφεῖς ἱστοροῦσιν· ὁ δ' Ἀριστοτέλης φησίν, οὐδ' ἁλούσης τῆς Πολυκρίτης, ἄλλως δέ πως ἰδόντα τὸν Διόγνητον ἐρασθῆναι, καὶ πάντα διδόναι καὶ ποιεῖν ἕτοιμον εἶναι· τὴν δὲ ὁμολογεῖν ἁφίξεσθαι πρὸς αὐτόν, ἑνὸς μόνου τυχοῦσαν, περὶ οὗ τὸν Διόγνητον (ὥς φησιν ὁ φιλόσοφος) ὅρκον ἠτήσεν· ἐπεὶ δ' ὤμοσεν, ἠξίου τὸ Δήλιον αὐτῇ δοθῆναι (Δήλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ χωρίον), ἄλλως δ' οὐκ ἂν ἔφη συνελθεῖν. Ὁ δὲ καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ διὰ τὸν ὅρκον ἐξέστη, καὶ παρέδωκε τῇ Πολυκρίτῃ τὸν τόπον, ἐκείνη δὲ τοῖς πολίταις. Ἐκ δὲ τούτου πάλιν εἰς ἴσον καταστάντες, ἐφ' οἷς ἠβούλοντο, πρὸς τοὺς Μιλησίους διελύθησαν.

Eadem narratio, contractior apud Polyænum VIII, 36, nonnullis vero ornatior apud Parthenium ex Andrisci libro primo Ναξιακῶν legitur. Ubi et illud additur Theophrastum quoque ἐν τῷ δ' Πρὸς τοὺς καιροὺς, ejus meminisse. De Polycritæ subita morte refert quoque A. Gellius Noct. Att. III, 15 : *Cognito repente insperato gaudio exspirasse animam refert* ARISTOTELES *philosophus, Polycritam nobilem feminam Naxo insula.*

ΟΠΟΥΝΤΙΩΝ.

184 (556).

Strabo VII, p. 321 : Ἐν δὲ τῇ Αἰτωλῶν (Πολιτείᾳ Ἀριστοτέλης) τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας

amaret Promedontem Naxium mariti sui hospitem, corpus cum eo miscuit, veritaque iram mariti, cum eo in Naxum navigavit. Eam Promedon supplicem Vestæ collocavit. Naxiis autem mulierem sub præscriptione supplicationis in gratiam Promedontis non dedentibus, bellum quod dixi, conflatum est. Milesiis cum alii multi, tum Ionum studiosissime Erythræi auxilia tulerunt, bellumque hoc tractum magnis calamitatibus, tandem virtute mulieris finitum est, sicuti cœperat mulieris ob pravitatem. Diogneius Erythræorum dux munitionem quandam sibi commissam tenebat, opportune admodum contra Naxiorum urbem sitam; itaque et magnam Naxiis prædam abstulit, et mulieres ac virgines liberas. Harum unam, nomine Polycritam, amore captus, secum non ut captivam, sed uxoris loco habuit. Evenit ut in castris Milesiorum dies ageretur festus : ibi quum omnes poculis essent ac conviviis dediti, rogavit Diognetum Polycrita, ut liceret sibi fratribus partes placentarum mittere. Quumque is permitteret ac juberet, plumbeam tabellam placentæ inseruit, mandato ei qui eam fratribus afferebat, ut solos vesci juberet fratres iis quæ mittebat. Hi quum offendissent tabellam et legissent quæ scripserat Polycrita (hortabatur autem ut noctu hostes adorirentur, ob ebrietatem festo die contractam plane socordia dissolutos), rem ducibus Naxiorum significaverunt, et permoverunt ut secum exirent rei gerendæ causa. Occupato a Naxiis castello, multisque hostium interfectis, Diogneto precibus Polycrita a civibus impetravit salutem. Ipsa autem civibus ad portam occurrentibus magno cum gaudio, collaudantibusque et serta ferentibus, magnitudine lætitiæ exanimata, in ipsa porta concidit mortua : atque ibi sepulta est, et monimentum ejus vocatur *livoris tumulus* : quod invidia quadam fortunæ fascinata Polycrita putaretur meritis honoribus non potuisse frui. Hæc Naxiorum historicorum est narratio. Aristoteles captam Polycritam fuisse non dicit, sed conspectam a Diogneto, sui eum amore irretivisse, ipsumque promisisse omnia se, ut ea potiretur, dare ac facere paratum esse : Polycritam se ad ipsum venturam pollicitam, si unicum quippiam ab eo obtineret, fuisse : quumque id jurejurando interposito Diognetus confirmasset, tradi sibi Delium postulasse (id enim castello nomen erat), aliter se morem gesturam ipsi negasse : victum amore Diognetum, et jurisjurandi permotum religione, Polycritæ castellum, hocque eam civibus tradidisse. Ita Naxios rursus Milesiis pares viribus factos, pacem in suas leges confecisse.

OPUNTIORUM.

184.

In Ætolorum Republica Aristoteles qui nunc Locri dicuntur Leleges nominat; eosdem etiam Bœotiam te-

Digitized by Google

καλεῖ, κατασχεῖν δὲ καὶ τὴν Βοωτίαν αὐτούς φησιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ Ὀπουντίων καὶ Μεγαρέων.

Cf. supra Ætolorum Respublica et Stephan. Byz. s. v. Φύσκος, cujus verba ad sequens fragmentum dedimus.

www.intool.com.cn

185 (557).

Schol. Pindari Olymp, IX, 86 : Ἀπὸ γᾶς Ἐπειῶν : Ἐπειῶν τῶν Ἠλείων... Ὀποῦντος ἦν θυγάτηρ Ἠλείων βασιλέως, ἣν Ἀριστοτέλης Καμβύσην καλεῖ.

Ex Aristotele, ut videtur, Plutarch. Quæst. gr. c. 15 : Τίς ἡ ξυλίνη κύων παρὰ Λοκροῖς; Φύσκου τοῦ Ἀμφικτύονος υἱὸς ἦν Λοκρός, ἐκ δὲ τούτου καὶ Καβύσης Ὀποῦς (ita pro Λοκρός legendum vidit Bournot. l. l. p. 285). Πρὸς ὃν ὁ πατὴρ διενεχθεὶς καὶ συχνοὺς τῶν πολιτῶν ἀναλαβὼν περὶ ἀποικίας ἐμαντεύετο· τοῦ δὲ θεοῦ φήσαντος κτίζειν πόλιν, ὅπου περ ἂν τύχῃ δηχθεὶς ὑπὸ κυνὸς ξυλίνης, ὑπερβαίνων εἰς τὴν ἑτέραν θάλασσαν ἐπάτησε κυνόσβατον· ἐνοχληθεὶς δὲ τῇ πληγῇ διέτριψεν ἡμέρας αὐτόθι πλείονας, ἐν αἷς καταμαθὼν τὸ χωρίον ἔκτισε πόλεις Φυσκεῖς καὶ Ὑάνθειαν (Ὑαντίαν Steph. Byz. s. v. Ὕαντες) καὶ τὰς ἄλλας ὅσας οἱ κληθέντες Ὀζόλαι Λοκροὶ κατῴκησαν. Cf. Eustath. ad Iliad. p. 277, 17, Steph. Byz. s. v. Φύσκος, apud quem verba, Φύσκος δὲ ἀφ' οὗ οἱ Λέλεγες οἱ νῦν Λοκροί, Aristotelis esse, satis probabiliter suspicatur Rosius, collato Strabone VII, p. 321 : Ἀριστοτέλης... τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ. Athen. II, p. 70, C, hæc habet: Δίδυμος δ' ὁ γραμματικὸς ἐξηγούμενος παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὸ « κύναρος ἄκανθα », μήποτε φησὶ τὴν κυνόσβατον λέγει διὰ τὸ ἀκανθώδες καὶ τραχὺ εἶναι τὸ φυτόν· καὶ γὰρ ἡ Πυθία ξυλίνην κύνα αὐτὸ εἶπε καὶ ὁ Λοκρὸς χρησμὸν λαβὼν, ἐκεῖ πόλιν οἰκίζειν, ὅπου ἂν ὑπὸ ξυλίνης κυνὸς δηχθῇ, καταμυχθεὶς τὴν κνήμην ὑπὸ κυνοσβάτου, ἔκτισε τὴν πόλιν. Cf. Hesychius s. v. Κύναρος.

186 (558).

Harpocration : Ἄμφισσα : Πόλις τῆς Λοκρίδος· Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ὀπουντίων Πολιτείᾳ οὕτω λέγει· » Ἀνδραίμων δὲ ἦν οἰκιστής, Ἄμφισσαν δ' ὠνόμασαν διὰ τὸ περιέχεσθαι τὸν τόπον ὄρεσιν. »

Eadem etymologia apud Suidam s. v. et Zonaram p. 151. Aliter Pausanias X, 38.

187 (559).

Hesychius : Ἄσπετος : ὁ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἠπείρῳ ὡς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ὀπουντίων Πολιτείᾳ.

Cf. Plutarch. Vita Pyrrhi, c. 1 : Ἀχιλλεὺς ἐν Ἠπείρῳ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχεν Ἄσπετος ἐπιχωρίῳ φωνῇ προσαγορευόμενος. Ptolemæus Hephæstio in Photii Biblioth. p. 147, 18 Bekker : Ἐκαλεῖτο (ὁ Ἀχιλλεὺς scil.) δὲ καὶ Ἰσσά, καὶ Πύρρα, καὶ Ἄσπετος. De Achille locutum esse Aristotelem ob Patroclum Opuntium notavit C. Müllerus fr. 121.

188 (560).

Chœroboscus ad Theodosii Canones t. I, p. 75, 23 Gaisf. (p. 1393 in Anecd. Bekk.) : Τὰ εἰς δων λήγοντα δισύλλαβα βαρύτονα διὰ τοῦ ω κλίνονται, εἰ μὴ μετοχικὴν κλίσιν ἀναδέχονται, οἷον κώδων... τὸ Μέδων, ἔστι δὲ κύριον ὄνομα, ὁ μὲν ποιητὴς Ὅμηρος διὰ τοῦ ντ κλίνει, οἷον Μέδοντος, τῷ λόγῳ τῶν μετοχικῶν, Ἰσαῖος δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ὀπουντίων Πολιτείᾳ Μέδωνος φησὶν ἀναλόγως. Locus Homeri est Il. β, 727, cf. ν, 693, Eustath. p. 277, 17, Schol. Vict. ad Il. v. 694 et Etymol. M. p. 606, 10.

---

nuisse ait. Similiter in Opuntiorum Republica et Megarensium.

185.

Opuntis, Eleorum regis, filia erat, quam Aristoteles Cambysen nominat.

Quæ est canis lignea apud Locros? Locrus Physcii filius Amphictyonis nati ex Cabya filium habuit Locrum, cum quo postquam in discordiam incidit, magno civium numero assumpto, oraculum de colonia deducenda consuluit : tulitque responsum ibi se urbem condere debere, ubi morsus esset a cane lignea. Mari trajecto rubum caninum (*cynosbaton*, id est fruticem spinosum) calcavit, vulnereque vexatus, per aliquot dies ibi commoratus, regionis natura considerata, Physcenses, Hyanthiamque condidit, urbesque alias, quæ a Locris deinde Ozolis cultæ sunt.

186.

Amphissa urbs Locridos. Aristoteles in Opuntiorum Republica sic ait : Andræmon fuit conditor, Amphissa vero urbs nuncupata est propterea quod locus montibus circumdatus erat.

187.

Aspetus in Epiro Achilles cognominatur, ut ait Aristoteles in Opuntiorum Republica.

188.

Medon, nomen proprium apud Homerum ad rationem participiorum ita flectitur ut genetivus sit Medontis; sed Isæus orator et Aristoteles in Opuntiorum Republica Medonis in genetivo casu dixerunt.

Digitized by Google

ΟΡΧΟΜΕΝΙΩΝ.

189 (561).

www.libtool.com.cn

Joannes Tzetzes Proleg. ad Comm. in Hesiodi Opera, p. 15 Gaisf. : Τὸν παλαιὸν δὲ Ὅμηρον Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησὶν ἐπ' ἀμφοτέρων ὑπάρχειν τῶν Θηβαϊκῶν στρατειῶν καὶ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. Ἐκ τούτου γοῦν λογίζομαι τοῦτον τοῦ Ἡσιόδου εἶναι υ' ἐτῶν προγενέστερον. Ἀριστοτέλης γὰρ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δ' οἶμαι ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων Πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου ἐκ τῆς Κλυμένης αὐτῷ γενηθέντα τῆς Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος ἀδελφῆς, θυγατρὸς δὲ Φηγέως· ὁ δὲ Στησίχορος οὗτος σύγχρονος ἦν Πυθαγόρᾳ τῷ φιλοσόφῳ καὶ τῷ Ἀκραγαντίνῳ Φαλάριδι· οἱ δὲ Ὁμήρου υ' ὑστέριζον ἔτεσι, καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος (II, 53)... Τελευτᾷ δὲ Ἡσίοδος ἐν Λοκρίδι τοιουτοτρόπως. Μετὰ τὴν νίκην, ἣν αὐτὸν λενικηκέναι φασὶν ἐπὶ τῇ τελευτῇ Ἀμφιδάμαντος, εἰς Δελφοὺς ἐπορεύθη, καὶ ἐδόθη αὐτῷ οὑτοσὶ ὁ χρησμός·

> Ὀλβιος οὗτος ἀνήρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει,
> Ἡσίοδος Μούσῃσι τετιμένος ἀθανάτῃσι·
> τοῦ δή τοι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδνατι ἠώς.
> Ἀλλὰ Διὸς περύλαξο Νεμείου κάλλιμον ἄλσος·
> κεῖθι δέ τοι θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

Ὁ δὲ τὴν ἐν Πελοποννήσῳ Νεμέαν φυγὼν ἐν Οἰνόῃ τῆς Λοκρίδος ὑπὸ Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος τῶν Φηγέως παίδων ἀναιρεῖται καὶ ῥίπτεται εἰς τὴν θάλασσαν ὡς φθείρας τὴν ἀδελφὴν ἐκείνων Κλυμένην, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Στησίχορος. Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Οἰνόη Διὸς Νεμείου ἱερόν. Μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν ὑπὸ δελφίνων πρὸς τὸν αἰγιαλὸν ἐξήχθη τὸ σῶμα μεταξὺ Λοκρίδος καὶ Εὐβοίας, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν Λοκροὶ ἐν Νεμέᾳ τῇ τῆς Οἰνόης. Οἱ δὲ φονεῖς αὐτοῦ νηὸς ἐπιβάντες ἐπειρῶντο φυγεῖν, χειμῶνι δὲ διεφθάρησαν. Ὀρχομένιοι δὲ ὕστερον κατὰ χρησμὸν ἐνεγκόντες τὰ Ἡσιόδου ὀστᾶ θάπτουσιν ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπέγραψαν τάδε·

> Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήιος· ἀλλὰ θανόντος
> ὀστέα πληξίππων γῆ Μινύων κατέχει
> Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστίν,
> ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

Ἐπέγραψε δὲ καὶ Πίνδαρος·

> Χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
> Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Eadem fere in Certamine Homeri et Hesiodi sunt c. 15 sq. Quae ibi similia de Homeri morte narrantur, eorum partis fontem fuisse Aristotelem in Dialogo de Poetis supra jam vidimus; quamquam de his satis difficile est judicium facere, propter scriptorum quibus haec debentur levitatem. Ceterum de Hesiodi duplici sepultura Aristotelem in Orchomeniorum Republica narravisse testatur Plutarchus apud Proclum in Hes. O. et D. v. 631 (fr. 36, t. V, p. 28 Plutarchi Operum ed. Didot.) : Ἀοίκητον δὲ αὐτὸ (τὴν Ἄσκραν sc.) ὁ Πλούταρχος ἱστορεῖ καὶ τότε εἶναι, Θεσπιέων ἀνελόντων τοὺς οἰκοῦντας, Ὀρχομενίων δὲ τοὺς σωθέντας δεξαμένων· ὅθεν καὶ τὸν θεὸν Ὀρχομενίοις προστάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχο-

---

ORCHOMENIORUM.

189.

Aristoteles philosophus, vel potius, mea quidem sententia, Peplorum auctor, in Orchomeniorum Republica Stesichorum lyricum ait filium esse Hesiodi e Clymene natum, Amphiphanis et Ganyctoris sorore, Phegeique filia. Fuit autem hic Stesichorus æqualis Pythagoræ philosophi et Phalaridis Agrigentini, quos constat posteriores fuisse Homero quadringentis annis, quemadmodum etiam Herodotus testatur... De morte autem Hesiodi sciendum, illum in Locride hac ratione vitam finiisse. Post victoriam, quam ipsi contigisse aiunt in funebribus justis Amphidamantis, profectus est Delphos, datumque illi fuit hoc oraculum :

> Felix ille vir est, nostram qui circumit ædem
> Hesiodus Musis, quæ non moriuntur, amatus,
> Cujus tam late extendet se gloria famæ,
> Quam late terras Phœbus prospectat Eoas.
> Tu vero memora ista Jovi sacrata Nemeo
> Custodi, fatum cui mortem destinat atram.

Ille autem quum Nemeam in Peloponneso relinqueret, Œnoæ in Locride ab Amphiphane et Ganyctore Phegei filiis interficitur et projicitur in mare, putantibus ipsum stupratorem esse Clymenes sororis ipsorum, ex qua natus fuit Stesichorus. Vocabatur autem Œnoe Jovis Nemei templum. Verumenimvero post triduum delphines cadaver e mari ducunt et in littore deponunt quod Locridem et Eubœam disterminat et sepeliverunt ipsum Locrenses in Nemea Œnoensi. Auctores vero cædis conscensis navibus conabantur fugam quærere, sed tempestate perierunt. Orchomenii postea, oraculo moniti, ossa jam sepulti Hesiodi ex Nemea auferunt, eaque in medio suo foro terræ reddunt, his versibus super monumentum inscriptis :

> Ascra solum patrium fuerat, non fertile multum,
> Hesiodi, corpus sed Minya ora tenet.
> Inter mortales semper celebrabitur omnes,
> Qui bona prudenter facta probare solent.

Scripsit etiam Pindarus tale epitaphium :

> Salve, iterum pubescens ac bis condite, salve,
> Hesiode, humanæ qui modus es sophiæ.

Ascram jam tunc desertam fuisse tradit Plutarchus, incolis a Thespiensibus trucidatis, iisque qui stragem effugissent ab Orchomeniis in urbem receptis. Unde etiam deum Orchomenii imperasse, ut Hesiodi ossa apud se

Digitized by Google

μενίων Πολιτείαν. Cf. Append. Prov. IV, 92 t. I, p. 456 ed. Gotting. s. v. Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας : Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρχομενίων Πολιτείᾳ δὶς τεθάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν· « Χαῖρε κτέ. » Παρόσον τὸ τε γῆρας ἐπέβη καὶ δὶς ἐτάφη. Apud Macarium VIII, 49 et Suidam sub eodem lemmate epigramma Pindaro tribuitur, cf. Bergk, in Poetar. lyric. ed. tertia, p. 383. Quæ e Plutarcho laudat Proclus ea in Septem sapient. convivio c. 19 legi putat Rosius. Conjectura satis est probabilis, licet Ascræ, propter quam ad Plutarchum provocat Proclus, nulla ibi mentio fiat. Verba autem Plutarchi Aristotelicam, ut videtur, narrationem referentia hæc sunt l. l. : Ἀνθρώπινον δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς τὸ τοῦ Ἡσιόδου πάθος· ἀκήκοας γὰρ ἴσως τὸν λόγον. Οὐκ ἔγωγε, εἶπον. Ἀλλὰ μὴν ἄξιον πυθέσθαι. Μιλησίου γὰρ ὡς ἔοικεν ἀνδρός, ᾧ ξενίας ἐκοινώνει Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος, ὑποψίαν ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα, μηδενὸς ὢν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως. Ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον ᾧ Τρώϊλος ἦν ὄνομα. Τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν θάλασσαν ὠσθέντων, τὸ μὲν τοῦ Τρωίλου εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον ἐπεισχέθη περικλύστῳ χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀνεχούσῃ· καὶ μέχρι νῦν Τρώϊλος ἡ χοιρὰς καλεῖται. Τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμιζε καὶ τὴν Μολυκρίαν. Ἐτύγχανε δὲ Λοκροῖς ἡ τῶν Ῥιείων (Ἀριαδυείων legitur in Certamine Homeri et Hesiodi c. 15) καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον. Ὡς δὲ ὤφθη προσφερόμενον τὸ σῶμα, θαυμάσαντες ὡς εἰκὸς ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον τὸν νεκρόν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον ἐποιοῦντο, διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου. Καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν εὑρόντες τοὺς φονεῖς· αὐτούς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. Ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμείῳ (cf. Thucydides III, 96, 102, Pausanias IX, 38)· τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται ζητούμενος ὑπ' Ὀρχομενίων, ὥς φασι, βουλομένων κατὰ χρησμὸν ἀνελέσθαι τὰ λείψανα καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς.

De dubitatione, satis leviter a Tzetze mota, Pindari epigramma ab auctore Pepli, non vero ab eo qui Orchomeniorum Rempublicam conscripserat servatum fuisse, postea dicemus quum de Peplo disputabimus.

190 (562).

Pollux X, 165 : Καὶ ὅταν μὲν ἐν Ἀχαρνεῦσιν (v. 108) εἴπῃ Ἀριστοφάνης ἀχάνας χρυσίου, τὸ ἀγγεῖον ἴσως Περσικόν· ἔνιοι δὲ τὴν θεωρικὴν κίστην οὕτω κεκλῆσθαι νομίζουσιν. Ἐν δὲ Ἀριστοτέλους Ὀρχομενίων Πολιτείᾳ μέτρον ἐστὶν Ὀρχομένιον τετταράκοντα πέντε μεδίμνους χωροῦν Ἀττικούς. Οἱ δὲ κοιτίδας τὰς Πυθῴδε ἰόντων, ὅτε καὶ τὰ λεβητάρια καλοῦσι ταναγρίδας.

Schol. Aristoph. Acharn. 108 : Οὔκ, ἀλλ' ἀχάνας : Ἀχάνη μέτρον ἐστὶ Περσικόν, ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις. Ἐχώρει δὲ μεδίμνους Ἀττικοὺς μ', ὡς μαρτυρεῖ Ἀριστοτέλης. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι κίστις ἐστίν, εἰς ἣν κατετίθεντο τοὺς ἐπισιτισμοὺς οἱ ἐπὶ τὰς θεωρίας στελλόμενοι. Hesychius s. v. Ἀχάνας : Τινὲς μὲν Περσικὰ μέτρα, Φανόδημος δὲ κίστας, εἰς ἃς κατετίθεντο τοὺς ἐπισιτισμοὺς οἱ ἐπὶ θεωρικὰ ἰόντες, οἱ εἰς θεοὺς στελλόμενοι, et iterum s. v. Ἀχάνη :

---

sepelirent. Tradit hoc etiam Aristoteles in Orchomeniorum Republica.

Aristoteles in Republica Orchomeniorum dicit Hesiodum bis sepultum, atque hocce nactum esse epigramma : « Salve etc. »

Milesius quidam, cum quo hospitii ac convictus usus Hesiodo intercedebat apud Locros, hospitis filiæ pudicitiam imminuerat : re comperta creditum est Hesiodum ab initio conscium flagitii fuisse, in eoque occultando operam navasse : quum quidem hic insons, nulla sua culpa in iram hominum per calumniam et sinistras incidisset suspiciones. Nihilominus eum puellæ fratres apud Locrense Nemeium, ex insidiis trucidaverunt : unaque asseclam ipsius Troilum. Ceterum cadaveribus in mare devolutis, Troili cadaver foras in Daphnum fluvium delatum, apud scopulum aquis ambitum et non multum ex mari exstantem detentum fuit : qui scopulus etiamnum Troilus dicitur. Hesiodi autem cadaver, ubi primum a terra excidit, excipiens delphinorum grex ad Rhium et Molycriam deportavit. Forte tum Locri solemnem conventum agebant apud Rhium, ac sacris operabantur publicis, quæ etiamnum splendide isto in loco peraguntur. Quum vero cadaver videretur afferri, mirati, ut par erat, ad littus accurrerunt : quumque cadaver recens interfecti Hesiodi agnoscerent, gloria hominis permoti nihil antiquius habuerunt quam cædis auctorem quærere : ac cito iis successit res, inventosque percussores vivos in mare præcipitaverunt, et eorum domum diruerunt. Ipse Hesiodus apud Nemeium sepultus est : et sepulcrum ejus plerique peregrini ignorant : occultatur enim propter Orchomenios, qui id quærunt, et reliquias Hesiodi, monitu oraculi cujusdam, auferre et apud se humare cupiunt.

190.

Achane in Aristotelis Orchomeniorum Republica mensura est, quæ continet quadraginta quinque modios Atticos.

Digitized by Google

Μέτρον σίτου ἐν Βοιωτίᾳ χωροῦν μέδιμνον ἕν (corr. μεδίμνους μέ'). Synag. lex. Seg. p. 473, 32 Bekk. : Ἀχάνη : Μέτρον Βοιώτιον πολλῶν τινῶν μεδίμνων. Οὕτως Ἀριστοφάνης, ubi aperte Ἀριστοτέλης reponendum est, cum Bournotio l. l. p. 285.

ΠΑΡΙΩΝ.

Vide Sopatri excerpta apud Photium, supra fragm. 105 b.

ΠΕΛΛΗΝΙΩΝ.

191 (563).

Harpocration s. v. Μαστῆρες : Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Πάγκαλον. Ἔοικεν ἀρχή τις εἶναι ἀποδεδειγμένη ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ κοινὰ τοῦ δήμου, ὡς οἱ ζητηταὶ καὶ οἱ ἐν Πελλήνῃ μάστροι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πελληνίων Πολιτείᾳ.

Eadem Photius et Suidas omisso Aristotelis nomine. Apud Harpocrationem fortasse sic scribendum : ὧν Ἀρ. ἐν τῇ II. II. μέμνηται. Cf. altera glossa apud Photium p. 248, 21 : Μαστῆρες οἱ τὰ φυγαδευτικὰ χρήματα εἰσπράττοντες· οἱονεὶ ζητηταὶ τῶν φυγαδευτικῶν χρημάτων, τῶν ἀειφυγίαν φυγαδευθέντων· ἐκλήθησαν δὲ μαστῆρες ἀπὸ τῶν κυνηγῶν τῶν ἐν τοῖς μαστοῖς τῶν ὀρῶν ζητούντων τὰ θηρία. Lex. Rhet. Seguer. p. 279, 6 : Μαστῆρες : Ζητηταὶ τῶν φυγαδικῶν χρημάτων. Hesychius s. v. Μαστήρ : ἐρευνητής, s. Μαστῆρες : Ζητοῦντες, ἐρευνῶντες, s. Μαστροί. Παρὰ Ῥοδίοις βουλευτῆρες. Schol. Apoll. Rhodii IV, 1003.

Πελληναίων Πολιτείαν a Dicæarcho conscriptam memorat Cicero Epist. ad Attic. II, 2.

ΡΗΓΙΝΩΝ.

192 (564).

Pollux V, 75 : Ἰθάκη δὲ μόνη τῶν νήσων ἄγονός ἐστι λαγώ. Καρπάθιοι δὲ πρότερον οὐκ ὄντων ἐν τῇ νήσῳ λαγῶν ζεῦγος εἰσαγαγόμενοι, τὸ μὲν εἰς πλῆθος ἐκ τῆς πολυγονίας ἐπιδιδοῦν ἔφθειρε τοὺς καρπούς, οἱ δὲ παροιμίαν ἐποίησαν ἐπὶ τῶν ἐπισπαστὸν κακὸν ἑφ' ἑαυτοὺς ἐπαγαγόντων· « Ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών.» Καὶ μὴν Ἀναξίλας ὁ Ῥηγῖνος οὔσης, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, τῆς Σικελίας τέως ἀγόνου λαγῶν, ὁ δὲ εἰσαγαγών τε καὶ θρέψας, ὁμοῦ δὲ καὶ Ὀλύμπια νικήσας ἀπήνῃ, τῷ νομίσματι τῶν Ῥηγίνων ἐνετύπωσεν ἀπήνην καὶ λαγών.

Priora fortasse ex Ithacensium Republica ducta sunt, ad explicationem proverbii ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών, de quo cf. Zenob. Prov. IV, 48. Neque obstant quæ apud Aristotelem in Hist. Anim. VIII, 28, 13, inde a Plinio Hist. nat. VIII, 226 et Eustathio in Odyss. p. 1821, 30 exscripta, leguntur, lepores nempe nullos in insula Ithaca inveniri, eosque qui in eam translati essent ad littus maris mortuos inventos esse. Anaxilæ mentio fit etiam in Excerptis Heraclidis p. 21, 15 : Ἐτυράννησε δὲ αὐτῶν (τῶν Ῥηγίνων scil.) Ἀναξίλας Μεσσήνιος· καὶ νικήσας Ὀλύμπια ἡμιόνοις, εἰστίασε τοὺς Ἕλληνας, καί τις αὐτὸν ἐπέσκωψεν εἰπών· Οὗτος τί ἂν ἐποίει νικήσας ἵπποις; Ἐποίησε δὲ καὶ ἐπινίκιον Σιμωνίδης.

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

... ἐγένοντο. Quæ supplenda esse perspexit Schneidewinus e tertio libro Rhetoricorum Aristotelis c. 2 § 5 ubi eadem narrantur.

ΡΟΔΙΩΝ.

193 (565).

Schol. Pindar. Olymp. VII ad inscriptionem : Διαγόρᾳ Ῥοδίῳ πύκτῃ : νικήσαντι τὴν οθ' Ὀλυμπιάδα. Ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαί φησι Γόργων ἐν τῷ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ χρυσοῖς γράμμασιν. Ὁ Διαγόρας οὗτος υἱὸς μὲν ἦν Δαμαγήτου τοῦ Ῥοδίου, ἐνίκησε δὲ καὶ Πύθια καὶ Ἴσθμια. Περὶ δὲ τούτου τοῦ Διαγόρου εἶπε μὲν καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Ἀπολλᾶς, μαρτυροῦσι δὲ τοιαῦτα. Κατὰ γὰρ τὴν Ὀλυμπίαν

PELLENENSIUM.

191.

Μαστῆρες, inquisitores, magistratus quidam constitutus ad pecunias publicas colligendas velut ζητηταὶ et apud Pellenenses μάστροι, ut tradit Aristoteles in Republica Pellenensium.

RHEGINORUM.

192.

Quum Sicilia, Aristotele teste, ante Anaxilam lepores non produxisset, hic invehens nutriensque, simul rheda in Olympia vincens, Rheginorum monetæ rhedam insculpsit et leporem.

RHODIORUM.

193.

Schol. Aristoph. Ran. v. 67 : Καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος (sc. Εὐριπίδου) :... οὕτω γὰρ καὶ αἱ Διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ διδιδαχέναι ὁμώνυμον ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας. Cf. Suidas s. v. Εὐριπίδης et Vita Euripid. p. 134, 27 Westerm.

14 (627).

Argum. Soph. Œd. tyr.: Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ πρότερον οὐ τύραννον αὐτὸν (τὸν Οἰδίποδα sc.) ἐπιγράφοντες, διὰ τοὺς χρόνους τῶν Διδασκαλιῶν καὶ διὰ τὰ πράγματα· ἀλήτην γὰρ καὶ πηρὸν Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικνεῖσθαι.

—

Res e Didascaliis petitas omissa earum mentione haud semel præbent Argumenta tragœdiarum, de quibus cf. Schneidewin, *de Hypothes. trag. Græcar. Aristophani Byz. vindicandis Abhandl. der Götting. Ges. der Wiss.*, t. VI.

1. Argum. Æschyl. Pers. : Ἐπὶ Μένωνος (Ol 76, 4) τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ, Προμηθεῖ.

2. Argum. Æsch. S. c. Theb. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγενίδου Ὀλυμπιάδι ογ'. Ἐνίκα Λαΐῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῇ. Δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ, Ταντάλῳ, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου πατρός. Τρίτος Πολυφράδμων Λυκουργείᾳ τετραλογίᾳ.

3. Argum. Æschyl. Agam.: Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἕτει δευτέρῳ. Πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις,

9.

Eratosthenes dicit Callimachum succensuisse Didascaliis quod ferunt Maricam tertio anno post Nubes doctum esse, quum in illis aperte dicatur prius in scenam commissum fuisse.

10.

In Didascaliis fertur Aristophanem alteram fabulam eodem nomine Pacis inscriptam docuisse.

11.

In Didascaliis Ajax (*lorarius*) nude Ajax inscribitur.

12.

In Didascaliis Rhesus ut genuina Euripidis fabula recensetur.

13.

In Didascaliis scriptum est, Euripide mortuo, ejus filium cui ipsi nomen Euripidi erat docuisse in urbe Iphigeniam in Aulide, Alcmæonem vero Bacchas.

15.

Sunt qui Œdipum fabulam inscribant priorem, non tyrannum, propter tempora Didascaliarum.

Digitized by Google

Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. Ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

4. Vita Eurip. : Ἤρξατο δὲ διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος κατὰ Ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην ἔτει α'. Πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας ἔτει πρώτῳ, ὅτε καὶ τρίτος ἐγίνετο.

5. Argum. Eurip. Alcest. : Τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ιζ'. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίνου ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πδ' ἔτει δευτέρῳ. Πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι.

6. Argum. Eurip. Medeæ : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος Ὀλυμπιάδος πζ' ἔτει πρώτῳ. Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης Μηδείᾳ, Φιλοκτήτῃ, Δίκτυϊ, Θερισταῖς σατύροις.

7. Argum. Eurip. Hippol.: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἐπαμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδος πζ' ἔτει β'. Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων.

8. Proleg. Schol. Aristoph. de Comœdia III, 49, p. XIV ed. Dübner : (Aristophanis Δαιταλεῖς) ἐδίδαξε δὲ πρῶτος ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου (Olymp. 88, 1) διὰ Καλλιστράτου.

9. Photius s. v. Σαμίων ὁ δῆμος cf. Suidas : Τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κδ' ἐπὶ Εὐκλείους (Olymp. 88, 2).

10. Argum. Aristoph. Acharn.: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθύνου ἄρχοντος (Olymp. 88, 3) ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν. Δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. Οὐ σώζονται. Τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις.

11. Argum. Aristoph. Equit. : Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος (Olymp. 88, 4) δημοσίᾳ εἰς Ληναια δι' αὐτοῦ Ἀριστοφάνους. Πρῶτος ἐνίκα. Δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις. Τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις.

12. Argum. Aristoph. Nub.: Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου (Olymp. 89, 1), ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ.

13. Argum. Aristoph. Vesp.: Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου εἰς Ληναια ἐν τῇ πθ' Ὀλυμπιάδι. Δεύτερος ἦν. Καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προάγωνι. Λεύκων Πρίσβεσι τρίτος.

14. Argum. Aristoph. Pacis : Ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει (Olymp. 89, 3). Πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι. Τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος ἡνίκα ἐρμῆν λοιοχρότης. Cf. supra fragm. 10.

15. Athen. V, 216, E : Ἐπὶ τούτου (Ἀριστίωνος sc. Olymp. 89, 4) γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον ἐδίδαξας διὰ Δημοστράτου.

16. Ælian. V. Hist. II, 8 : Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. Καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Δυκάονι καὶ Βάχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ. Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμήδῃ καὶ Τρῳάσι καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ. Cf. Schol. Aristoph. Vesp. 1326 et Avium 842.

17. Argum. Aristoph. Av. I et II : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου (Olymp. 91, 2) διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄστει, ὃς (ὅτε corr. Petersen, *Neue Jahrb. für Philologie*, t. LXXXV, p. 661) ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι, πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. — Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου· εἰς δὲ Ληναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. Cf. Schol. Av. 997.

18. Argum. Aristoph. Lysistr.: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος (Olymp. 92, 1). Εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου.

19. Argum. Soph. Philoct.: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου (Olymp. 92, 3)· πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.

20. Argum. Eurip. Phœniss. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ναυσικράτους ἄρχοντος (Olymp. 92, 3? Γλαυκίππου). Δεύτερος Εὐριπίδης καθῆκε διδασκαλίαν περὶ τούτου. Καὶ (corr. κατὰ) γὰρ ταῦτα (corr. ταὐτὰ) ὁ Οἰνόμαος καὶ Χρύσιππος. Καὶ σώζεται. Cf. Schol. Aristoph. Ran. 53 et Av. 348, 424.

21. Argum. Aristoph. Ran.: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη (Olymp. 93, 3) διὰ Φιλωνίδου εἰς Ληναια. Πρῶτος ἦν· δεύτερος Φρύνιχος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι.

22. Argum. Soph. (Edip. Colon.: Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος (Olymp. 94, 3).

23. Argum. Aristoph. Pluti : Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου (Olymp. 97, 4), ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ.

« Nudas præterea temporum notas e didascaliis petitas passim præbent scholia, velut de Eurip. Andromeda et Helena Olymp. 91, 4 (Schol. Aristoph. Ran. 53 et Thesmoph. 1012), de Aristoph. Thesmoph. Olymp. 92, 2 (Schol. Thesmoph. 190), de Euripid. Oreste Olymp. 92, 4 (Schol. Orest. 361), de Platonis Phaone Olymp. 97, 1 (Schol. Aristoph. Plut. 179). Cf. de Strattidis Atalanta Schol. Aristoph. Ran. 146 etc.» *Rosius.*

Digitized by Google

VII. NOMOI ΣΥΣΣΙΤΙΚΟΙ.

Inter librorum titulos qui manifesto ad historici generis scripta pertinent, legitur apud Diogenem Laert. (139) Νόμος συστατικὸς α′, apud Anonym. (169) Νόμων συστατικῶν α′, ubi, quum quid illud sit συστατικὸς a nullo dici potuerit, συσσιτικὸς corrigendum erit (συνουσιαστικὸς Casaub., συμποτικὸς Jonsius *de Scriptor. Hist. Philos.* p. 57; cf. συσσιτικὸν νόμον Gnathænæ meretricis apud Athen. XIII, 585, B), ita ut hic liber fortasse non diversus fuerit ab eo qui in appendice Anonymi (21) περὶ Συσσιτίων ἢ Συμποσίων nominatur. Argumentum igitur libri non tam illud fuit, ut, quod Rosius voluit (p. 178), διάταξιν describeret peripatetici convivii a Theophrasto in testamento instituti (cf. Diog. Laert. V, 52 s., Athen. V, 186, A), quam ut varias in syssitiis usitatas consuetudines colligeret atque illustraret, singulis fortasse legibus quibus regebantur appositis. Inde et illud explicandum erit quod in Συσσιτικῷ Platonis Reipublicæ mentionem factam esse affirmat Proclus, cujus nominandæ vix ulla erat causa in libro qualem Rosius voluit. De tali vero libro, ut jam supra diximus, accipienda viderentur Macrobii verba Saturn. VII, 3, 23 : *Quum videas, inquam, anceps esse omne scommatum genus, suadeo in conviviis in quibus lætitiæ insidiatur ita, ab hujus modi dictis facessas et magis quæstiones convivales vel proponas vel ipse dissolvas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit,* nisi constaret totum hunc locum e Plutarcho expressum esse, Quæst. conviv. I in., qui de ipso Aristotelis Convivio loquitur. Potius fortasse ad hunc nostrum librum spectant, quæ duobus locis refert Athenæus V, p. 186, B : Καὶ τοῖς φιλοσόφοις δὲ ἐπιμελὲς ἦν συνάγουσι τοὺς νέους μετ' αὐτῶν πρός τινα τεταγμένον νόμον εὐωχεῖσθαι. Τοῦ γοῦν Ξενοκράτους ἐν Ἀκαδημείᾳ (cf. van de Wynpersee, *de Xenocrate Chalcedonio*. Lugd. Bat. 1822, p. 191) καὶ πάλιν Ἀριστοτέλους συμποτικοί τινες ἦσαν νόμοι et in Epit. I, p. 3, F : Ὅτι Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος καὶ Σπεύσιππος ὁ Ἀκαδημαϊκὸς καὶ Ἀριστοτέλης συμποτικοὺς (male βασιλικοὺς in codd.) νόμους ἔγραψαν, licet, ut Rosii verbis utar : « consuetudinem potius philosophorum quam quibus ea illustratur libros tangere videatur Athenæus. » Non vero est cur dubitemus ad ipsius jam Platonis et Aristotelis Convivia referre, quæ apud Plutarchum leguntur Quæstion. conviv. I, 2, 3 : Ἀδέλτερον οἶμαι καὶ ἀνόητον, ἐν λόγοις πλεονάζοντα καιρὸν ἀποστερεῖν τῶν ἀρίστων λόγων, καὶ ζητεῖν μὲν ἐν ταῖς διατριβαῖς περὶ συμποτικῶν καθηκόντων, καὶ τίς ἀρετὴ συμπότου, καὶ πῶς οἴνῳ χρηστέον, ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν συμποσίων ἀναιρεῖν φιλοσοφίαν, ὡς ἔργῳ βεβαιοῦν ἃ διδάσκει λόγῳ μὴ δυναμένην.

(609.)

Proclus in Plat. Rempubl. p. 350 ed. Basil. 1534 : Καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐπιτεμνόμενος τὴν πραγματείαν ταύτην (Πολιτείαν scil. Platonis) οὕτωσί φησιν ἐπιτέμνεσθαι τὴν Πολιτείαν· καὶ ἐν τῷ Συσσιτικῷ τοῦτον αὐτὴν προσαγορεύει τὸν τρόπον καὶ ἐν τοῖς Πολιτικοῖς (cf. Arist. Polit. II, 1, 2; IV, 5, 9; V, 10, 1; VIII, 7, 8; Rhet. II, 4, 3) ὡσαύτως καὶ Θεόφραστος ἐν Νόμοις καὶ ἄλλοθι πανταχοῦ.

VII. ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΙΣΤΟΡΙΚΑ.

In divisione Aristoteleorum scriptorum, quæ apud plerosque antiquos interpretes reperitur, ex uno eodemque fonte derivata, certum quoddam genus ὑπομνηματικῶν nomine designatur. De quibus ita exposuit Simplicius in Arist. Categ. p. 24, A, 45 Brand. : Ὑπομνηματικὰ ὅσα πρὸς ὑπόμνησιν οἰκείαν καὶ πλείονα βάσανον συνέταξεν ὁ φιλόσοφος... ὁ μέντοι Ἀλέξανδρος τὰ ὑπομνηματικὰ συμπεφυρμένα φησὶν εἶναι καὶ μὴ πρὸς ἕνα σκοπὸν ἀναφέρισθαι. Διὸ καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τούτων συνταγματικὰ τὰ ἕτερα λέγεσθαι. Cf. Joann. Philop. in Arist. Categ. p. 35, B, 27, David Proleg. p. 24, A, 37. Hujusce generis libri, qui sive revera erant, sive hunc ipsum ὑπομνημάτων titulum præ se ferebant, perquam multi in antiquitate memorantur, de quibus egregie disputavit E. Kœpke, *de Hypomnematis græcis*, Berol. 1842. Titulum, ut libri Aristotelei, ignorant indices græci, nisi quod tres libros Ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν recensent (Diog. L. 33. Anon. 31), qui tamen ab hoc loco alieni sunt : præbet vero index librorum Theophrasteorum apud Diogenem Laertium V, 48 : Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων α′ β′ γ′ δ′ ε′ ς′, a quo sine dubio non diversus est qui in altero indice nominatur, aperto scripturæ vitio : τὰ ὑπνήματα. Cf. Usener, *Analecta Theophrastea*, p. 10, 14 et 11, 12. Ex hoc indice fortasse translatus est titulus in indicem Ptolemæi p. 156 apud Wenrich.: *Commen-*

LEGES CONVIVALES.

In Syssitico Aristoteles Rempublicam Platonis Πολιτείαν appellat.

Digitized by Google

tarii, qui inscribuntur Ὑπομνήματα *libri XVI.* De horum librorum auctore dubitabant quoque quos secutus est Athenæus. Soli Aristoteli tribuuntur in Argumento Euripidis Medeæ, soli Theophrasto in Scholiis Apollonii Rhodii, quod fortasse librariorum festinatione factum est. Ipsi vero Commentarii excerptis ex Aristotelis Theophrastique scriptis constabant, ita ut quam simillimi Mirabilibus, quæ vocantur, Auscultationibus haberi possint.

1 (609).

Athen. IV, p. 173, E : Σῆμος δ' ἐν τετάρτῳ Δηλιάδος, « Δελφοῖς, φησὶ, παραγινομένοις εἰς Δῆλον παρεῖχον Δήλιοι ἅλας, καὶ ὄξος, καὶ ἔλαιον, καὶ ξύλα, καὶ στρώματα ». Ἀριστοτέλης, δ' ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι περὶ Μαγνήτων λέγων αὖν ἐπὶ τὸν Μαίανδρον ποταμὸν ὅτι Δελφῶν εἰσὶν ἄποικοι, τοσαύτας ἐπιτελοῦντας αὐτοὺς ποιεῖ χρείας τοῖς παραγιγνομένοις τῶν ξένων λέγων οὕτως·« Μάγνητες οἱ ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ κατοικοῦντες ἱεροὶ τοῦ θεοῦ; Δελφῶν ἄποικοι, παρέχουσι τοῖς ἐπιδημοῦσι στέγην, ἅλας, ἔλαιον, ὄζος, ἔτι λύχνον, κλίνας, στρώματα, τραπέζας. »

Cf. O. Müller, *die Dorier*, t. I, p. 258 s.

2 (610).

Athen. XIV, p. 654, D : Ἀριστοτέλης δ' ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι· « Τῶν φασιανῶν, φησί, οὐ κατὰ λόγον ἡ ὑπεροχὴ τῶν ἀρρένων ἀλλὰ πολλῷ μείζων. »

3 (611).

Athen. Epit. II, p. 44, C : Ἀριστοτέλης δ' ἢ Θεόφραστος Φιλῖνόν τινα ἱστορεῖ μήτε ποτῷ χρήσασθαί ποτε μήτε ἐδέσματι ἄλλῳ ἢ μόνῳ γάλακτι πάντα τὸν βίον.

Fortasse e Dialogo eodem hæc excerpta erant e quo fragm. 45. Cf. supra p. 38.

4 (612).

Argum. Eurip. Medeæ : Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι (ὁ Εὐριπίδης scil.) παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος Βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ὑπομνήμασι.

Cf. Diog. L. II, 154, Suidas s. v. Νεόφρων, Elmsley in Euripid. Med. p. 68. Ὑπομνήματα fortasse quæ hîc vocantur Διδασκαλίαι erant.

5 (613).

Schol. Apollonii Rhod. IV, 834 : Εἰ μὲν δὴ μαλεροῖο πυρός : περὶ τὸν πορθμὸν ἐν τῇ θαλάττῃ πυρὸς ἀναφυσήματα γίνεται ὥστε καὶ τὴν θάλασσαν θερμαίνεσθαι, ὥς φησι καὶ Μητρόδωρος ἐν πρώτῳ περὶ Ἱστορίας καὶ Θεόφραστος ἐν ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασιν. Καί φησι τὸν βρόμον τὸν ἀπὸ τῶν Αἰόλου νήσων ἀκούεσθαι ἕως α, σταδίων· περὶ Ταυρομένιον γοῦν ἀκούεσθαι βροντῇ παραπλήσιον ψόφον.

Iidem hîc qui supra citari videntur libri. Similem confusionem in libris Φυτικὰ et Μεταλλικὰ inscriptis supra jam notavimus cf. p. 161 et 165. Eodem fonte fortasse usus est Callimachus in Ἐκλογῇ παραδόξων apud Antigon. Mir. 130 : Θεόφραστος δὲ (φησὶν ἱστορεῖν scil.) τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους (θάλασσαν) ἀναζεῖν οὕτως ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι διὰ τὴν θερμασίαν ἐμβαίνειν εἰς ταύτην.

COMMENTARII HISTORICI.

1.

Semus, quarto Deliadis, « Delphensibus, ait, Delum venientibus præbebant Delii salem et acetum et oleum et ligna et stragula. Aristoteles, vel Theophrastus, in Commentariis, postquam de Magnetibus Mæandrum flumen adcolentibus dixit, esse eos Delphensium colonos, eandem operam præstantes facit peregrinis qui eos conveniunt. Verba ejus hæc sunt : « Magnetes, qui ad Mæandrum fluvium habitant, Deo consecrati Delphensium coloni, peregrinantibus, qui eos conveniunt, tectum præbent, salem, oleum, acetum, præterea lucernam, stragulas, lectos, mensas. »

2.

Aristoteles, sive Theophrastus, in Commentariis scribit : In phasianis non pro ea ratione, quæ in aliis avibus obtinet, sed multo major est marium excellentia. »

3.

Aristoteles, sive Theophrastus, narrat Philinum quendam neque potu neque cibo ullo usum esse nisi lacte per totam vitam.

4.

Medeam drama Euripides a Neophrone mutuatus; nova ejus recensione instituta scenæ commisisse videtur, uti Dicæarchus in Vita Græciæ et Aristoteles in Commentariis tradunt.

5.

Ad fretum (*Siculum*) ignis sunt in mari efflationes, adeo ut iis mare calefiat, teste Metrodoro libro primo de Historia, et Theophrasto in historicis Commentariis. Dicit etiam fremitum qui fit ad Æoli insulas audiri mille stadiorum intervallo; apud Tauromenium certe sonitum qui ad tonitrus strepitum proxime accedat.

Digitized by Google

6 (614).

Erotian. Gloss. Hippocr. p. 312 Franz.: Πικερίω : βουτύρῳ ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Ὑπομνήμασί φησιν ὅτι Θόας ὁ Ἰθακήσιος ἱστορεῖ παρὰ Φρυξὶ πικέριον καλεῖσθαι τὸ βούτυρον.

Locum inter dubia Aristophanis Byz. fragmenta posuit Nauckius p. 234; Rosius vero pro Ἀριστοφάνης, Ἀριστοτέλης corrigendum esse censet. Eodem jure Ἀριστόξενος poterat cujus non solum Ἱστορικὰ sed et σύμμικτα Ὑπομνήματα afferuntur, cf. Müller. Fragm. Hist. Gr. t. II, p. 290. Sed mendum fortasse potius subest in titulo quum et alibi Aristophanis grammatici auctoritas ab Erotiano interponatur. Quis ille Thoas Ithacesius fuerit aliunde compertum non habemus, nec morem illum Aristotelis novimus aliorum testimoniis uti, quo modo hîc factum esse videmus.

IX. ΠΕΠΛΟΣ.

Peplum qui vocatur Aristoteli adscriptum, neque novit Diogenis Laertii index neque laudant nisi recentioris jam antiquitatis scriptores. De quo post Schneidewinum, *De Peplo Aristotelis Stagiritæ*, *Philolog.* t. I, p. 1 sqq., Hullemanum, *Bedenkingen tegen de echtheid van den zoogenaandem* Πέπλος *van Aristoteles*, Amsterd. 1858, aliosque disputaturi, totam hanc maxima obscuritate laborantem quæstionem ab integro exponendam esse duximus, omissis tamen iis quæ infelici tantummodo conjecturæ, eorum a quibus hucusque tractata est debentur.

De Peplo quotquot supersunt testimonia, aperte duorum sunt generum. Hanc diversitatem jam in ipsis indicibus deprehendere licet. Quum enim apud Anonymum, qui bis ponit titulum (96 et Append. 29), in altero loco, hæc addita sunt verba : περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον, in Ptolemæi indice (83) legitur : *Epitaphia heroum, quæ Pepli nomine censentur, libri VI.* Cum Anonymo manifesto facit, qui fusius Pepli mentionem injecit Socrates, in cujus Historia ecclesiastica III, 23 p. 165 ed. Paris. 1686, ita de hoc opere disseritur : Διὸ οὐκ αἰσχύνονται πολλοὺς ἀνθρώπους ἀποθεώσαντες καὶ εἴθε γε κἂν χρηστοὺς τὸν τρόπον ἢ δικαίους ἢ σώφρονας, ἀλλὰ ἀνάγνους, ἀδίκους, μέθῃ δεδουλωμένους, Ἡρακλέας φημὶ καὶ Διονύσους καὶ Ἀσκληπιούς, καθ' ὧν συνεχῶς ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὀμνύων Λιβάνιος οὐκ αἰσχύνεται· ὧν τοὺς ἀρσενικοὺς καὶ θηλυκοὺς ἔρωτας εἰ ἀπαριθμησαίμην, μακρὸς ἡμῖν ἔσται ὁ τῆς παρεκβάσεως λόγος. Ἀρκέσει δὲ τοῖς ταῦτα γνῶναι ἐθέλουσιν ὁ Ἀριστοτέλους Πέπλος καὶ ὁ Διονυσίου Στέφανος καὶ Ῥηγίνου ὁ Πολυμνήμων. καὶ τῶν ποιητῶν τὸ πλῆθος, οἳ περὶ αὐτῶν γράψαντες γέλωτα ὄντως καὶ φλήναφον παρὰ πᾶσι τῆς Ἑλλήνων θεολογίας δεικνύουσιν. Socratem exscripsit iisdem pæne verbis Nicephorus Hist. Eccles. X, 36, t. I, p. 89 ed. Paris. 1630 (1), nisi fortasse uterque e tertio quodam scriptore cujus nomen ignoramus suas copias derivasse censendus est. De Dionysii *Stephano*, non diverso fortasse ab ejus *Cyclo* (cf. Welcker, *Der epische Cyklus*, p. 79 sq. et C. Müller, Fragm. Histor. gr. t. II, p. 7) et de Rhegini *Polymnemone* (cf. ib. p. 12), quæ aliunde comperimus ostendunt argumentum libri Aristoteli adscripti apte indicatum esse in indice Anonymi. Ab his vero paulo diversa et cum indice Ptolemæi magis consentientia narrat Porphyrius apud Eustathium ad Hom. Iliad. β, 557, p. 285, 20 : Ἱστέον δὲ καὶ ὅτι Πορφύριος εἰς Αἴαντα ἐπίγραμμα παλαιὸν φέρει τόδε... ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος ὅπερ ἐκλήθη Πέπλος, γενεαλογίας ἡγεμόνων ἐξέθετο καὶ νεῶν ἑκάστων ἀριθμὸν καὶ ἐπιγράμματα εἰς αὐτούς, ἃ καὶ ἀναγράφεται ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον ἁπλᾶ ὄντα καὶ οὐδέν τι παχὺ καὶ φλεγμαῖνον ἔχοντα. Δίστιχα δὲ τὰ ὅλα ἐκεῖνα δίχα τοῦ ῥηθέντος εἰς τὸν Αἴαντα· ἴσως γὰρ ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐφιλοτεχνήσατο (ἐφιλοτιμήσατο nescio unde habet Stallbaum.) ἀπεναντίας ἐλθὼν τῷ ποιητῇ ἐπὶ μὲν τῷ λαμπρῷ Αἴαντι πολυλογῆσαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἧττον σεμνῦναι. Quæ si vera ab Eustathio relata sunt, partem tantum argumenti totius operis descriptam esse a Porphyrio satis perspicuum est, quod et fragmento comprobatur a Scholiaste Aristidis servato. Cetera omnia, præter unum in scholiis homericis allatum, de quo dubitari potest, metrica sunt, ita ut falsa apud quosdam nata sit opinio, de Peplo quasi poetico quodam opere. De his epigrammatis mox videbimus, nunc ad aliam jam quæstionem accedamus cui idem Scholiastes ad Aristidem ansam præbet.

Quum enim, exposita Aristotelis de ordine ludorum sententia, ita pergat : Ταύτην τὴν τάξιν

(1) Ὧν τοὺς ἔρωτας καὶ τὴν περιττὴν φλυαρίαν εἰ καιρὸς ἐδίδου ἀπαριθμεῖσθαι, πλατὺς ἂν καὶ ἄσβεστος ἀνερράγη γέλως τοῖς σώφροσι· πλὴν ἀποχρήσει τοῖς ἐθέλουσιν ὡς τάχος ἰδεῖν ὅ τε Ἀριστοτέλους Πέπλος, ὁ Διονυσίου Στέφανος καὶ ὁ Πολυμνήμων Ῥηγίνου καὶ ὁ τῶν ποιητῶν χορός, εἴ τέ.

6.

Πικερίω : butyro, sicut et Aristophanes (*Aristoteles?*) in Commentariis inquit Thoantem Ithacensium scriptum reliquisse πικέριον apud Phryges butyrum appellari.

Digitized by Google

ὁ τοὺς Πέπλους συνθεὶς Ἀριστοτέλης (1) ἐξέθετο τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἀγώνων, minime dubium relinquit, quin ab Aristotele philosopho alium quendam, Pepli auctorem, distinguere voluerit. Auget et confirmat hanc dubitationem pessimus quidem auctor, sed in cujus sterquilinio plura latent reconditioris doctrinæ vestigia. Ipsa verba de quibus agitur, Joannis Tzetzæ in Prolegom. in Hesiod. Op. et D. p. 15 ed. Gaisford, ubi laudatur : Ἀριστοτέλης, ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δ' οἶμαι ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων Πολιτείᾳ, præclarum ejus qui scripsit ineptiæ documentum exhibent, quippe quæ, si ea e nudo sensu interpretari conamur, nihil aliud significent, quam Aristotelem philosophum ab illo qui Politias et Peplum composuerit, diversum fuisse. Quæ tam absurda est opinio tamque aliena a totius antiquitatis consensu, ut eam, licet Rosio arriserit (l. l. p. 565), ego ne Tzetzæ quidem tribuere auderem. Quid vero, si homo sciolus atque doctrinæ undecunque arreptæ incontinens, inductus fortasse vel mentione Dionysii cyclographi, quam in præcedentibus fecerat (cf. Müller. Fragm. Hist. gr. t. II, p. 10 et Bergk, Poetæ lyr. gr. p. 648 n. ed. tertiæ), vel quod de sepulcrali titulo agitur quem in Peplo quoque legerat, temperare non potuit, quin hanc suam satis inepto loco adderet conjecturam? In qua nihil veri inesse puto, præter illud tamen, quod Pepli auctorem a philosopho diversum esse obscura quadam fama audierat. Quod et alius ejus locus testatur. Ita enim in Comm. ad Lycophr. v. 448 : Ὁ Ἀγχαῖος υἱὸς ὢν Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας τῆς Φοίνικος ἐφύτευσεν ἄμπελον κατὰ Ἀριστοτέλην τὸν τοὺς Πέπλους συντάξαντα. Hæc in Samiorum Politia de Ancæi viticultura narrata fuisse cum alia demonstrant, tum præsertim Heraclidis Excerpta (cf. supra fragm. 567), ita ut, licet ejusdem rei in Peplo quoque mentio fieri potuerit, libenter crediderim, hic rursus Tzetzem intempestive doctrina abusum esse.

Præter illud vero quod hucusque notavimus, aliud quoque est de quo consentiunt Scholiasta Aristidis atque Tzetzes. Quum enim non de *Peplo*, sed, plurali numero, de *Peplis*, loquantur, totius operis plures libros fuisse indicare videntur, quorum singuli fortasse Peplum efficiebant. Quod deinde Aristoteles laudatur ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας sive συνθείς, ostendit, nisi fallor, de compilatore potius quodam agi, quam de scriptore qualis Aristoteles philosophus fuit.

Ad hæc vero per se jam satis gravia testimonia, aliæ præterea accedunt rationes, quibus adducor ut Peplum Stagiritæ abjudicandum esse censeam. Et quidem primum titulum in indice Diogenis deesse nullo modo negari potest. De hac re satis infeliciter Schneidewinum disputasse puto. Quæ enim voluit vir doctissimus (l. l. p. 10 sq.), duplicem operis fuisse titulum Πέπλος ἢ Ἄταχτα· βιβλία ιϛ', ita ut, priore omisso, posterior tantummodo apud Diogenem Laertium (127) nominaretur, vix credibile efficiet quod apud Suidam legitur s. v. Εὐφορίων, Μοψοπία ἢ ἄταχτα, ἔχει γὰρ συμμιγεῖς ἱστορίας, cum Anonymi indice collatum : Πέπλον· περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον. Duplex mentio Pepli quæ apud Anonymum fit, nihil habet quod miremur, quum duplex sit ejus index : bis vero in eadem indicis parte eundem memoratum esse librum, non est cur credamus. De libris Ἀτάκτων apud Diogenem, quos male Διατάκτων ιϛ' nomine recenset Anonymus (fortasse Ἀδιατάκτων voluit, nisi priorem syllabam male e sequenti titulo Δικαιωμάτων ortam putes), quid statuendum sit satis difficile est dicere. Sive enim, quæ est Bergkii sententia (Poetæ lyr. gr. p. 647 sq.), hic titulus, ab illo qui volumina Aristotelea recensuit, additus est commentariis quos rudes et imperfectos reliquerat philosophus, quique varias observationes continentes post ejus mortem denique cum aliis similibus publici sunt juris facti, sive, quod ego verisimilius puto, quum a primo indicis conditore positum esset, ut totum genus librorum designaret, librariorum deinde errore ad peculiare quoddam opus translatum est. Quod si Schneidewini sententiam, cui assensus est Müllerus Fragm. Hist. gr. t. II, p. 189, probaremus, mirum profecto haberi posset, auctorem libri cui titulus Ἄταχτα foret, bis a Tzetze τὸν συντάξαντα dictum fuisse.

Ceterum nemo est quin videat ipsam hanc Pepli inscriptionem quam longissime ab Aristotelis simplicitate abhorrere, quum contra optime conveniat cum posteriorum scriptorum in talibus ridicula sæpe elegantia atque festivitatis studio, quod, multis congestis exemplis, nec omisso hoc Pepli nomine, ab Aulo Gellio in Præfatione Noctium atticarum notatum est. Quod ad nominis originem attinet, de ea optime disseruit Jos. Scaliger, in Notis ad Catalecta Virgilii p. 48 : *Quod peplum Minervæ ferretur in Panathenaicis, pleni sunt Græcorum commentarii... In eo pingebantur acu, sive intexebantur Titanomachiæ et*

(1) Ita olim e conjectura scripsit Th. Bergk, pro εἰς πέπλους συνθείς, quam conjecturam confirmavit cod. Marcianus a Rosio inspectus.

Digitized by Google

Minervæ victoria in Titanas... Sed eo respexit, quia et strenuorum quoque ducum Athenis gesta in peplo intexta templo Minervæ imponebantur. Quare et Aristoteles librum suum, quem de heroum tumulis confecerat, Peplum vocavit. Errorem qui in his inest vitare non potuit vir omni laude major, quippe qui neque Anonymi indicem neque Scholiastem Aristidis noverat, quibus illud certo efficitur, argumentum Pepli non in celebrandis tantummodo heroum tumulis circumscriptum fuisse, sed multo latius patuisse. De qua tamen re accuratius definiri nequit propter reliquiarum penuriam, quarum longe maxima pars ipsis istis epitaphiis constat de quibus jam videndum nobis erit.

Tres sunt diversi fontes quibus hæc epigrammata debemus. Longe maximam partem ex vetere quodam Mediceæ bibliothecæ codice (Laur. 56, 1 bomb. sec. 13) H. Stephanus post Anthologiam Planudeam Genev. 1566, p. 497 edidit, hoc titulo : Ποῦ ἕκαστος τῶν Ἑλλήνων ἡρώων τέθαπται καὶ τί ἐπιγέγραπται τῷ τάφῳ. Aristotelis nomen in codice non est additum, sed subsequuntur nonnulla excerpta de vita Aristotelis. Hanc collectionem, qui bis repetiit, G. Canterus (Basil. 1566 et Antv. 1571), primus, ut partem Pepli Aristoteli vindicavit, Eustathii usus testimonio, apud quem quædam horum epigrammatum e Porphyrii commentariis in Homerum excerpta leguntur. His duobus, tertius denique fons accessit, Tzetzes, in cujus codicibus sive Matritensibus ab Iriarte collatis, *Catal. Bibl. Matrit.* p. 86 sq. et 256 sq. seu Harleiano, quem inspexit Th. Burgess, Pepli reliquiarum editor, Dunelmiæ, 1798, cf. *Diar. Class. Britann.* t. XIV, p. 172 sqq., aliquot aliunde ignota insunt epigrammata. Similis collectio epitaphiorum innotuerat Ausonio, qui eorum partem liberius latino sermone expressit, hac præmissa præfatione : *Ad rem pertinere existimavi, ut... Epitaphia subnecterem, scilicet titulos sepulcrales heroum, qui bello Troico interfuerunt. Quæ antiqua quum apud philologum quendam reperissem, Latino sermone converti* (1).

(1) De poetis quibusdam qui epitaphia in heroas Homericos composuisse feruntur, præsertim de Posidippo cf. Bergk. l. l. p. 649.

De ipsis his epitaphiis ita statuit Rosius, ea a variis poetis ficta, a peplographo collecta et operi suo inserta esse. Unicus est titulus de quo hoc affirmare licet (15, cf. etiam 64), ceteri vero omnes tales sunt, et hoc quidem Bergkio acutissimo judice (l. l. p. 648), ut vel imitatus sit antiquiora carmina, vel ipse finxerit peplographus, apud quem summa ingenii mediocritas et sermonis tenuitas ubique deprehenditur. Quod si, ut equidem puto, verissimum est judicium, vides quam procul a vero aberraverint, quicunque ex tam inepto et jejuno opere poeticam aliquam laudem Aristoteli conciliare aggressi sunt.

Totam hanc disputationem melius concludi posse non puto quam appositis Bergkii sæpius jam a nobis laudati verbis : « Quod si idoneorum testium auctoritate constaret, philosophum Peplum scripsisse, censendum foret, alium quem postea hæc epitaphia a se condita alieno operi intertexuisse, neque tamen verisimilis est hæc suspicio ; igitur universum opus Aristoteli philosopho abjudicandum. Operis hujus auctor utrum philosophi nomen mala fraude mutuatus an revera Aristoteles vocitatus sit, in medio relinquam. »

1 (635).

Schol. ad Aristid. Panath. p. 189, 4, t. III, p. 323 ed. Dindorf. ad verba : Ἐνδοξότατοι πάντων οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες· καὶ μὲν τούτων πρεσβύτατος ὁ τῶν Ἀθηναίων, εἰ δὲ βούλει ὁ τῶν Ἐλευσινίων : Ἡ τάξις τῶν ἀγώνων καθὰ Ἀριστοτέλης ἀναγράφεται (ita cod. Marcian. teste Rosio, ceteri κατὰ Ἀριστοτέλην γράφεται)· πρῶτα μὲν τὰ Ἐλευσίνια διὰ τὸν καρπὸν τῆς Δήμητρος· δεύτερα δὲ τὰ Παναθήναια ἐπὶ Ἀστέρι τῷ γίγαντι ὑπὸ Ἀθηνᾶς ἀναιρεθέντι· τρίτος δὲν ἐν Ἄργει Δαναὸς ἔθηκε διὰ τὸν γάμον τῶν θυγατέρων αὐτοῦ· τέταρτος ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ τεθεὶς ὑπὸ Λυκάονος, ὃς ἐκλήθη Λύκαια· πέμπτος ὁ ἐν Ἰωλκῷ Ἀκάστου καθηγησαμένου ἐπὶ Πελίᾳ τῷ πατρί· ἕκτος ὁ ἐν Ἰσθμῷ Σισύφου νομοθετήσαντος ἐπὶ Μελικέρτῃ· ἕβδομος ὁ Ὀλυμπιακὸς Ἡρακλέους νομοθετήσαντος ἐπὶ Πέλοπι· ὄγδοος ὁ ἐν Νεμέᾳ, ὃν ἔθηκαν οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐπὶ Ἀρχεμόρῳ· ἔνατος ὁ ἐν Τροίᾳ, ὃν Ἀχιλλεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἐποίησεν· δέ-

---

PEPLUS.

1.

Ordo ludorum institutorum qualem Aristoteles descripsit. Primi Eleusinii propter fructum a Cerere datum ; secundi Panathenaici propter Asterem gigantem a Minerva occisum ; tertii quos Danaus Argis instituit ob nuptias filiarum suarum ; quarti in Arcadia ab Lycaone instituti, quæ Lycæa vocantur ; quinti in Iolco ab Acasto in honorem Peliæ patris celebrati ; sexti sunt Isthmii, quos Sisyphus Melicertæ dedicavit ; septimi Olympici, ab Hercule in Pelopis honorem instituti ; octavi Nemeæi, quos septem contra Thebas Archemoro consecrarunt ;

Digitized by Google

κατος ὁ Πυθικὸς, ὃν οἱ Ἀμφικτύονες ἐπὶ τῷ Πύθωνος φόνῳ ἔθηκαν. Ταύτην τὴν τάξιν ὁ τοὺς Πέπλους συνθεὶς Ἀριστοτέλης ἐξέθετο τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἀγώνων.

www.libtool.com.cn

Alterum scholium ad verba Aristidis : Ὁ τῶν Παναθηναίων, haec annotat : Τῶν μικρῶν λέγει· ταῦτα γὰρ ἐπὶ Ἐριχθονίου τοῦ Ἀμφικτύονος γενόμενα ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Ἀστερίου τοῦ γίγαντος· τὰ δὲ μεγάλα Πεισίστρατος ἐποίησε. Τὰ δὲ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πανδίονος ἐγένετο, ὃς πέμπτος ἦν βασιλεὺς ἀπὸ Ἐριχθονίου. Διὰ δὲ τὸν καρπὸν ἐτέθησαν, deinde ad verba εἰ δὲ βούλει, ὁ τῶν Ἐλευσινίων, idem : Ὡς καὶ Ἀριστοτέλης τάττει.

Alium ludorum ordinem exhibent Hyginus Fab. 223 et Helladius apud Photium cod. 279, p. 533, B, 29 Bekk.

2 (636).

Schol. Venet A in Iliad. λ, 638 : Ἐπειοὶ οἱ Ἠλεῖοι ἀπὸ Ἐπειοῦ βασιλέως οὕτως· Ποσειδῶνος καὶ Εὐρυπύλης τῆς Ἐνδυμίωνος παῖς Ἦλείος ὁ κτίσας Ἦλιδα, Ἠλείου δὲ Ἄλεξις καὶ Ἔπειὸς, ἀφ' οὗ Ἐπειοί, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Πέπλῳ.

Eadem Etymol. M. p. 426, 28. Cf. Ritschl, *de Oro et Orione* p. 56 (*Opusc.* t. I, p. 644).

3 (637).

Sequuntur jam quae supersunt epigrammata. Numeri uncinis inclusi Canteriani sunt in edit. Antverpiana 1571. :

noni Trojani, quos Achilles Patroclis in honorem instituit; decimi Pythii, quos Amphictyones propter Pythonem occisum condiderunt. Hancce ludorum antiquorum seriem qui Peplos condidit exposuit Aristoteles.

2.

Epei dicuntur Elei ab Epeo rege. Scilicet Neptuni et Eurypylae Endymione natae filius Eleus, qui Elidem incolis frequentavit. Elei vero filii sunt Alexis et Epeus, a quo Epei nomen habent, uti Aristoteles in Peplo tradit.

ΠΟΥ ΕΚΑΣΤΟΣ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΤΕΘΑΠΤΑΙ ΚΑΙ ΤΙ ΕΠΙΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΕΠΙ ΤΩ ΤΑΦΩ.

1 (10). Ἐπὶ Ἀγαμέμνονος, κειμένου ἐν Μυκήναις.

Λεύσσεις Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὦ ξένε, τύμβον,
ὃς θάν' ὑπ' Αἰγίσθου κοὐλομένης ἀλόχου.

2 (11). Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Μνῆμα τόδ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὃν ῥα κατέκτα
δῖα Κλυταιμνήστρη Τυνδαρὶς οὐχ ὁσίως.

3 (12). Ἐπὶ Μενελάου.

Ὄλβιος, ὦ Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως
ἐν μακάρων νήσοις, γαμβρὲ Διὸς μεγάλου.

4 (28). Ἐπὶ Ἀχιλλέως, τιμωμένου ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ.

Παῖδα θεᾶς Θέτιδός, Πηληιάδην Ἀχιλῆα,
ἥδ' ἱερὰ νῆσος ποντιὰς ἀμφὶς ἔχει.

5 (29). Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, κειμένου ἐν Τροίῃ.

Θεσσαλὸς οὗτος ἀνὴρ Ἀχιλεὺς ἐν τῷδε τέθαπται
τύμβῳ, ἐθρήνησαν δ' ἐννέα Πιερίδες.

6 (30). Ἐπὶ Πατρόκλου, κειμένου μετὰ Ἀχιλλέως.

Πατρόκλου τάφος οὗτος, ὁμοῦ δ' Ἀχιλῆι τέθαπται,

UBINAM QUISQUE GRÆCORUM SEPULTUS EST ET QUID SEPULCRO INSCRIPTUM.

1. Agamemnonis Mycenis.

Spectas Atridae Agamemnonis, hospes, tumulum,
qui periit per Ægisthum et exitialem conjugem.

2. Aliud ejusdem.

Monumentum hoc Atridae Agamemnonis, quem occidit
diva Clytemnestra Tyndaris, impie.

3. Menelai.

Felix, o Menelae, tu immortalis et expers senii
in beatorum insulis, gener Magni Jovis.

4. Achillis in Leuce insula culti.

Filium divae Thetidos, Pelidem Achillem
haec sacra insula in medio mari habet.

5. Ejusdem ad Trojam siti.

Thessalus hic vir Achilles in hoc sepultus est
tumulo, luxere vero novem Pierides.

6. Patrocli cum Achille sepulti.

Patrocli hic tumulus, una cum Achille sepultus est,

ANNOTATIO AD EPITAPHIA HEROUM.

Ep. 4. Lemma apud Henr. Stephanum est : Ἐπὶ Ἀχ. κειμένου ἐν Τροίῃ, τιμωμένου δὲ καὶ ἐν Α. τ. ν. Canterus verba τιμ. δὲ κ. ἐ. Α. τ. ν. omisit, sed potius aliena esse κειμένου ἐν Τρ. quae pertinent ad Ep. 5 vidit Schneidewin. — Epigr. habet Tzetzis cod. Harleianus ad Posthomerica 462, unde pentametrum restituit Bergkius, qui vulgo sic legitur : ἥδ' ἱερὰ Προποντὶς ἀμφὶς ἔχει παῖδ᾽.

Ep. 5. De lemmate vide ad Ep. 4.

Ep. 6. Legitur apud Tzetz. ad Posthom. v. 216, p. 73 Schirach. — v. 2 Cod. Harl. ἐκ παλάμαις, unde Rosius ἐκ παλάμης, conj. Bergkius. : Ἑκτορέαις παλάμαις.

Digitized by Google

ὃν κτάνεν ὠκὺς Ἄρης Ἕκτορος ἐν παλάμαις.

7 (6). Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου.

Ἄδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ κειραμένα πλοκάμους,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἴπερ Ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων Ἀπάτα κρέσσον ἐμεῦ κέκριται.

8 (7). Ἐπὶ Τεύκρου, κειμένου ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου.

Ἰῶν ὠκυμόρων ταμίην Τελαμωνιον ἥδε
Τεῦκρον ἀποφθίμενον γῆ Σαλαμὶς κατέχει.

9 (13). Ἐπὶ Νέστορος κειμένου ἐν Πύλῳ.

Τὸν βαθύνουν, ψυχήν τε νόημά τε θεῖον ἔχοντα
ἄνδρ' ἀγαθὸν κατέχω, Νέστορα τὸν Πύλιον.

10 (14). Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Νέστορα τὸν Πυλίων ἡγήτορα ἥδε θανόντα
γῆ κατέχει βουλῇ φέρτατον ἡμιθέων.

11 (15). Ἐπὶ Ἀντιλόχου, κειμένου ἐν Τροίῃ.

Μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος, Ἀντιλόχοιο,
ὃς θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος πατέρα.

12 (20). Ἐπὶ Ὀδυσσέως, κειμένου ἐν Τυρρηνίᾳ.

Ἄνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα,
κλεινότατον θνητῶν, τύμβος ἐπεσκίασεν.

13 (21). Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Οὗτος Ὀδυσσῆος κείνου τάφος, ὃν διὰ πολλὰ
Ἕλληνες πολέμῳ Τρωϊκῷ εὐτύχεσαν.

14 (8). Ἐπὶ Διομήδους, κειμένου ἐν τῇ ὁμωνύμῳ νήσῳ.

Αἰνητὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδην
ἥδ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη.

15 (23). Ἐπὶ Ἰδομενέως καὶ Μηριόνου, κειμένων ἐν Κνωσσῷ.

Κνωσσίου Ἰδομενῆος ὁρᾷς τάφον· αὐτὰρ ἐγώ τοι

quem occidit Mars citus manu Hectoris.

7. Ajacis Telamonii, ad Trojam.

En ego miseranda Virtus huic assideo
Ajacis tumulo tonsa comas,
animum ingenti luctu concussa, siquidem Græcis
fraus dolosa me potior visa est.

8. Teucri, Salamine Cypri.

Sagittarum quæ cito mortem afferunt arbitrum, Telamo-
Teucrum occisum terra Salaminia tenet. [nium hæc

9. Nestoris, Pylii.

Altæ mentis, animum ingeniumque divinum habentem,
virum fortem recondo, Nestorem Pylium.

10. Ejusdem, aliud.

Nestora Pyliorum ductorem, mortuum
hæc tenet terra, consilio præstantissimum semideorum.

11. Antilochi, Trojæ.

Monumentum virtutis Nestoris filii, Antilochi
qui periit Trojæ, quum servaret patrem.

12. Ulyssis in Tyrrhenia.

Virum prudentem, in hac terra mortuum
præclarissimum mortalium, sepulcrum obumbravit.

13. Ejusdem, aliud.

Hic illius Ulyssis tumulus, propter quem multa
Græci in Trojano bello felicia experti sunt.

14. Diomedis, in cognomine insula.

Laudatum cunctis mortalibus Diomedem
hæc sacra tenet insula ejusdem nominis.

15. Idomenei et Merionis, Cnossi.

Cnossii Idomenei cernis sepulcrum; ast ego

Ep. 7. Hujus cum ceteris differentiam animadvertit Enstathius ad Il. p. 285, 19. Affert præterea Tzetzes Posthom. 489 Jacobs., in cujus cod. Harl. pro βεβολημένα, βεβαρημένου exstat. In Anthol. Palat. VII, 145 cum hac inscriptione legitur : Εἰς Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος Ἀσκληπιάδου, cui simile subjungitur Antipatri Sidonii. In ejus parodiam compositum est Mnasalcæ epigramma apud Athen. IV, p. 163, A, Eustath. p. 285, 25 : Ὁ δὴ καὶ παρῳδήσας τις κατὰ τῆς ἡδονικῆς φιλοσοφίας ἔγραψεν οὕτως·

Ἄδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῇδε κάθημαι
Ἡδονῇ, αἰσχίστως κειραμένα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἴπερ ἅπασιν
ἁ κακόφρων Τέρψις κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

Ep. 8 : Cf. Ep. 24 : Τόξων Ἡρακλέους ταμίην

Ep. 9. Respicitur hoc et sequens epigr. ab Eustathio ad Il. p. 296, 22 : Δηλοῖ τὴν τοῦ γέροντος ἀρετὴν καὶ τὸ εἰς αὐτὸν παλαιὸν ἐπίγραμμα, ὅπερ καὶ φέρτατον ἡμερίων λέγει αὐτὸν καὶ βαθύνουν καὶ ψυχὴν ἐν σώματι θείαν ἔχοντα καὶ ἄνδρα ἀγαθόν, unde conjecit Bergk. illum in primo versu vitiosam lectionem ψυχήν τ' ἐν σώματι θείαν ἔχοντα reperisse.

Ep. 10. Pro ἡμιθέων, ἡμερίων legisse videtur Eustathius. Cf. ad Ep. præcedens.

Ep. 13. Expressum ad similitudinem Simonidis Epigr. 103, Anthol. Palat. VII, 347 :

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, ὃν διὰ πᾶσα
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

Ep. 14. Tzetz. Posth. v. 113, p. 56 Schirach. : Καὶ κεῖται ἐν τῇ ἀπ' αὐτοῦ Διομήδῃ νήσῳ, ἔχων ἐπίγραμμα τόδε·

Τὸν πάντεσσι κράτιστον ἐπὶ χθονίοις Διομήδην
ἥδ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη.

Ep. 15. Idem legitur Anthol. Palat. VII, 322 ubi manus pr. Ἀδέσποτον, m. s. εἰς Ἰδουενέα καὶ Μηριόνην, et apud

Digitized by Google

πλησίον ἵδρυμαι Μηριόνης ὁ Μόλου.

16 (3). Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Ὀϊλέως, κειμένου ἐν Μυκόνῳ τῇ νήσῳ.

Ἐνθάδε τὸν Λοκρῶν ἡγήτορα γαῖα κατέσχεν,
Αἴαντ' Ὀϊλιάδην ἐν πελάγει φθίμενον.

17 (26). Ἐπὶ Νιρέως, κειμένου ἐν Τροίᾳ.

Ἐνθάδε τὸν κάλλιστον ἐπιχθονίων ἔχε γαῖα,
Νιρέα, τὸν Χαρόπου παῖδα καὶ Ἀγλαΐης.

18 (24). Ἐπὶ Τληπολέμου, κειμένου ἐν Ῥόδῳ.

Ἅδ' Ἡρακλείδην ῥηξήνορα, θυμολέοντα
Τληπόλεμον κατέχει κυματόεσσα Ῥόδος.

19 (2). Ἐπὶ Ἀσκαλάφου καὶ Ἰαλμένου.

Ἀσκαλάφου Τροίῃ φθιμένου καὶ Ἰαλμένου ἥδε
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει.

20 (34). Ἐπὶ κενοταφίου Ποδαλειρίου καὶ Μαχάονος ἐν Τρίκκῃ.

Οἵδ' Ἀσκληπιάδαι Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων,
πρόσθεν μὲν θνητοί, νῦν δὲ θεῶν μέτοχοι.

21 (1). Ἐπὶ Πηνέλεω κειμένου ἐν Βοιωτίᾳ.

Τόνδ' ἐπὶ Κηφισσῷ ποταμῷ θέσαν ὠκὺ ῥέοντι
παῖδες Βοιωτῶν σώφρονα Πηνέλεων.

22 (35). Ἐπὶ Εὐρυπύλου, κειμένου ἐν Ὀρμενίῳ.

Πάτρῃ ἐν Ὀρμενίῳ Εὐαίμονος ἀγλαὸν υἱὸν
Εὐρύπυλον κρύπτει δακρυόεσσα κόνις.

23 (22). Ἐπὶ Θόαντος.

Υἱὸν ὑπερθύμου Ἀνδραίμονος ἠδὲ θυγατρὸς
Γόργης τῆς Οἰνέως ἥδε κόνις κατέχει.

24 (32). Ἐπὶ Φιλοκτήτου.

Τόξων Ἡρακλέους ταμίην, Ποιάντιον υἱόν,
ἥδε Φιλοκτήτην γῆ Μινυὰς κατέχει.

25 (19). Ἐπὶ Μέγητος ἀπολομένου ἐν θαλάσσῃ, ἔχοντος δὲ τάφον ἐν Δουλιχίῳ.

Μνῆμα Μέγητι θοῷ μεγαθύμου Φυλέος υἱῷ
Δουλίχιοι τεῦξαν· σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

juxta positus sum Meriones Moli.

16. Ajacis Oilei, in Mycono insula.

Hic Locrorum ductorem terra retinuit
Ajacem Oiliadem qui periit in pelago.

17. Nirei, ad Trojam.

Hic pulcherrimum terrigenarum terra habet
Nireum, filium Charopi et Aglaiæ.

18. Tlepolemi, Rhodi.

Hæc Heraclidem bellicorum et leonis instar animum ge-
Tlepolemum tenet fluctibus adspersa Rhodus. [rentem

19. Ascalaphi et Ialmeni.

Ascalaphi qui Trojæ perilt et Ialmeni hæc
ossa tenet terra Minyorum equos stimulis agentium.

20. In cenotaphio Podalirii et Machaonis, Tricca.

Hic Asclepiadæ, Podalirius et Machaon,
olim mortales, nunc deorum socii.

21. Penelei, in Bœotia.

Hunc ad Cephisum fluvium rapide fluentem condiderunt
Bœotorum filii, prudentem Peneleum.

22. Eurypyli, Ormenii.

In patria Ormenio Eusemonis clarum filium
Eurypylum abscondit lacrymosa pulvis.

23. Thoantis.

Filium animo excellentis Andræmonis et filiæ
Gorges Oinei, hæc habet pulvis.

24. Philoctetis.

Sagittarum Herculis arbiter, Pœantis filium,
hæc Philoctetem terra Minyas habet.

25. Megetis in fluctibus mortui, Dulichii vero sepulti.

Monumentum Megeti agili magnanimi Phylei filio
Dulichii struxerunt : corpus vero mare habet.

Diodor. Sic. V, 79 : Καὶ τὸν τάφον αὐτῶν ἐν τῇ Κνωσῷ δεικνύουσιν ἐπιγραφὴν ἔχοντα τοιάνδε· Κνωσίου κτλ.

Ep. 16. Tzetz. Anteh. 300, p. 25 Schir. : Αἴας δ' ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἐξαχθεὶς ἐτάφη περὶ Δῆλον καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ· Ἐνθάδε κτλ.

Ep. 17. Tzetz. Anteh. 278, p. 21 Schir. : Ὕστερον δὲ ὁ Νιρεὺς ἀναιρεθεὶς ἐτάφη ἐν Τροίᾳ, οὗ ἐπίγραμμα τόδε· Ἐνθάδε κτλ.

Ep. 18. Tzetz. p. 54 Schir. : Φέρονται δὲ αὐτῷ δύο ἐπιγράμματα, τὸ πρὸ τῆς ἀνακομιδῆς ἐν Τροίᾳ, καὶ τὸ ἐν Ῥόδῳ· Τὸν δ' κτλ. (cf. infra Epigr. 57). Καὶ τοῦτο μὲν τὸ ἐν Τροίᾳ, τὸ δὲ πρὸ τῆς ἐν Ῥόδῳ ἀνακομιδῆς τόδε· Ἅδ' κτλ.

Ep. 19. Imitatur Hesiodi epitaphium quod Chernis Orchomenio tribuit Pausan. IX, 38, 3, in Anthol. Palat. VIII, 54 per errorem Mnasalcæ adscriptum :

Ἄσκρη πατρὶς πολυλήιος, ἀλλὰ θανόντος
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει κτλ.

Ep. 22. Ὀρχομένῳ habet H. Stephanus pro Ὀρμενίῳ, quod ex Il. β, 734 restituit Slothower.

Ep. 23. Tzetzes p. 45 Schir. : Ἐπὶ δὲ Θόαντι φέρεται ἐπίγραμμα τόδε· Γ!ὸν κτλ. In v. 2 Οἰνους.

Ep. 24. Cf. ad Epigr. 8.

Ep. 25. Tzetzes p. 50 Schir. : Φέρεται δὲ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ Μέγητος τόδε· Μνῆμα κτλ.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

26 (31). Ἐπὶ Πρωτεσιλάου ἀδελφῷ Ποδάρκει, κειμένῳ ἐν Σικυῶνι.

Γῆ μὲν Ἀχαιὶς ἔθρεψε Ποδάρκην, Ἄκτορος υἱόν· ὀστέα δ' αὖ Σικυὼν γῆ κατέχει φθιμένου.

26. Podarci, Protesilai fratris, Sicyone.

Tellus Achiva nutrivit Podarcum, Actoris filium; ossa vero Sicyonii tellus habet mortui.

27 (36). Ἐπὶ Πολυποίτου καὶ Λεοντέως.

Ἄρχοντος Λαπιθῶν Πολυποίτης ἠδὲ Λεοντεὺς ἐν γαίῃ Μήδιον τέρμ' ἀφίκοντο βίου.

27. Polypoeti et Leontei.

Ductores Lapithum Polypoetus et Leonteus in terra Medorum vitæ finem attigere.

28 (38). Ἐπὶ Προθόου κενοταφίῳ.

Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόου, Τενθρηδόνος υἱοῦ, κεῖται· ἀνοίκτιστον δ' οὔνομα τύμβος ἔχει.

28. In Prothoi cenotaphio.

Corpus Prothoi, Tenthredonis filii, in ponto jacet : nomen indefletum tumulus gerit.

29 (32). Ἐπὶ Εὐμήλου.

Υἱὸς δ' Ἀδμήτοιο, Φερητιάδης Εὔμηλος νέρθ' ὑπ' ἐμοὶ κεῖται, μοῖραν ἔχων θανάτου.

29. Eumeli.

Filius hic Admeti, Pheretiades Eumelus subter me recubat, mortis sortem habens.

30 (16). Ἐπὶ Ἀγαπήνορος.

Ἀρχὸς δ' ἐκ Τεγέης Ἀγαπήνωρ, Ἀγκαίου υἱός, κεῖθ' ὑπ' ἐμοί, Παφίων πελτοφόρων βασιλεύς.

30. Agapenoris.

Rex hic Tegeæ Agapenor, Ancæi filius, jacet subter me, Paphiorum peltas gerentium.

31 (17). Ἐπὶ Ἀμφιμάχου καὶ Διώρου.

Ἄρχων Ἀμφίμαχος, Κτεάτου πάις, ἠδὲ Διώρης ἐνθάδ' ἐνὶ Τροίῃ μοῖραν ἔχουσι βίου.

31. Amphimachi et Dioris.

Princeps Amphimachus Cteati filius, atque Diores hic Trojæ finem vitæ invenere.

32 (37). Ἐπὶ Γουνέως.

Σῆμα τὸ μὲν Γουνῆος ὁρᾷς· ψυχὴ δὲ θανόντος ἀέρ' ἐς ὑγρὸν ἔβη, σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

32. Gunei.

Monumentum Gunei adspicis : anima mortui in humidum aerem abiit : corpus mari habetur.

33 (4). Ἐπὶ Ἐλφήνορος, κειμένου ἐν Τροίᾳ.

Νήσου ἀπ' Εὐβοίης Ἐλεφήνορα, ἀρχὸν Ἀβάντων, ἐνθάδ' ἐνὶ Τροίῃ μοῖρα κατέσχε βίου.

33. Elphenoris, Trojæ.

Ex insula Eubœa Elephenora, principem Abantum, hic Trojæ, vitæ finis tenet.

34 (5). Ἐπὶ Μενεσθέως, κειμένου ἐν Ἀθήναις.

Ταξίλοχος λαῶν, υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς, ἐνθάδ' ἐνὶ κλεινῇ πατρίδι μοῖραν ἔχει.

34. Menesthei, Athenis.

Ductor exercituum, filius Pelei, Menestheus hic in inclyta patria finem vitæ invenit.

35 (9). Ἐπὶ Σθενέλου καὶ Εὐρυάλου, κειμένων ἐν Ἄργει.

Ἀργεῖος Σθένελος Καπανήιος ὧδε τέθαπται τύμβῳ, καὶ τούτου πλησίον Εὐρύαλος.

35. Sthenelli et Euryali, Argis.

Argivus Sthenelus Capaneius hoc sepultus est tumulo, et prope hunc Euryalus.

36 (18). Ἐπὶ Θαλπίου καὶ Πολυξένου, κειμένων ἐν Ἤλιδι.

Οἵδε Πολύξεινος καὶ Θάλπιος Ἤλιδι δίῃ δμηθέντες κρυεροῦ δῶμ' Ἀίδαο ἔβαν.

36. Thalpii et Polyxeni, Elide.

Hic Polyxenus et Thalpius in Elide dia morte sæva domiti, domum Ditis adiere.

37 (39). Ἐπὶ Ταλθυβίου, κειμένου ἐν Μυκήναις.

Ταλθύβιον θεράποντα, θεῶν κήρυκα καὶ ἀνδρῶν, ὧδε Μυκηναίων δῆμος ἔθαψεν ἅπας.

37. Talthybii, Mycenis.

Talthybium famulum, deorum hominumque præconem, hic Mycenarum cives cuncti sepeliere.

Ep. 28. Respicere videtur Eustath. Il. p. 17, 33 : Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀέρος (nomen ἥρως derivant), ὡς δηλοῦται καὶ ἐν τινι τῶν παρὰ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, ἐν ᾧ κεῖται τὸ· Σῆμα μὲν ἐν πόντῳ....
κεῖται... πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει.
Eadem Eudocia Viol. p. 219, nisi quod σῶμα, unde fortasse corrigendus est v. 2.
Ep. 30. H. Steph. Ταφίων corr. e Pausan. VIII, 5, 3.
Ep. 31. Tzetzes p. 44 Schir. : Φέρονται δὲ καὶ τούτων ἐπιγράμματα, ἐπὶ μὲν Διώρει σὺν Ἀμφιμάχῳ κειμένῳ τῷ Κτεάτου υἱῷ, ὕστερον ἀνηρημένῳ τόδε· Ἄρχων κτλ.
Ep. 33. p. 43 Schir. : Ἀνηρέθη δὲ οὗτος ὁ Ἐλεφήνωρ ὑπ' Ἀγήνορος καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ τόδε· Νήσου κτλ.
Ep. 35. Tzetzes p. 56 Schir. : Ἐπὶ Σθενέλου δὲ καὶ Εὐρυάλου ὕστερον ἀποθανόντων φέρεται ἐπίγραμμα τόδε· Ἀργεῖος κτλ.

Digitized by Google

38 (40). Ἐπὶ Αὐτομέδοντος ἐν Τροίᾳ.

Αὐτομέδοντ' Ἀχιλῆι ἐὺν καὶ πιστὸν ἑταῖρον
ἥδε κατεσκίασε Τρωὰς ἄρουρα τάφῳ.

www.ibtool.com.cn

39 (27). Ἐπὶ Φειδίππου καὶ Ἀντίφου.

Φείδιππον Τροίην πέρσαντ' ἠδ' Ἄντιφον ἥρω
γαῖα πατρὶς κώμη ἥδ' Ἐφύρα κατέχει.

40 (25). Ἐπὶ Δηϊπύλου.

Δηϊπύλου κόρσης εὐειδέος Ὀρμενίοιο
μνῆμα τόδ' εὐκλεινόν· γείνατο Τληπόλεμος.

41 (45). Ἐπὶ Ζήθου ἐν Θήβαις.

Ἑπτακύλων Θηβῶν βασιλεὺς δδε κεῖται ὑπ' ὄχθῳ.
Ζῆθος, ὃν Ἀντιόπη γείνατο παῖδ' ἀγαθόν.

42 (47). Ἐπὶ Πυλάδου, ἐν Φωκίδι.

Υἱὸς δδε Στροφίου Πυλάδης ἐν Φωκίδι γαίῃ
κεῖται, ἐπεὶ παντὸς μοῖραν ἔπλησε βίου.

43 (44). Ἐπὶ Αἰήτου, κειμένου ἐν Κολχίδι

Αἰήτην Κόλχοισι πολυχρύσοισιν ἄνακτα
ἐνθάδε πανδαμάτωρ μοῖρα θεῶν κτέρισεν.

44 (48). Ἐπὶ Ἀταλάντης, ἐν Ἀρκαδίᾳ.

Κούρης Ἰασίοιο πολυκλείτης Ἀταλάντης
σῆμα πέλας στείχων ἀτρεκὲς ἐστι τόδε.

ΕΠΙ ΤΩΝ ΤΡΩΩΝ

45 (43). Ἐπὶ Λαομέδοντος.

Ἐνθάδε Περγαμίδην κεύθει χθὼν Λαομέδοντα,
ἵππων ὠκυπόδων εἵνεκ' ἀποφθίμενον.

46 (41). Ἐπὶ Ἕκτορος κειμένου ἐν Θήβαις.

Ἕκτορι τόνδε μέγαν Βοιώτιοι ἄνδρες ἔτευξαν
τύμβον ὑπὲρ γαίης, σῆμ' ἐπιγιγνομένοις.

47 (42). Ἐπὶ Πυραίχμου, ἐν Τροίῃ.

Ἐλθὼν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξίου ὧδε Πυραίχμης
ὠκύμορος πάντων νόσφι φίλων ἔθανεν.

48 (46). Ἐπὶ Ὀρφέως, κειμένου ἐν Κικονίᾳ.

Θρήικα χρυσολύρην Οἰάγρου παῖδα θανόντα
Ὀρφέα ἐν χώρῳ τῷδε θέσαν Κίκονες.

49. (Ἐπὶ Πρωτεσιλάου, ἐν Χερρονήσῳ ἀναιρεθέντος.)

Τόνδ' ὄχθον μνήμην ἀρετῆς χάριν ἐξετέλεσσαν

38. Automedontis, Trojæ.

Automedontem Achillis bonum et fidum socium
hæcce obumbrat tellus Trojana tumulo.

39. Phidippi et Antiphi.

Phidippum qui Trojam delevit et Antiphum heroem
patria terra, hic vicus Ephyra tenet.

40. Deipyli.

Deipyli pulchra crine præditi Ormenii
monumentum hoc præclarum; genuit illum Tlepolemus.

41. Zethi, Thebis.

Quæ septem habent portas Thebarum rex hic sepultus est
Zethus, quem bonum filium genuit Antiope. [sub tumulo

42. Pyladis, in Phocide.

Filius hic Strophii Pylades, in Phocidis terra
jacet, postquam omnis vitæ sortem implevit

43. Æetæ, in Colchide.

Æeten Colchorum divitum regem
hic quæ omnia domant fata deorum immolaverunt.

44. Atalantæ, in Arcadia.

Filiæ Iasii, inclytæ Atalantæ
monumentum qui propius accedis verum hoc est.

TROJANORUM.

45. Laomedontis.

Hic Pergameum tellus abscondit Laomedontem
qui propter celeripedes equos periit.

46. Hectoris, Thebis.

Hectori hunc magnum Bœoti exstruxere
tumulum supra terram, signum posteris.

47. Pyrachmi, Trojæ.

Relicto Amydone atque Axio hic Pyrachmes
celeri fato procul ab omnibus amicis periit.

48. Orphei, in Ciconia.

Thraca aurea lyra præditum Œagri filium mortuum
Orpheum in hoc loco sepelivere Ciconæ.

49. (Protesilai, in Chersoneso occisi.)

Hunc tumulum in memoriam virtutis perfecere

Ep. 41. ὑπ ὄχθῳ corr. Hermann. vulgo ὑπόχθων. H. Stephan. ὑποχθών.

Ep. 46. Tzetzes Homer. 489 hoc lemmate hæc habet: Πολλοῖς δὲ ὕστερον ἔτεσι Θηβαῖοι λιμῷ καὶ πολέμῳ τρυχόμενοι ἐκ χρησμοῦ τὰ τούτου μετενεγκόντες ὀστᾶ ἐξ Ὀρχομενοῦ (cf. Strabo XIII, p. 595) παρὰ τὴν Οἰδιποδίαν ἔθαψαν κρήνην καὶ τῶν δυσχερῶν ἐπαύσθησαν. Ἐπέγραψαν δὲ Θηβαῖοι· Ἕκτορι κτλ.

Ep. 48. Conf. simile epigramma apud Diog. L. Prœm. 5, Anthol. Palat. VII, 617.

Ep. 49. Quæ sequuntur epigrammata in sylloge Florentina desiderantur, addita sunt ex Tzetze, et Eustathio et codd. Tzetzes p. 16 Schir.: Ὁ Πρωτεσίλαος ἐν Χερρονήσῳ ἀναιρεθεὶς ἐτάφη, φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπίγραμμα τόδε· Τόνδ' κτλ.

Digitized by Google

Ἑλλήνων παῖδες Πρωτεσίλᾳ φθιμένῳ.

50. (Ἐπὶ Πανδάρου.)

Τηλεβόλον ῥυτῆρα, Λυκάονος ἀγλαὸν υἱόν,
ἐκ Ζελέας κατέχει Πάνδαρον ἥδε κόνις.

51. (Ἐπὶ Δόλωνος.)

Πατρὶς μὲν κρύπτει με Δόλων', Εὐμήδεος υἱόν·
πᾶσιν ἀπαγγέλλω τοῖς παριοῦσι μαθεῖν.

52. (Ἐπὶ Ῥήσου.)

Ὕπνῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον ἐνθάδε Ῥῆσον
Τρῶες δὴ θάψαν Τευκρίδος αἰγιαλῷ.

53. (Ἐπὶ Σαρπηδόνος.)

Κᾶρες καὶ Λύκιοι βασιλεῖς Σαρπηδόνα δῖον
Ξάνθου ἐπὶ προχοαῖς ἀενάου ἔθεσαν.

54. (Ἐπὶ Γλαύκου.)

Εὐώδης κυπάρισσος ὁμοῦ καὶ λάινος ὄχθος
ἐνθάδε τὸν Λύκιον Γλαῦκον ἔχει φθίμενον.

55. (Ἐπὶ Μέμνονος.)

Μέμνων Τιθωνοῦ τε καὶ Ἠοῦς ἐνθάδε κεῖμαι
ἐν Συρίῃ, Βήλου πὰρ ποταμοῦ προχοαῖς.

56. (Ἐπὶ Πείρως καὶ Ἀκάμαντος.)

Πελτοφόρου Θρῄκης Ἀκάμας καὶ Πείρως ἥρως
ἕδραν ναίοντες τήνδ' ἔλαχον φθίμενοι.

57. (Ἐπὶ Τληπολέμου, κειμένου ἐν Τροίᾳ.)

Τόνδ' Ἡρακλείδην εὐήνορα τηλόθι πάτρης
Τληπόλεμον κρύπτει χῶρος δ' ἀνθεμόεις.

58. (Ἐπὶ Πυλαιμένους, κειμένου ἐν Τροίᾳ.)

Ἑρμεία, στερεᾶς πέτρης τέκος, ἔννεπε πᾶσιν
Παφλαγόνος μοῖραν τοῦδε Πυλαιμένεος.

59. (Ἐπὶ Αἰνείου.)

Αἰνείαν Κύπριδός τε καὶ Ἀγχίσου φίλον υἱὸν
ἐνθάδε μοῖρα θεῶν ἤγαγεν εἰς Ἀΐδην.

60. (Ἐφ' Ἕκτορος, κειμένου ἐν Ὀφρυνίῳ λόφῳ τῆς Τροίας.)

Ἕκτορι τόνδε τάφον Πρίαμος μέγας ἐξετέλεσσεν,

Græcorum filii Protesilao mortuo.

50. (Pandari.)

Qui eminus tela ingessit, splendidum Lycaonis filium
ex Zelea, habet Pandarum hæc pulvis.

51. (Dolonis.)

Patria me condit Dolonem Eumedis filium;
cunctos hoc prætereuntes scire jubeo.

52. (Rhesi.)

Somno atque multo labore vinctum hic Rhesum
Troes sepeliverunt in litore Trojano.

53. (Sarpedonis.)

Cares et Lycii reges Sarpedona divum
in Xanthi semper fluentis ripis posuerunt.

54. (Glauci.)

Bene olens cyparissus simul et saxosus tumulus
hic tenent Lycium Glaucum mortuum.

55. (Memnonis.)

Memnon Tithonis et Auroræ hic jaceo
in Syria, ad Beli fluvii ostia.

56. (Pirοi et Acamantis.)

Armatæ peltis Thracia oriundi Acamas et Pirous heros
hanc sedem incolentes sorte tulerunt mortui.

57. (Tlepolemi, Trojæ.)

Heraclidem magnanimum procul a patria
Tlepolemum recondit hic locus floribus obsitus.

58. (Pylæmenis, Trojæ.)

Hermes, duri saxi progenies, dic omnibus
Paphlagonis fatum hujus Pylæmenis.

59. (Œneæ.)

Æneam Veneris et Anchisæ filium
hic fatum deorum duxit ad inferos.

60. (Hectoris, in Ophrynio colle Trojæ.)

Hectori hoc sepulcrum Priamus magnus perfecit

Ep. 50. Tzetzes p. 51 Schir. : Ὁ Πάνδαρος ... ἐτάφη ἐν Τροίᾳ, ἐπιγέγραπται δ' ἐπ' αὐτῷ τάδε· Τηλεβόλου κτλ.

Ep. 51. Tzetzes p. 65 Schir. : Ὁ Δόλων οὗτος υἱὸς ἦν Εὐμήδους ... ἐπιγέγραπται δὲ ἐπ' αὐτῷ τόδε· Πατρίς κτλ.

Ep. 52. Tzetzes p. 65 : Ὁ δὲ Ῥῆσος ... καθεύδων ... ἀναιρεῖται ὑπὸ Ὀδυσσέως καὶ Διομήδους· ἐπίγραμμα δὲ τούτου· Ὕπνῳ κτλ.

Ep. 53. Tzetzes p. 72 Schir. : Ὁ Σαρπηδὼν ... ἐν Λυκίᾳ τῇ πατρίδι ἐτάφη, ἐπεγράφη δὲ αὐτῷ· Κᾶρες κτλ.

Ep. 54. Tzetzes p. 73 Schir. : Καὶ Γλαῦκος ὁμοίως ἐν Λυκίᾳ ἐτάφη. Ἐπεγράφη δὲ αὐτῷ· Εὐώδης κτλ.

Ep. 55. Tzetzes Posthom. v. 345 Jacobs. : Οὕτως ὁ Μέμνων ἀνῃρημένος ἀποκομισθεὶς εἰκαδε ἐτάφη παρὰ Βήλαιον ποταμὸν Συρίας. Καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ τάδε· Μέμνων κτλ.

Ep. 56. Tzetzes p. 44 Schir. : Ἐπὶ δὲ Πείρως καὶ Ἀκάμαντος· ὑφ' Αἴαντος ὕστερον ἀνῃρημένων τόδε· Πελτοφόρων κτλ.

Ep. 57. Tzetzes p. 54 Schir : Φέρονται δὲ αὐτῷ δύο ἐπιγράμματα, τὸ πρὸ τῆς ἀνακομιδῆς ἐν Τροίᾳ, καὶ τὸ ἐν Ῥόδῳ· Τόνδ' κτλ. Cf. supra Epigr. 18.

Epigr. 58. Tzetzes p. 52 Schir. : Ἐτάφη ἐν Τροίᾳ· Φέρεται δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα τόδε: Ἑρμῆ παῖ κτλ. Ἑρμεία conjectura est Bergkii.

Ep. 59. Iriart. p. 111 et cod. Vindob. n. 311

Ep. 60. Iriart. p. 109. Cf. 261.

www.tooof.com.cn

Digitized by Google

ὄχθον ὑπὲρ γαίης μνῆμ' ἐπιγιγνομένοις.

61. (Ἐπὶ Πενθεσιλείας.)

Στήσω σε σπεύδοντα, δορυσσόε, Πενθεσιλείας
αἰπὺν ἐσαθρῆσαι τύμβον Ἀμαζονίδος.

62. (Ἐπὶ Κύκνου.)

Θυμὸν δὴ Κύκνου καὶ ὑπερφιάλους ἐπινοίας
αἰθὴρ λαμπρὸς ἔχει, σῶμα δὲ τύμβος ὅδε.

63. (Ἐπὶ Ἀσίου.)

Ἵππων ὠκυπόδων ἐλατὴρ θρασυκάρδιος...
. . . . . .

64. (Ἐπ' Οἰδίποδος.)

Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον,
κόλπῳ δ' Οἰδιπόδαν Λαΐου υἱὸν ἔχω.

65. (Ἐπ' Ἀλεξάνδρου.)

Ἐνθάδε πῦρ τὸ Τρώων, Ἑλλάδος ἄλγος ἁπάσης,
ὁ Πριάμοιο Πάρις ψύχομαι ἀκρολόφοις.

66. (Ἐπ' Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου.)

Ἄνδρε δύω φιλότητι καὶ ἐν τεύχεσσιν ἀρίστω
χαίρετον, Αἰακίδη, καὶ σύ, Μενοιτιάδη.

67. (Ἐπὶ Νέστορος.)

Ἡδυεπὴς Νέστωρ Πύλιος Νηλήιος ἥρως
ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ τύμβον ἔχει τριγέρων.

tumulum super terram, signum posteris.

61. (Penthesilea.)

Sistam te festinantem, hastate, Penthesileæ
ut flebilem adspicias tumulum Amazonidæ.

62. (Cycni.)

Animum Cycni et ferocem mentem
æther splendidus habet, corpus vero hoc sepulcrum.

63. (Asii.)

Equorum celeripedum agitator audax...
. . . . . .

64. (Œdipi.)

Dorso malvam et asphodelum multas radices habentem
sinu vero Œdipum Laii filium gero.

65. (Paridis.)

Hic, incendium Trojanorum, Græciæ cunctæ luctus
Priami filius Paris algeo in tumuli cacumine.

66. (Achillis et Patrocli.)

Viri duo amore et armis optimi
salvete, Æacida et tu Menœtiada.

67. (Nestoris.)

Sermone dulcis Nestor Pylius Neleius heros
in Pylo fertili sepulcrum habet ter senex.

Sed jam finis facienda est ne ultra justos exspatiemur terminos. Sufficiet apponere quædam similis instituti disticha quæ satis probabiliter huc referenda esse censet Bergkius. Anthol. Palat. VII, 515 et Diog. L. Procem. 3 :

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας
Μουσαῖον φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῇδε τάφῳ.

Anthol. Palat. VII, 516 et Diog. L. Procem. 4 :

Θρήικα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα Μοῦσαι ἔθαψαν,
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει.

Cf. Alcidamas in Ulixe p. 672 Bekker. Quæ apud Ausonium leguntur, quorum græca exempla non exstant, hîc afferre supersedeo, quum vix unum alterumve sit inter hæc epigrammata, in quibus revera cum iis quæ habemus epitaphiis conspiret poeta Burdigalensis. Hoc jam rectissime ab H. Stephano observatum est in Certam. Hom. et Hes. p. 137, in quem injuria invectus est Schneidewinus, *Philol.* t. I, p. 24, infelici studio abreptus, quo contra omnem verisimilitudinem Peplum Aristoteli vindicare aggressus est.

Ep. 61. Tzetz. Posth. 207 Jacobs : Οὕτως ὑπ' Ἀχιλλέως ἀνῃρέθη ἡ Πενθεσίλεια καὶ ἐγράφη αὐτῇ· Στήσω κτλ.

Ep. 62. Tzetz. Antehom. 257 Jacobs, Iriarte p. 111. Simillimum epigramma, e titulo attico in Diar. Archæol. 1856, p. 139 conferri jubet Bergkius :

Εὐρυμάχου ψυχὴν καὶ ὑπερφιάλους διανοίας
αἰθὴρ ὑγρὸς ἔχει, σῶμα δὲ τύμβος ὅδε.

Ep. 63. Eustath. ad Il. p. 356, 30 : Οὐ μάτην δὲ οὐδὲ τῶν ἵππων αὐτοῦ ἐμνήσθη, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς πεποιθὼς ὁ Ἄσιος ἐν τοῖς ἔξῃς ὡς καλοῖς ἀφρονέυσεται καὶ πεσεῖται. Ἵππων κτλ. κατὰ τὸ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα.

Ep. 64. Eustath. ad Odyss. p. 1698, 25 : Ὡς δηλοῖ καί τι τῶν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, λέγον ὡς ἀπό εινος τάφου, ὅτι νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω. Integrum epigramma legitur in cippo, qui visitur in vasculo picto apud Millingen *Anc. unedit. Monum.* t. 36. Cf. H. Steph. Thes. ed. Didot. s. v. πολύρριζος. Fortasse apud Porphyrium aliud nomen exstabat, nisi ejus sylloge etiam aliorum heroum epitaphia præter Trojani belli principes complexa est.

Ep. 65. Tzetzes Posth. 698 : Ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ τὸ ἐπίγραμμα τόδε· Ἐνθάδε κτλ.

Ep. 66. Ad Peplum hoc et quod sequitur epigramma utrumque adespotum in Anthol. Palat. VII, 143 et 644 retulit Jacobsius. cf. Brunck, *Analecta*, t. III, n. DCXXII. De priori jure dubitat Bergkius.

Digitized by Google

IX. ORATIONES ET EPISTOLÆ.

I. (ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.)

www.libtool.com.cn

Laudatio sive vituperium Alexandri, quum illius ætatis quæ Aristotelem consecuta est rhetoribus gratissimum orationum argumentum suppeteret, mirari profecto non licet, tales declamationes Aristotelis nomine circumlatas esse, et quidem fortasse, non tam fraude illorum qui illas scripsissent, quam eorum errore, qui suscepta persona auctorem loqui non animadvertissent. De hac tamen re pluribus disserere supervacaneum est, quum qui unus huc referri possit titulus Ἀλεξάνδρου Ἐγκλησία, inter pseudepigrapha ab Anonymo (7) nominetur. Laudatoriam deinde Aristotelis in Alexandrum Orationem sunt qui novisse videntur. Ita enim Themistius Orat. III, ad Constantium p. 45, D, Harduin. : Οἱ δὲ τὰ ἄλλα ἐπαινοῦντες οὐ σὲ ἀλλὰ τὰ σὰ τεθαυμάκασι... ὃν δὲ οὐδὲν ἐκπλήττει καὶ ἐπιστρέφει τῶν ἔξωθεν, οὗτός ἐστιν ὁ δυνάμενος διιδεῖν τὸν ἀληθινὸν βασιλέα. Διὰ ταῦτα οὐ κρύβδην φέρει τὴν ψῆφον οὐδὲ προστησάμενος ἕτερον σχῆμα τῷ λόγῳ οὐδὲ βασιλείαν μὲν ἐπαινῶν, τὸν βασιλεύοντα δὲ οὐ θαρσῶν, ἀλλ' ἀναβὰς ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν τοῦτο βῆμα καὶ στὰς ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων ἀνακηρύττειν σε οὐκ ἀναίνεται μετὰ πλείονος τῆς παρρησίας ἢ Ξενοφῶν Ἀγησίλαον καὶ Ἀλέξανδρον Ἀριστοτέλης καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα ὁ Ζήνωνος ἐραστὴς τὸν καθ' ἑαυτὸν βασιλέα, quæ ultima de Persæo et Antigono rege dicta sunt. Cf. Themist. Orat. XXXII, p. 358, A, Hard., Diogen. Laert. VII, 6, 13, 14, 15, 36. Cum Themistio consentit ejus æqualis Julian. Orat. III, p. 193 Petav. : Καὶ ἐπῄνει γε Ἰσοκράτης πολλοὺς καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης. Ξενοφῶν δὲ καὶ Ἀγησίλαον τὸν βασιλέα καὶ Κῦρον τὸν Πέρσην. Quæ tamen si accuratius inspicimus, non tam de orationibus quam fortasse de epistolis, sive veris sive supposititiis in quibus Aristoteles laudes Alexandri scripserat, accipienda esse intelligemus. Eo vero facilius in talem sententiam abire me patior, quod, licet scriptores ecclesiastici Aristotelem passim adulationis erga Alexandrum non sine calumnia accusent, nullam tamen ab eo scriptam orationem in Macedonum regis laudem exstitisse affirmat Eustathius, his verbis in Epistola μή' p. 351, 78 ed. Tafel. ad imperatorem scribens : Ἀλλ' ἴδοι σε καὶ τοιούτου φιλοσόφου τυχεῖν, ὁποίου τοῦ Ἀριστοτέλους μὲν ὁ Ἀλέξανδρος, τοῦ Πλάτωνος δὲ ὁ Διονύσιος. Ἀλλὰ σὺ μὲν κρείττων ἐκείνων (καὶ ὁς ἐγὼ δικάζω καὶ ἀποφαίνομαι)· ἐγὼ δὲ χείρων παρὰ πολύ... καὶ διὰ ταῦτα καὶ Διονύσιος ἐν τυράννοις ἠρίθμηται, ὅτι τὰ Πλάτωνος ἠθέτησε δόγματα· καὶ Ἀλέξανδρος τῶν κρειττόνων ἐγκωμίων ἐστέρηται, ὅτι τῆς Ἀριστοτέλους σοφίας καταπεφρόνηκε... Ἴδοι δὲ καὶ τοὺς βασιλεῖς τοῖς σοφοῖς ἐκείνοις μνησικακῆσαι, ὅτι οὔτ' Ἀριστοτέλης ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου, οὔτε Πλάτων (scr. videtur Ἀριστοτέλει et Πλάτωνι) Διονυσίου πεποίηται. Διὰ ταῦτα ὥσπερ ὑβρισμένοι παρὰ τούτων, δίκην παρ' αὐτῶν τῆς ὕβρεως ἑκάτεροι ἀπειλήφασι. Quod legitur apud Eustathium ad Dionys. Perieget. v. 1140 : Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου error est librarii. Respicit aperte Arrianum de Exped. Alexandri l. V, c. 1. Ceterum cf. C. Müller, Præf. in Script. rer. Alex. p. V, et Introd. in Pseudo-Callisthenem ad calcem Arriani ed. Didot p. XXVII.

(638.)

P. Rutilius Lupus de Figuris Sent. I, 18, p. 62 Ruhnk. : *Merismos. Hoc schema singulas res separatim disponendo et suum cuique tribuendo magnam efficere utilitatem et illustrem consuevit. Lycurgi... item Aristotelis : « Alexandro enim Macedoni neque in deliberando consilium, neque in præliando virtus neque in beneficio benignitas (dignitas v. l.) deerat, sed dumtaxat in supplicio crudelitas. Nam quum aliqua res dubia accidisset apparebat sapientissimus, quum autem confligendum esset cum hostibus fortissimus, quum vero præmium dignis tribuendum liberalissimus, at quum animadvertendum clementissimus.*

Meliore fortasse jure hoc fragmentum ad Epistolam quandam Aristotelis ad Antipatrum referes, e quibus exempla sæpe sumpsit auctor similis libelli de Elocutione qui Demetrii nomine inscriptus est. Nec tamen ita magis pro genuinis haberi poterunt quæ e Gorgia transtulit Rutilius Lupus. Quod conjecit Bernaysius in libro *Die Dialoge des Aristoteles*, p. 157, quæ hîc dicta sunt, fortasse non de Alexandro Philippi filio, sed de alio quodam rege Macedoniæ accipienda esse, hoc vereor ut cuidam satisfaciat.

II. (ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.)

Ἐγκώμιον Πλάτωνος non aliunde notum habemus quam e verbis Olympiodori in Platonis Gorgiam cujus commentarii partem edidit A. Jahn in *Jahrbücher für Philol., Supplementband* XIV, p. 395 : Ὅτι δὲ καὶ Ἀριστοτέλης σέβει αὐτὸν (τὸν Πλάτωνα scil.) ὡς διδάσκαλον, δῆλός ἐστι γράψας ὅλον λόγον ἐγκωμιαστικόν· ἐκτίθεται γὰρ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ ὑπερεπαινεῖ. Οὐ μόνον δὲ ἐγκώμιον ποιήσας ἐπαινεῖ αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἐλεγείοις τοῖς πρὸς Εὔδημον αὐτὸν ἐπαινῶν Πλάτωνα ἐγκωμιάζει γράφων

Digitized by Google

οὕτως (vide infra fragm. 666). Quod suspicatus est Rosius, in titulo Ἐγκώμιον πλούτου, qui inter pseudepigrapha Anonymi (8) legitur, Πλάτωνος scribendum esse, parum verisimilis videtur esse conjectura. Causa enim in prono est, cur Aristoteles divitiarum laudator a quodam Peripateticæ doctrinæ sectatore eligi potuerit. Ceterum collatis quæ habet auctor Vitæ Marc. p. 6 ed. Robbe : Καὶ φαίνεται ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς θαυμάζων Πλάτωνα, καὶ συνιστὰς τοῖς βασιλεῦσι τοὺς Πλάτωνι κατὰ γένος κοινωνοῦντας, facile suspicio oritur, Olympiodorum paulo ambitiosius λόγον ἐγκωμιαστικόν vocasse epistolam in Platonis laudem conscriptam.

III. ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΑΣΕΒΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΕΥΡΥΜΕΔΟΝΤΑ.

Ἀσεβείας γραφὴν contra Aristotelem prolatam fuisse multi sunt qui narrant. Diog. Laert. V, 5 : Ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ... ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ Ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου, ἢ Δημοφίλου, ὡς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ Ἱστορίᾳ, ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν, ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀνδριάντος τοιοῦτον· Τόν κτλ., Athen. XV, p. 696, A : Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ πολυμαθεστάτου γραφὲν Ἀριστοτέλους εἰς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέα οὐ παιάν ἐστιν, ὡς ὁ τὴν τῆς ἀσεβείας κατὰ τοῦ φιλοσόφου γραφὴν ἀπενεγκάμενος Δημόφιλος εἰς αἰδῶ τε (hæc ita emendavit : Δημόφιλός τις διέδωκε, Bœckh, *Hermias von Atarneus*, Berol. 1853, p. 148) παρασκευασθεὶς ὑπ' Εὐρυμέδοντος, ὡς ἀσεβοῦντος καὶ ᾄδοντος ἐν τοῖς συσσιτίοις δσημέραι εἰς τὸν Ἑρμείαν παιᾶνα, ἀλλὰ τῶν σκολίων ἕν τι καὶ αὐτὸ εἶδός ἐστιν, Anon. Vita Aristotelis ad calcem Diogenis Laertii ed. Didot. p. 13, 4. Causam propter quam illatum est crimen aliam indicare videtur Origenes c. Celsum I, c. 65: Οὗτος γὰρ ἰδὼν συγκροτεῖσθαι μέλλον κατ' αὐτοῦ δικαστήριον ὡς κατὰ ἀσεβοῦς διά τινα δόγματα τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ ἃ ἐνόμισαν εἶναι ἀσεβῆ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐν Χαλκίδι τὰς διατριβὰς ἐποιήσατο ἀπολογησάμενος τοῖς γνωρίμοις καὶ λέγων· « Ἀπίωμεν ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν, ἵνα μὴ πρόφασιν δῶμεν Ἀθηναίοις τοῦ δεύτερον ἄγος ἀναλαβεῖν παραπλήσιον τῷ κατὰ Σωκράτους, καὶ ἵνα μὴ δεύτερον εἰς φιλοσοφίαν ἀσεβήσωσιν. » Hujus dicti mentio apud alios quoque exstat, ut apud Ælianum Var. Hist. III, 36, David. in Categ. p. 26, B, 20, quod tamen an vere Aristoteli tribuatur, jure dubitari potest. Talis vero dubitatio nulla erit de Oratione, quam ad diluendam impietatis accusationem in se illatam scripsisse fertur Aristoteles, jam enim ipsorum testimonio qui eam laudant a philosopho abjudicatur, Anonymi scilicet, eam inter pseudepigrapha referentis et Athenæi hæc verba addentis : Εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος. Neque illud prætereundum est ejus mentionem a Diogenis Laertii indice abesse, licet in ipsa narratione (§ 9) e Favorino laudetur. Opus igitur alicujus rhetoris fuerit, nec ita multum fortasse post Aristotelis mortem conscriptum. Facile enim fieri potuit, ut, quo tempore Sophocles Amphiclidæ filius legem pertulerat, qua philosophi Athenis pellerentur, tales orationes ad exemplum Apologiæ Socratis, ab Aristotelis discipulis fingerentur. Illud utique certum est, quemadmodum Socratis (cf. Athen. V, p. 215, C), ita et Aristotelis nomen quanquam demortui ab his litibus non alienum fuisse, quod optime Eusebii testimonio comprobatur Præpar. Evang. XV, 2, p. 791 : Τὴν μὲν γὰρ Δημοχάρους (cf. C. Müller, Orat. att. Fragm. t. II p. 471) κατηγορίαν κατὰ τῶν φιλοσόφων τί χρὴ λέγειν; οὐ γὰρ Ἀριστοτέλη μόνον ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους κακῶς εἴρηκεν. Ἔτι γε μὴν αὐτὰς τὰς διαβολὰς σκοπῶν ἄν τις ληρεῖν αὐτὸν φαίη. Λέγει γὰρ ἐπιστολὰς Ἀριστοτέλους ἁλῶναι κατὰ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων καὶ Στάγειραν τὴν πατρίδα προδοῦναι Μακεδόσιν αὐτόν· ἔτι δὲ κατασκαφείσης Ὀλύνθου μηνύειν ἐπὶ τοῦ λαφυροπωλείου Φιλίππῳ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ὀλυνθίων, Sophoclem autem, legis auctorem, a Philone quodam, Aristotelis discipulo impugnatum esse, cf. Athen. XIII, p. 610, F : Καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς, καθ' οὗ λόγον ἔγραψε Φίλων, ὁ Ἀριστοτέλους γνώριμος.

De titulo Orationis Aristotelis nomine falso inscriptæ, variant Anonymus et Athenæus. Pleniorem exhibet ille : Ἀπολογία εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα, hic vero melius, ut videtur, Ἀπολογία τῆς ἀσεβείας, quum teste Favorino apud Diogenem Laertium V, 9, λόγος δικανικὸς fuerit, contra ἀσεβείας γραφὴν scriptus.

(639.)

Athenæus XV p. 697, A : Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ τῆς ἀσεβείας, εἰ

IMPIETATIS DEFENSIO.

Aristoteles in Apologia adversus impietatis crimen, nisi supposititia Oratio est, ait : « Non sane equidem, si Hermiæ ut immortali sacrificare voluissem, monumentum ut mortali posuissem : nec, si natura immortalem prædicare animus erat, sepulcralibus ornassem honoribus. »

Digitized by Google

μὴ κατέψευσται ὁ λόγος φησίν· » Οὐ γὰρ ἄν ποτε Ἑρμείᾳ θύειν ὡς ἀθανάτῳ προαιρούμενος ὡς θνητῷ μνῆμα κατεσκεύαζον καὶ ἀθανατίζειν τὴν φύσιν βουλόμενος ἐπιταφίοις ἂν τιμαῖς ἐκόσμησα. »

Cf. Diogen. Laert. V, 5 et 9. Τοῦτον (τὸν Ἀριστοτέλη sc.) πρῶτον Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ Ἱστορίᾳ λόγον φησὶ δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίκῃ καὶ λέγειν ὡς Ἀθήνησι

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Hæc ab aliis quasi ex Epistola quadam referuntur. V. infra fr 15.

Aristotelem Hermiæ sacrificasse Lucianus quoque narrat Eunuch. c. 9 : Ὁ Ἀριστοτέλης... εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσας Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον τὸν ἐκ τῆς Ἀταρνέως τύραννον ἄχρι τοῦ καὶ θύειν αὐτῷ κατὰ ταὐτὰ τοῖς θεοῖς. Alii ab eo Pythiadem iisdem sacris cultam esse perhibent, quæ Athenis Cereri Eleusiniæ offerri solebant, Aristippus apud Diog. Laert. V, 4 et ex Lycone Aristocles apud Euseb. Præpar. evang. XV, 2, p. 792, B.

IV. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

Aristotelis Epistolæ num genuinæ quædam fuerint nescio; supposititiarum vero innumerabilem pæne multitudinem exstitisse pro certo affirmare licet. Quæ autem quum nec ejusdem generis nec eodem tempore compositæ sint, sedulo distinguenda sunt varia de iis testimonia. Proxime ad ipsius philosophi ætatem accedit earum mentio in Diogenis Laertii indice facta, de cujus auctoritate in hac re non est cur dubitemus. Recensentur autem hoc ordine : Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Σηλυμβρίων ἐπιστολαί. (1) Πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολαὶ δ'. Πρὸς Ἀντίπατρον θ'. Πρὸς Μέντορα α'. Πρὸς Θεμισταγόραν α'. Πρὸς Φιλόξενον α'. Πρὸς Δημόκριτον α'. Brevius apud Anonymum Ἐπιστολαὶ κ', ubi in numeri nota vitium latet, altero fortasse post κ' signo omisso. Quod si verum est, idem error in Ptolemæi indice commissus est, qui, postquam hunc posuit titulum : *Aristotelis Epistolæ, quas in VIII libros contulit Aretas*, ita pergit : *Epistolæ aliæ, quas XX libris Andronicus invenit, præter illas, quæ in libro V Andronici de Aristotelis scriptis memorantur*, sive, ut hæc a Casirio expressa sunt : *Aliæ Epistolæ, libri XX, recensuit Andronicus, præter illas, quæ in libro V Andronici memorantur : ubi et Aristotelis librorum index occurrit.* Quæ jam antea in eodem indice (21) memorantur : *Epistolæ, libri III*, eas nihil hîc moror, quum ex errore ejus qui græca arabice vertit natæ esse videantur. Habemus igitur jam trium generum epistolas, e quibus quales fuerint, quas in quinto libro memorasse dicitur Andronicus, satis commode ostendit A. Gellius Noct. att. XX, 5, quum se ex ipso hoc Andronici libro notissimas illas Alexandri et Aristotelis litteras de librorum quorundam Aristoteleorum editione, utrasque aperte fide destitutas, sumpsisse testetur. De altera autem collectione ab *Areta* instituta, plura jam dicere possumus, dummodo idem sit ille Aretas atque quem Artemonem vocant græci scriptores. Quæ confusio eo certior apparebit, quod ne græcum quidem est illud nomen Aretas, sed arabicum cf. H. Stephan. Thesaur. s. v., lenior autem videbitur iis, qui memoria tenent, Empedoclis nomen, arabicarum versionem ope, in *Abrucalis* abiisse (1). Omnem tamen dubitationem de hac re sublatam esse puto Davidis testimonio, qui eundem plane librorum numerum indicat, in Aristot. Categ. p. 24, A, 26 : Ἐπιστολαὶ ... ἃς ἐν ὀκτὼ βίβλοις συνήγαγεν Ἀρτέμων τις μετὰ Ἀριστοτέλη γενόμενος. Ultima satis absurda viderentur, nisi suspicari liceret, ab eo quem exscripsit David, additum fuisse quot annis post Aristotelem vixerit ille Artemon. Nec magis explicite de eo Pseudo-Demetrius de Elocut. § 233 : Ἀρτέμων ... ὁ τὰς Ἀριστοτέλους Ἐπιστολὰς ἀναγράψας. Inter varios hujus nominis scriptores, nullus est de quo aptius cogitetur, quam de Artemone, Casandria in Macedonia orto, cujus libros περὶ Συναγωγῆς βιβλίων et περὶ Χρήσεως βιβλίων, laudat Athenæus XII, p. 515, E et XV, p. 694, A. Cf. C. Müller, Fragm. Hist. gr. t. IV, p. 340 sqq. Neque solum collegisse videtur Aristotelis epistolas, sed et accuratius de genere quo scripta erant disputasse, ita ut non minus ad hunc referenda sint quasi ad communem fontem, quæcunque huc spectant, apud philosophi interpretes, quam apud auctorem libelli de Elocutione. Optime hoc ostendunt Pseudo-Demetrii verba § 233 : Ἀρτέμων μὲν οὖν ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας Ἐπιστολάς φησιν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου, cum iis quæ apud Simplicium leguntur collata, in Aristot. Categ. p. 27, A, 43 Brand. : Τὸ δὲ δύνασθαι σαφῶς εἰπεῖν δηλοῖ μάλιστα ὁ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ χαρακτήρ, τὸν ἀνὰ χεῖρας διάλογον (cf. H. Steph. Thes. t. VIII, p. 1395, C), ὃς ἐπι-

(1) Cf. Demosth. de Corona p. 251, 9 et 16 ubi legitur Σηλυμβρινοῖς cum v. l. Σηλυμβριανοῖς. Steph. Byz. s. v. tuetur formam Σηλυβριανός. Scriptæ erant fortasse epistolæ litium occasione quas tangit Pseudo-Demosthenes in Orat. de Rhodiorum libertate p. 198, 14.

(1) Cf. Rœper, *Lectiones Abulpharagianæ*, p. 24 not.

Digitized by Google

στολαῖς προσήκει, μετ' εὐπρεπείας ἀποτυπούμενος· καὶ οὐδέ ἐστί τις τῶν συνεγνωσμένων Ἀριστοτέλει περὶ τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα προσόμοιος. Ultima haud diversa sunt ab iis quæ Pseudo-Demetrius § 230 habet : Ἀριστοτέλης γοῦν ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου τοῦ ἐπιστολικοῦ. Similem plane laudem Aristotelis epistolis tribuit Joannes Philoponus in Arist. Categ. p. 36, B, 32 Brand. : Ἐν δὲ ταῖς Ἐπιστολαῖς φαίνεται κατωρθωκὼς τὸν ἐπιστολιμαῖον χαρακτῆρα, ὃν καὶ σύντομον εἶναι δεῖ καὶ σαφῆ καὶ ἀπηλλαγμένον πάσης περισκελοῦς συνθέσεώς τε καὶ φράσεως (1). Cum aliorum epistolis, Aristotelis cum a Pseudo-Demetrio tum a Photio comparantur; quorum prior ita § 234 : Ἐπὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἑστωσαν τοιαῦται αἱ ἐπιστολαὶ μικρὸν ἐξηρμέναι πως. Στοχαστέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου, ᾧ γράφεται· ἐξηρμένη μέντοι, καὶ οὐχ ὥστε σύγγραμμα εἶναι ἀντ' ἐπιστολῆς, ὥσπερ αἱ Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους ἡ Πλάτωνος, alter vero in Epistola 207, ubi Phalaridis, Bruti, Libanii, Basilii, Isidori, cum aliorum comparantur, p. 304 ed. Montacut. : Αἱ δὲ τούτου (τοῦ Πλάτωνος scil.) Ἐπιστολαὶ ἴσον τε τῆς ἐκείνου λογιότητος καὶ τοῦ ἐπιστολιμαίου τύπου ἀπολείπονται. Αἱ δέ γε τοῦ Ἀριστοτέλους τῶν μὲν ἄλλων αὐτοῦ γραμμάτων εἰσί πως λογοειδέστεραι, πλὴν οὐδὲ ταῖς Πλατωνικαῖς ἐξισάζουσι. Δημοσθένους δὲ ... οὐδὲν ἀμείνους εὑρήσεις τοῦ Πλάτωνος.

Mirum fortasse videbitur alicui, Photium paulo iniquius de Aristotelis Epistolis judicasse. Quid vero, si quas respexit non eædem fuerunt atque illæ quarum sæpissime præstantiam laudibus extulit auctor libelli de Elocutione? Ab his enim quin plane diversæ habendæ sint, quæ etiam nunc Aristotelis nomine exstant Epistolæ sex, nemo facile dubitabit. Etenim quæcunque priorum supersunt fragmenta, talia sunt, opinor, ut perspicuum sit, eas, si non ipsius Aristotelis fuisse, tamen haud ita multum post philosophum compositas esse, quippe quarum auctor, quisquis ille fuit, rerum atque hominum ejus ætatis qua Aristotelis vixerat, accuratam ubique cognitionem ostenderit, ita ut ex ejus opere haud pauca, licet multis modis corrupta, ad eos migrasse videantur, qui postea de Aristotelis vita scripserunt. Quare simillimas putofuisse has Epistolas cum Platonis et Isocratis Epistolis, tum orationibus nonnullis Demosthenis nomine male inscriptis, quæ si non pro genuinis haberi possunt, arte tamen atque ingenio pollent, summamque fidem in rerum narratione merentur. Quod utrumque secus esse in superstitibus Epistolis, vel levis earum inspectio demonstrabit. Tam enim omni rerum atque hominum cognitione destitutæ, tam exiles atque jejunæ in inveniendis et exponendis sententiis, tam ineptæ denique et ridiculæ sunt, ut fraus aperta atque pæne confessa sit. Quod si quædam in iis insunt sententiæ ceteris præstantiores, ideo hoc factum esse puto, quod ex ipso Aristotele mutuatæ atque in suum usum translatæ sunt a scriptore. Ita enim quæ in priore ad Philippum Epistola leguntur verba : Δεῖ γὰρ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων μὴ διὰ τὰς ἀρχάς, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀρχῶν θαυμάζεσθαι, ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται, ea ut sententiam ex Aristotele excerptam afferunt Joan. Stobæus Floril. XLV, 8; Apostol. V, 90 *a*; Arsen. XIII, 59; XVIII, 21; XIX, 97; Anton. Meliss. 103, p. 174 Fabric., nisi quod pro διὰ τῶν ἀρχῶν, διὰ τὰς ἀρετὰς præbent. Similiter fortasse e Theophrasto fluxerunt, quæ in alia Epistola, satis rudi artificio, ita inducuntur : Ὅθεν ἐπαινῶ καὶ τὸν ἡμέτερον γνώριμον Θεόφραστον λέγοντα κτλ. Cf. infra. p. 330.

Præter Aristotelearum epistolarum genera quæ hucusque enumeravimus aliud restat, de quo paucis defungi poterimus. Illarum est quæ præsertim fabulosis de Alexandro narrationibus insertæ erant, quarum exemplum cum Julii Valerii versio latina Pseudo-Callisthenis suppeditat III, 27, p. 139 ed. Müller, ad calcem Arriani ed. Didot, cf. Zacher, *Pseudo-Callisthenes*, Halle 1867, p. 92, tum quas e *libro epistolarum Alexandri ducentas pæne continente epistolas*, excerpsit item ad Aristotelem datas litteras, rerum polonicarum, sublestæ satis fidei scriptor, Vincentius Kadlubko, ad calcem Dlugossi, *Historiæ Poloniæ*, Lips. 1712, t. II, p. 614. Cf. v. Gutschmid, *über die Fragmente des Pompejus Trogus, Jahrb. für class. Philologie III Supplement b.*, Leipz. 1857, p. 247 sq.

De talibus commentis non magis hic curamus, quam de aliis quibusdam quale est : *Epistola Aristotelis ad Alexandrum M., qua universam suam philosophiam retractat*, quam hebraice et

(1) Ceteros locos in quibus Epistolæ Aristotelis nominantur ab ejus interpretibus, operæ pretium non est hic exscribere quippe in quibus nihil inest præter nudam mentionem. Cf. Joann. Philop. in Arist. Categ. p. 35, B, 14. Ammon. in Categ. fol. 7 recto, p. 35, B, 46 Brand. David. in Categ. p. 22, A, 21. Vix digna quæ memorentur habet Schol. An. in Arist. de Cælo, p. 467, B, 1 Brand. : Τὰ μὲν τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων λέγεται ἀκροαματικά, ὅσα πρὸς τοὺς γνησίους αὐτοῦ μαθητὰς ἐρρήθη ... τὰ δὲ ἑταιρικὰ ὅσα πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ φίλους ἐγράφη, τὰ δὲ ἐξωτερικά, ὅσα δι' ἐπιστολὰς ἔγραψε πρός τινας τῶν μὴ συνήθων αὐτῷ ἀξιούμενος παρ' ἐκείνων, ἃ καὶ ἐγκύκλια λέγεται, διότι στελλομένων τούτων τοῖς ἐρωτήσασιν οὕτως ἀνεγιγνώσκοντο κατὰ κύκλον πάντων. Haud feliciter Idelerus Πολιτείας pro Ἐπιστολαῖς nominatas putabat in verbis Simplicii de quibus supra diximus p. 223.

Digitized by Google

latine in *Bibliotheca Rabbinica* Julii Bartholocci, Romæ 1675, t. I, p. 476, exstare affirmat Buhlius, in Aristotelis editione t. I, p. 266.

Reliquum est ut addamus codicis quo continebantur Aristotelis Epistolæ mentionem injectam esse a Gregorio Nazianzeno, Epistola 165 : Τὸ πυκτίον (fort. πτυκτίον cf. M. Schmidt, in Hesych. s. v. et Jacobs in Anthol. Palat. t. I, p. 18), ὅπερ εἰληφας παρ' ἡμῶν, τὰς Ἀριστοτέλους ἐπιστολάς, ἐδυνάμην μὲν μὴ ἀνακομίσασθαι, ἀλλὰ παρά σοι μένειν ἐάσαι, λογίῳ δὲ δῶρον οἰκεῖον καὶ φιλίας ὑπόμνημα δεξιόν. Quænam hæ fuerint Epistolæ ignoramus. Neque minus difficile est de Epistolis sive ipsius ad Diarem sive Diaris ad Aristotelem statuere, a solo Joanne Philopono memoratis, qui ad verba Aristotelis de Anima, II, 6, 4 : Κατὰ συμβεβηκὸς δὲ λέγεται αἰσθητὸν οἷον εἰ τὸ λευκὸν εἴη Διάρους υἱός, hæc annotat fol. K, 1 verso ed. Venet. 1535 : Λέγεται δὲ ὁ Διάρης οὗτος φίλος εἶναι τῷ Ἀριστοτέλει· φέρονται γοῦν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν Ἐπιστολαί. Τὸ οὖν λευκὸν τὸ ἐν τούτῳ καθ' αὑτὸ μὲν ὁρᾷ ἡ ὄψις, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ὅτι ἐστὶ Διάρης οἶδε. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι « Διάρους υἱός », ita ut Διάρης in suo codice habuisse videatur Joannes Philoponus. Utramque lectionem Themistius quoque videtur novisse Paraphr. f. 78 verso : Αἰσθητὸς γὰρ ὁ Διάρους υἱὸς ἢ ὁ Διάρης. Ignotus ceterum homo ille Diares quum neque apud Simplicium in Arist. de Anima fol. 35 verso, neque alibi ejus mentio fiat.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΝ.

1 (640).

Harpocrat. s. v. Ὅτι ξένους τινὰς ἑαυτοῦ αἰχμαλώτους σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργίῳ καὶ δεδεμένους παρὰ πότον ἐξητήσατο παρὰ Φιλίππῳ Σάτυρος, Αἰσχίνης μὲν ἐν τῷ περὶ τῆς Πρεσβείας (§ 156) φησί. Δημοσθένης δ' ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου (§ 193) φησὶν ὅτι Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἐξητήσατο καὶ ἔοικε μᾶλλον ἀληθεύειν· καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἔν τινι τῶν πρὸς Φίλιππον Ἐπιστολῶν λέγει, ὡς Σατύρῳ τῷ ὑποκριτῇ τὰς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἀφῆκεν.

Eadem Photius et Suidas s. v. De re cf. A. Schæfer, *Demosthenes u. s. Zeit*, t. I, p. 221.

2 (641).

Vita Arist. Marc. p. 2 Robbe : Ἐτῶν δὲ γενόμενος ἑπτὰ καὶ δέκα, τοῦ Πυθοῖ θεοῦ χρήσαντος αὐτῷ φιλοσοφεῖν παρ' Ἀθηναίοις (Ἀθήνησι cod.), φοιτᾷ Σωκράτει, καὶ συνῆν [τούτῳ τὸν] μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον πλὴν ὀλίγον ὄντα· μετὰ δὲ τοῦτον φοιτᾷ Πλάτωνι, καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἰκοσαετὴς τυγχάνων (corr. εἰκοσαετῆ τυγχάνοντα collat. Diogen. Laert. V, 9, Dionys. Halic. Op. Rhet. p. 728 Reiske) ὡς αὐτὸς ἐπιστέλλων Φιλίππῳ λέγει. In vetere versione latina : *Factus autem XVII annorum, et Pythia præcipiente ipsum philosophari, mittitur Athenas : ubi adhæsit Socrati, et moratus est cum eo tribus annis, usque ad finem vitæ ipsius. Mortuo autem Socrate, Platonem adit, cum eoque annos viginti versatus est, sicut ipse declarat mittens Philippo.*

Diog. Laert. V, 9 : Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ... παραβαλεῖν δὲ Πλάτωνι καὶ διατρῖψαι παρ' αὐτῷ εἴκοσιν ἔτη, ἑπτὰ καὶ δέκα ἐτῶν συστάντα. Eundem errorem quo laborat Vita Marciana, in Pseudo-Ammonii quoque Vita reperies ad calcem Diogenis Laertii ed. Didot. p. 10, 23 : Ἑπτακαίδεκα δ' ἐτῶν γενόμενος καὶ τῆς Πυθίας κελευούσης αὐτῷ φιλοσοφεῖν στέλλεται ἐν Ἀθήναις, ἔνθα φοιτᾷ Σωκράτει καὶ σύνεστι τούτῳ ἔτη τρία. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Σωκράτους φοιτᾷ Πλάτωνι καὶ τούτῳ σύνεστιν ἔτη εἴκοσι κτλ.

3 (642).

Julian. Orat. VII, p. 442 Petav. : Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν ὁ τῶν θεῶν εἵνεκεν εἰς Ὄλυμπίαν βαδίζων, ὁ τῷ Πυθίῳ πεισθεὶς καὶ φιλοσοφήσας ὥσπερ Σωκράτης ὕστερον, ὡς Ἀριστοτέλης· φησὶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἶναι Πύθιον οἰκοι παρ' ἑαυτῷ, ὅθεν αὐτῷ καὶ ἡ ὁρμὴ πρὸς φιλοσοφίαν ἐγένετο· μὴ παριέναι τῶν ἀνακτόρων εἴσω, εἰ μὴ τοῦτο ἐξέκλινε τὸ ὑποθεῖναι νόμοις ἑαυτὸν καὶ δοῦλον ἀποφῆναι πολιτείας;

Sermo est de Diogene cynico de quo jam antea

EPISTOLÆ.

Epistolæ ad Philippum.

1.

Aristoteles in quadam epistola ad Philippum dicit illum Satyro histrioni Apollophanis filias manumisisse.

2.

Anno ætatis decimo et septimo, Pythia jubente ut se philosophiæ daret, apud Athenienses ad Socratem accessit et cum eo remansit omne tempus ad mortem usque, quod breve fuit. Post hunc accessit ad Platonem et cum eo versatus est usque ad ejus mortem annos viginti, ut ipse in Epistola ad Philippum dicit.

3.

Nam qui deorum causa ad Olympiam adierat : qui Apollini Pythio parens animum ad philosophiam adjunxerat; ut Socrates postea; ut Aristoteles, nam et iste domesticum apud se Pythium habere se dicebat, a quo ad philosophiam capessendam initiatus fuerat, nonne in

Digitized by Google

in eadem Oratione p. 396. Legendum igitur videtur ὥσπερ Σωκράτης, ὡς ὕστερον Ἀριστοτέλης. Illud vero αὐτὸς ad Diogenem potius, quam cum Rosio ad Aristotelem referendum esse puto.

www.hotool.com.cn

4 (643).

Vita Arist. Marc. p. 6 ed. Robbe : Καὶ φαίνεται ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς θαυμάζων τὸν Πλάτωνα, καὶ συνιστὰς τοῖς βασιλεῦσι τοὺς Πλάτωνι κατὰ γένος κοινωνοῦντας.

Cf. quæ supra de Platonis Laudatione diximus, p. 320.

5 (644).

Vita Arist. Marc. p. 4 ed Robbe : Ὁ δὲ φιλόσοφος μέγα μέρος ὢν τῆς βασιλείας (Rosius c. ant. vers. lat. φιλοσοφίας, cf. Vita Pseudo-Amm.) ὀργάνῳ τῇ δυνάμει πρὸς εὐποιΐαν ἐχρήσατο, ἵνα τε ἕκαστον εὐεργετῶν καὶ πόλεις ὅλας καὶ πάντας ἅμα. Ὅσα μὲν γὰρ ἕκαστον εὐεργέτησεν, αἱ γεγραμμέναι αὐτῷ κατὰ (πρὸς Robbe) τοὺς βασιλέας περί τινων ἐπιστολαὶ δηλοῦσιν. Ὅσα δὲ πόλεις ὅλας, τὰ Στάγειρα δηλοῖ, καὶ Ἐρεσσὸς ἡ Θεοφράστου καὶ Φανίου τῶν αὐτοῦ μαθητῶν πατρίς· τήν τε γὰρ ἑαυτοῦ πατρίδα Στάγειρα κατασκαφεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου πείθει τὸν Ἀλέξανδρον δεύτερον κτίσαι (κτίζειν Robbe), καὶ χώρας ἑτέρας (χώραν ἑτέραν Robbe) αὐτῇ καταδιδόναι (προσδιδόναι Robbe) ... καὶ Ἐρεσσὸν μέλλουσαν ὑπὸ Φιλίππου πολιορκηθῆναι ἔπεισεν ἀφεθῆναι. Πολλὰ δὲ καὶ Ἀθηναίους εὐεργέτησεν ἐν τοῖς πρὸς Φίλιππον γράμμασιν, ὡς Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀνδριάντα αὐτῷ ἀναθεῖναι.

Similia leguntur in Pseudo-Ammonii Vita p. 11, 14 ad calcem Diogenis Laertii ed. Didot : Καὶ μέγα μέρος γέγονε τῆς τούτου (τοῦ Ἀλεξάνδρου scil.) βασιλείας· πολλὰ γὰρ ἐδυνήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ δυνάμει δεόντως ἐχρήσατο, εὖ ποιῶν καὶ ἑκάστῳ ἰδίᾳ καὶ πᾶσι κοινῇ. Καὶ ὅτι μὲν πολλοὺς ἰδίᾳ εὖ ἐποίησε, δηλώσουσιν αἱ φερόμεναι αὐτοῦ συστατικαὶ Ἐπιστολαὶ περί τινων πρὸς τὸν βασιλέα· ὅτι δὲ καὶ κοινῇ πολλοὺς εὖ ἐποίησε δηλοῖ τὸ καὶ τὴν τῶν Σταγείρων πόλιν κατασκαφθεῖσαν πείθειν τὸν Ἀλέξανδρον αὖθις κτίζειν ... Καὶ τὴν Ἐρεσσὸν δὲ τὴν τοῦ Θεοφράστου πόλιν μέλλουσαν ἀδικηθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐλύτρωσε τῆς ἀδικίας.

De meritis Aristotelis in patriam multi sunt qui narrant. Cf. Ælian. Var. Hist. XII, 54 : Ἀριστοτέλης τὰ δέοντα συμβουλεύων Ἀλεξάνδρῳ, πολλοῖς ὠφέλιμος γέγονεν, ἐξ ὧν καὶ τὴν πατρίδα κατῴκισε κατεσκαμμένην ὑπὸ Φιλίππου, III, 17. Plutarch. V. Alex. c. 7. Aristid. Orat. XII, t. I, p. 144 Dind., Dio Chrysost. Orat. II, t. I, p. 101, XLVII, t. II, p. 224 Reiske (v. fragm. 646), Plutarch. Non posse suavit. viv. sec. Epicur. c. 15. Ceterum epistolæ quas de Atheniensium rebus ad Philippum scripsisse dicitur Aristoteles, eædem fortasse fuerunt, atque quarum mentionem fecit Aristocles apud Eusebium Præpar. Evang. XV, 2. p. 791. Cf. supra p. 320.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

6 (645).

Pseudo-Demetrius de Eloc. § 233 : Ἀριστοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που χρῆται ἐπιστολικαῖς. Οἷον διδάξαι βουλόμενος ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας πόλεις καὶ τὰς μικράς φησιν· « Οἱ γὰρ θεοὶ ἐπ' ἀμφοτέραις ἴσοι· ὥστ' ἐπεὶ αἱ Χάριτες

---

adyta ipsa libentissime esset ingressus, nisi hoc unum vitaret, ne se legibus ullis subjiceret, neve servituti reipublicæ ullius addiceret ?

4.

Ostendit se Aristoteles in Epistolis admiratorem Platonis, et regibus comparat eos qui genere cum Platone conjuncti essent.

5.

Philosophus quum multum apud Alexandrum valuisset, potentia usus est quasi instrumento ad benefaciendum, prospiciens saluti cum singulorum tum urbium totarum tum omnium simul. Quæ enim contulit beneficia in singulos ostendunt litteræ ab eo de nonnullis scriptæ ad reges. Quæ in totas urbes Stagira declarant et Eressus Theophrasti atque Phaniæ ipsius discipulorum patria. Stagira enim ipsius patriam a Philippo deleta persuasit Alexandro ut iterum exstrueret, adjectis præterea agris... Eressum quum in eo esset Philippus ut vastaret, eum induxit ut relinqueret. Athenienses quoque multum juvit litteris ad Philippum datis, ita ut illi Athenienses statuam auream in arce posuerint.

Nam plurimum apud regem valuit Aristoteles, potentiaque sua bene usus omnium saluti tam privatim quam publice prospexit. Ac privatim quidem de multis eum bene meruisse, declarabunt ejus, quæ feruntur, commendatitiæ de nonnullis ad regem datæ litteræ : verum publice quoque multis eum profuisse ex eo maxime apparet, quod Stagirorum urbem eversam ipsius suasu Alexander instauravit... Eressum quoque, Theophrasti patriam, ab imminenti regis Alexandri injuria liberavit.

Epistolæ ad Alexandrum.

6.

Aristoteles sane et demonstrationibus quibusdam locis utitur epistolarum propriis : ceu docere volens, quod eodem pacto decet beneficia conferre in magnas civitates et in parvas inquit : « Dii enim in utrisque

Digitized by Google

θεαί, ἴσαι ἀποκείσονταί σοι παρ' ἀμφοτέραις. » Καὶ γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτὸ ἐπιστολικὸν καὶ ἡ ἀπόδειξις αὐτή.

www.libtool.com.cn

7 (646).

Dio Chrysost. Orat. XLVII, p. 601 Emper. : Καὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἐνίοτε ἐμακάριζον, ὅστις Σταγειρίτης ὢν· τὰ δὲ Στάγειρα κώμη τῆς Ὀλυνθίας ἦν· ἁλούσης δὲ Ὀλύνθου συγγενόμενος Ἀλεξάνδρῳ καὶ Φιλίππῳ διεπράξατο οἰκισθῆναι πάλιν τὸ χωρίον, καὶ μόνον αὐτὸν ἔφασκον εὐτυχῆσαι τὴν εὐτυχίαν ταύτην ὥστε τῆς πατρίδος οἰκιστὴν γενέσθαι. Μεταξὺ δὲ πρώην ἐνέτυχον ἐπιστολῇ τινι, ἐν ᾗ ἐστὶ μετανοῶν καὶ ὀδυρόμενος καὶ λέγων ὅτι τούτων τινὲς καὶ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀφικνουμένους σατράπας διαφθείρουσιν, ὥστε μηδὲν ἀγαθὸν γενέσθαι μηδὲ ὅλως κατοικισθῆναι τὴν πόλιν. Ὅπου δὲ τὸ κατοικισθῆναι τοῖς ἐκπεσοῦσι καὶ τοῦτο ἐλύπει τινάς, εἰ φυγάδες καὶ ἀπόλιδες πατρίδα ἕξουσι καὶ πολιτεύσονται κατὰ νόμους ἐν ἐλευθερίᾳ, μᾶλλον δ' ἠροῦντο διωκίσθαι κατὰ κώμας τοῖς βαρβάροις ὁμοίως ἢ σχῆμα πόλεως καὶ ὄνομα ἔχειν· ἢ που προσήκει θαυμάζειν καὶ εἰ ἄλλο τι λυπεῖ τινάς; Ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐπιστέλλων γράφει ὡς τοῖς πράγμασιν ἀπειρηκώς· φησὶ γὰρ αἱρειν τοὺς δακτύλους τοὺς Ἰδαίους· κἀμὲ νομίζετε καὶ εἴ τινές εἰσιν ἕτεροι. Καὶ γὰρ δὴ πλεῖον ἴσχυσεν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων κακοδαιμονία τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους σπουδῆς, ὥστε οὐκ εἶασαν προβῆναι τὸ κώμιον εἰς ἀξίωμα πόλεως καὶ νῦν ἔτι ἀοίκητόν ἐστιν. Pro ὥστε... ὅλως scribendum esse conjecit Rosius : ὥστε μηδὲν ἂν κακὸν γενέσθαι τὸ μηδ' ὅλως. De Dactylis Idæis cf. H. Steph. s. v., Preller, *Griech. Mythol.* t. I, p. 571.

8 (647).

Ælian. Var. Hist. XII, 54 : Ἀλέξανδρον Ἀριστοτέλης ὀργιζόμενον πραῦναι βουλόμενος καὶ παῦσαι χαλεπαίνοντα πολλοῖς ταυτὶ πρὸς αὐτὸν γέγραφεν· « Ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργὴ οὐ πρὸς ἥσσους (codd. ἴσους, em. Rutgers. *Var. Lect.* I, 6) ἀλλὰ πρὸς τοὺς κρείττονας γίνεται· σοὶ δὲ οὐδεὶς ἴσος. »

Pergit Ælianus : Ἀριστοτέλης τὰ δέοντα συμβουλεύων Ἀλεξάνδρῳ πολλοῖς ὠφέλιμος γέγονεν, ἐξ ὧν καὶ τὴν πατρίδα κατῴκισε κατεσκαμμένην ὑπὸ Φιλίππου, ita ut ad eandem epistolam hæc omnia pertinere videantur ad quæ superiora referenda sunt, de exædificatione scilicet Stagirorum.

9 (648).

A. Gellius Noct. att. XX, 5 : *Eos libros generis acroatici quum in vulgus ab eo* (Aristotele) *editos rex Alexander cognovisset... literas ad Aristotelem misit non eum recte fecisse quod disciplinas acroaticas, quibus ab ipso eruditus foret libris foras editis invulgasset... exempla utrarumque literarum sumpta ex Andronici philosophi libro subdidi. Amavi autem prorsus in utriusque epistola brevitatis elegantissimæ filum tenuissimum :*

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν.

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. Τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. Ἔρρωσο.

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.

æquales, quapropter, quia Gratiæ deæ, æquales apud te constituentur a te apud utrasque. » Etenim ipsum quod demonstratur epistolæ accommodatum est, et demonstratio hæc ipsa.

7.

Atque Alexandrum aliquando beatum esse dicebam, qui quum Stagiris esset (Stagira autem vicus erant agri Olynthiaci), captaque Olyntho versaretur apud Alexandrum et Philippum impetravit vicum reædificari, cumque unum esse dicebant hanc nactum esse felicitatem, ut patriæ esset conditor. Interim autem nuper incidi in epistolam quandam, in qua eum ejus rei cœpit pœnitentia et lamentatur dicitque quod illorum quidam et regem et advenientes satrapas corrumperent, ut nihil boni possit effici, neque omnino eo rem deduci posse, ut civitas inhabitaretur, nedum ut inhabitaretur ab ejectis. Et hoc contristare quosdam, quod quum essent exules et civitate privati, patriam essent habituri et rempublicam gubernaturi, secundum leges in libertate; malebantque gubernari vicorum more, ut barbari, quam formam habere et nomen civitatis. Nunc ubi convenit admirari, si quos et aliud contristet? Aristoteles igitur in ea epistola ita scripsit, ut qui de rebus desperasset. Ait enim se tollere Idæos dactylos : id quod et me putate et si qui sunt alii. Namque plus obtinuit illorum hominum infelicitas, quam Aristotelis illud studium. Quare non sinebant viculum progredi ad civitatis dignitatem atque etiamnum non est habitatum.

8.

Aristoteles Alexandrum irascentem mitigare volens et corrigere vitium animi, quo pleraque indigne ferebat, hoc modo ad eum scripsit : « Indignatio et ira non adversus minores sed adversus superiores exsistere solet : tibi vero nullus par est. »

9.

Aristoteles Alexandro regi S.

Scripsisti ad me de sermonibus auscultatoriis hac sententia, quod putes eos clam fuisse servandos et custodiendos. Scito igitur eos editos et non editos esse. Intelligi enim ab his solum possunt qui nos audiverunt.

Digitized by Google

Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους ξυνετοὶ γὰρ μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. Ἔρρωσο.

Plutarch. Vita Alexandri c. 7 : Ἔοικε δὲ Ἀλέξανδρος οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ βαθυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως ἀκροαματικὰς καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλούς, μετασχεῖν. Ἤδη γὰρ εἰς Ἀσίαν διαβεβηκὼς καὶ πυθόμενος λόγους τινὰς ἐν βιβλίοις περὶ τούτων ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐκδεδόσθαι, γράφει πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ φιλοσοφίας παρρησιαζόμενος ἐπιστολήν, ἧς ἀντίγραφόν ἐστιν· « Ἀλέξανδρος κτλ. » Ταύτην μὲν οὖν τὴν φιλοτιμίαν αὐτοῦ παραμυθούμενος Ἀριστοτέλης ἀπολογεῖται περὶ τῶν λόγων ἐκείνων ὡς καὶ ἐκδεδομένων καὶ μὴ ἐκδεδομένων. Ἀληθῶς γὰρ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματεία πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν οὐδὲν ἔχουσα χρήσιμον ὑπόδειγμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἀπ' ἀρχῆς γέγραπται.

David in Categ. p. 27, A, 26 : Καὶ Ἀριστοτέλης ἐγκαλούμενος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τῇ ἐκδόσει τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, καὶ ἐκδέδοται φησί, καὶ οὐκ ἐκδέδοται, αἰνιττόμενος τὴν ἀσάφειαν. Cf. Simplic. in Categ. f. 2 verso, B. Ad eandem rem alludit quoque Themistius Orat. XXVI, p. 319, D, Hard. : Τοῦτο δὲ (τὸ μυστικὸν) ἐμηχανήσατο ὅπως καὶ ἔχοντες μὴ ἔχωσιν οἱ ἀμύητοι.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΠΡΟΣ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝ.

10 (649).

Aristocles in libro de Philosophia VII apud Euseb. Præp. Evang. XV, 2 p. 793, B, ed. Viger. : Τὰ μὲν οὖν ἄλλα (in Aristotelem convicia) προδήλως πέπλασται, δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ πιστεύεσθαι δι' ἃ ψέγουσί τινες αὐτόν· ἓν μὲν ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμειε φύσει μὲν ἀδελφήν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν... περὶ δὲ τοῦ γάμου τοῦ Πυθιάδος ἀποχρώντως αὐτὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἀντίπατρον Ἐπιστολαῖς ἀπολελόγηται· τεθνεῶτος γὰρ Ἑρμείου διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν ἔγημεν αὐτήν, ἄλλως μὲν σώφρονα καὶ ἀγαθὴν οὖσαν, ἀτυχοῦσαν μέντοι διὰ τὰς καταλαβούσας συμφορὰς τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς.

11 (650).

Plutarch. de Animi Tranquill. c. 13 : Ἀριστοτέλης δὲ πρὸς Ἀντίπατρον γράφων· « Οὐκ Ἀλεξάνδρῳ μόνον, ἔφη, προσήκει μέγα φρονεῖν ὅτι κρατεῖ πολλῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐχ ἧττον οἷς ὑπάρχει περὶ θεῶν ἃ δεῖ δοξάζειν. »

Eadem de sua ipsius Laude c. 16 : Οὕτω δὲ καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον (id est non in epistola ad Alexandrum, sed illud πρὸς ex comparatione positum est) ὁ Ἀριστοτέλης οὐ μόνον ἔφη τοῖς πολλῶν κρατοῦσιν ἐξεῖναι μέγα φρονεῖν ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ θεῶν δόξας ἀληθεῖς ἔχουσι, de Profectu in virt. c. 6 : Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον περὶ Ἀλεξάνδρου γράφων ἔφη μὴ μόνον ἐκείνῳ προσήκειν ὅτι πολλῶν κρατεῖ μέγα φρονεῖν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον εἴ τις ὀρθῶς γινώσκει περὶ θεῶν.

Eundem hunc locum respexerit Julianus in Ep. ad Themistium p. 487 Petav. : Ἐγὼ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου φημὶ μείζονα τὸν Σωφρονίσκου κατεργάσασθαι... καὶ τοῦτο οὐκ ἐγὼ μόνος, Ἀριστοτέλης δὲ πρότερον ἔοικεν ἐννοήσας εἰπεῖν, ὅτι μὴ μεῖον αὐτῷ προσήκει φρονεῖν ἐπὶ τῇ θεολογικῇ συγγραφῇ τοῦ καθελόντος τὴν Περσῶν δύναμιν. Καί μοι δοκεῖ τοῦτο ἐκεῖνος ὀρθῶς ξυννοῆσαι· νικᾶν μὲν γὰρ ἀνδρείας ἐστὶ μάλιστα, καὶ τῆς τύχης· κείσθω δὲ εἰ βούλει, καὶ τῆς ἐντρεχοῦς ταύτης φρονήσεως· ἀληθεῖς δὲ ὑπὲρ θεοῦ δόξας ἀναλαβεῖν, οὐκ ἀρετῆς μόνον τελείας ἔργον ἐστίν· ἀλλ' ἐπιστήσειεν ἄν τις εἰκότως πότερον χρὴ τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἢ θεὸν καλεῖν.

12 (651).

Demetrius de Elocut. § 223 : Ἐπεὶ δὲ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς φησιν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου· § 224 : καὶ λέγει μέν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν· δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν. Ὁ μὲν γὰρ μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα, ἡ δὲ γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά § 225 : τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθείη πρὸς φίλον ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ

Epistolæ ad Antipatrum.

10.

De nuptiis autem Pythiadis satis cumulate ipse in epistolis, quas scripsit ad Antipatrum respondit.

11.

Aristoteles ad Antipatrum scribebat : « Non solum Alexandrum debere multum sibi tribuere ob imperium in tot homines : nihilo minus id licere iis, qui recte de deo sentiant. »

12.

Quia autem et nota epistolaris eget tenuitate et de ipsa dicemus. Artemon igitur, qui descripsit Aristotelis epistolas, ait, oportere eodem stilo dialogum scribere et epistolam : esse enim epistolam tanquam alteram partem dialogi; et dicit aliquid fortasse, non tamen omne : oportet enim factam esse aliquo modo magis quam dialogum epistolam : hic enim imitatur ex tempore dicentem, hæc autem scribitur et donum mittitur aliquo-

Digitized by Google

γέροντός φησιν· « Εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται γᾶς (e conj. Valckenarii ad Herod. IV, 198. codd. τὰς) φυγὰς οὗτος ὥστε μὴ κατάγειν, δῆλον ὡς τοῖσγε εἰς Ἅδου κατελθεῖν βουλομένοις οὐδεὶς φθόνος. » Ὁ γὰρ διαλεγόμενος ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον οὐ λαλοῦντι.

13 (652).

Ælian. Var. Hist. XIV, 1 : Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου σοφὸς ἀνὴρ καὶ ὢν καὶ εἶναι δοκῶν, ἐπεί τις αὐτοῦ ἀφεῖλετο τὰς ψηφισθείσας αὐτῷ ἐν Δελφοῖς τιμάς, ἐπιστέλλων πρὸς Ἀντίπατρον περὶ τούτων φησίν· « Ὑπὲρ τῶν ἐν Δελφοῖς ψηφισθέντων μοι καὶ ὧν ἀφῄρημαι νῦν οὕτως ἔχω, ὡς μήτε μοι σφόδρα μέλλειν ὑπὲρ αὐτῶν μήτε μοι μηδὲν μέλειν. » Οὐκ ἂν δὲ εἴη φιλοδοξία ταῦτα, οὐδ' ἂν καταγνοίην ἔγωγε τοιοῦτόν τι Ἀριστοτέλους ἀλλ' εὖ φρονῶν ᾤετο, μὴ ὅμοιον εἶναι, ἀρχήν τινα μὴ λαβεῖν καὶ λαβόντα ἀφαιρεθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν μέγα, τὸ μὴ τυχεῖν· τὸ δὲ ἀλγεινόν, τὸ τυχόντα εἶτα ἀποστερηθῆναι.

14 (653).

Ad eandem epistolam referendam puto sententiam Aristoteli tributam, apud Maximum C. μς' p. 645 ed. Combef. : Ἀξίωμα μέγιστόν ἐστιν οὐ τὸ κεχρῆσθαι τιμαῖς ἀλλὰ τὸ ἄξιον ἑαυτὸν εἶναι νομίζεσθαι. Eadem Arsenius IV, 44, ubi pro ἑαυτὸν rectius αὐτῶν.

15 (654).

Vita Arist. Marciana p. 8 Robbe : Ἐπαναστάντων δὲ αὐτῷ τῶν Ἀθηναίων, ὑπεχώρησεν εἰς Χαλκίδα τοσοῦτον ὑπειπὼν ὡς· « Οὐ συγχωρήσω Ἀθηναίοις δὶς ἁμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν. » Ἐπεὶ δὲ τὰ αὐτὰ καθήκοντα οὐκ ἦν (ita Robbe, τὰ καθήκοντα ἦν in codice legi affirmat Rosius) πολίτῃ καὶ ξένῳ περὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν, ἐπιστέλλων Ἀντιπάτρῳ γράφει· » Τὸ Ἀθήνησι διατρίβειν ἐργῶδες·

Ὄγχνη γὰρ ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ,
(Od. VII, 120).

τὴν διαδοχὴν τῶν συκοφαντούντων αἰνιττόμενος.

Similiter Vita Pseudo-Ammonii p. 11, 33 Westerm. : Μετέπειτα δὲ ἀνταρσίας γενομένης ἐν τοῖς Ἀθηναίοις ἦλθεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Χαλκίδι, εἰρηκὼς τοῖς Ἀθηναίοις ὅτι· « Οὐκ ἐάσω ὑμᾶς δὶς εἰς φιλοσοφίαν ἁμαρτεῖν. » Καὶ γὰρ ἤδη ἦσαν τὸν Σωκράτην φονεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι. Ἐδήλωσε δὲ καὶ Ἀντιπάτρῳ τῷ βασιλεῖ, ὅτι τὸ ἐν Ἀθήνησιν ἐνδιατρίβειν ἐργῶδες. Εἶπε δὲ καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἔπος·

ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ,

ὡς ἐκ τούτων ἐλέγχων τὰς τῶν Ἀθηναίων συκοφαντίας.

David in Categ. p. 26, B, 25 Brand. misere diversa miscet : Ὅτι γὰρ δριμύς ἐστιν (ὁ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς), δηλοῖ αὐτοῦ μία Ἐπιστολή. Μετὰ γὰρ θάνατον Σωκράτους ὑπεξελθὼν Ἀθηνῶν καὶ διατρίβων ἐν Χαλκίδι ἀνεκαλεῖτο ὑπὸ Ἀθηναίων ἐπανελθεῖν, καὶ μὴ πεισθεὶς ἀντέγραψεν οὕτως· « Οὐ μὴ πείσω (ἐάσω leg.) Ἀθηναίους δὶς ἁμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν, παρ' οἷς,

ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. »

Διὰ δὲ τοῦ « σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ » ᾐνίξατο τοὺς συκοφάντας πολλοὺς ὄντας Ἀθήνησι καὶ ἀεὶ δεχομένους αὐτοὺς καὶ μηδέποτε λήγοντας. Cf. Origenes c. Cels. I, 65.

16 (655).

Pseudo-Demetr. de Elocut. § 144 : Καὶ ἐξ ἰδιωτικοῦ δὲ ὀνόματος γίγνεται (χάρις), ὡς ὁ Ἀριστοτέλης· « Ὅσῳ, γὰρ φησί, μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα· » καὶ ἐκ πεποιημένου, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν

modo. Quis igitur sic loqueretur cum amico, ut Aristoteles ad Antipatrum, super exule sene scripsit, qui inquit : « Si autem ad omnes terras hic abit, ut non reducere liceat, planum est non esse invidendum his qui apud inferos sunt, redire volentibus. » Qui enim sic disputat, demonstranti magis similis est, non familiariter loquenti.

13.

Aristoteles filius Nicomachi, re ipsa et opinione hominum vir sapiens, quum quidam ei decretos sibi Delphis honores ademisset, scribens de his ad Antipatrum ait : « De iis, quæ Delphis mihi decreta sunt, quibusque nunc privatus sum, sic me habeo, ut neque magnopere de iis laborem, nec tamen nihil omnino curem.

14.

Maximus honor non est usum esse quendam honoribus, sed iis dignum judicari.

15.

Conspirantibus in Aristotelem Atheniensibus in Chalcidem concessit hoc dicens : » Non sinam Athenienses bis in philosophiam peccare. » Quum vero ipsi civi et hospiti justa non darentur, de Atheniensium civitate ita in Epistola ad Antipatrum scripsit : « Laboriosum est Athenis manere :

Pyrus enim supra pyrum senescit et ficus supra ficum,

recte ita successionem sycophantarum indicans.

16.

Et e vulgari utique verbo nascitur dictionis lepus, ut quum Aristoteles inquit : « Quanto magis solus (μονώτης) sum, tanto magis cupidus fabularum fio, » et e facto ut idem in eodem : « Quanto magis solus et mecum ipse sum (αὐτίτης), tanto magis fabularum cupidus fio. » Illud enim μονώτης consuetudinis idiotarum jam est; illud vero αὐτίτης factum ex αὐτός.

Digitized by Google

τῷ αὐτῷ· « Ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα. » Τὸ μὲν γὰρ μονώτης ἰδιωτικωτέρου ἔθους ἤδη ἐστί, τὸ δὲ αὐτίτης πεποιημένου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

www.libtool.com.cn

Propter illud : ἐν τῷ αὐτῷ de dialogo etiam cogitare possis, præsertim quum e dialogo περὶ Δικαιοσύνης locum attulerit Demetrius. Ceterum eodem hoc loco, non addito nomine Aristotelis, iterum utitur § 164 : Τὸ δὲ γέλοιον καὶ ὀνομάτων ἐστὶν εὐτελῶν καὶ κοινοτέρων, ὥσπερ ἔχει τό· « Ὅσον γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα. Cf. § 97 : Ποιητέον μέντοι ἤτοι τὰ μὴ ὠνομασμένα, οἷον ὁ τὰ τύμπανα καὶ τὰ ἄλλα τῶν μαλθακῶν ὀργανα, κιναιδείας εἰπὼν καὶ Ἀριστοτέλης τὸν ἐλεφαντιστήν (Hist. An. II, 1)· ἢ παρὰ τὰ κείμενα παρονομάζοντα, οἷον ὡς τὸν σκαφίτην τις ἔφη τὸν σκάφην ἐρέσσοντα, καὶ Ἀριστοτέλης τὸν « αὐτίτην » οἷον μόνον αὐτὸν ὄντα.

17 (656).

Pseudo-Demetr. de Elocut. § 29 : Γίνεται μέντοι γε χρήσιμά ποτε (τὰ ὁμοιοτέλευτα), ὡς Ἀριστοτέλης φησίν· « Ἐγὼ ἐκ μὲν Ἀθηνῶν εἰς Στάγειρα ἦλθον διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, ἐκ δὲ Σταγείρων εἰς Ἀθήνας διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν· » Εἰ γοῦν ἀφέλοις τὸ ἕτερον μέγαν, συναφαιρήσῃ καὶ τὴν χάριν· τῇ γὰρ μεγαληγορίᾳ συνεργεῖ τὰ τοιαῦτα κῶλα, ὁποῖα τῶν Γοργίου τὰ πολλὰ ἀντίθετα καὶ τῶν Ἰσοκράτους.

Cf. § 154 : Πολλάκις δὲ καὶ κῶλα ὅμοια ἐποίησε χάριν, ὡς ὁ Ἀριστοτέλης· « Ἐκ μὲν Ἀθηνῶν, φησίν, ἐγὼ εἰς Στάγειρα ἦλθον κτέ. » καταλήξας γὰρ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς κώλοις εἰς τὸ αὐτὸ ὄνομα ἐποίησε τὴν χάριν. Ἐὰν δ' οὖν ἀποκόψῃς τοῦ ἑτέρου κώλου τὸ μέγαν, συναφαιρεῖται καὶ ἡ χάρις.

ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ.

18 (657).

Pseudo-Demetr. de Elocut. § 230 : Εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον ἀλλὰ καὶ πράγματά τινα ἐπιστολικά ἐστιν. Ἀριστοτέλης γοῦν ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου τοῦ ἐπιστολικοῦ· « Τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοι, φησίν· οὐ γὰρ ἦν ἐπιστολικόν. » Ib. § 231 : Εἰ μὲν γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μέν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει. Φιλοφρόνησις γὰρ βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς.

Similiter Speusippus in Epistola ad Philippum, in Socrat. Ep. 28 Orelli : Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἐν ἐπιστολῇ πρὸς σὲ μηκυντέον.

19 (658).

Joannes Lydus de Mensibus IV, 62 : Τὴν Τύχην Φορτοῦναν λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι ἀπὸ τῆς φορᾶς, ἔνθουν ὠφέλειαν. Ἀριστοτέλης· « Εἰ ἔστιν ἀρετή, οὐκ ἔστι τύχη· ἄνω γὰρ καὶ κάτω τὰ τῆς τύχης ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις γυμνάζεται πράγμασι πλούτῳ τε καὶ διαφερόντως ἀδικίᾳ. Οἱ δὲ πρὸς ἀρετὴν ἔχοντες καὶ θεοῦ μεμνημένοι καὶ κρείττονας ἐπὶ τῶν μακαρίων καὶ ἀύλων πραγμάτων ἐλπίδας σαλεύοντες καταφρονοῦσι τῶν τῇδε καλῶν· οὐδὲν γὰρ ἀσφαλὲς οὐδὲ κεκριμένον ἐστὶν ἐπὶ τῆς τύχης, ὡς Εὐριπίδης φησί (Cf. Eurip. Alcest. v. 785 et fragm. 936 Nauck.).

Eodem loco supra jam usus erat IV, 7 : Οἱ Ῥωμαῖοι... αὐτὴν (τὴν Τύχην scil.)... πάντων ἡγεῖσθαι νενομίκασιν, Φορτοῦναν αὐτὴν ἀπὸ τῆς φορᾶς ἐμφερῶς ὀνομάσαντες. Οἱ μὲν οὖν πρὸς ἀρετὴν ἔχοντες καὶ θεοῦ μεμνημένοι καὶ κρείττονας ἐπὶ τῶν ἀύλων καὶ μακαρίων πραγμάτων ἐλπίδας σαλεύοντες καταφρονοῦσι τῶν τῇδε καλῶν. Εἰ μὲν γὰρ τύχη ἐστί, οὐδὲν δεῖ θεοῦ· εἰ δὲ θεὸς σθένει, οὐδὲν ἡ τύχη· εἰκαῖον γάρ τι καὶ ἀνούσιον τὸ τῆς τύχης ὄνομα.

Licet in Anonymi indice (App. 13) citetur titulus περὶ Τύχης γ', de his tamen libris, male fortasse pro περὶ Ψυχῆς γ' positis, nullo modo cogitari poterit, nec omnino, ut arbitror, de dialogo, ut

---

17.

Sunt tamen utilia quandoque (similiter desinentia membra *scil.*), ut Aristoteles inquit: « Ego Athenis Stagira veni propter regem magnum, Stagiris vero Athenas propter frigus magnum. « Si igitur abstuleris alterum magnum, una auferes et venustatem : amplæ enim dictioni prodesse possunt hujuscemodi membra.

EX INCERTIS EPISTOLIS.

18.

Scire autem oportet, non solum elocutionem, verum etiam res quasdam esse accommodatas epistolis. Aristoteles sane, qui præter ceteros videtur consecutus formam epistolarem : « Hoc autem non scribo ad te, inquit, non enim epistolæ accommodatum est. » Si enim aliquis in epistola sophismata scribit et naturæ rationes, scribit quidem; non tamen epistolam scribit : expressio enim quædam amoris debet esse epistola, concisa et de simplici re expositio, et in nominibus simplicibus.

19.

Aristoteles : « Si est virtus, non est fortuna : sursum enim ac deorsum res quæ a fortuna pendent in humanis exercentur rebus, divitiis et maxime injuria. Ad virtutem autem qui conversi sunt et dei memores, et meliores in rebus beatis et materiæ expertibus spes agitant, despiciunt ea quæ in hac terra sunt bona : nihil autem securum aut exploratum in fortuna est, ut ait Euripides. »

Digitized by Google

post Lewaldium (in Excursu post editionem Joannis Lydi de Mensibus ed. Rœther, Lips. 1827), Rosius judicavit, qui ad dialogum περὶ Πλούτου hoc fragmentum retulit, sed potius de epistola. Ceterum Joannes Lydus sine dubio desumpsit hunc locum, ut et Isocratis ad Demonicum quem simul affert, e Florilegio quodam.

www.tiboot.com.cn

20 (659).

Ex epistola fortasse ducta sunt quæ habet Joannes Lydus de Mensibus 3, 36, p. 45 ed. Bonn.: Ὅτι Ἀριστοτέλης τὸν Καλλισθένην ἀπέσκωψε τὸν μὲν περιττὸν νοῦν ἔχειν τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἀποβεβληκέναι. Simile est quod legitur apud Schol. Luciani Conviv. t. IX, p. 73, ed. Bip.: Ἀλλὰ τῶν μὲν κεκριμένως καὶ προσεχόντως φιλοσοφούντων περὶ ὧν καὶ Ἀριστοτέλης φησίν, ὅτι τὸν μὲν θύραθεν νοῦν παρεκτήσαντο, τὸν δὲ ἴδιον ἀπώλεσαν, et Plutarch. V. Alex. c. 53: Οὐ φαύλως οὖν εἰπεῖν ἔοικεν ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι Καλλισθένης λόγῳ μὲν ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, νοῦν δ' οὐκ εἶχεν. Cf. Westermann, *de Callisthene Olynthio*, Lips. 1838, Part. I, p. 11, et quem laudat Krüger, in *Jahn's Jahrb.* t. XV, p. 193.

21 (660).

Sequuntur jam quotquot integræ exstant Aristotelis nomine inscriptæ Epistolæ. Quæ si jam multo emendatiores in lucem prodeunt, hoc eorum industriæ atque curis debetur, qui Collectionem Epistolographorum in hac Bibliotheca ediderunt.

(α') ΦΙΛΙΠΠΩ.

Οἱ τὰς ἡγεμονίας ἀναλαμβάνοντες πρὸς εὐεργεσίαν τῶν ἀρχομένων, οὐχ ὑπὸ τῆς τύχης, ἀλλ' οὐδ' ὑπὸ τῆς φύσεως προηγμένοι τὰς ἀρχὰς ἐμπιστεύονται, αἳ μεταπίπτειν εἰώθασιν, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς μέγα φρονοῦσιν εὖ καὶ σφόδρα σοφῶς πολιτευόμενοι. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν ἀνθρώποις βέβαιον, καὶ ἰσχυρὸν οὐδὲν ὃ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἥλιος τραχείᾳ ῥοπῇ μὴ συναλλοιοῖ καὶ μεταφέρει. Ποικίλλουσα τοὺς βίους ἅπαντας καθάπερ τραγῳδίας ὑποκρίσει τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἡ τύχη μετασκευάζει, εἴπερ μὴ διεψεύσμεθα τῆς ἀληθείας, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ὄνπερ τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἕκαστα, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀνθεῖν ποτὲ συμβαίνει καὶ τὰς ἀκμὰς ἐν χρόνοις τισὶν ἀναλαμβανομένους πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρειν. Διὸ πειρῶ μήτε τῆς Ἑλλάδος τυραννικώτερον προΐστασθαι μήτε τοῖς ῥήμασι σοβαρώτερον· τὸ μὲν γὰρ προπετείας ἐστὶ σημεῖον, τὸ δὲ ὁμολογουμένης ἀβουλίας τεκμήριον. Δεῖ γὰρ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων μὴ διὰ τὰς ἀρχὰς ἀλλὰ διὰ τῶν ἀρχῶν θαυμάζεσθαι, ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται. Τὰ δ' ἄλλα εὖ πράττε, ψυχὴν πρὸς φιλοσοφίαν σῶμα δὲ πρὸς ὑγιείαν ἄγων καὶ ** ἐπιμελούμενος.

Verba inde a δεῖ γὰρ τοὺς νοῦν ἔχοντας ad ἀξιῶνται usque, leguntur in Joannis Stobæi Florilegio XLV, 18, ita tamen ut, omissa particula γάρ, pro διὰ τῶν ἀρχῶν multo melius scribatur διὰ τὰς ἀρετάς. Eadem sententia sub Aristotelis nomine recurrit in Apostol. Prov. V, 90 [a], item ter apud Arsenium XIII, 58; XVIII, 21; XIX, 97 et in Antonii Melissa 103, p. 174 Fabric. Demosthenis tribuitur in Arsenii Violario p. 188 Walz.

(γ') ΦΙΛΙΠΠΩ.

Οἱ πολλοὶ τῶν φιλοσόφων τὴν εὐεργεσίαν θεῷ ἰσόμοιρον παρεσκεύασαν· ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν χάριτος δόσις καὶ ἀμοιβὴ συνέχει τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους, τῶν μὲν διδόντων, τῶν δὲ λαμβανόντων, τῶν δ' αὖ πάλιν ἀνταποδιδόντων. Διὸ καλὸν καὶ δίκαιόν ἐστι πάντας μὲν

20.

Aristoteles Callistheni illusit, dicens eum imparem quidem rationem habere, humanam autem perdidisse.

PHILIPPO.

Qui imperia in se recipiunt, ut bene subditis faciant, non a fortuna, sed ne natura quidem sua evehuntur ita, ut iis principatus demandetur, cujus esse solet mutatio atque eversio, sed virtutibus suis sese efferunt, et hi recte quidem et sapienter omnino rempublicam administrant. Nihil enim est in hominum vita stabile aut validum quod non usque ad vesperam solis cursus acerba et aspera perturbatione commutet et in alium locum transferat. Fortuna cuncta vitæ genera variat eorumque habitum malis nostris veluti tragœdiæ actione commutat, siquidem non aberramus a veritate, eadem ratione, qua unumquodque eorum, quæ e terra nascuntur, viros quoque aliquando florere et vigore ac robore certis temporibus assumpto longe cæteris præstare contingit. Quamobrem annitere ut neque tyranni instar in gubernanda Græcia te geras, neque dictis insolentius superbias; alterum enim petulantiæ signum est, alterum manifestæ temeritatis argumentum. Sapientium enim principum hoc est officium, ut non propter imperia sed per imperia (*immo* per virtutes) admirationem sibi pariant, ut, si fortuna immutata fuerit, iisdem laudibus digni habeantur. Ceterum vale, mentem ad sapientiæ disciplinam, corpus ad valetudinem revocans simulque utilitatis curæ habens.

PHILIPPO.

Plerique philosophi beneficentiæ divinum honorem tri-

Digitized by Google

τοὺς ἀναξίως ἀτυχοῦντας ἐλεεῖν· οἶκτος μὲν γὰρ ἡμέρου ψυχῆς ἐστὶ σημεῖον, χαλεπότης δὲ ἀπαιδεύτου· αἰσχρὸν γὰρ καὶ σχέτλιον ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν περιορᾶν. Ὅθεν ἐπαινῶ καὶ τὸν ἡμέτερον γνώριμον Θεόφραστον λέγοντα τὴν χάριν ἀμετάβλητον εἶναι καὶ καλὸν καρπὸν φέρειν τὸν παρὰ τῶν εὖ παθόντων ἔπαινον. Διόπερ δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν ἀνθρώπων εἰς πολλοὺς αὐτὴν κατατίθεσθαι, νομίζοντας χωρὶς τῆς εὐφημίας ἔρανόν τινα τοῦτον αὐτοῖς ὑπάρξειν ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων, καὶ εἴγε μὴ πάντας, ἀλλ' ἕνα τινὰ τῶν εὐεργετηθέντων ἀποδώσειν τὴν χάριν. Ὅθεν πειρῶ πρόθυμος μὲν εἶναι ταῖς εὐεργεσίαις, ἔποχος δὲ τοῖς θυμοῖς· τὸ μὲν γὰρ βασιλικόν τε καὶ ἥμερον, τὸ δὲ βάρβαρόν τε καὶ στυγητόν. Τὰ δ' ἄλλα καθὼς ἂν δοκιμάζῃς πρᾶττε μὴ παρορῶν τὰς λυσιτελεῖς ψήφους.

Quæ hîc Theophrasto tribuuntur fortasse ex ejus libro περὶ Φιλίας excerpta sunt.

(δ') ΦΙΛΙΠΠΩ.

Οἱ διάραντες τῶν βασιλέων ἐπὶ φρονήσει καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἄστρων ψαύσαντες εὐεργετοῦσιν οὐδὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς πολιτευόμενοι καιρούς, ἀλλὰ καὶ θεωροῦντες τὸ τῆς τύχης ἄστατον θησαυρίζουσι τὴν χάριν πρὸς ἑκάτερα, ἐν μὲν ταῖς εὐπραγίαις τιμῆς βουλόμενοι μεταλαμβάνειν (τιμὴ γὰρ οἰκεῖον ἀρετῆς ἐστίν), ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασι βοηθείας· αἱ γὰρ συμφοραὶ τἀναγκαῖα κρίνουσι τῶν καλῶν πρότερον· σαφέστατος γὰρ εὐνοίας ἔλεγχος ὁ τῆς τύχης καιρός· ἀπαιτεῖ γὰρ οὐ λόγους ἀλλὰ πράξεις δεόντως· ἡ γὰρ τῶν εὐνοούντων ὄψις ὥσπερ ἐν πελάγει χειμαζομένῳ παρεφάνη γῇ. Πᾶσα γὰρ ἐν ἐρήμῳ πεσοῦσα τύχη σκοπὸς ἀληθῶς ἔκκειται τοῖς πολεμεῖν ἢ ἀδικεῖν ἢ συκοφαντεῖν αἱρουμένοις, μόνη δ' ἡ τῶν σπουδαίων διαυγὴ τὸ τῆς τύχης εὐκίνητον οὐκ ἀπαρνεῖται· φέρουσα δ' εὐλόγως πᾶν τὸ προσπῖπτον τῶν κατὰ Πλάτωνα κρειττόνων εὖ διατίθεται. Διὸ καὶ τὴν ταχυτῆτα τῶν πραγμάτων εὐλαβοῦ καὶ τὸν κύκλον τῆς μεταπτώσεως ἡγοῦ, καὶ τὰς ἐν τῷ ζῆν ψήφους λογίζου· πολλὰ γὰρ ἡ ταὐτομάτου φορὰ κομίζει τῷ βίῳ καὶ βοπὰς αὐτονόμους ποιεῖ. Τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι μετάνοιαν δίδου, τοῖς δ' εὐνοοῦσι τὰς χάριτας προχείρους νέμε· ταῦτα γὰρ πράττων οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ δι' ὅλου συντηρῶν, ἀσφαλέστατα καὶ ἀκίνδυνα τὰ τῆς ἡγεμονίας ἕξεις μέλαθρα. Ὡς μὲν ὑπὲρ μεγάλων ὀλίγα, ὡς δὲ πρὸς σέ, πάντα σχεδὸν εἴρηται.

Quæ e Platone afferuntur hæc procul dubio ejus Convivium, p. 188, D, sive etiam Legg. IV, p. 718, A, spectant, ubi dii ἡμῶν κρείττονες vocantur.

(ε') ΘΕΟΦΡΑΣΤΩ.

Ἡ πρόχειρος ἀδικία τῆς πολυχρονίου λυσιτελεστέρα πέφυκεν ὑπάρχειν· ἡ μὲν γὰρ ὀλιγοχρόνιον ἔχει καὶ τὴν μνήμην καὶ τὴν βλάβην, ἡ δὲ γηράσκουσα καὶ περιπεποιημένη τὴν δυσμένειαν ἔχθραν ἀίδιον

---

buerunt; nam, ut summatim dicam, beneficiorum collatio et gratiæ relatio vitam humanam velut vinculo coercet, sic ut alii largiantur, alii accipiant, alii rursus rependant. Proinde probum ac justum est misericordiam adhiberi fortunis immerito afflictorum; nam miseratio placidi animi est, asperitas inculti; turpe enim et immane est virtutem in miseriis derelictam pati. Quam ob causam laudo etiam discipulum nostrum Theophrastum, dicentem in beneficium non cadere pœnitentiam et fructum egregium afferre laudationem eorum de quibus bene meriti simus. Quare convenit, ut sapientes homines in multos conferant beneficia, putentque futurum esse, ut relicta bona existimatione quasi stipis vicem illa obtineant in rerum commutationibus, et vero nisi omnes, at unus certe eorum, quos beneficiis obstrinximus, gratiam referat. Unde enitere, ut promptus sis in præstandis officiis et iram animi refrenes; illud enim est regium et mansuetum, hoc barbarum et odiosum. Ceterum ut tibi videbitur facias et utile consilium ne negligas.

PHILIPPO.

Qui reges sapientia elati sunt et eminentiæ fastigio sidera contingunt bene mereri student, neque solum ad præsens tempus consilia factaque sua accommodant, sed quum inconstantiam fortunæ videant in utrumque usum beneficia disponunt, cum ut secundis suis rebus in honore sint (honor enim proprium quiddam est virtutis), tum ut in cladibus auxilium habeant paratum. Calamitates enim honoribus necessaria præferunt; certissima enim amoris et benevolentiæ probatio tempus fortunæ est, quoniam non verba sed facta desiderat. Ac jure quidem; nam benevolorum adspectus quemadmodum in mari periclitanti terra apparet. Omnis enim in derelicto cadens fortuna scopus procul dubio positus est iis, qui infestiare vel injuriam inferre vel calumniari volunt; solus vero honorum splendor fortunæ mobilitatem non abnegat, sed moderate ferens quidquid accidit ex iis qui secundum Platonem potentiores sunt, optime constitutum animum gerit. Quam ob rem rerum velocitatem metue, et casuum esse circulum crede, et calculorum vitæ rationem habeto. Multa enim temerarius fortunæ impetus rerumque cursus affert vitæ et inclinationes pro suo arbitrio facit. Malevolis pœnitendi locum concede, benevolis prompte benefacito; hæc enim si feceris, et non semel tantum, sed per universam vitam observaveris, tutissimum et sine periculis tenebis imperii ædificium. Ac pro magnitudine rei pauca: quantum ad te, omnia fere dicta sunt.

THEOPHRASTO.

Prompte illata injuria diu præmeditata melior est; illius enim brevis et recordatio nobis est et noxa, inve-

Digitized by Google

παρασκευάζει, καὶ τῇ μὲν πολλάκις λόγον δωρησάμενοι γαληνισμὸν ηὑρομεν, τῇ δὲ καὶ μερίσαντες τὰς τρικυμίας σάλον καὶ ἀνίας εἴδομεν πορθμόν. Διό φημι δεῖν τὴν ἑταιρίαν μάλιστα μὲν μὴ ἀδικεῖν, οὐδὲ γὰρ εὔλογον ἔχει τὴν πρόφασιν· εἰ δὲ μή γε, ἀκουσίως τοῦτο πράξαντα θᾶττον διαλύεσθαι τὴν ἔχθραν· τὸ μὲν γὰρ μὴ ἀδικεῖν ἴσως ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστι, τὸ δὲ πλανηθέντα διασώσασθαι ἐπιφέρει τι καλόν, καὶ σφόδρα τοῦτο εὐσταθοῦς διανοίας ἴδιόν ἐστιν.

(β') ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ.

Ἀπορῶ τίνων ἢ ποίων ἀρχή με λάβῃ πρός σε· ἐφ' ἃ γὰρ ἂν ἐπισκοπῶν ἐπιβάλω τὴν διάνοιαν, πάντα μοι φαίνεται μεγάλα καὶ θαυμαστά, καὶ λήθης οὐδὲν ἄξιον ὁρῶ, μνήμης δὲ οἰκεῖα καὶ προτρέψεως. Ὧν οὐδὲν οὐδεὶς ἀμαυρώσει χρόνος· αἱ γὰρ καλαὶ τῶν διδασκάλων παραινέσεις καὶ προτρέψεις θεατὴν ἔχουσι τὸν αἰῶνα. Διὸ πειρῶ τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι, ἧς οὐδὲν μεῖζον τῶν ἐν βίῳ ὑπάρχειν πέφυκε. Διὸ καὶ τὸ θνητὸν τῆς φύσεως πολλάκις ὑπὸ τοῦ χρεὼν διαλυόμενον ἄφθαρτον διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἔργων κέκτηται τὴν μνήμην. Τούτων οὖν τὴν ἔννοιαν ἔχε· οὐ γὰρ ἀλόγως ἠνέχθης ὡς ἔνιοι, οἳ ἀτόπως καὶ τὰς γνώμας διετέθησαν. Σοὶ καὶ γένος ἔντιμον καὶ βασιλεία πατρώιος καὶ παιδεία βέβαιος καὶ δόξα περίβλεπτος, καὶ ὅσων ταῖς ἀφορμαῖς τῆς τύχης διαφέρεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν καλῶν πρωτεύειν σε δεῖ. Τὰ δ' ἄλλα πρᾶττε μὲν τὰ συμφέροντα, ἐπιτέλει δὲ τὰ δόξαντα.

ΔΙΑΘΗΚΑΙ.

Aristotelis, Epistolis sive veris sive, ut ego quidem puto supposititiis, subjungendum esse duximus Testamentum philosophi, quod ex Hermippo memorat Athenæus XIII, p. 589, C: Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης οὐκ ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον, καὶ συνῆν ταύτῃ μέχρι θανάτου, ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ, ἐπιμελείας φάσκων τῆς δεούσης τετυχηκέναι ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου Διαθήκαις. Totum vero hoc testamentum ex eodem Hermippo descripsit Diogenes Laertius, ex eodemque fonte, procul dubio, qui post Hermippum de Aristotelis vita et scriptis egerant. Cf. Vita Marc. p. 8 Robbe : Καὶ τελευτᾷ ἐκεῖσε διαθήκην ἔγγραφον καταλιπών, ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετὰ τὸν πίνακα (τοῦ πίνακος Rosius, fort. τοὺς πίνακας cum vetere versione latina : *Et mortuus est Chalcide, demittens testamentum scriptum, quod fertur ab Andronico et Ptolemæo cum voluminibus suorum tractatuum*) τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Inde apud Diogenem Laertium V, 64, ubi Stratonis testamentum affertur, additis his verbis καθά που συνήγαγε καὶ Ἀρίστων ὁ Χῖος, legendum esse Ἀνδρόνικος, quem plane ignorat Diogenes Laertius, suspicatus est Rosius (l. l. p. 598), quam conjecturam nemo facile probabit. Nec magis idoneam causam video cur, ut idem suo more censet, fides abroganda sit huic testamento. Cf. Zeller, *Philosophie der Griechen* t. II, 2, p. 35 n. 2.

Diogen. Laert. V, 1, 9 : Ἡμεῖς δὲ καὶ διαθήκαις αὐτοῦ περιετύχομεν, οὕτω πως ἐχούσαις·

« Ἔσται μὲν εὖ· ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης· ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων καὶ διὰ παντὸς Ἀντίπατρον· ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι Ἀριστομένην, Τίμαρχον, Ἵππαρχον, Διοτέλην, Θεόφραστον, ἐὰν βούληται καὶ ἐνδέχηται αὐτῷ· τῶν τε παιδίων καὶ Ἑρπυλλίδος καὶ τῶν κα-

terata vero fovendo odium, inimicitiam parit perpetuam; et illi quidem sæpenumero verbo adhibito, tranquillitatem invenimus, huic vero vel superata undarum turba portum vidimus ægritudinis. Quare censeo amicitiam omnino lædere non debere, neque enim probabilis exstat ratio; sin minus, ei, qui invitus hoc commiserit, celeriter esse in gratiam redeundum. Scilicet nunquam injuriam inferre fortasse supra hominem est, verum errore commisso in viam redire laude dignum est atque constantis animi vel maxime proprium.

ALEXANDRO.

Dubium mihi est quæ vel qualia primum ad te scribam; adeo quæ animo et cogitatione circumspicio, cuncta mihi videntur magna et admiranda, neque video quod sit oblivione dignum, immo ad memoriam omnia faciunt atque ad hortationem. Quorum nihil tempus ullum obscurabit; honestæ enim præceptorum admonitiones et ad hortationes spectatorem habent universum sæculorum ordinem. Quamobrem incumbe, ut arbitrium non in injuriis sed in beneficiis colloces, quo nihil majus in hominum vita fieri potest. Quapropter natura, quæ mortalis est, quum sæpe fato succumbat et intereat, tamen propter operum magnitudinem, æternam memoriam possidet. Hæc igitur tecum perpende : neque enim temeritas in rebus tuis inest ut aliquorum, quorum etiam in animis flagitium et scelus est. Tibi genus clarissimum et regnum paternum, disciplina firma et gloria pervagata, et quantum fortunæ opibus excellis, tantum virtutibus quoque inter bonos te præstare convenit. Ceterum fac quæ sint utilia, quæ vero statuisti, perfice.

TESTAMENTUM.

Ceterum nos ipsius quoque testamentum legimus, hoc ferme modo conscriptum :

« Istene quidem erit : quod si quid secus acciderit, ita

Digitized by Google

ταλελειμμένων· καὶ ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδί, ἐκδίδοσθαι αὐτὴν Νικάνορι· ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι, ὃ μὴ γένοιτο οὐδὲ ἔσται, πρὸ τοῦ γήμασθαι ἢ ἐπειδὰν γήμηται, μήπω παιδίων ὄντων, Νικάνωρ κύριος ἔστω, καὶ περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῶν ἄλλων διοικεῖν ἀξίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν· ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ, καὶ τῆς παιδὸς καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν, ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός· ἐὰν δέ τι πρότερον συμβῇ Νικάνορι, ὃ μὴ γένοιτο, ἢ πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν παῖδα ἢ ἐπειδὰν λάβῃ, μήπω παιδίων ὄντων, ἐὰν μέν τι ἐκεῖνος τάξῃ, ταῦτα κύρια ἔστω· ἐὰν δὲ βούληται Θεόφραστος εἶναι μετὰ τῆς παιδός, καθάπερ πρὸς Νικάνορα· εἰ δὲ μή, τοὺς ἐπιτρόπους βουλευομένους μετ' Ἀντιπάτρου καὶ περὶ τῆς παιδὸς καὶ περὶ τοῦ παιδίου διοικεῖν ὅπως ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι· ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους καὶ Νικάνορα μνησθέντας ἐμοῦ καὶ Ἑρπυλλίδος, ὅτι σπουδαία περὶ ἐμὲ ἐγένετο, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐὰν βούληται ἄνδρα λαμβάνειν, ὅπως μὴ ἀναξίῳ ἡμῶν δοθῇ· δοῦναι δ' αὐτῇ πρὸς τοῖς πρότερον δεδομένοις καὶ ἀργυρίου τάλαντον ἐκ τῶν καταλελειμμένων καὶ θεραπαίνας τρεῖς, ἐὰν βούληται, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει καὶ παῖδα τὸν Πυρραῖον· καὶ ἐὰν μὲν ἐν Χαλκίδι βούληται οἰκεῖν, τὸν ξενῶνα τὸν πρὸς τῷ κήπῳ· ἐὰν δὲ ἐν Σταγείροις, τὴν πατρῴαν οἰκίαν· ὁποτέραν δ' ἂν τούτων βούληται, κατασκευάσαι τοὺς ἐπιτρόπους σκεύεσιν οἷς ἂν δοκῇ κἀκείνοις καλῶς ἔχειν καὶ Ἑρπυλλίδι ἱκανῶς· ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ Μύρμηκος τοῦ παιδίου, ὅπως ἂν ἀξίως ἡμῶν τοῖς ἰδίοις ἐπικομισθῇ σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν ἃ εἰλήφαμεν αὐτοῦ· εἶναι δὲ καὶ Ἀμβρακίδα ἐλευθέραν καὶ δοῦναι αὐτῇ, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, πεντακοσίας δραχμὰς καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει· δοῦναι δὲ καὶ Θαλῇ πρὸς τῇ παιδίσκῃ ἣν ἔχει, τῇ ὠνηθείσῃ, χιλίας δραχμὰς καὶ παιδίσκην· καὶ Σίμωνι χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου αὐτῷ δοθέντος εἰς παῖδ' ἄλλον, ἢ παῖδα πρίασθαι ἢ ἀργύριον ἐπιδοῦναι. Τύχωνα δ' ἐλεύθερον εἶναι, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, καὶ Φίλωνα καὶ Ὀλύμπιον καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ. Μὴ πωλεῖν δὲ τῶν παίδων μηδένα τῶν ἐμὲ θεραπευόντων, ἀλλὰ χρῆσθαι αὐτοῖς· ὅταν δ' ἐν ἡλικίᾳ γένωνται, ἐλευθέρους ἀφεῖναι κατ' ἀξίαν· ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἐκδεδομένων εἰκόνων παρὰ Γρυλλίωνα, ὅπως ἐπιτελεσθεῖσαι ἀνατεθῶσιν, ἥ τε Νικάνορος καὶ ἡ Προξένου, ἣν διενοούμην ἐκδοῦναι, καὶ ἡ τῆς μητρὸς τῆς Νικάνορος· καὶ τὴν Ἀριμνήστου τὴν ποιηθεῖσαν ἀναθεῖναι, ὅπως μνημεῖον αὐτοῦ ᾖ, ἐπειδὴ ἅπαις ἐτελεύτησε· καὶ τὴν τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τῇ Δήμητρι ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν ἢ ὅπου ἂν δοκῇ. Ὅπου δ' ἂν ποιῶνται τὴν ταφήν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ὀστᾶ ἀνελόντας θεῖναι, ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν· ἀναθεῖναι δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα, ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ηὐξάμην, ζῷα λίθινα τετραπήχη Διὶ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρᾳ ἐν Σταγείροις. »

Τοῦτον ἴσχουσιν αὐτῷ αἱ διαθῆκαι τὸν τρόπον.

---

legavit Aristoteles : Curatorem omnium et per omnia jussit esse Antipatrum : quoad vero Nicanor adolescat, curatores et tutores instituit Aristomenem, Timarchum. Hipparchum, Diotelem et Theophrastum, si voluerit aut ipsi licuerit, filiorum et Herpyllidis rerumque omnium; quumque puella fuerit matura viro, tradi illam Nicanori : sin vero puellæ aliquid acciderit, quod absit neque fiet, aut ante nuptias aut postquam nupserit, nondum natis filiis, penes Nicanorem esto statuere et de filio et de reliquis, ut se ac nobis dignum est. Curet autem Nicanor et de puella et de puero Nicomacho, nihil ut illis desit, patris ac fratris una implens munus. Quod si Nicanori aliquid acciderit, quod absit, sive priusquam puellam duxerit, sive postquam duxerit, nondum natis filiis, quæ quidem ille instituerit, ea rata sunto : sin autem voluerit Theophrastus cum illa esse, esto ei jus idem ac Nicanori; sin alias, curatores habito cum Antipatro consilio et de puella et de puero statuant ut eis videbitur optimum. Curam quoque habeant tutores et Nicanor, mei et Herpyllidis memores, namque erga me studiosa plurimum fuit et reliquorum, et, si virum accipere voluerit, curent ne indigne nobis locetur dentque illi præter ea quæ antea acceperat, de nostris bonis talentum argenti, tresque, si voluerit, famulas et ancillam quam habet, et Pyrrhæum puerum, et si quidem Chalcide habitare voluerit, hospitium quod ad hortum est; sin autem Stagiris, paternam domum. Utrum vero horum maluerit, studeant procuratores domum ita necessaria supellectile instruere, ut ipsis honeste et Herpyllidi sufficienter instructa videatur. Curæ sit autem Nicanori et Myrmecem puerum non indigne nobis ad suos referri, cum omnibus bonis quæ ab eo accepimus. Sit autem et Ambracis libera, dantorque illi post filiæ nuptias quingentæ drachmæ ancillaque quam habet. Sed et Thalæ præter ancillam quam habet emptam, drachmæ mille et ancillula. Simoni quoque absque priori pecunia in puerum alium, sive puerum emi, sive pecuniam dari jubeo. Tychonem esse liberum, quum filia nupserit, Philonemque et Olympium ejus filiolum. Porro eorum qui mihi famulantur puerorum nullum vendi volo, sed heredes eis uti : quum vero adulti erunt, pro merito liberos dimitti volo. Curent item ut consummentur quæ Gryllioni sunt traditæ exsculpendæ imagines; ubi vero perfectæ erunt, suis ponantur locis : Nicanoris et Proxeni, quam locandam cogitabam, matrisque Nicanoris : Arimnesti vero quæ perfecta est, suo statuatur loco, ut sit ipsius monumentum, quia sine liberis defunctus est. Matris quoque nostræ imaginem Cereri Nemeæ consecrari volo aut ubicunque videbitur. Ubi vero tumulum fecerint, ibi et Pythiadis sublata ossa condant, sicut ipsa præcepit. Dedicet etiam Nicanor, ubi salvus fuerit, quod votum pro illo vovi, statuas lapideas quattuor cubitorum Jovi Servatori et Minervæ Sospiti Stagiris. »

Hanc ejus testamentum habet rationem.

Digitized by Google

X. CARMINA.

Aristotelis Carmina plura memorantur. De iis quæ in indicibus recensentur (Diog. L. 145 et 146, Anon. 127 et 128), Ἔπη et Ἐλεγεῖα, addito simul cujusque carminis, vel totius fortasse collectionis initio, certi aliquid dicere non habemus, quum aliunde non nota sint. In altero præterea indice Anonymi (150) nominantur Ἐγκώμια ἢ ὕμνοι, sequente statim verbo διάφορα, quod an ad eundem codicem pertinuerit, incertum est. Afferunt præterea ex Hermippi, ut videtur, Vitarum opere hymnum in Hermiæ honorem compositum, Athenæus et Diogenes Laertius, quem, cur ab Aristotele abjudicaremus, non magis causam video, quam epigrammata duo, alterum in Platonis, alterum in Hermiæ memoriam conscriptum. Cf. Zeller, *Philosophie der Griechen*, t. II, 2, p. 9 n. 1, p. 17 n. 2. Minus certum est nomen Aristotelis apud auctorem Etymolog. M., cf. infra fr. 662, qui item versum affert in quo Hermiæ nomen legitur. Obscuram quandam famam, falsis permixtam, carminum in Hermiæ honorem ab Aristotele compositorum apud Himerium reperies Orat. VI, 6 : Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα τῶν ἐπ' αὐτῷ πόθων ἐπεδείξατο Ἀριστοτέλης ὡς ἐστὶν ἀκούειν γνωρίσματα· καὶ γὰρ λόγους αὐτὸν ἐξήσκησε καὶ ἀρετὴν ἐξεπαίδευσε καὶ ἐλεγείῳ τὸν θάλαμον μόνῳ τῶν γνωρίμων ἐκόσμησεν. Ἀτὰρ δὴ καὶ τόδε οὐχ ἥκιστα τῆς περὶ ἐκεῖνον σπουδῆς ὁ Σταγειρίτης ἐπεδείξατο τεκμήριον. Ἔτυχε μὲν γὰρ εἰς τὴν Ἀσίαν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καλούμενος ἵνα κῆρυξ ὁμοῦ καὶ θεατὴς τῶν Περσικῶν τροπαίων γένηται. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος κατὰ τὸν Ἀταρνέα ἐγένετο, ἰδὼν πόλιν Ἑλληνικῆς ἀρετῆς καὶ σοφίας διψῶσαν ἅπασαν οὐ παρῆλθε σιγῇ, βραχεῖ δὲ βιβλίῳ τήν τε πόλιν καὶ τὸν Ἑρμείαν ἠσπάζετο.

Verba philosophi Ethic. Nicom. I, 3 : Ἱκανῶς γὰρ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν, varias turbas movisse videntur interpretibus, cf. supra p. 195. Neque minus mira sunt quæ ad hunc locum narrat Eustratius fol. 10 recto : Φασὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἔπη τινὰ ἐκθέσθαι ἐπίτηδες κατά τινα ἀριθμὸν συμποσούμενα ἐν ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει, ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε· διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν. Οἷς ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐνετύχομεν· εἰσὶ δ' οἳ περὶ τούτων ἱστόρησαν. Ἐν ἐκείνοις φησὶν εἰρῆσθαι περὶ εὐδαιμονίας καὶ εἰ ἔστι μακαρίζειν τινὰ ἐκ τῶν κατ' ἀρετὴν μόνων ἕξεων μηδὲν κατ' αὐτὰς ἐν βίῳ διαπραττόμενον. Διὸ βραχύ τι περὶ τούτων εἰπὼν παρελήλυθε.

Hymnum in Fortunam, quem propter Heerenium in var. Lectt. ad Stobæi Eclog. t. II, p. 12 ex errore, ut videtur, annotantem in cod. V. A. E. hoc lemma exstare : Αἰσχύλου Ἀριστοτελ., Aristoteli olim tribuerat Bergkius, hunc mutata jam sententia, inter adespota referendum esse censet, Poet. lyric. ed. III, p. 665.

I. IAMBOI.

1 (661).

Athenæus XV, p. 696, A : Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ πολυμαθεστάτου γραφὲν Ἀριστοτέλους εἰς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέα οὐ παιάν ἐστιν, ὡς ὁ τὴν τῆς ἀσεβείας κατὰ τοῦ φιλοσόφου γραφὴν ἀπενεγκάμενος Δημόφιλος εἰς αἰδῶ τε παρασκευασθεὶς ὑπ' Εὐρυμέδοντος, ὡς ἀσεβοῦντος καὶ ᾄδοντος ἐν τοῖς συσσιτίοις ὁσημέραι εἰς τὸν Ἑρμείαν παιᾶνα· ὅτι δὲ παιᾶνος οὐδεμίαν ἔμφασιν παρέχει τὸ ᾆσμα, ἀλλὰ τῶν σχολίων ἕν τι καὶ αὐτὸ εἶδός ἐστιν, ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως φανερὸν ὑμῖν ποιήσω.

Ἀρετά, πολύμοχθε γένει βροτείῳ,
θήραμα κάλλιστον βίῳ,
σᾶς πέρι, παρθένε, μορφᾶς
καὶ θανεῖν ζηλωτὸς ἐν Ἑλλάδι πότμος
καὶ πόνους τλῆναι μαλερούς, ἀκάμαντας·
τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις
καρπόν τ' ἀθάνατον χρυσοῦ τε κρείσσω
καὶ γονέων μαλακαυγήτοιό θ' ὕπνου·
σεῦ δ' ἕνεχ' οὐ'κ Διὸς Ἡρακλέης Λήδας τε κοῦροι
πόλλ' ἀνέτλασαν ἔργοις

CARMINA.

IAMBI.

1.

Ac illud etiam carmen, quod a doctissimo Aristotele in Hermeam Atarnensem est compositum, pæan non est, ut contendebat Demophilus, qui honoris causa ab Eurymedonte accusator subornatus, violatæ religionis reum egit philosophum, ut qui impio conatu quotidie in conviviis pæanem in Hermeam caneret. Pæanis autem speciem nullam habere illam cantionem, sed esse potius scoliorum genus aliquod, ex ipsius ejus verbis declarabo :

Virtus multi laboris generi mortalium,
venatio pulcherrima vitæ,
tuam propter, virgo, speciem
vel mori Græcis desiderabilis sors,
et labores perferre gravissimos, infinitosque :
talem pectoribus injicis
fructum et immortalem et auro meliorem,
et nobilitate parentum otioque dulcissimo.
Tui causa Jove satus Hercules Ledæque filii
multa tulerunt factis

Digitized by Google

σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν.
Σοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλεὺς Αἴας τ' Ἀΐδαο δόμους ἦλθον·
σᾶς δ' ἕνεκεν φιλίου μορφᾶς καὶ Ἀταρνέος ἔντροφος ἀελίου χήρωσεν αὐγάς·
τοιγὰρ ἀοίδιμος ἔργοις ἀθάνατόν τέ μιν αὐξήσουσι Μοῦσαι
Μναμοσύνας θύγατρες, Διὸς ξενίου σέβας ἀσκοῦσαι φιλίας τε γέρας βεβαίου.

Idem legitur apud Diog. Laert. V, 7, unde receptum est vulgo in Joann. Stobæi Floril. I, 12, in cujus codd. non exstat.

2 (662).

Etymol. Magn. p. 376, 21 : Καὶ δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἔστι καὶ Ἑρμείας ὄνομα κύριον, ὁ εὐνοῦχος ὁ τρίπρατος, οἰκείως δὲ διέκειτο πρὸς Ἀριστοτέλην καὶ τὴν θετὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἔδωκε τῷ φιλοσόφῳ· καὶ δεῖ γινώσκειν ὅτι ὡς λέγει ὁ Χοιροβοσκὸς εἰς τὴν Ὀρθογραφίαν αὐτοῦ διὰ τοῦ ι γράφεται ὡς παρ' Ἀριστοτέλει·

Εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας.

Vulgo pro ἦρχεν legitur ὁ. Cod. M ἦρχεν, D ἦρ. Suidas s. v. Ἑρμίας hunc versum Hipponacti tribuit : Ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἱππώνακτος στίχοις ἰαμβικοῖς εὕρηται στίχος οὗτος· Εὐνοῦχος κτλ. Locum ex Helladio apud Photium Bibl. cod. 279, p. 530 : Τῆς δ' Ἀταρνέως, πόλις δ' αὕτη Θρᾳκίας, ἐκτομίας ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμείας redintegrandum in hunc modum censet esse Bergkius :

τῆς δ' Ἀταρνέως
εὐνοῦχος κτλ.

Pro Ἀριστοτέλει conjecit Ἀριστοκλεῖ Meineke, in Babrii fab. 175, probante Bœckhio, *Hermias von Atarneus*, Berol. 1853, p. 152 et B. ten Brinck, *Philologus*, t. VI, p. 217.

II. ΕΠΗ.

3 (663).

Diog. Laert. V, 27 : Ἔπη ὧν ἀρχή·

Ἁγνὲ θεῶν πρέσβιστε ἑκατηβόλε.

III. ΕΛΕΓΕΙΑ.

4 (664).

Ib. Ἐλεγεῖα ὧν ἀρχή·

Καλλιτέκνου μητρὸς θύγατερ.

Vulgo καλλιτέχνου. Ed. Froben. cod. M et libri Rosii καλλιτέκνου.

5 (665).

Olympiodor. in Plat. Gorgiam ed. Alb. Jahn in *Neue Jahrb. für Philologie*, Leipz. 1848, t. XIV, p. 395 : Οὐ μόνον δὲ ἐγκώμιον ποιήσας (Ἀριστοτέλης) αὐτοῦ (Πλάτωνος) ἐπαινεῖ αὐτόν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἐλεγείοις τοῖς πρὸς Εὔδημον αὐτὸν ἐπαινῶν Πλάτωνα ἐγκωμιάζει, γράφων οὕτως·

Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον
. . . . . .
εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
ἀνδρός, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις
ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς
οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων,
ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνήρ.
Οὐ νῦν δ' ἔστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.

In brevius contracta auctor Vitæ Marcianæ p. 6 Robbe : Εἴπερ γάρ τις ἄλλος, φαίνεται ὁ Ἀριστοτέλης καταπεπληγμένος (ἀποπλ...ὺς in cod. esse affirmat Rosius, unde conj. ἀποπλαγείς) Πλάτωνα, ἐπιγράφει γὰρ εἰς αὐτόν·

« Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνι »,

καὶ ἀλλαχοῦ περὶ αὐτοῦ φησίν·

« Ἀνδρός, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις. »

Pseudo-Ammonii Vita p. 13, 4 : Ἀμέλει γάρ, ὅτι πολλὴν εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω·

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

---

tuum venantes decus.
tui item ob desiderium Achilles et Ajax Orci domus intrarunt;
tuam propter amabilem speciem etiam Atarnii alumnus solis viduavit lumen.
quare celebratur res ob gestas, immortalemque laudibus tollent Musæ
Memoriæ filiæ, Jovis hospitalis honorem canentes firmæque decus amicitiæ.

2.

Eunuchus et servus Hermias regnabat.

3.

Sancte deum arcitenens, antiquissime.

4.

Formosa sobole florentis matris filia.

5.

Ingressus inclytæ urbis Cecropiæ solum
pio animo sanctæ amicitiæ altare exstruxit
viro, quem ne laudare quidem malis fas est,
qui solus vel primus mortalium ostendit evidenter
propria vita atque rationum via

www.libpool.com.cn
Digitized by Google

Cf. Joann. Philopon. in Porphyr. p. 11, B. 29, David p. 20, B, 21 (ubi tamen legitur βωμόν) : Ὡς δηλοῖ εἰς τὸν τάφον Πλάτωνος Ἀριστοτέλους ἐπίγραμμα:

Σηκὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνος
ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Pro ἱδρύσατο, ἱδρύσαο conj. Bergkius. Aristoteles ipsum Eudemum alloquitur, qui hoc Platonis monumentum condiderit.

6 (666).

Diogen. Laert. V, 6 : Ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης... ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου ἢ Δημοφίλου, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ Ἱστορίᾳ, ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν· ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀνδριάντος τοιοῦτον·

Τόνδε ποτ' οὐχ ὁσίως παραβὰς μακάρων θέμιν ἁγνὴν
ἔκτεινεν Περσῶν τοξοφόρων βασιλεύς,
οὐ φανερῶς λόγχῃ φονίοις ἐν ἀγῶσι κρατήσας,
ἀλλ' ἀνδρὸς πίστει χρησάμενος δολίου.

Cf. Diodor. XVI, 52, Strabo XIII, p. 610, Bœckh, *Hermias von Atarneus*, Berl. 1853. De monumento ab Aristotele Hermiæ erecto epigramma exstat Theocriti Chii apud Diogenem Laertium V, 11.

XI. FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

Collectis quotcunque ad deperditos Aristotelis libros referri possunt fragmentis, devenimus jam ad ea quæ a variis scriptoribus afferuntur, breves quasdam sententias continentia et plerumque ita prolata, ut ex ipsius philosophi ore excepta esse videantur. Ne quid vel hujus generis omittendum esse duxerimus, illa nobis præcipue causa fuit, quod, licet in his multa reperiantur sive nullius fere momenti, sive incerta, ob frequentem in adscribendis lemmatibus errorem, quum sæpenumero idem dictum haud uni tribuatur, quædam tamen inesse possunt, quæ, quum primum in Aristotelis quodam scripto exstarent, mutata paulatim forma, a gnomologiorum auctoribus, apophthegmatum nomine in suos usus conversa et detorta sint. Ceterum de hisce omnibus valent quæ aptissime dicta sunt de Diogene apud Dionem Chrysostomum Orat. LXXII, 11, p. 732 Emper. : Πυνθανόμενοι... περὶ Διογένους ὅτι καὶ αὐτὸς πρὸς ἅπαντα εὐπόρει λόγου καὶ ἀποκρίσεως. Τὰ μέν γε τούτου καὶ διαμνημονεύουσιν οἱ πολλοί, τὰ μέν τινα ἴσως εἰπόντος αὐτοῦ, τὰ δὲ καὶ ἄλλων συνθέντων. Tales sententiarum collectiones, ipsius Aristotelis nomen præ se ferentes, exstitisse ostendunt quæ sæpius in Joannis Stobæi Florilegio nominantur, philosophi *Chriæ* atque *Diatribæ* a quibus nobis ordiendum erit.

I. ΧΡΕΙΑΙ.

De Χρείαις veterum F. Ritschelii verba, in *Indice Schol. Univ. Bonn.* 1839, cf. ejus *Opuscul.* Lips. 1867, t. I, p. 579, ita disputantis apponere hic liceat : « Quod quidem nomen quo valeat, commode intelligitur ex Hermogenis Progymn. c. 3, p. 13 ed. Walz. : Χρεία ἐστὶν ἀπομνημόνευμα λόγου τινὸς ἢ πράξεως ἢ συναμφοτέρου σύντομον ἔχον δήλωσιν, quibus conveniunt Aphthonii Progymn. c. 3, p. 62 Walz. hæc : Χρεία ἀπομνημόνευμα σύντομον εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφέρουσα, itemque Theonis verba Progymn. c. 5, p. 201 Walz. : Σύντομος ἀπόφασις ἢ πρᾶξις ἀναφερομένη μετ' εὐστοχίας εἴς τι ὡρισμένον πρόσωπον ἢ ἀναλογοῦν προσώπῳ. Nisi quod quam rhetoricæ magistri inter χρείαν et ἀπόφθεγμα intercedere diversitatem statuunt, ea quidem solius artis est nec in hos potest scriptores accommodari, qui nullo argumenti discrimine vel ἀποφθέγματα vel χρείας composuerunt. Ac nobilissimum in hoc genere exemplum movit et tractavit Athenæus, iambicis versibus conscriptas Χρείας Machonis comici poetæ. Secuti sunt philosophi Aristoteles et Aristippus, quorum hujus in scriptis etiam Χρείας Diogenes II, 85 refert, ex illius autem Χρείαις Gelonis, Anaxarchi, Gorgus, Lasi, Demosthenis, Zenonis, Anacreontis, Alexidis, Gorgiæ apophthegmata Stobæus protulit. » Sequuntur deinde aliorum nomina qui

quomodo bonus et felix simul fiat vir.
nunc autem nullum eandem adipisci gloriam licet.

6.

Aristoteles clam Chalcidem concessit, quod ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus esset, sive, ut Favorinus ait in Omnigena Historia, a Demophilo, quia hymnum in eum quem prædiximus Hermiam scripserit, et ejusmodi præterea epigramma statuæ Delphis positæ incidi curaverit :

Hunc olim violans jus sanctum deorum
occidit rex Persarum sagittiferorum
non aperte devictum hasta in cruentis prœliis
sed usus fide insidiosi hominis.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

post Aristotelem vixerunt et quorum Χρεῖαι laudantur.

Chriarum hanc collectionem qua usus est Joannes Stobæus, falso Aristotelis philosophi nomine inscriptam fuisse, nulla demonstratione eget, quum, quod jam a Patritio in *Discussionibus Peripateticis*, fol. 31 verso ed. Venet. 1571, observatum est, ne omnia quidem quæ inde memorantur a philosopho dicta esse potuerint. Neque sola est Zenonis Stoici mentio (cf. infra fr. 9) quæ offendit, sed et Alexidis comici poetæ (fr. 10), Anaxarchi, Alexandri (fr. 8), Demosthenis (fr. 6 et 7) nomina, talia sunt quæ omnem dubitationem tollant. Neque tamen ideo, Aristotelis nomen, cum Rosio, e compendio scripturæ, pro Aristonis, male a librariis traditum esse concesserim. Errorem potius inde natum esse suspicor, quod, quum collectio illa Chriarum præter Aristotelis, aliorum quoque sententias complecteretur, ceteris omissis nominibus philosophi duntaxat remanserit. Inde satis perspicuum fit, titulum libri in indicibus ne quærendum quidem esse. Parum apte igitur Rosius l. l. p. 673 contulit quæ memorantur apud Anonymum Ὑποθῆκαι (cf. Diog. L. V, 88), quem titulum potius cum iis quæ statim præcedunt περὶ ἠθῶν Νικομαχείων cohærere puto.

1.

Joann. Stob. Florileg. XXIX, 70 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Λᾶσος ὁ Ἑρμιονεὺς ἐρωτηθείς, τί εἴη σοφώτατον, πεῖρα ἔφη.

2.

Joann. Stob. Florileg. XCIII, 38 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς λαβὼν τάλαντον χρυσίου παρὰ Πολυκράτους τοῦ τυράννου, ἀπέδωκεν εἰπών· Μισῶ δωρεὰν ἥτις ἀναγκάζει ἀγρυπνεῖν. Idem eodem loco 25, cum lemmate Ἀναχρέοντος : Ἀναχρέων δωρεὰν παρὰ Πολυκράτους λαβὼν πέντε τάλαντα, ὡς ἐφρόντισεν ἐπ' αὐταῖς δυοῖν νυκτοῖν, ἀπέδωκεν αὐτὰ, εἰπών, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς φροντίδος. Cf. Arsenius Violar. p. 109 Walz.

3.

Joann. Stob. Florileg. VII, 31 : Τοῦ αὐτοῦ. Γοργὼ ἡ Λακεδαιμονία Λεωνίδου γυνὴ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐπὶ στρατείαν πορευομένου τὴν ἀσπίδα ἐπιδιδοῦσα εἶπεν· ἢ ταύταν ἢ ἐπὶ ταύτας. Cf. Plutarch. Apophthegm. Lacon. p. 241, E et Arsen. Violar. p. 246.

4.

Joann. Stob. Floril. V. 83 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Γέλων ὁ Σικελίας τύραννος σαπρόστομος ἦν. Ὡς οὖν τῶν φίλων εἰπέ τις αὐτῷ, ὠργίζετο τῇ γυναικὶ ὅτι οὐκ ἐμήνυσεν αὐτῷ. Ἡ δὲ ἔφη· Ὠμην γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως ὄζειν τὸ στόμα. Cf. Wœlfflin. ad Cæcilium Balbum de Nugis philosophorum, Basil. 1855, p. 13.

5.

Joann. Stob. Florileg. CXVIII, 29 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Γοργίας ὁ ῥήτωρ ἤδη γηραιὸς ὑπάρχων ἐρωτηθεὶς εἰ ἡδέως ἀποθνήσκοι, Μάλιστα (ἥκιστα cod. A, ἥδιστα conj. Gaisford.), εἶπεν· ὥσπερ γὰρ ἐκ σαπροῦ καὶ ῥέοντος συνοικιδίου ἀσμένως ἀπαλλάττομαι. Cf. Arsen. Violar. p. 172 Walz.

6.

Joann. Stob. Florileg. XXIX. 90 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Δημοσθένης ἐρωτηθεὶς πῶς

CHRIÆ.

1.

Ex Aristotelis Chriis. Lasus Hermionensis interrogatus, quid sapientissimum esset respondit, experientia.

2.

Anacreon melorum poeta auri talento a Polycrate donatus, reddidit id inquiens : Odi donum quod somno carere cogit.

3.

Gorgo Lacedæmonia Leonidæ uxor, quum filio ad bellum proficiscenti clypeum daret, sive hoc, dixit, sive super hoc.

4.

Geloni Siciliæ tyranno os fœtidum erat. Quod quum ei amicorum dixisset aliquis, irascebatur uxori, quod numquam indicasset ei. Illa vero dixit : Atqui virorum omnium os similiter olere putabam.

5.

Gorgias orator jam senex interrogatus an libenter moreretur : Maxime, dixit, nam tamquam ex putri et diffluente domuncula non invitus discedo.

6.

Demosthenes interrogatus quo pacto sibi oratoriam facultatem comparasset, plus olei, dixit, quam vini mihi consumptum est.

Digitized by Google

τῆς ῥητορικῆς περιεγένου· πλέον ἔφη ἔλαιον οἶνου δαπανήσας.

7.

Joann. Stob. Florileg. XLIII, 140 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἔφη πόλεως εἶναι τὴν ψυχὴν τοὺς νόμους· ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα στερηθὲν ψυχῆς πίπτει, οὕτω καὶ πόλις μὴ ὄντων νόμων καταλύεται. Cf. Arsen. Violar. p. 189 Walz.

8.

Joann. Stob. Florileg. CVII, 30 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Ἀνάξαρχος ὁ φυσικὸς, εἰπόντος αὐτῷ Ἀλεξάνδρου ὅτι κρεμῶ σε, Ἀπείλει τούτοις, ἔφη, τοῖς πολλοῖς, ἐμοὶ δὲ οὐδὲν διαφέρει ὑπὲρ γῆς ἢ κατὰ γῆς σήπεσθαι.

9.

Joann. Stob. Florileg. LVII, 12 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Ζήνων ὁ στωικὸς φιλόσοφος ὁρῶν τινὰ τῶν γνωρίμων ὑπὸ τοῦ ἀγροῦ περισπώμενον εἶπεν· ἐὰν μὴ σὺ τοῦτον ἀπολέσῃς, οὗτός σε ἀπολέσει.

10.

Joann. Stob. Floril. CXVI, 47 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Χρειῶν. Ἄλεξις ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς, ἐπειδή τις αὐτὸν ὄντα πρεσβύτην ἑώρακε μόλις πορευόμενον καὶ ἠρώτα, Τί ποιεῖς; ἔφη· Κατὰ σχολὴν ἀποθνήσκω. Cf. Arsen. Violar. p. 101 Walz.

II. ΔΙΑΤΡΙΒΑΙ.

Chriarum atque Diatribarum, quæ bis in Joannis Stobæi Florilegio laudantur, altero in loco, addito adjectivo κοινῶν, diversam plane rationem fuisse puto. Quum enim Chriæ apte et ingeniose responsa referrent, in rhetorum præcipue usum collecta, Diatribarum, nisi fallor, hoc erat consilium, ut quasi docentis Aristotelis imaginem quandam repræsentarent. Hunc sensum inesse vocabulo διατριβῶν, satis ostendunt cum Theopompus apud Athenæum XII, 508, D, qui ἐν τῷ κατὰ Πλάτωνος Διατριβῆς affirmat plerosque Platonis dialogos ἐκ τῶν Ἀριστίππου διατριβῶν, ἐνίους δὲ κἀκ τῶν Ἀντισθένους desumptos esse, tum ipse Plato Apolog. p. 37, D et initio Charmidis. Nec ipsa repugnant fragmenta. Possis tamen et aliter de iis statuere, collata Hermogenis definitione in Rhett. gr. ed. Walz. t. III, p. 406 : Διατριβή ἐστι βραχέος διανοήματος ἠθικοῦ ἔκτασις.

1.

Joann. Stob. Florileg. XXXVIII, 37 : Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Διατριβῶν. Οὐχ ἡ λύπη μέγιστον κακὸν ἀκολουθεῖ τῷ φθόνῳ, ἀλλὰ πολὺ μεῖζον τὸ καὶ πρὸς τοὺς γνωρίμους γίνεσθαι, τῷ γὰρ αἰσχρῷ καὶ φαύλῳ τὴν ὑπεροχὴν δοτέον, οὐ τῇ λύπῃ.

2.

Joann. Stob. Florileg. XLV, 21 : Ἐκ τῶν κοινῶν Ἀριστοτέλους Διατριβῶν. Αἱ πλεῖσται στάσεις διὰ φιλοτιμίαν ἐν ταῖς πόλεσι γίγνονται· περὶ τιμῆς γὰρ οὐχ οἱ τυχόντες, ἀλλ' οἱ δυνατώτατοι ἀμφισβητοῦσι.

III. ΓΝΩΜΑΙ.

Præter sententias Aristoteli adscriptas, quas habet Maximi Confessoris Gnomologium, quale

---

7.

Demosthenes orator dixit leges civitatis esse animam. Ut enim exanimum corpus procumbit, similiter civitas, si leges absint, non consistit.

8.

Anaxarchus physicus, dicente ei Alexandro, suspendam te, Minare, inquit, his e vulgo, mea autem nihil interest, super terram an infra terram putrescam.

9.

Zenon Stoicus quum videret familiarem quendam curis et negotiis agri nimis intentum dixit : Nisi tu agrum perdideris, ipse te perdet.

10.

Alexis poeta comicus, quum quidam ipsum senem ægre procedentem intuitus interrogasset quid ageret, paulatim se per otium mori respondit.

DIATRIBÆ.

1.

Ex Aristotelis Diatribis. Tristitia non maximum est malum, quod invidiam sequitur : sed aliud multo majus, nempe quod in familiares etiam extenditur invidiæ affectus. Quod quum turpe sit ac improbum, merito majus habetur malum quam tristitia.

2.

E communibus Aristotelis Diatribis. Plurimæ seditiones in civitatibus ambitionis culpa oriuntur : de honoribus enim non quilibet, sed potentissimi quique contendunt.

Digitized by Google

primum editum est a C. Gesnero cum Antonii Melissa, Tiguri 1546, deinde a Combefisio in S. Maximi Oper. Paris 1675, t. II, p. 528-689 (cf. de hoc Gnomologio quæ disputavit Ritschl in *Opusculorum* t. I, p. 731 sq. et 835 sqq.), nonnullas e locupletioribus codicibus, Laurentianis XI, 14 et VII, 15, protraxit Rosius. Utrasque infra adscripsimus, additis præterea quæcunque ejusdem generis e Joannis Stobæi Florilegio, Antonii Melissa aliisque afferri possunt, iis vero omissis quæ jam supra ad certos quosdam dialogos philosophos relata sunt.

1.

Maximus Conf. c. α', p. 533 Combef. : Θεοῦ μέν ἐστι πράττειν ἃ βούλεται, ἀνθρώπου δὲ τὰ δέοντα προθυμεῖσθαι. Anton. Melissa c. ζ', p. 10 ed. Gesn. τὸ πράττειν. Cf. Arsen. Violet. p. 122 Walz.

2.

Maximus c. δ' (codd. Laur.) : Ἀνδρειότερος εἶναί μοι δοκεῖ ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἢ τῶν πολεμίων κρατῶν· καὶ γὰρ χαλεπώτατον τὸ ἑαυτὸν νικῆσαι.

Hæc aperte de Alexandro dicta videntur, ita ut jure fortasse ad epistolam retulerit Rosius. Similis sententia Democriti exstat in Stobæi Floril. VII, 26, quam quum post hanc nostram sine nomine posuerit Antonius c. ια', p. 13, Aristoteli tribuere videtur, non minus quam sequentem.

3.

Maximus c. ς', p. 549 Combef.: Χρήματα ποιεῖσθαι μᾶλλον τῶν φίλων ἕνεκα προσήκει, ἢ τοὺς φίλους τῶν χρημάτων.

4.

Id. ib. (cod. La τοῦ αὐτοῦ cod. Lb sine lemmate) : Ἐπιτήδειος πρὸς φιλίαν ὁ πλεῖστα ἀδικεῖσθαι δυνάμενος. Aristoteli tribuunt Antonius c. κδ', p. 28 : Τίς ἐπιτήδειος πρὸς φιλίαν; ὁ π. ἀ. δ., et Arsenius Viol. p. 121.

5.

Maximus c. θ', p. 559 : Ὁ πολλοῖς φοβερὸς (ita cum editis malo legere quam φανερός, quod e codd. protulit Rosius) ὢν πολλοὺς φοβεῖται. Eadem in Antonii Mel. II, c. α', p. 78.

6.

Id. ib. (τοῦ αὐτοῦ cod. La, sine lemmate cod. Lb et edd.) : Δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων μὴ διὰ τὰς ἀρχὰς ἀλλὰ διὰ τὰς ἀρετὰς θαυμάζεσθαι, ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται. Aristoteli tribuunt Joann. Stob. Floril. XLV, 18, Arsen. Viol. p. 357. Cf. supra p. 329.

7.

Maxim. c. ιϑ', p. 569 : Ἡ πενία πολλῶν ἐστὶν ἐνδεής, ἡ δὲ ἀπληστία πάντων. Ant. Mel. c. λγ', p. 41. Quæ nullo adscripto nomine in edd. Maximi sequuntur :

Μηδέποτε μακαρίσεις ἄνθρωπον ἐπὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ· πάντα γὰρ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ἐλάττονι πίστει δέδεται.

Οὐχ ὁ πλουτῶν, ἀλλ' ὁ μὴ χρῄζων πλούτου μακάριος.

Μέγιστόν ἐστι πλούτου, τὸ γινώσκειν ὅτι περιττός ἐστιν.

Ἂν μὴ πολλῶν ἐπιθυμεῖς, τὰ ὀλίγα πολλὰ δόξει· μικρὰ γὰρ ὄρεξις πενίαν ἰσοσθενῆ πλούτου ποιήσει.

Ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος ἄρτῳ καὶ ὕδατι καὶ τῇ τυχούσῃ τοῦ σώματος σκέπῃ συμπεπλήρωται· ὁ δὲ περιττὸς κατὰ ψυχὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ τῶν τῆς ἐπιθυμίας βάσανον.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, πῶς ἄν τις γένηται πλούσιος, ἐὰν τῶν ἐπιθυμιῶν ἔσται πένης, φησίν.

Ὅσα μὲν ἐπὶ τῇ φύσει, πάντες ἐσμὲν πλούσιοι, ὅσα δὲ ἐφ' ἡμῖν, πάντες ἐσμὲν πένητες.

SENTENTIÆ.

1.

Dei est quæ velit agere, hominis autem quæ opus sunt providere.

2.

Fortior esse mihi videtur qui cupidines quam qui hostes vicit : etenim difficillimum est seipsum vincere.

3.

Acquirendæ potius facultates amicorum causa, quam amici earum gratia.

4.

Idoneus est amicitiæ qui plurimas injurias ferre potest.

5.

Qui multis ipse formidabilis est, multos formidat.

6.

Decet sapientes magistratus, non propter magistratum sed propter virtutem in admiratione esse : ut fortuna mutata iisdem laudibus celebrentur.

7.

Paupertas multis eget, insatiabilis cupido omnibus.

Digitized by Google

Ὁ τῷ κατὰ φύσιν ἀρκούμενος πλούτῳ, τοῦ πολλὰ κεκτημένου, πλείονα δὲ ἐπιθυμοῦντος, πολύ ἐστι πλουσιώτερος· τῷ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐλλείπει, τῷ δὲ καὶ ὧν κέκτηται πολλῷ πλείονα.

Ἡ τέκνοις ἄγαν χρημάτων συναγωγή, πρόφασίς ἐστι φιλαργυρίης (ita ed. Gesn. et Joann. Stob. Floril. X, 65, qui Democrito tribuit, φιλαργυρίας. Combef.), τρόπον ἴδιον ἐλέγχουσα.

Hæc omnia Democrito tribuuntur, teste Rosio, in codd. Laurentianis, a quibus non dissentit Antonius, qui l. l. quarto loco positam sententiam Democrito adscripsit.

8.

Maxim. c. ιδ', p. 577 : Τὸν εὐχόμενον δεῖ φρόνιμον εἶναι, μὴ λάθῃ τι κακὸν εὐξάμενος ἑαυτῷ. In Antonii Melissa I, c. μς', p. 53, ubi Aristoteli tribuitur hæc sententia, non Isocrati, ut ex errore Rosius indicavit, κατ' αὐτοῦ. Vera lectio exstat in Georgidis Gnomologio edito in Boisson. Anecdot. t. I, p. 117.

9.

Maxim. c. ις', p. 581 : Μὴ ἔλαττον ἡγοῦ τοῦ ἐπαινεῖσθαι τὸ νουθετεῖσθαι.

10.

Maxim. c. ιζ', p. 586 : Ταῖς μὲν πόλεσι τὰ τείχη, ταῖς δὲ ψυχαῖς ὁ ἐκ παιδείας νοῦς κόσμος καὶ ἀσφάλειαν παρέχει. Democrito hæc tribuuntur in Antonii Melissa I, c. ν', p. 56, ubi male παρέχεται. Quæ sequuntur apud Maximum cum lemmate τοῦ αὐτοῦ in ed. Combefisii, similiter sub Deniocriti nomine leguntur in Antonii Melissa.

11.

Maxim. c. κ', p. 596 : Ὁ μὴ εἰδὼς σιωπᾶν οὐκ οἶδε διαλέγεσθαι.

12.

Maxim. c. κ', p. 597 : Φαύλου ἀνδρὸς καθάπερ κυνὸς σιγηροῦ δεῖ τὴν σιγὴν (μᾶλλον deesse videtur) ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι. Pro σιγηροῦ malim στυγεροῦ. In ed. Gesneri, p. 186 Isocrati tribuitur; in ed. Combefisii adscriptum est margini Ἀλ. Ἀριστ. Absque lemmate post dictum Aristotelis legitur in Antonii Melissa I, c. ογ', p. 73.

13.

Maxim. c. κγ', p. 604 : Χρὴ τὸν υἱὸν δοῦλον εἶναι τοῦ πατρὸς (μᾶλλον suppl.) ἢ τὸν οἰκέτην· ὁ μὲν γὰρ φύσει τοῦ πατρὸς δοῦλός ἐστιν, ὁ δὲ νόμῳ. Eadem Anton. Mel. II, c. ια', p. 92.

14.

Maxim. c. κς', p. 610 : Οὐ πόρρω τοῦ ἀναμαρτήτου καθίστησιν ἑαυτὸν ὁ τὸ ἁμαρτηθὲν ἐπιεικῶς ὁμολογήσας. Eadem Anton. Mel. I, c. ις', p. 20, quæ cur falso nomine Aristotelis inscripta dixerit Rosius, equidem non intelligo.

15.

Maxim. c. λς'. p. 626 : Ἐκ τοῦ βίου κράτιστόν ἐστιν ὑπεξελθεῖν ὡς ἐκ συμποσίου μήτε διψῶντα, μήτε μεθύοντα. Idem Apostol. Prov. VI, 96ª, Anton. Mel. I, c. νη', p. 64, Arsen. Prov. p. 391.

16.

Maxim. ib.: Ὁ ἐν νόσῳ διαθήκας γράφων, παραπλήσια πάσχει, τοῖς χειμῶνι θαλαττίῳ εὐτρεπίζειν ἀρχομένοις τὰ τῆς νηὸς ὅπλα. Cf. Anton. Mel. I, c. νη', p. 64. Arsen. Viol. p. 121.

17.

Maxim. c. μ', p. 633 et Ant. Mel. II, c. οα', p. 135 : Τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι κακὸν ὄντα κακίας ὑπερβολή.

8.

Qui preces offert, prudens existat necesse est, ne imprudens sibi ipse malum aliquod oret.

9.

Ne minus existimes corripi quam laudari.

10.

Urbibus quidem mœnia, animis autem mens ex disciplina exculta decus et munimentum præstat.

11.

Qui tacere nescit, is nec loqui novit.

12.

Hominis improbi, sicut taciti canis, non tam vox cavenda quam silentium.

13.

Oportet filium magis servum esse patris quam famulum; ille enim natura servus est patris, hic vero lege.

14.

Haud procul ab innocentia consistit, qui ingenue peccatum fassus est.

15.

Optimum est e vita tanquam e convivio excedere neque sitientem neque temulentum.

16

Qui jam æger testamentum conscribit, haud absimilis illi est, qui orta jam tempestate, navis arma apparare incipit.

17.

Pudore non affici, quum sis malus, summa est perversitas.

Digitized by Google

In cod. La, teste Rosio, cum lemmate τοῦ αὐτοῦ sequuntur hæc : Γλώσσῃ θρασείᾳ μὴ χρῆσθαι· πολλάκις γὰρ τὸ θράσος, καὶ αὐτὴν διώλεσε τὴν κεφαλήν, quæ in cod. I.b Isocrati tribuuntur, in ed. Combefisii Socrati.

18.

Maxim. c. να', p. 653 : Ὥσπερ φασὶν ἐν ἰατρικῇ, τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁπόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις, ὕλην ὑποβαλὼν τῇ κακοχυμίᾳ, οὕτω καὶ ψυχὴν μοχθηροῖς δόγμασι προκατειλημμένην, ὁπόσῳ ἂν διδάξῃς, μᾶλλον βλάψεις, μείζονας ἀρχὰς αὐτῇ τῆς ψευδοδοξίας παρέχων.

Hæc, licet bis in Antonii Melissa I, c. α', p. 3 et c. με' p. 52 ad Aristotelem referantur, tamen potius, sicuti Rosius autumat, christiano cuidam scriptori tribuenda sunt.

19.

Maxim. c. νδ', p. 658 : Φθόνος, φησίν, ἀνταγωνιστής ἐστι τῶν εὐτυχούντων. Cf. Anton. Melissa I, c. ξγ', p. 66, Arsen. Viol. p. 122.

20.

Joann. Stob. Floril. XCIV, 16 : Κρείττω πρὸς εὐδαιμονίαν ἐλάττω κεκτῆσθαι ἢ πολλὰ μετὰ φθόνου· καὶ γὰρ καλλίων καὶ ἡδίων οὗτος ὁ βίος.

21.

Joann. Stob. Floril. XCIII, 60 : Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; Ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή. Cf. Secundi Sententiæ, apud Mullach. Fragm. Philosoph. gr. t. I, p. 513.

22.

Appendix Florent. ad Joann. Stob. V, 11 : Ὥσπερ ὁ οἶνος κιρνᾶται τοῖς τῶν πινόντων τρόποις, οὕτω καὶ ἡ φιλία τοῖς τῶν χρωμένων ἤθεσι. Demosthenis tribuitur in Antonii Mel. I, c. κδ', p. 28, ubi legitur statim post sententiam Aristoteli adscriptam.

23.

Anton. Melissa I, c. α', p. 3 : Ἀρχὴ ἀρίστη πάντων μὲν ὁ θεός, ἀρετῶν δὲ εὐσέβεια.

24.

Anton. Mel. I, c. νθ', p. 55 : Πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοὺς μὲν ὑπηρετοῦντας αὐτῶν ταῖς ἐπιθυμίαις ἀποδέχονται καὶ νομίζουσιν οὐ μόνον εὔνους ἀλλὰ καὶ μόνους ἄνδρας ὡς ἀληθῶς εἶναι, τοῖς δὲ σωφρονίζειν ἐπιχειροῦσιν ἀηδῶς ἔχουσιν.

25.

Georgid. Gnomol. in Boisson. Anecd. t. I, p. 53 : Λέγειν μὲν δεῖ ὡς οἱ πολλοί, νοεῖν δὲ ὡς οἱ σοφοί.

26.

Georgid. Gnomol. in Boisson. Anecd. t. I, p. 91 : Τὸ εὑρεῖν ἄνδρα πιστὸν ἔργον ἐστί· φαύλων δὲ πλῆθος ἀναρίθμητον. Quæ Aristoteli male apud eundem tribuitur sententia p. 9, non illius est sed Demosthenis in Or. de Corona, § 252.

27.

Rutil. Lupus de Figuris Sentent. I, c. 6 : *Item* ARISTOTELES *dicitur dixisse : Ejus esse vitam bea-*

18.

Quemadmodum in medicina fieri aiunt, ut corpora non pura quo magis nutrieris, eo magis lædas, qui nimirum corruptis humoribus materiam ac fomentum subjicias : sic et qui pravis opinionibus præoccupatus sit, quo plus docueris, eo magis lædes, majores subinde male falseque sentiendi occasiones præbens.

19.

Invidiam dicebat illorum adversariam esse qui rebus secundis utuntur.

20.

Melius est ad felicitatem pauciora possidere, quam multa cum invidia. Nam ista vita laudabilior et suavior est.

21.

Quidnam est homo? Imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ cursus, inconstantiæ imago, invidiæ et calamitatis trutina : reliquum vero pituita et bilis.

22.

Ita ut vinum temperatur convivarum moribus, ita et amicitia ingeniis eorum qui ea utuntur.

23.

Principium omnium optimum deus, virtutum vero pietas.

24.

Omnes fere, quicunque nostris libidinibus indulgent, iis obtemperamus et eos non solum benevolos sed et solos veros esse viros putamus; male autem habemus qui nos ad sanam mentem revocare student.

25.

Loqui oportet ut plerique, cogitare vero ut sapientes.

26.

Virum fidum invenire opus est : malorum vero innumerabilis est multitudo.

Digitized by Google

tissimam cujus et fortunæ sapientia et sapientiæ fortuna suppeditet.

IV. ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

www.ndtool.com.cn

1.

Diogen. Laert. V, 17 : Ἀναφέρεται δ' εἰς αὐτὸν (τὸν Ἀριστοτέλη) καὶ ἀποφθέγματα κάλλιστα ταυτί· Ἐρωτηθεὶς τί περιγίνεται κέρδος τοῖς ψευδομένοις· ὅταν, ἔφη, λέγωσιν ἀληθῆ, μὴ πιστεύεσθαι. Similiter Hieronymus in Ep. ad Julium Diaconum : *Antiquus sermo est, mendaces faciunt, ut ne vera dicentibus credatur.*

2.

Diog. L. V, 17 : Ὀνειδιζόμενός ποτε ὅτι πονηρῷ ἀνθρώπῳ ἐλεημοσύνην ἔδωκεν, Οὐ τὸν τρόπον, εἶπεν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα. Id. 21 : Πρὸς τὸν αἰτιασάμενον ὡς εἴη μὴ ἀγαθῷ ἔρανον δεδωκώς (φέρεται γὰρ καὶ οὕτως), οὐ τῷ ἀνθρώπῳ, φησίν, ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ, quæ eadem fere habent Joann. Stob. Floril. XXXVII, 32 et Cod. Vatic. 151 apud Walz. ad Arsenii Violetum p. 120, n.

3.

Diog. L. V, 17 : Συνεχὲς εἰώθει λέγειν πρός τε τοὺς φίλους καὶ τοὺς φοιτῶντας αὐτῷ, ἔνθα ἂν καὶ ὅπου διατρίβων ἔτυχεν, ὡς ἡ μὲν ὅρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος [ἀέρος] λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων.

4.

Diog. L. V, 17 : Πολλάκις δὲ καὶ ἀποτεινόμενος τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν εὑρηκέναι πυροὺς καὶ νόμους· ἀλλὰ πυροῖς μὲν χρῆσθαι, νόμοις δὲ μή.

5.

Diog. L. V, 18 : Τῆς παιδείας ἔφη τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς. Idem dictum apud Hermogen. Progymn. c. 3, t. I, p. 22, Walz., Isocrati tribuitur cum v. l. Σωκράτης; apud Arsenium Viol. p. 120 Aristoteli, et ib. p. 190 Demostheni. Cf. Diomed. in Arte gramm. I, p. 310, 1 ed. Keil. : *Chriarum exercitatio in casus sic variatur... Marcus Porcius Cato dixit litterarum radices amaras esse, fructus jocundiores; genetivo casu*, etc.

6.

Diog. L. V, 18. : Ἐρωτηθεὶς τί γηράσκει ταχύ, χάρις, ἔφη. Cf. Arsen. Viol. p. 120.

7.

Diog. L. V, 18 : Ἐρωτηθεὶς τί ἐστιν ἐλπίς, ἐγρηγορότος, εἶπεν, ἐνύπνιον. Platoni hoc dictum tribuit Ælianus Var. Hist. XIII, 29.

8.

Diog. L. V, 18 : Διογένους ἰσχάδα διδόντος αὐτῷ νοήσας ὅτι, εἰ μὴ λάβοι, χρείαν εἴη μεμελετηκώς, λαβὼν ἔφη Διογένην μετὰ τῆς χρείας καὶ τὴν ἰσχάδα ἀπολωλεκέναι· πάλιν τε διδόντος λαβὼν καὶ μετεωρίσας ὡς τὰ παιδία εἰπών τε· μέγας Διογένης, ἀπέδωκεν αὐτῷ.

9.

Diog. L V, 18 : Τριῶν ἔφη δεῖν παιδείᾳ, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως. Eadem Arsen. Viol. p. 120. Cf. supra fr. 91[c].

APOPHTHEGMATA.

1.

Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur, ut quum vera, inquit, dixerint, illis non credatur.

2.

Quum ipsi probro daretur quod flagitioso homini misericorditer dedisset opem, non, inquit, mores miseratus sum sed hominem.

3.

Amicis ac discipulis ista consueverat dicere ubicunque moraretur : Aspectus quidem a circumfuso aere lumen accipit, animus autem a disciplinis liberalibus.

4.

Sæpenumero quum in Athenienses inveheretur, aiebat, illos frumenta et leges invenisse, verum frumentis quidem uti, non autem legibus.

5.

Institutionis amaras radices, fructus vero dulces esse dicebat.

6.

Rogatus quidnam cito consenesceret, gratia, inquit.

7.

Rogatus quid sit spes : Vigilantis, ait, somnium.

8.

Diogene caricam porrigente, cogitans quod, nisi acciperet, acutam sententiam esset meditatus, sumens, Diogenes ait caricam simul cum sententia perdidisse. Rursus ab eo porrectam accipiens atque puerili more in sublime elevans quum dixisset, magnus Diogenes, eam illi reddidit.

9.

Tria dicebat ad eruditionem esse necessaria, ingenium, exercitationem, disciplinam.

Digitized by Google

10.

Diog. L. V, 18 : Ἀκούσας ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, ἀπόντα με καὶ μαστιγούτω.

11.

Diog. L. V, 18 : Τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον. Ὁ δὲ τοῦτο μὲν Διογένην φασὶν ὁρίσασθαι, αὐτὸν δὲ θεοῦ δῶρον εἰπεῖν εὐμορφίαν. Priorem definitionem Aristoteli tribuunt Joann. Stobæus Floril. LXV, 11 et Arsen. Viol. p. 122.

12.

Diog. L. V, 19 : Πρὸς τὸν καυχώμενον ὡς ἀπὸ μεγάλης πόλεως εἴη, οὐ τοῦτο, ἔφη, δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' εἴ τις μεγάλης πατρίδος ἄξιός ἐστιν.

13.

Diog. L. V, 20 : Ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος, ἔφη, μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα. Cf. Arsen. Viol. p. 121.

14.

Diog. L. V, 20 : Τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε τοὺς μὲν οὕτω φείδεσθαι ὡς ἀεὶ ζησομένους, τοὺς δὲ οὕτω ἀναλίσκειν ὡς αὐτίκα τεθνηξομένους.

15.

Diog. L. V, 20 : Πρὸς τὸν πυθόμενον διὰ τί τοῖς καλοῖς πολὺν χρόνον ὁμιλοῦμεν, τυφλοῦ, ἔφη, τὸ ἐρώτημα. Paulo aliter Joann. Stob. Floril. LXV, 4 : Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς διὰ τί τῶν καλῶν ὁ ἔρως, τυφλοῦ, εἶπεν, ἡ ἐρώτησις. Cf. Arsen. Violar. p. 122.

16.

Diog. L. V, 20 : Ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ τῆς φιλοσοφίας, ἔφη, τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν ἅ τινες διὰ τὸν ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν. Idem Hieroni tribuitur apud Maxim. Confess. c. ιζ', p. 586.

17.

Diog. L. V, 20 : Πρὸς τὸν εἰπόντα ἀδολέσχην, ἐπειδὴ αὐτοῦ πολλὰ κατήντλησε, μή τί σου κατεφλυάρησα, μὰ Δι', εἶπεν, οὐ γάρ σοι προσεῖχον. Cf. Plutarch. de Garrul. c. 3 : Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνοχλούμενος ὑπὸ ἀδολέσχου καὶ κοπτόμενος ἀτόποις τισὶ διηγήμασι πολλάκις αὐτοῦ λέγοντος· οὐ θαυμαστόν, Ἀριστότελες; Οὐ τοῦτο, φησί, θαυμαστόν· ἀλλ' εἴ τις πόδας ἔχων σὲ ὑπομένει. Ἑτέρῳ δέ τινι τοιούτῳ μετὰ πολλοὺς λόγους εἰπόντι, κατηδολέσχηκά σου, φιλόσοφε, Μὰ Δι, εἶπεν, οὐ γὰρ προσεῖχον.

18.

Diog. L. V, 21 : Ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τοῖς φίλοις προσφεροίμεθα, ἔφη, ὡς ἂν εὐξαίμεθα αὐτοὺς ἡμῖν προσφέρεσθαι.

19.

Diog. L. V, 21 : Τὴν δικαιοσύνην ἔφη ἀρετὴν ψυχῆς διανεμητικὴν τοῦ κατ' ἀξίαν. Cf. Cicero de

---

10.

Audierat aliquando se a quodam maledictis proscindi; tum ille, absentem me, inquit, etiam verberet.

11.

Dicebat pulchritudinem plus quam epistolas omnes valere ad commendationem. Plerique Diogenem ita statuisse asserunt, ipsum autem dei munus dixisse pulchritudinem.

12.

Glorianti cuidam quod magnæ esset urbis civis, non hoc, inquit, considerandum est, sed si quis illustri patria sit dignus.

13.

Rogatus quid sit amicus, una, inquit, anima in duobus corporibus habitans.

14.

Homines alios dicebat ita esse parcos ac si semper victuri essent; alios tam prodigos, ac si continuo morituri.

15.

Quærenti cur diu cum iis qui forma præstant una esse cupiamus, cæci est, inquit, talia quærere.

16.

Rogatus quid e philosophia lucratus fuisset, hoc, inquit, ut injussus ea faciam quæ plerique per legum metum faciunt.

17.

Garrulo, postquam multas ineptias effutierat, interroganti, numquid te obtudi? Nil quidquam, inquit; namque animum non advertebam.

Aristoteles a garrulo quodam vexatus et absurdis quibusdam narrationibus exagitatus subinde dicenti, nonne hoc mirum est Aristoteles? respondit: Non profecto hoc est mirum, sed si quis pedibus præditus te sustinet.

18.

Rogatus erga amicos quales esse debeamus, quales, inquit, eos erga nos esse optamus.

19.

Justitiam dicebat virtutem animi unicuique secundum dignitatem distribuentem.

Digitized by Google

Invent. II, c. 53 : *Justitia est habitus animi, communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem.*

www.libtool.com.cn

20.

Diog. L. V, 21 : Φησὶ δὲ Φαβωρῖνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Απομνημονευμάτων ὡς ἑκάστοτε λέγοι, ᾧ φίλοι, οὐδεὶς φίλος· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Ἠθικῶν ἐστι. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

21.

Joann. Stob. Floril. XLI, 8 : Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς τί δυσκολώτατον ἐν τῷ βιῷ εἶπε, τὸ σιωπᾶν ἃ μὴ δεῖ λαλεῖν. Idem apud Maxim. Confess. c. κ', p. 597.

22.

Joann. Stob. Fl. XIV, 87 : Ἀριστοτέλης τοὺς τὰ ἐναργῆ πράγματα πειρωμένους δεικνύναι ὅμοιον ἔφη ποιεῖν τοῖς διὰ λύχνου τὸν ἥλιον φιλοτιμουμένοις δεικνύναι. Cf. Maxim. Conf. c. κα', p. 600, Arsen. Viol. p. 122.

23.

Joann. Stob. Flor. III, 53 : Ἀριστοτέλης εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ πράγματα ὡς βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι ὡς γίνεται.

24.

Append. Flor. ad. Joann. Stob. Floril. XVI, 44: Ἀριστοτέλους· Οὗτος ἐρωτηθεὶς τί τῶν ζώων κάλλιστον, ἔφη, ἄνθρωπος τὴν ψυχὴν παιδείᾳ κεκοσμημένος. Hoc et sequens dictum in Antonii Melissa I, c. ν', p. 56 ed. Gesn. Socrati tribuitur.

25.

App. Flor. ad Joann. Stob. Flor. XVI, 45 : Ὁ αὐτὸς ὀνειδιζόμενος ὑπό τινος ὅτι βαρβαρίζει, ἔφη, ἐγὼ μὲν τῷ λόγῳ, ὑμεῖς δὲ τῷ τρόπῳ.

26.

Anonym. Proleg. in Porphyrii Philos. p. 8, A, 45, Brandis, cf. Crameri Anecd. Paris. t. IV, p. 411, 14 : Φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν ἀποφθέγματι ὅτι ὅσοι ταῖς ἄλλαις τέχναις καὶ ἐπιστήμαις σχολάζοντες τῆς φιλοσοφίας ἀμελοῦσιν, ἐοίκασι τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης, οἵτινες αὐτῇ συγγενέσθαι μὴ δυνάμενοι ἠγάπων κἂν ταῖς θεραπαίναις αὐτῆς συγγενέσθαι. In Joannis Stob. Flor. IV, 110, Aristoni tribuitur; Aristippo vero in Arsenii Viol. p. 116.

27.

Maxim. Confess. c. ς', p. 549 ed. Combefis. : Οὗτος ὀνειδιζόμενος ὅτι πονηροῖς συνδιατρίβει, ἐκεῖνος ἔφη, ἄριστος ἰατρός ἐστιν, ὃς τοὺς ὑπὸ πάντων ἀπεγνωσμένους ἀναλαμβάνει.

28.

Maxim. Conf. c. ς', p. 549 : Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι τὸ πᾶσιν ἀρέσαι δυσχερέστατόν ἐστιν.

29.

Maxim. Conf. c. κ', p. 597 : Ἐρωτηθεὶς διὰ ποίαν αἰτίαν τοὺς ἄλλους διδάσκων λέγειν, αὐτὸς σιω-

---

20.

Refert Favorinus in secundo Commentariorum illum crebro dicere solitum, cui amici, amicus nemo. Id etiam legitur in libro septimo Ethicorum.

21.

Aristoteles interrogatus quid in vita difficillimum esset, tacere, inquit, quæ loqui non decet.

22.

Aristoteles dicebat, illos qui res manifestas demonstrare conantur, perinde facere, ac si solem adhibita lucerna ostendere vellent.

23.

Aristoteles dixit : quoniam eventus quidem rerum nostræ voluntati se haudquaquam accommodant, nos certe voluntatem eventibus accommodare oportet.

24.

Aristoteles interrogatus quodnam animal pulcherrimum esset, homo, inquit, cujus animus humanitate ornatus est.

25.

Idem quum ei exprobraretur aliquis quod barbare loqueretur, ego, dixit, verbis utor barbaris, vos autem moribus.

26.

Dicebat Aristoteles in apophthegmate illos, qui operam darent ceteris doctrinis et disciplinis, neglecto philosophiæ studio, similes esse procis Penelopes, quibus, quum ipsa potiri non possent, satis erat et cum ejus ancillis rem habere.

27.

Quum probro verteretur Aristoteli, quod cum improbis versaretur, ille, inquit, optimus medicus est, qui a reliquis depositos suscipit.

28.

Idem dicebat, placere omnibus rem maxime arduam esse.

29.

Interrogatus quid causæ esset cur qui loqui alios doceret, ipse taceret, respondit, sane etiam eos ipsa non secat, enses tamen et gladios acutos reddit.

Digitized by Google

πᾶς, ἔφη, καὶ γὰρ ἡ ἀκόνη αὐτὴ μὲν οὐ τέμνει, τὰ δὲ ξίφη ὀξέα ποιεῖ. Cf. Anton. Mel. I, c. ογ', p. 73.

www.libtool.com.cn

30.

Maxim. Conf. c. λδ', p. 624 : Ἀριστοτέλης θεασάμενος νεανίσκον κατωφρυωμένον μηδὲν δ' ἐπιστάμενον, νεανίσκε, ἔφη, οἷος μὲν δοκεῖς αὐτὸς εἶναι, ἐγὼ γενοίμην· οἷος δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπάρχεις, τοιοῦτοί μου οἱ ἐχθροὶ γένοιντο. Verba μηδὲν δ' ἐπιστάμενον quæ desunt in ed. Maximi Conf. addenda sunt ex Antonii Melissa II, c. οδ', p. 141, Arsenii Viol. p. 122, Gnomol. in Boisson. Anecd. t. III, p. 467.

31.

Maxim. Conf. c. λδ', p. 624 : Ὁ αὐτὸς κατανοήσας μειράκιον ἐπὶ πολυτελείᾳ τῆς χλαμύδος σεμνυνόμενον, οὐ παύσει, ἔφη, μειράκιον, ἐπὶ προβάτου σεμνυνόμενος ἀρετῇ; Eadem Anton. Mel. II, c. οδ', p. 141, ubi pro ἀρετῇ, δορᾷ, et Arsen. Viol. p. 122

32.

Anton. Mel. I, c. ιζ', p. 22 Gesn.: Ἀριστοτέλης ἔφη, ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας (εἶναι·) μίαν μὲν ἐπὶ τῷ γυναικὶ πιστεῦσαι λόγον ἀπόρρητον· ἑτέραν δὲ πλεύσας ὅπου δυνατὸν πεζεῦσαι· τὴν δὲ τρίτην, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος ἔμεινεν. Eadem Arsen. Viol. p. 121, omissis tamen verbis ὅπου δυνατὸν πεζεῦσαι. Dictum Catoni tribuitur apud Plutarchum V. Catonis, c. 9.

33.

Anton. Mel. I, c. ξ', p. 65 : Ἀριστοτέλης θεασάμενος μειράκιον ὡραϊζόμενον, ἔφη, οὐκ αἰσχύνῃ, ὅτι, τῆς φύσεως ἄνδρα σε ποιησάσης, ἑαυτὸν τεθήλυκας; Idem e cod. Monac. 8 et e codd. Paris 1983 et 2977 in calce Arsenii ed. Walz, p. 503.

34.

Anton. Mel. I, c. ξ', p. 65 : Ὁ αὐτὸς νέου τινὸς εὐειδοῦς μὲν τὴν ὄψιν, ἀσελγοῦς δὲ τὸν τρόπον, λοιδορουμένου αὐτὸν καὶ λέγοντος, εἰ ἐπίσης αὐτῷ ἐμισεῖτο ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀπήγξατο ἄν, ἔφη, ἐγὼ δὲ ἀπηγξάμην ἄν, εἰ ἐπίσης σοι τῶν πολιτῶν ἐφιλούμην.

35.

Anton. Mel. I, c. ογ', p. 73 : Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίς κατασχεῖν δύναται λόγον ἀπόρρητον, ἔφη, ὅς τις καὶ διάπυρον ἄνθρακα τῇ γλώσσῃ κατασχεῖν δυνήσεται.

36.

Anton. Mel. II, c. οα', p. 135 : Ἀριστοτέλης βλασφημούμενος ὑπ' ἀνθρώπου ἀσελγοῦς, ἔφη, σὺ μὲν ἀκούεις τὰ κακὰ ῥᾳδίως, καὶ λέγεις εὐχερῶς, ἐμοὶ δὲ καὶ λέγειν ἄηθες καὶ ἀκούειν ἀηδές. Eadem Arsen. Viol. p. 121, ubi bis vitiose ἄηθες.

37.

Arsen. Violet. p. 119 : Ἀριστοτέλης τὴν φιλίαν ὡρίζετο ἰδιότητα εὐνοίας ἀντίστροφον. Ταύτης δὲ τὴν μὲν συγγενικήν, τὴν δὲ ἐρωτικήν, τὴν δὲ ξενικήν. Εἶναι δὲ καὶ τὸν ἔρωτα μὴ μόνον συνουσίας ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας.

30.

Aristoteles conspecto adolescentulo fastu nimio superbiente nihil vero sciente, adolescens, inquit, utinam qualis tu tibi videris ipse exsistam, qualis vero reipsa exsistis, inimici mei exsistant.

31.

Idem conspecto juvene pretiosa sibi veste placente eaque gloriante, non desines, inquit, juvenis, de ovis tibi virtute placere?

32.

Aristoteles dixit in tota vita tria se admisisse quorum eum pœniteret, primum quod mulieri arcanum commisisset, alterum quod navigasset quum iter pedibus perficere potuisset, tertium quod una die nihil seriæ rei egisset.

33.

Aristoteles, conspecto adolescentulo pulcherrime exornato, nonne te pudet, inquit, quum natura te virum fecerit, te ipsum in mulierem commutare?

34.

Idem quum juvenis quidam optima quidem forma præditus sed pravis moribus insultaret ipsi atque diceret, si æque perosus essem meis civibus me suspenderem, ego vero, inquit, si æque ac tu ab illis amarer.

35.

Idem interrogatus a quodam quis arcanum sermonem continere posset, dixit, qui carbonem quoque ignitum lingua continere potest.

36.

Quum ab impudente quodam conviciis lacesseretur Aristoteles, tu, inquit, et convicia facile audis, et libenter dicis, mihi vero et dicere insuetum et audire injucundum.

37.

Aristoteles definiebat amicitiam affectum proprium cui benevolentia respondeat. Ejus species distinguebat ex consanguinitate, ex amore, ex hospitalitate provenientes.

Digitized by Google

38.

Arsen. Viol. p. 120 : Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς διά τί μέγας ὤν, μικρὰν ἔγημε γυναῖκα, εἶπε, τοῦ κακοῦ ἐκλογὴν ποιησάμενος τὸ ἐλάχιστον ἡρετισάμην. Idem Gnomol. in Boisson. Anecd. t. III, p. 467.

39.

Arsen. Viol. p. 120 : Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς εἰ ὁ ἔρως ἕνεκα συνουσίας γίγνεται, οὔτ' ἔφη διὰ τοῦτο οὔτ' ἄνευ τούτου. Apud. Joann. Stob. Floril. LXIII, 32 : Ἀριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος ἐρωτηθεὶς κτέ. Procul dubio Ἀρίστιππος legendum est.

40.

Cod. Vatic. 151 apud Walz. in notis ad Arsenii Viol. p. 120, N. 3 : Ἀριστοτέλης ἐρωτώμενος, τί ἄνθρωπος ἔχει ὅμοιον τῷ θεῷ, τὸ εὐεργετεῖν ἔφη. Apud ipsum Arsenium Viol. p. 189 Demostheni tribuitur. De Pythagora refert hoc dictum Ælian. Var. Hist. XII, 59, quo, non nominato ejus auctore, utitur Dionysius sive Longinus de Sublim. c. 1.

41.

Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Ἐπικούρου καὶ ἑτέρων φιλοσόφων, ποιητῶν καὶ ῥητόρων e cod. Monac. 8 fol. 39, et e codd. Pariss. 1982, 2977, ad calcem Arsenii ed. Walz. p. 503 : Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς ποῦ κατοικοῦσιν αἱ Μοῦσαι, ἔφη, ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν φιλοπόνων.

42.

Ibid.: Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς τί ἐστιν ἰσχυρότατον, ἔφη, ἄνθρωπος ἀναίσθητος.

43.

Pseudo-Varronis Sententiæ 144 : *Præclare cum illo agitur qui non mentiens dicit, quod ab Aristotele responsum est sciscitanti Alexandro, quo docente profiteretur se scientem : Rebus, inquit, ipsis quæ non norunt mentiri.*

44.

Gunzo apud Martenn. Amplissima Collectio, p. 306 : *Sedens in conclavi monasterii cornutum se putat, secundum proverbium Aristotelis, quo ait : Limax in suo conclavi cornupeta sibi videtur,*

Seque putat cursu timidis contendere damis.

Eadem, omisso tamen versu, in Gerberti Epistola 14. Hoc et quæ sequuntur apophthegmata indicata sunt a v. cl. Thurot, *Revue critique*, Paris 1866, t. II, p. 200.

45.

Cod. Paris. sec. X, 2772 (*fonds du roi*), cujus initium fol. 103 : *Incipiunt sententiæ philosophorum : Aristo(te)les dixit adversus inimicos inter parietes nostras victoria quærenda est.* Cf. supra Sentent. 2.

46.

Ib.: *Idem dixit injuriam injuste irrogatam ejus infamiam esse, qui facit.*

47.

Ib.: *Idem viri boni est nescire pati vel facere injuriam.*

48.

Ib.: *Idem dixit solum (esse) incommodum paupertatis, quod non posset egentibus subvenire.*

XII. FRAGMENTA DUBIA.

Restat, ut ea percenseamus fragmenta de quibus jure dubitari potest an ad deperditos Aristotelis libros referenda sint. Varium est hoc genus. Ita enim nonnunquam quasi ipsius philosophi verba laudantur, quæ licet ex ejus sententia dicta sint, non ab ipso tamen profecta videntur. Ad hoc genus referenda est definitio quæ apud grammaticos legitur Ammon. de Diff. voc. p. 30, Thom. Mag. s. v. Βιοῦν, Etymol.

Præterea non solum esse amorem coitus sed et philosophiæ.

38.

Idem rogatus cur, quum ipse magna statura esset, parvam mulierem sibi junxisset, quia inquit, mali delectu habito, minimum prætuli.

39.

Aristoteles interrogatus an amor coitus gratia fieret, neque ejus gratia, dixit, neque sine eo.

40

Aristoteles interrogatus quid simile esset homini cum deo, respondit, benefacere.

41.

Aristoteles interrogatus, ubinam habitarent Musæ, in animis eorum, inquit, qui studia amant.

42.

Idem interrogatus quidnam validissimum esset respondit, hominem sensus expertem.

Digitized by Google

Gudian. p. 109, 22 : Ἀριστοτέλης τὸν βίον ὡρίσατο οὕτως· Βίος ἐστὶ λογικὴ ζωή. Item quod de sapiente ex antiquo quodam ad Aristotelis Ethica commentario excerpsit Suidas. s. v. Μετριοπαθεῖν, Ἀριστοτέλης λέγει τὸν σοφὸν μετριοπαθῆ μὲν εἶναι, ἀπαθῆ δὲ μὴ εἶναι. Neque magis affirmare auderem, certum quendam Stagiritæ librum respici, in locis qualis est sive Varronis, de Re rust. II, 5, 13 : *Mas an femina sit concepta, significat taurus, quum iniit : siquidem, si mas est, in dexteriorem partem abit : si fœmina in sinisteriorem. Cur hoc fiat, vos videritis, inquit mihi, qui Aristotelem legitis,* sive Censorini, de Die nat. IV, 3 : *Aristoteles quoque Stagirites et Theophrastus multique præterea non ignobiles Peripatetici idem* (sc. *semper humanum genus fuisse*) *scripserunt. Ejus quæri exemplo dicunt quod negant omnino posse reperiri, avesne ante an ova generata sint, quum et ovum sine ave et avis sine ovo gigni non possit : itaque et omnium, quæ in sempiterno isto mundo semper fuerunt futuraque sunt, aiunt principium fuisse nullum, sed orbem esse quendam generantium nascentiumque, in quo uniuscujusque geniti initium simul et finis esse videatur,* de quo loco acutissime ut solet disputat Bernays, *Theophrastos' Schrift über Frömmigkeit,* Berlin, 1866, p. 49. sq.

Factum est deinde, ut sæpius satis incaute Aristotelis nomen poneretur, quum ejus sectatores potius nominandi erant. Qui error communis est Plutarcho et Clementi Alexandrino, quorum alter de Iside et Osir. c. 77 : Διὸ καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐποπτικὸν τοῦτο τὸ μέρος τῆς φιλοσοφίας καλοῦσιν, cf. V. Alex. c. 7, alter vero Stromat I, 28 p. 153 Sylb. Ἀριστοτέλης δὲ εἶδος τοῦτο μετὰ τὰ φυσικὰ καλεῖ.

Aliud est genus errorum a memoriæ lapsu ortorum. Hoc se decipi passus est Seneca, qui, quum ita, de Vitæ brevitate c. 1, locutus est : *Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti minime conveniens sapienti viro lis est : illam animalibus tantum indulsisse, ut quina aut dena secula educerent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citeriorem terminum stare,* aperte Theophrastum nominare debebat, de quo notissima sunt verba in Ciceronis Disput. Tuscul. III, 28. Simili plane causa factum est, ut apud Gregorium Corinthium in Præfat. de Dialectis p. 5 Schæfer, Plato pro Aristotele laudaretur, et rursus apud eundem in Comment. in Hermogen. Rhet. gr. t. VII, p. 1154 Walz, Theophrastus pro Aristotele. Cf. Spengel in Aristot. Rhet., Lips. 1867, t. II, p. 276.

Alia deinde erroris causa debetur librariorum mori, qui nomina propria per compendia scribere solebant. Cf. Montfaucon, *Palæographia gr.* p. 348 et Bast, *Comm. palæograph.* ad calcem Gregorii Corinthii ed. Schæfer p. 798. Exempla satis multa confusionis inde ortæ in promtu sunt. Ita in deterioribus quibusdam Harpocrationis et Suidæ libris s. v. Ζεῦξις, pro ἄριστος scriptum est Ἀριστοτέλης. Cf. Cobet, *Variæ lectt.* p. 145. Item Ἀριστοτέλης et Ἀριστοφάνης nonnumquam inter se locum mutarunt. Factum hoc esse apud Hesychium s. v. Γρίσων demonstrari nequit. Aperte vero in hunc modum peccatum est apud Schol. Aristoph. Vespar. 503, Schol. Luciani Timon. c. 30 p. 37 Jacobitz, et quidem duplici errore, Schol. B Il. υ, 252, Etymol. M. p. 110, 50, Suidam s. v. Ἐμβεβλημένα, Schol. Theocrit. I, 132, Plutarch. Non posse viv. sec. Epicur. c. 13. Incertior res est in Etymol. Gudian. p. 82, 51. Quum enim, qui eadem habet Ammonius p. 24 : Ἄρρωστος καὶ ἀρρωστῶν διαφέρει. Ἄρρωστος μὲν γὰρ ὁ νοσῶν· ἀρρωστῶν δέ ἐστιν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τὰ κατὰ τὰς ὁρέξεις, ὡς Ἀριστοφάνης φησίν, Aristophanem pro Aristotele nominat, ab utroque differt Herennius Philo p. 158 : Ἄρρωστος ἀρρωστοῦντος διαφέρει· ἄρρωστος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τι κατὰ τὰς ὀρέξεις· ἀρρωστεῖ δὲ ὁ νοσῶν· οὕτως Ἀριστογεῖ δοκεῖ, cf. Nauck. *Aristoph. Byzant. fragm.* p. 232. Ἀριστοτέλης pro Ἀριστοφάνης legitur Schol. Il. β, 447, δ, 137 in Crameri *Anecd. Paris.,* t. III, p. 282, Etymol. M. p. 249, 42, apud Gramm. Hermanni p. 362. Eundem vero errorem apud Demetrium de Elocut. § 128 commissum esse, non erat cur conjicerent editores. Cf. Blass, *die griech. Beredtsamkeit in dem Zeitraum von Alexander bis auf Augustus.* Berl. 1865, p. 51. Pro Ἀρίσταρχος male legitur Ἀριστοτέλης in Schol. Il. ψ, 122, item in Schol. Theocriti I, 34. Contra suo jure Ἀρίσταρχον et Θεόπομπον exulare jussit Prellerus ad *Polemonis Perieg. fragm.* Lips. 1838, p. 59, apud Clementem Alex. Stromat. I, p. 129, in eorum loco Ἀριστοτέλης et Θεόφραστος positis, cf. supra fr. 106. Minus probo quod idem vir doctus l. l. suspicatus est, Ἀριστοτέλης pro Ἀριστείδης, antiquo jam errore, scriptum fuisse in Pausaniæ lexico, unde hæc corruptela propagata sit apud Suidam s. v. Δωδωναῖον χαλκεῖον aliosque grammaticos, etsi eandem nominum confusionem Proverb. cod. Coislian. 116 exhibeat. Pro Ἀριστομένης, quem laudat Schol. Apoll. Rh. I, 164, reponendum esse Ἀριστοτέλης, non absque probabilitatis specie quadam, suspicatus est C. Müllerus in Fragm. hist. gr. t. IV, p. 336. Nec

Digitized by Google

minus deinde fieri potuit, ut et Ἀρίστων et Ἀριστοκλῆς legendum sit, ubi nunc in codicibus Ἀριστοτέλης scriptum est. Prioris confusionis nullum exemplum novi, præterquam quod in Cicerone de Officiis II, 16, supra notavimus cf. fr. 63; alterius exempla suppeditant Plutarchus Parall. min. c. 29, codd. nonnulli Schol. Pindari Olymp. VII, 66, Varronis de L. lat. X, p. 550 Spengel. : utraque tamen nimis abusum esse puto Rosium, qui in reponendo præsertim Aristoclis nomine ultra legitimos fines evagatus est. Quominus autem in talibus temere aliquid mutandum esse censeam, non una tantummodo impedior causa. Quum enim, testimonio Procli (cf. infra fragm. 10) constet, præter Aristotelem philosophum, alium quendam et quidem Rhodium exstitisse (1), ad hunc fortasse referenda sunt quæcunque res mythologicas spectant fragmenta, e Τελεταῖς, Θεολογουμένοις, Θεογονίᾳ, quæ omnia fortasse unius ejusdemque operis partes fuerint, allata. In re tamen dubia nihil decernere præstat.

Fragmentis dubiis et incertis accensenda præterea sunt nonnulla, quæ sive apud lexicographos sive apud scholiastas reperiuntur vocabula, quorum usus apud Aristotelem notatur. Ad hoc genus sequentia pertinent :

1.

Lex. Seguer. in Bekk. Anecd. gr. p. 367, 24 : Ἀχολασία Θουκυδίδης ἔφη (III, 37), ἀκολαστία δὲ Ἄλεξις, ἀκολαστότατα δὲ Ἀριστοτέλης καὶ ἀκολαστότερον Νικόλαος.

2.

Phrynich. Epit. p. 311 Lob. : Πρώτως : Ἀριστοτέλης καὶ Χρύσιππος λέγει· ἔστι δὲ διεφθαρμένον πάνυ τοὔνομα· οὐδὲ γὰρ δευτέρως καὶ τρίτως φαμέν. Λέγε οὖν πρῶτον.

Cf. Plat. Respubl. VIII, p. 544, C, Timæus p. 56, B, 58, B, 86, A et quæ diximus in libro *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, p. 300.

(1) Aristotelis Rhodii nomen latet fortasse apud Erotianum, in cujus Glossar. Hippocrat. p. 32, 10 ed. Klein, Lips. 1865, codd. BC exhibent lectionem Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστοτέας ὁ Ῥόδιος. Ceteri variant inter Ἀριστοπίας, Ἀριστέας, Ἀριστόδουλος. Franzius Ἀριστογείτων conjecit.

3.

Schol. Platon. Euthyd. p. 368 Bekk. : Οὕτως (σκληφρός) λέγεται καὶ παρὰ Ἀριστοτέλει ὁ ἰσχνὸς καὶ λεπτὸς τὸ σῶμα. Cf. Hesych. s. v.

Usus vocabuli apud Theopompum comicum notatur a Polluce On. II, 10.

4.

In Suidæ glossa : Ἀδοξότατα· τὰ παράδοξα· τὰ ἀδύνατα παρὰ Ἀριστοτέλει, sine dubio corrigendum est ἄδοξα coll. Lex. Seguer. p. 344, 27. Spectat fortasse ad librum de Sophist. Elench. c. 12. Similiter quæ ex Aristotele habet Eustathius ad Il. p. 625, 36, de verbo ἐπιβάλλεσθαι, referri possunt ad Politica I, 9.

5.

In Anecd. græc. Boisson. t. IV, p. 469, Ἀμινιανοῦ, τίνος ἕνεκεν οἱ θεοὶ τὴν Στύγα ὀμνύουσιν, hæc leguntur : Ἤ ὅτι τὰ πάντα ἐξ ὑδάτων ἐγένετο καὶ τὸ ὕδωρ μήτηρ πάντων, οἱ ποιηταὶ δὲ τὴν Στύγα μητέρα τῶν θεῶν καλοῦσιν, ὡς καὶ ὁ Ἀριστοτέλης. Locum ubi hæc dixerit Aristoteles neque Boissonadus neque Osannus, *Neue Jahrb. für Philol. u. Pædag.* t. X, p. 362, indicare potuerunt, neque exstat tale quid a philosopho traditum. Male hæc sine dubio e Metaphysic. I, 3, 5 detorta videntur, ubi Aristoteles : Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην ὑπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν.

I. ΤΕΛΕΤΑΙ.

1.

Schol. in Apollon. Rhod. IV, 973 : Ὀρειχάλκοιο : φασὶν ὀρείχαλκον εἶδος χαλκοῦ ἀπὸ Ὀρείου τινὸς γενομένου εὑρετοῦ ὠνομασμένον. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς φησὶ μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. Τὸν γὰρ ὀρείχαλκον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μέν, μὴ εἶναι δέ. Τῶν δὲ εἰκῆ διαδεδομένων καὶ τοῦτο ... οὕτως ἦν ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ.

Cf. Hesych. s. v. In verbis Scholiastæ Salmasius *de Homonymis Hyles iatrices*, p. 228, *b*, A, scribendum esse censet φησὶ μὲν ὑπάρχειν τὸ ὄνομα, μὴ εἶναι δὲ τὸ τούτου εἶδος, quod melius ad sen-

3.

Sive quod ex aqua omnia sunt genita et aqua omnium est mater, poetæ vero Stygem matrem deorum appellant, ut Aristoteles quoque testatur.

INITIATIONES.

1.

Orichalcum æris quoddam genus esse dicunt ab Oreo quodam inventore. Aristoteles vero in Initiationibus nomen quidem exstare, non vero ipsum metallum. Orichalcum enim nonnulli conjiciunt appellari quidem, sed non esse.

www.tiboo.com.cn

Digitized by Google

tentiam quam ad verba esse dixit Editor Thesauri H. Steph. s. v. Ὀρείχαλκος. Ex orichalco facta signa memorat Pseudo-Aristot. Mirab. Auscult. c. 59. Cf. etiam Pollux On. VII, 100 : Τὸ γὰρ τοῦ ὀρειχάλκου μέταλλον οὐδέπω καὶ νῦν εἰς πίστιν ἦκει βεβαίαν.

2 (?).

Photius et Suidas s. v. Λύσιοι τελεταί, ὡς Διονύσου. Βοιωτοὶ γὰρ ἁλόντες ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ φυγόντες εἰς Τροφωνίου, κατ' ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βοηθὸν φήσαντος, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θρᾳξὶν ἔλυσαν ἀλλήλους, καὶ Διονύσου ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. Ὡς Ἀριστοφάνης δὲ διὰ τὸ λυτρώσασθαι Θηβαίους παρὰ Ναξίων ἄμπελον. Cf. Apostol. XII, 35. Arsen. p. 340.

De nomine dubitat Nauckius in *Aristoph. Byzant. fragm.* p. 240, Ἀριστόδημος scribendum esse conjiciens. Ἀριστοτέλης posses, cogitando sive de Thebanorum Politia, sive de Aristotelis opere Τελεταὶ inscripto.

II. ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

3.

Schol. in Euripid. Rhesum 28 : ... διττὰς δὲ τὰς Εὐρώπας ἀναγράφουσιν ἔνιοι, μίαν μὲν Ὠκεανίδα, ἀφ' ἧς (cod. οὗ) καὶ τὸ ἓν μέρος τῆς οἰκουμένης κληθῆναι, καθάπερ Ἀπίων ἐν τοῖς περὶ Ἐπωνύμων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν πρώτῳ τῆς Θεογονίας, ἑτέραν δὲ Φοίνικος.

II. ΘΕΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ.

4.

Macrobius Saturn. I, 18 : *Hæc quæ de Apolline diximus possunt etiam de Libero dicta existimari. Nam Aristoteles qui Theologumena scripsit Apollinem et Liberum patrem unum eundemque deum esse quum multis aliis argumentis asserat, etiam apud Ligyreos ait in Thracia esse adytum Libero consecratum ex quo redduntur oracula, sed in hoc adyto vaticinaturi plurimo mero sumpto, uti apud Clarium aqua pota, effantur oracula. Apud Lacedæmonios etiam in sacris quæ Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hedera coronantur, Bacchico ritu. Item Bœotii Parnasum montem Apollini sacratum esse memorantes simul tamen in eodem et oraculum Delphicum et speluncas Baubicas uni deo consecratas colunt. Unde et Apollini et Libero patri in eodem monte res divina celebratur, quod quum et Varro et Granius Flaccus affirment, etiam Euripides his docet...*

Cf. Arnobius adv. Nat. III, 33 : *Quid quum Liberum, Apollinem, solem unum esse contenditis.* Porphyr. ap. Servium ad Virg. Eclog. V, 66, et de oraculo Bacchi in Thracia Pausan. IX, 30, 5.

5.

Arnobius adv. Nation. III, 31 : *Aristoteles, ut Granius memorat, vir ingenio præpotens atque in doctrina præcipuus, Minervam esse Lunam probabilibus argumentis explicat et litterata auctoritate defendit.*

Cf. Arnob. l. l. III, 34. Porphyr. apud Macrob. Sat. I, 17 et apud Euseb. Præp. Evang. III, 11 p. 113, B.

6.

Clemens Alex. Protrept. c. 2, 28 p. 8 Sylb. : Καὶ μὴν Ἀπόλλωνα ὁ μὲν Ἀριστοτέλης πρῶτον Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς· ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι παρθένος ἡ Ἀθηνᾶ· δεύτερον ἐν Κρήτῃ τὸν Κορύβαντος, τρίτον τὸν Διὸς καὶ τέταρτον τὸν Ἀρκάδα τὸν Σειληνοῦ· Νόμιος οὗτος κέκληται παρ' Ἀρκάσιν. Ἐπὶ τούτοις τὸν Λίβυν καταλέγει τὸν Ἄμμωνος. Ὁ δὲ Δίδυμος ἕκτον ἐπιφέρει τὸν Μάγνητος.

Eadem Cicero de Nat. deor. III, 23 : *Apollinum antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum : alter Corybantis filius, natus in Creta, cujus de illa*

2.

Bœoti a Thracibus victi quum in Trophonii antrum fugissent, deusque per somnium iis dixisset Bacchum opem laturum esse, Thraces ebrios aggressi se invicem solverunt, et Bacchi Lysii templum condiderunt, ut scribit Heraclides Ponticus. Ut vero Aristoteles (?) quod Thebani vitem ab Naxiis redemissent.

THEOGONIA.

3.

Nonnulli duas Europas recensent, unam Oceanidem, cujus nomen orbis terrarum parti inditum est, ut Apion in libris de Cognominibus et Aristoteles in primo de Theogonia.

THEOLOGUMENA.

6.

Primum Apollinem Aristoteles Neptuni et Minervæ filium dicit, alterum Cretensem Corybantis, tertium Jovis, quartum Arcadem Sileni filium; hic Nomius apud Arcades vocatur. Præterea affert Apollinem Libyn Ammonis filium.

Digitized by Google

insula cum Jove ipso certamen fuisse traditur : tertius Jove tertio natus et Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse : quartus in Arcadia quem Arcades Nomionem (Νόμιον scil.) *appellant, quod et ab eo se leges accepisse ferunt.*

In quibusdam codd. Suidæ glossa legitur quam Bernhardy e codd. AV expressit : Νόμοι κιθαρῳδικοί· Ἀπόλλων, φασί, μετὰ λύρας κατέδειξε τοῖς ἀνθρώποις νόμους καθ' οὓς ζήσονται, πραΰνων τε ἅμα τῷ μέλει τὸ κατ' ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς θηριῶδες, καὶ εὐπρόσιτον τῇ τοῦ ῥυθμοῦ ἡδύτητι ποιῶν τὸ παραγγελλόμενον, καὶ ἐκλήθησαν νόμοι κιθαρῳδικοί. Ἐκεῖθεν δὲ σεμνολογικῶς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, νόμοι καλοῦνται οἱ μουσικοὶ τρόποι, καθ' οὕστινας ᾄδομεν, cujus priorem partem Etymol. M. quoque habet, p. 610, 1 Sylb., quæ tamen neque ad Lacedæmoniorum Rempublicam, neque ad hoc sive præcedens fragmentum ut C. Müller voluit (cf. Fragm. Hist. gr. t. II, p. 130 et 191), spectat, sed e Problem. XIX, 28 petita videtur.

De re cf. Lobeck. *Aglaoph.* p. 994, Preller. *Griech. Mythologie* t. I, p. 557.

7.

Schol. Pind. Olymp. VII, 66. Ἀριστοκλῆς (ita Vrat. D. Gott. vulgo Ἀρίσταρχος. Vratisl. A Ἀριστοτέλης) δὲ ὑφίσταται τὴν γέννησιν Ἀθηνᾶς ἐν Κρήτῃ· νεφέλῃ γάρ φησι κεκρύφθαι τὴν θεόν, τὸν δὲ Δία πλήξαντα τὸ νέφος προφῆναι αὐτήν. Retulit inter Aristoclis fragmenta e libris Παραδόξων C. Müllerus, t. IV, p. 330.

8.

Plutarch. Parall. min. c. 29 : [Ἄριστων] Ἀριστώνυμος Ἐφέσιος, υἱὸς Δημοστράτου, ἐμίσει γυναῖκας, ὄνῳ δ' ἐμίσγετο· ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην εὐειδεστάτην, Ὀνοσκέλιν τοὔνομα ὡς Ἀριστοτέλης ἐν δευτέρᾳ Παραδόξων.

Aristotelis nomen tenet Apostolius Proverb. XII, 91, apud quem tamen ἑβδόμῳ Παραδόξων legitur. Joann. Stobæus Floril. LXIV, 37 eadem narrat ex Aristocle ἐν α' Παραδόξων, cujus nomen etiam apud Arsenium Violar. p. 385 legitur. Ceterum de Onoscelide cf. Schol. Aristoph. Eccles. 1048, Eustath. ad Odyss. p. 1704, 42, Sozomen. Hist. eccles. VIII, 6, Psellus de Operat. dæmon. p. 26 Boisson.

9.

Servius in Virg. Æn. I, 372 : ... *aut certe illud est quod superius dixerat :*

an Nympharum sanguinis una

quæ non omnia sciunt. Nam et moriuntur secundum Aristotelem ut Fauni Panesque.

Id. ad Æneid. X, 551... *nonnulli etiam Nympham non deam volunt sed græce sponsam ne incredibile sit ex duobus numinibus procreatam esse mortalem. Quanquam hæc numina secundum Aristotelem aliquando moriantur.*

Cf. ad Eclog. X, 62 : *Hamadryades : Nymphæ quæ cum arboribus et nascuntur et pereunt*, ad Æn. III, 34, I, 500. Ex Servio Mythographus apud maium *Class. auct.* t. III, p. 184 : *Nympharum vero hanc dat Servius differentiam... amadryades id est amantes quercus, quæ videlicet, ut ait Aristoteles, cum arboribus nascuntur et pereunt.*

10.

Proclus in Platon. Tim. p. 27, A ed. Basil. : Ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος μαρτυρεῖ (ἱστορεῖ cod. B) τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς.

IV. ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

1.

Pseudo-Plutarch. de Fluviis, 25, 5 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Ἰνδῷ scil.) λίθος κλειτορὶς ὀνομαζόμενος· ἔστι δὲ λίαν μελάγγρους· ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς ὠταρίοις, καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν δ' περὶ Ποταμῶν.

7.

Aristocles (*Aristoteles?*) Minervam in Creta natam esse statuit, dicitque deam in nube latuisse, quam nubem Juppiter percutiens deam in lucem edidit.

8.

Aristonymus Ephesius, filius Demostrati, mulieres exosus asinam iniit : quæ suo tempore filiam peperit formosissimam, Onoscelin nomine, quod sonat asininis cruribus præditam. Ex Aristotelis libro Paradoxorum secundo.

10.

Panathenæa post Bendidia venisse dicunt commentatores et Aristoteles Rhodius testatur Bendidia in Piræeo vicesimo Thargelionis celebrari, atque Minervæ festos sequi.

DE FLUVIIS.

1.

Gignitur in Indo flumine lapis clitoris dictus : qui omnino niger est, et ornatus gratia ab indigenis gestari

Digitized by Google

2.

Nonnus Comes Hyssi II, 5 p. 111 ed. Venet. 1583: *Habent Volcanus fum... Conveniunt ac Europa quæ ventum orta Eurum, quem ante alios Eurus spiravit, ut ait Aristoteles lib. 4 de Fluminibus.*

Cf. Plin. Hist. Nat. VI, 35: *Universa vero gens Eurus appellata est, deinde Asiatica, mox a Vulcano filio Ethiope Ethiopia*, Hesych. s. v. Ἠώς.

V. ΠΕΡΙ ΑΝΕΜΩΝ.

Achilles Tatius de Sphæra c. 32. p. 102 ed. Victor. Par. 1567, p. 158, A. Petav.: Καὶ τοὺς μὲν ἐν τοῖς μέσοις μέρεσι ἔστιν εὑρεῖν καὶ πλείστους ἀνέμους, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων σπανίους, τοὺς δ' ἐπὶ τοσοῦτον ὑπόλοιπους, ὅσον Ἕλληνας, ut in Pseudo-Arist. I de Mundo c. 4 legitur. τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν πόλων κλίσεις σχεδόνας ibid., ἐπὶ δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ ἰσοσκελεῖς. Καὶ γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ἀνέμων καὶ περὶ Καλλισθένη τοὺς ἀνέμους φησίν. Dicta est ista ratio quasi ex ipsis fontibus. τὸν Καλλισθένη τὸν ἐπὶ Κλεοπάτρου τοῦτον καὶ Σκιπίωνα τὸν ἐπὶ Σκιπίωνος τετρῶν Cf. Aristobul. de Nilo t. IV, p. 46, 1: Καὶ ἐν τῷ Μετεώρων Σκιπίων Θρᾴκιος, πλείστον scil. ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα τετρῶν ... ἐπιφερόμενον ἐν περὶ ἀνέμων καὶ Ἐρατοσθένης.

